



NICOLAI VIGELII IV=
RISCONSVLTI

# DIGESTO=
# RVM

## PARS QVINTA:

### De obligationibus & actionibus
ex contractu descendentibus.

*Accessit & Legum quæ in hac Quinta Digestorum parte continentur, & Rerum ac uerborum in eadem præcipuè memorabilium, geminus INDEX.*






Cum Cæs. Maiest. & Christianiss. Gall. Regis gratia & priuilegio, ad annos VI.



*BASILEÆ, EX OFFICINA OPORINIANA. 1570.*

# DE QVADRVPLICI DIFFEREN- TIA IVRISPRVDENTIÆ VETERIS ET NOVÆ, ad nobilem ac strenuum uirum BVRCKHARDVM DE KRAM, Illustrissimi Hessorum Principis Ludouici Vicarium,

NICOLAI VIGELII *Iurisconsulti Præfatio.*



VATVOR sunt potissimum, uir non familia solum, sed & omni uirtutum genere uerè nobilis, partim in cognoscendo, partim in exercendo iure cōsistentia, in quibus Iurisprudentia, qua nunc utimur, à ueteri illa Romanorū Iurisprudētia desciuit. Olim enim Prætoris edicto, Senatuscōsulto, uel simili aliquo iure ad interpretandum proposito, non solùm uerba eius obscuriora interpretabantur, sed & eius exceptiones, exceptionum replicationes, harumq; duplicationes ordine notabant, quoniam nihil aliud sunt quàm circumstantiæ, quę ius propositum uariare solent, & in quibus ipsa continetur ęquitas. Sed nec hisce contenti, certis regulis propositis definiebāt, quibus & aduersus quos ex lege proposita actio uel exceptio competeret? quid in ea ueniret petendum? quando & quamdiu actio istius legis competeret? quæ essent eius adiuncta, euentus & adfinia remedia? quoniam hæc omnia ad uim & potestatem legis propositæ explicandam & demonstrandam pertinent. Hoc est quod Pomponius: Extat (inquit) Sexti Ælij liber, qui inscribitur Tripartita: ideo quoniam lege XII. Tabul. proposita, iungitur interpretatio, deinde subtexitur legis actio. At quàm longè ab hac tam docendi quàm discendi iuris ratione hodie absimus, testatur mos receptus, quo istis locis penitus neglectis, argumenta contra legem propositam comminiscimur, doctorum sententias inter se uariantes congerimus, casus plures, ad quos lex proposita extendenda sit, affingimus: quāuis hæc extēdendi facultas soli Imperatori nouo iure sit reseruata. historias narramus, & alia his ineptiora iuuentuti inculcamus. Hinc fit, ut quamuis totam ætatem quis in studio iuris consumpserit, tamen id præstare in iure non possit, quod pueri in suis præstāt Grāmaticis: ut scilicet iure aliquo seu regula proposita, eius exceptiones calleat, nedum solidam actionis uel exceptionis propositæ naturam intelligat. Licet autem interdum legis propositæ exceptiones, exceptionumq; replicationes annotemus: tamen in ijs denominandis, alijs utimur uocabulis, quasi barbaries sit res proprijs appellare nominibus. Nam pro exceptionis uocabulo ponimus limitationem, restrictionem, fallentiam: & cum in reprobanda aliqua exceptione Vlpianus aut aliquis alius ex ueteribus Iurisconsultis dixisset, nihil interest, non refert, non distinguimus: nos ampliamus, & his ineptioribus utimur uocabulis, multum à ueterum Iurisconsultorū more discrepātes. illi enim easdem res ijsdem appellabant nominibus: nec solùm actionis

Quatuor igitur sunt, in quibus ueterum Romanorum Iurisprudentiā nondum sumus assecuti. primum in natura cuiuslibet actionis & exceptionis lege aliqua introducta explicanda: alterum in actionibus & exceptionib. denominandis, & phrasi ueteribus Iurisconsultis usitata imitanda: tertium in caussis & controuersijs hominum ad genus actionis exceptionis'ue referendis, & ad normam iuris examinandis: postremū in litibus contestandis. Hos errores sequuntur alia uitia multo peiora: iuris uidelicet incertitudo, & cumulatio eius infinita: dilationes iudiciorum crebræ, & non necessariæ: cumulatio litium ingens, incertitudo & propè immortalitas: pluraq; (ut Cicero scribit) multo homines iudicant errore, aut aliqua permotione mentis, quàm ueritate, aut præscripto, aut iuris norma aliqua, aut legibus. Hinc etiam fit, ut ius, quod malis terrori, bonis solatio esse debebat, contrà boni horreāt, appellet illud pessimus quisq;. Hæc tot tantaq; mala facilè effugere possemus, si ueterem illam Romanorum Iurisprudentiam per omnia assequeremur. Hoc autem in tanta legum confusione, quam nobis Imp. Iustinianus reliquit, fieri non potest. Ista enim confusio difficultatem iuris & obscuritatem summam parit, facitq; ut pleriq; posthabitis certissimis iuris textibus, spinosis doctorum disputationibus, & incertis opinionibus, meliore tamen ordine traditis, inhæreant. Qua uia ad solidam Iuris cognitionem perueniri, & uetus Iurisprudentia recuperari non potest. Quare nullam ad scribendum materiam hisce temporibus magis necessariam sum arbitratus, quàm ut leges iusto digerantur ordine. Hoc enim pacto futurū est, ut legibus suo loco & ordine dispositis, singularū legum cognitio facilior, cuiusq; actionis & exceptionis natura dilucidior reddatur, iusq; uniuersum minore tēporis dispendio, sumptu & labore non ita magno, maiore cum fructu disci percipiq; possit: & sic tandem iurisprudentia tam in docendo quàm in exercendo iure, pristinum suum uigorem recipiat. Itaq; Digestorum libros cōscribere cœpi in septem partes distributos, quorū Quinta pars omnis generis contractus, horumq; obligationes & actiones continet: quæ nunc in lucem prodiens, facilè tibi, uir nobilissime, alijsq; desiderantibus, uitæ meæ rationem reddit, meamq; diligentiam, quam in iure docendo præstem, demonstrat.

# CAPITVM HVIVS QVINTAE PARTIS ELENCHVS.


*LIBRI TRICESIMISEXTI, De obligationibus & actionibus in genere.*

De obligationis definitione, item de naturali obligatione Cap. 1
De diuisionibus & caussis obligationis 2
De exceptionibus aduersus causas obligationum generalioribus 3
De actionibus, & primùm quid & quotuplex sit actio? 4
Quibus competat actio? 5
Aduersus quos competit actio? 6
Per quos competit actio? Item, ubi & apud quem? 7
Quid ueniat in actionem? 8
De usuris 9
De fructibus, accessionibus, & omni caussa 10
De in litem iurando 11
De eo quod reus facere potest 12
De compensationibus 13
Quando competit actio? 14
Quamdiu competat actio? & de temporalibus praescript. 15
De reliquo actionum iure 16

*LIBRI TRICESIMISEPTIMI, De contractibus & pactis conuentis in genere, cum duabus condictionibus generalibus Certi & Triticaria.*

De definitione pacti conuenti, & contractus Cap. 1
De diuisionibus & speciebus pacti conuenti 2
De exceptionibus aduersus pacta & contractus 3
De replicationibus praecedentium exceptionum generalibus 4
De exceptione pacti conuenti de non petendo 5
Quib. ex pacto & contractu cōpetat actio, exceptio uel replicatio? 6
Aduersus quos ex pacto & cōtractu actio, exceptio uel replicatio competat? 7
Quid ueniat in actionem uel exceptionē pacti uel contractus? seu in quibus prosit & obsit pactum? 8
Quę ex pacto actio uel exceptio nascatur? quæq; eius adfinia sint remedia? 9
De certi condictione 10
De conditione Triticaria 11

*LIBRI TRICESIMIOCTAVI, De uerborum obligationibus.*

De definitione ac differētia stipulationis & uerborum obligationis Cap. 1
De diuisionibus & speciebus stipulationis Cap. 2
De numero stipulationū & obligationū 3
De exceptionibus aduersus stipulationē, seu de inutilibus stipulationibus 4
De exceptionibus aduersus stipulationē ex consequentib. eam 5
De actione ex stipulatu 6
Quibus competit actio ex stipulatu? item aduersus quos? 7
Quid & quantum in actione ex stipulatu ueniat? 8
De adiūctis actionis ex stipulatu: deq; probationib. & praesumptionibus in stipulationibus dubijs & obscuris 9
Adfinia actionis ex stipulatu remedia 10
De quibusdam stipulationis speciebus 11
De duobus reis stipulādi & pmittēdi 12
De eo quod certo loco dari oportet 13
De praetorijs stipulationibus 14

*LIBRI TRICESIMINONI, De obligationibus quae re contrahuntur, earumq; actionibus.*

De mutuo Cap. 1
De certi condictione ex mutuo 2
De exceptione Senatusconsulti Macedoniani 3
De commodato 4
De commodati actione directa 5
De commodati actione contraria 6
De deposito 7
De actione depositi directa 8
De actione in factū aduersus nautas, caupones, stabularios, de receptis restituendis 9
De contraria depositi actione 10

*LIBRI QVADRAGESIMI, De pignoribus & hypothecis, cum suis actionibus.*

De pignoribus & hypothecis Cap. 1
De exceptionibus aduersus pignoris cōtractum 2
De exceptionibus ex re pignori obligata desumptis 3
De caussis, quibus pignus uel hypotheca soluitur 4
De caussis quib. pignus uel hypotheca soluitur, circa ipsam pignoris obligationē accessoriam contingentibus 5
De iure tam debitoris, quàm creditoris in pignore 6
De distractione pignorum 7
De actione hypothecaria 8
Qui potiores res in pignore uel hypotheca

thecahabeantur? Cap. 9
De contraria pignoraticia actione 10
De Saluiano interdicto 11
De pignoraticia actione directa 12
De migrando interdictum 13

LIBRI QVADRAGESIMI primi, De emptione & uenditione.

De emptione & uenditione Cap. 1.
De periculo & commodo rei uenditæ 2
De exceptionibus aduersus contractum emptionis & uenditionis 3
De exceptionibus desumptis ex consequentibus emptionem & uend. 4
De in diem addictione 5
De lege commissoria 6
De hæreditate uendita 7
De actione uendita 8
Si mancipium ita uenierit, ut exportetur, &c. 9
De rerum permutatione 10

LIBRI QVADRAGESIMI secundi, De actionibus empti et uenditi, cum adfinib. remedijs.

De actione empti Cap. 1
Quid ueniat in empti actione? 2
Quantum & quale ueniat in empti actione? 3
De redhibitoria actione 4
Euentus redhibitionis, & redhibitoriæ actionis 5
De actione æstimatoria quanto minoris 6
De actione ex empto re aliena uendita & euicta: item de actione duplæ ex stipulatu ob euictionem, nec non. &c. 7
De actione in factum aduersus liberum hominem, qui se pro seruo uenire passus est 8
De actione uenditi 9

LIBRI QVADRAGESIMI tertij, De reliquis contractibus nominatis, qui solo fiunt consensu, cum suis actionibus.

De locatione & conductione Cap. 1
De actione locati 2
De actione conducti 3
De cōducti actione ad remittendam pensionem siue mercedem 4
De locatione operis faciendi, uel operæ præstandæ 5
De actione locati, opere faciendo locato 6
De actione conducti, opere faciendo conducto 7
De actione locati & conducti ex l. Rhodia de iactu 8

De iure emphyteutico Cap. 9
De societate 10
De actione pro socio 11
De mandato 12
De actione mandati directa, quæ datur mandatori 13
De contraria mandati actione, quæ datur mandatario 14

LIBRI QVADRAGESIMI quarti, De innominatis & quasi contractibus.

De præscriptis uerbis, & in factum actione Cap. 1
De æstimatoria præscriptis uerbis actione 2
De conditione ex lege 3
De quasi contractibus 4
De negociorum gestorum actione in genere 5
De negociorum gestorum actione directa, quæ datur domino 6
De contraria negociorum gestorū actione, quæ datur negociorum gestori 7
De funeraria actione 8
Familiæ erciscundæ 9
De rerum hæreditariarum diuisione 10
Communi diuidundo 11
De rerum communium diuisione 12
Finium regundorum 13
De termino moto 14
De in factum actione, si mensor falsum modum dixerit 15

LIBRI QVADRAGESIMI quinti, De obligationibus & actionibus ex contractu, quo non nostro, sed alieno nomine obligamur.

De fideiussoribus & mandatoribus. Cap. 1
De beneficio diuisionis ex epistola diui Hadriani 2
De reliquo actionis aduersus fideiussores & mandatores iure 3
De actione mādati, quę cōpetit intercessori aduersus eum, pro quo intercesiit 4
De constituta pecunia 5
De exceptione Senatusc ōsulti Velleiani 6
Quod cum eo qui in aliena potestate est, negocium gestum esse dicitur 7
De exercitoria actione 8
De institoria actione 9
De tributoria actione 10
De actione de peculio 11
Quæ in peculium connumeranda, quæq; de peculio deducenda sint? 12
De in rem uerso 13
Quod iussu 14

FINIS.

*(ut diximus) quòd solo æquitatis uinculo sustineantur, nullo iure ciuili suffultæ. Quod probatur etiam l.95.§.naturalis.ff.de solutionib.his uerbis:* Naturalis obligatio ut pecuniæ numeratione tollitur, ita iusto pacto uel iureiurando ipso iure tollitur: quia uinculum æquitatis, quo solo sustinebatur, conuentionis æquitate dissoluitur. Ideoq; fideiussor, quẽ pupillus dedit, ex istis caussis liberari dicitur. *Vt igitur ciuilis obligatio iuris uinculum dicitur, de quo s̄. ita naturalis obligatio dicitur uinculum æquitatis.*

*Alterum proprium est, quòd naturaliter obligati impropriè debitores dicantur. quod approbatur l.fideiussor.16.§.fideiussor.ibi: nam licet minus.ff.de fideiussoribus, his uerbis:* Minus propriè debere dicuntur naturales debitores, per abusionem tamen intelligi possunt debitores: & qui ab his pecuniam recipiunt, debitũ sibi recepisse. *Huius ratio est, quia propriè debitor intelligitur is, à quo inuito exigi pecunia potest.*[a] *Ab eo autem qui naturaliter tantùm est obligatus, inuito exigi pecunia non potest: cum aduersus eum non detur actio, ut sequitur.*

a l.108. ff. de uerb. signif.

*Tertium naturalis obligationis propriũ est, quòd ex ea nulla detur actio, sed exceptio tantùm. Hoc approbatur primùm exemplo pacti nudi, l.7.§.sed cùm nulla.ff. de pactis, hisce uerbis:* Nuda pactio obligationem non parit, sed parit exceptionẽ. *Approbatur item exemplo pupilli mutuum accipientis, & post pubertatem soluentis, l.13. §.fin. cum lege sequente.ff.de cõdictione indebiti, his uerbis:* Quod pupillus sine tutoris authoritate mutuum accepit, & locupletior factus est: si pubes factus soluat, non repetit. Nam hoc natura æquum est, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem. *Tertiò approbatur exemplo serui contrahẽtis, cuius nomine solutio facta est, d.l.13. in prin. his uerbis:* Naturaliter etiam seruus obligatur. Et ideo si quis nomine eius soluat, uel ipse manumissus, uel (ut Pomponius scribit) ex peculio eo cuius liberã administrationẽ habebat: repeti non poterit. *Concordat l.hæres.21.§.quod si hic.ibi: & tamen nihilominus.ff. de fideiussorib. de quo alibi.* *Quartò approbatur regula proposita exemplo filijfamiliâs mutuam pecuniam accipientis, & post emancipationem soluentis, l.sed etsi.12.§.fin. cum lege sequente.ff.ad S.C. Macedonianum. cuius uerba uide paulo superius specie 4.* *Planè Vlpianus l.9.ff.de action. & obligat.* Naturales (inquit) obligationes non eo solo æstimantur, si actio aliqua earum nomine competat: uerum etiam eo quòd soluta pecunia repeti non possit. *Concordat ijsdem uerbis l.fideiussor.16.§.fideiussor.ff.de fideiussorib. Quasi dicat Iurisconsultus: Proprium naturalium obligationum hoc est, ut quamuis ex ijs non competat actio, exceptio tamen detur ad retinendum id quod ex ijs est solutum. Alioquin ex naturali obligatione regulariter non datur actio, ut ex præcedentibus patet. cuius tamen exceptio hæc est: Nisi naturalis obligatio ciuili aliqua lege adiuuetur. quæ exceptio approbatur l.6.ff.de pactis, hisce uerbis:* Interdum ex pacto actio nascitur, quoties lege uel senatuscõsulto adiuuatur. *Huius exemplum proponitur l.5.quis argentum. §.si autem hoc minimè. C. de donationibus. de quo alibi. Hæc de tertio proprio naturalium obligationum.*

*Quartum proprium est, quòd quamuis aliàs accessorium sequatur naturam sui principalis: tamen obligatio fideiussoria & pignoraticia naturali obligationi accedens pariat actionem, quamuis ipsa principalis obligatio actionem non pariat. Quod approbatur l.fideiussor.16.§.fideiussor.ff.de fideiussoribus. cuius uerba uide j.lib. 45. cap.1. quæst.2. except.19. Concordat l.13.in prin.ibi: & ob id.ff.de condictione indebiti. item l.5.ibi: uel tantùm natural. & l.14.§.fin.ff.de pignorib. de quo j. suis locis dicetur.*

*Quintum proprium est, quòd si fideiussor naturalis debitoris, pro quo intercesserat, hæres extiterit: fideiussoria obligatio non extinguatur, quamuis secus in alio fideiussore eueniret. Quod proprium proponitur l.95.§.quod uulgò.ff.de solutionib. cuius uerba uide j.lib.41.cap.18.reg.5.except.3.*

*Sextum proprium est, quòd naturalis obligatio pacto conuento de non petendo ipso iure tollatur: cum aliæ obligationes per pactum non ipso iure, sed per exceptionem tollantur. quod approbatur l. Stichum.95.§.naturalis.ff.de solutionib. cuius uerba uide paulo superius primo proprio. itẽ plura de hac re uide j.lib.prox.cap.5.repl.14.dupl.1. Ex his quid tam ciuilis quàm naturalis obligatio sit, & in quibus inuicem differant, constat.*

## *DE DIVISIONIBVS ET causis obligationis. Cap. II.*

*Explicata obligationis definitione, uideamus nunc eius diuisiones & species, nec non & causas. Constat autem ex prædictis prima obligationis diuisio hæc, quòd alia naturalis sit, alia ciuilis. de qua re satis est dictum s̄.cap.prox. Sed & approbatur hæc diuisio l.7.ff. de pactis. cuius uerba uide j.diuis.5.*

*Altera diuisio est, quòd alia obligatio ciuilis sit, alia prætoria. quæ diuisio proponitur Inst.de obligationib.§.1.his uerbis:* Omnium obligationum summa diuisio in duo genera deducitur. nanq; aut ciuiles sunt, aut prætoriæ. *Declaratur diuisio proposita Inst.d.tt.§.ciuiles, his uerbis:* Ciuiles sunt, quæ aut legibus constitutæ, aut certo iure ciuili comprobatæ sunt. Prætoriæ sunt, quas Prætor ex sua iurisdictione constituit. Quæ etiam honorariæ uocantur. *Hoc loco sciendum est, ius ciuile duplici modo sumi. primùm quidem generaliter: quo casu comprehendit etiam sub se ius prætorium. Inst. de iure naturali gentium & ciuili.§.ius autẽ ciuile.*

&

*& §. scriptum autem ius. Deinde specialiter, pro eo quod non est pretorium: ut sunt leges XII. tabularum, plebiscita, senatusconsulta, principum constitutiones. Tertia diuisio, sumpta ex causa efficiente, proponitur Inst. de obligationibus. §. sequens, his uerbis:* Sequens diuisio in quatuor species diuiditur. Aut enim ex contractu sunt, aut ex quasi contractu: aut ex maleficio, aut ex quasi maleficio. *Concordat l. 1. in prin. ff. de action. & obligat. his uerbis:* Obligationes aut ex contractu nascuntur, aut ex maleficio; aut proprio quodam iure ex uarijs causarum figuris. *Hæc diuisio (ut dixi) sumpta est à causa obligationum efficiente: quanquam præcedentes quoque duæ ex eodem loco sunt desumptæ. Nam duo sunt quæ ad omnem obligationem simul & actionem producendam requiruntur, ius nimirum & factum: quorum neutrum sine altero ad procreandam obligationem & actionem efficax est. Vnde si quis priuatus olim feras bestias cepisset, nulla ex hoc facto orta fuisset obligatio: quoniam ius, quo feræ bestiæ capi à priuatis prohibentur, nondum erat.* a *Nunc autem cum hoc ius sit, oritur ex hoc facto obligatio, simul & actio. Ita contrà, licet ius sit quòd furtum quadruplo sit puniendum: si tamen nemo sit qui furtum facit, non potest oriri furti nec obligatio nec actio. Vtroque autem tam iure quàm facto cõcurrente, nascitur obligatio. Ius autem aut naturale est, aut ciuile. Vnde prima diuisio sumpta est, qua obligationum alia naturalis, alia ciuilis dicitur. Sed & ius ciuile aut pretorium est, aut non pretorium. Vnde altera diuisio est desumpta, qua obligatio diuiditur in ciuilem & pretoriam. Istæ igitur duæ diuisiones desumptæ sunt ex iure ex quo obligatio descendit. Ex facto autem desumpta est proposita tertia diuisio. Nam omne factum ex quo obligatio nascitur, aut contractus est, aut quasi contractus: aut maleficium, aut quasi maleficium. Contractus autem definitur l. 19. ff. de uerbor. signif. his uerbis:* Labeo definit contractum ultrò citroque obligationem esse, quam Græci συνάλλαγμα uocant: ueluti emptionem, uenditionem, locationem, conductionem, societatem. *Sed & sic definiri potest contractus, quòd sit placitum atque conuentio duorum pluriumue in idem ad dandum, faciendum uel præstandum quid alteri ab altero. de quo j. lib. proxim. cap. 1.*

a *Inst. de rer. diuis. §. feræ igitur.*

## Subdiuisiones propositæ tertiæ diuisionis.

*Quarta diuisio, seu potius subdiuisio obligationum ex contractu descendentium, sumpta ex causa & modo contractus, proponitur Inst. d. tit. de obligationibus. §. fin. his uerbis:* Obligationum ex contractu descendentium æquè quatuor sunt species: aut enim re contrahuntur, aut uerbis, aut literis, aut consensu. *Concordat ijsdem uerbis l. 1. §. 1. ff. de actionib. & obligat. ubi tamen omittitur tertia species, quæ literis contrahitur. Quid sit re contrahere, definitur l. 51. §. 1. ff. de action. & obligat. his uerbis:* Re obligamur, cùm res ipsa intercedit. *Huius quatuor species enumerantur l. 1. ff. de action. & obligat. hæ scilicet: mutuum, commodatum, depositum, pignus. Concordat Inst. quib. mod. re contrah. obligat. ubi quinta species additur, nimirum indebiti solutio. Quid sit uerbis contrahere obligationem, definitur d. l. 1. §. uerbis, hoc modo:* Verbis obligatio contrahitur ex interrogatione & responsione, cum quid dari fieriue nobis stipulamur. *Concordat l. 51. §. uerbis, hoc modo:* Verbis, cum præcedit interrogatio, & sequitur congrua responsio. *Quid sit literis contrahere obligationem, definitur Inst. de literarum obligat. his uerbis:* Olim scriptura fiebat obligatio, quæ nominibus fieri dicebatur, quæ nomina hodie non sunt in usu. Planè si quis debere se scripserit, quod sibi numeratum non est: de pecunia minimè numerata post multum temporis exceptionem opponere non potest: hoc enim sæpissimè constitutum est. Sic fit ut & hodie, dum queri non potest, scriptura obligetur, & ex ea nascatur condictio, cessante scilicet uerborum obligatione. Multum autem tempus in hac exceptione antea quidem ex principalibus constitutionibus usque ad quinquennium procedebat: sed ne creditores diutius possint suis pecunijs forsitan defraudari, per constitutionem nostram tempus coarctatum est, ut ultra biennij metas huiusmodi exceptio minimè extendatur. *Huius contractus, qui fit literis, aliud proponitur exemplum l. ult. in prin. ff. mandati, his uerbis:* Cùm controuersia esset de hæreditate defunctæ inter scriptum hæredem & patruum Mænium & amitas, Mæuius literis ad sorores suas factis declarauit, commune futurum quidquid ad eum ex euentu litis hæreditariæ peruenisset: neque stipulatio literas secuta est. quæsitum est, cum transegerit idem Mæuius cum scripto hærede, ita ut prædia & aliæ quædam res ex ea transactione ad eum peruenirent, an ex literis suis possit à sororibus conueniri? Scæuola respondit posse. *Planè Vlpianus:* Non figura literarum (*inquit*) sed oratione quam exprimunt literæ, obligamur: quatenus placuit non minus ualere quod scriptura, quàm quod uocibus lingua figuratis significaretur. a *Sed etsi quis donandi animo in rationibus suis scripserit, se alicui debere, per hanc scripturam non obligatur.*

a *L. 57. ff. de act. & oblig.*

*tur.quæ exceptio approbatur l.26.ff.de donationib. his uerbis:* Nuda ratio non facit aliquem debitorem: utputa qood donata libero homini uolumus, licet referamos in rationas nostras debata nos, tamen nulla donatio intelligitur. *Hæc de literarum obligatione. Qood ad postremum genus propositæ diuisionis attinet, eius definitio & species proponuntur Inst.de obligationib.ex consensu, his uerbis:* Consensu fiuot obligationes in emptiooibus, uenditionibua, locarionibus, conductionibus, societatibus, mãdatis. Ideo autem istis modis obligatio dicitur consensu cootrahi, qoia neq; scriptura, naq; præseotia omnimodo opus ast: at nec dari quidquam necesse est. ut substantiam capiat obligatio: sed sufficit aos qui negocia gerunt, coosentire. Vnde inter absentes quoq; talia negocia contrahuntur: ualuti par epistolam uel per nõcium. Item in his contractibus alter alteri obligatur in id qood alterum alteri ex bono & æquo prę stara oportet: cum alioqui in uerborum obligationibua alios stipulatur, aliùs promittat: *Concordat iisdem propè uerbis l.2.ff.de act.& obligat. Concordat item l.52.§.consentientes. ff.eod.tt. his uerbis:* Consentientes in aliqoam rem, ax cõseosu obligari nacassariò ex uoluntate nostra uidamur. *Concordat item l.35.§.fin.ff.de uerb.obligat.cuius uerba uide J. lib.38.cap.4.except.22.*

*Qointa diuisio, seu alia subdiuisio contractuũ est, quòd alij sint nominati, alij innominati. quæ diuisio proponitur l.7.in prin.ff.de pactis, hisce uerbis:* Iurisgantiũ conuantiones quędam actionea pariunt, quædam exceptiones. Quæ pariunt actiones, in suo nomine non stant, sed trãseunt io propriũ noman contractus: ut emptio, uenditio, locatio, cõductio, societas, commodatum, depositum, & cæteteri similas contractus. Sad atsi io alium contractum res non transeat, subsit tamen causa, aleganter Aristo Calso respondit esse obligationam: utpota dadi tibi rem, ut mihi aliam daa: dadi ut aliquid facias: *καὶ συνάλλαγμα εἶναι*, & hinc nasci ciuilem actionem. Et ideo puto rectè Iulianum à Martiaoo reprehaosum in hoc: Dedi tibi Stichum, ut Pamphilom manumittas: manumisisti, euictua est Stichus. Iulianua in factum actiooem à Prætore dandam: ille ait ciuilem incarti actionam, id ast præscriptis uarbia sufficere. Esse enim cootractum (quod Aristo dicit) *συνάλλαγμα*, unde hæc nascatur actio. Sed cùm nulla subest causa præter conueotionem, hic constat non posse coostitui obligationem. Igitur nuda pactio obligationem non parit, sed parit exceptionem. *Ex his uerbis notandum, contractuum alios esse nominatos, alios innominatos: & ex contractibus innominatis alios párere actiones, alios exceptiones tantùm. Obligationes ex contractibus qui exceptiones tantùm pariunt descendentes, naturales suprà nominauimus: ex alijs contractibus qui actiones pariunt descendentes, appellamus ciuiles obligationes. Nec refert quòd in uerbis propositis dicatur, Iurisgentium conuentiones quasdam actiones párere. Quoniam omnis actio iure ciuili prodita est, quamuis plerique contractuum & conuentionum ex iure gentium seu naturali oriantur. Porrò quod ad contractus innominatos, qui actiones pariunt, attinet, eorum species & exempla proponuntur l.5.ff. de præscriptis uerbis. cuius uerba uide J. lib. 44. cap. 2. quæstion. 1. causa 4. Hactenus igitur definitiones & species obligationum ex contractu descendentium sunt propositæ. De obligationibus ex quasi contractu, item ex maleficio & quasi maleficio descendentibus, infrà suis locis dicetur.*

*Sexta obligationũ diuisio, itidẽ ex causa seu facto sumpta, proponitur l.52.ff.de actionibus et obligationib. his uerbis:* Obligamur aut re, aut uerbis, aut simul utroq;, aut cõsensu, aut lege, aut iura honorario, aut ax nacessitata, aut ax facto. Re obligamor, cum res ipsa intercedit: uerbis, cum præcedit iotertogario, & sequitur congrua responsio. Re & uerbis pariter obligamur, cum & ras & interrógatio intarcedit. Coosentientes in aliquã rem, ex consensu obligari necessariò ex uoluntata nostra uidemur. Lege obligamur, cum obtemperantes legibus aliquid secundum præceptum lagis, aut contrà facimus. Iure honorario obligamur ex his quæ edicto perpetuo ual magistratu fieri præcipiũtur, uel fieri prohibantur. Necessitate obligantur, quibus non licet aliud facera qoàm qood præceptum est: qood aueoit in oacessario hærede. Ex facto obligamur, cum in facto summa quæstionis consistit. Etiam nudus consansus sufficit obligationi, quamuis uarbis hoc exprimi possit. Sad & nutu solo plaraq; cõsistunt.

*Septima obligationũ diuisio est, quòd aut nostro aut alieno nomine obligemur. quæ diuisio proponitur l.1.§.aut proprio.ff.de act.& obligat.his uerbis:* Aut proprio nomina quisq; obligatur, aut alieno. Qui autam alieno nomine obligatur, fideiussor uocatur. Et plerunq; ab eo quem proprio nomine obligamus, alios accipimus, qui eadem obligatione teneantur: dum curamus, ut qood in obligatiooem daduximus, tutius nobia debeatur.

*Octauæ diuisionis loco notãdæ sunt quatuor causæ obligationũ formales: quæ proponũtur l.42.ff.de action.et oblig.his uerbis:* Obligationũ ferè quatuor

tuor causæ sunt. Aut enim dies in his est, aut cōditio, aut modus, aut accessio. Circa diē duplex inspectio est: nam uel ex die incipit obligatio, aut confertur in diem. Ex die, ueluti calendis Martijs dare spondes. Cuius natura est hæc, ut ante diē non exigatur. Ad diem autem, usq; ad calēdas dare spondes. Placet autem ad tempus obligationem constitui non posse, nō magis quàm legatum. Nam quod alicui deberi cœperit, certis modis deberi desinit. Planè post tempus stipulator uel pacti cōuenti, uel doli mali exceptione submoueri poterit. Sic & in tradēdo, si quis dixerit se solum sine superficie tradere, nihil proficit, quo minus & superficies trāseat, quæ natura solo cohæret. Cōditio uerò efficax est, quæ in constituenda obligatione inseritur, non quæ post perfectam eam ponitur: ueluti centum dare spōdes, nisi nauis ex Asia uenerit. Sed hoc casu existente conditione, locus erit exceptioni pacti conuēti uel doli mali. Modus autem obligationis est, cum stipulamur decem aut hominem. Nam alterius solutio totam obligationem perimit, nec alterum peti potest utiq; quamdiu utrunq; est. Accessio uerò in obligatione aut personæ aut rei fit. Personę, cum mihi aut Titio stipulor: rei, cum mihi decem aut Titio hominem stipulor. Vbi quæritur an ipso iure fiat liberatio, homine soluto Tirio.

### *DE EXCEPTIONIBVS aduersus causas obligationum generalioribus. Cap. III.*

*EX ijs quæ ā. cap. prox. proposita sunt, non solum genera obligationum, sed & earundem causæ patent. Quamuis autem regulariter ex contractu, quasi contractu, ex maleficio & quasi maleficio nascantur obligationes: tamen causæ istæ plures recipiunt exceptiones, partim generales & communes, partim speciales & proprias: quibus aut ipso iure obligationem non pariunt, aut exceptionis ope infirmantur. Ex hisce generaliores quidem exceptiones in hoc capite proponemus, specialioribus ad suas species reseruatis.*

I. EXCEPTIO: *Nisi pupillus fecerit, puta cōtraxerit, uel deliquerit. Hæc exceptio approbatur l. 42. ff. de action. & obligat. his uerbis:* Obligari potest paterfamiliâs, suę potestatis pubes, compos mentis. Pupillus sine tutoris authoritate non obligatur iure ciuili. *Huius ratio proponitur l. 149. ff. de reg. iuris, hisce uerbis:* Pupillus nec uelle nec nolle in ea ætate (nisi adposita tutoris authoritate) creditur. Nam quod animi iudicio fit, in eo tutoris authoritas necessaria est. *Concordat l. 1. §. furiosum. ibi: huic proximus. ff. de act. & obligat. cuius uerba uide J. repl. prox. Declaratur exceptio proposita definitione pupilli l. 239. in prin. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Pupillus est, qui cū impubes est, desijt in patris potestate esse aut morte, aut emancipatione. *Planè in patris etiam potestate constitutus impubes, pupillus rectè dicitur, l. alt. §. pupillus. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide J. lib. 38. cap. 4. except. 11. Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi tutoris authoritas intercesserit. quæ replicatio elicitur ex uerbis ā. propositis hisce:* Sine tutoris authoritate. *Cui concordat l. 5 ff. de reg. iuris, his uerbis:* In negotijs contrahendis alia causa habita est furiosorum, alia eorum qui fari possunt, quamuis actum rei non intelligerēt. Nam furiosus nullum negocium contrahere potest: pupillus omnia tutore authore agere potest. *Concordat item l. 1. §. furiosum. ff. de action. & obligat. his uerbis:* Furiosum, siue stipuletur siue promittat, nihil agere natura manifestum est. Huic proximus est qui eius ætatis est, ut nondum intelligat quid agatur. Sed quoad hunc, benignius acceptum est. Nam qui loqui potest, creditur & stipulari & promittere rectè posse. *Huius replicationis duplicationes uide ī. lib. 18. cap. 7. quæst. 2. reg. 1. Sed & eius duplicatio hæc est: Nisi filiusfamiliâs impubes authore patre contrahat. quæ duplicatio approbatur l. 141. §. pupillus. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide J. lib. 38. cap. 4. except. 11. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi naturaliter. Nam naturaliter pupillus obligatur. quæ replicatio elicitur ex uerbis ā. ead. except. in prin. propositis hisce:* Non obligatur iure ciuili. *Concordat l. 1. §. fin. ff. de nouat. cuius uerba proponentur alibi. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi pupillus infans. quæ duplicatio approbatur, teste Accursio, l. 58. ff. de action. & obligat. his uerbis:* Pupillus mutuam pecuniā accipiendo nec quidem iure naturali obligatur. *Concordat l. 41. ff. de condictione indebiti, his uerbis:* Quod pupillus sine tutoris authoritate stipulanti promiserit & soluerit, eius repetitio est: q̄a nec natura debet. *Tertia replicatio est: Nisi pupillus locupletior sit factus. quæ replicatio approbatur l. 4. §. si quis pupillo. ff. de doli mali & metus except. his uerbis:* Si quis pupillo soluerit sine tutoris authoritate id quod debuit, exq; ea solutione locupletior factus sit pupillus: rectissimè dicetur exceptionem petentibus nocere. Nam etsi mutuam acceperit pecuniā, uel ex quo alio contractu locupletior factus sit: danda erit exceptio. Idemq; & in cæteris erit dicendum, quibus non rectè solui tur. Nam si facti sint locupletiores, exceptio locum habebit. *Concordat l. 13. §. fin. cum lege sequente. ff. de condictione indebiti. cuius uerba uide ī. cap. 1. de naturali oblig. proprio §.*

*Quarta replicatio est: Nisi ex quasi contractu agatur. ex hoc enim obligatur pupillus. quæ replicatio approbatur l.45. ff. de action. & obligat. his uerbis:* Furiosus & pupillus, ubi ex re actio uenit, obligantur etiam sine curatore uel tutoris authoritate. Veluti si communem fundum habeo cum his, & aliquid in eum impendero, uel damnum in eo pupillus dederit: nam iudicio communi diuidundo obligabantur. *Quintæ replicationis loco notandum, quòd exceptio proposita pupillo tantùm competat, non etiam ei qui cum pupillo contraxit. quæ replicatio approbatur Inst. de author. tutor. §. unde in his causis. cuius uerba uide s. lib.18. cap.7. quæst.2. reg.1. except.3. Concordat item l. contra. 28. in prin. ibi: ex diuerso. ff. de pactis. cuius uerba uide j. lib. prox. cap.5. repl.1. dupl.1. Sexta replicatio est: Nisi maior sit quatuordecim annis: hic enim obligatur. quæ replicatio approbatur l.42. in uocabulo Pubes. ff. de act. & oblig. cuius uerba uide s. ead. except. in prin. Concordat l. 101. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Puberes sine curatoribus suis possunt ex stipulatu obligari. *Planè duplicationis loco notandum, quòd pubes minor uiginti quinq; annis in integrum restitui possit. de qua re uide ff. de minoribus uiginti quinque annis.*

II. EXCEPTIO: *Nisi furiosus contraxerit uel deliquerit. Hæc exceptio approbatur l.5. ff. de reg. iuris, hisce uerbis:* Furiosus nullum negocium contrahere potest. *Concordat l.1. §. furiosum. ff. de action. & obligat. cuius uerba uide s. except. prox. repl.1. Huius exceptionis ratio proponitur l.40. ff. de reg. iuris, his uerbis:* Furiosi nulla est uoluntas. *Concordat item Inst. de inutilib. stipul. §. furiosus, his uerbis:* Furiosus nullum negocium gerere potest: quia non intelligit quod agit. *Planè propositæ exceptionis replicatio prima uidetur esse: Nisi curator furioso author fiat. Sed hæc replicatio reprobatur per ea quæ proposita sunt s. exception. prox. repl.1. Altera replicatio est: Nisi ex quasi contractu agatur. quæ replicatio approbatur l.45. ff. de action. & obligat. cuius uerba uide s. except. prox. repl.4. Huius exemplum proponitur l.23. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis:* Qui negocia furiosi gesserit, negociorum gestorum ei obligatur, & eum obligat, si ei aliquid absit. *Tertiæ replicationis loco notandum, quòd ei qui cum furioso contrahit, exceptio proposita non detur. quæ replicatio approbatur d. l. 23. his uerbis:* Si à furioso, cum eum compotem mentis esse putarem, pecuniam quasi mutuam acceperim, eaque in rem meam uersa fuerit: condictio furioso adquiritur. Nam ex quibus causis ignorantibus nobis actiones adquiruntur, ex ijsdem etiam furiosi nomine incipit agi posse: ueluti cum seruus eius stipulatur, & cum furtum ei fit, aut damnum ei dãdo in legem Aquiliam committitur: aut si fortè, cum creditor fuerat, fraudandi eius causa debitor alicui rem tradiderit. Idemque erit, si legetur ei, uel si per fideicommissum ei relinquatur. Item si is qui alieno seruo crediderat, furere cœperit, deinde seruus in rem domini id quod mutuum acceperat, uerterit: furioso cõdictio adquiritur. Item si alienam pecuniam credendi causa quis dederit, deinde compos mentis esse desierit: postea cõsumpta ea, condictio furioso adquiritur: & qui negocia, &c. *Reliqua uide s. repl. prox.*

III. EXCEPTIO: *Nisi seruus gesserit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 13. ff. de act. & obligat. his uerbis:* Serui ex delictis quidem obligantur, & si manumittantur, obligati remanent: ex cõtractibus autem ciuiliter quidẽ non obligãtur, sed naturaliter & obligãtur & obligant. *Cõcordat l.42. in fine. ff. eod. tt. his uerbis:* Seruus ex cõtractibus nõ obligatur. *Concordat itẽ l.22. in prin. ff. de reg. iuris, hisce uerbis:* In personam seruilem nulla cadit obligatio. *Concordat item Inst. de inutilib. stipul. §. item inutilis, in fine, his uerbis:* Seruus quidem non solùm domino suo obligari nõ potest, sed ne quidem ulli alij: filij uerò familiarum alijs obligari possunt. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ex delictis: ex his enim serui quoq; obligantur, ut ex uerbis iam propositis constat. Cui concordãt ea quæ proposita sunt s. lib.19. cap.10. quæst. 13. reg.9. except.3. Secunda replicatio est: Nisi naturaliter. quæ replicatio constat ex uerbis iam propositis hisce:* Sed naturaliter & obligantur & obligant. *Huius ratio proponitur l.32. ff. de reg. iuris, hisce uerbis:* Quod attinet ad ius ciuile, serui pro nullis habentur: non tamen & iure naturali. Quia quod ad ius naturale attinet, omnes homines æquales sunt. *Concordat l.13. ff. de condictione indebiti. cuius uerba uide j. lib.49. cap.8. except.10. Tertiæ replicationis loco notandum, quòd seruus dominum suum obliget alteri, contrahendo quidem actione de peculio, uel de in rem uerso, uel quòd iussu, uel actione tributoria, uel institoria, uel exercitoria: delinquẽdo autem actione noxali. de qua re alibi tractabitur.*

IIII. EXCEPTIO: *Nisi filiusfamiliâs contraxerit uel deliquerit. Hæc exceptio reprobatur l.38. ff. de act. & obligat. his uerbis:* Filiusfamiliâs ex omnibus causis tanquam paterfamiliâs obligatur, & ob id agi cum eo tanquam cum patrefamiliâs potest. *Concordat Inst. de noxalib. action. §. fin. his uerbis:* Apud ueteres legũ commentatores inuenimus sæpius dictum, ipsos filiosfamiliarum pro suis delictis posse conueniri. *Concordat itẽ l.57. ff. de iudicijs. cuius uerba uide j. cap.6. reg.2.*

*C n ordat item Inſt.de inutilib.ſtipulat.§.item inutilis,in fine.cuius uerba uide ſ.except.prox.*

V. EXCEPTIO: *Niſi inter patrem & filium,qui in eius eſt poteſtate,geſtum ſit. Hæc exceptio approbatur l.6.ff.de act. & obligat.his uerbis:* Actionea aduerſus patrem filio præſtari non poſſunt, dum in poteſtare eius eſt filins. *Approbatur item l.16.ff.de furtis,bis uerbis:* Ne cnm filiofamiliàs pater furti agere poſſit,non iuris conſtirutio, ſed natura rei impedimento eſt: quòd non magis cum ijs qnos in poteſtare habemus, quàm nobiſcum ipſi agere poſſumus. *Concordat l.4.ff. de iudicijs, biſce uerbis:* Lis nulla nobis eſſe poteſt cum eo qnē in poteſtare habemus, niſi ex caſtrenſi peculio. *Concordat item l.11. in fine.ff.eod.tt.cuius uerba uide ī.lib.5.cap.1.quæſt.4.cauſa 2.Concordat item Inſt.de obligat.quæ ex delicto naſcuntur.§. hi qui in parentum. ibi: quia nec ulla. cuius uerba uide j.lib.44.cap.3.quæſt.2.except. gener.1.Concordat item Inſt.de inutilib.ſtipul.§.item inutilis,biſce uerbis:* Inutilia eſt ſtipulatio,ſi uel ab eo ſtipuleris, qui tuo iuri ſubiectus eſt, uel ſi is à te ſtipuletur. *Planè propoſitæ exceptionis replicatio eſt: Niſi in caſtrenſi uel quaſi caſtrenſi peculio:in hoc enim inter patrem & filium tam obligatio quàm actio ſubſiſtit. Quæ replicatio approbatur uerbis d.l.4. iam propoſitis biſce:* Niſi ex caſtrenſi peculio. *Concordat l.15.§.1.ff. de caſtrenſi peculio. cuius uerba uide ī. lib. 14. cap.3. quæſt.2.reg.11. Item concordat,quoad quaſi caſtrenſe peculium,gloſſa in d.l.4. Quid autem ſit caſtrenſe & quaſi caſtrenſe peculium, uide ā. lib.16. cap.2. quæſt.1.except.3.cum ſequentib.item cap.3.*

VI. EXCEPTIO: *Niſi inter dominum & ſeruum geſtum ſit.Hæc exceptio approbatur l.6. C.an ſeruus ex ſuo facto,bis uerbis:* Inter dominos & ſeruos nullum iudicium conſtare poteſt. *Concordat Inſt. de obligat. quæ ex delicto naſcuntur.§.hi qui in parentum.ibi: quia nec ex alis ulla. cuius uerba ( ut dixi ) proponentur alibi. Concordat item l.17.in prin.ff.de furtis. cuius uerba uide j.lib.46.cap.3.quæſt.2. except.1.Cōcordat itē l.7.in prim.ff.ad l.Cornel.de falſis.cuius uerba uide ī. lib.3.cap.1.quæſt.5.except.12.repl.5.Concordat item l.4.ff.de iudicijs.cuius uerba uide ī.except.proxim. Concordat item l.13.§.fin.C.de tranſactionib.bis uerbis:* Nec dubij iuris eſt,dominos cum ſeruis ſuis paciſcentes ex placitis teneri atq; obligari non poſſe. *Concordat item Inſt.de inutilib.ſtipul.§.item inutilis. cuius uerba uide ī. except. prox. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt:Niſi dominus tabulas teſtamenti,in quo ſeruo libertas relicta eſt,ſupprimat: ex hoc enim ſeruo aduerſus dominum accuſatio competit. quæ replicatio approbatur d.l.7.ff.ad l.Cornel.de falſis.Concordat l.in certis.53.ff.de iudicijs,biſce uerbis:* In certis cauſis aduerſus dominos ſeruis conſiſtere permiſſum eſt,Id eſt,ſi qui ſuppreſſas tabulas teſtamenti dicant,in quibus libertatē ſibi relictam adſeuerant.Item arctioris annonæ populi Romani & cenſus ac falſæ monetæ criminis reos dominos detegere ſernis permiſſum eſt:præterea ſi fideicommiſſariam libertatem ab hia petāt. Sed & ſi qui ſuia numis redemptos ſe,& non manumiſſos contra placiti fidem adſeuerent. Liber etiam iuſſus, ſi rationes reddiderit, arbitrum contra dominum de rationibua excutiendis rectè peret. Sed etſi quis fidē alicnius elegerit, ut numis eius redimatur, atque his ſolutis manumittatur, nec ille oblatam pecuniam ſuſcipere uelle dicat:contractus fidem deregendi ſeruo poteſtas tributa eſt. *Altera propoſitæ exceptionis replicatio eſt:Niſi ſeruus dominum de annona,cenſu aut falſa moneta accuſet. quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis biſce:* Item arctioris annonæ populi Romani,&c. *Tertia replicatio eſt: Niſi dominus ſeruo fideicommiſſariam libertatem debeat.quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis biſce:* Præterea ſi fideicōmiſſariam,&c. *Quarta replicatio eſt: Niſi ſeruus ſuis numis ſe redemptum dicat.Et hæc replicatio approbatur uerbis iam propoſitis biſce:* Sed etſi qui ſuis nnmis,&c. *Quinta replicatio eſt:Niſi ſub hac conditione,Si rationes reddiderit:liber eſſe iuſſus, contra dominum agat de rationib. recipiendis. quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis biſce:* Liber etiam iuſſus,&c. *Sexta replicatio eſt:Niſi ex pacto manumiſsionis ſeruus agat.quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis biſce:* Sed et ſi quis fidem alicuius, &c. *Septima replicatio eſt:Niſi poſt manumiſsionem inter dominum & ſeruum geſtum ſit. Hæc replicatio approbatur l.17.in prin.ibi:planè ſi manumiſſus.ff.de ſurtis. cuius uerba uide j.lib.46.cap.3.quæſt.2.except.gener.1.Concordat l.6.in fine.C.an ſeruus ex ſuo facto. cuius uerba uide ſ.lib.09.cap.10.quæſt.13.reg 9.except.3.repl.1. Octaua replicatio uidetur: Niſi poſt geſtum ſeruus alienatus uel manumiſſus ſit.Hæc replicatio reprobatur d.l.17.in prin.& d.l.6. Nona replicatio eſt:Niſi reuera ſeruus nō ſit,ſed pro ſeruo bona fide poſſeſſus.Hæc replicatio approbatur l.54.§.item promittēdo.ff.de adquir.rer.dom.bis uerbis:* Promittendo nobis homo liber,qui bona fide nobis ſeruit,nel emendo,nel uendendo,uel locando,uel conducendo obligari ipſo iure poterit.Sed & damnum dando damni ininriæ tenebitur: ut tamen culpā in damno dando exigere debeamus grauiorē,nec ram leuē quàm in exrraneo. At ſi iuſſu noſtro quid in re noſtra gerant,uel abſentibus nobis quaſi procuratores aliquid agant:danda erit in eos actio.Nō ſolùm ſi eos emerimus, ſed etiāſi donati fuerint nobis,aut ex dotis nomine,aut ex legati cauſa pertinere ad nos cœperint, aut

ex

ex hæreditate:idẽ præſtabunt. Nec ſolùm ſi noſtros putauerimus,ſed etiam ſi communes aut fructuarios:ut tamen quod adquiſituri non eſſent, ſi reuera communes aut uſuarij eſſent,id hodie quoq; non adquirant. *Concordat l.118.in prin ff.de uerb.oblig. his uerbis:* Liber homo qui bona fide ſeruit mihi,quod ſtipulanti mihi promittit, propè eſt ut omnimodo ſit utile, quamuis ex re mea promittat.Nam quid aliud dici poteſt,quo minus liber homo teneatur? *Huius replicationis duplicatio prima hæc eſt:Niſi liber homo bona fide poſſeſſus, non adquiſiturus erat etiam uero domino:tunc enim nec bonæ fidei poſſeſſori obligatur. quæ duplicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Vt tamen quod adquiſituri nõ eſſent,ſi reuera,&c. *Altera duplicatio eſt:Niſi non de poſſeſſo poſſeſſori,ſed contra de hoc illi obligando agatur.quæ duplicatio approbatur d.l.118. in prin. his uerbis:* Nec tamẽ ideo,ſi ſtipulanti eidem ex eadem cauſa ſpondeã,tenebor: quemadmodum enim habebit eius actionem aduerſus me,quod ab alio ſtipulatus quęreret mihi? Hic itaq; latè fructuario ſeruo uel alieno,qui bona fide ſeruit,comparabitur.Seruus autẽ fructuarius ſi promittat ex re ipſius, uel alienus qui bona fide ſeruit: emptori nulla de peculio dabitur in dominum actio.nam in his caſibus domini eſſe intelliguntur. *Decima replicatio eſt:Niſi ſeruus communis ſit:inter hunc enim & alterum ex ſocijs obligatio conſiſtit. quæ replicatio approbatur l.7.§.ſi ſeruus.ff.de ſtipulat. ſeruor. cuius uerba uide ſ.lib.21.cap.2.reg.4.except.1.Concordat l.17.ff.de adq.rer. dom.cuius uerba uide ſ.d.reg.4. except.5.Item concordat l.8.§.accepto.in fine.ff. de acceptilat.cuius uerba uide j.lib.48.cap.13. quæſt.5. except.5.repl.3. Vndecima replicatio eſt:Niſi pecunia domino à ſeruo promiſſa ut manumitteretur, ſit manumiſſus. Hæc replicatio approbatur l.3. C.an ſeruus ex ſuo facto, &c. cuius uerba uide ſ. lib.19. cap.10.quæſt.13.reg.9.except.4.Concordat authore Accurſio l.77.ff de ſolut.his uerbis:* In liberto antiquior contractus operarum eſſe non poteſt,ſine quibus libertas ei data non eſſet. *Duodecima replicatio eſt: Niſi naturalis ſit obligatio. quæ replicatio approbatur l. 39. §. dominus,in fine.ff.de condit.& demonſtr.cuius uerba uide alibi. Decimatertia replicatio eſt:Niſi cum ſeruus ab alio negocijs gerendis præpoſitus eſſet,dominus eius rei gratia cum eo cõtraxerit.Hæc replicatio approbatur l.11.§.fin.cũ lege ſequenti. ff.de inſtitor. actio.cuius uerba uide j.lib.45.cap.9.quæſt.3.exc.9. Concordat l.5.in prin.ff.de exercit.actio.cuius uerba uide j.lib.45.cap.8.quæſt.3. except. 10. Plures huiuſmodi replicationes uide j.lib. 46. cap.5. quæſt.2. except.gener.1.*

VII. EXCEPTIO:*Niſi alio animo geſtum ſit,quàm ut obligatio contraheretur.Hæc exceptio approbatur l.3.§.non ſatis.ff.de act.et obligat. his uerbis:* Non ſatis eſt dantis eſſe numos, & fieri accipientis, ut obligatio naſcatur: ſed etiam hoc animo dari & accipi,ut obligatio conſtituatur. Itaq; ſi quis pecuniã ſuã donandi cauſa dederit mihi, quanquã & donantis fuerit & mea fiat, tamen non obligor ei:quia non hoc inter nos eſt actũ. Verborum quoq; obligatio cõſtat,ſi inter contrahentes id agatur. Nec enim ſi per iocum puta,uel demonſtrandi & intellectus cauſa ego dixero tibi,Spondes? & tu reſpondeas,Spondeo:naſcetur obligatio. *Concordat l.41. §. fin. ff.ad l. Aquiliam, his uerbis:* Cum facto etiam animum furis furtũ exigit. *Huius loci ſunt contractus imaginarij, qui nõ obligant: quia alio animo fiunt. quod approbatur l. 51.ff.de act. & obligat. his uerbis:* Contractus imaginarij etiã in emptionibus iuris uinculum non obtinent, cum fides facti ſimulatur non intercedente ueritate. *Concordat l.21.C.de tranſactionib.his uerbis:* Cùm ea quæ tranſactionis cauſa dari aut retineri cõuenit,ueluti emptorem eum quem accipere placuerat,obtinere præſcribitur:ij quæ ſimulatè geruntur pro infectis habitis,fruſtra ficti precij poſtulatur numeratio. *Concordat item l.55.ff.de contrah.empt.his uerbis:* Nuda & imaginaria uenditio pro non facta eſt. Et ideo nec alienatio eius rei intelligitur. *Planè Paulus:* Imaginaria uenditio nõ eſt (*inquit*) precio accedente. *l.16 ff.de reg iuris.quaſi dicat Iuriſconſultus: Ad rem uenditam tradendam conuentus, fruſtra exceptione propoſita utetur, ſi precium accepit.*

VIII. EXCEPTIO:*Niſi ſine dolo malo geſtum ſit.Hæc exceptio ſpecies eſt præcedentis,et approbatur l.55.in prin. ff.de furtis.his uerbis:* Maleficia uoluntas & propoſitum delinquentis diſtinguunt. *Concordat l. 51.§.rectè.ff.eod. tit.his uerbis:* Rectè Pedius ait, Sicut nemo furtum faciat ſine dolo malo,ita nec conſilium uel opẽ ferre ſine dolo malo poſſe. *Concordat item l.2.§.hac actione is demum ff. ui bonor.raptor.his uerbis:* Hac actione is demum tenetur,qui dolũ malum adhibuit. *Concordat item l.5.in prin.C.de iniurijs, hiſce uerbis:* Si non cõuicij cõſilio te aliquid iniurioſum dixiſſe probare potes, fides ueri à calũnia te defendit. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi ex contractu obligatus aliquid cõtra fidem contractus perperam geſſit uel neglexit.hoc enim caſu,quamuis dolo careat,nihilominus tamen tenetur.quæ replicatio approbatur,ſimul & diſtinguitur l.23 ff. de reg.iuris,hiſce uerbis:* Contractus quidã dolum malum duntaxat recipiunt, quidam & dolũ & culpã. Dolum tãtùm, depoſitum & precarium.Dolũ & culpam, mandatũ,commodatũ,uẽditum, pignori

acceptum, locatum, item dotis datio, tutelæ, negocia gesta. In his quidem & diligentia. Sed & societas & rerum cõmunio & dolum & culpam recipit. Sed hæc ita, nisi quid nominatim cõuenit uel plus uel minus in singulis contractibus. Nam hoc seruabitur, quod initio conuenit (legem enim contractui dedit) excepto eo quod Celsus putat non ualere, si conuenerit ne dolus præstetur: hoc enim bonæ fidei iudicio contrarium esse. & ita utimur. *Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi contractus depositi sit, uel precarij, uel alius in quo nulla utilitas uersatur eius qui culpam commisit. tunc enim de solo dolo, non etiam de culpa tenetur. quæ duplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Dolum tantùm, depositum & precarium. *Concordat l.5.§.nunc uidendum.ff. commodati, his uerbis:* In contractibus interdum solum dolum, interdum & culpam præstamus. Dolum in deposito: nam quia nulla utilitas eius uersatur apud quem deponitur, meritò dolus solus præstatur: nisi fortè & merces accessit: tunc enim (ut est constitutum) & culpa exhibetur: aut si hoc ab initio conuenit, ut & culpam & periculum præstet is, penes quem deponitur. Sed ubi utriusq; utilitas uertitur: ut in empto, in locato, in dote, in pignore, in societate: & dolus & culpa præstatur. *Huius duplicationis triplicatio prima hæc est: Nisi merces accessit. quæ triplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Nisi fortè & merces accessit, &c. *Altera triplicatio est: Nisi de culpa quoq; præstanda conuenit. quæ triplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Aut si hoc ab initio conuenit, ut & culpam & periculum præstet, &c. *Concordat d.l.23. uerbis ĩ. propositis hisce:* Sed hæc ita, nisi quid nominatim cõuenit uel plus uel minus in singulis contractibus. Nam hoc seruabitur quod initio conuenit: legem enim contractui dedit. *Tertia triplicatio est: Nisi lata culpa interuenit. Nam & hæc in deposito & similibus contractibus dolo æquiparatur. quæ triplicatio approbatur l.226.ff. de uerb. signif. his uerbis:* Magna negligentia culpa est: magna culpa dolus est. *Concordat l. ante penult.ff. depositi, his uerbis:* Quod Nerua diceret, latiorem culpam dolum esse, Proculo displicebat. Mihi (Celsus ait) uerissimũ uidetur. Nam etsi quia non ad eum modum, quem hominum natura desiderat, diligens est: nisi tamen ad suum modum curam in deposito præstat, fraude non caret. Nec enim salua fide minorẽ his, quàm suis rebus, diligentiam præstabit. *Declaratur triplicatio proposita definitione latæ culpæ, l. 213.§.fin.ff. de uerb. signif. his uerbis:* Lata culpa est nimia negligentia, id est, non intelligere quod omnes intelligunt. *Concordat l.223. in prin.ff. eod. tt. his uerbis:* Latæ culpę finis non intelligere id quod omnes intelligunt. *Quarta triplicatio est: Nisi cum res commodata reddita esset, commodator eam apud commodatarium reliquerit, postero die rursus ei roganti commodaturus. quæ triplicatio approbatur l.5 §.si de me.ff. commodati, his uerbis:* Si de me petijsses, ut triclinium tibi sternerem, &c. *Hæc de prima duplicatione eiusq; triplicationibus sunt dicta.* *Altera propositæ replicationis duplicatio est: Nisi conuenerit ne culpa præstetur. tunc enim non nisi de dolo tenetur. quæ duplicatio approbatur l.23. ibi: sed hæc ita.ff. de reg. iuris. cuius uerba uide ĩ. ead. repl. in prin.* *Tertia duplicatio est: Nisi casu & ui maiore quid acciderit. tunc enim etiam in ijs contractibus, in quibus reus non solum dolum, sed & culpam præstat, excusatur. quæ duplicatio approbatur d.l.23.§.fin. his uerbis:* Animalium casus mortesq;, quæ sine culpa accidunt, fugæ seruorum qui custodiri non solent, rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonum à nullo præstantur. *Huius ratio proponitur l.2.§.si eo tempore.ff. de administr. rer. ad ciuit. pertinent. his uerbis:* Fortuitos casus nullum humanum consilium prouidere potest. *Huius duplicationis triplicatio prima hæc est: Nisi culpa casui interuenerit uel eum præcesserit. quæ triplicatio elicitur ex uerbis iam propositis hisce:* Quæ sine culpa accidunt. *Concordat l.5.§. quod uerò senectute.ff. commodati. cuius uerba uide J. lib.39. cap.5. quæstion.1. exception.3. Sed & huius triplicationis species & exempla sunt triplicationes proximè sequentes.* *Altera triplicatio est: Nisi imperitia rei conuenti acciderit. quæ triplicatio approbatur l.174.ff. de reg. iuris, hisce uerbis:* Imperitia culpæ adnumeratur. *Concordat l.9.§. Celsus ff. locati, his uerbis:* Celsus imperitiam culpæ adnumerandam libro octauo Digestorum scripsit: puta si quis uitulos pascendos, uel sarciendum quid, poliendumúe conducit: culpam eum præstare debere. Et quod imperitia peccauit, culpã esse: quippe ut artifex (inquit) conduxit. *Concordat item Inst. de l. Aquilia.§. imperitia quoq;, his uerbis:* Imperitia quoque culpæ adnumeratur: ueluti si medicus ideo seruum tuum occiderit, quia malè eũ secuerit, aut perperam ei medicamentum dederit. *Cõcordat itẽ l.a.§. sicuti.ff. de officio Præsidis. cuius uerba uide ĩ. lib.4. cap.4. quæst.1. except.1. Cõcordant itẽ ea quæ proponũtur J. lib.43. cap.6. quæst.1. causa 9. exc.1. repl.1.* *Tertia triplicatio est: Nisi præceptoris nimia sæuitia acciderit casus. Hæc triplicatio approbatur l.6.ff. ad l. Aquiliã, his uerbis:* Præceptoris nimia sæuicia culpę adsignatur. *Huius exẽplũ proponitur l.5.§.fin.ff. eod. tt. cuius uerba uide J. lib.46. cap.11. except.18. repl.4.*

Quarta

*Quarta triplicatio est : Nisi dum immiscet se rei ad se non pertinenti, casus acciderit. Hæc triplicatio approbatur l.16.ff.de reg.iuris, hisce uerbis:* Culpa est immiscere se rei ad se non pertinenti. *Plures triplicationes uide* J.*lib.39.cap.5.quæst.1.except.3. Hæc de prima propositæ exceptionis replicatione eiusq; duplicationibus sint dicta. Altera replicatio est: Nisi de damno dato agatur ex lege Aquilia : hoc enim casu propositæ exceptioni locus non est. quæ replicatio approbatur Inst. de lege Aquilia. §.iniuria.ibi:nam alioqui, his uerbis:* Nõ minus ex dolo quàm ex culpa quisq; hac lege tenetur. *Sed plura de hac re dicentur* J.*ubi de lege Aquilia eiusq; actione tractabitur. Sed & de exceptione proposita eiusq; replicationibus plura dicentur in singulis obligationum speciebus, præsertim infrà lib.39.cap.5.quæst.1.except.3.repl.2.*

IX. EXCEPTIO: *Nisi per iracundiam sit gestum. Hæc exceptio approbatur l.48.ff.de reg. iuris. cuius uerba cum concordantibus uide* s̄. *lib. 14.cap. 8.quæst.2.reg.1. except.10. Huius exemplũ de uxore diuertente, & breui reuersa proponitur d. l.48.in fine. Aliud exemplum proponitur l.29.§. mulier grauida.ff. de probationib. cuius uerba uide* s̄.*lib.7.cap.2.quæst.3.de eo quòd sit filius probãdo, reg.1. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi perseuerauerit in eo quod per iracundiam gessit. quæ replicatio approbatur d.l.48. Altera replicatio est: Nisi per iracundiam delictum uel crimen sit commissum: in delictis enim et criminib. iracundia nõ excusat. quæ replicatio approbatur l.16.§.causa. ibi:puniuntur.ff.de pœnis, his uerbis:* Puniuntur facta, cum quis per iram ab extraneo pulsatus est. *Concordat l.5.ibi:si autem.C.de iniurijs. cuius uerba uide* J.*lib.46.cap.14.except. 35. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi ex iusta ira crimen sit commissum. quæ duplicatio approbatur exẽplo l.4.in fine. C. ad l.Iul.de adulterijs. cuius uerba uide* s̄.*lib.4.cap.4.quæst.1.except.9.in fine.*

X. EXCEPTIO: *Nisi per errorem & ignorantiam quid gestum sit. Hæc exceptio approbatur l.76.ff.de reg.iuris, hisce uerbis:* In totũ omnia quæ animi destinatione agenda sunt, non nisi uera & certa scientia perfici possunt. *Plura de hac exceptione uide* J.*lib.prox. cap.2.except.25.*

XI. EXCEPTIO: *Nisi iussu patris uel domini gesserit. Hæc exceptio approbatur l.is damnũ dat.130.ff.de reg.iuris. cuius uerba cum concordantibus, sed & huius exceptionis replicationibus, uide* s̄.*lib.3.cap.2.except.4.*

XII. EXCEPTIO: *Nisi iussu magistratus gesserit. Hæc exceptio approbatur l.127.§.fin.ff. de reg.iuris. cuius uerba uide* s̄.*d.except.4.*

XIII. EXCEPTIO: *Nisi iure suo usus gesserit. Ex hoc enim gesto alteri non obligatur. quæ exceptio approbatur l.56.ff.de reg.iuris, hisce uerbis:* Nullus uidetur dolo facere, qui suo iure utitur. *Huius exceptionis elegans exemplum proponitur l.1.§.penult.ff.de aqua pluuia arcenda. cuius uerba uide* s̄.*lib.27.ca.7.quæst.2.causa 4.exc. 1. Aliud exemplũ proponitur l.6. §. apud Labeonẽ. ff.quæ in fraudẽ creditorum. cuius uerba uide* J.*lib. 49.cap.14.quæst.5.except.3. Huic concordat l.171. ff.de reg.iuris, hisce uerbis:* Nihil dolo creditor facit, qui suum recipit. *Concordat item l.26.ff.de damno infecto. cuius uerba uide* s̄.*lib.27. cap.6.quæst.1.except.9. Item concordat l.3.§. is tamen.ff.de libero homine exhib. cuius uerba uide* J. *lib.47.cap.10.quæst.3. except.1. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi iure suo utatur non tã ut sibi prosit, quàm ut alteri noceat. quæ replicatio approbatur d.§.penult. uerbis hisce:* Si modò nõ hoc animo fecerit, ut tibi noceat, sed ne sibi noceat. *Huic concordat l.1.§. deniq; Marcellus.ff.eod.tit.de aqua pluuia arcenda. cuius uerba uide d.quæst.2.causa 9. Huius etiam exemplum proponitur l.1.§.si adierit.ff.de legatis præstandis cõtra tab. cuius uerba uide* s̄.*lib.31.cap.8. quæst.4.reg.4. Altera replicatio est: Nisi iure suo utens officiat alteri, in quo ius nocendi nõ habet. Hæc replicatio approbatur exemplo l.61.ff.de reg.iuris, hisce uerbis:* Domum suam reficere unicuiq; licet, dũ non officiat inuito alteri, in quo ius nõ habet. *Aliud exemplum est, si is qui soluendo non est, res suas alienauerit, uel debitores suos liberauerit. de quo in tit. quæ in fraudem creditorum.*

XIIII. EXCEPTIO: *Nisi sciente et cõsentiẽte aduersario gestum sit. Hæc exceptio approbatur l.187.ff.de reg.iuris, hisce uerbis:* Nemo uidetur frandare eos qui sciũt & cõsentiũt. *Huius exemplum proponitur l.1.§.usq; adeò.ff.de iniurijs. hisce uerbis:* Nulla iniuria est, quæ in uolentem fit. *Aliud exemplum proponitur l.49.§. qui ex uoluntate.ff.de furtis. cuius uerba uide* J. *lib. 46.cap.3.quæst.2. except.21. Tertium exemplum proponitur l.6.§.præterea illud. ff. quæ in fraudem creditorum. cuius uerba uide* J.*lib 49.cap.14.quæst. 5.except.9. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi aduersarius deceptus uel errans consenserit. quæ replicatio approbatur l.116.§.fin.ff.de reg.iuris, hisce uerbis:* Non uidentur qui errant cõsentire. *Concordat l.15.ff.de iurisdictione. cuius uerba uide* s̄. *lib.5.cap.2.quæst.1.in fine, repl.16.dupl.1. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi in iure, non in facto errauerit. quæ duplicatio approbatur l.9. in prin.ff.de ignor. iuris & facti. de quo alibi. Eius autem exemplum proponitur l.11. C. de transactionib. cuius uerba uide* s̄.*lib.9.cap.5.except.4.repl.1. Hactenus de exceptionibus generalioribus, quæ causis obligationum & actionum possunt obijci, ex personis gerentium, item ex causa et modo gerendi desumptis. Sumuntur autem plures etiam ex consequentib. eius quod gestum est: de quibus alibi, ubi de liberationibus tractabitur. Sed & speciales exceptiones uide paßim sub suis speciebus. Nunc ad effectus obligationum, hoc est, ad actiones transeundum.*

## DE ACTIONIBVS, ET *primum quid & quotuplex sit actio? Cap. IIII.*

### I. DE DEFINITIONE actionis.

*Definitur actio Inst. de actionib. in prin. his uerbis:* Actio nihil aliud est, quàm ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur. *Concordat iisdem uerbis l. 50. ff. de action. & obligat. Ius persequendi hoc loco pro genere actionis ponitur, nihilq; aliud uocabulum iuris hic significat, quàm potestatem seu facultatem à iure seu lege concessam. Quemadmodum iter dicitur ius, hoc est, potestas & facultas eundi, ambulandi per alterius fundum, item aquaeductus dicitur ius, hoc est, potestas & facultas aquae ducendae. Sanè non iuris solùm, sed & facti uocabulum est actio, quemadmodum iter quoque & aquaeductus. Nam ingredi iter factum significat, non ius: item aquaeductus sumitur etiam pro ipso facto, quo aquam ducimus. Ita quoq; actio sumitur interdum pro facto: utputa cum dicimus aliquem mouere actionem, itē non rectè agere, ante tempus agere, &c. quibus casibus factum denotatur. In qua significatione hic non sumitur. Sed & actionis uerbum nunc generalem, nunc specialem habet significationem. quod approbatur l. 178. §. actionis. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Actionis uerbum & generale & speciale est. Nā actio dicitur omnis, siue in personam siue in rem sit, petitio: sed plerūq; actiones personales solemus dicere: petitionis autem uerbo in rem actiones significari uidentur. Persecutionis autem uerbo extraordinarias persecutiones puto contineri: utputa fideicommissorū, & si quae aliae sunt, quae non habent iuris ordinarij executionem. *In speciali significatione actio sumitu. l. 27. ff. de action. & obligat. his uerbis:* Actio in personam infertur, petitio in rem, persecutio in rem uel in personam rei persequendae gratia. *In generali significatione actio sumitur l. 34. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Actionis uerbo etiam persecutio continetur. *Sanè in libro hoc proposito actio generali, non speciali significatione accipitur. Sanè interdum agere is dicitur, qui exceptione utitur. l. 1. ff. de exceptionib. In qua significatione hic actionis uocabulo non utimur. Sed de hoc uide J lib. 48. cap. 1. quaest. 2. Quid igitur actio sit, ex his patet.*

### II. DE DIVISIONIBVS actionis.

I. *Diuisio, sumpta ex persona eius aduersus quem actio competit, proponitur l. 24. in princip. ff. de action. & obligat. his uerbis:* Actionum genera sunt duo. In rem, quae dicitur uindicatio: & in personam, quae condictio appellatur. In rem actio est, per quam rem nostram, quae ab alio possidetur, petimus: & semper aduersus eum est qui possidet. In personam actio est, qua cum eo agimus, qui obligatus est nobis ad faciendum aliquid uel dandum: & semper aduersus eundem locum habet. *Concordat Inst. de actionib. §. omnium. his uerbis:* Omnium actionum quibus inter aliquos apud iudices arbitrosue de quacunque re quaeritur, summa diuisio in duo genera diducitur: aut enim in rem sunt, aut in personam. Namque agit unusquisque aut cum eo qui ei obligatus est uel ex contractu, uel ex maleficio. Quo casu proditae sunt actiones in personam, per quas intendit aduersarium ei dare aut facere oportere, & alijs quibusdam modis. Aut cum eo agit qui nullo iure ei obligatus est, mouet tamen alicui de aliqua re controuersiam. Quo casu proditae actiones in rem sunt. Veluti si rem corporalem possideat quis, quam Titius suam esse affirmet, possessor autem dominum se esse dicat. nam si Titius suam esse intendat, in rem actio est. *Hisce uerbis non solùm diuisio actionum continetur, sed etiam differentia actionis in rem & in personam. Differentiae autem harum actionum quatuor sunt potissimum: quarum prima ex causa sumitur. Nam actio in personam ex obligatione aliqua intenditur, uel ex contractu, uel ex quasi contractu, uel ex maleficio, uel ex quasi maleficio. In rem autem actio non ex obligatione aliqua principaliter mouetur, sed ex dominio actoris, aut alio aliquo iure actori in re competenti: utputa quia pignori ei sit obligata. Altera differentia sumitur ex persona eius aduersus quem agitur. Nam actio in rem semper aduersus eum competit, qui rem, de qua controuersia est, possidet: actio autem in personam datur aduersus eum qui actori obligatus est: nec interest utrum rem, cuius gratia agitur, possideat, nec ne. Tertia differentia est in nomine. In rem enim actio, Vindicatio dicitur: in personam autem, Condictio. Cui concordat Inst. de actionib. §. appellamus autem, his uerbis:* Appellamus in rem quidem actiones, Vindicationes: in personam uerò actiones, quibus dare aut facere oportere intenditur, Condictiones. Cōdicere enim est denunciare prisca lingua. Nūc uerò abusiuè dicimus condictionem actionem in personam esse, qua actor intendit dari sibi oportere: nulla enim hoc tempore eo nomine denūciatio fit. *Quarta differentia, sumpta ab effectu, proponitur l. 14. §. actiones. ff. de exceptione rei iudicatae, his uerbis:* Actiones in personam ab actionibus in rem in hoc differunt, quòd cum eadem res ab eodem mihi debeatur, singulas obligationes singulae causae sequuntur, nec ulla earum alterius petitione uitiatur. At cum in rem

rem ago, non expressa causa ex qua rem meá esse dico: omnes causæ una petitione apprehenduntur. Neq; enim amplius quàm semel res mea esse potest, sæpius autem daberi potest. *Plura de hac re uide j.lib.48. cap.16.except.4.* *Hæc de prima actionum diuisione sunt dicta.*

I I. *Diuisio, sumpta ex facto ex quo agitur, proponitur l. 24. §. actionum. ff. de action. & obligat. his uerbis:* Actionũ quædam ex contractu, quędam ex facto, quædam in factum sunt. Ex contractu actio est, quoties quis sui lucri causa cum aliquo contrahit: ueluti emendo, uendẽdo, locando, cõducendo & cæteris similibus. Ex facto autem actio est, quoties ex eo teneri quis incipit, quod ipse admisit: ueluti si furtũ uel iniuriá cõmiserit, uel damnũ dederit. In factũ actio dicitur, qualis est (exẽpli graria) actio quę datur patrono aduersus libertũ, à quo cõtra edictum Prętoria in ius uocatus est. *Similis obligationum diuisio, sed melior, proposita est s̄. cap. 2. diuis.3.*

I I I. *Diuisio, sumpta ex iure ex quo agitur, proponitur d.l.24. §.fin. his uerbis:* Omnes actiones aut ciuilea dicuntur, aut honorariæ. *Similis obligationum diuisio proposita est s̄.cap.2.diuis. 2. Concordat item Inst. de actionib. §. sed istæ quidẽ. Vbi utriusq; generis species & exempla enumerantur. Planè honorarie actiones, que & pretorie appellantur, regulariter quidem annales sunt. Quæ regula approbatur Inst. de perpet. & temp. actio. in prin. cuius uerba uide j.cap.15. in prin. Huius regulæ exceptio hæc est 1 Nisi rei persecutionem cõtineant. Quæ exceptio approbatur, simul et declaratur l.34. ff. de action. & obligat. his uerbis:* In honorarijs actionib. sic esse definiendum, &c. *Concordat Inst. d. tt. in prin.*

I I I I. *Diuisio, itidem ex iure quo agitur sumpta, hæc est: quòd alia directa sit actio, alia utilis. Directa est, quæ ex ipsis uerbis legis datur: utilis uerò, quæ cessantibus uerbis ex mente legis iusta interpretatione competit. Vtputa dicit lex Aquilia: Si quis alteri damnum fecerit, quod usserit, fregerit, ruperit iniuria: quanti ea res erit in diebus triginta proximis, tantum æs domino dare damnas esto.* [a] *Si quis igitur seruum uel pecudem alicuius usserit, fregerit, ruperit: ex iam dictis uerbis legis actio competit, quæ dicitur directa.* [b] *Si quis autem alienum uinum uel frumentum consumpserit, ex dictis quidem uerbis actio non competit: quia lex de usto, fracto & rupto, non de consumpto uel effuso loquitur. Quia tamen mens legislatoris & hæc fuit, ut quis de consumpto quoq; teneatur: ex mente legis competit actio, quæ dicitur utilis.* [c] *Quoties autem deficit actio uel exceptio directa, utilis actio uel exceptio danda est.* [d] *Nihil uerò interest utrum directa quis an utili actione agat uel conueniatur. Nam utraq; actio eiusdem potestatis est, eundemq; habet effectum.* [e] *Plura de hac re uide s̄. lib. primo, capite 5. quæstione 3. reg. 2.*

*a l. 26.4. seruo autem. ff. ad l. Aquil.*
*b d.l.26.4. si quis gitur.*
*c l. 30.4. si quis alienũ. ff. ad d. tt.*
*d l. 12. & l. 22. ff. de præscriptis uerbis.*
*e l. actio neg. gestor. ff. de negotijs gesti. cuius uerba uide infrà lib. 44. cap. 5. quæst. 5. reg. 1.*

V. *Diuisio, sumpta ex re quæ in actionem uenit, seu fine, proponitur Inst. de actionib. §. sequens illa, his uerbis:* Sequens illa diuisio est, quòd quædam actiones rei persequendæ gratia comparatæ sunt, quædam pœnæ persequendæ, quædam mistæ sunt. Rei persequendæ causa comparatæ sunt omnes in rem actiones. Earũ uerò actionũ, quę in personam sunt, eæ quidem quæ ex contractu nascuntur, ferè omnes rei persequẽdæ causa comparatę uidentur: ueluti quibus mutuam pecuniam, uel in stipulatum deductam petit actor. Item commodati, depositi, mandati, pro socio, ex empto, uendito, locato, conducto. Planè si depositi agatur eo nomine quod tumultus, incendij, ruinæ, naufragij causa depositum sit: in duplum actionem Prætor reddit, si modo cum ipso, apud quem depositum sit, aut cum hærede eius de dolo ipsius agitur. Quo casu mista est actio. Ex maleficijs uerò proditæ actiones, aliæ tantùm pœnæ persequendæ causa comparátæ sunt: aliæ tam pœnæ quàm rei persequendæ, & ob id mistæ sunt. Pœnam tantùm persequitur quis actione furti. Siue enim manifesti agatur quadrupli, siue non manifesti dupli; de sola pœna agitur. nam ipsam rem propria actione persequitur quis, id est, suam esse petens: siue fur ipse eam rem possideat, siue alius quilibet. Eo amplius aduersus furem etiam condictio est rei. Vi autem bonorum raptorum actio mista est: quia in quadruplo rei persecutio continetur: pœna autem tripli est. Sed & legis Aquiliæ actio de damno iniuria dato mista est, non solùm si aduersus inficiantem in duplum agatur, sed interdum etsi in simplum quisque agat: ueluti si quis hominem claudum aut luscum occiderit, qui in eo anno integer & magni precij fuerit. Tanti enim damnatur, quanti is homo eo in anno plurimi fuerit, secundum iam traditam diuisionem. Item mista est actio contra eos, qui relicta sacrosanctis ecclesijs, uel alijs uenerabilibus locis, legati uel fideicommissi nomine dare distulerint, usque adeò ut etiam in iudicium uocarentur. tunc enim & ipsam rem uel pecuniam quæ relicta est, dare compelluntur, & aliud tantum pro pœna. Et ideo in duplum eius fit condemnatio.

V I. *Diuisio, itidem ex re quæ in actionem uenit*

*sumpta proponitur Inst.d.tt.§. omnes autẽ, his uerbis:* Omnes actiones uel in simplũ conceptæ sunt, uel in duplũ, uel in triplũ, uel in quadruplũ. Vlterius aũt nulla actio extẽditur. In simplũ agitur: ueluti ex stipulatione, & mutui datione, ex empto, uẽdito, locato, conducto, mãdato, & deniq; ex alijs quãplurimis causis. In duplũ agimus: ueluti furti nec manifesti, dãni iniuriæ ex lege Aquilia, depositi ex quibusdã causis. Itẽ serui corrupti, quæ cõpetit in eum cuius hortatu consiliõue seruus alienus fugerit, aut cõtumax aduersus dominũ factus est, aut luxuriosè uiuere cœperit, aut deniq; quolibet modo deterior factus sit. In qua actione earũ etiam rerũ quas fugiẽdo seruus abstulerit, æstimatio deducitur. Itẽ ex legato quod uenerabilibus locis relictum est, secundũ ea quę suprà diximus. Tripli uerò agimus, cum quidã maiorẽ uera ęstimatione quantitatẽ in libello cõuentionis inserũt, ut ex hac causa uiatores, id est executores litiũ ampliorẽ summã sportularũ nomine exigerẽt. tunc enim id quod propter eorũ causam damnũ passus fuerit reus, in triplũ ab actore cõsequetur: ut in hoc triplo etiã simplũ, in quo damnũ passus est, connumeretur. Quod nostra cõstitutio introduxit, quæ in nostro Codice fulget, quã proculdubio certũ est ex lege cõdictitia emanare. Quadrupli aũt agitur, ueluti furti manifesti, itẽ de eo quod metus causa factũ sit: deq; ea pecunia quę in hoc data sit, ut is cui datur, calũnię causa negociũ alicui faceret, uel nõ faceret. Itẽ ex lege cõdictitia nostra cõstitutio oritur, in quadruplũ condemnationẽ imponens ijs executoribus litiũ, qui cõtra nostrę cõstitutionis normam à reis quidquã exegerint. Sed furti quidẽ nec manifesti actio & serui corrupti à cęteris, de quib. simul locuti sumus, eo differũt, quòd hæ actiones omnimodo dupli sunt: at illæ, id est, dãni iniurię ex lege Aquilia, & interdũ depositi, inficiatione duplicantur, in confitentẽ aũt in simplum dantur. Sed illa quæ de ijs cõpetit, quæ relicta uenerabilibus locis sunt, non solũ inficiatione duplicatur, sed etiã si distulerit relicti solutionẽ usq; quo iussu magistratuũ nostrorũ cõueniatur. In cõfitentẽ uerò, antequã iussu magistratuũ cõueniatur soluentẽ, dupli redditur. Item actio de eo quod metus causa factum sit, à cæteris de quib. simul locuti sumus eo differt, quòd eius natura tacitè cõtinetur, ut qui iudicis iussu ipsam rem actori restituat, absoluatur: quod in cęteris casib. nõ est ita, sed omnimodo quisq; in quadruplũ cõdẽnatur: quod est & in furti manifesti actiõe.

VII. *Diuisio proponitur Inst. de actionibus. §. actionũ autẽ, his uerbis:* Actionũ quędã bonæ fidei sunt, quędã stricti iuris. Bonæ fidei sunt hæ: ex empto, uẽdito, locato, conducto, negociorũ gestorũ, mandati, depositi, pro socio, tutelæ, cõmodati, pignoraticia, familiæ erciscundæ, cõmuni diuidundo, pręscriptis uerbis, quę de æstimato proponitur, & ea quę ex permutatione cõpetit, & hæreditatis petitio. Quãuis enim usq; adhuc incertũ erat, inter bonæ fidei iudicia connumerãda hæreditatis petitio esset, an nõ: nostra tamẽ cõstitutio apertè eã esse bonæ fidei disposuit. Fuerat antea & rei uxoriæ actio, &c. *Reliqua uerba uide 3.lib.15.cap.5.quæst.1.reg.2 & 3. Stricti iuris actio est ex stipulatu: quod approbatur l.unica.§. sed etsi nõ ignoramus. C.de rei uxoriæ actione. cuius uerba uide d.reg.2. Sed & aliæ actiones præter iam enumeratas stricti iuris à Doctoribus esse cẽsentur. Planè bonæ fidei actionũ propria hæc sunt: Primum quidẽ quòd nõ ex uerborũ solennitate, sed ex solo cõsensu cõtrahentiũ sustinẽtur. Quod propriũ approbatur l.116. ibi: qui et bonæ fidei. ff. de reg. iuris, hisce uerbis:* Cõsensus bonę fidei iudicia sustinet. *Secundũ propriũ est: Quòd bona fides, nõ ius strictũ in hisce actionibus cõsideratur. quod propriũ approbatur l.4.C.de action. & obligat. his uerbis:* Bonã fidẽ in cõtractibus cõsiderari æquũ est. *Bona aũt fides æquitatẽ summã desiderat: quæ utrũ æstimãda sit ad merum ius gentiũ, an uerò cũ præceptis ciuilibus & prætorijs, tractatur l. bona fides. ff. depositi. cuius uerba uide 3.li.19.cap.8.quæst.9.reg.8. Tertium propriũ proponitur l.5.ff.de negocijs gestis, hisce uerbis:* Tantundẽ in bonæ fidei iudicijs officiũ iudicis ualet, quantũ in stipulatione nominatim eius rei facta interrogatio. *Quartum propriũ proponitur Inst. de actionib. §. in bonæ fidei, his uerbis:* In bonę fidei iudicijs libera potestas permitti uidetur iudici ex bono & æquo æstimãdi, quantũ actori restitui debeat. In quo & illud cõtinetur, ut si quid inuicẽ præstare actorẽ oporteat, eo cõpensato in reliquũ is, cum quo actũ est, debeat cõdẽnari. Sed & in stricti iuris iudicijs ex rescripto diui Marci opposita doli mali exceptione cõpensatio inducebatur. Sed nostra, &c. *Reliqua uide 3.cap.11.quæst.3.in prin. Quintũ propriũ proponitur l.31.§. quia assidua. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Ea quæ sunt moris & cõsuetudinis, in bonæ fidei iudicijs debẽt uenire. *Sextũ propriũ proponitur l.54. ibi: placuit enim. ff. mãdati, his uerbis,* Placuit prudẽtiorib. affectus rationẽ in bonæ fidei iudicijs habendã. *Septimũ: Bonæ fidei nõ cõgruit de apicibus iuris disputare. l.29.§. quædam. ff mãdati. Octauum proprium: Quòd ea quæ contra bonos mores desiderantur, in his iudicijs nõ recipiuntur l.5.ff.de usuris.*

VIII. DI.

VIII. *Diuisio, itidè ex adiũcto iudicis officio sumpta, quòd alia actio arbitraria sit, alia nõ: proponitur Inst. de actionib. §. preterea quasdam, his uerbis:* Quasdã actiones arbitrariaa, id est ex arbitrio iudicis pendẽtes appellamus: in quibus nisi arbitrio iudicis is cũ quo agitur actori satisfaciat: ueluti rem restituat, uel exhibeat, uel soluat, uel ex noxali causa seruũ dedat: cõdẽnari debeat. Sed istæ actiones tam in rem quàm in personá inueniuntur. In rem, ueluti Publiciana, Seruiana de rebus coloni, quasi Seruiana, quę etiam hypothecaria uocatur. In personá, ueluti quib. de eo agitur quod ui aut metus causa, aut dolo malo factũ est. Item cum id quod certo loco ꝓmissum est, petitur. Ad exhibẽdũ quoq; actio ex arbitrio iudicis pendet. In his enim, &c.

IX. *Diuisionis loco notanda sunt actionũ genera quæ enumerantur l. 36. ff. de act. & oblig. his uerbis:* Actioni a uerbo continetur in rem, in personá, directa, utilis, præiudicium, sicuti ait Põponius. Stipulationes etiá quæ Prętoriæ sunt: quia actionũ instar obtinent, ut dãni infecti, legatorũ, & si quæ sunt similes. Interdicta quoq; actionis uerbo cõtinẽtur. Mixtæ sunt actiones in quib. uterq; actor est: utputa finiũ regundorũ, familiæ erciscũdæ, cõmuni diuidundo, interdictũ Vti possidetis, & Vtrubi. *Ait Iurisconsultus:* Mixtæ sunt actiones, &c. *His cõcordat Inst. de actionib. §. quædã actiones, his uerbis:* Quædam actiões mixtá causam obtinere uidẽtur tã in rẽ quã in ꝑsoná: qualis est familiæ erciscũdæ actio, quę cõpetit cohęredib. de diuidenda hæreditate. Itẽ cõmuni diuidundo, quæ inter eos redditur, inter quos aliquid cõmune est, ut id diuidatur. Itẽ finiũ regundorũ actio, qua inter eos agitur, qui confines agros habẽt. In quib. tribus iudicijs permittitur iudici rẽ alicui ex litigatoribus ex bono & æquo adiudicare, & si unius pars prægrauari uidebitur, eũ inuicẽ certa pecunia alteri cõdẽnare. *Ait insuper Iuriscõsultus:* Vti possidetis & Vtrubi. *Hæc duo interdicta, quæ hic mixta dicũtur, q. in his uterq; actor & reus sit promiscuè, alibi propter eandẽ causam dicũtur duplicia.*[a] *Planè interdũ in hisce mixtis iudicijs perinde ac in alijs discerni necesse est personam actoris à persona rei cõuenti. Quoniã inter litigãtes nõ aliter lis expediri potest, quã si alter petitor, alter possessor sit. Esse enim debet qui onera petitoris sustineat, et q cõmodo possessoris fungatur.*[b] *Quo casu in his mixtis iudicijs is actor uidetur, qui ad iudiciũ prouocauit: aut si ambo simul ad iudiciũ prouocauerint, sorte res discerni solet.*[c] *Hactenus actionũ diuisiones cũ singulorũ generũ definitionib. speciebus & proprijs proposuimus. Quanquã possent plures adhuc eiusmodi diuisiones colligi. Nam quędã actiones ad hæredes trãseunt, quędã nõ trã-seunt. Item aliæ annales sunt, seu tẽporales, aliæ perpetuæ, &c. Sed de hisce alibi suis locis tractabitur: ut, de priore quidẽ ī. cap. prox. reg. ult. de posteriore in temporalibus præscriptionibus. Ad reliquos igitur actionum locos transeundum.*

a Inst. de interdictis. §. tertia diuisio. ubi duplicia sunt.
b l. inter litigantes. 62. ff. de iudicijs.
c l. in tribus. 13. cum l. sequente. ff. de iudicijs. item l. 14. fin. ff. communi diuidundo.

## QVIBVS COMPETAT actio? Cap. V.

*Quod ad causas actionum earũq; exceptiones generales attinet, non est hic nobis immorandũ, cũ de ijs ī. cap. 2 & 3. satis sit dictũ. Nunc igitur quibus actio competat, dicendum est.*

I. *Regula: De filiofamiliâs & patre eius. Filiofamiliâs cõtrahente uel delictũ patiente, nõ ipsi, sed patri eius cõpetit actio. Quæ regula approbatur, simul & distinguitur l. 8. ff. de act. & oblig. his uerbis:* Filiusfamiliâs suo nomine nullá actionẽ habet, nisi iniuriarũ, & Quod ui aut clá, Depositi & Cõmodati. *Cõcordat Inst. ꝑ quas pers. nob. obligat. adquir. in prin. cuius uerba uide ī. lib. 21. ca. 2. reg. 1. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi iniuriarũ sit actio, Quod ui aut clã, Depositi uel Cõmodati. Hæc multiplex exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Nisi iniuriarũ, &c. *De iniuriarũ actione uide ī. li. 46. cap. 21. quæst. 1. reg. 6. exc. 1. Altera exceptio est: Nisi in factũ sit actio. Hæc exceptio approbatur l. 12. ff de act. & oblig his uerbis:* In factũ actiones etiá filijfamiliarũ possunt exercere. *Huius exceptionis interpretationẽ & replicationes uide in glossa d. l. 12. Tertia exceptio est: Nisi pater absens sit, & nemo sit qui patris nomine agat. Hæc exceptio approbatur l. 18. §. si filiusfamiliâs. ff. de iudicijs, hisce uerbis:* Si filiusfamiliâs ex aliqua causa, ex qua patri actio cõpetit, uelit experiri, ita demũ ꝑmittitur agere, si nõ sit qui patris nomine agat. Nã & Iulia~ placet, si filiusfamiliâs legatiõe uel studiorũ gratia abierit, & uel furtũ, uel damnũ, uel iniuriá passus sit: posse eũ utili iudicio agere: ne dũ pater expectatur, impunita sint maleficia: qa pater uẽturus nõ est, uel dũ ueniat, se subtrahit is qui noxã cõmisit. Vnde ego semper ꝓbaui, ut si res moneat, nec ex maleficio ueniat, sed ex cõtractu debeatur: filius possit agere utili iudicio, fortè depositũ repetẽs uel mãdati agẽs, uel pecuniá quã credidit petẽs. si fortè pater in ꝓuincia sit, ipse aũt fortè Romę uel studiorũ causa; uel alia iusta ex causa degat: ne si ei nõ dederimus actionẽ, futurũ sit ut impunè fraudẽ patiatur, & egestate Romę laboret, uiaticulo suo non recepto, qđ ad sumptũ pater ei destinauit. Et finge Senatorẽ esse filiũfamiliâs, qui patrẽ habet in ꝓuincia: nõ'ne augetur utilitas ꝓ dignitatẽ? *Cõcordat l. 12. ff. de in ius uocãdo. cuius uerba uide ī. lib. 6. cap. 1. membr. 5. quæst. 2. reg. 1. Quarta exceptio: Nisi pendente conditione causæ, ex qua actio cõpetit, filius sui iuris sit factus. Hæc exceptio approbatur l. 14. §. fin. ff. quando dies legatorum ce-*

tor.ce

tor. cedat. cuius uerba uide s̄. lib.33. cap.1. quæst.3. reg.2. except. 3. Concordat l. 5. C. de condit. insertis. cuius uerba uide s̄. d.reg.2. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi stipulatus sub cõditione sit filius, non legatũ ei sub cõditione relictũ. Quæ replicatio approbatur l.78. ff. de uerb. obligat. his uerbis: Si filiusfamiliâs sub cõditione stipulatus, emancipatus fuerit, deinde extiterit conditio: patri actio cõpetit: quia in stipulationibus id tẽpus spectatur, quo cõtrahimus. Cõcordat ijsdẽ uerbis l.18. §. fin. ff. de reg. iuris. Quinta exceptio est: Nisi cum filiusfamiliâs stipulatus esset hoc modo, Quantã pecuniã Titio credidero, fide tua esse iubes? emancipatus crediderit. Quæ exceptio approbatur l.132. §. fin. ff. de uerb. obligat. his uerbis: Filiusfamiliâs ita stipulatus est, Quantã pecuniã Titio credidero, fide tua esse iubes? & emancipatus credidit: patri nõ debebit quidquã fideiussor: quia nec reus ei tenetur. Cõcordat l. si debitori.47. §. si filiusfamiliâs. ff. de fideiussorib. his uerbis: Si filiusfamiliâs in causa peculiari ita fideiussorẽ acceperit, Quãtã pecuniã credidero, fide tua esse iubes? & emãcipatus credat: patri quidẽ, si non est reus obligatus, nõ tenebitur: filio uerò humanitatis intuitu obnoxius esse debet. Sexta exceptio est: Nisi in tẽpus emãcipationis filius sit stipulatus. Hæc exceptio reprobatur l. ult. ff. de stipulat. seruor. cuius uerba uide J. reg. prox. exc.2. Septima exceptio est: Nisi de castrensi peculio agatur. Hæc exceptio approbatur l. 4. §. 1. ff. de castrensi peculio. cuius uerba uide s̄. lib.14. cap.3. quæst.2. reg.5. Octaua exceptio uidetur: Nisi de ijs rebus agatur, quarũ usufructus tãtum patri, proprietas filio adquiritur. Hæc exceptio reprobatur Inst. per quas personas nob. oblig. adq. in prin. ibi: scilicet patre. cuius uerba uide s̄. lib.16. cap.2. quæst.1. in prin. Cõcordat l.1. §.2. C. de bonis maternis. cuius uerba uide s̄. d. cap.2. quæst.4. reg.2. Cõcordat itẽ l.8. §. ubi autẽ. C. de bonis quæ liberis. cuius uerba uide s̄. d. quæst.4. reg.3. Nona exceptio est: Nisi patre recusante, filius hæreditatẽ adierit. Hæc exceptio approbatur d. l. 8. §. sancimus. ibi: & filius simili modo. cuius uerba uide s̄ li.28. cap.22. reg.2. exc.3. repl.1. Decima exceptio est: Nisi cum filiusfamilias patre apud hostes cõstituto, cõtraxisset, pater apud hostes moriatur. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.22. §. quòd si filius. ff. de captiuis. cuius uerba uide J. lib.38. cap.7. reg.2. exc.1. P[illegible]ra de hac re uide J. lib.50. cap.2. quæst.2. reg.2 & 3. Hæc de prima regula eiusq; exceptionibus sunt dicta.

II. Regula: De seruo & domino. Seruo contrahente, uel delictũ patiente, domino nõ seruo cõpetit actio. Hæc regula approbatur l.41. ibi: itaq; quod seruo. ff. de peculio. cuius uerba uide J. lib.45. cap.11. quæst.3. in prin. Cõcordat Inst. per quas personas nobis oblig. adquir. in prin. cuius uerba uide s̄. lib. 21. cap.2. reg.1. Item cõcordat Inst. de stipulat. seruor. in prin. his uerbis: Seruus ex persona domini ius stipulãdi habet. Huius regulæ exceptio prima hæc esse uidetur: Nisi post contractã obligationẽ seruus fuerit manumissus. Hæc exceptio reprobatur l.55. ff. de action. & obligat. his uerbis: Quæcũq; actiones serui mei nomine mihi cœperiut cõpetere uel ex lege XII. Tabul. uel ex lege Aquilia, uel iniuriarũ, uel furti: eædem durant, etiãsi seruus postea uel manumissus, uel alienatus, uel mortuus fuerit. Planè admittitur in casu, de quo J. exc.11. item in alio casu, de quo J. lib.41. cap.3. exc.7. repl.2. Altera exceptio uidetur: Nisi seruus in tempus manumissionis fuerit stipulatus. Hæc exceptio reprobatur l. ult. ff. de stipul. seruor. his uerbis: Quicquid contraxit seruus, dum nobis seruit, etiãsi stipulationem contulerit in alienationẽ uel manumissionẽ suam, tamen nobis id adquisitũ erit: quia potestas eius tunc, cũ id cõtraheret, nostra fuit. Idque est, etsi filius familiâs cõtrahat. Nanq; etiã quod in emancipationis suę tẽpus contulerit, nobis debebitur: si tamen dolo malo id fecerit. Tertia exceptio uidetur: Nisi seruus hæreditarius obligationem adquisierit. Sed hæc exceptio reprobatur Inst. de stipul. seruor. §. 1. his uerbis: Hæreditas in plerisq; personæ defuncti uicẽ sustinet. Ideoque quod seruus hæreditarius ante aditã hæreditatẽ stipulatur, adquirit hæreditati, ac per hoc etiã hæredi postea facto adquiritur. Cõcordat l.15. ff. de action. & obligat. cuius uerba uide s̄. lib.22. cap.5. exc. 45. Quarta exceptio uidetur: Nisi seruus nõ nominatim domino suo sit stipulatus. Hæc exceptio reprobatur l.15. ff. de stipul. seruor. his uerbis: Siue mihi, siue sibi, siue cõseruo suo, siue impersonaliter dari seruus meus stipuletur: mihi adquiret. Cõcordat l.1. in prin. ff. eod. tt. his uerbis: Cum seruus stipulatur, nihil interest sibi, an domino, an uerò sine alterutra eorũ adiectione dari stipuletur. Cõcordat itẽ Inst. eod. tt. §. siue autẽ. cuius uerba uide J. lib. prox. cap.3. exc.26. repl. 5. Quinta exceptio uidetur: Nisi seruus eius qui apud hostes est, stipuletur. Hæc exceptio reprobatur l.1. ff. de captiuis, hisce uerbis: Quod seruus eius qui ab hostib. captus est, postea stipulatus est: aut si legatũ sit seruo eius postea, quã ille ad hostes peruenit: hoc habebũt hæredes eius. Quia etsi captiuitatis tẽpore decessisset, adquisitũ foret hæredi eius. Plura de hac exceptione uide J. lib. prox. cap.3. exc.26. repl.13. dupl.3. tripl.1. item lib.50. cap.2. quæst.2. reg.4. Sexta exceptio uidetur: Nisi seruus uniuersitatis sit stipulatus. Sed & hæc exceptio reprobatur l.3. ff. de stipulat. seruor. his uerbis: Si seruus reipublicæ, uel municipij, uel coloniæ stipuletur: puto ualere stipulationẽ. Septima exceptio est: Nisi seruus alij nominatim sit stipulatus. Hæc exceptio approbatur l.30. ff. de stip. seruor.

ſeruor. his uerbis: Seruus alienus alij nominatim ſtipulãdo nõ adquirit domino. Concordat l. 14. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. lib. 21. cap. 2. reg. 3. exc. 2. Octaua exceptio eſt: Niſi factũ contineat ſtipulatio. Hæc exceptio approbatur Inſt. de ſtipul. ſeruor. his uerbis: Cum factũ in ſtipulatione cõtinebitur, ipſe tãtùm ꝓhiberi nõ debet, non etiã dominus eius. Cõcordat l. 38. §. hi qui ſunt. ff. de uerb. oblig. cuius uerba uide J. lib. 38. cap. 11. ſpecie 3. reg. 1. exc. 3. Cõcordat d. l. 38. §. hæc quoq;. cuius uerba uide d. reg. 1. Nona exceptio eſt: Niſi operas ſibi ſeruus ſit ſtipulatus. Hæc exceptio approbatur l. 38. ff. de ſtip. ſeruor. his uerbis: Si ſeruus meus à liberto meo operas ſibi dari ſtipuletur, inutilem ſtipulationẽ eſſe Celſus ſcribit: aliter atq; ſi nõ adiecto hoc uerbo Sibi ſtipulatus fuerit. Decima exceptio uidetur: Niſi uetante domino ſeruus ſit ſtipulatus. Hæc exceptio reprobatur l. 62. ff. de uerb. oblig. his uerbis: Seruus uetãte domino ſi pecuniã ab alio quo ſtipulatus ſit, uihilominus obligat domino promiſſorem. Vndecima exceptio eſt: Niſi cum ſub conditione ſeruus adquiſierit actionem, exiſtente cõditione liber ſit factus. Hæc exceptio approbatur in legatis, diſtinguitur in ſtipulationib. l. 18. ff. de reg. iuris, hiſce uerbis: Quæ legata mortuis nobis ad hæredẽ uoſtrum tranſeunt, eorum cõmodum per nos his quorũ in poteſtate ſumus, eodẽ caſu adquirimus: aliter atque quod ſtipulati ſumus. Nam & ſub conditione ſtipulantes, omnimodo eis adquirimus, etiãſi liberatis nobis poteſtate domini cõditio exiſtat. Plura de regula propoſita, alijsq; ſimilib. uide s̄. lib. 21. cap. 2.

III. Regula: De pluribus dominis ſeruo cõmuni contrahente. Regulariter quidem ſingulis dominis pro parte quam in ſeruo quiſq; habet, actio adquiritur. Quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur per ea quæ habentur s̄. lib. 21. cap. 2. reg. 4.

IIII. Regula: De uno ex pluribus quib. actio cõpetit. Si plures ſint conſortes eiuſdem litis, etiam uni ex pluribus, abſentibus cæteris, competit actio. Quæ regula approbatur l. 1. C. de conſortibus eiuſdẽ litis, hiſce uerbis: Exploſis atq; reiectis præſcriptionibus, quas litigatores ſub obtentu conſortum ſtudio protrahendæ diſceptationis excogitare couſueuerũt, ſiue unius fori ſint omnes, ſiue in diuerſis prouincijs uerſentur: nec adiũcta præſentia cõſortis uel conſorũ agendi uel reſpondeudi iurgantibus licẽtia pro parte pandatur. Cõcordat l. 4. §. fin. ff. de uerb. obligat. his uerbis: Si is qui duplã ſtipulatus eſt deceſſerit, plurib. hęredibus relictis: unuſquiſq; ob euictionem ſuæ partis pro portione ſua habebit actionẽ. Idẽq; eſt in ſtipulatione fructuaria, & damni infecti, & ex operis noui nũciatione: reſtitui tamẽ opus ex operis noui nunciatione pro parte nõ poteſt. Hæc utilitatis cauſa ex parte recepta ſunt ſtipulatorũ. Ipſi aũt promiſſori pro parte neq; reſtitutio, neq; defeuſio cõtingere poteſt: Cõcordat itẽ l. 85. §. pro parte. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. de uerb. oblig. cap. 7. reg. 4. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi unus cõſortũ cæteris abſentib. in ſolidum uelit experiri. hoc enim caſu exceptio illi obſtabit. quæ exceptio cõſtat ex uerbis iam propoſitis hiſce: Pro parte pandatur. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi præſens abſentiũ nomine agẽdi habeat mandatũ. Quæ replicatio abſq; cõtrouerſia eſt iuſta. Huic ſimilis eſt & altera replicatio hæc: Niſi præſens de rato caueat. Quæ replicatio approbatur l. 2. C. d. tt. his uerbis: Cõmune negociũ poſt litẽ legitimè ordinatã, & quibuſdã abſentibus in ſolidũ agi ſiue mãdato poteſt, ſi pręſentes rem ratã dominũ habiturũ cauere parati ſint, uel (ſi quid ab his petitur) iudicatũ ſolui ſatiſdatione firmauerint. Huius replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi lis cæteris præſentibus nõ ſit inchoata: Hæc duplicatio elicitur authore Accurſio ex uerbis iã propoſitis hiſce: Poſt litẽ legitimè ordinatã. Sed uidetur reprobãda potius duplicatio hæc per ea quæ propoſita ſunt s̄ li. 5. ca. 6. quæſt. 4. exc. 1. repl. 6. Altera duplicatio eſt: Niſi certum ſit præſentẽ contra uoluntatẽ abſentium experiri. hoc enim caſu etiã de rato cautione oblata in ſolidũ agens non eſt audiẽdus. quæ duplicatio approbatur l. 40. §. fin. ff. de procuratorib. cuius uerba uide s̄. d. except. 1. in fine, dupl. gener. 1. Hæc de ſecũda replicatione, eiuſq; duplicationibus. Tertia replicatio eſt: Niſi plures ſint rei ſtipulandi. hoc enim caſu unus eorũ cæteris etiã abſentibus in ſolidũ poteſt experiri. Quæ replicatio approbatur l. 2. ff. de duob. reis conſtit. his uerbis: Cum duo eandẽ pecuniã aut ꝓmiſerũt aut ſtipulati ſunt: ipſo iure & ſingulis in ſolidũ debetur, & ſinguli in ſolidum debẽt. Ideoq; petitione & acceptilatione unius tota ſoluitur obligatio. Cõcordat l. 31. §. ſi duo. ff. de nouationib. cuius uerba uide J. lib. 48. cap. 14. quæſt. 4. exc. 5. Sed & plura de hac re uide J. lib. 38. cap. 12. Quarta propoſitæ exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi res quæ petitur, diuiſionẽ non recipiat. Quæ replicatio approbatur l. 2. §. ex quo quidẽ. ff. de uerb. oblig. his uerbis: Accidere poſſe Põponius ait, ut & ſtipulatoris uię uel itineris hæredes ſinguli in ſolidũ habeãt actionẽ. Sed quidã hoc caſu extingui ſtipulationẽ putant: quia per ſingulos adquiri ſeruitus nõ poteſt. Sed nõ facit inutilẽ ſtipulationẽ difficultas pręſtationis. Cõcordat l. 2. §. reſtitutionẽ. ibi: ideoq;. ff. de prætorijs ſtipul. cuius uerb. uide J. lib. 18. cap. 14. quæſt. 2. diuiſ. 3. Concordat l. 17. ff. de ſeruitutib. cuius uerba uide s̄. lib. 25. cap. 1. in fine.

V. Regula: De poſſeſſore. Huic nõ datur actio. quæ regula approbatur l. 1. §. interdictũ. ff. uti poßidetis, hiſce

hisce uerbis: Actio nũquã ultrò possessori datur: quippe cum sufficiat ei quod possideat. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi possessor in sua possessione turbetur, uel suo qualiter uelit uti prohibeatur: hoc enim casu illi ad retinendam possessionem interdictum competit Vti possidetis, uel Vtrubi, item actio iniuriarũ. Quæ exceptio approbatur d. §. interdictum autem. cuius uerba uide ĩ.lib.23.cap.8.quæst.2. item approbatur l.13.§.si quis me.ff.de iniurijs. cuius uerba uide in actione iniuriarum alibi. Altera exceptio est: Nisi confessoria uel negatoria actione agatur. Hæc enim etiam possessori datur. Quæ exceptio approbatur Inst.de actionib.§. æquè si agat. ibi: quod genus actionis. cuius uerba uide ĩ.lib.25.cap.4.in prin.

VI. Regula: De alio quàm cui debetur. Actionem alij competentem alius exercere non potest. Quæ regula approbatur l.165. ff. de reg.iuris, hisce uerbis: Nemo alieno nomine lege agere potest. Concordat l.soluendo.38. ff.negociorũ gestorum, his uerbis: Soluendo quisq; pro alio, licet inuito & ignorãte, liberat eum: quod autem alicui debetur, alius sine uoluntate eius non potest iure exigere. Naturalis enim simul & ciuilis ratio suadet, alienã conditionem meliorem etiam ignorantis & inuiti nos facere posse: deteriorem non posse.. Concordat item l.item si cum. 5. §. fin. ibi: quoniam conueniendi. ff.eod.tt. cuius uerba uide j. lib. 44. cap.6. quæst.1. causa 4. Item concordat l. 5. §. sed si facio. ibi: sine quo exigi. ff. de præscriptis uerbis. cuius uerba uide j.lib.44.cap.1. quæst.1.causa 4. Huius elegans exemplum proponitur l.4. §. competit autem. ff. si seruitus uindicetur. cuius uerba uide ĩ.lib.25.cap.4.in fine, de actione negatoria, in prin. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi ei qui agit, à creditore mãdatũ sit ut ageret. Hoc enim casu alieno nomine actio cõpetit: quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur ĩ.lib.5. cap.6. Altera exceptio est: Nisi creditor actionem actori alienauerit. Hæc exceptio approbatur l.9.C.de hæred.uel act.uendita, his uerbis: Certi & indubitati iuris est, ad similitudinem eius qui personalem redemerit actionẽ, & utiliter eam mouere suo nomine conceditur, & eum qui in rem actionem cõparauerit, eadem uti posse facultate. Cum enim nomen actionis generale est omniũ siue in rem siue in personam actionum, & apud omnes ueteris Iuris cõditores hoc nomen in omnibus pateat: nihil est tale qood differentiam in huiusmodi utilibus actionibus possit introducere. Hisce uerbis exceptio proposita approbatur, simul & prima eius replicatio, sumpta ex genere actionis alienatæ, reprobatur. Altera replicatio est: Nisi actio cessa & mandata nõ sit à creditore ei cui est alienata, seu actori. Hæc replicatio approbatur, simul & distinguitur l.fin.C.quando fiscus uel priuatus, his uerbis: In solutum nomine dato non aliter nisi mandatis actionibus ex persona sui debitoris aduersus eius debitores creditor experiri potest, suo autem nomine utili actione rectè utitur. Huius replicationis ratio hæc est: Quia quemadmodum se habet traditio in rebus corporalibus, ita quoq; se habet cessio in actionibus seu rebus incorporalibus. Vt igitur is cui res uendita uel alio modo alienata est, eam rem uendicare non potest, nisi fuerit et tradita: [a] ita quoq; actio alienata exerceri non potest, nisi fuerit & cessa uel mandata. Huius replicationis duplicatio hæc est: quòd quamuis actio cessa non sit, & ob id directa non detur, utilis tamen ei cui alienata est, competat actio. Quæ duplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce: Suo autem nomine utili actione rectè utitur. Cui concordat l.1.C.de obligat.& action. his uerbis: Data certæ pecuniæ quantitate ei cuius memioisti iouicé debiti, actiones tibi aduersus debitoré, pro quo soluisti, dicis esse mandatas, & antequam eo nomine litem contestareris, sine hærede creditoré fati munus implesse proponis. Quæ si ita sunt, utilis actio tibi competit. Concordat l.2.C.eod.tt. cuius uerba uide ĩ.lib.15.cap.2.except.11. item concordat l.7. C. de hæred. uendita, his uerbis: Pòstquam eò decursum est, ut caotiones quoque debitorũ pignori dentur: ordinarium uisum est post nominis etiam, &c. Concordat l.8. C.eod.tt. his uerbis: Ex nominis emptione dominium, &c. Concordat item l.9. C.eod.tt. cuius uerba uide ĩ. ead. except. in prin. Tertia replicatio est: Nisi is qui alienauit & cessit actionem seu mandauit, antequam actor eam in iudicium deduceret, mortuus sit. hoc enim casu perinde est ac si actio mandata non sit: cùm mandatum morte mandantis soluatur. Ideoq; non directa, sed utilis actio competit. Quæ replicatio approbatur uerbis d.l.1. iam propositis. Quarta replicatio est: Nisi actio litigiosa sit alienata uel cessa. Hæc replicatio approbatur, simul & distinguitur l.22. C.mandati, his uerbis: Per diuersas interpellationes ad nos factas comperimus, quosdam alienis rebus fortunisque inhiantes, cessiones alijs competentium actionum in semetipsos exponi properare, hocq; modo diuersas personas litigatorum uexationib. afficere: cum certum sit pro indubitatis obligationibus eos magis, quibus antea suppetebant, iura sua uindicare, quàm ad alios ea transferre uelle. Per hanc itaque legem iubemus in posterum huiusmodi conamen inhiberi. Nec enim dubium est, redemptores litium alienarum uideri eos esse, qui tales cessiones in se confici cupiunt. Ita tamen, ut si quis datis pecunijs huiusmodi subierit cessionem, usque ad ipsam tantummodo solutarum pecunia-

rum

[a] l. Si ager. 50. ff. de rei uendicat.

rum quantitatem, & usurarum eius actiones exercere permittatur, licet instrumēto ,cessionis uenditionis nomen insertum sit. Exceptis scilicet cessionibus, quas inter cohæredes pro actionibus hæreditarijs fieri contingit: & ijs quascunq; uel creditor, nel is qui res alienas possidet pro debito,sen rerum apud se constitutarum munimine ac tuitione accipit: nec nō ijs quas inter legatarios seu fideicommissarios, quibus debits uel actiones seu res aliæ relictæ sunt, pro his fieri necesse sit. Nulla etenim tali ratione intercedente, redemptor (sicut superius declaratum est) magis existit, qui alienas pecunijs præstitis subijt actiones. Sin antē per donationē cessio facta est, sciant omnes huiusmodi legi locū non esse: sed antiqna iura esse seruanda, ut cessiones tam pro exceptis, & specialiter enumeratis, qnàm alijs causis factæ seu faciendæ secundum actionnm, qnæcunque cessæ sunt uel fuerinr, tenore sine quadam diminutione obtineant. *Hisce uerbis replicatio proposita approbatur, quòd scilicet si actio litigiosa sit, non ualeat eius cessio: cum si certa esset, & minimè litigiosa, creditor eam non fuisset cessurus. Hoc est quod ait Imperator:* Cnm certum sit, pro indubitatis obligationibus eos magis, quib. antea suppetebant, iura sua nlndicare, qnàm ad alios transferre nelle. *Qnasi dicat Imperator: Quam actionem si non esset litigiosa, creditor cedere, et ad alium transferre nollet, ea litigiosa cedi non potest. Cuius replicationis aliquot subijciuntur duplicationes. quarum prima hæc est: Nisi quantum pro ea est precij nomine solutum, eiusq; precij sunt usuræ: in tantum enim cessio ualebit, ultrà non. Hæc duplicatio approbatur uerbis s̄. propositis hisce:* Ita tamen, ut si qnis datis pecunijs, &c. *Altera duplicatio est:* Nisi *cohæredes inuicem sibi actiones hæreditarias cesserint. Quæ duplicatio approbatur uerbis s̄. propositis hisce:* Exceptis scilicet cessionibus, qnas inter cohæredes pro actionibns hæreditarijs fieri contingit. *Tertia duplicatio est: Nisi creditori actio à debitore in solutum cedatur. Quarta duplicatio est: Nisi ei qui rei alienas possidet, ius aliquod, pignoris puta uel retentionis, in ijs rebus ab alio cedatur, quo aduersus uindicantem exceptione tueri se possit. Hæ duæ duplicationes approbantur uerbis s̄. propositis hisce:* Et ijs quascūq; uel creditor, uel is qui res alienas possidet, &c. *Quinta duplicatio est: Nisi cùm pluribus actio uel res alia legata esset, illi inuicem cessionem actionis eius quod relictum est faciant, uel ab hærede impetrent. Quæ duplicatio approbatur uerbis s̄. propositis hisce:* Nec non ija quas inter legatarios, &c. *Sexta duplicatio est: Nisi actio litigiosa non uendita, sed donata sit. Quæ duplicatio approbatur uerbis s̄. propositis hisce:* Sin autem per donationem, &c. *Huius duplicationis triplicatio hæc est: Nisi donatio sit simulata, uel actio pro parte uendita, pro parte donata sit. hoc enim casu non ultra id quod precij nomine solutum est, actionis cessio ualet. Quæ triplicatio approbatur l. 23. C. eod. tt. mandati, his uerbis:* Ab Anastasio diuę memoriæ principe iustissima constitutio conscripta est tam humanitatis, quàm beneuolentiæ plena, ut ne quis alienum subeat debitū cessione in eum facta, & na amplius à debitore cōsequatur quis, quàm quæ præstitit cessionis authori: exceptis quibusdam casibns, qui specialiter illa sanctione cōtinentur. Sed cum ij qui circa lites morantur, eandē piam dispositionē in sus natura remanere minimè cōcesserunt, inuenientes machinationem ut partem quidem debiti uenditionis titulo transferant in alium creditorem, reliquam antem partem per coloratam cedant donationē: generaliter Anastasiæ constitutioni subuenientes sancimus, nulli licere partem quidē debiti cedere pecunijs acceptis & uēditione actionnm habita, partē autem donationis titulo uideri transferre: sed si uoluerir debitū totum purè donare, & per donationem actiones transferre: hoc non occultè, nec per artes clandestinas pecunias suscipere, pnblicè autem simulatam donationē celebrare, sed undiq; puram & nō dissimulatam facere donationē: huiusmodi anim cessionibus nō aduersamur. Si quis autē occultè aliud quidē agere conatur, & pecunias pro parte accepit, & uēdiderit particulatim actiones, partem autem donare simulat uel ipsi qui emptionem actionis subijt, nel forsitan alij per suppositā personam (qnia & hoc sępius perpetratū esse didicimus) huiusmodi machinationē penitùs amputamus, ut nihil amplius accipiat, quàm ipse uero contractu reipsa persoluit: sed omne quod superfluum est, & per figuraram donationē translatum, inutile esse ex utraq; parte censemus: & neq; ei qui cessit actiones, neq; ei qui eas suscipere curauit, aliquid lncri uel fieri nel remanere, uel aliquā contra debitorem, uel rēs ad eum pertinentes, esse utriq; eorum actionem. Sed etsi quis donationem quidem omnis debiti facere adsimulauerit, ut uideatur esse tota donstio, aliquid autē occultè susceperit: & in hoc casu tantummodo exactionem sortiri eius quod datū esse cōprobarur. Et si hoc à debitore persoluatur, nulla contra eum uel substantiā eius ex dissimulata donatione oriatur molestia. Et iustum quidē fuerat hoc remedium debitoribus ab Anastasianis tē-

poribus impertiri, ex quibus etiã lex data est, quam homines astutè lacerãdam esse existimauerunt: sed ne uidesmut in tanta temporũ nostrorum beneuolẽtia aliquid acerbius admittere, in futuris post præsentem legem casibus hæc obseruari censemus, ut omne quod contra legem Anastasianam excogitatum est, hoc in posterum nostro perfruatur remedio. *Hæc de quarta replicatione eiusq; duplicationibus sunt dicta. Sed & plura de ea uide J. lib. prox. cap. 2. exc. 19. Quinta propositæ exceptionis replicatio est: Nisi iudicij mutandi causa facta sit actionis cessio, ut reo conuento durior actor substituatur. Hæc replicatio approbatur l. 12. ff. de alienatione iudicij mutandi causa, his uerbis:* Cum miles postulabat suo nomine litigare de possessionib. quas sibi donatas esse dicebat: responsum est, si iudicij mutandi causa donatio facta fuerit, priorem dominum experiri oportere, ut rem magis quàm litem in militẽ transtulisse credatur. *Sexta replicatio est: Nisi creditor soluto debito non in continenti, sed ex interuallo soluenti actionem cesserit. Hæc replicatio approbatur l. 76. ff. de solutionib. his uerbis,* Modestinus respondit, Si post solutionẽ sine ullo pacto in omne quod ex causa tutelæ debebatur, actiões post aliquod interuallũ cessæ sint: nihil ea cessione actũ est, cũ nulla actio superfuerit. Quòd si ante solutionẽ hoc factũ est, uel cum cõuenisset ut mãdarentur actiones, tunc solutio facta esset, & mandatum subsecutũ est: saluas esse mandatas actiones: cũ nouissimo quoq; casu preciũ magis mandatarũ actionum solutum, quàm actio quę fuerit, perẽpta uidetur. *Cõcordat l. 1. C. de cõt'ario iudicio tutelæ. cuius uerba uide ĩ. lib. 18. cap. 10. quæst. 8. reg. 1. exc. 4. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi in solutione uel antè cõuenit ut mandarẽtur actiones. Quæ duplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Vel cum cõuenisset ut mandarẽtur actiones, &c. *Septima replicatio est: Nisi debitor cum creditore, qui actionem cessit, transegit. Hæc replicatio ipso quidem iure subsistit: uerùm eius duplicatio hæc est: Nisi debitor ei cui cessa actio est, nomen suũ emi mãdauit, eiq; stipulãti promisit. Quæ duplicatio approbatur l. 4. §. quòd si quis. ff. de doli mali except. his uerbis:* Quod si is cui pecunia debebatur, cum debitore decidit, & nomen eius uendidit Seio, cui debitor mandauerat, ut nomẽ emeret: deq; ea re emptor stipulatus est: deinde creditor eam pecuniã retinet, &c. *Hæc de secũda propositæ regulæ exceptione, eiusq; replicationibus sunt dicta. Tertia exceptio est: Nisi mandatu actoris creditor sit stipulatus uel contraxit. Hæc exceptio approbatur J. lib. 38. cap. 7. reg. 1. Quarta exceptio est: Nisi actoris intersit. tunc enim, quamuis alij debeatur, actori tamen pro suo interesse actio deneganda non est. Quæ exceptio approbatur exemplo l. 1. cum duab. legib. sequentib. ff. de liberali causa. cuius uerba uide ĩ. lib. 19. cap. 10. quæst. 5. reg. 2. except. 1. Alia eius exempla uide ĩ. lib. 53. cap. 1. quæst. 3. reg. 5. Quinta exceptio est: Nisi quis alio capitali pœna damnato appellet. huic enim, quamuis eius nihil intersit, nec damnatus consentiat, appellatio permittenda. Quæ exceptio approbatur l. 6. ff. de appellationib. cuius uerba uide ĩ. lib. 8. cap. 1. quæst. 3. except. 8. Sexta exceptio est: Nisi actor, tutor uel curator sit eius cui competit actio. Hæc exceptio tractata est ĩ. lib. 18. cap. 3. officio 2. reg. 1. Septima exceptio est: Nisi mater impuberis filij actionem intendat. Hæc exceptio reprobatur l. liberto. 10. §. quanquam. ff. negotior. gestor. cuius uerba uide ĩ. lib. 5. cap. 6. quæst. 4. except. 6. repl. 1. dupl. 1. Octaua exceptio uidetur esse: Nisi actor sit creditor eius cui competit actio. Hæc exceptio reprobatur l. 3. C. de hæred. action. his uerbis:* Hæredem mariti quondam tui de dote reddenda tibi conueni. Personalem enim actionem contra debitores hæreditarios decerni tibi frustra postulas. *Cõcordat l. 7. C. de nouationibus, his uerbis:* Si soluere tibi pecuniam delegatus Eutrapus dare spopondit, uel debitũ constituit: suo nomine cõueniri potest. Alioquin aduersus eum experiri pro chirographario debitore tuo frustra conaris. *Planè admittitur exceptio proposita in casibus sequentium exceptionum. Nona exceptio est: Nisi reus se soluturum actori cõstituit, uel ei sit delegatus. tunc enim, quamuis alij teneatur, tamen proposita exceptione nõ defenditur. Quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Si soluere tibi pecuniã delegatus dare spopondit, uel debitũ constituit, &c. *Decima exceptio est: Nisi nomen rei cõuenti actori à creditore pignori sit obligatũ. Hæc exceptio approbatur l. 18. in prin. ff. de pignoraticia actione, his uerbis:* Si cõuenerit ut nomen debitoris mei pignori tibi sit: tuenda est à Prætore hæc conuentio, ut & te in exigenda pecunia, & debitorem aduersus me (si cum eo experiar) tueatur. Ergo si id nomen pecuniarium fuerit, exactam pecuniam tecum pẽsabit: si uerò corporis alicuius, id quod acceperis, erit tibi pignoris loco. *Concordat l. 13. §. cum pignori. ff. de pignorib. cuius uerba uide J. lib. 40. cap. 2. except. 40. repl. 12. Vndecima exceptio est: Nisi creditor cui cõpetit actio, alijs cõdemnatus sit, & nõ soluendo existat. tunc enim iis quibus est cõdemnatus, aduersus eius debitores actio deneganda nõ est. Quæ exceptio approbatur l. 2. C. quãdo fiscus uel priuatus, his uerbis:* Si in causa iudicati Valentis, quẽ tibi condemnatum esse proponis, nihil est quod sine quęstione pignoris loco capi & distrahi possit: debitores eius cõuenti ad solutionẽ authoritate Præsidis prouinciæ compelluntur.

Con-

*Cõcordat l.1.C.de cõdict.ex lege.cuius uerba uide J. cap.14.reg.2.exe.7. Item cõcordat l.15.§.in uenditione.ibi:quod si nec.ff.de re iudicata.cuius uerba uide s̃.lib.8.cap.5. de execut. quęst.6.reg.2.except.5. Concordat item l.ciuitates. 8.ff. quod cuiusq; uniuersitatis.cuius uerba uide s̃.lib.12.cap.6.membr.3.reg. 4.Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi aliunde ex bonis condemnati actori satisfieri poßit. Quę replicatio ex legibus iam propositis constat. Cui cõcordat l. 4. C. quando fiscus uel priuatus,his uerbis:* Nõ prius ad eos qui debitoribus fisci nostri sunt obligsti, actionẽ fiscalẽ extendi oportere,nisi potuerit probari principales reos idoneos non esse,certissimi iuris est. *Altera replicatio est:Nisi reus debitorem cõdemnati se esse neget.Quę replicatio approbatur l.5.C.eod.tt.cuius uerba uide s̃.lib.11.cap.3.quęst.3. reg.4. Duodecima propositę regulę exceptio est: Nisi actor hæres sit eius cui competit actio. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur per ea quę proponũtur J.reg.prox. Decimatertia exceptio est: Nisi creditor nomine actoris contraxerit, tanquam eius tutor uel curator. Hæc exceptio approbatur per ea quę habentur s̃.lib.17.cap.1.quęst. 8.reg.4.*

VII.*Regula:De hæredibus creditoris.Actio quę datur defuncto, regulariter quidem etiã eius hæredibus competit. Quę regula approbatur l.37.ff.de adq.hæred.his uerbis:* Hęres in omne ius mortui,non tantùm singularũ rerum dominiũ succedit:cũ & ea quæ in nominibus sunt, ad hæredẽ transeunt. *Huius regulę exceptio prima hæc est:Nisi ex certa re,nõ parte hæres sit institutus. Hæc exceptio approbatur l.13.C.de hæred. instit.cuius uerba uide s̃.lib.32.cap.2.reg.13. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi unus tãtùm hæres scriptus sit,uel omnes ex certa re. hoc enim casu ex parte uidẽtur instituti.Quę replicatio approbatur.simul & distinguitur s̃.lib.28.cap.12.exc.105. Secũda exceptio est:Nisi hæres sese hæreditate abstinuerit.Hæc exceptio approbatur l.ult.ff.de adq.hæred.his uerbis:* Aristo in decretis Frontonianis ita refert: Cum duæ filię patri necessariæ hæredes extitissent, alteraq; paterna hæreditate abstineret, altera bona paterna uindicaret,totũq; onus suscipere parata esset: secundũ Cassium Prætorẽ causa cognita actiones hæreditarias utiles daturũ rectè pollicitũ ei, quæ ad hæreditatẽ patris accesserat, denegaturũq; ei quæ se abstinuerat.*Huius exceptionis replicationes uide s̃.lib.29.cap.13.except.12. & except.14. Tertia exceptio est:Nisi actio sit pœnalis.Hæc exceptio reprobatur Inst.de perpetuis & temp.act.§.nõ autem omnes.ibi:sed hæredibus.Vbi cum dictum esset,pœnales actiones, hoc est,ex maleficijs descendentes, in hæredẽ rei nõ cõpetere: subijciũtur hæc uerba,*Sed hęredib.huiusmodi actiones cõpetũt,nec denegantur:excepta iniuriarum actione, & siqua alia similis inuenistur. *Concordat l.1.§.hæredes.ff.de priuatis delictis.cuius uerba uide J.lib.46.cap.4.reg.24. Planè admittitur exceptio proposita in actionum speciebus,quę sequuntur.*

*Quarta exceptio est:Nisi actio sit iniuriarum. Quę exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Excepta iniuriarum actione.*Huius leges cõcordantes uide J. lib.46. cap.15. reg.13. Quinta exceptio est:Nisi actio sit de eo quòd quis parentem uel patronum sine permissu Prętoris in ius uocauerit. Hæc exceptio approbatur l. penul. ff. de in ius uocando. cuius uerba uide s̃.lib.6. cap. 2. membr.5. quęst.2.reg.2. Sexta exceptio est:Nisi de deiecto et effuso,unde liber homo perijsse,uel damnum in corpore passus esse dicitur,actio sit. Hæc exceptio approbatur l.5.§.hæc autem.ibi:quę autem de eo.ff.de his qui deiecerint.cuius uerba uide alibi. Septima exceptio est: Nisi actio in factum sit de calumniatoribus. Quę exceptio approbatur l.4.ff.de calũniat. cuius uerba uide J.lib.49.cap.12.quęst.2.exe.4.*

Replicatio præcedenrium exceptionum generalis.

*Planè trium exceptionũ proximè precedentium, & si quę sunt similes,replicatio communis hæc est: Nisi lis à defuncto fuerit cœpta.tunc enim eius quoq; hæredi actio qualiscũq; cõpetit.Quę replicatio approbatur l.87.ff.de reg.iuris,his uerbis:* Nemo psequẽdo detsriorẽ causam,sed meliorẽ facit.Deniq; post litis cõtestationẽ hæredi quoq; prospicitur, & hæres tenetor ex omnib.causis. *Cõcordat Inst.de perpet.& tem.action.§.pœnales autẽ,his uerbis:* Pœnales actiones quas suprà diximus,si ab ipsis principalibus personis fueriot cõtestatæ, & hæredibus dantur,& cõtra hęredes trãseunt. *Octaua exceptio est: Nisi unus ex pluribus hæredibus in solidũ experiri uelit, cũ sit pro parte hæres. huic enim obstabit exceptio. Quę exceptio approbatur, simul & distinguitur per ea quę proposita sunt s̃.reg.4.exe.1. item approbatur l.2.§.incertã. ibi: at in cõtrariũ.ff.de prętorijs stipulat.cuius uerba uide J.lib.38.cap.14.quęst.2.diuis.3.Sed & prater replicationes d.exe.1.propositas,numerantur & plures,quarũ prima hæc est:Nisi unus hæredũ actione hypothecaria agat.tunc enim in solidũ ei cõpetit actio. Quę replicatio approbatur l.1. C.si unus ex plurib.hæredibus,his uerbis:* Manifesti & indobitati iuris est,defuncto creditore mulris relictis hęredibus,actionẽ quidẽ personalem inter eos ex lege XII.Tabularũ diuidi: pignus uerò unicuiq; in solidũ teneri. *Altera replicatio est:Nisi testator uni hæredũ nomẽ prælegauerit. Quę replicatio approbatur l.1.C.de exceptionib.his uerbis:* Debitores quidẽ hęreditarij unicuiq; hæredũ pro portione hæreditaris antiqoa lege obligati sunt. Sed si ijs hæredib.omnẽ peconiã exoloisti, qoibus nomẽ patris tui testator in diuisione adscripserat: doli mali exceptione aduer-

sus alios agentes tueri te potes. *Tertia replicatio uidetur esse: Nisi cohæredes adhuc in utero habeat. Hæc replicatio reprobatur l. 28. §. fin. ff. de iudicijs. cuius uerba cum concordantibus uide s. lib. 10. cap. 2. reg. 4. Quarta replicatio uidetur: Nisi cohæredes nondum adierint. Hæc replicatio reprobatur l. 2. ff. si pars hered. petatur. cuius uerba uide s. lib. 31. cap. 3. reg. 22. Quinta replicatio est: Nisi res diuisionem non recipiat. De qua re uide j. cap. prox. reg. 5. except. 7. repl. 2. Nona exceptio est: Nisi ius aliquod personale petatur. Hæc exceptio approbatur j. lib. 38. cap. 6. except. 2. repl. 1. dupl. 1. item cap. 7. reg. 6. Hactenus de hærede creditoris.*

*VIII. Regula, De hærede hæredis, proponitur l. 2. C. communia de successionib. cuius uerba uide s. lib. 18. cap. 10. quæst. 2. reg. 2. Sed & plura de hac re uide s. lib. 28. cap. 22. reg. 1. Hactenus quibus competat actio.*

## *ADVERSVS QVOS COMpetit actio? Cap. VI.*

*I. Regula: De seruis. Aduersus seruos non datur actio. Quæ regula approbatur l. 107. ff. de reg. iuris, hisce uerbis:* Cum seruis nulla actio est. *Concordat l. 6. C. de iudicijs, hisce uerbis:* Seruus in iudicio interesse non potest, nec si condemnatio aliqua in personam eius facta sit, quod statutum est subsistit. *Concordat item l. 7. C. eod. tit. his uerbis:* Cum debitoris tui seruum, tibi pignoris iure obligatum, bona domini sui quondam rebus humanis exempti tenere profitearis: aduersus eum dari tibi actiones contra ius postulas, siquidem inter seruum & liberum consistere nullum possit iudicium. Ad possessionem itaque pignorum magis officio iudicia uenire te conuenit, quam illicita postulare. *Concordant item ea quæ proposita sunt s. cap. 3. except. 3. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi seruus manumissus fuerit. tunc enim ex eo quod in seruitute gessit, conueniri potest. Quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur s. lib. 19. cap. 10. quæst. 13. reg. 9. Cuius exceptionis replicatio hæc est: Nisi contraxerit, non deliquerit in seruitute. Ex contractu enim in seruitute facto, manumissus non tenetur. de qua replicatione uide item d. reg. 9. Eius autem replicationis duplicatio hæc est: Nisi utriusq; temporis, tam ante quàm post manumissionem, administratio sit coniuncta. tunc enim etiā ex ea administratione quam in seruitute gessit, manumissus tenetur. Quæ duplicatio approbatur l. 21. in fin. C. de negociorum gestor. act. cuius uerba uide d. reg. 9. in prin. Concordat l. 16. ff. de negocijs gestis, hisce uerbis.* Eum actum quem quia in seruitute egit, manumissus non cogitur reddere. Planè si quid connexum fuerit, ut separari ratio eius quod in seruitute gestum est, ab eo quod in libertate gessit, non possit: constat uenire in iudicium uel mandati uel negociorum gestorum, & quod in seruitute gestum est. Denique si tempore, &c. *Huius exemplum proponitur l. 12. ff. de liberatione legata. cuius uerba uide s. lib. 34. cap. 13. quæst. 4. reg. 8. Plura de hac re uide s. d reg 9. Item j. lib. 44. capite 6. quæstione 1. exceptione 2.*

*II. Regula: De filiofamiliâs. Aduersus filiumfamiliâs æquè ac aduersus patremfamiliâs competit actio. Quæ regula approbatur l. 57. ff. de iudicijs, hisce uerbis:* Tam ex contractibus quàm ex delictis in filiumfamiliâs competit actio: Sed mortuo filio post litis contestationem, transfertur iudicium in patrem duntaxat de peculio, & quod in rem eius uersum est. Certè si quasi procurator alicuius filiusfamiliâs iudicium acceperit: mortuo eo in eum quē defendit, iudicij translatio datur. *Plura de regula proposita uide s. cap. 3. exceptione 4. Item j. lib. 45. capite 7. quæstione 3.*

*III. Regula: De minoribus ætate. Etiam aduersus hos datur actio. Quæ regula approbatur l. 4. C. de hæred. actionibus, his uerbis:* Sub prætextu ætatis pupilli debitoris hæreditarij, creditoribus exactionem differri non posse, nimis euidens est. Vnde cum te tutorem proponas: quemadmodum à pupillis creditoribus satisfiat, eniti debes. *Planè huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi minor tutorem uel curatorē non habeat, à quo defendatur. hoc enim casu in eum actio danda non est, quemadmodum nec sententia in eum ferenda. de quo s. lib. 8. cap. 3 quæst. 3. except. 7. Si itaq; minor tutorem uel curatorem non habeat, actor rogabit eos qui pupillo tutorem petere tenētur, ut petant: & si hi petere neglexerint, accedet magistratum de tutore pupillo constituendo, ut suam aduersus eum actionem instituere possit. De qua re dictum s lib. 17. cap. 5. quæst. 2. reg 2. except. 1. repl. 2. Altera exceptio est: Nisi pupillus filius defuncti esse negetur. Hæc enim actio præiudicialis in pupillum non datur, sed in tempus pubertatis differtur. Quæ exceptio approbatur edicto Carboniano. de quo s. lib. 31. cap. 10. Tertia exceptio est: Nisi minor infans sit. Hæc exceptio approbatur l. 4. in prin. ff de in ius uocando. cuius uerba uide s. lib. 6. cap. 1. quæst. 4. reg. 1. Planè hoc casu tutor eius conueniendus, non infans. Quæ replicatio approbatur l 1. §. sufficit. ibi: ita tamen. ff. de administr. tutor. cuius uerba uide s. lib. 18. cap. 3. off. 3. reg. 1. except. 2.*

*IIII. Regula: De alio quàm qui cōtraxit uel deliquit. Ex cōtractu uel delicto unius regulariter aduersus alium actio non competit. Quæ regula approbatur l. 1. C. ut nullus ex uicarijs, hisce uerbis:* Graue non est solùm legibus, uerùm etiam æquitati naturali contrarium, pro alienis debitis alios molestari. *Concordat l. 3. §. fin. C. ne uxor pro marito, his uerbis:* Certissimum

simum

simum est ex alterius contractu neminem obligari. *Concordat item l.4.C.de executoribus, his uerbis:* Nullam possessioné alterius pro alienis debitis publicis uel priuatis præcipimus conueniri. *Huius exemplum proponitur l.3.C.de obligat.& action.his uerbis:* Ob causam proprij debiti locatoris cōueniri colonos pensionibus ex placito satisfacientibus, petquàm iniuriosum est. *Aliud exemplum proponitur l.11.C.eod.tt.his uerbis:* Nimia credulitate circumuēta es, cum quod colonis in rem suam mutuò dedisti, à domino prædij postulare posse credidisti: nec ad eum obligandū actorū ipsius adiuuat te præsentia. *Tertium exemplum proponitur l. ult.C.ne filius pro patre, his uerbis:* Ex patroni uel domini contractu, liberti nel serui cōueniri non possunt. *Quartum exemplum proponitur l.1.C.ne uxor pro marito, his uerbis:* Frustra dubitas de contractibus cum marito tuo habitis, utrum'ne iure steteriot, an minimè: cum tibi sufficiat, si proprio nomine nullum contractum habuisti, quo minus pro marito tuo conueniri posis: quòd nec si spoote pro eo intercessisses, quidquam à te propter Senatuscōsultum exigi iure potuisset. *Concordat l.2.C.eod.tt.his uerbis:* Ob maritorum culpam uxores inquietari leges uetant. Proinde rationalis, si res quę à fisco occupatæ sunt, dominij tui esse probaueris, ius publicū sequetur. *Concordat item l.3.C.eod.tt.his uerbis:* Cum te possessiones non in dotem pro filia tua dedisse, sed ad sustentandam eam extra dotis causam filiæ tuæ prædia adsignasse proponas: ciuilium munerum uel onerū municipalium obtētu ex persona mariti eius, quomodo matres ex persona filiorum interpellari non possunt: cum neque maritum pro uxoris obligatione conueniri posse cōstet, nisi ipse pro ea obnoxiū fecit: certissimum enim est, ex alterius cōtractu neminem obligari. *Concordat item Nouell.c.53.§.penult.his uerbis:* Si quas res proprias mulier in domum uiri aut alibi repositas habuit: harum actioné & retentionem habeat omnib.modis imminutá, sub iacere huiusmodi reb.uiri creditorib.nullo modo ualentibus: nisi fortè secundum quod in illius iure ex hac lege hæres extiterit. *Concordat item Nouell. c.117.§.si quas uerò, iisdem propè uerbis. Quintum exemplum proponitur uerbis d.l.3.iam dictis hisce:* Cum neque maritum pro uxoris obligatione conueniri posse constet. *Sextum exemplum proponitur uerbis d.l.3.iam dictis hisce:* Quomodo matres ex persona filiorum interpellari non possunt. *Cui concordat l.ult.C.eod.tt. cuius uerba uide paulo inferius exempl.4. Septimum exemplum proponitur l.3.C. ne filius pro patre, his uerbis:* Patris nomine superstitis filium nec munerum ciuilium, nec debiti causa personali posse conueniri actione, constat. *Concordat l.2.C.eod. tt.his uerbis:* Ne contra iuris authoritatem ab eo qui patrem uestrum, à quo emancipatos uos dicitis, ad munus ciuile deuocauerat, inquietemini, Præses prouinciæ prouidebit. *Concordat item l.3.C.qui bonis cedere possunt, his uerbis:* Si pater tuus bonis cessit, propter onera ciuilia ipsius facultates oportet inquiri, non patrimonium quod tibi mancipato quæsitum dicis inquietari: quod ut fiat, implorare æquitatem Præsidis debes. *Octauum exemplum proponitur l.1.C.ne filius pro patre, his uerbis:* Neque ex eius filij persona, qui cum sui iuris esset, mutuam pecuniam accepit, pater eius, si non fidem suam obstrinxit, conueniri potest: neque ex eius quem in potestate habet, si sine eius iussu contractum est (neque si contra Senatusconsultum Macedonianum mutua pecunia data est) amplius quàm de peculio actionem sustinere cogitur. Quapropter pater tuus, si ei pecunia à creditore fratris tui extorta est, ob quam reddendam non tenebatur, Præsidis prouinciæ authoritate eam recuperabit. *Concordat l.4.C.eod.tt. cuius uerba uide ꝭ. lib.13.cap.7.quæst.2.reg.1.exception.1. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi pater de contractu filij quem habet in potestate. hic enim pro filio actione de peculio, uel de in rem uerso, uel alia simili tenetur. Quæ exceptio constat ex uerbis iam propositis hisce:* De peculio actionem sustinere cogitur. *Concordat Inst. quod cum eo qui in alterius potestate est, gestum esse dicetur. de qua re uide ꝭ. lib.45.cap.1.cum sequentibus. Altera exceptio est: Nisi dominus serui sui nomine. nam & hic serui nomine de peculio, de in rem uerso, noxali & alijs similibus actionibus tenetur. De quibus uide d.cap.7.cum sequentibus. Tertia exceptio est: Nisi reus pro alio fideiusserit, uel se soluturum constituerit, uel ut alij crederetur mandauerit. tunc enim alterius nomine uel actione ex stipulatu fideiussoris, uel de constituta pecunia, uel mandati actione tenetur. De quibus actionibus uide ꝭ.lib.45.cap.1.cum sequentibus. Quarta exceptio est: Nisi reus debiti partem pro alio soluerit. Hæc exceptio reprobatur l.ult.C.ne uxor pro marito, his uerbis:* Cum te ideo ex persona filij tui commemores conueniri, quòd pro debitis eius aliquid intulisse uidearis: defensionibus tuis uti apud eum, cuius super ea re notio est, minimè prohiberis, & is ad solutionem alieni debiti urgeri te non patietur. *Quinta exceptio est: Nisi pupillus*

uel adultus ex contractu tutoris uel curatoris sui conueniatur. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s̄. lib. 17. cap. 1. quæstione 8. reg. 5. Sexta exceptio est: Nisi debitor pro creditore suo conueniatur. Hæc exceptio regulariter quidem reprobatur: admittitur tamen in certis casibus. De qua re uide s̄. cap. prox. reg. 6. except. 8. cum tribus sequentibus. Septima exceptio est: Nisi possessor rei pro alio pignori obligatæ, actione hypothecaria conueniatur. Hæc exceptio approbatur J. in actione hypothecaria.

Octaua exceptio est: Nisi reus aliquid à debitore ciuitatis, postea soluendo non existente, comparauerit. Hæc exceptio approbatur l. 2. C. de debitoribus ciuitatum. cuius uerba uide s̄. lib. 8. cap. 9. reg. 1. Planè exceptio hæc tantùm ciuitatibus competit, non alijs priuatis. l. 22. §. sin uerò creditores. ibi: sed nec aduersus. C. de iure deliberandi. cuius uerba uide s̄. lib. 30. cap. 1. quæst. 6. nisi in fraudem creditorum quid sit alienatum à debitore: id enim per actionem Paulianam reuocatur. De qua uide ff. quæ in fraudem creditorum. Nona exceptio est: Nisi reus lucrum ceperit ex persona debitoris. Hæc exceptio approbatur l. 191. ff. de reg. iuris, hisce uerbis: Ex qua persona quis lucrum capit, eius factum præstare debet. Huius exemplum proponitur l. 1. in prin. ff. de Institoria actione, his uerbis: Aequum Prætori uisum est, sicut commoda sentimus ex contractu institorum, ita etiam obligari nos ex contractibus ipsorum & conueniri. Aliud exemplum proponitur l. 10. in prin. ff. si quis omissa causa test. cuius uerba uide s̄. lib. 33. cap. 14. quæst. 3. reg. 3. Aliud exemplū in hærede debitoris proponitur l. 6. §. fin. ff. de aqua pluuia arcenda. cuius uerba uide s̄. lib. 27. cap. 7. quæst. 5. reg. 1. except. 2. De hoc exemplo uide J. reg. prox. Est item exemplum propositæ exceptionis actio de in rem uerso. De qua alibi. Huius exceptionis replicatio prima est in persona mulieris, pro qua debitor dotem dedit. Quæ replicatio approbatur l. 1. C. de reuocandis ijs quæ per fraudem, his uerbis: Si successione patris abstenta fuisti, ob ea quæ in dotem data sunt conuenire te creditores nequeunt, quibus pignorata in dotem data non docentur: nisi bonis defuncti non sufficientibus, in fraudem creditorum dotem constitutam probabitur. Altera replicatio est in eo, cui quid à debitore legatum est. hic enim ob id factum defuncti præstare non tenetur. Quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s̄. lib. 32. cap. 2. reg. 14. Tertia replicatio est in eo cui debitor quid donauit. hic enim ob id debitoris factum non præstat. Quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur s̄. lib. proxim. cap. 1. quæst. 5. in fine. Quarta replicatio est in eo cuius absentis negocia gesta sunt. hic enim lucrum quidem percepit ex eo quod gestum est, damnum autem non præstat. Quæ replicatio approbatur l. si negocia. 10. ff. de negocijs gestis. cuius uerba uide J. lib. 44. cap. 6. quæst. 1. except. 5. repl. 2. Quinta replicatio in socio adsumpto proponitur l. 21. ff. pro socio. cuius uerba uide J. lib. 43. cap. 11. quæst. 2. causa 7. except. 2. repl. 2. In summa, exceptio proposita plures recipit replicationes quā habet species. Hæc de nona exceptione. Decima exceptio uidetur: Nisi reus recepturus sit à debitore quod pro eo præstat. Hæc exceptio reprobatur l. 130. ff. de reg. iuris, hisce uerbis: Nemo ideo obligatur, quia recepturus est ab alio quod præstiterit. Huius exceptionis reprobatæ exemplum elegans proponitur l. 11. §. apud Ferocem. ff. de aqua pluuia arcenda. cuius uerba uide s̄. lib. 27. cap. 7. quæst. 4. reg. 3. exc. 2. Planè admittitur exceptio hæc in quibusdam casibus, ut l. 27. §. si quis cum seruo. ff. de peculio. cuius uerba uide J. lib. 45. cap. 1. quæst. 6. reg. 5. Item l. 2. §. item etsi in facto. ff. de uerb. oblig. cuius uerba cum alijs cōcordantib. uide J. reg. prox. exc. 7. repl. 5. Planè huius exceptionis in casibus iam dictis replicatio hæc est: Nisi reus actionem, quam habet, actori cedere sit paratus. Quæ replicatio approbatur l. si in fine. ff. de peculio. cuius uerba uide J. lib. 45. cap. 12. quæst. 1. reg. 4. Vndecima exceptio est: Nisi auctor pro possessore cōueniatur. Hæc exceptio reprobatur per ea quæ proposita sunt s̄. lib. 21. cap. 5. exc. 13. Duodecima exceptio est: Nisi mandatu rei alius contraxit uel deliquit. Hæc exceptio approbatur regula uulgari hac: Quod quis per alium facit, hoc ipse fecisse uidetur. Cui concordat l. 1. in prin. ff. quod iussu, hisce uerbis: Meritò ex iussu domini uel patris in solidum aduersus eum iudiciū datur: nam quodammodo cum eo contrahitur, qui iubet. Cōcordat itē l. 131. ff. de reg. iuris. hisce uerbis: Is dānū dat qui iubet dare. Eius uerò nulla culpa est, cui parêre necesse sit. Concordat item l. 194. ff. eod. tit. his uerbis: Deiecit & qui mandauit. Plura de hac re uide J. lib. 45. cap. 8. cum sequentibus. Decimatertia exceptio est: Nisi reus ratum habuit, quod alius nomine eius gessit. Hæc exceptio approbatur d. l. 194. his uerbis, Ratihabitio mandato comparatur. Cōcordat l. 1. §. sed & cum quis. ff. de ui & ui armata, his uerbis: Si cùm quis alium deiecit, ratum habuero: sunt qui putāt secundū Sabinū & Cassiū (qui ratihabitionē mandato cōparant) uideri me deiecisse, interdictoque isto teneri. Et hoc uerius est. Rectius enim dicitur, ratihabitionem in maleficio mandato comparari. Concordat l. 7. §. fin. C. quod cum eo qui in aliena. cuius uerba uide J. lib. 45. capite undecimo, quæstione tertia, in princip. Decimaquarta exceptio est: Nisi reus tabernæ uel naui præfecit eum qui gessit. Hæc exceptio approbatur actione institoria & exercitoria. De quibus J. suo loco dicetur. Decimaquinta exceptio est: Nisi dolo rei conuenti ab alio factū sit. Hæc exceptio approbatur exēplo l. 11. in prin. ff. de iniurijs, hisce

rijs, hisce uerbis: Non solùm is iniuriatum tenetur qui fecit iniuriam, hoc est, qui percussit: uerùm ille quoq; cõtinetur, qui dolo fecit uel qui curauit, ut cui mala pugno percuteretur. Decimasexta exceptio est: Nisi unus heredum contrà ac promisit defunctus, fecerit. hoc enim casu etiam cæteri eius cohæredes tenentur. quæ exceptio approbatur per ea quæ proponuntur J.reg prox.except.7.replicat.5 & 6. Eius autem replicatio prima uidetur esse: Nisi ita defunctus promiserit, Per se hæredemq; suum Ticium non fieri: hic enim cæteri uidentur excusati. uerùm replicatio hæc reprobatur l.131.in prin.ff.de uerb.oblig at.his uerbis: Iulianus scripsit, si nec per te neq; per hæredem tuum Titium fiat, quo minus mihi ire liceat, stipuler: non solùm Titiũ teneri, si prohibeat, sed etiam cohæredes eius. Altera replicatio est: Nisi pro parte solui poßit quod est promissum. quæ replicatio approbatur per ea quæ proponuntur infrà reg.prox.except. 7.in prin.item repl.6.dupl. 1. Hactenus propositæ regulæ exceptiones sunt enumeratæ, quarum tamen plures ex diuersis actionib.colligi possunt: ut ex iudicio publico de adulterijs, de eo qui adulterio perpetrando domum præbuit. ex actione furti, de eo qui sciens rem furtiuam suscepit, &c.

V. Regula: De hæredibus debitoris. Actio quæ cõpetijt aduersus defunctum, competit etiam aduersus eius hæredes. quæ regula approbatur ratione nonæ exceptionis s.reg.prox.propositæ. Huius autem regulæ exceptio prima hæc est: Nisi pœnalis sit actio, & ex dolo defuncti agatur. quæ exceptio approbatur l.111.§.in hæredes.ff.de reg.iuris, hisce uerbis: In hæredes non solent actiones transire quę pœnales sunt ex maleficio: ueluti furti, dãni iniuriæ, iniuriarũ, ui bonorum raptorũ. Concordat l.1. in prin. ff. de priuatis delictis, hisce uerbis: Ciuilis constitutio est, pœnalibus actionibus hæredes non teneri, nec cæteros quidem successores. Idcirco nec furti conueniri possunt. Concordat item Inst.de perpetuis & temp.action.§.non autem omnes, his uerbis: Non omnes actiones quæ in aliquẽ aut ipso iure competunt, aut à prætore dãtur, & in hæredem æquè competunt, aut dari solent. Est enim certissima iuris regula, ex maleficijs pœnales actiones in hæredem rei non competere: ueluti furti, ui bonorum raptorum, iniuriarum, damni iniuriæ. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ex dolo & maleficio defuncti quid ad hæredẽ peruenerit: de eo enim tenebitur. quæ replicatio approbatur l.38.ff.de reg.iuris, hisce uerbis: Sicuti pœna ex delicto defuncti hæres teneri non debet: ita nec lucrum facere, si quid ex ea re ad eum peruenisset. Concordat l.34.§.honorariæ.ibi: ut tamẽ lucrum.ff. de action.& obligat. cuius uerba uide s.cap.4.quæst.2.diuis.3. Item concordat l.44.ff.de reg.iuris, his uerbis: Toties in hęredem damus actionem de eo quod ad hęredẽ peruenit, quoties ex dolo defuncti conuenitur, non quoties ex suo. Concordat item l.unica.C.ex delictis defunctorum. cuius uerba uide J.repl.prox. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi hæres de eo quod ad se peruenit, non sit locupletior factus. Hæc duplicatio reprobatur l.69.ff.de reg.iuris, hisce uerbis: Cum prætor in hæredẽ dat actionẽ quatenus ad eũ peruenit, sufficit si uel momento ad eũ peruenit ex dolo defuncti. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi lis cum defuncto sit inchoata. quæ replicatio approbatur l.25.ff.de act.& obligat.his uerbis: Omnes pœnales actiones post litem inchoatam etiam ad hæredes transeunt. Concordat l.32.ff.eod.tt.his uerbis: Constitutionibus quibus ostenditur hæredes pœna nõ teneri, placuit si uiuus conuentus fuerat, etiam pœnæ persecutionem remissam nõ uideri, quasi lite contestata cum mortuo. Concordat item l.57.ff.eod.tt.his uerbis: Sciendũ est, ex omnibus causis lites contestatas & in hæredem similesq; personas transire. Concordat item l.87.in fine ff.de reg iuris.cuius uerba uide s.cap.prox.reg.7.except.6.repl.gener.1. Cõcordat item l.124.ff.de reg.iuris, hisce uerbis: Pœnalia iudicia semel accepta, in hæredes transmitti possunt. Item cõcordat l.181.ff.eod. tt.his uerbis: Omnes actiones quæ morte aut tempore pereunt, semel inclusæ iudicio saluæ permanent. Concordat item Inst.de perpet.& temp.action.§.pœnales. cuius uerba uide s.d.repl.gener.1. Concordat item l.1.C.ex delictis defunctorum, his uerbis: Post litis contestationẽ eo qui uim fecit, uel cõcussionem intulit, uel aliquid deliquit defuncto: successorẽ eius in solidum, alioquin in quãtum ad eũ peruenit cõueniri, iuris absolutissimi est, ne alieno scelere ditetur. Huius replicationis duplicatio hæc esse uidetur: Nisi lis non in iudicium deducta sit, sed eo nomine tantùm preces principi oblatæ. Hæc duplicatio reprobatur l.1.C.quando libellus principi, &c. cuius uerba uide J.lib. eod. cap.15. except.5.repl.6. Tertia replicatio est: Nisi pœnalis actio ex cõtractu descendat. Hæc replicatio approbatur l.48.ff.de act.& oblig.his uerbis: Ex contractibus uenientes actiones in hęredes dãtur, licet delictum quoq; uersetur: ueluti cum tutor in tutela gerenda dolo fecerit, aut is apud quem depositum est. Concordat l.12.ff.eod.tt.his uerbis: Ex depositi & cõmodati, & mãdati, & tutelæ, & negociorũ gestorum ob dolum malum defuncti hæredes in solidum tenentur. Concordat itẽ l.194. §.fin.ff.de reg.iuris, hisce uerbis: In cõtractibus in quibus doli præstatio uel bona fides inest, hæres in solidum tenetur. Concordat item l.121.§.fin.ff.de uerb.obligat.his uerbis: Ex facto rei promittendi doli sti-

pulatio hæredem eius tenet, sicut ex cæteris alijs contractibus: ueluti mandati, depositi. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi nihil ex dolo defuncti ad hæredem peruenerit. quæ duplicatio approbatur Inst. de perpet. & temp. actionib. §. aliquando, his uerbis:* Aliquando etiam ex contractu actio contra hæredem non competit: ueluti cum testator dolosè uersatus sit, & ad hæredem eius nihil ex eo dolo peruenit. *Huic contradicit l. 199. §. fin. ff. de reg. iuris, hisce uerbis:* In contractibus successores ex dolo eorum quibus successerunt, non tantùm in id quod peruenit, uerùm etiam in solidum tenentur: hoc est, unusquisq; pro ea parte, qua hæres sit. *De hac antinomia uide glossam in d. §. aliquando. Quarta replicatio est: Nisi ex stipulatu pœna petatur. Hæc replicatio approbatur l. 47. ff. de action. empti. cuius uerba uide J. lib. 41. cap. 2. reg. 14. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi hæreditas non sit soluendo. Hæc exceptio reprobatur l. 8. §. 1. ff. de adq. uel omit. hæred. his uerbis:* Hæreditas quin obliget nos æri alieno, etiamsi non sit soluendo, plusquam manifestum est. *Planè admittitur exceptio proposita, si hæres conscripto inuentario hæreditatem adierit. tūc enim, si emerserit postea grande æs alienū hæreditarium, non ultra id quod in hæreditate est tenebitur. quæ distinctio approbatur l. 22. C. de iure deliberandi. cuius uerba uide 5̄. lib. 30. cap. 1. quæst. 6. Tertia exceptio est: Nisi hæreditate ab hærede uendita, creditores cum emptore hæreditatis egerint. Hæc exceptio approbatur l. 2. C. de pactis, hisce uerbis:* Post uenditionem hæreditatis à te factam, si creditores contra emptores actiones suas mouisse probare poteris, eosque eas spontanea uoluntate suscepisse: exceptione taciti pacti non inutiliter defenderis. *Quarta exceptio est: Nisi hæres hæreditate se abstinuerit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur 5̄. lib. 30. cap. 3. reg. 2. Quinta exceptio est: Nisi hæres hæreditatem ex senatusconsulto Trebelliano restituerit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur 5̄. lib. 34. cap. 4. Sexta exceptio est: Nisi hæres scriptus cum hæredibus ab intestato uenientibus transegerit. Hæc exceptio reprobatur l. 14. ff. de transactionib. his uerbis:* Controuersia inter legitimum & scriptum hæredem orta est, eaq; transactione facta certa lege finita est. Quæro, creditores quem conuenire possint? Respondit Scæuola, Si ijdem creditores essent qui transactionem fecissent, id obseruandum esse de ære alieno, quod inter eos conuenisset: si alij creditores essent, propter incertum successionis pro parte hæreditatis, quā uterq; in transactione expresserit, utilibus actionibus conueniendos esse. *Septima exceptio est: Nisi pro parte hæres in solidum conueniatur. Hæc exceptio approbatur l. 2. C. de hæred. actionib. his uerbis:* Pro hæreditarijs partibus hæredes onera hæreditaria agnoscere etiam in fisci rationibus placuit, nisi intercedat pignus uel hypotheca: tunc enim possessor obligatæ rei conueniendus est. *Concordat l. 1. C. si certum petatur, his uerbis:* Neq; æquam neque usitatam rem desideras, ut æs alienum patris tui non pro portionibus hæreditarijs exoluatis tu & frater cohæres tuus, sed pro æstimatione rerum prælegatarum: cum sit explorati iuris, hæreditaria onera ad scriptos hæredes pro portionibus hæreditarijs, nō pro modo emolumenti pertinere: quod nec tu ipse ignorare uideris, cum creditoribus secundum formam iuris pro portione tua caueris. *Concordat item l. 2. C. si unus ex plurib. hæred. cuius uerba uide J. repl. prox. Concordat item l. 85. §. prima species. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide J. lib. 18. cap. 8. reg. 19. Concordat item l. 2. §. incertam. ibi: in quib. ff. de prætorijs stipulat. cuius uerba uide J. lib. 38. cap. 14. quæst. 2. diuis. 3. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi actione reali uel hypothecaria agatur de ea re quam unus hæredum in solidum possidet: hic enim in solidum tenebitur. quæ replicatio approbatur d. l. 2. C. si unus ex pluribus, his uerbis:* Actio quidem personalis inter hæredes pro portionibus quæsita scinditur: pignoris autem iure multis obligatis rebus, quas diuersi possident, cùm eius uindicatio non personam obliget, sed rem sequatur, qui possident tenentes non pro modo singularum rerum substantiæ conueniuntur, sed in solidum, ut uel totum debitum reddant, uel eo quod detinent cedant. *Concordat l. 2. C. de actionib. hæred. cuius uerba uide paulo superius. Concordat item l. 55. ff. de rei uendicat. his uerbis:* Si possessor fundi ante iudicium acceptum duobus hæredibus relictis decesserit, & ab altero ex his qui totū fundum possidebat, totus petitus fuerat: quin in solidum condemnari debeat, dubitari non oportet. *Concordat item l. 2. §. sed si unus. ff. de prætorijs stipulat. cuius uerba uide J. lib. 18. cap. 14. quæst. 2. diuis. 3. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi lite contestata possessor decesserit. tunc enim, quamuis unus hæredum rem in solidum possideat, nihilominus pro parte est damnandus. quæ duplicatio approbatur d. §. sed si unus, in fine. Altera replicatio est: Nisi res quæ petitur, talis sit, quæ diuisionem non recipiat. Hæc replicatio approbatur l. 192. ff. de reg. iuris, hisce uerbis:* Ea quæ in partes diuidi non possunt, solida à singulis hæredibus debentur. *Huius exempla proponuntur l. 72. in prin. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Stipulationes non diuiduntur earum rerum quæ diuisionem

non

non recipiunt: ueluti uiæ, itineris, actus, aquæductus, cæterarumq; ſeruitutum. Idem puto, etſi quia faciendum aliquid ſtipulatus ſit: utputa fundum tradi, uel foſſam fodi, uel inſulam fabricari, uel operas, uel quid his ſimile. Horum enim diuiſio corrumpit ſtipulationem. *Concordat l.2. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Stipulationum quædam in dando, quędam in faciendo conſiſtunt. Et harum omnium quædam partiũ præſtationem recipiunt: ueluti cum decẽ dari ſtipulamur. Quædam non recipiunt, ut in his quæ natura diuiſionem non admittunt: ueluti cum uiam, iter, actum ſtipulamur. Quædam partis quidem dationẽ natura ſui recipiunt, ſed niſi tota dentur, ſtipulationi ſatis non fit: ueluti cum hominem generaliter ſtipulor, aut lancem, aut quodlibet uas. Nam etſi Stichi pars ſoluta ſit, nondum in ulla parte ſtipulationis liberatio nata eſt: ſed aut ſtatim repeti poteſt, aut in pendẽti eſt, donec alius detur. Eiuſdem conditionis eſt hæc ſtipulatio, Stichum aut Pamphilum dari? Ex his igitur ſtipulationibus ne hæredes quidem pro parte ſoluẽdo liberari poſſunt, quamdiu non eandem rem omnes dederint. Non enim ex perſona hæredum conditio obligationis immutatur. Et ideo ſi diuiſionem res promiſſa non recipit, ueluti uia: hæredes promiſſoris ſinguli in ſolidũ tenẽtur. Sed quo caſu unus ex hæredibus ſolidum pręſtiterit, repetitionem habebit à cohæredibus familiæ erciſcũdę iudicio. *Concordat item l.17. ff. de ſeruitut. cuius uerba uide ſ. lib.25. cap.1. in fine. uide item J. lib.48. cap.9. except.15. repl.1. dupl.1.2 et 3. Sanè propoſitæ replicationis ſpecies ſunt eæ quæ ſequuntur. Tertia replicatio eſt: Niſi genus, non certa ſpecies debeatur. hoc enim caſu ſinguli hæredes in ſolidum tenentur. quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Quædam partis quidem dationem natura ſui recipiunt, ſed niſi tota dentur, ſtipulationi ſatis non fit: ueluti cum hominem generaliter ſtipulor, aut lancem, aut quodlibet uas, &c. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi cum uno hæredum actum ſit, uel uni acceptolatum. tũc enim cæteri non niſi pro parte quæ ſupereſt tenentur. quæ duplicatio approbatur d.l.2. §. ſi tamen, his uerbis:* Si tamen hominem ſtipulatus cum uno ex hæredibus promiſſoris egero, pars duntaxat cæterorum obligationi ſupererit, ut exolui poſsit. Idemq; eſt, ſi uni ex hęredib. acceptolatũ ſit. Idẽq; eſt in ipſo promiſſore, & in fideiuſſoribus eius, quod diximus in hæredibus. *Quarta replicatio eſt: Niſi una res ex duabus alternatiuè debeatur. quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Eiuſdem conditionis eſt hæc ſtipulatio, Stichum aut Pamphilum dari? Ex his igitur, &c. *Concordat l.85. §. pro parte. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. lib.38. cap.8. reg.19. Quinta replicatio eſt: Niſi in faciẽdo, nõ in dando cõſiſtat obligatio. Hæc replicatio approbatur uerbis d. l.72. ſ. propoſitis hiſce:* Idẽ puto, etſi quis faciẽdũ aliquid ſtipulatus ſit, &c. *Concordat item l.4. in fine. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide ſ. ca. prox. reg.4. in prin. Concordat itẽ l.85. §. ſecunda. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. lib.38. cap.8. reg.19. Concordat item d.l.85. §. in ſolidum. cuius uerba uide J. d. reg.19. Concordat item l.139. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. lib.42. cap.7. quæſt.3. reg.2. Concordat item l.11. §. penult. ff. de leg.3. cuius uerba uide ſ. lib.38. cap.2. reg.1. exception.1. replicat.4. Item concordat l.2. §. reſtitutione. ibi: ideoq; ff. de prætorijs ſtipulation. cuius uerba uide J. lib.38. ca.14. quæſt.2. diuiſ.3. Huius replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi ad id quod intereſt, factum eſſe agatur. hoc enim caſu unus hæredum conuentus intereſſe, pro ſua parte præſtando liberatur. quæ duplicatio approbatur l.72. §. Celſus tamen ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Celſus libro 38. Digeſt. refert, Tuberonem exiſtimaſſe, ubi quid fieri ſtipulemur, ſi nõ fuerit factum, pecuniam dari oportere. Ideoq; etiam in hoc genere diuidi ſtipulationem. Secundum quæ Celſus ait, poſſe dici iuxta æſtimationem facti dandam eſſe petitionem. *Concordat l.139. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. ead. repl. Item concordat l.85. § in ſolidum, in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. d. reg.19. Altera duplicatio eſt: Niſi factum diuiduum ſit, quod ab uno hæredum in ſolidum præſtari nõ poſſit. Hæc duplicatio approbatur per ea quæ proponuntur J. repl. prox. dupl.1. Sexta replicatio eſt: Niſi pœna ſtipulationi ſit ſubiecta. tunc enim, quamuis unus hæredum pro ſua parte ſtipulationi ſatisfaciat: tamen ſi cæteri ceſſent, nihilominus pœna in ſolidũ committitur etiam aduerſus eum qui ſuam partẽ ſoluit itaq; niſi in ſolidum præſtiterit unus hæredũ, à pœnali ſtipulatione non liberatur. quæ replicatio approbatur l.5. §. fin. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Si ſortem promiſeris, et ſi ea ſoluta nõ eſſet, pœnam: etiamſi unus ex hæredibus tuis portionẽ ſuam ex ſorte ſoluerit, nihilominus pœna committetur, donec portio cohæredis ſoluatur. Idẽq; eſt de pœna ex cõpromiſſo, ſi unus paruerit, alter nõ paruerit ſentẽtię iudicis. Sed à cohærede ei ſatisfieri debet: nec enim aliud in his ſtipulationib. ſine iniuria ſtipulatoris cõſtitui poteſt. *Cõcordat l.85. §. penult. ff. de uerb. oblig. his uerbis:* Si ita ſtipulatio facta ſit, Si fundus Titianus datus nõ erit, dari cẽtũ? niſi tot⁹ detur, pœna cõmittitur cẽtũ: nec ꝓdeſt partes fundi dare ceſſante una, quemadmodũ nõ prodeſt ad pignus liberãdũ partẽ creditori ſoluere. *Concordat itẽ l.25. §. in illa. ibi: idẽ iuris. ff. familiæ erciſcũdæ. cuius uerba uide J. lib.44. cap.9. quæſt.3. cauſa 8.*

Huius

*Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi factum diuiduum sub pœna promissum sit, quod ab uno hæredum in solidum præstari non potest: tunc enim pro sua parte præstando à pœna liberatur. quæ duplicatio approbatur l.4.§.Cato.ff.de uerb.obligat. his uerbis:* Cato libro decimoquinto scribit, pœna certæ pecuniæ promissa, si quid aliter factum sit: mortuo promissore, si ex pluribus hæredibus unus contrà quàm cautum sit fecerit: aut ab omnibus hæredibus pœnam committi pro portione hæreditaria, aut ab uno pro portione sua. Ab omnibus, si id factum, de quo cautum est, indiuiduũ sit: ueluti iter fieri? quia quod in partes diuidi non potest, ab omnibus quodammodo factum uideatur. At si de eo cautum sit, quod diuisionem recipiat: ueluti amplius non agi? tum eum hæredem qui aduersus ea fecerit, pro portione sua solum pœnam committere. Et differentiæ hanc esse rationem, quòd in priore casu omnes commisisse uideãtur, quod nisi in solidum peccari non potuerit. Vt in illa stipulatione, Per te non fieri quo minus mihi ire agere liceat? Sed uideamus ne nõ idem hic sit? Sed magis idem quod in illa stipulatione: Titium hæredemque eius ratum habiturum? Et Paulus respondit, non idem esse. Nam hac stipulatione & solus tenebitur, qui non habuerit ratum: & solus aget, à quo fuerit petitum. Idq; & Marcello uidetur, quamuis ipse dominus pro parte ratum habere non possit. *Concordat l.44.§.si quis stipul.ff.familiæ ercifcundæ. cuius uerba uide 5.lib.6.cap.8.in fine. quæst.3. Altera propositæ replicationis duplicatio est: Nisi unus hæredum conuentus pro sua parte pœnam præstiterit. tunc enim in solidum ad pœnam præstandam non tenetur. quæ duplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Ab omnibus hæredibus pœnam committi pro portione hæreditaria. *Concordat 5.repl.proxim. dupl.1. Septima replicatio uidetur: Nisi hæredes ex certis rebus sint instituti, tunc enim, si unius res pluris æstimantur, etiam in maiorem partem uidetur conueniendus, quamuis pro æquali parte sit hæres. Sed hæc replicatio reprobatur l.35.§.unde scio. ff.de hæred.instit. cuius uerba uide 5.lib.28.cap.12. except.105. Octaua replicatio uidetur: Nisi uni hæredum amplius quid sit prælegatum. Sed & hæc replicatio reprobatur d.§.unde scio. Cui concordat l.1.C.si certum petatur. cuius uerba uide 5.ead.except.in prin. Nona replicatio est: Nisi unus hæredum exceptione defendatur. hoc enim casu alter in solidum uidetur conueniendus. Sed hæc replicatio reprobatur exemplo l.24.ff.de fideiuss. cuius uerba uide J.lib.45.cap.1.quæst.4.reg.1.except.4. Hæc de septima exceptione eiusq; replicationibus sint dicta. Octaua exceptio est: Nisi unus hæres contra contractum egerit, indeq; agatur. hoc enim casu uidetur ille solus teneri, & cæteros per exceptionem defendi. Sed hæc exceptio reprobatur per ea quæ proposita sunt 5.except.proxim.repl.5 & 4.de qua plura uide 5.reg.prox.except.16. Nona exceptio uidetur: Nisi defunctus promissor se & suum hæredem Titium obligauerit. hoc enim casu uidentur cæteri exceptione defendi. Sed hæc exceptio reprobatur l.56.§.1.ff.de uerb.oblígat. his uerbis:* Te & Titium hæredem tuum decem daturum spondes? Titij persona superuacuè comprehensa est. Siue enim solus hæres extiterit, in solidum tenebitur: siue pro parte, eodem modo quo cæteri cohæredes eius obligabitur. Et quamuis conuenisse uideatur, ne ab alio hærede quàm à Titio peteretur: tamen inutile pactum conuentum cohæredibus eius erit. *Decima exceptio est: Nisi testator unum hæredem solidum æs alienum soluere iusserit. Hæc exceptio ipso quidem iure reprobatur: uerùm hoc casu cæteris cohæredibus datur ex fideicommisso actio aduersus cohæredem, ut solidum æs alienum soluat. l.33.§.fin.ff.de leg.3.cuius uerba uide 5.lib.33.quæst.3.reg.3. Vndecima exceptio est: Nisi inter hæredes conuenerit, ut unus solidum æs alienum soluat. Hæc exceptio reprobatur l.25.C.de pactis, hisce uerbis:* Debitorum pactionibus, creditorum petitio nec tolli nec mutari potest. *Concordat l.26.C.eod.tit. his uerbis:* Pactum successorum debitoris ex lege XII. Tabularum ad æs alienum hæreditarium pro portionibus quæsitum singulis ipsoque iure diuisum, in solidum unum obligare non potest creditori. Quod & in honorario succedentibus iure locum habet. De chirographis itaque communibus exhibendis cum cohærede, uel non perfectis in diuisione placitis conuenire quanti tua interest potes. *Planè exceptio proposita uidetur admitti, si creditores secundum pactum hæredum ab uno in solidum usuras acceperint. Sed hæc distinctio reprobatur l.40.§.post diuisionem.ff.de pactis, hisce uerbis:* Post diuisionem bonorum & æris alieni singuli creditores à singulis hæredibus non interpositis delegationibus in solidum (ut conuenerat) usuras acceptauerunt. actiones quas aduersus omnes pro partibus habent, impediendæ non erunt, si non singuli pro fidei rei gestæ totum debitum singulis offerant. *Duodecima exceptio est: Nisi in faciendo, non in dando obligatio consistat. Hæc exceptio reprobatur l.15.C.de contrah. stipul. his uerbis:* Veteris iuris altercationes decidentes generaliter sancimus omnem stipulationẽ, siue in dando, siue in faciendo, siue mista in dando & faciendo inueniatur: & ad hæredes

hæredes & contra hæredes transmitti, siue specialis hæredum fiat mentio, siue non. Cur enim quod in principalibus personis iustum est, non ad heredes; & aduersus eos transmittatur? Et sic existimentur huiusmodi stipulationes quasi tantummodo in dando fuerint conceptæ, cum nihilominus & hæredes factum possint adimplere: illa subtili & superuacua scrupulositate explosa, per quam putabant, nõ esse possibile factũ ab alio compleri, quod alij impositum est. Et quare, cum penè similis omnium hominum est natura, non & facta omnes uel plus uel paulo minus adimplere possint, ne ex huiusmodi subtilitate cadant hominum uoluntates? *Planè admitti uidetur exceptio proposita saltem, si in tempus mortis suæ promissor factum contulit. Sed & hæc distinctio reprobatur l.ult. C. eod. tt. cuius uerba uide J.lib.prox.cap.3.except.35.in fine. Decimatertia exceptio est: Nisi hæreditas hæredi tanquam indigno sit ablata. Hæc exceptio approbatur l.18.§.bonis.ff.de his quæ ut indignis.his re uerbis:* Bonis uniuersis ex causa taciti fideicommissi fisco restitutis, hæredem onus æris alieni non spectare conuenit. Nec aliud seruatur, morte non defensa. *Decimaquarta exceptio est: Nisi cum diuersorum bonorum hæredes diuersi instituti essent, actio proposita non sit eorum bonorum, quorum hæres est reus conuentus. Hæc exceptio approbatur l.17.§.Iulianus.ff.de militari test. his uerbis:* Iulianus ait, si quis alium castrensium rerum, &c. *Plures huiusmodi exceptiones uide s.lib.10.cap.2.reg.1.*

## *PER QVOS COMPETIT actio? Item ubi & apud quem? Cap. VII.*

*HActenus aduersus quos actio detur uel non detur, expositum est. Nũc uideamus per quos actio competat.*

*I. Regula: De procuratoribus. Etiam per procuratorem actio competit. quæ regula approbatur Inst. de ijs per quos agere possumus, his uerbis:* Nunc admonendi sumus, agere posse quẽ liber hominẽ aut suo nomine, aut alieno. Alieno, ueluti procuratorio, tutorio, curatorio: cũ olim in usu fuisset alterius nomine agere nõ posse, nisi pro populo, pro libertate, pro tutela. Præterea lege Hostilia permissum erat furti agere eorum nomine, qui apud hostes essent, aut reipub. causa abessent, quiue in eorum cuius tutela essent. Sed quia hoc non minimam incommoditatem habebat, quòd alieno nomine neq; agere neq; excipere actionẽ licebat: cœperunt homines per procuratores litigare. Nam & morbus, & ętas, & necessaria peregrinatio, itemq; aliæ multæ causæ sæpe hominibus impedimẽto sunt, quo minus rem suam ipsi exequi possint. *Hæc regula plures recipit exceptiones, quas ordine uide s.lib.5.cap.6.quæst.4.*

*II. Regula: Per tutorem quoq; & curatorem suum actor agere potest. quæ regula approbatur uerbis iam propositis hisce:* Tutorio, curatorio. *Leges concordantes, sed & exceptiones huius regulæ uide s.lib.18.cap.2.officio 2.*

*III. Regula: Vbi & apud quem iudicem actio competat, uide s.lib.5.cap.2.*

*IIII. Regula: Euentus, si alibi quàm debetur agatur, uide J.cap prox.reg.9.§.loco plus.*

## *QVID VENIAT IN Actionem? Cap. VIII.*

*NVnc quid ueniat in actionem petendum, per regulas exponemus. quanquam quædam ad hanc rem pertinentia proposita sunt s. cap. 4.quæst.2.diuis.5 & 6.*

*I. Regula: De eo quod interest. Si non præstatur id quod debetur, ad id quod actoris interest competit actio. quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt J.lib.38.cap 2.reg.1. Planè cum quæritur quatenus actoris intersit, de facto, non de iure quæritur. Nam ita l.24.ff.de reg.iuris, Paulus:* Quatenus cuiusq; intersit (*inquit*) in facto, non in iure consistit. Ideoq; legibus definiri non potest, sed permittitur arbitrio iudicantis definiendum. *Tam autẽ damnũ quod actor passus, quàm lucrum quod amisit, iudex æstimabit. Ita enim l.13.ff.ratam rẽ haberi, Paulus interpretatur:* Quãtum mea interfuit (*inquiens*) id est, quantum mihi abest, quantumq; lucrari potui. *Concordat l.2.§.fin.ff de eo quod certo loco dari, his uerbis:* In hanc arbitrariam quod interfuit ueniet, & quidem ultra legitimum modũ usurarum. Quid si merces solebat comparare, an & lucri ratio habeatur, non solùm damni? puto & lucri habendam rationem. *Concordat item l.13.ibi: in quo etiam.ff.locati. cuius uerba uide J.lib.43.cap.2.quæst.5.except.20.repl.1. Concordat item l.unica.§.et hoc non solùm.C.de sententijs quæ pro eo. cuius uerba uide paulò inferius. Planè regula hæc, ut & lucrum ueniat in id quod interest, quasdã recipit exceptiones: ut l.21.§. cum per uenditorẽ.ff.de action.empti.l.71.in fine.ff.de furtis. de quib. uide passim in singulis actionibus. Cum autẽ æstimatio eius quod interest, iudicis arbitrio sit relinquenda, ne modũ in eo definiendo excedat iudex. cõstituitur l.unica.C.de sententijs quæ pro eo quod interest, ne duplum sortis æstimatio eius excedat, his uerbis:* Cùm pro eo quod interest, dubitationes antiquæ in infinitum productæ sint: melius nobis uisum est, huiusmodi prolixitatem, prout possibile est, in angustum coartare. Sancimus itaq;, in omnibus casibus qui certam habent quantitatem uel naturam, ueluti in uẽditionibus,

& locationibus, & omnibus cōtractibus: hoc quod interest, dupli quantitatem minimè excedere. In alijs autem casibus qui incerti esse uidentur, iudices qui causas dirimendas suscipiunt, per suam subtilitatem requirere, ut hoc quod reuera inducitur damnum, hoc reddatur, & non ex quibusdam machinationibus & immodicis peruersionibus in circuitus inextricabiles redigatur: ne dum in infinitum cōputatio reducitur, pro sua impossibilitate cadat: cum sciamus esse naturæ congruum, eas tantummodo pœnas exigi, quæ uel cum competenti moderamine proferuntur, uel à legibus certo fine conclusæ statuuntur. Et hoc non solùm in damno, sed etiam in lucro nostra amplectitur constitutio: quia & ex eo ueteres id quod interest statuerunt. Et sit omnibus secundum quod dictum est, finis antiquæ prolixitatis, huius constitutionis recitatio. *Plura de regula proposita uide J. lib. 38. cap. 8. reg. 1. item lib. 42. cap. 2. reg. 11. 12. & reg. 14*

II. *Regula: De eo quanti ea res. In quibusdam actionibus reus non in id quanti actoris interest, sed quanti ea res est condemnatur. Quod approbatur exemplo l. 27. §. tertio autem. ff. ad l. Aquiliam, his uerbis:* Tertio capite ait eadem lex: Cæterarum rerum præter hominem & pecudem occisos, si quis alteri damnum faxit, quidue usserit, fregerit, ruperit iniuria: quanti ea res fuit in diebus triginta proximis, tantum æs domino dare damnas esto. *Proponitur & aliud exemplum l. 4. §. hæc autem actio. ff. ui bonorum raptorum, his uerbis:* Hæc actio datur in duplum, quanti ea res est: quod ad precium uerum rei refertur. *Declaratur regula proposita l. 193. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Hæc uerba, Quanti eam rem paret esse: non ad interest quod interest, sed ad rei æstimationem referuntur. *Concordat l. 179. ff. eod. tt. his uerbis:* Inter hæc uerba, Quāti ea res erit: uel, Quanti eam rem esse paret: nihil interest. In utraq; enim clausula placet ueram rei æstimationem fieri. *Concordat item d. §. hæc autem actio, uerbis iam propositis hisce:* Quod ad precium uerum rei refertur.

III. *Regula: De litis æstimatione. Quando res ipsa quæ petitur, præstari non potest, precium eius uenit à reo præstandum, quanti iudex eam æstimauerit: quam litis æstimationem uocant. De qua quæri solet, cuius temporis uel cuius loci æstimatio sit præstanda: cum eadem res alio tempore & alio loco pluris æstimetur, quàm alio. de hac re traditur regula l. 4. ff. de condict. triticaria, his uerbis:* Si merx aliqua, quæ certo die dari debeat, petita sit: ueluti uinum, oleum, frumentum: tanti litem æstimandam Cassius ait, quāti fuisset eo die, quo dari debuit. Si de die nihil conuenit, quanti tunc cum iudicium acciperetur. Idemq; iuris in loco esse: ut primùm sumatur æstimatio eius loci, quo debuit dari. Si de loco nihil conuenit, is locus spectatur quo peteretur. Quod & de cæteris rebus iuris est. *Regulariter ergo in rei æstimatione spectandum est tempus, item locus quo petitur: ut tanti æstimetur, quanti tunc uel eo loco ualet. Cui regulæ concordat l. 22. ff. si certum petatur, his uerbis:* Vinum quod mutuum datum erat, per iudicem petitum est: quæsitum est, cuius temporis æstimatio fieret: utrum cum datum esset, an cum lis contestata fuisset, an cum res iudicaretur? Sabinus respondit, si dictum esset quo tempore redderetur, quanti tunc fuisset: si non, quanti tunc cum petitum esset. Interrogatus cuius loci precium sequi oporteat? respondit, si conuenisset ut certo loco redderetur, quanti eo loco esset. Si dictum non esset, quanti ubi esset petitum. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi locus uel tempus, quo dari debuit, in contractu sit adiectum, uel ipso iure definitum: tunc enim eius loci uel temporis æstimatio præstanda est, quo res fuit soluenda. quæ exceptio iam dictis legibus approbatur. Cui concordat l. 59. cum lege sequente. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Quoties in diem uel sub conditione oleū quis stipulatur, eius æstimationem eo tēpore spectari oportet, quo dies obligatiōnis uenit: tunc enim ab eo peti potest, alioquin rei captio est. Idem erit, etsi Capuæ certum olei pondus dari quis stipulatus sit. Nam eius temporis fit æstimatio, cum peti potest. Peti autē potest, cum primùm in locum perueniri potuerit. *Concordat item l. 21. ff. de act. et obligat. his uerbis:* Cum quis in diem mercem stipulatus fideiussorem accepit, eius temporis æstimatio spectanda est, quo satis acceperit. *Scilicet ut solueretur, Accursio interprete. Concordat item l. 11. ff. de re iudicata, his uerbis:* Si calendis fieri aliquid stipulatus sum: nempe quandocunq; post calendas accepto iudicio tanti æstimanda lis est, quanti interfuit mea calēdis id fieri. Ex eo enim tempore quidq; æstimatur, quo notissimè solui potuit. *Cōcordat item l. 3. §. fin. ff. de action. empti. cuius uerba uide J. lib. 42. cap. 2. reg. 13. Altera exceptio est: Nisi locus quo solui debuit, sit adiectus: tunc enim tanti æstimanda lis est, quanti ualet eo tempore, quo ad eum locum peruenire potuisset. quæ exceptio approbatur uerbis l. 60. ff. de uerbor. obligat. paulo superius propositis hisce:* Idem erit, etsi Capuę certum olei pondus dari quis stipulatus sit. Nam eius temporis fit æstimatio, cum peti potest: peti autē potest, cum primùm in locum perueniri potuerit. *Tertia exceptio*

*ptio eſt: Niſi non res, ſed eius æſtimatio in obligationem ſit deducta. tunc enim tanti æſtimanda lis eſt, quanti eo tempore quo ſtipulatio eſt contracta, res ualet. quæ exceptio approbatur l.28. in fine. ff. de nouationib. his uerbis:* Fundum Cornelianũ ſtipulatus, quãti fundus eſt poſtea ſtipulor. Si non nouandi animo ſecunda ſtipulatio facta eſt, ceſſat nouatio: ſecũda uerò ſtipulatio tenet, ex qua nõ fundus, ſed pecunia debetur. Itaq; ſi reus promittendi fundũ ſoluat, ſecunda ſtipulatio etiam iure non tollitur, nec ſi litẽ actor ex prima conteſtetur. Deniq; meliore uel deteriore facto ſine culpa debitoris poſtea fundo, præſens æſtimatio fundo petito rectè cõſideratur: in altera uerò ea æſtimatio uenit, quæ ſecundæ ſtipulationis tempore fuit. *Quarta exceptio eſt: Niſi cum fideiuſſor rem debitã pro reo ſoluiſſet, poſtea mandati actione æſtimationem rei à reo repetat. hoc enim caſu tempus ſolutionis, nõ quo mandati agitur, conſideratur. quæ exceptio approbatur l.37. ff. mandati, his uerbis:* Hominem certũ pro te dari fideiuſſi & ſolui. Cum mandati agitur, æſtimatio eius ad id potius tempus, quo ſolutus eſt, non quo agitur, referri debet. Et ideo, etiamſi mortuus fuerit, nihilominus utilis ea actio eſt. Aliter in ſtipulatione ſeruatur: nã tunc id tempus ſpectatur, quo agitur: niſi fortè aut per promiſſorem ſteterit, quo minus ſua die ſolueret, aut per creditorem quo minus acciperet. Etenim neutri eorũ fruſtratio ſua prodeſſe debet. *Concordat l.50. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. lib.45. cap.4. quæſt.4. reg.1. except.2. Quinta exceptio eſt: Niſi condictione triticiaria agatur. hoc enim caſu tempus ſententiæ ferẽdæ ſpectatur. quæ exceptio approbatur l.3. ff. de condict. triticiar. cuius uerba uide J. lib. proxim. cap.11. quæſt.5. reg.2. Sexta exceptio eſt: Niſi bonæ fidei actione agatur. hoc enim caſu tempus ferendæ ſententiæ ſpectatur. quæ exceptio approbatur l.3. §. in hac actione. ff. commodati. cuius uerba uide J. lib.39. cap.5. quæſt.3. reg.2.*

IIII. *Regula: De ualore & moneta. Præterea ſolet interdũ quæri, cuius monetæ uel ualoris pecunia ueniat à reo ſoluenda: utputa ſi, cum quis decem aureos eſſet ſtipulatus, uel rem ſuam decem aureis uendidiſſet: alter dicat Veronenſes aureos deberi, alter Imperiales. de qua re proponitur regula l.34. ff. de reg. iuris, hiſce uerbis:* Semper in ſtipulationibus & in cæteris contractibus id ſequimur quod actum eſt. Vnde ſi non apparet quid actum eſt, erit cõſequens ut id ſequamur, quod in regione in qua actum eſt, frequentatur. Quid ergo ſi neq; regionis mos appareat, quia uarius fuit? ad id quod minimum eſt, redigenda ſumma eſt.

V. *Regula: Quale quidq; eſt cum petitur, tale dari debet. quæ regula approbatur l.2. ff. de uſuris et fructib. cuius uerba uide J. cap.10. quæſt.1. exc.1. repl.1.*

VI. *Regula proponitur l.78. ff. de reg. iuris, hiſce uerbis:* Generaliter cũ de fraude diſputatur, nõ quid habeat actor, ſed quid per aduerſariũ habere non potuit, conſiderandũ eſt.

VII. *Regula proponitur l.64. in prin. ff. de iudicijs, hiſce uerbis:* Non à iudice doli æſtimatio ex eo quod intereſt fit, ſed ex eo quod in litem iuratur. Deniq; & prædoni depoſiti & commodati ob eam cauſam competere actionem non dubitatur. *Plura de hac regula uide J. cap.11.*

VIII. *Regula, de pœna promiſſa, proponitur Inſt. de inutilib. ſtipulat. §. alteri. ibi: pœnã enim, his uerbis:* Pœnam cum ſtipulatur quis, non illud inſpicitur quod interſit eius, ſed quæ ſit quantitas in conditione ſtipulationis. *Plura de hac regula uide J. lib.38. cap.11.*

IX. *Regula: Si quis plus petierit, olim quidẽ cauſa cadebat, hodie uerò in triplum tenetur. quæ regula approbatur Inſt. de actionib. §. ſi quis agens, cum ſequentib. his uerbis:* Si quis agens in intentione ſua plus complexus fuerit, quàm ad eũ pertineat, à cauſa cadebat, id eſt, rem amittebat, nec facilè in integrum reſtituebatur à Prætore, niſi minor erat uiginti quinq; annis. Huic enim ſicut in alijs cauſis cauſa cognita ſuccurrebatur, ſi lapſus iuuentute fuerat: ita & in hac cauſa ſuccurri ſolitum erat. Sanè ſi tam magna cauſa iuſti erroris interueniebat, ut etiã cõſtãtiſſimus quiſq; labi poſſet, etiam maiori uiginti quinque annis ſuccurrebatur: ueluti ſi quis totum legatum petierit, pòſt deinde prolati fuerint codicilli, quibus aut pars legati adempta ſit, aut quibuſdã alijs legata data ſint, quæ efficiebant, ut plus petijſſe uideretur petitor quàm dodrantẽ: atq; ideo lege Falcidia legata minuebantur. Sed hæc quidẽ antea in uſu fuerãt: poſtea uerò lex Zenoniana & noſtra rem coartauit. Et ſiquidẽ tẽpore plus fuerit petitũ, quid ſtatui oporteat, Zenonis diuæ memoriæ loquitur cõſtitutio. Sin autẽ quãtitate uel alio modo plus fuerit petitum, in omne, ſi quod fortè damnũ ex hac cauſa acciderit ei, cõtra quẽ plus petitũ fuerit, cõmiſſa tripli condẽnatione (ſicut ſuprà diximus) puniatur. *Ait Imp.* Lex Zenoniana & noſtra. *Hæ duæ conſtitutiones deſiderantur. Ait inſuper Imp.* Quid ſtatui oporteat, Zenonia diuæ memoriæ loquitur cõſtitutio. *Huius conſtitutionis ſententia hæc fuit, ut reo tempus duplicaretur, & actori ante reſtitutas impenſas actio denegaretur. quod approbatur Inſt. de exceptionib. §. hodie autẽ. cuius uerba uide J. cap.4. except.21. Ait deniq; Imp.* Sicut ſuprà diximus. *Scilicet eod. tt. §. tripli uerò. cuius uerba uide 5. cap.4. quæſt.2. diuiſ.6. Declaratur regula propoſita Inſt. d. tt. de actionib. §. plus autẽ, his*

*uerbis:* Plus quatuor modis petitur: re, tempore, loco & causa. Re, ueluti si quis pro decem aureis, qui ei debebantur, uiginti petierit: aut si is cuius ex parte res est, totã eam uel maiorem partem suam esse intenderit. Tempore, ueluti si quis ante diem, uel ante conditionem petierit. Qua enim ratione qui tardius soluit, quàm soluere deberet, minus soluere intelligitur: eadẽ ratione qui præmaturè petit, plus petere uidetur. Loco plus petitur, ueluti cũ quis id quod certo loco sibi dari stipulatus est, alio loco petit sine cõmemoratione illius loci, in quo sibi dari stipulatus est: uerbi gratia, si is qui ita stipulatus fuerit, Ephesi dare spondes? Romę purè intendat sibi dari oportere. Ideo autem plus petere intelligitur: quia utilitatem quam habebet promissor, si Ephesi solueret, adimit ei pura intentione. Propter quam causam alio loco petenti arbitraria actio proponitur, in qua scilicet ratio habetur utilitatis, quæ promissori competitura fuisset, si illo loco solueret, quo se soluturum spopondit. Quæ utilitas plerunq; in mercibus maxima inuenitur: ueluti uino, oleo, frumento: quæ per singulas regiones diuersa habent precia. Sed & pecuniæ numeratæ non in omnibus regionibus sub iisdem usuris fœnerantur. Si quis tamẽ Ephesi petat, id est eo loco petat, quo ut sibi detur stipulatus est: pura actione rectè agit. Idq; etiam Prætor monstrat, scilicet quia utilitas soluẽdi salua est promissori. Huic autem qui loco plus petere intelligitur, proximus est is qui causa plus petit: ut ecce si quis ita à te stipuletur, Hominem Stichum aut decem aureos dare spondes? deinde alterum petat, ueluti hominem tantùm, aut decẽ aureos tantùm. Ideo autem plus petere intelligitur, quia in eo genere stipulationis promissoris est electio, utrum pecuniã, an hominem soluere malit. Qui igitur pecuniã tantùm, uel hominem tantùm sibi dari oportere intendit, eripit electionem aduersario: & eo modo suam quidem conditionem meliorẽ facit, aduersarij uerò sui deteriorem. Qua de causa talis in ea re prodita est actio, ut quis intendat hominem Stichum aut aureos decem sibi dari oportere: id est, ut eodem modo peteret, quo stipulatus est. Præterea si quis generaliter hominẽ stipulatus sit, & specialiter Stichũ petat: aut generaliter uinum stipulatus sit, & specialiter Cãpanũ petat: aut generaliter purpurã stipulatus sit, deinde specialiter Tyriã petat: plus petere intelligitur, quia electionẽ aduersario tollit, cui stipulationis iure liberum fuit aliud soluere, quàm quod peteretur. Quin etiam licet uilissimũ sit quod quis petat, nihilominus plus petere intelligitur: quia sæpe accidit, ut promissori facilius sit illud soluere, quod maioris precij est. *Hæc pro declaratione regulæ sunt dicta. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi minor uiginti quinq; annis plus petierit. Altera exceptio est: Nisi iustus error interuenerit. quæ duæ exceptiones proponuntur ĩ. ead. reg. in prin. his uerbis:* Nisi minor erat uiginti quinque annis, &c. *Porrò iure quoq; nouo ex plus petitione causa cadit actor in casu qui proponitur l. unica. C. de plus petitionib. his uerbis:* Odiosas cõtrahentium calliditates amputare properantes, censuimus ut si quis certa quantitate sibi debita super ampliore pecunia per dolum & machinationẽ cautionẽ exegerit, & ad iudicium debitorẽ uocauerit: si quidem ante inchoatam litem calliditatis eum pœniteat, & debiti ueram quantitatem cõfessus fuerit: nullo eum dispendio prægrauari. Sin autem liti præbuit exordium, & in certaminibus negocij permanens arguatur de adiecta falsa quantitate: non solùm ea, sed etiam toto eum debito defraudari: transactionibus scilicet & secũdis confessionibus, siue insinuatę sint siue non, etiam in hoc casu suam obtinentibus firmitatẽ: talibus etenim cautionibus hoc obijcere non oportet. *His uerbis præter supradictas duas, & aliæ duæ aduersus regulam propositam exceptiones introducuntur. Est igitur tertia exceptio hæc: Nisi ante litem inchoatam testatorem calliditatis pœniteat, & uerum debitum confiteatur. Quarta exceptio est: Nisi de causa sit transactum.*

*X. Regula: Si minus quàm debetur petitum sit, uel aliud pro alio: quid iuris sit, uide ĩ. lib. 6. cap. 4. quæst. 7. reg. 1.*

*XI. Regula: Si in re petita dissenserint actor & reus: ea res in iudicium deducta censetur, quam dixerit actor, non reus. quæ regula approbatur l. 83. §. si Stichum. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Si Stichum stipulatus de alio sentiam, tu de alio: nihil actum erit. Quod & in iudicijs Aristo existimauit. Sed hic magis est ut is petitus uideatur, de quo actor senserit. Nam stipulatio ex utriusq; consensu ualet: iudicium autem etiam in inuitum redditur. Et ideo potius actori credendũ est. Alioquin semper negabit reus se consensisse. *Porrò præter hactenus exposita ueniunt etiam in actiones usuræ, fructus, accessiones & omnis causa, item id in quantum actor in litem iurauerit. Sed & interdum non uenit in actionem ultra id quod reus facere potest. item compensationes oppositæ efficiunt ut minus debeatur de quibus singulis eo quo proposui ordine in capitibus sequentibus tractabitur.*

DE

## DE VSVRIS.
### Cap. IX.
### I. CAVSAE EX QVIBVS usuræ debeantur.

Regulariter *quidem seu ipso iure usuræ peti non possunt, nisi certis ex causis. quæ regula approbatur l.22.C.de usuris, bisce uerbis:* Pignoribus quidem interuenientibus, usuræ quæ sine stipulatione peti non poterant, pacto retineri possunt. Verùm hoc iure cõstituto, cùm huiusmodi nullo interposito pacto tantummodo certæ summæ præstari pœnam conuenisse proponas: nec peti nec retineri quidquam amplius posse, & ad pignoris solutionem urgeri te disciplina iuris perspicis. *Concordat l.17.§. ex locato. ff. de usuris, bisce uerbis:* Ex locato qui conuenitur, nisi conuenerit ut tardius illatæ pecuniæ usuras deberet: non nisi ex mora usuras præstare debet. *Concordat item l.25. ibi: respondi. ff. de præscriptis uerbis. cuius uerba uide J. causa prox. in prin. Quæ ergo sint causæ, ex quibus usuræ peti possint, ordine sunt exponendæ.*

I. *Causa: Si usuræ promissæ sunt, debentur. quæ causa seu regula ipso quidem iure subsistit, uerùm eius exceptio prima hæc est: Nisi nudo pacto promissæ sint, nulla stipulatione interueniente. Hæc exceptio approbatur l.25. §. respondi. ff. de præscriptis uerbis, bisce uerbis:* Africanus respondit, pecuniæ creditæ usuras non in stipulationẽ deductas non deberi. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ciuitati usuræ pacta sit. Hæc replicatio approbatur l.30. ff. de usuris, bisce uerbis:* Etiam ex nudo pacto debẽtur ciuitatibus usuræ creditarum ab eis pecuniarum. *Altera replicatio est: Nisi in contractu traiectitiæ pecuniæ uel simili de usuris præstandis conuenit. Hæc replicatio approbatur l.7. ff. de nautico fœnore, his uerbis:* In quibusdam contractibus etiam usuræ debentur, quemadmodum per stipulationem. Nam si dedero decem traiectitia, ut salua naue sortem cum certis usuris recipiam: dicendum est, posse me sortẽ cum usuris recipere. *Concordat l.5. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. quæst. prox. reg.1. except. 4. Tertia replicatio est: Nisi usuræ ex pacto sint solutæ. Hæc replicatio approbatur l.3. C. de usuris, bisce uerbis:* Quamuis usuræ fœnebris pecuniæ citra uinculum stipulationis peti non possunt, tamen ex pacti conuentione solutæ neq; ut indebitæ repetuntur, neq; in sortem acceptoferendæ sunt. *Planè replicatio hæc locum habet in usuris solutis retinendis, non autem in ijs quæ postea currunt petendis, de qua re uide J. c. sup. 7. Quarta replicatio est: Nisi per retentionem pignoris. quæ replicatio approbatur simul & distinguitur l.4. C. d. tt. bis uerbis:* Per retentionem pignoris usuras seruari posse, de quibus præstandis conuenit, licet stipulatio interposita non sit, meritò constitutum est, & rationẽ habet: cum pignora conuentione pacti etiam usuris obstricta sint. Sed enim in causa, de qua agis, hæc ratio cessat: si quidẽ tempore contractus de minoribus usuris petendis conuenit: postea autem cum se debitor maiores præstaturum repromisit, non potest uideri rata pignoris retentio: quando eo tẽpore, quo instrumenta emittebantur, non conuenit ut pignus etiam ob hanc adiectionem teneatur. *Concordat l.22. in prin. C. eod. tt. cuius uerba uide §. eod. cap. in prin. Concordat item l.8. ff. ex quib. causis pignus tacitè, bis uerbis:* Cum debitor gratuita pecunia utatur, potest creditor de fructibus rei sibi pignoratæ ad modum legitimum usuras retinere. *Concordat item l.2. C. de fiscalib. usuris. cuius uerba uide §. lib.11. cap.10. quæst.1. in fine. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi pactum de usuris post pignoris traditionem interpositum est, nec de pignore pro ijs retinendo quidquam conuenit. Hæc duplicatio approbatur uerbis iam propositis bisce:* Sed enim in causa de qua agis, &c. *Quinta replicatio est: Nisi frumento mutuò dato conuenit, ut accessio eiusdem materiæ reddatur. Hæc replicatio approbatur l.23. C. eod. tt. bisce uerbis:* Frumenti uel hordei mutuò dati accessio etiam ex nudo pacto præstanda est. *Secunda exceptio est: Nisi instrumento usurarũ stipulatio conscripta non sit. Hæc exceptio reprobatur l.1. C. de usuris, bisce uerbis:* Si interrogatione præcedente promissio usurarum rectè facta probetur, licet instrumento conscripta non sit, tamen optimo iure debentur. *Tertia exceptio uidetur: Nisi sortis stipulatio alteri facta sit, & ob id inutilis: hoc enim casu uidetur usurarum quoq; stipulatio inutilis esse. Verùm exceptio hæc reprobatur l.126. §. Chrysogonus. ibi: sequens stipulatio. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide J. lib.38. cap.9. reg.5. except.1. Quarta exceptio est: Nisi pro speciebus creditis usuræ sint promissæ. Hæc exceptio reprobatur l.25. C. de usuris, bisce uerbis:* Pro auro, & argento, & ueste facto chirographo licitas solui uel promitti usuras iussimus. *Concordat l.8. C. si certum petatur. cuius uerba uide J. quæst. prox. reg.1. except. 15. Quinta exceptio uidetur: Nisi oleo uel frumento mutuò dato conuenit, ut eiusdem materiæ accessio usurarum loco reddatur. Hæc exceptio reprobatur l.23. C. de usuris, bisce uerbis:* Oleo quidẽ uel quibuscunq; fructibus mutuò datis, incerti pretij ratio additamenta usurarum eiusdem materiæ suasit admitti. *Concordat l.12. C. eod. tt. cuius uerba uide §. except.1. repl.5. Sexta exceptio est: Nisi incertas usuras sit stipulatus. Hæc exceptio approbatur l.31. ff. de usuris, bisce uerbis:* Quod in stipulatione sic adiectum est, Et usuras, si quę competierint: nullius esse momenti, si modus certus non adijciatur,

Vlpianus ait. *Concordat l.41.§.fin.ff.eod. tt. bis uerbis:* Ab Aulo Agerio Caius Seius mutuam quandam quantitatem accepit hoc chitographo. Ille ſcripſit ſe accepiſſe: Et accepi ab illo mutuos & numeratos decem, quos ei teddam calendis Iulijs proximis cum ſuis uſuris placitis inter nos. Quæro an ex eo inſtrumento uſuræ peti poſsint, & quæ? Modeſtinus reſpondit, ſi non apparear de quibus uſuris conuenrio facta ſit, peti eas non poſſe. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi argentarius incertas uſuras ſit ſtipulatus. Hæc replicatio approbatur Nouell.c. 136.§.uſuræ ſanè, bis uerbis:* Vſuræ, ſiquidem certas pepigeriut argeutarij, pactæ præſtentur: ſi uerò duutaxat ſcriptum fuit, quod fœneraticium creditum extiterit, ne queant contrahentes dicere, quòd ex quo uſuræ finitæ uon ſunt, ptopterea & debitum ſterile haberi debeat: ſed ex præſumptione ita celebretur exactio, quaſi beſſes uſuræ expreſsis uerbis nominatæ ſint. Arque hoc quidem decæterò obſeruetur. *Septima exceptio eſt: Niſi illicitas uſuras ſit ſtipulatus. Hæc exceptio approbatur l.9. in prin. ff. de uſuris, biſce uerbis:* Pecuniæ fœnebris intra diem certum debito uon ſoluto, dupli ſtipulatum in altero tautùm ſupra modum legitimarum uſurarum reſpondl nõ tenere. Quare pro modo cuiuſcunq; temporis ſuperfluo detracto ſtipulatio uires habebit. *Sanè quis ſit licitus uſurarum modus. J.quæſtion.proxim.dicetur. Huius autem exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi quoad id quod eſt intra legitimum uſurarum modum: in hoc enim ſtipulatio ualet. quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis. Cui concordat l.29.ff.eod.tt.bis uerbis:* Placuit, ſiue ſupra ſtatutum modum quis uſuras ſtipulatus fuerit, ſiue uſurarum uſuras: quod quidem illicitè adiectum eſt, pro non adiecto haberi, & licitas peti poſſe. *Concordat l.8. C. ſi certum petatur. cuius uerba uide J. quæſtion. proxim. reg. 1. exception.16. Octaua exceptio eſt: Niſi uſurarum uſuras ſit ſtipulatus. Hæc exceptio uerbis d. l. 29. iam propoſitis approbatur, ſimul & diſtinguitur. Concordat J. quæſt. prox. reg.4. Nona exceptio: Niſi debitor non fuerit interpellatus, ut ſolueret. Hæc exceptio reprobatur l.9.§. uſurarum. ff. de uſuris, biſce uerbis:* Vſurarum ſtipulatio, quamuis debiror non conueuiatur, committitur. *Concordat l.22. in prin. ff. de action. et obligat. cuius uerba uide J lib.38.cap.6.except.6. Decima exceptio uidetur: Niſi iudicium de ſorte cœptum ſit. Hæc exceptio reprobatur l.90. ff. de uerb. obligat. bis uerbis:* Cùm ſtipulati ſumus pro uſuris legitimis pœnam in ſingulos menſes, ſi ſors ſoluta non ſit: etiamſi ſortis obligatio iu iudicium ſit deducta, adhuc tamen pœna creſcit: quia uerum eſt, pecuniam ſolutam nou eſſe. *Concordat l.1.C. de iudicijs, biſce uerbis:* Iudicio cœpto uſurarum ſtipulario nou eſt perempta. Supereſt igitur ur debitorem eius temporis, quod non eſt in iudicium deductum, conuenire poſsis. *Concordat item l.35.ff.de uſuris. cuius uerba uide J.cauſa 6. Vndecima exceptio eſt: Niſi per creditorem ſtet, quo minus ſors ei ſoluatur. Hæc exceptio approbatur l.122.§.Seia.ff.de uerb.obligat. bis uerbis:* Seia hæres unius tutoris cum hęrede pupillæ trãſactione ſolo pacto facta, maiorem partem ſoluit, iu reſiduã cauit: ſed Illico negauit hæres ſe tranſactionem ſeruare, & apud iudicem tutelę egit, & uictus prouocauit ad competentẽ iudicẽ: ſed & ab eo ad principẽ idem prouocauit, & iniuſta quoq; hæc prouocatio eius pronunciata eſt. quæſitum eſt, cùm per hæredem pupillæ mora interceſſerit, quo miuus pecunia in ſtipulatiõnẽ deducta ab hærede tutoris ſolueretur, nec unquã petierit: an ei hodie debeantur uſurę ab hærede tutoris? Scæuola reſpondit, ſi Seia nõ ceſſaſſet ex ſtipulatione pecuniam offerre, iure uſurás nou deberi. *Alciatus ex antiquo codice ita legendum cenſet: Etſi Seia antè ceſſaſſet. lib.1.diſpũctionum, cap.13. Duodecima exceptio eſt: Niſi falſa uſurarum cauſa ſit adiecta ſtipulationi, quaſi ex mutuo, cum ex uendito ſors deberetur. Hæc exceptio reprobatur l.6.C.ſi certum petatur. cuius uerba uide J. lib.19.cap.2.quæſt.1.except.17.repl.1. Hæc de prima cauſa uſurarum, eiuſq; exceptionibus ſunt dicta. Sed & plures huiuſmodi exceptiones uide J. inter exceptiones generales.*

*II. Cauſa: Si mora in ſoluenda ſorte facta eſt, uſuræ ex mora debentur. quæ cauſa ſeu regula approbatur l.17. §. quid enim. ff. de uſuris, biſce uerbis:* Vſuræ nou propter lucrum petentium, ſed propter moram uon ſoluentium infliguntur. *Concordat d.l.17.§. ex locato. cuius uerba uide ſ.eod. cap. in prin. Concordat l.32. §. in bonæ. ff. eod. tt. bis uerbis:* In bonæ fidei contractibus ex mora uſuræ debentur. *Concordat item l.quæro.54. in prin. ibi: uſuræ enim. ff. locati. cuius uerba uide J. lib. 43. cap.2. quæſt.3.reg.1.except.5. Concordat item l.ſi pupilli.5. §.fin. cum lege ſequente. ff. de negocijs geſtis. cuius uerba uide J lib.44.cap.6.cauſa 4. Concordat item l.24. ibi: & eſt quidem. ff. depoſiti, bis uerbis:* Eſt conſtitutum in bonæ fidei iudicijs (quod ad uſuras attiner) ut tautundem poſsit officium arbitri, quantum ſtipulatio. *Concordat item l.15.in prin.C.de uſuris. cuius uerba uide J.exception.gener.1. Concordat item l. 2. C. depoſiti, bis uerbis:* Vſuræ in depoſiti actione, ſicut in cæteris bonæ fidei iudicijs, ex mora uenire ſolent. *Sanè quando mora facta intelligatur, relinquitur arbitrio iudicis decernendum,*

*decernendum l. 12. in prin. ff. de uſuris, biſce uerbis:* Mora fieri intelligitur non ex re, ſed ex perſona: id eſt, ſi interpellatus opportuno loco non ſoluerit. Quod apud iudicem examinabitur. Nam (ut & Pōponius lib. XII. Epiſtolarum ſcripſit) difficilis eſt huius rei definitio. Diuus quoq; Pius Tullio Balbo reſcripſit: an mora facta intelligatur neq; conſtitutione ulla, neq; iuris authorum quæſtione decidi poſſe: cum ſit magis facti quàm iuris. *Planè propoſitæ cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi debitor non ſit interpellatus ut ſolueret. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propoſitis biſce:* Mora fieri intelligitur non ex re, ſed ex perſona: id eſt, ſi interpellatus opportuno loco nō ſoluerit. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi non fuerit qui interpellari potuerit. quæ replicatio approbatur l. 23. in fine. ff. de uſuris, biſce uerbis:* Aliquando & in re mora diſcerni ſolet, ſi fortè non extat qui conueniatur. *Concordat l. 2. ff. de nautico fœnore, his uerbis:* Labeo ait, ſi nemo ſit qui ex parte promiſſoris interpellari traiectitiæ pecuniæ poſsit: id ipſum conteſtatione complecti debere, ut pro petitione id cederet. *Altera replicatio eſt: Niſi creditor fuerit minor annis. Hæc replicatio approbatur l. 3. C. in quibus cauſis in integr. reſt. neceſſ. non eſt, his uerbis:* In minorum perſona re ipſa & ex ſolo tempore tardè precij ſolutionis recepto iure moram fieri creditum eſt: in ijs uidelicet quæ moram deſiderant, id eſt, in bonæ fidei contractibus, & fideicommiſsis, & legatis. *Tertia replicatio eſt: Niſi non ex mora, ſed ex ſtipulatu petantur uſuræ. quæ replicatio approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſ̄. cauſa prox. except. 9. Quarta replicatio eſt: Niſi certum tempus ſolutionis fuerit conſtitutum. Hæc replicatio approbatur l. 11. C. de contrah. ſtipul. cuius uerba uide J. lib. 38. cap. 6. exception. 6. repl. 1. Quinta replicatio eſt: Niſi fiſco uel alijs ſimilibus debeatur. Hæc replicatio approbatur per ea quæ proponentur J. cauſa prox. cum ſequentibus. Secunda exceptio eſt: Niſi non opportuno loco ſit interpellatus debitor. Hæc exceptio approbatur l. 12. in prin. ff. de uſuris. cuius uerba uide ſ̄. except. proxim. in prin. Tertia exceptio eſt: Niſi non reus conuentus, ſed alius interpellatus moram fecerit. Hæc exceptio approbatur d. l. 32. §. 1. his uerbis:* Non ſufficit ad probationem moræ, ſi ſeruo debitoris abſentis denunciatum ſit à creditore, procuratoreúe eius: cum etiam ſi ipſi (inquam) domino denunciatum eſt, cæterùm cum poſtea is ſui poteſtatem faceret, omiſſa eſt repetendi debiti inſtantia: non protinus per debitorem mora facta intelligatur. *Aliud huius exemplum proponitur in patre & filio moram faciente, d. l. 32. §. quid ergo, his uerbis:* Si & filiusfamiliàs & pater ex perſona eius teneatur (ſiue iuſſu eius contractum eſt, ſiue in rem uerſum eſt patris, uel in peculium) cuius perſona circa moram ſpectabitur? Et ſiquidem pater duntaxat conuenitur ex mora ſua, non tenetur. In filiū tamen dabitur actio in hoc, ut quo minus à patre actor conſecutus eſt, filius præſtet. Quòd ſi filius moram fecerit, tunc actor uel cum ipſo in ſolidum, uel cum patre duntaxat de peculio actionem habebit. *Aliud exemplum proponitur in duobus reis promittendi, d. l. 32. §. ſed ſi duo, his uerbis:* Si duo rei promittendi ſint, alterius mora alteri non nocet. *Concordat l. 133. §. penult. ff. de reg. iuris, biſce uerbis:* Vnicuique ſua mora nocet. Quod & in duobus reis promittendi obſeruatur. *Aliud exemplum eſt, ſi fideiuſſor interpellatus moram fecerit. quod proponitur d. l. 32. §. fin. his uerbis:* Si fideiuſſor ſolus moram fecerit, non tenetur: ſicuti ſi Stichum promiſſum occiderit. Sed utilis actio in hunc dabitur. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi reus interpellatus moram fecerit. huius enim mora nocet quoque fideiuſſori. quæ replicatio approbatur l. 24. §. 1. ff. de uſuris, biſce uerbis:* Cùm reus moram facit, & fideiuſſor tenetur. *Quarta exceptio eſt: Niſi interpellatus qui moram fecit, non ſuo, ſed alieno nomine teneatur. Hæc exceptio approbatur exemplo patris, l. 32. §. quid ergo. ff. de uſuris. cuius uerba uide ſ̄. except. prox. item approbatur exemplo fideiuſſoris, d. l. 32. §. fin. cuius uerba uide item ſ̄. except. proxim. quanquam fideiuſſor ibi utili actione teneri dicatur. Quinta exceptio eſt: Niſi non creditor, ſed alius debitorem interpellauit. Hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit, uerùm eius replicatio eſt: Niſi alius nomine creditoris interpellauerit. quæ replicatio approbatur l. 24. §. mora. ff. de uſuris, biſce uerbis:* Mora uidetur creditori fieri, ſiue ipſi, ſiue ei cui mādauerat, ſiue ei qui negocia eius gerebat, mora facta ſit: nec hoc caſu per liberam perſonam adquiri uidetur, ſed officium impleri. Sicuti cùm quis furtum mihi facientem deprehendit, negocium meum agens: manifeſti furti actionem mihi parat. Item, cùm procurator interpellauerit promiſſorem hominis, perpetuam facit ſtipulationem, etſi mortuus ſit homo promiſſus. *Huius etiam exemplum proponitur l. 27. ff. eod. tit. his uerbis:* Cùm patrifamiliàs mora facta ſit, iam in hęrede eius non quæritur mora: nam tunc hæredi proximo iure hæreditario ea competit. Ideoque ad cæteros quoque deinceps tranſmittitur. *Sexta exceptio eſt: Niſi pœnalis ſit actio, in qua mora eſt facta. Hæc exceptio approbatur l. 1. C. de fiſcalib. uſuris, biſce uerbis:* Eius ſummæ quam tibi pœnæ nomine inflictā

probaturus es, usuræ non exigentur. Nec enim mulctã tibi procurator meus irrogauit ultrà quàm placitũ est, sed pœnam te iussit inferre. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi actio pœnalis ex contractu uel quasi contractu descendat. Hæc replicatio approbatur exemplo l. ult. ff. de magistratib. conuen. his uerbis:* An in magistratum actione data cum usuris sors exigi debeat: an uerò usuræ peti non possint, quoniam constitutum est pœnarum usuras peti non posse? quæsitum est. Et rescriptum est à diuo Seuero & Antonino, nsuras peti posse: quoniam eadem in magistratibus actio datur, quæ competit in tutores. *Septima exceptio est: Nisi ex administratione reliquatus sit. eius enim usuræ non præstantur. quæ exceptio approbatur l. 24. ff. ad municipalem. cuius uerba uide s. lib. 12. cap. 7. quæstion. 3. reg. 1.* *Octaua exceptio est: Nisi stricti iuris actio sit, qua debetur. Hæc exceptio uidetur approbari l. 3. C. in quib. causis in integr. rest. neceß. cuius uerba uide s. except. 1. repl. 2. Concordant ea quæ proposita sunt s. ead. causa in prin. ea enim de bonæ fidei iudicijs loquuntur. Planè hoc casu in id quod actoris interest agitur: de quo J. in actione ex stipulatu lib. 18. cap. 8. reg. 1.* *Nona exceptio est: Nisi debitor postquam interpellatus est, potestatem sui fecit, & omissa est repetendæ debiti instantia. Hæc exceptio approbatur l. 32. §. & non sufficit. in fine. ff. de usuris. cuius uerba uide s. except. 3.* *Decima exceptio est: Nisi debitor interpellatus, dilationem ex iusta causa petat. Hæc exceptio approbatur l. 21. cum lege sequente. ff. de usuris, hisce uerbis:* Sciendum est, non omne qnod differendi causa optima ratione fir, moræ adnumerandum. Quid enim si amicos adhibendos debitor requirat, uel expediendo debito, uel fideiussoribus rogandis, uel exceptio aliqua allegetur? mora certè facta non uidetur. Si modò idipsum non fraudandi causa simuletur. *Vndecima exceptio est: Nisi debitor interpellatus ad iudicium prouocet. Hæc exceptio approbatur l. 24. in prin. ff. de usuris, hisce uerbis:* Si qnis solutioni quidem moram fecit, indicinm autem accipere paratus fuit: non fecisse uidetur moram, utiq; si instè ad iudiciũ prouocauit. *Concordat l. penult. ff. eod. tt. his uerbis:* Scæuola respondit, Paratum iudiciũ accipere, si ab aduersario cessatum est, moram facere non uideri. *Concordat item l. 63. ff. de reg. iuris, hisce uerbis:* Qui sine dolo malo ad iudicium prouocat, non uidetur moram facere. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi dolo malo ad iudicium prouocet. Hæc replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Qui sine dolo malo, &c. *Altera replicatio est: Nisi iniustè ad iudicium prouocet. quæ replicatio approbatur uerbis d. l. 24. s. propositis hisce:* Vtique si iustè ad iudicium prouocauit.

*Duodecima exceptio est: Nisi interpellatus reipub. causa abesse cœperit, uel in uinculis hostiumúe potestate esse. Hæc exceptio approbatur l. 23. ff. de usuris, hisce uerbis:* Si reipub. causa abesse subitò coactus sit, ut defensionem sui mandare non posit, moram facere non uidebjtur: siue etiam in uinculis, hostiumúe potestate esse cœperit. *Decimatertia exceptio est: Nisi nemo sit cui soluatur. Hæc exceptio approbatur l. 9. in fine. ff. de usuris, hisce uerbis:* Non inutilis legitimæ usuræ stipulatio uidetur sub ea conditione cõcepta: Si minores ad diem solutæ non fuerint? non enim pœna, sed fœnus uberius ratione sortis promittitur. Si tamẽ post mortem creditoris nemo fuit, cui pecunia solueretur: eius temporis inculpatam esse moram constitit. Ideo si maiores usuræ pro prioribus petantur, exceptio doli nõ inutiliter opponetur. *Concordat l. 17. §. si pupillo. ff. eod. tt. his uerbis:* Si pupillo tutorẽ non habenti fideicommissum solui nõ potuit: nõ uideri morã per hęredẽ factã, diuns Pius rescripsit. Ergo nec ei debetur, qui quòd reipublicę causa abfuerit, uel ex alia iusta causa impeditus, ex qua restitutio indulgetur, petere nõ potuit. Quid enim potest imputari ei qui soluere etiam si uellet non potuit? Nec simile uideri potest, quòd placuit minoribus etiam in his succurri, qnæ nõ adquisierũt. Vsuræ enim non propter lucrum petentium, sed propter moram non soluentium infliguntur. *Decimaquarta exceptio est: Nisi sors propter exceptionem peti non poßit. Hæc exceptio approbatur l. 40. §. fin. ff. si certum petatur, his uerbis:* In mora nõ est is, à quo pecunia propter exceptionem peti non potest. *Concordat l. 127. §. nulla enim. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Nulla intelligitur mora ibi fieri, ubi nulla petitio est. *Concordat ijsdem uerbis l. 88. ff. de reg. iuris. Item concordat l. 21. §. fin. ff. de usuris. cuius uerba uide paulo superius except. 10. Concordat item l. 53. in fine. ff. de pactis, hisce uerbis:* Scæuola apud Iuliannm libro XXXII. notat, si pactus sim ne Stichum, qui mihi debebatur, petam, non intelligi moram fieri: mortuoq; Sricho non teneri reum, qui ante pactum moram non fecerat. *Concordat item l. 8. §. illud uidendũ. ff. de liberat. legata. cuius uerba uide s. lib. 34. cap. 13. quæst. 4. reg. 6. Concordat deniq; l. 26. in prin. C. de usuris, hisce uerbis:* Eos qui principali actione per exceptionẽ triginta nel quadraginta annorũ siue personali siue hypothecaria ceciderũt, iubemus nõ posse super usuris uel fructib. pręteriti tẽporis aliquam mouere quæstionẽ, dicẽdo ex ijsdẽ tẽporib. eas uelle sibi persolui, quę non ad triginta uel quadraginta pręteritos annos referuntur, adferendo singulis annis earũ actiones

actiones nasci. Principali enim actione non subsistente, satis superuacuum est super usuris uel fructibus adhuc iudicem cognoscere. *Hisce uerbis exceptio proposita approbatur, simul & reprobatur prima eius replicatio talis: Nisi dies usurarum uenerit, antequam exceptio contra sortem competere cœperit. Altera replicatio est: Nisi in parte tantum obstet exceptio. hoc enim casu nihilominus in altera parte mora contingit. Qua replicatio approbatur exemplo l.80. in prin. ff. de leg. 2. cuius uerba uide s. lib. 33. cap. 3. reg. 12. except. 1. repl. 1. dupl. 2. Decimaquinta exceptio est: Nisi fiscus moram fecerit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 17. §. fiscus. ff. de usuris. cuius uerba uide j. causa prox. Sed & plures exceptiones moræ sumptas ex actionis specie, uide in singulis actionum speciebus. Hactenus igitur de altera causa usurarum, hoc est, de mora, quæ tamen arbitrio potius iudicis, quàm certis legibus relinquitur definienda, per ea quæ proposita sunt s. ead. causa in prin. Sed & plura de mora, eiusq; exceptionibus uide in Comment. liberationum cap. 21. except. 5.*

III. *Causa: Fisco usuræ debentur sine stipulatione & interpellatione. Quæ causa approbatur d. §. fiscus, his uerbis:* Fiscus ex suis contractibus usuras non dat, sed ipse accipit, ut solet à fornicarijs, qui tardius pecuniam inferunt: item ex uectigalibus. Cum autē in locum priuati successit, etiam dare solet. *Concordat l. 43. ff. eod. tit. cuius uerba uide j. causa proxima.*

IIII. *Causa: Ei qui à fisco actionem comparauit, etiam ipso iure debentur usuræ. Quæ causa approbatur d. l. 41. his uerbis:* Herennius Modestinus respondit, eius temporis quod cessit, postquam fiscus debitū percepit, eum qui mandatis à fisco actionibus experitur, usuras quæ in stipulatū deductæ non sunt, petere posse.

V. *Causa: Argētario eius quod credidit, ipso iure debentur usuræ. Quæ causa approbatur Nouell. c. 136. §. quia uerò legem, his uerbis:* Quia legē tulimus, ne argentariæ mensæ præpositi ultra besses usuras fœnerarentur: docuerūt autē nos, quòd cū sine scripto fœnerari soleāt, hi deinde illiberales se circa usuras præbeāt, ꝓpterea quòd & mutuū sine scripto cōtractū, neq; stipulatio interposita sit, scilicet iuxta illud quod uulgò dicitur, non cōuenire ut usuræ citra interpositā currāt stipulationē: quanquā multi casus sint, in quib. uel sine stipulatione & ex pacto nascatur usurarū obligatio, nonnunquā etiā hæ, tametsi nō ex pactis, sed suapte spōte introducātur, tamē exigantur: propterea sancimus, ut usuræ ipsis nō solùm ex stipulatione, sed etiā absq; scripto præbeātur, nimirū tales, quales ipsos lex stipulari permittit, hoc est, usq; ad bessem centesimæ. Nam qui omnibus propemodū indigentibus opē ferre parati sunt, hos utiq; per eiusmodi minutias iniuriā perpeti iustum nō fuerit. *Cōcordat d. c. 136. §. in ratiocinijs, hisce uerbis:* In ratiocinijs quæ iam cōfecta sunt, etsi nulla usurarū habita sit mentio, tamen quia manifestariū est, quod apud argētariæ mensæ præpositum solummodo contractus sub usuris ineatur, cum non possit qui ipse usuras dependit, sine usuris dare impendia: liceat ipsis besses usuras expetere, ut tamen de cætero obseruēt ea quæ præsens ipsis sacra lex largitur.

VI. *Causa: Lite cōtestata usuræ currunt. Hæc causa species superioris secūdæ causæ specialiter approbatur l. 35. ff. de usuris, hisce uerbis:* Lite contestata usuræ currunt. *Huius causæ eædem sunt exceptiones quæ supradictæ secundæ causæ.*

VII. *Causa: Si usuræ longo tēpore præstitæ sunt. Hæc causa approbatur l. 6. ff. de usuris. cuius uerba cū eius exceptionib. uide s. li. 7. cap. 2. quæst. 1. reg. 6.*

VIII. *Causa: Si pignus datū sit, per retentionem pignoris usuræ seruari possunt ex fructibus. Quæ causa approbatur l. 8. ff. ex quib. causis pignus. cuius uerba cū cōcordantib. uide s. causa 1. exc. 1. repl. 4.*

IX. *Causa: Ex sententia iudicis etiā usuræ debētur. Quæ causa approbatur l. 1. C. de sentēt. quæ sine certa quātitate. cuius uerba uide s. lib. 8. cap. 3. exc. 22. Concordat l. 13. in fin. C. de usuris. cuius uerba uide j. except. gener. 2. Contradicit l. 2. §. nec tamen. ff. de usuris. cuius uerba uide d. except. 22.*

X. *Causa: Tutor ipso iure usuras debet, donec tutela restituatur. Quæ causa approbatur l. 1. §. circa tutelæ. ff. de usuris. De qua re uide s. lib. 18. cap. 10. quæst. 5. reg. 8. in prin.*

XI. *Causa: Sentētia lata, si intra quatuor menses iudicatū non fiat, ipso iure incipiūt currere usuræ. Quæ causa approbatur l. 1. cum duab. legib. sequentib. C. de usuris rei iudicatæ. Quarū uerba uide s. lib. 8. cap. 4. quæst. 4. reg. 5 & 6.*

XII. *Causa: Si socius uel alius ideo cōdemnādus est, quòd pecunias cōmunes, uel eius cuius negocium gerit, inuaserit, uel in suos usus cōuerterit: ipso iure usuras debet. Quæ causa approbatur l. 1. §. 1. ff. de usuris, hisce uerbis:* Socius si ideo cōdēnandus erit, quòd pecuniā cōmunē inuaserit, uel in suos usus cōuerterit: omnimodo etiam mora nō interueniēte præstabūtur usuræ. *Ait Iurisc ōsultus:* Etiā mora nō interueniēte. *Huic quodāmodo uidetur cōtradicere l. 60. in prin. ibi: sed si aut usus. ff. pro socio. cuius uerba uide j. lib. 43. cap. 11. quæst. 5. reg. 4 exc. 4. Concordat propositæ regulæ l. 37. §. sed quas usuras. ff. de negocijs gestis. cuius uerba uide j. li. 44. cap. 6. quæst. 4. reg. 5.*

XIII. *Causa: Emptor post rem traditam ad usuras precij ipso iure tenetur. Quæ causa appro-*

*batur l.2. C. de usuris, hisce uerbis*: Vsuras emptor cui possessio rei tradita est, si precium uenditori non obtulerit, qusmuis peconiam obsignatam in depositi caussam habuerit, æquitatis ratione præstare cogitur. *Concordat l.13. §. ex uendito. ff. de action. empti. cuius uerba uide J. lib. 42. cap. 9. causa 2. Plura de hac causa uide d.cap.9. quæst.3. reg.2.*

XIIII. *Causa: Si debitor creditoris negocia gesserit, nec debitum à semetipso exegerit. Hæc causa approbatur per ea quæ proponuntur J. lib. 44. capite 6. quæst.4. reg.4. exceptione 3. Plures huiusmodi causas uide in singulis actionum speciebus.*

## Exceptiones præcedentium causarum generales.

*Planè præter exceptiones hactenus in singulis causis usurarum enumeratas, sunt & aliæ omnibus istis causis communes hic proponendæ.*

I. EXCEPTIO: *Nisi sententia lata sit, nō habita ratione usurarum. Quæ exceptio approbatur l.13.C. de usuris, hisce uerbis*: In bonę fidei iudicijs, qusle est etiam negociorum gestorum, usurarum rationem haberi, certum est. Sed si finitum est iudicium sententia, quamuis minoris condemnatio facta est, non adiectis usuris, nec prouocatio secuta est, finita retractanda non sunt: nec eius temporis quod post rem iudicatam fluxerit, usuræ ullo iure postulantur, nisi ex causa iudicati. *Concordat l. 4. C. depositi, his uerbis*: Si deposita pecunia is qui eam suscepit, usus est: non dubium est, etiam usurss debere præstari. Sed si, cùm depositi actione expertus es, tantummodo sortis facta condemnatio est: ultrà non potes propter usuras experiri. Non enim duæ actiones, alia sortis, alia usurarum: sed una, ex qua condemnatione facta iterata actio rei iudicatæ exceptione repellitur. *Concordat item l. 3. ibi: si enim nouatur. C. de usuris rei iudicatæ. cuius uerba uide J. libro 8. capite 4. quæstione 4. regula 6.*

II. EXCEPTIO: *Nisi nouatio facta sit. Hæc exceptio approbatur. d. uers. si enim nouatur. Concordat l. 18. ff. de nouationibus. cuius uerba uide J. lib. 40. cap. 4. caussa 6. Item concordat l. 27. ff. eod. tt. his uerbis*: Emptor cùm delegante uenditore pecuniam ita promittit, Quidquid ex uendito dare facere oportet: nouatione secuta, usuras neutri post insecuti temporis debet.

III. EXCEPTIO: *Nisi compensationis exceptio sortis petitioni obstet. Hæc exceptio approbatur l. 11. cum lege sequente. ff. de compensationibus, his uerbis*: Cum alter alteri pecuniam sine usuris, alter usurariam debet: constitutum est à diuo Seuero, concurrentis apud utrunq; quantitstis usuras non esse præstandas. Idem iuris est non solùm in priuatis, uerùm etiam in causa fisci constitutum. Sed etsi inuicem sit usuraria pecunia, diuersæ tamen usuræ: compensatio nihilominus locum habet eius, quod inuicem debetur. *Concordat l.4. C. de compensationibus, his uerbis*: Si constat pecuniam inuicem deberi, ipso iure pro soluto compensationem hsberi oportet ex eo tempore, ex quo ab utraque parte debetur, utique quoad concurrentes quantitstes: eiusque solius quod amplius apud alterum est, usuræ debentur, si modò petitio earum subsistit. *Concordat item l. 5. C. eod. tt. his uerbis*: Etiamsi fideicommissum tibi ex eius bonis deberi constat, cui debuisse te minorem quantitatem dicis: æquitss compensationis usurarum excludit computationem. Petitio autem eius quod amplius tibi deberi probaueris, sola relinquitur. *Concordat item l. 7. C. de solutionibus, his uerbis*: Eius qusntitatis cuius petitionem ratio compensstionis excludit, usuram non posse reposci manifestum est.

IIII. EXCEPTIO: *Nisi debitor sortē obtulit, & per creditorē stet quo minus sors ei soluatur. Hæc exceptio approbatur l. 6. C. de usuris, hisce uerbis*: Si creditrici, quæ ex causa pignoris obligstam sibi rem tenuit, pecuniam debitam cum usuris testibus præsentibus obtulisti, eaque non accipiente obsignatam eam deposuisti: usuras ex eo tempore, quo obtulisti, præstare non cogeris. Absente uerò creditrice præsidem super hoc interpellare debueras. *Concordat l.7. ff. de usuris, hisce uerbis*: Debitor usurarius creditori pecuniam obtulit, & cùm eam sccipere noluisset, obsignauit ac deposuit. Ex eo die ratio non habebitur usurarum. Quòd si postea conuentus ut solueret moram fecerit, numi steriles ex eo tempore non erunt. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi debitor postea conuentus, soluere noluit. hoc enim casu proposita exceptione non defenditur. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce*: Quòd si postea conuentus, &c. *Concordat l. 29. ff. de receptis arbitr. cuius uerba uide J. in Comment. liberationum cap. 21. except. 1. repl. 2. dupl. 6. Altera replicatio est: Nisi non totum debitum obtulit debitor. Hæc replicatio approbatur l. 41. §. 1. ff. de usuris, hisce uerbis*: Lucius Titius, cum centum

tum & usutas aliquanti temporis deberer, minorem pecuuiam quàm debebat obsignauit: quæro an Lucius Titius pecuniæ quam obsignauit, usuras præstare non debeat? Modestinus respondit, si non hac lege pecunia mutuò data esset, ut liceret & particularim exoluere, non retardari totius eius debiti usurarū pręstationem: si cum creditor paratus esset totum suscipere, debitor qui in exolutione totius cessabat, solam partem deposuit. *Huius replicationis duplicatio prima hec est: Nisi inter contrahentes id actum sit, ut per partes soluatur.* *Quæ duplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Si non hac lege pecunia mutua data esset, ut liceret & particularim exoluere. *Huius exemplum proponitur l. 40. ff. si certum petatur. cuius uerba uide J. quæst. prox. reg. 8.* *Altera duplicatio est: Nisi debitum non sit liquidum. tunc enim partis oblatio exonerat ab eius partis usuris.* *Quæ duplicatio approbatur l. 21. ff. si certum petatur. cuius uerba uide J. lib. 48. capite 9. excep. 15. repl. 1.* *Tertia replicatio est: Nisi debitor sortem oblatam non obsignauit, neque deposuit. Hæc replicatio uidetur approbari l. 19. C. de usuris, hisce uerbis:* Acceptam mutuò sortem cum usuris licitis creditoribus, post contestationem offeras. At si non suscipiant, consignatam in publico depone, ut cursus legitimarum usurarum inhibeatur. In hoc autem casu publicum intelligi oportet uel sacratissimas ædes, uel ubi competens iudex super ea re aditus deponi eas disposuerit. Quo subsecuto, etiam periculo debitor liberabitur, & ius pignorum tollitur: cum Seruiana etiam actio manifestè declaret, pignoris inhiberi persecutionem, uel solutis pecunijs, uel si per creditorem steterit quo minus soluantur. Quod etiam in traiectitijs seruari oportet: creditori scilicet actione utili ad exactionem earum nō aduersus debitorem (nisi fortè eas receperit) sed contra depositarium uel ipsas cōpetente pecunias. *Concordat l. 9. C. de solut. his uerbis:* Obsignatione totius pecuniæ debitæ solenniter facta, liberationē contingere manifestum est. Sed ita demum obsignatio debiti liberationem parit, si eo loco solutio fuerit celebrata, quo debetur. *Planè Doctores in l. qui Romæ. 122. in prin. ff. de uerb. oblígat. communiter sentiunt, sufficere uerbalem oblationem, ne currant usuræ. Quæ tamen sententia uidetur iam dictis legibus repugnare. Est sanè propositæ replicationis duplicatio hæc: Nisi usuræ nondum cœperint currere. tunc enim ne currant, uerbalis oblatio sufficit. Quæ duplicatio approbatur l. 9. C. de usuris, hisce uerbis:* Si per te non stat quo minus intra tempora præfinita pecuniam minorum solueres usurarum, sed per tutores filiorum creditoris, qui eam accipere noluerunt, idque apud iudicem datum probaueris: eius temporis quo per te non stetisse apparuerit, usuræ maiores non exigentur. Quòd si etiam sortem deposuisti, exinde ex quo id factum apparuerit, in usuras non conuenieris. *Quarta replicatio est: Nisi non debito loco uel tempore sortem obtulerit debitor. Hæc replicatio approbatur uerbis d. l. 9. C. de solut. ante propositis hisce:* Sed ita demum obsignatio debiti liberationem parit, si eo loco solutio fuerit celebrata, quo debetur. *Plura de exceptione proposita, eiusq; replicationibus uide in Comment. liberationum cap. 11. exception. 1. replic. 2.*

V. EXCEPTIO: *Nisi creditor usuras diu non petijt. Hæc exceptio approbatur l. 17. §. diuus. ff. de usuris, hisce uerbis:* Diuus Pius ita rescripsit: Parum iustè usuras præteritas petis, quas omisisse te longi temporis interuallum indicat: qui eas à debitore tuo, ut gratiosior apud eum uidelicet esses, petendas non putasti. *Ait Imperator,* Longi temporis: *hoc est (Accursio interprete) triennij uel quinq; annorum.*

VI. EXCEPTIO: *Nisi sortis obligatio in iudicium sit deducta. Hæc exceptio reprobatur per ea quæ proposita sunt ā. causa 1. except. 10. Plures huiusmodi exceptiones uide ā. in singulis causis usurarum.*

## II. QVANTVM VSVRARVM nomine debeatur? & à quo tempore usuræ currant?

I. Regula: *Dimidiam centesimæ usurarum nomine regulariter stipulari, uel ex alia causa exigere licet, ultrà non. Quæ regula approbatur, simul & distinguitur l. 26. §. super usurarum, usque ad finem legis. C. de usuris, hisce uerbis:* Super usurarum quantitate generalem sanctionem facere necessarium esse duximus, ueterem duram & grauissimam earum molem ad mediocritatem deducentes. Ideoque iubemus illustribus quidem personis, siue eas præcedentibus, minimè licere ultra tertiam partem centesimæ usurarum nominé in quocunque contractu uili uel maximo stipulari: illos uerò qui ergasterijs præsunt, uel aliquam licitam negociationem gerunt, usque ad bessem centesimæ suam stipulationem moderari. In traiectitijs autem contractibus, uel specierum fœnori dationibus, usque ad centesimam

tantum:

tantummodo licere ſtipulari, nec eam excedere, licet ueterious legibus hoc erat conceſſum. Cæteros aurem omnea homines dimidiam tantummodo centeſimæ uſurarum nomine poſſe ſtipulari: & eam quantitatem uſurarum etiam in alija omnibus caſibus nullo modo ampliari, in quibus citra ſtipulationem uſuræ exigi ſolent. nec licear iudici memoratam augere taxationem occaſione conſuetudinis in regione obtinentis. Si quis autem aliqnid contra modum huiua fecerit conſtitutionis, nullam penitùa de ſuperfluo habeat actionem. Sed etſi acceperit, in ſortem hoc imputare compelletur: interdicta licentia creditoribua ex pecunijs fœuori dandis aliquid detrahere uel retinere ſiliqnarum nomine, uel ſportularum, uel alterius cuiuſcunque cauſæ gratia. Nam ſi quid huiuſmodi factum fuerit, principale debitum ab initio ea quantirate minuetur, nt tam ipſa minuenda pars quàm uſuræ eius exigi prohibeantur. Machinationea etiam creditorum, qui ex hac lege prohibiti maiores uſuras ſtipulari, alios medioa ſubijciunt, quibua hoc non ita interdictum eſt, reſecantes: iubemus ſi quid tale fuerit attentatum, ita uſuraa computari, ut neceſſe eſſet tanquam ſi ipſe, qui alium interpoſuit, fuiſſet ſtipulatua. In quo caſu ſacramenti etiam illationem locum habere ſancimua. *Ait Imperator:* Cæteroa autem omnea homiues dimidiam tantummodo centeſimæ uſurarum nomine poſſe ſtipulari. *Hiſce uerbis regula propoſita approbatur. Erat autem centeſima, utputa unus aureus pro centum aureis ſingulis menſibus ſoluendus: hoc eſt, centeſima pars ſortis ſingulis menſibus ſoluenda: quæ maior uſura dicebatur. Erat annua uſura pro centum aureis aurei duodecim. tot enim menſes annus continet. Regulariter igitur dimidiam centeſime, hoc eſt, ſingulis menſibus dimidium aureum, & ſingulis annis ſex aureos pro centum aureis uſurarum nomine ſtipulari & exigere licet. Cuius regule exceptio prima hæc eſt: Niſi creditor illuſtris ſit perſona, uel maioris dignitatis. tunc enim non niſi tertiam centeſime exigere poteſt. Que exceptio approbatur uerbis ſ. propoſitis hiſce:* Ideoque iubemus illnſtribus quidem, &c. *Altera exceptio eſt: Niſi creditor ergaſterijs preſit, uel negociator ſit. hic enim beſſem centeſime exigere poteſt. Que exceptio approbatur uerbis ſ. propoſitis hiſce:* Illoa uerò qui ergaſterijs præſunt, &c. *Tertia exceptio eſt: Niſi traiecticiæ pecuniæ uſura exigatur. tunc enim centeſimam uſuram exigere licet. Que exceptio approbatur uerbis ſ. prapoſitis hiſce:* In traiecticija autem contractibus, &c. *Declaratur hæc exceptio l. 1. ff. de nautico fœnore, his uerbis:* Traiecticia pecunia eſt, quæ trans mare uehitur. Cæterùm ſi eodem loco conſumatur, non erit traiecticia. Sed uidendum an mercea ex ea pecunia comparatæ in ea cauſa habentur? Et intereſt, utrum etiam ipſæ periculo creditoria nauigent? tunc enim traiecticia pecunia fit. *Traiecticia itaque pecunia eſt, que trans mare uehenda creditur, ita ut creditor eius periculum ſuſtineat, non debitor: ideoque huius pecuniæ maiores uſuras, hoc eſt centeſimas, creditori licet ſtipulari propter periculum ſortis quod ſuſtinet. Cuius tamen exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi eo loco quo creditur pecunia conſumatur, nec trans mare uehatur. Que replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Cæterùm ſi eodem loco conſumatur, non erit traiecticia. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi merces ex ea pecunia comparatæ, trans mare periculo creditoris uehantur. tunc enim, quamuis ipſa pecunia non tranſuehatur, tamen traiecticia erit. Que duplicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Sed uidendum, an mercea, &c. *Secunda replicatio eſt: Niſi pecunia periculo creditoris non ſit, uel eſſe deſierit. Hec replicatio conſtat ex uerbis iam propoſitis hiſce:* Et intereſt, utrum etiam ipſe periculo creditoris nauigent? tunc enim traiecticia pecunia fit. *Concordat l. 4. in prin. ff. d. tt. de nautico fœnore, his uerbis:* Nihil intereſt, traiecticia pecunia ſine periculo creditoris accepta ſit, an poſt diem conſtitutum & conditione impleta periculum eſſe creditoris deſierit. Vtrobique igitur maius legitima uſura fœnua non debebitur: ſed in priore qnidem ſpecie ſemper, in altera uerò diſcuſſo periculo. Nec pignora uel hypothecæ titulo maioris uſuræ tenebuntur pro operis ſerui traiecticiæ pecuniæ gratia ſecuti. *Concordat item l. 2. C. de nautico fœnore, his uerbis:* Cum dicea te pecuniam ea lege dediſſe, ut in ſacra urbe tibi reſtitueretur, nec incertum periculum quod ex nauigatione maris metui ſolet, ad te pertinuiſſe profitearis: non eſt dubium, pecuniæ creditæ ultra licitum modum te uſuras exigere non poſſe. *Tertia replicatio eſt: Niſi nauis ad portum adpulerit. Que replicatio approbatur l. 1. C. de nautico fœnore, his uerbis:* Traiecticiam pecuniam, quæ periculo creditoria datur, tamdiu liberam eſſe ab obſeruatione communium uſurarum, quamdiu nauis ad portum adpulerit, manifeſtũ eſt. *Quarta replicatio eſt: Niſi duplũ excedat id quod uſurarũ nomine exactũ eſt. Hec replicatio approbatur l. 4. §. quod in ſingulos. ff.*

*los. ff. de nautico fœnore, his uerbis:* Quod in singulos dies in stipularum deductum est, ad finem non ultra duplum centesimæ debetur. *Quinta replicatio est: Nisi nudo pacto de usuris conuenerit. Hæc replicatio reprobatur l. 7. ff. d. tt. cuius uerba uide s.eod. cap. causa 1. except. 1. repl. 2. Hæc de tertia exceptione. Quarta exceptio est. Nisi creditor periculum sortis sustineat. Hæc exceptio ad similitudinem exceptionis præcedentis approbatur l. 5. ff. de nautico fœnore, his uerbis:* Periculi precium est, etsi condirione quauis pœnali non existente, receptuc us sis quod dederis, & insuper aliquid prærer pecuniam: si modò in aliam speciem nõ cadat: ueluti ea ex quibus condictiones nascuntur, ut si manumittas, si illud non facias, si non conualuero, & cæteris: nec dubitabis, si piscatori erogaturo in apparatum plurimum pecuniæ dederim, ut si cepisset, redderet:. & athletæ unde se exhiberet exerceretque, ut si uicisset, redderet. In his enim omnibus & pactum sine stipulatione ad augendam obligarionem prodest. *Ait Iurisconsultus:* Si modò in aliam speciem non cadat. *Hisce uerbis prima propositæ exceptionis replicatio continetur, hæc scilicet: Nisi causa sit secuta, ut repetitio cesset. ita enim interpretatur Accursius. Sed & potest intelligi, ut etiamsi non secuta sit causa, repetere liceat nõ actione ex stipulatu, sed alia actione: quia non conuenit de restituenda. Reliquas replicationes uide s. exc. prox. Quinta exceptio est: Nisi non pecunia, sed species, utputa uinũ, frumentũ uel oleũ pro usuris dentur. hoc enim casu licet centesimã in specieb. exigere. Quæ exceptio approbatur l. 26. §. in traiecticijs. ibi: uel specierum. C. de usuris. cuius uerba uide s. ead. reg. in prin. Concordat l. 23. C. eod. tt. cuius uerba uide s. quæst. 1. causa 2. except. 5. Planè ab agricolis non nisi octauam partem modij pro singulis modijs, uel pro singulis solidis singulas annuas siliquas licet exigere, per ea quæ habentur Nouell. c. 32. cum duab. constitutionibus sequentib. cuius uerba uide j. except. 9. Sexta exceptio est: Nisi consuetudo loci maiores usuras admittat. Hæc exceptio reprobatur d. l. 26. §. cæteros. ibi: nec liceat. Septima exceptio est: Nisi argentarij sint creditores. hi enim besses usuras exigere possunt. Quæ exceptio approbatur Nouell. c 136. §. quia uerò legem. cuius uerba uide s. quæst. proxim. causa 5. Concordat d. c. 136. §. in ratiocinijs. cuius uerba uide s. d. causa 5. Octaua exceptio est: Nisi fiscus creditor sit. Hæc exceptio reprobatur l. 3. C. de fiscalibus usuris, hisce uerbis:* Fiscum etiam nostrum parère sanctioni nostri numinis iubemus, per quam usq; ad dimidiam centesimæ usuras stipulari creditoribus, exceptis certis personis, permisimus, ut ipse etiam fiscus ultra dimidiam centesimæ partem à debitoribus suis minimè exigat, siue principaliter ei promiserunt, siue à prioribus suis creditoribus actiones ad eum quocunque modo deuolutæ sunt. *Planè si fiscus successerit ei creditori qui maiores usuras erat stipulatus, nihilominus fiscum maiores exigere potest. Quod approbatur l. 17. §. si debitores. ff. de usuris, hisce uerbis:* Si debitores qui minores semissibus usuras præstabant, fisci esse cœperunt: postquam ad fiscum transierunt, semisses cogendi sunt præstare. *Concordat l. 6. ibi: & quidem. ff. de iure fisci. cuius uerba uide s. lib. 11. cap. 10. quæst. 1. except. unica. Nona exceptio uidetur: Nisi stipulatio usurarum constitutionem, qua regula proposita approbatur, præcesserit. Sed exceptio hæc reprobatur l. 27. in prin. C. de usuris, hisce uerbis:* De usuris quarum modum iam statuimus, prauam quorundam interpretationem penitùs remouentes, iubemus etiam eos qui ante eandem sanctionem ampliores quàm statutæ sunt, usuras stipulati sunt, ad modum eadem sanctione taxatum ex tempore lationis eius suas moderari actiones: scilicet illius temporis, quod ante eandem fluxit legem, pro tenore stipulationis usuras exacturos. *Decima exceptio est: Nisi agricolis sub usuris mutuum detur. Ab ijs enim pro singulis modijs octauam modij partem, uel pro singulis solidis singulas siliquas annuas licet exigere. Quæ exceptio approbatur Nouell. c. 32. his uerbis:* Rem duram, & quæ omnem longè impietatem & auariciam superat, communi lege quasi medicina quadam curare nobis uisum est, quæ non in præsenti tantùm necessitate, sed per omne deinceps æuum suo in Repub. munere defungi queat. Comperimus enim, nõnullos in prouincia cui præsides, non dubitasse capraro ad hoc de industria sterilitatis frumentariæ tempore, sub modica admodum mensura frugum mutui cum aliquibus contractum celebrare, & ex eo uniuersum illorum terram ad se recipere, ut plerique ea occasione rusticorum diffugerint, plerique etiam fame perierint, & terra quædam lues ac contagio exorta sit, in nullo penè barbarica incursione inferior. Sancimus igitur, ut quicunque agricolis quantamcunque mẽsuram quorumcunque aridarum fructuum crediderint, si ab his receperint, citra ullam exceptionem hæc illis restituant: nemine prorsus audenre per causam prædictorum mutuorum, siue scriptura interueniente, siue sine scripto celebrata sint, terrã penes se detinere: octauam duntaxat modij partem in singulos modios per integrũ annum usurarũ nomine ferentes, si fruges mutuò datæ erunt: si

uerò

uerò pecunia numeratа, in singulos solidos singulas annuas siliquas. Cæterùm de reliquo cõtenti creditores octaua modij parte in singulos modios per annum, aut quantumcunque manet pro portione crediti, aut siliqua, omnino restituant, siue terrã, siue aliud quiddam, boues fortè aut oues, aut mancipia pignori cœperint. Atque hæc lex omnibus humanitatis & pietatis de se specimen præbeat, & tam egenorũ necessitati medeatur, quàm creditorib. nonnihil adferat solatij. *Cõcordat Nouell.c.33.item c.34.cuius uerba uide J.except.prox.* *Vndecima exceptio uidetur: Nisi miles creditor sit. Sed hæc exceptio reprobatur.d.c.13. bis uerbis:* Propter auariciam creditorum, qui angustia temporum abutentes, terrulas infœlicium agrestium sibi adquirunt, pro pauco frumẽto omnem illorum substantiam retinentes, legẽ posuimus, quam primò quidem in Thraciam, & in omnes eius prouincias, in præsenti autem & Illyricianas prouincias direximus. Cuius exemplũ subdi etiam præsenti legi præcepimus, ut non solummodo priuati homines putent legem contra se esse propositam: sed etiam milites altiore nitentes fastigio, legem contra se esse prolatã existiment. Vt ergo & tua magnitudo sciat, quòd cõmunis hæc lex posita est & prouincialibus & militibus, & omni cingulo, nulla excusatione cuiquam competente: ideo ad tuam sublimitatem præsentem legem destinauimus, sciturus militibus, qui præsenti legi non esse obediendum existimant, quòd cingulo denudati inter priuatos habebuntur, pœnis quas in anteriore lege posuimus, prius nihilominus subiugandi. *Ait Imp.* Cuius exemplum subdi etiam præsenti legi præcepimus. *Scilicet Nouell.c.34. bis uerbis:* Rem duram atque inhumanam, & quæ ultra omnem impietatem & auariciam sit, &c. *Duodecima exceptio uidetur: Nisi mandator uel fideiussor ex stipulatione maiorum usurarum conueniatur. Hæc exceptio reprobatur l.20.C.de usuris, bisce uerbis:* Constitutionibus factis, quæ ultra certum modum usuras fœnebris pecuniæ exigi prohibent, mandatorib. etiam uel fideiussoribus subuentum est: quibus quasi mandator uel fideiussor conuentus, uti potes. *Decimatertia exceptio est: Nisi creditor fructus pro usuris ex prædio sibi pignori obligato percipiat. hi enim quamuis legitimum usurarum modum excedant, nihilominus tamen debentur. Quæ exceptio approbatur l.17.C.de usuris, bisce uerbis:* Si ea lege possessionem mater tua apud creditorem suum obligauit, ut fructus in uicem usurarum consequeretur: obtentu maioris percepti emolumenti propter incertum fructuum prouentũ rescindi placita nõ possunt. *Decimaquarta exceptio est: Nisi creditor pro usuris habitatione utatur, quæ ultra legitimum usurarum modum locari potuit. Hæc exceptio approbatur l.14.C.d.tit. bis uerbis:* Si ea pactione uxor tua mutuam pecuniam dedit, ut uice usurarum domum inhabitaret, pactoque ita ut conuenit usa est, non etiam locando domum pensionẽ redegit: referri quæstionẽ quasi plus domus redigeret, si locaretur, quàm usurarum legitimarum ratio colligit, minimè oportet. Licet enim maiore sorte potuerit contrahi locatio: non ideo tamẽ illicitum fœnus esse cõtractum, sed uilius conducta habitatio uidetur. *Decimaquinta exceptio uidetur: Nisi pœnam, non usuras sit stipulatus ultra legitimum usurarum modum. Hæc exceptio reprobatur per ea quæ habentur J. lib. 38. cap.11. specie 2. reg.3. except. 4.* *Decimasexta exceptionis loco notandum, quòd stipulatio usurarum, ultra legitimum modum facta, non in totum est inutilis, sed pro ea tantùm parte, quæ legitimum modum excedit. Quæ exceptio approbatur l.8. C. si certum petatur, bis uerbis:* Si pro mutua pecunia, quam à creditore poscebas, argẽtum, uel iumenta, uel alias species utriusque consensu æstimatas accepisti, dato auro pignori: licet ultra centesimum usuras stipulanti spopondisti, tamen sors quæ æstimatione placito partium definita est, & usurarum titulo legitima tãtùm rectè petitur: nec quidquam tibi prodesse potest, quòd minoris esse precij pignus quod dedisti proponis, quo minus huius quantitatis solutioni pares. *Concordat l.9. in prin. & l.29.ff.de usuris. cuius utriusq; legis uerba uide J.quæst.1.causa 1.except.7. Concordat item l.20.ff. eod. tit. bis uerbis:* Vsuras illicitas sorti mistas ipsas tantùm non deberi constat, cæterùm sortem non uiciare. *Decimaseptima exceptio est: Nisi ex more regionis minores usuræ pendantur. Quæ exceptio approbatur l.1.in prin.ff.de usuris.cuius uerba uide J.reg.prox. Decimaoctaua exceptio est: Nisi inter partes de minorib. usuris soluendis conuenerit, & ijs sua die non solutis, maiores sint promissæ. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur J.reg.6. Decimanona exceptio est: Nisi pignus pro sorte & usuris datum sit. Hæc exceptio reprobatur l.19.C.mandati, bis uerbis:* Precij rerum distractarum, quas uenales præcedente mandato acceperas, ultra licitum usuras ex stipulatione uel mora præstare (licet pignora data probẽtur) compelli non potes. *Vicesima exceptio est: Nisi quis pecuniam eius cuius tutelam uel curam gerit, in suos usus conuerterit. hic enim maximas debet usuras. Quæ exceptio approbatur l.17.*

§.sed

§.sed quas usuras. ff. de negocijs gestis. cuius uerba uide ].lib.44.cap.6.quæst.4.reg.5. Hæc de prima regula.

II. Regula: Iudex ex more regionis, ubi contractum est, usurarum modum constituet. Quæ regula approbatur l. 1. in prin. ff. de usuris, hisce uerbis: Cùm iudicio bonæ fidei disceptatur, arbitrio iudicis usurarum modus ex more regionis ubi contractum est, cōstituitur: ita tamen ut legem non offendat. Concordat l.37. ibi: eos autem. ff. eod. tit. cuius uerba uide ]. lib. 44.cap.7. quæst.4.reg.2. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi illegitimæ usuræ more sint receptæ. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce: Ita tamen ut legem non offendat. Concordat l.26.§. cæteros autem. ibi: nec liceat. C. de usuris. cuius uerba uide ].reg.prox.in prin.

III. Regula: Ne usuræ sortis summam excedant, uel ultra duplum procedant. Hæc regula approbatur l.27. §. cursum. C.eod.tit. his uerbis: Cursum usurarum ultra duplum minimè pcedere concedimus: nec si pignora quædam pro debito creditori data sint, quorū occasione, quædam ueteres leges & ultra duplū usuras exigi permittebāt. Quod & in bonæ fidei iudicijs cæterisq; omnibus casibus, in quibus usuræ exiguntur, seruari censemus. Concordat l.26.§.supra duplum. ff. de conditione indebiti, his uerbis: Supra duplū usuræ & usurarum usuræ nec in stipulatū deduci, nec exigi possunt. Sed & solutæ repetuntur, quemadmodum futurarum usurarum usuræ. Concordat item l. 4. §. penult. ff. de nautico fœnore. cuius uerba uide ].reg.1. except.4.repl.4. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi per retentionem pignoris creditor ultra duplum consequatur. Hæc exceptio reprobatur uerbis d.l.27.].propositis hisce: Nec si pignora quædam pro debito creditori data sint, &c. Altera exceptio uidetur: Nisi usuræ ultra duplum sint solutæ. Et hæc exceptio reprobatur uerbis d.l. 26.].propositis hisce: Sed & solutæ repetuntur. Tertia exceptio est: Nisi particulatim usuræ sint solutæ. Hæc exceptio approbatur l.10. C. de usuris, hisce uerbis: Vsuræ per tempora solutæ non proficiunt reo ad dupli cōputationē. tunc enim ultra sortis summam usurę nō exiguntur, quoties tempore solutionis summa usurarum excedit eam computationem. Planè iure nouo exceptio proposita tollitur ac reprobatur Nouell. c.121. his uerbis: Cùm decuriones uidemus nobis instare precibus, & liberaliter ijs indulgeamus: meritò sanè legibus cōtrariis artes & per fraudem excogitatas confessiones ualere nō cōcedimus. Docuerunt enim potentiam nostram Eusebius & Aphthonius, qui Demetrio nepotes extiterunt nati ex Palladio Demetrij filio, quòd is Demetrius Artemidoto per causam mutui quingentos aureos debuerit, in quam summam etiam usuras stipulatus sit. Nuper uerò sacrā pdijsse formā, quæ uoluerit, si duplū debiti soluatur, ut nulla contra ipsos secundum leges nostras superfit exactio. Artemidori autem creditoris successores Epimachū & Artemonem dixisse, mentitos ipsos in precibus, neq; nostro dignandos auxilio, cùm debito plenè satisfactum non fuerit, sed soli nongenti quadraginta noue aurei persoluti sint. Aiunt enim supplices, patrē suum Palladiū unà cum Demetrio patre eius & Paulo octingētos sexaginta septē soluisse aureos. Sed Artemone & Priscianam Artemidori filios, qui Epimachi & Artemonis illius alterius auus fuit, dixisse particularem se solutionem sorti non adiungere, sed omnia uelle reputare in usuras. Hæc item in ouere sententiā prouinciæ præsidis, & propterea exegisse Palladium pro priore quingētorum aureorum fœneraticia syngrapha alterām aureorum sexingentorum. Soluisse autem ipsi (inquiunt) diuersis temporibus & Palladiū aureos septuaginta duos, & Eusebiū atq; Aphthoniū decē, ut inde colligatur nongentorum quadraginta nouem aureorū summa. Eum uerò qui controuersiæ audientiam præbuerat, cum in animo non reuolueret, quòd totius accusationis eadem causa esset, non admisisse ipsos, sed uoluisse in sexingentos eos aureos sortis condemnare: petierūtq; ut hac necessitate eximereutur, & collecto uniuerso debito quingētorum aureorum, si quinquaginta unum adhuc soluerent, qui reliqui essent ad mille solidorum quantitatem, tam uniuerso debito liberarentur, quàm fœneraticiam sexingentorum aureorum syngrapham reciperent. Cum igitur leges nostræ nihil ultra duplum solui uelint, & nos in hoc tātùm differētiā habeamus cū prioribus, quòd illæ quidem debita constituant usque ad duplum, si nulla particularis facta fuisset solutio: nos uerò recipiamus, ut particulares etiam solutiones debita dissoluant, si usq; ad duplum pertingant: sancimus, ut secundum hoc fiat computatio, et si tantum hi persoluerint, quantum adhuc ad mille aureos deest, recuperent etiam fœneraticiam sexingentorum aureorum syngrapham: ne debitum ex hac causa multipliciter exigi deprehendatur. Concordat huic nouo iuri Nouell. c.138. cuius titulus siue inscriptio talis est: De interpretatione à principe facta, & ut usuræ particulatim solutæ, duplum sortis non excedant. Argumentum item eius constitutionis hoc est: Præsens

e constitu-

*constitutio declarat quoq; neq; usure que per partes soluuntur, duplum debite sortis excedant. Ceterùm uerba constitutionis desunt.* *Quarta propositæ regulæ exceptio hec est: Nisi annuum pretium reditus soluantur, quàm usura. Que exceptio approbatur Nouell. c. 160. his uerbis:* Aristocrates prudentissimus Aphrodisiensia reipub. pater, quiq; immobilia in ea possident, supplices nobis facti sunt, aientes prædictam ciuitatem, &c. Ac principio quidem illud cognoscimus, quòd plerique leges nostras ita accipiant atque intelligant, ut unde minimè conueniat, inde iniustarum ipsis actionum ansas præbeant. Siquidem à patre Reipub. edocti fuimus, quòd cum bene magna auri summa Aphrodisiensium reipub. ex legatis à nonnullis ciuitati relictis, collecta esset, ne quando ea deperiret: quidam illorum qui in Repub. cum potestate erant, eam auri summam collocauerint, ut quamdiu id auri apud ipsum resideret, tamdiu qui suscepisset, quoquo anno pro eo ciuitati dependeret (siue quis id pactum, siue reditum, siue etiam usuram appellare uelit) quantum ferre ciuitatem æquum esset. Eos uerò qui aurum susceperunt, postquá constitutionem protulimus, ne creditoribus permittatur, ut debitum ultra duplú exigere, sed hoc ipso duplo contenti sint, sanè legatum ciuitati deperire, & iam calefactiones balnearum publicarú, quæ exinde fieri soleát, iniuria affici, quàm opera publica per legé nostrá labefactari, & illorú interpretationé uicium adferre reipublicæ. Vt igitur omnia hæc è nostra expellantur Republica, sancimus, ut qui id auri perceperunt in hoc ut pensionem aliquam pro eo persoluant reipublicæ singulis annis, quoad illud penes se aurum habuerint, inferre compellantur id, quod pro eo se illaturos constituerint, haudquaquam sacra nostra ad hoc constitutione usurpata. Illam etenim de creditoribus conscripsimus, & qui in ea comprehenduntur casibus. Præsens uerò speciem illam non attingit, siquidem hoc magis annuo reditui, quàm usurarum præstationi simile uidetur. Nos autem ex æquo ciuitatum curam gerere oportet, ut rerum fiscalium. Quòd si quis post hanc præsentem nostram formam aliter ea quę à nobis lege promulgata sunt, acceperit, & defraudare ciuitatem dato auro uoluerit: & pro uniuerso tempore, quantum debet ciuitati persoluet, & prætereа reddet duplum, ut malitiosæ interpretationis iustam retributionem percipiat: propterea quòd cum in manu illi esset, ut bonum se perhiberet ciuem, ita improbus est, ut quæ illum in lucem protulerit, eam non dubitet afficere iniuris.

IIII. Regula: *De usurarum usuris. He non debentur. Que regula approbatur l. ult. C. de usuris, hisce uerbis:* Vt nullo modo usuræ usurarum à debitoribus exigantur, & ueteribus legibus quidem constitutum fuerat, sed non perfectissimè cautum. Si enim usuras in sortem redigere fuerat concessum, & totius summæ usuras stipulari: quæ differentia erat debitoribus, qui reuera ad usurarum usuras exigebantur? Hoc certè erat non rebus, sed uerbis tantummodo leges ponere. Quapropter hac apertissima lege definimus, nullo modo licere cuiquá usuras præteriti téporis, uel futuri in sortem redigere, & earum iterum usuras stipulari. Sed etsi hoc fuerit subsecutum, usuras quidem super usuras manere, & nullum usurarum aliarum incrementú sentire: sorti autē antiquæ tantummodo increméntum usurarú accedere. *Concordat l. 26. §. supra duplam. ff. de condict. indebiti. cuius uerba uide s. reg. prox. in prin. Huius regule exceptio hec est: Nisi sors cum usuris ab uno debita, postea ad alium debitorem peruenerit, qui iam debere cœperit. hoc enim casu totum sortis uice fungitur. Que exceptio approbatur l. 57 §. ex duobus. ff. de administr. tutor. cuius uerba uide s. libro 18. capite 1. officio 6. reg. 1. except. 3.*

V. Regula: *De usuris fructuum. He non debentur. Que regula approbatur l. 15. ff. de usuris, hisce uerbis:* Neque eorum fructuum, qui post litem contestatam officio iudicis restituendi sunt, usuras præstari oportere: neque eorum qui prius percepti, quasi à malæ fidei possessore condicuntur. *Huius regule exceptio hec est: Nisi petitione hereditatis ij fructus, qui ante actionem illatam percepti hereditatem auxerunt, petantur. horum enim usure debentur. Que exceptio approbatur l. 51. §. fin. ff. de petit. hered. cuius uerba uide s. lib. 31. cap. 1. reg. 10.*

VI. Regula: *De usuris promissis. He regulariter debentur per ea que dicta sunt s. quæst. 1. causa 1. Eius exceptio prima hec est: Nisi cum minores usure promisse essent, postea cōuenit ut ijs nō solutis, maiores usure prestētur. hoc enim casu existente conditione maiores peti possunt. Que exceptio approbatur l. 9. §. 1. ff. de usuris. cuius uerba uide s. quæst. proxim. causa 2. except. 13. Concordat l. 1. §. pacto. ff. de pignorib. & hypoth. his uerbis:* Pacto placuit, ut ad diem usuris non solutis, fructus hypothecarum usuris compensaret fini legitimæ usuræ: quāuis exordio minores in stipulatum uenerint, non esse tamen irritam conuentionem

tionem placuit:cum ad diem minore fœnore non soluto, legitimæ maiores usuræ ſtipulanti rectè promitti potuerunt. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi cū conueniſſet, ut minoribus ſua die nō ſolutis, maiores præſtentur deinceps per ſingulas penſiones, ſi conditione data uſuræ non ſoluerentur: ſemel commiſſa ſtipulatione maiorum uſurarum. poſtea rurſus minores ſua die ſoluantur. hoc enim caſu maiores peti non poſſunt. Quæ replicatio approbatur l. 12. ff. de uſuris, biſce uerbis:* Seia mutuam pecuniam accepit à Septicio, de uſuris ita conuenit, niſi ſua quæqua die uſuræ ſuprascriptę exoluerentur, uel poſt tertiũ menſem: tunc in maiòrea uſuras Seia teneretur, & deinceps per ſingulas penſionea (ſi conditione data uſuræ non ſoluerentur) ea conditio obſeruaretur, donec omnis ſumma debita hoc nomine exolueretur. Quæro, an hæc uerba, Et deinceps per ſingulas penſiones (ſi conditione data uſuræ non ſoluantur) ea conditio obſeruaretur: eò pertineant, ut quamuis commiſſa ſit fortè prima ſtipulatio, non tamen in ampliorem quantitatem uſurarum conueniri poſsit, quàm eius penſionis nomine, quæ egreſſa ſit diem præſtitutum? Paulus reſpondit, plurés conditiones continere eam ſtipulationem, quæ de grauioribus uſuris præſtandis ſubiecta eſſet, ut per ſingulas penſiones conditio ſpectaretur non illatarum ſuis temporibus leuiorum uſurarum. Et ideo poſſe euitari pœnam ſequentium penſionum. *Altera replicatio eſt: Niſi cum conueniſſet, ut minoribus ſua die non ſolutis, maiores uſuræ ex die ſtipulationis interpoſitæ ſoluerentur. Hæc replicatio approbatur l. 17. in prin. ff. de uſuris, biſce uerbis:* Cùm quidam cauiſſet ſe quotannis quincuncea uſuras præſtaturum, & ſi quo anno non ſoluiſſet, tunc totius pecuniæ ex die qua mutuatus eſſet, ſemiſſes ſoluturum: & redditis per aliquot annos uſuris, mox ſtipulatio commiſſa eſſet: Diuus Marcus Fortunato ita reſcripſit: Præſidem prouinciæ adi, qui ſtipulationem, de cuius iniquitate queſtus es, ad modum iuſtæ exactionis rediget. Hæc conſtitutio ad infinitum modum excedit. Quid ergo? ſic temperanda res eſt, ut in futurum duntaxat ex die ceſſationis creſcant uſuræ. *Tertia replicatio eſt: Niſi maiores illegitimæ ſint promiſſæ. Hæc replicatio approbatur l. 9. §. 1. ff. de uſuris. cuius uerba uide ſ. quæſt. proxim. cauſa 2. except. 15. Concordat l. 8. C. eod. tit. cuius uerba uide ſ. repl. preced. Quarta replicatio eſt: Niſi creditor poſt commiſſam ſtipulationem maiorum uſurarum nihilominus minores exegerit. Hæc replicatio approbatur d. l. 8. bis uerbis:* Quamuis Baſſa, cùm pecuniam mutuam acciperet, minores uſuras Menophani ſpopondit, & niſi intra certum tempus eas ſoluiſſet. ampliores (licitas tamē) promiſit: tamen ſi poſt tempus cautioni præfinitum creditor eaſdem accepit, nec maiores ſibi dari poſtulauit, ac per hoc non receſsiſſe eum à minorum præſtatione probari poteſt: eas uſuras computari oportet, quarum in actione creditor perſeuerauit. *Quinta replicatio eſt: Niſi non per debitorem ſteterit, quo minus minores uſuras ſua die ſolueret. Hæc replicatio approbatur l. 9. C. eod. tit. cuius uerba uide ſ. quæſt. prox. except. gener. 4. repl. 3. dupl. 1. Concordat l. 9. §. 1. ff. de uſuris. cuius uerba uide ſ. quæſt. prox. cauſa 2. except. 15. Hæc de prima propoſitæ regulæ exceptione ſunt dicta. Secunda exceptio eſt: Niſi per multos annos minores uſuræ præſtitæ ſint, quàm ſunt promiſſæ. Hæc exceptio approbatur l. 13. in prin. ff. de uſuris, biſce uerbis:* Qui ſemiſſes uſuras promiſerat, per multos annos minores præſtitit: hæres creditoris ſemiſſes petit. cum per debitorem non ſteterit, quo minus minores ſolueret: quæro an pacti uel doli exceptio obſtet? Scæuola reſpōdit, ſi in exoluendis ex more uſuris per tanta tempora mora per debitorem non fuit: poſſe ſecundum ea quæ proponerentur, obſtare exceptionem. *Concordat l. 5. C. de uſuris, biſce uerbis:* Aduerſus creditorem uſuras maiores ex ſtipulatu petentem, ſi probetur per certos annos minores poſtea conſecutus, utilis eſt pacti exceptio. Secundum quod cauſam tueri poteſtis etiam aduerſus defenſores ciuitatis, maiores petentes ex cautione, ſi probaueritis ſemper quincunces amitam pupillorum ueſtrorum, quæ maiores caueerat, dependiſſe. *Concordat l. 8. C. eod. tit. cuius uerba uide ſ. except. proxim. repl. 4. Tertia exceptio eſt: Niſi fiſcus ſucceſſerit in locum eius, qui minores uſuras eſt ſtipulatus. Hæc exceptio approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſ. reg. 1. except. 8.*

V I I. *Regula: Si quis ita promiſerit, Decem tibi dabo, qua die petieris, & eorum uſuras in dies triginta: ex die ſtipulationis, non petitionis uſuræ currunt. Quæ regula approbatur l. 135. in prin. ff. de uerb. obligat. bis uerbis:* Ita quis promiſerat, Decem tibi dabo qua die petieris, & eorum uſuras in dies triginta. Quæro, utrum uſuræ ex die ſtipulationis, an ex die qua petita ſors fuerit, debeantur? Scæuola reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, ex die ſtipulationis deberi; niſi aliud actum manifeſtè probaretur. Item quæſitum eſt, quando pecuniam reddere debebo, cum primùm petierit?

Respondit, secundum ea quæ proponerentur, ex die quo stipulatio facta esset, initium capere.

VIII. Regula: *Si quis ex certo die usuras menstruas sit stipulatus, & in continenti pactus sit ex sorte menstruos denarios trecentos reddi: non ex die, in quem stipulatio usurarum facta est, usuræ currunt, sed ex singulis mensibus, quibus trecenta sortis ex pacto non soluuntur.* Quæ regula approbatur *l. 40. ff. si certum petatur, his uerbis:* Lecta est in auditorio Aemilij Papiniani præfecti prætorio Iurisconsulti cautio huiusmodi: Lucius Titius scripsi me accepisse à Publio Mæuio quindecim mutua numerata mihi de domo sua. Et hæc quindecim proba rectè dari calendis futuris. Stipulatus est Publius Mæuius, spopondi ego Lucius Titius. Si ea die suprascripta summa Publio Mæuio, eiúe ad quem ea res pertinebit, data, soluta, satisúe eo nomine factum nō erit: tunc eo amplius quo pòst soluā, pœnæ nomine in dies triginta inq; denarios centenos, denarios singulos dari stipulatus est Publius Mæuius, spopondi ego Lucius Titius. Conuenitq; intèr nos, uti Publiuo Mæuio ex summa supradicta menstruos refundere debeam denarios trecentos ex omni summa ei, hærediúe eius. Quæsitum est de obligatione usurarum: quoniam numerus mensium, qui solutioni competebat, trāsierat? Dicebam, quia pacta in continenti facta stipulationi inesse credūtur: perinde esse, ac si per singulos menses certā pecuniam stipulatus, quo tardius soluta esset, usuras adiecisset. Igitur finito primo mense, primæ pensionis usuras currere: & similiter post secundum & tertium tractū usuras non solutæ pensionis crescere: nec antè sortis non solutæ usuras peti posse, quā ipsa sors peti potuerat. Pactum autem quod subiectum esset, quidam dicebant ad sortis solutionem tantùm pertinere, non etiam ad usurarum, quæ priore parte simpliciter in stipulationem uenissent: pactumq; id tantùm ad exceptionem prodesse. Et ideo non soluta pecunia statutis pensionibus, ex die stipulationis usuras deberi, atque si id nominatim expressum esset. Sed cùm sortis petitio dilata sit, consequens est ut etiam usuræ ex eo tempore, quo moram fecit, accedant: etsi (ut ille putabat) ad exceptionem tantum prodesset pactum (quamuis sententia diuersa obtinuerit) tamen usurarum obligatio ipso iure non cōmitteretur. Non enim in mora est is, à quo pecunia propter exceptionem peti non potest. Sed si quantitatem, quæ medio tempore colligatur, stipulemur, cum conditio extiterit: sicut est in fructibus, idem & in usuris potest exprimi: ut ad diē non soluta pecunia, quod competit usurarum nomine, præstetur ex die interpositę stipulationis. *Casus & status huius legis talis est: Continet cautio proposita tres conuentiones. Vnam de tota sorte proximis calēdis futuris soluenda. Alteram de usuris menstruis soluendis, si sors sua die soluta non fuisset. Tertiam de sorte per uices soluenda, seu de particulari sortis solutione. Sorte nec calendis proximis, nec per tres uices, de quib. tertio loco cōuenerat, soluta: quæritur à quo tēpore usuræ currāt? Creditor dicit, ex die secūdæ cōuentionis usurarū, hoc est, ex calendis proximis stipulationis interpositæ eas currere. Debitor excipit: Si nō postea cōuenisset de sorte alio die seu per uices soluēda. Creditor replicādo negat cōsequētiam, seu propositionē maiorē exceptionis propositæ. Status oritur talis: Vtrū stipulationi usurarū per pactū posterius de sorte p certas uices soluēda, quoad diē usurarū, sit derogatū? Paulus affirmat hoc argumēto: Quādiu sortē petēti obstat exceptio, usuræ nō currunt. Sed ante uices tēporū, de quib. postremò cōuenit, sortem petenti obstat pacti exceptio. Ergo ante uices illas nō currunt usuræ. Maiorē probat has ratione: Mora nō cōmissa, usuræ nō currūt. Sed quādiu sortē petenti obstat exceptio, mora nō cōmittitur. Ergo, etc. Minor indubitati est iuris. Distinguēdo tamē respōderi potest hoc modo: Si nō stipulatio usurarū interuenisset. Nā ea interueniente, etiā ante cōmissam morā, & ante actionis diē uenientē usuræ currūt. L. 9. §. usurarum. ff. de usuris. l. 1. C. eod. tit. Sed hic stipulatio usurarū interuenit. Ergo, etc. Huic distinctioni seu obiectioni Paulus alia distinctione occurrit, hac scilicet: Si nō pactū posterius de sorte per uices soluēda stipulationi usurarū inesset. Huic argumento duo alia ab aduersario opponebantur. Primum, pactū posterius ad sortis tātùm, nō usurarū solutionē pertinere. Alterū, pactū illud ad exceptionē tātùm, nō etiā ad actionē seu petitionē usurarū prodesse. Sed priori argumēto Paulus respōdet, ut iam est ostensum. Alteri respōdet negādo tam maiorē, quā minorē eius propositionē. Tandē suæ sententiæ subijcit exceptionem hanc: Nisi conuenerit, ut non soluta per suas uices sorte, ex die interpositæ stipulationis usuræ currant.* Cui concordat *l. 64. & l. 126. in prin ff. de uerb. obligat.* *Hæc sunt argumenta disputationis propositæ legis.*

Mutatio iuris.

*Sed & alio argumento ad sententiā Pauli potest responderi hoc modo: Si nouandæ prioris stipulationis usurarum animo pactum posterius factum esset. Sed nouandi animo illud factum esse hodie non præsumitur, nisi probetur: imò nisi in eo expressum sit nominatim, illud prioris stipulationis nouandæ animo factum esse. Inst. Quibus modis toll. obligation. §. sed cum hoc. & l. ult. C. de nouationibus. Huic accedit consuetudo, optima legum interpres. l. 37. cum lege sequente ff. de legibus.*

*gibus. Videmus enim non rarò stipulationibus usurarum etiam in continenti pactum de sorte per uices soluenda subijci, quo debitor sensim se ab usurarum onere releuet. Nec tamen quis dixerit, ideo minus usuras ex die stipulationis currere. Eiusmodi autem est etiam pactum tertium, de quo quaeritur. Nec ineptè uocabulum* Debeam, *in eo positum, pro possim, interpretari possumus: quemadmodum etiam accipitur l. 4. §. aduersus parentes. ibi: puto excipere debere. ff. de doli mali except. l. 2. in fine. C. si in causa iudicati pignus captum sit. l. 42. in prin. ff. de condit. & demonstrat. l. 1. in fine. ff. de distract. pig. l. 1. in fin. C. de pactis pignor. & in alijs uarijs locis pluribus. Censeo itaq; sententiam Pauli, adeoq; legem propositam hodie mutatam ac sublatam esse.*

### III. GENVS ET SIMILE usuratum.

I. Regula: *Vsura in fructu non est. Quae regula approbatur l. 121. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Vsura pecuniae, quam percipimus, in fructu non est: quia non ex ipso corpore, sed ex alia causa est, id est, ex noua obligatione.

II. Regula: *Vsurae fructuum uicem obtinent, nec à fructibus separari debent. Quae regula approbatur l. 34. ff. de usuris, hisce uerbis:* Vsurae uicem fructuum obtinent, & meritò non debent à fructibus separari: & ita in legatis, & fideicommissis, & in tutelae actione, & in caeteris iudicijs bonae fidei seruatur. Hoc idem in caeteris obuentionibus dicemus. *Hactenus de usuris.*

## *DE FRVCTIBVS, ACCESsionibus & omni causa.* *Cap. X.*

### I. AN FRVCTVS, ACCESsiones & omnis causa in actionem ueniat?

R*Egulariter quidem uenit. Quae regula approbatur Inst. de officio iudicis. §. etsi in rem. cuius uerba uide s. lib. 22. cap. 7. reg. 1. Concordat Inst. eod. tt. §. etsi hereditas. cuius uerba uide s. lib. 31. cap. 3. reg. 11. in prin. Concordat item l. 5. in prin. C. de rei uendicat. his uerbis:* Domum quam ex matris successione ad te pertinere, & ab aduersa parte iniuria occupatam esse ostendis: praeses prouinciae cum pensionibus, quas percepit aut percipere poterat, & omni causa damni dati restitui iubebit. *Concordat item l. 17. C. eod. tt. his uerbis:* Si fundum uestrum uobis per denunciationem admonētibus uolentem ad emptionem accedere, quod distrahentis nō fuerit, non rectè is contra quem preces funditis comparauit, uel alio modo mala fide contraxit: tam fundum uestrum constitutum probantib. quàm fructus quos eum mala fide percepisse fuerit probatū, adita praeses prouinciae restitui iubebit. *Huius regulae exceptiones hae sunt.*

I. EXCEPTIO: *Nisi actione personali agatur. in hac enim fructus non ueniunt. Quae exceptio approbatur l. 38. §. si actionem. ff. de usuris, hisce uerbis:* SI actionem habeam ad id consequendum quod meum non fuit, ueluti ex stipulatu: fructus non consequor, etiāsi mora facta sit. Quòd si acceptum est iudicium, tunc Sabinus & Cassius ex aequitate fructus quoque restituendos putant. Sed & ut causa post acceptum iudiciū restituatur, puto rectè dici. *Cōcordat l. 78. §. fin. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Cùm fundum stipulatus sum, non ueniunt fructus qui stipulationis tempore fuerunt. *Huius exceptionis replicatio prima haec est: Nisi fructus post rem in iudicium deductam percipiantur. Quae replicatio approbatur uerbis d. §. si actionem, s. propositis hisce:* Quòd si acceptum est iudiciū, tunc Sabinus & Cassius ex aequitate fructus quoq; restituendos putant. Sed & ut causa post acceptū iudicium restituatur, puto rectè dici. *Concordat l. 31. in prin. ff. si certū petatur, his uerbis:* Cùm fundus uel homo per condictionē petitus est, puto hoc noa iure uti, ut post iudicium acceptum causa omnis restituenda sit: id est, quod habiturus esset actor, si litis contestandę tempore solutus fuisset. *Concordat item l. 2. ff. de usuris, hisce uerbis:* Vulgò receptū est, ut quamuis in personā actum sit, post litem tamen contestatam causa praestetur. cuius opinionis ratio redditur: quoniā quale quidque est cum petitur, tale: dari debet ac ꝑpterea postea captos fructus, partumq; editum restitui oportet. *Concordat item l. 10. ff. eod. tt. his uerbis:* Partum post litem cōtestatam editum restituere possessor debet, quem non deberet restituere, si cùm mater peteretur iam natus fuisset: nisi specialiter & pro hoc egisset. *Concordat item l. 1. §. in his quidem. ff. eod. tt. his uerbis:* In his iudicijs quę nō sunt arbitraria, nec bonę fidei post litem cōtestatam actori causa praestanda est in eum diē, quo sentētia dicitur. Certè post rem iudicatā tēpus à fructibus dependendis immune est. *Altera replicatio est: Nisi per actionē personalem actor naturalē possessionē reuocet, cùm ciuiliter possideat. Haec replicatio approbatur l. 38. §. si possessionē. ff. de usuris, hisce uerbis:* Si possessionē naturalē reuocē, ꝓprietas mea manet. Videamus de fructibus. Et quidem in deposito & cōmodato fructus quoq; praestādi sunt, sicut diximus. *Tertia replicatio est: Nisi actione, qua quis rem dari, uacuāq; possessionē tradi stipulatus est, agatur. Haec replicatio approbatur l. 4. ff. de usuris, hisce uerbis:*

Si stipulatus sis rem dari, uacuamq; possessionem tradi: fructus postea captos actione incerti ex stipulatu propter inferiora uerba consecuturum te ratio suadet: an idem de partu ancillæ tesponderi possit, considerandum est. Nam quod ad uerba superiora pertinet, siue factum rei promittendi, siue effectum per traditionem dominij transferendi continét: partus nō continetur. Verùm si emptor à uenditore nouandi animo ita stipulatus est, factum tradendi stipulatus intelligitur: quia non est uerisimile plus uenditorem promisisse, quàm iudicio empti præstare compellecetur. Sed tamen propter illa uerba, Vacuamque possessionem tradi: potest dici, partus quoque ratione committi stipulationem. Etenim ancilla tradita partum postea editum in bonis suis reus stipulandi habere potuisset. Si post contractam emptionem ante interpositam stipulationem partus editus, aut aliquid per seruum uenditioni adquisitum est: quod ex stipulatu consequi non poterit, iudicio empti consequetur. Id enim quod non transfertur in causam nouationis, iure pristino peti potest. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi uacuam possessionem tradi tantùm sit stipulatus, non etiam rem dari. Hæc duplicatio approbatur l. 3. §. 1. ff. de act. empti, his uerbis:* Si emptor uacuam possessionem tradi stipulatus sit, & ex stipulatu agat: fructus non uenient in eam actionem. Quia & qui fundum tradi stipulatur; uacuam quoque possessionem tradi oportere stipulari intelligitur. nec tamen fructuum præstatio ea stipulatione continetur: neque rursus plus debet esse in stipulatione, sed ex empto superesse ad fructuum præstationem. *Quarta replicatio uidetur: Nisi post moram factam fructus sint percepti. Hæc replicatio reprobatur l. 38. §. si actionem. ff. de usuris. cuius uerba uide ī. ead. except. in prin. Quinta replicatio est: Nisi fundus ob rem datus condicatur uel repetatur: item nisi dos repetatur nuptijs non secutis. Hæc replicatio approbatur d. l. 18. in princip. his uerbis:* Videamus generatim quando in actione, quæ est in personam, etiam fructus ueniant. Et quidem si fundus ob rem datus sit, ueluti dotis causa renunciata adfinitate, fructus quoque restituendi sunt: utique si qui percepti sunt eo tempore, quo sperabatur adfinitas. Sed & posteriores, si in re mora fiat ab illo, qui reddere debet, omnimodo restituendi sunt. Sed & si per mulierem stet, quo minus nuptiæ contrahantur: magis est ut debeat fructus recipere. Ratio autem hæc est, quòd si sponsus non conueniebatur ad restituendos fructus, licuerat ei negligere fundum. *Plura de hac actione, quoad fructus, uide ī lib. 14. cap. 2. quæst. 4. reg. 6. Sexta replicatio est: Nisi indebitum condicatur. Septima replicatio est: Nisi res mortis causa donata repetatur. Hæ duæ replicationes approbantur d. l. 18. §. item si indebitum. cuius uerba uide ī. lib. proxim. cap. 7. quæst. 3. reg. 1. Octaua replicatio est: Nisi Fauiana uel Pauliana actione agatur. Hæc replicatio approbatur d. l. 38. §. in Fauiana. cuius uerba uide ī. lib. 20. cap. 9. quæst. 5. reg. 7. Noua replicatio est: Nisi quod ui metuúe causa agatur. Hæc replicatio approbatur d. l. 38. §. item si ui, hisce uerbis:* Si ui metusúe causa rem tradam, non aliter mihi restituisse uidetur, quàm si fructus restituat: nec mora mea mihi aliquid aufert. *Decima replicatio est: Nisi ex empto agatur. Vndecima replicatio est: Nisi pro socio agatur. Hæ duæ replicationes approbantur d. l. 18. §. ex causa, his uerbis:* Ex causa etiam emptionis fructus restituendi sunt. Sed etiam in societate fructus communicandi sunt. *Duodecima replicatio est: Nisi interdicto Vnde ui agatur. Hæc replicatio approbatur d. l. 18. §. in Fauiana. cuius uerba (ut dixi) uide ī. lib. 20. cap. 9. quæstion. 5. reg. 7. Decimatertia replicatio est: Nisi interdicto Quod ui aut clam agatur. Hæc replicatio approbatur d. l. 18. §. in interdicto. cuius uerba uide ī. lib. 21. cap. 12. quæst. 6. reg. 1. in prin. Decimaquarta replicatio est: Nisi bonæ fidei actione agatur. Hæc replicatio approbatur d. l. 18. §. penult. his uerbis:* Si diuidere tecum fundum uelim, tu nolis, & colam: an fructus diuidi debeant post deductionem impensarum? & puto diuidendos. In cæteris quoq; bonæ fidei iudicijs fructus omnimodo præstantur. *Decimaquinta replicatio est: Nisi ex iure quo uerbum Restituas continetur, agatur. Hæc replicatio approbatur l. 133. §. cum uerbum. ff. de reg. iuris, hisce uerbis:* Cum uerbum Restituas lege inuenietur, etsi non specialiter de fructibus additum est: tamen & fructus sunt restituendi. *Concordat l. 18. §. in Fauiana. ibi: nam & uerbum. ff. de usuris. cuius uerba uide ī. lib. 20. cap. 9. quæst. 5. reg. 7. Decimasexta replicatio uidetur: Nisi cùm fundum dari stipulatus esset, eos fructus qui tempore stipulationis pendebant, tanquam partem fundi petat. Hæc replicatio reprobatur l. 78. §. fin. ff. de uerb. obligation. his uerbis:* Cùm fundum stipulatus sum, non ueniunt fructus qui stipulationis tempore fuerunt. *Hæc de prima exceptione eiusq; replicationibus sint dicta. Sed & plures huiusmodi replicationes uide in singulis actionis personalis speciebus. Sequuntur nunc exceptiones ex re quæ petitur desumptæ.*

II. EXCEPTIO: *Nisi res quæ usui, non*

fructui

*fructus est, petatur. Hæc exceptio reprobatur l.64.ff. de rei uendicat. his uerbis:* Cùm in rem agitur, eorum quoq; nomine quæ usui, non fructui sunt, restitui fructus certum est. *Huius exceptionis reprobatæ species sunt exceptiones proximè sequentes.*

III. EXCEPTIO: *Nisi nauis petatur, taberna uel area. Hæc exceptio reprobatur l.62. in prin. ff. d. tt. his uerbis:* Si nauis à malæ fidei possessore petatur, etiam fructus æstimandi sunt, ut in taberna & area, quæ locari solent. Quod non est ei contrarium, quòd de pecunia deposita, quam hæres non attingit, usuras præstare non cogitur. Nã etsi maximè uectura sicut usura non natura prouenit, sed iure percipitur: tamen ideo uectura desiderari potest, quoniã periculum nauis possessor petitori præstare non debet: cùm pecunia periculo dantis fœneretur.

IIII. EXCEPTIO: *Nisi argentum, uestimentum, uel alia similis res petatur. Hæc exceptio reprobatur l.19.ff. de usuris, hisce uerbis:* Videamus an in omnibus rebus petitis in fructus quoq; cõdẽnãdus sit possessor. Quid enim si argentum aut uestimentum, aliáue similem rem petat? quid præterea si usumfructum, aut nudam proprietaté, cum alienus usus fructus sit, petierit? neq; enim nudæ proprietatis (quod ad proprietatis nomen attinet) fructus ullus intelligi potest: neq; usus fructus rursum fructus eleganter computabitur. Quid igitur si nuda proprietas petita sit, ex quo perdidit fructuarius usumfructum? æstimabuntur in petitione fructus. Item si usus fructus petitus sit, Proculus ait, in fructus perceptos condemnari. Præterea Gallus Ælius putat, si uestimenta aut scyphus petita sint: in fructu hoc numerandum esse, quod locata ea re mercedis nomine capi potuerit.

V. EXCEPTIO: *Nisi nuda proprietas petatur. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Quid præterea si usumfructum aut nudam proprietatem, cum alienus usus fructus sit, petierit? neque enim nudæ proprietatis (quod ad proprietatis nomen attinet) fructus ullus intelligi potest. *Concordat l.tt. in prin ff. de rei uendicat. his uerbis:* Si petitor lite contestata usum fructum legauerit, ex eo tempore, ex quo discessit à proprietate, fructuum rationem non habendam, quidam rectè putant. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi usumfructus medio tempore ad proprietatem fuerit reuersus. quæ replicatio approbatur uerbis d.l.19. s. except. prox. propositis hisce:* Quid igitur, si nuda proprietas petita sit, ex quo perdidit fructuarius usumfructum? æstimabuntur in petitione fructus. *Concordat l.t4. in fine. ff. de rei uendicat. his uerbis:* Si nudæ proprietatis dominus petierit, & inter moras usus fructus amissus sit: ex eo tempore, quo ad proprietatem usus fructus reuersus est, ratio fructuum habetur. Idem est, etsi per alluuionem para fundo accesserit. *Altera replicatio est: Nisi quid proprietati per alluuionem uel alio modo accesserit. quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Idem est, etsi per alluuionem, &c.

VI. EXCEPTIO: *Nisi usus fructus petatur. Hæc exceptio reprobatur l.19.ff. de usuris. cuius uerba uide s. except.4.*

VII. EXCEPTIO: *Nisi seruitus petatur. Hæc exceptio reprobatur d.l.19.§.fin. his uerbis:* Iter quoq; & actus si petitus sit, uix est ut fructus ulli possint æstimari: nisi quis commodum in fructibus numeraret, quod habiturus esset petitor, si statim eo tempore, quo petijsset, ire agere non prohiberetur. Quod admittendum est.

VIII. EXCEPTIO: *Nisi res quæ petitur perierit, ut ex ea fructus amplius percipi non possit. tunc enim, quia ex ea fructus percipi nõ possunt, nec æstimatio fructuum præstanda. Hæc exceptio approbatur l. penult. ff. de rei uendicat. his uerbis:* Si hominem à me petieris, & is post litem cõtestatam mortuus sit: fructus, quoad is uixerit, æstimari oportet. Paulus ait: ita id uerũ esse puto, si non prius is homo in eam ualetudinẽ inciderit, propter quam operæ eius inutiles factæ sunt: nam nec si uixisset quidem in ea ualetudine, fructus eius temporis nomine æstimari conueniret. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi quoad illud tempus quo res perijt: temporis enim antecedentis fructus restituendi. quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur uerbis iam propositis. Concordat l.16. in prin ff. eod. tt. cuius uerba proponentur alibi. Concordat l.17.§. quod si dolo. ff. eod. tt. cuius uerba uide in Comment. liberat. cap.21. except.10. Altera replicatio est: Nisi dolo uel culpa rei conuenti res perierit. quæ replicatio approbatur l.14. in prin. ff. de rei uendicat. his uerbis:* Fructus non modò percepti, sed & qui percipi honestè potuerunt, æstimãdi sunt. Et ideo si dolo aut culpa possessoris res petita perierit: ueriorem putat Pomponius Trebatij opinioné, putãtis eo usq; fructuũ rationẽ habẽdã, quousque haberetur, si nõ perijsset, id est, ad rei iudicãdæ tẽpus. Quod & Iuliano placet. Hac ratione, si nudæ proprietatis, &c. *Reliqua uerba uide s. exc.5. Tertia replicatio est: Nisi mora à reo facta, res perierit. Hæc replicatio approbatur l.17.§.1.ff. eod. tt. his uerbis:* Iulianus scripsit, si moram fecerit in homine reddẽdo possessor;

& homo mortuus sit:& fructuum ratione usq; ad rei iudicatæ tempus spectandam esse. Idem Iulianus ait, non solùm fructus, sed etiam omnem causam præstandam. Et ideo & partus uenire in restitutionem, & partuum fructus. Vsq; adeò autem hæ causę ueniunt, ut Iulianus lib. VII. scribit, si per eum seruū possessor adquisierit actionem legis Aquiliæ, restituere cogendum.

IX. EXCEPTIO: *Nisi res sterilis sit, ex qua fructus percipi non poßint. Hæc exceptio approbatur exemplo hominis ualetudinarij l. penult. ff. de rei uendicat. cuius uerba uide s. except. prox. in prin. Concordat l. 6. §. 1. ff. de operis seruorum, his uerbis:* Si minor annis quinq; uel debilis seruus sit, uel quis alius cuius nulla opera esse apud dominū potuit: nulla æstimatio fiet.

X. EXCEPTIO: *Nisi seruus petitus impubes sit. Hæc exceptio approbatur uerbis iam dictis hisce:* Si minor annis quinq;, &c. *Planè si exceßit infantiam seruus, huic exceptioni locus non est. quæ replicatio approbatur l. 32. ff. de rei uendicat. his uerbis:* Cùm de fructibus serui petiti quæritur, non tantùm pubertas eius spectāda est: quia etiam impuberis aliquæ operæ esse possunt.

XI. EXCEPTIO: *Nisi res aliena, non actoris, ei per errorem sit adiudicata. Hæc exceptio reprobatur l. 35. §. 1. ff. de rei uendicat. his uerbis:* Vbi alienum fundum petij, & iudex sententia declarauit meum esse: debere etiam de fructibus possessorem condemnari. Eodem enim errore & de fructibus condemnatum. Non debere enim lucro possessoris cedere fructus, cum uictus sit. Alioquin, ut Marcianus ait, nec rem arbitrabitur iudex mihi restitui. Et quare habeat, quod non habiturus esset possessor, si statim mihi possessionem restituisset? *Hactenus exceptiones desumptæ ex re, cuius fructus petuntur.*

XII. EXCEPTIO: *Nisi postquam rem petitam usuceperit reus, fructus ex ea percepit. Hæc exceptio reprobatur l. 18. cum duabus legibus sequentib. ff. de rei uendicat. quarum uerba uide s. lib. 21. cap. 7. reg. 9. Concordat l. 21. ibi: ut tamen interim. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. lib. 21. cap. 5. except. 15.*

XIII. EXCEPTIO: *Nisi reus bonæ fidei possessor fuit: hic enim de fructibus restituendis non tenetur. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s. lib. 21. cap. 1. causa 10. except. 11. item causa 16. in prin. Sed & inter eius replicationes numerantur & hæ quæ sequuntur. Prima replicatio est: Nisi fructus apud bonæ fidei possessorem adhuc extent. nam ad fructus extantes, non consumptos, bonæ fidei possessor tenetur. quæ replicatio approbatur l. 22. C. de rei uendicat. his uerbis:* Certum est, mala fide possessores omnes fructus solere cum ipsa re præstare: bona uerò fide, extantes: post litis autem contestationem, uniuersos. *Concordat l. 44. ff. de rei uendicat. his uerbis:* Fructus pendentes pars fundi esse uidentur. *Altera replicatio est: Nisi post litem contestatam fructus perceperit. quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Post litis autem contestationem, uniuersos. *Concordat Inst. de off. iud. §. etsi hæreditas, in fine. cuius uerba uide s. lib. 31. cap. 3. reg. 11. except. 1. repl. 2. Concordat l. 2. C. de fructib. & litium exp. his uerbis:* Litigator uictus qui post conuentionem rei incumbit alienæ, non in sola rei redhibitione teneatur, nec tantùm fructuum præstationem eorum quos ipse percepit, agnoscat: sed eos quos percipere potuisset, non quos eum redegisse constitit, exoluat ex eo tempore, ex quo re in iudicium deducta, scientiam malæ fidei possessoris accepit. Hæredis quoq; succedentis in uicium par habenda fortuna est. *Concordat item l. 10. ff. de usuris. cuius uerba uide s. except. 1. repl. 1. Huius replicationis duplicatio uidetur esse: Nisi cum bis eiusdem rei nomine ab eodem possessor conueniretur, post primam, non post secundam litem motam fructus percepit. Hæc duplicatio reprobatur l. 38. in prin. ff. de iure fisci, his uerbis:* Fiscus in quęstione falsi testamēti non obtinuit. Priusquam autē illa quæstio decideretur, alio nunciante bona postea uacare constitit. fructus post primā litē absumi nō oportuisse. Papinianus respondit. Neque enim ad Senatusconsulti beneficium scriptum hæredem pertinere controuersia mota. *Tertia replicatio est: Nisi possessor bonæ fidei heres existat ei qui mala fide poßidebat. Hæc replicatio approbatur uerbis d. l. 2. s. repl. prox. propositis hisce:* Hæredis quoque succedentis in uicium par habenda fortuna est. *Quarta replicatio est: Nisi postquam cognouit rem alienam esse possessor, fructus percepit. de hac replicatione uide s. lib. 21. cap. 1. causa 16. except. 1. replicat. 1. Quinta replicatio est: Nisi locupletior ex fructibus consumptis possessor sit factus. Hæc replicatio similis supradictæ primæ replicationi approbatur l. 1. ibi: nec non etiam fructus. C. de petit. hæred. his uerbis:* Fructus bonæ fidei possessores reddere cogendi non sunt, nisi ex his locupleriores extiterint. *Sexta replicatio est: Nisi fructus sint naturales, non industriales: hoc est, quos bonæ fidei possessor suis operis non percepit, nec sua impensa. Hæc replicatio approbatur l. 45. ff. de usuris. cuius uerba uide s. lib. proxim. cap. 9. quæst. 4. regul. 4.*

XIIII. EXCEPTIO: *Nisi in causa principali actori obstet exceptio. tunc enim nec ad fructus illi condemnabitur reus. quæ exceptio approbatur*

tur l.26.in prin.C.de usuris.cuius uerba uide s̄. cap. prox. quæst.1.causa 2.except.14.

XV. EXCEPTIO: Nisi ex artificio serui, quod sumptibus possessoris seruus didicit, fructus sint percepti. Hæc exceptio approbatur l.32. cum lege sequente. ff. de rei uendicat. his uerbis: Improbè desiderat petitor fructus æstimari, qui ex artificio serui percipi potuerunt, quod artificium sumptibus possessoris didicit. Quòd si artificem fecerit post uicesimumquintum annum eius qui artificium consecutus est, impensæ factæ poterunt compensari.

XVI. EXCEPTIO: Nisi possessor rem fructus non perceperit. Hæc exceptio approbatur l.77.in prin.ff. de rei uendicat. his uerbis: Si eius fundi, quem alienum possideres, fructus non collegisti: nihil eius fundi fructuum nomine te dare oportet. Concordant ea quæ proposita sunt s̄.except.8. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi à solo separati fructus fuerint. Hæc replicatio approbatur d.l.77. his uerbis: Paulus. Imò quæritur, si eius fructus idcirco factus est, quòd is eum suo nomine perceperit: perceptionem fructuum accipere debemus, non si perfectè collecti, sed etiam cœpti, id est, ita percepti, ut terra se continere fructus desierint: ueluti si oliuæ uel uuæ collectæ sint, nondum autem uinum uel oleum ab aliquo factum sit: statim enim ipse accepisse fructus existimandus est. Altera replicatio est: Nisi actor percipere fructus potuisset. quæ replicatio approbatur l.62.§.fin.ff.de rei uendicat.his uerbis: Generaliter cùm de fructibus æstimandis quæritur, constat animaduerti non debere, an malæ fidei possessor fruitus sit, sed an petitor frui potuerit, si ei possidere licuisset. Quam sententiam Iulianus quoq; probat. Concordat l.34. in prin. ff. eod tt.cuius uerba uide s̄.except.8.repl.2. Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi bonæ fidei possessor sit reus: hic enim nec de ijs quos actor percipere potuisset, tenetur. quæ duplicatio approbatur Inst.de off.iudicis.§.illorum autem.cuius uerba uide s̄.lib.11.cap.3.reg.11. except.1. Huius duplicationis triplicatio est: Nisi post litem contestatam: ex hoc enim tempore bonæ fidei possessor, quia malæ fidei esse incipit, etiam de percipiendis tenetur. quæ duplicatio approbatur l.2.C.de fructib.& expens.lit. cuius uerba uide s̄. except.13. repl.2. Concordat l.1.in fine.C.de petit.hered.cuius uerba uide s̄.lib.31.cap. 3.reg.8.except.1. Altera duplicatio est: Nisi eius temporis quo res apud actorem fuit. nam huius temporis nec malæ fidei possessor de fructibus percipiendis tenetur. quæ duplicatio approbatur l.17.§.quod si dolo.ibi: sed fructus.ff. de rei uendicat. his uerbis: Fructus eius temporis, quo possessus est ab eo qui euicerit, restituere non debet.

XVII. EXCEPTIO: Nisi post litem demum contestatam reus rem possidere cœperit. Hæc exceptio reprobatur l.27.§. item si litis. ff. de rei uendicat.cuius uerba uide s̄ lib.22.cap.5. except. 13.repl.3.

XVIII. EXCEPTIO: Nisi post rem iudicatam fructus percepti sint, uel percipi potuerint: hi enim in actionem, de qua iudicatum est, non ueniunt. quæ exceptio approbatur l.3. §. in his quidem.ibi: certè post rem.ff.de usuris.cuius uerba uide s̄.except.2.repl.1. Planè ad executoris cognitionem pertinent fructus pòstea percepti. l.68. in prin.ff. de rei uendicat.cuius uerba uide s̄.lib.9.cap.5. quæst.6. reg.4.

II. QVID ET QVANTVM fructuum nomine debeatur: & quæ sint fructuum species?

I. Regula: Fructus intelliguntur deductis impensis, quæ fructuum gratia fiunt. quæ regula approbatur l.46.ff.de usuris, hisce uerbis: Quod in fructus redigendos impensum est, non ambigitur ipsos fructus deminuere debere. Concordat l.36.§.fin.ff.de petit.hered. cuius uerba uide s̄.lib.31.cap.1.quæst. 8.reg.15.except.1. Concordat item l 4.in fine.ff.de operis seruorum. cuius uerba uide s̄.lib.24.cap.8.in fine. Concordat item l.1.C. de fructib.& litium exp.hisce uerbis: Hoc fructuum nomine continetur, quod iustis sumptibus deductis superest. Plura de hac re uide s̄.lib.31.cap.1.quæst.8.reg.5.

II. Regula, De immaturis fructibus, proponitur l. penult.ff.de usufruct.legato, his uerbis: In fructu id esse intelligitur, quod ad usum hominis inductũ est: neq; enim maturitas naturalis hic spectāda est, sed id tēpus quo magis colono dominoue eũ fructũ tollere expedit. Itaq; cùm olea immatura plus habeat reditus, quā si matura legatur: nō potest uideri si immatura lecta est, in fructu non esse.

III. Regula: De usuris uide s̄.cap.prox.in fine.

IIII. Regula, De usuris fructuum, proponitur l. 15.ff.de usuris.cuius uerba uide s̄.cap.prox.quæst.2. reg.5.

V. Regula, De pensionibus, & quod mercedis nomine ex re locata percipitur, proponitur l. 36. ff. de usuris hisce uerbis: Prædiorum urbanorum pensiones pro fructibus accipiuntur. Concordat l.19.§.præterea.ff.eod.tt.cuius uerba uide s̄. quæst prox.except.4. Concordat l.18.§.ante matrimoniū.ibi: eadem ratio.ff.de usuris, hisce uerbis: Eadem ratio est in fructibus prædiorum urbanorum. Concordat item l.5.in prin.C.de rei uendicat.cuius uerba uide s̄.quæst.prox.in prin.

VI. Regula, De operis seruorum, proponitur l.3. ff.de operis seruorum. cuius uerba uide s̄. lib. 24. cap 5.reg de usufructu mancip. Concordantes leges uide ibidem. item d.lib.24.cap.8.membr.6.de operis seruorum.

VII. Regula: In fructu pecudum fœtus est, sicut lac, pili, lana. quæ regula approbatur l. 28. in prin. ff. de usuris. cuius uerba uide s̄. lib. 24. cap. 5. reg. 44. Concordat l. 8. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. lib. 31 cap. 3. reg. 11. except. 1. Concordat item l. 48. §. fin. ff. de adq. rer. dom. cuius uerba uide s̄. lib. 21. cap. 2. causa 16.

VIII. Regula: Partus ancillæ in fructu non est. quæ regula approbatur l. 28. §. partus. ff. de usuris. cuius uerba cum concordantib. uide s̄. lib. 24. cap. 5. reg. 39. Planè quod iuris est in restituendis fructibus, idem etiam in partu restituendo obseruatur. quod approbatur l. 17. §. idem Iulianus. ff. de rei uendicat. cuius uerba uide s̄. quæst. prox. except. 8. repl. 3. Concordat l. 20. §. itaq; ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. lib. 21. cap. 7. reg. 9. Cōcordat item l. 1. in fine. C. de rei uē dicat. cuius uerba uide s̄. lib. 21. cap. 2. reg. 6. except. 2.

IX. Regula: Ea quæ per seruum possessum adquisita sunt, in fructu numerantur. quæ regula approbatur per ea quæ proponuntur s̄. d. reg. 6. item lib. 21. cap. 9. reg. 9.

X. Regula, De arundine & sylua, proponitur l. 40. §. cum fundum. ff. de contrah. empt. his uerbis: Cùm fundum quis uendiderat, & omnē fructum receperat: & arundinem cæduam & syluam in fructu esse, Paulus respondit. Concordat l. 9. §. fin. ff. de usufructu et quemad. cuius uerba uide s̄. lib. 24. cap. 5. reg. 7. except. 2. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi quis manu sata excipiat, uel paciscatur. hoc enim casu arbores & sylua non continetur. l. 80. in prin. ff. de cōtrah empt. cuius uerba uide j. lib. 42. cap. 2. reg. 7. except. 6.

XI. Regula: Fructus rei est, uel pignori dare licere. quæ regula approbatur l. ult ff. de usuris, hisce uerbis: Fructus rei est, uel pignori dare licere. Concordat iisdem uerbis l. 71. ff. de reg. iuris.

XII. Regula, De uenatione, proponitur l. 26. ff. de usuris, hisce uerbis: Venationem in fructu fundi Iulianus negauit esse, nisi fructus fundi ex uenatione constatet.

III. QVA ACTIONE FRVctus repetantur?

Definitur l. 3. C. de condictione ex lege, his uerbis: Mala fide possidēs de proprietate uictus, de extantibus fructibus rei uēdicatione, de consumptis uerò condictione conuentus, eorum restitutioni parēre cōpellitur. Concordat l. 22. §. si prædo. ibi: à prædone. ff. de pignor. actione. cuius uerba uide j. lib. 40. cap. 12. quæst. 4. reg. 3.

## DE IN LITEM IVRANdo. Cap XI.

I. CAVSA EX QVA IN LItem iuratur.

SI reus rem quæ petitur, non restituit: quanti sua interesse actor iurauerit, in tantum reus est cōdemnandus. quæ regula approbatur l. 1. ff. de in litem iurando, his uerbis: Rem in iudicium deductam non idcirco pluris esse opinamur, quia crescere poterit ex contumacia non restituentis per iusiurandum in litem. Nō enim res pluris fit per hoc, sed cōtumacia æstimatur ultra rei precium, siue nostrum quid peramus, siue ad exhibendū agatur. Concordat item l. 2. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide j. quæst. ult. Concordat l. 21. C. de rei uendicat. his uerbis: A' possidentibus uindicata mācipia, quorum dominiū ad uos pertinere intenditis, si posteaquam impleueritis intētionem, hęc non restituantur: iurisiurandi solennitate secuta, condemnatio procedere debet. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi sine dolo malo non restituat rem. Hæc exceptio approbatur l. 4. §. fin. ff. de in litem iurando, his uerbis: Ex culpa non esse iusiurandum deferendum constat: sed æstimationem à iudice faciendam. Concordat l. 5. §. sed in his omnib. ff. eod. tt. his uerbis: In his omnibus ob dolum solum in litem iuratur, non etiam ob culpam: hoc enim iudex æstimat. Ait Iurisconsultus: In his omnibus. Scilicet prædictis: quæ uide j. quæst. 4. Concordat l. 41. §. penult. ff. de re iudicata, his uerbis: Si dolo desijt possidere, in litem iurabitur, & tanti sequetur condēnatio. Concordat item l. 68. §. 1. ff. de rei uendicat. cuius uerba uide s̄. lib. 8. cap. 5. quæst. 6. reg. 4. Concordat item l. 2. C. de in litem iurando. cuius uerba uide s̄. lib. 18. cap. 10. quæst. 5. reg. 2. except. 2. uide insuper j. quæstion. ult. Planè propositæ exceptionis replicatio hæc est: Nisi actione tutelæ agatur. hoc enim casu etiam ob leuem culpam in litem iuratur. quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur l. 4. C. de in litem iurando. cuius uerba uide s̄. lib. 18. cap. 10. quæst. 5. reg. 2. exc. 2. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi non aduersus ipsum tutorem, sed aduersus hæredem eius agatur. quæ duplicatio approbatur, simul & distinguitur d. l. 4. Concordat l. 5. C. eod. tt. cuius uerba uide d. except. 2. repl. 1. Secunda exceptio est: Nisi ex causa depositi ad certam pecuniam agatur. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 3. ff. de in litem iurando, his uerbis: Numis depositis iudicem non oportet in litem iusiurandum deferre, ut iuret quis quòd sua interfuit, cùm certa sit numorum æstimatio: nisi fortè de eo quis iuret, quòd sua interfuisset numos sibi sua die redditos esse. Quid enim si sub pœna pecuniam debuit, aut sub pignore, quod (quia deposita ei pecunia denegata est) distractum sit? Tertia exceptio est: Nisi stricti iuris iudicio, ueluti ex stipulatu uel ex testamento agatur. Hæc exceptio approbatur l. 6. ff. de in litem iurando, his uerbis: Si ex stipulatu uel ex testamento agatur, non solet in litē iurari. Huius exceptionis replicatio hæc est:

Nisi

Nisi res post moram debitoris perierit, ut eam iudex æstimare amplius non posit. Hec replicatio approbatur l. 5. in fine. ff. eod. tt. bis uerbis: Iuterdum & in actione stricti iudicij in litem iurandum est. Veluti si promissor Stichi moram fecerit, & Stichus decesserit: quia iudex æstimare sine delatione iurisiurandi non potest rem quæ non extat. Quarta exceptio uidetur: Nisi instrumenta exhiberi petantur. Hec exceptio reprobatur l. 10. ff. de in litem iurando, bis uerbis: In instrumentis quæ quis non exhibet actori, permittitur in litem iurare, quanti sua interest ea proferri, ut tanti condemnaretur reus. Idemq; etiam diuus Commodus rescripsit. Quinta exceptio uidetur: Nisi tutelæ actione agatur. Hec exceptio reprobatur l. 8. ff. d. tt. bis uerbis: Tutor rem adulti quam possidet, restituere ei non ualet. Quæro, utrum quanti res est, an quanti in litem iuratum fuerit, condemnari debeat? Marcellus respondit, nõ æquum esse precio, id est, quanti res est, litem æstimari: cum & contumacia punienda sit, & arbitrio potius domini rei preciũ statuendum sit, potestate petitori in litem iurandi concessa. Sexta exceptio est: Nisi actor nolit in litem iurare, sed potius illum condemnari quanti ea res est. Hæc exceptio approbatur l. 71. ff. de rei uendicat. bis uerbis: Si possessor quidem dolo fecit, actor uerò iurare non uult, sed quanti res sit aduersarium condemnari malit: mos ei gerendus est. Concordat l. 1. in prin. C. de in litem iurando. cuius uerba uide s. lib. 18. cap. 10. quæst. 5. reg. 2. except. 2. Huius exceptionis replicatio uidetur esse: Nisi tutorio uel curatorio nomine agat. Sed hæc replicatio reprobatur l. 4. in prin. ff. de in litem iurando. cuius uerba uide j. quæst. prox. reg. 1. except. 1. Septima exceptio est: Nisi actor reo non caueat per se non fieri possessionem eius rei non traditum iri. Hæc exceptio approbatur l. 47. ff. de rei uendicat. cuius uerba uide s. lib. 21. cap. 1. causa 19.

## II. QVI IN LITEM IVRARE possint?

I. Regula: De alio quàm domino litis. Alius quàm dominus litis in litem iurare non debet. quæ regula approbatur l. 7. ff. de in litem iurando, bis uerbis: Vulgò præsumitur, alium in litem non debere iurare, quàm dominum litis. Deniq; Papinianus ait, alium non posse iurare, quàm eum qui litem suo nomine contestatus est. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi dominus tutorem uel curatorem habeat. tunc enim tutori uel curatori iurare permittitur. quæ exceptio approbatur l. 4. in prin. ff. d. tt. bis uerbis: Videamus in tutelari causa quis iurare, & aduersus quem possit? Et quidem ipse pupillus, si impubes est, non potest. hoc enim sæpissime rescriptum est. Sed nec tutorem pupilli cogendum, nec matrem pupilli admittendam, etsi parata esset iurare, diui fratres rescripserunt. Graue enim uidebatur, & ignorantes & inuitos tutores sub alieni compendij emolumento etiam periurium anceps subire. Curatores quoque pupilli uel adolescentis non esse cogendos in litem iurare, rescriptis Imperatoris nostri & diui patris eius continetur. Si tamen affectionem tantam pupillo suo uel adolescenti tutores uel curatores præstare uolent: authoritas iuris non refragabitur, quin iudicio quod inter ipsos acceptum est, finis eiusmodi posit adhiberi. Non enim ad suam utilitatem iurisiurandi referenda æstimatio est, sed ad domini, cuius tutelæ ratio postulatur. Altera exceptio uidetur: Nisi mater pupilli domini iurare uelit. Hæc exceptio reprobatur uerbis iam propositis hisce: Nec matrem pupilli admittendam, etsi parata esset iurare, diui fratres rescripserunt. Tertia exceptio uidetur: Nisi dominus post litem contestatam actionem alienauerit. Hæc exceptio reprobatur l. 7. ff. de in litem iurando. cuius uerba uide s. ead. reg. in princip.

II. Regula, De pupillo, proponitur l. 4. in prin. ff. d. tt. cuius uerba uide s. reg. prox. in prin.

III. Regula, De adolescente, proponitur d. l. 4. §. adolescens, bis uerbis: Adolescens si uelit iurare, potest.

## III. QVID IVRANDUM?

Definitur l. 9. ff. de in litem iurando, bis uerbis: Cùm furti agitur, iurare ita oportet: tanti rem fuisse, cùm furtum factum sit: non adijci, eo pluris ue: quia quæ res pluris est, utiq; tanti est.

## IIII. IN QVANTUM IVRANDUM?

Iurare in infinitum licet: iudex tamen qui iusiurandum defert, modum statuere potest. quæ regula approbatur l. 4. §. iurare. ff. de in litem iurando, bis uerbis: Iurare in infinitum licet. Sed an iudex modum iureiurando statuere posit, ut intra certam quantitatem iuretur, ne arrepta occasione in immensum iuretur, quæro? Et quidẽ in arbitrio esse iudicis, deferre iusiurandum nec ne uelit, cõstat. An igitur is qui posit iusiurandũ non deferre, idem posset & taxationem iurijurando dicere, quæritur? Arbitrio sanè iudicis bonæ fidei & hoc congruit. Concordat l. 5. in prin. ff. eod. tt. bis uerbis: In actionibus in rem & in ad exhibendum, & in bonæ fidei iudicijs in litem iuratur: sed iudex potest præfinire certam summam, ad quam usq; iuretur. licuit enim ei à principio nec deferre.

V. AN-

### V. ANTECEDENTIA.

*De iureiurando prius deferendo proponitur l.4. §.deferre.ff.de in litem iurando, his uerbis:* Deferre iusiurandum iudicem oportet. Cæterùm si alius detulerit iusiurandum, uel eo non delato iuratum sit: nulla erit religio, nec ullum iusiurandum. Et ita constitutionibus expressum est Imperatoris nostri & diui patris eius.

### VI. EVENTVS IVRISIVrandi in litem.

I. *Regula: Quanti actor iurauit, tanti condemnandus est reus. quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt s̄.quæst.1.in prin. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi peieratum esse dicatur. Hæc exceptio reprobatur l.ult.ff.de in litem iurando. cuius uerba uide j.reg.4. Secunda exceptio est: Nisi iudici ex magna causa aliter uideatur. quæ exceptio approbatur l.4.§.penult.ff.de in litem iurando, his uerbis:* Videndum an possit iudex qui detulit iusiurandum, non sequi id, sed uel prorsus absoluere, uel etiam minoris condemnare, quàm iuratum est? Et magis est, ut ex magna causa, & postea repertis probationibus possit. *Concordat l.5.§.1. ff. eod. tt. his uerbis:* Et si iuratum fuerit, licet iudici uel absoluere, uel minoris cōdemnare. *Reliquas exceptiones uide s̄.quæst.1.*

II. *Regula: Summa, in quam iuratum & sententia lata est, pacto minui non potest. quæ regula approbatur l.1.C.de in litem iurando. cuius uerba uide s̄.lib.18.cap.10.quæst.5.reg.2.except.1.*

III. *Regula: Res ob præstitum iusiurandum non fit pluris. quæ regula approbatur l.1.ff.de in litem iurando. cuius uerba uide s̄.eod.cap.in prin.*

IIII. *Regula: De periurio iurantis non facilè quæritur. quæ regula approbatur l.ult.ff.d.tt. his uerbis:* De periurio eius qui ex necessitate iuris in litem iurauit, quæri facilè non solet.

### VII. AD FINE REMEdium.

*Si culpa, non dolo reus non restituit, lis à iudice æstimatur. quæ regula approbatur l.2.ff.de in litem iurando, his uerbis:* Interdum quod intersit agentis, solùm æstimatur: uel uticùm culpa punitur non restituentis, uel non exhibentis. Cum uerò dolus punitur, aut cōtumacia non restituentis, uel non exhibentis: quanti in litem iurauerit actor. *Concordant ea quæ proposita sunt s̄. quæstion. 1. except.1.*

## *DE EO QVOD REVS FAcere potest. Cap. XII.*

### I. CAVSAE EX QVIBVS DAtur hæc exceptio.

I. *Causa: Si parentes à liberis conueniantur, non nisi in id quod facere possunt tenentur. quæ causa approbatur l.16.ff. de re iudicata, his uerbis:* Sunt qui in id quod facere possunt conueniuntur, id est, non deducto ære alieno. Et quidem sunt hi ferè, qui pro socio conueniuntur. Socius autem omnium bonorum accipiendus est. Item parens. *Concordat Inst. de actionib. §. penult. his uerbis:* Si quis cum parente suo patronoúe agat, item si socius cum socio iudicio societatis agat: nō plus actor consequitur quàm aduersarius eius facere potest. Idem est, si quis ex donatione sua conueniatur. *Concordat item l.7. in prin. ff. de obsequijs à liberis. cuius uerba uide s̄.lib. 16.cap.2.quæst.5.reg.4.*

II. *Causa: Si patronus, patrona, horumúe liberi uel parentes à libertis conueniantur. Hæc causa legibus s̄.causa prox.allegatis approbatur. Concordat l.17.ff.de re iudicata, his uerbis:* Patronus, patrona, liberiq; eorum & parentes, item maritus de dote in id quod facere potest, conuenitur.

III. *Causa: Si maritus ab uxore, uel contrà uxor à marito conueniatur. quæ causa approbatur uerbis iam propositis hisce:* Item maritus de dote. *Concordat l.20.ff.eod.tt. his uerbis:* Non tantùm dotis nomine in quantū facere possit condemnatur, sed ex alijs quoq; contractibus ab uxore iudicio conuentus, in quantum facere potest cōdemnandus est ex diui Pij constitutione. Quod & in persona mulieris æqua lance seruari, æquitatis ratio suggerit. *Huius causæ exceptio hæc est: Nisi rerum amotarum agatur. Hæc exceptio approbatur l.52.ff.eod. tt. his uerbis:* Si rerum amotarum cum uiro agatur, quanquam uideatur ea quoq; actio præcedentis societatis uitæ causam habuisse, in solidum cōdemnari debet: quoniam ex malo contractu & delicto oritur. *Concordat l.21.§.fin.ff. rerum amotarum. cuius uerba uide j.lib. 47. cap.5. quæst.6.reg.5.*

IIII. *Causa: Si miles conueniatur. Hæc causa approbatur l. 6. in prin. ff. de re iudicata, his uerbis:* Miles qui sub armata militia stipendia meruit condemnatus, eatenus qua facere potest, cogitur soluere. *Concordat ijsdem uerbis l.18.ff.eod.tt.*

V. *Causa: Si ex causa donationis agatur. Hæc causa approbatur, simul & distinguitur s̄.lib.prox.cap. 2.quæst.3.reg.10.*

VI. *Causa: Si ex causa dotis agatur. Hæc causa approbatur Inst.de actionib.§.item si de dote, his uerbis:* Si de dote in iudicio mulier agat, placet eatenus maritum condemnari debere, quatenus facere possit, id est, quatenus facultates eius patiūtur. Itaq; si dotis quātitati concurrant facultates eius, in solidū damnatur: si minus, in tantum quantum facere potest. *Concordat l.17.ff.de re iudicata. cuius*

*cuius uerba uide ī.causa 2.Concordat item l.21.cum lege sequente.ff.eod.tt.his uerbis:* Sicut cum marito agitur, ita & cum socero, ut non ultra facultates damnetur. Sed an, si cum socero ex promissione dotis agatur, in id quod facere potest damnãdus sit: quod & id æquum esse uideatur? Sed alio iure utimur, ut Neratius scribit. Sed hoc ita accipiendum est, si à socero dos ex promissione petatur soluto matrimonio. Verùm si matrimonio manente, dos ab eo qui promisit petatur: succurrendum utiq; est, ut ne maioris summæ condemnetur, quàm quantum facere possit. *Huius causæ exceptio hæc est: Nisi pater uxoris ex dotis promissione soluto matrimonio conueniatur. quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Sed an, si cum socero ex promissione dotis agatur, &c.

VII. *Causa: Si actione pro socio agatur. Hæc causa approbatur Inst. de actionib. §. penult. cuius uerba uide ī.causa 1.Concordat l.16.ff.de re iudicata.cuius uerba uide ī.d.causa 1. Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi non uniuersorum bonorum socij sint. Hæc exceptio uidetur approbari d.l.16. sed reprobatur l. 63. in prin. ff. pro socio, his uerbis:* Verum est quod Sabino uidetur, etiamsi non uniuersorum bonorum socij sint, sed unius rei: attamen in id quod facere possunt, quodúe dolo malo fecerũt, quo minus possint, condemnari oportere. Hoc enim summam rationem habet, cum societas ius quodammodo fraternitatis in sese habeat. *Altera exceptio est: Nisi causa cognita iudici aliter uideatur. Hæc exceptio approbatur l.22.§.fin. ff. de re iudicata, his uerbis:* Quod de socijs dictum est, ut & hi in quãtum facere possint, condemnentur: causa cognita se facturum Prætor edicit. Causæ autem cognitio in hoc erit, ut neganti se socium esse, aut ex doli clausula obligato non succurratur. *Tertia exceptio est: Nisi reus socium se negauerit. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Vt neganti se socium esse, &c. *Concordat l.67.§.fin.ff. pro socio, his uerbis:* Non aliâs socius in id quod facere potest condemnatur, quàm si confitetur se socium esse. *Quarta exceptio est: Nisi ex dolo socij agatur. Hæc exceptio approbatur uerbis l.22.§.fin.ff.de re iudicata, ī.except.2.propositis hisce:* Aut ex doli clausula obligato.

VIII. *Causa: Si filiusfamiliâs sui iuris effectus, ex eo contractu, quem cum in patris potestate esset, fecit, conueniatur: non nisi in id quod facere potest, tenetur. quæ causa approbatur l.2. in prin. ff. quod cum eo qui in alterius, his uerbis:* Ait Prætor: In eum qui emancipatus aut exhæredatus erit, quiue abstinuerit hæreditate eius cuius in potestate cum moreretur fuerit: eius rei nomine quæ cum eo contracta erit, cum in potestate esset, siue sua uoluntate, siue iussu eius in cuius potestate erit, cõtraxerit, siue in peculium ipsius, siue in patrimonium eius cuius in potestate fuerit, ea res redacta fuerit: actionem causa cognita dabo in id quod facere potest. *Concordat l.2.C.quod cum eo qui in aliena potestate, his uerbis:* Eius rei nomine, quæ cum filiofamiliâs contracta est, siue sua uoluntate, siue eius in cuius potestate fuit, siue in peculium ipsius, siue in rem patris ea pecunia redacta est, & si paterna hæreditate abstinuit: actionem nisi in id quod facere possit, non dari, perpetui edicti interpretatione declaratum est. *Concordat item l.8. C.eod.tt. cuius uerba uide J.except.3.Cõcordat item l. 49. in prin. ff. de re iudicata. cuius uerba uide J. quæst.4.reg.1. Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi dum adhuc in potestate est, conueniatur. Hæc exceptio approbatur l.44. cum lege sequente.ff. de peculio, his uerbis:* Si quis cum filiofamiliâs contraxerit, duos habet debitores: filium in solidum, & patrem duntaxat de peculio. Ideoq; si pater filio peculium ademerit, nihilominus creditores cum filio agere possunt. *Huius exceptionis replicatio est: Nisi in patris potestate constitutus filius conuentus & condemnatus sit, postea sui iuris factus, iudicati actione conueniatur. quæ replicatio approbatur l.5. in prin.ff.quod cum eo qui in aliena, his uerbis:* Si filiosfamiliâs uiuo patre conuentus & cõdemnatus sit: in emancipatum, uel exhæredatum postea, iudicati actio in id quod facere potest, danda est. *Secunda exceptio est: Nisi filius citra emancipationem sui iuris sit effectus, uel alij in adoptionem datus. Hæc exceptio reprobatur l.2.§.fin.ff.quod cum eo, &c. his uerbis:* Etsi citra emancipationem sui iuris factus sit, uel in adoptionem datus, deinde pater naturalis decesserit: item si quis ex minima parte sit institutus: æquissimum est, causa cognita etiam in hunc dari actionem in id quod facere potest. *Tertia exceptio: Nisi patris hæres filius existat. Hæc exceptio approbatur l. 8. C. quod cum eo qui in aliena, his uerbis:* Si ex alio contractu, non ex illicita mutui datione debitor extitisti, uel quòd patrem tuum in fide suscepisti: tam in patris positus potestate iure teneris, quàm etiam morte genitoris tui iuris effectus. Et siquidem patri hæres extitisti, in solidum: alioquin in quantum facere potes secundum edicti formam. Sed & si per emancipationem tui iuris effectus es: similiter conueniri te posse, debes intelligere. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ex modica parte filius patri hæres existat.*

*quæ replicatio approbatur l. 2. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide 3. except. 2. Concordat l. 7. ff. eod. tt. his uerbis:* Pater filio permisit mutuam pecuniam accipere, & per epistolam creditori mandauit ut ei crederet, filius ex minima parte patri hæres extitit: Scæuola respondit, esse in potestate creditoris, utrum filium, cui credidisset, in solidum, an hæredes pro qua parte quisque successisset, mallet conuenire. Sed filius condemnatur in quantum facere potest. *Concordat item l. 4. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Si ex parte non modica sit hæres scriptus filius: in arbitrio est creditoris, utrum pro portione hæreditaria, an in solidum eum conueniat. Sed & hic iudex æstimare debet, ne fortè in id quod facere potest, debeat conueniri. *Altera replicatio est: Nisi filius coactus patris hereditatem adijt, ut eam alij restitueret. Hæc replicatio approbatur l. 5. §. fin. ff. d. tt. his uerbis:* Si coactus immiscuerit se, ut restituat hæreditatem: perinde obseruandum ac si se abstinuisset. *Quarta exceptio est: Nisi filio ex S. C. Trebelliano hereditas patris sit restituta. Hæc exceptio approbatur d. l. 5. §. si filio, his uerbis:* Si filio exhæredato ex S. C. Trebelliano hæreditas patris restituta sit: non debebit in quantum facere potest, sed in solidum condemnari. Effectu enim quodammodo hæres est. *Quinta exceptio est: Nisi patremfamiliâs contractus tempore se est mentitus filius. Hæc exceptio approbatur l. 4. §. 1. ff. quod cum eo qui in aliena, his uerbis:* Interdum, etsi exhæredatus filius, uel emancipatus sit, in solidum actio aduersus eum dabitur: utputa si patremfamiliâs se mentitus est, cum contraheretur cum eo. Nam libro secundo Digestorum Marcellus scripsit, etiamsi facere non possit, conueniendum propter mendacium. *Concordat l. 6. ff. eod. tt. his uerbis:* Eum qui se patremfamiliâs simulauit, & mandante aliquo stipulatus est: mandati teneri Marcellus scribit, quamuis rem præstare non possit. Et sanè uerum est, eum teneri debere, quia dolo fecit. Hoc & in omnibus bonæ fidei iudicijs dicendum erit. *Concordat item l. 10. ff. de re iudicata, his uerbis:* Qui cùm se pro patrefamiliâs gereret, mutuam pecuniam accepit, & exhæres à patre scriptus uel emancipatus est: quamuis facere non possit, debet condemnari. *Sexta exceptio est: Nisi cum à filiofamiliâs quis stipulatus esset, patrifamiliâs facto crediderit. Hæc exceptio approbatur l. 5. §. fin. cum duab. ll. sequentibus. ff. de S. C. Macedoniano. cuius uerba uide 3. Septima exceptio est: Nisi non ex contractu, sed ex delicto filius conueniatur, quod commisit in patria potestate constitutus. Hæc exceptio approbatur l. 4. §. quanquam. ff. quod cum eo qui in aliena, his uerbis:* Quanquam ex contractu in id quod facere potest, actio in filium detur: tamen ex delictis in solidum conuenietur. *Octaua exceptio est: Nisi post multos annos agatur ex eo quod contractum est. Hæc exceptio approbatur d. l. 4. §. sed an etiam, his uerbis:* An etiam temporis ratio haberi debeat: ut siquidem ex continenti cum filio agatur, detur actio in id quod facere potest: si uerò post multos annos, non debeat indulgeri? Et mihi uidetur rationem habendam esse. In hoc enim causæ cognitio uertitur. *Nona exceptio est: Nisi cùm filiusfamiliâs uiuo patre conuentus & condemnatus esset, patre mortuo iudicati actione agatur. Hæc exceptio reprobatur l. 5. in prin. ff. d. tt. his uerbis:* Si filiusfamiliâs uiuo patre cõuentus & condemnatus sit: in emancipatum uel exhæredatum postea iudicati actio in id quod facere potest, danda est. *Hactenus causæ propositæ exceptiones.*

De exceptionibus præcedentium causarum generalibus.

I. EXCEPTIO *generalis hæc est: Nisi dolo rei conuenti factum sit, quo minus facere poßit. Hæc exceptio approbatur l. 51. in prin. ff. de re iudicata, his uerbis:* Si quis dolo fecerit ut bona eius uenirent, in solidum tenetur. *Concordat l. 63. §. hoc quoq;. ff. pro socio, his uerbis:* Hoc quoq; facere posse quisq; uidetur, quod dolo fecit quo minus possit. Nec enim æquum est, dolum suum quenquam releuare. Quod & in cæteris, qui in id quod facere possunt conueniuntur, accipiendũ est. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi dolo fecit, quo minus adquirat quod adquirere poterat. Hæc replicatio approbatur l. 68. §. illud. ff. pro socio, his uerbis:* Illud quæritur, utrum is demum facere uideatur quo minus facere possit, qui erogat bona sua in fraudem futuræ actionis: an & qui occasione adquirendi non utitur? Sed uerius est de eo sentire proconsulem, qui erogat bona sua: idq; ex interdictis colligere possumus, in quibus ita est: Quod dolo fecisti ut desineres possidere.

II. EXCEPTIO: *Nisi culpa rei conuenti factum sit, quo minus facere poßit. Hæc exceptio reprobatur d. §. hoc quoq;. in fine, his uerbis:* Si non dolo, sed culpa sua facere posse desijt: dicendum est, condemnari eum non debere.

III. EXCEPTIO: *Nisi eo tempore quo pronunciatur, facere poßit. Hæc exceptio approbatur d. l. 61. §. tempus, his uerbis:* Tempus spectamus, quantum socius facere possit, rei iudicandæ.

## II. QVIBVS DATVR EXceptio proposita?

I. Regula: *De procuratore & defensore rei conuenti. Huic quoq; eadem competit exceptio. quæ regula approbatur d l. 63. §. 1. his uerbis:* Videndum est, an & fideiussori socij præstari id debeat, an uerò personale beneficium sit? quod magis uerum est. Sed si hic fideiussor quasi defensor socij iudicium susceperit, proderit sibi. Nanq; Iulianus libro VII. Digestor. scribit, defensorem socij in id quod socius facere potest, cōdemnari oportere. Ideóq; & in patroni defensore accipi debere ait. Et utiq; idem erit in uniuersis, qui in id quod facere possunt conueniuntur. *Concordat l. 21. ff. de re iudicata, his uerbis:* Si cum procuratore mariti de dote actum fuerit: siquidem uiuo marito damnatio fiet, in quantum facere potest condemnatur. Nam & defensor mariti in id quod ille facere potest damnatur, mortuo uerò marito in solidum. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi mortuo reo procurator uel defensor damnetur. quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Mortuo uerò marito in solidum. *Cuius ratio hæc est: quia exceptio proposita hæredi rei non datur, ut paulo inferius dicetur reg. 3.*

II. Regula: *De patre & domino rei conuenti. His exceptio proposita non datur. quæ regula approbatur l. 63. §. patri autem. ff. pro socio, his uerbis:* Patri uel domino socij, si iussu eorum societas contracta sit, non esse hanc exceptionem dandam: quia nec hæredi socij, cæterisq; successoribus hoc præstabitur: quia nec cæterorum hæredibus successoribusúe, quos in id quod facere possunt conuenimus, idem præstatur.

III. Regula: *De hæredibus rei conuenti. His proposita exceptio non competit. quæ regula approbatur uerbis iam propositis hisce:* Quia nec hæredi socij, &c. *Concordat l. 25. ff. de re iudicata, his uerbis:* Sciendum est, hæredes earū personarum non in id quod facere possunt, sed in integrum teneri. *Concordat item l. 24. in fine. ff. eod. tit. his uerbis:* Si maritus non fuerit soluendo, licet ipsi marito prosit quod facere non possit (id enim mariti personæ præstatur) hæredi eius hoc non prodest. *Concordat item l. 41. ibi: & sicut hæres. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. lib. prox. cap. 2. quæst. 1. reg. 10. Concordat denique l. 4. §. soli autem. ff. quod cum eo qui in aliena, his uerbis:* Soli filio succurritur, non etiam hæredi eius. Et Papinianus libro IX. Quæst. scribit, in hæredem filij in solidum dandam actionem.

IIII. Regula: *De fideiussoribus rei conuenti. His quoq; exceptio proposita non datur. quæ regula approbatur l. 24. in prin. ff. de re iudicata, his uerbis:* Si fideiussor acceptus sit rei uel actionis: non proderit ei, si persona pro qua fideiussit, in quantum facere potest, condemnanda est. *Concordat l. 41. ibi: & sicut hæres. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. lib. prox. cap. 2. quæst. 3. reg. 10. Concordat item l. 63. §. 1. ff. quod cum eo qui in aliena. cuius uerba uide s. reg. 1. Concordat item l. 7. in prin. ff. de exceptionib. cuius uerba uide j. lib. 48. cap. 1. quæst. 7. reg. 4.*

## III. ADVERSVS QVOS competit exceptio proposita?

*Si is cui exceptio proposita competit, sit delegatus: aduersus eum cui delegatus est, exceptio illi non competit. quæ regula approbatur l. 41. in prin. ff. de re iudicata. cuius uerba uide s. lib. prox. cap. 2. quæst. 1. reg. 10. except. 2. Sed & plura de regula proposita uide j. de liberationib. cap. 15. effectu 6.*

## IIII. QVID VENIAT IN EXceptione proposita?

I. Regula, *De ære alieno non deducendo, proponitur l. 16. ff. de re iudicata. cuius uerba uide s. quæst. 1. causa 1 in prin. Concordat l. 19. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. lib. 8. cap. 9. reg. 15. Concordat item l. 49. cum lege sequente. ff. eod. tit. his uerbis:* Et exhæredatum, uel eum qui se paterna hæreditate abstinuit, nec ex ipsius contractu, nisi in id quod facere post condemnandū. Quémadmodum autem facere posse credatur, uidēdum est, utrum deducto omni ære alieno, ut is qui ex donatione conuenitur: an ut maritus & patronus, nullo deducto ære alieno? Et indubitati iuris est, ad similitudinem uiri & patroni ei detrahendū. Pinguius enim donatori succurrere debemus, quàm ei qui uerum debitum soluere compellitur, ne ex liberalitate sua inops fieri periclitetur. *Concordat item l. 33. §. fin. cum lege sequente. ff. soluto matrimonio. cuius uerba uide s. lib. 15. cap. 8. reg. 18. except. 10. repl. 3. Concordat item l. 63. §. id quod facere. ff. pro socio, his uerbis:* Id quod facere potest socius, quemadmodū æstimandum sit? & placuit, non debere deduci æs alienum, quod debetur à socio. Ita & Marcellus lib. VII. Digest. scribit: nisi fortè (inquit) ex ipsa societate debeatur. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi ex causa donationis agatur. tunc enim id quod donator alijs debet, est deducendum. quæ exceptio approbatur d. l. 19. ff. de re iudicata. Concordat d. l. 49. cum lege sequente, uerbis iam propositis. item concordat l. 54. in fine. ff. soluto matrimonio. cuius uerba uide s. lib. 15. cap. 8. reg 18. except. 10. repl. 3. Huius exceptionis replicationes uide s. lib. 8. cap. 9. reg. 15. Altera exceptio est: Nisi cùm pro socio agatur, ex ipsa societate debeatur. hoc enim debitum deducendum est quæ exceptio approbatur l. 63. §. id quod facere. ff. pro socio. cuius uerba uide paulo superius. Tertia exceptio est: Nisi cùm filius sui iuris factus, de eo conuenitur quod in patris potestate constitutus contraxit, supersint*

*alij creditores, cum quib. postquam sui iuris fuit, contraxit.* *Quarta exceptio est: Nisi supersint alij creditores priuilegiati. Hæ duæ exceptiones approbantur l.3.ff. quod cum eo qui in aliena, his uerbis:* An hic detrahi debeat quod alijs debetur, tractari potest? Et siquidē sint creditores, qui cum esset alienę potestatis, cum eo cō traxerunt: rectè dicetur, occupantis meliorem esse cō ditionem: nisi quis priuilegiarius ueniat. huius enim non sine ratione prius ratio habebitur. Quòd si q sunt, qui posteaquā sui iuris factus est, cū eo contraxerūt: puto horum rationem habendam.

II. *Regula: De relinquendo reo aliquid, ne egeat. Hæc regula approbatur l.173. in prin. ff. de reg. iuris:* In condemnatione personarum quę in id quod facere possunt damnantur, non totum quod habent extorquendum est, sed & ipsarum ratio habenda est, ne egeant. *Concordat l.19. in fine. ff. de re iudicata. cuius uerba uide s̄. lib. prox. cap.2. quæst.3. reg.10. in prin. Concordat item l.30. ff. eod. tt. cuius uerba uide d. reg 10. Concordat item l.49. cum lege sequente. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. reg. prox. in prin.*

III. *Regula, De cautione à reo præstanda, ut si ad meliorem fortunam peruenerit, de reliquo sit satisfacturus, proponitur l.63. §. id quod, in fine. ff. pro socio, his uerbis:* Videndum est, an cautio ueniat in hoc iudicium eius quod facere socius non posit, scilicet nuda repromissio? quod magis dicendum arbitror.

V. EVENTVS PROPOSITÆ exceptionis.

*Actor proposita exceptione submotus, quo minus solidum sit consecutus, id quod sibi deest potest ab alijs socijs petere. quæ regula approbatur d.l.63. §. si cùm tres, his uerbis:* Si cùm tres socij essent, egerit cum uno ex socijs socius, & partem suam integram sit consecutus: deinde alius socius cum eodem agat, & partem cō sequi integram non poterit, quia facere solidum non potest: an hic qui minus consecutus est, cum eo agere posit qui solidū accepit, ad communicandas partes, & inter eos exequendas, quasi iniquum sit ex eadem societate alium plus, alium minus consequi? Sed magis est, ut pro socio actione consequi posit, ut utriusq; portio exæquetur. Quæ sententia habet æquitaté. *Concordat l.67. in prin. ibi: sed si precium. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. lib.43. cap.11. quæst.4. reg.5. exception.2.*

## *DE COMPENSATIONIbus. Cap. XIII.*

I. *Ratio & usus compensationis, proponitur Inst. de actionib. §. penult. his uerbis:* Compensationes quoq; oppositæ plerunq; efficiunt, ut minus quisq; consequatur quàm ei debeatur. Nam ex bono & æquo habita ratione eius quod inuicem actorem ex eadé causa pręstare oportet: in reliquum eú cum quo actum est cōdemnat, sicut iam dictum est. *Ait Imp.* Sicut iam dictū est. *Scilicet s̄. eod. tt. §. in bonæ fidei. cuius uerba uide J. quæst. 2. in prin. Concordat l.3. ff. de compensationib. his uerbis:* Ideo compensatio necessaria est quia interest nostra potius non soluere, quàm solutum repetere. *Concordat item l.6. C. de compensationib. cuius uerba uide J. quæst.3. in prin. uide insuper J. quæst. ult. reg.1.*

II. *Definitio compensationis proponitur l.1. ff. de compensationib. his uerbis:* Compensatio est debiti & crediti inter se contributio.

III. CAVSA PROPOSITAE exceptionis.

*Si quid actor reo cōuento debet, compensatio fit. quæ causa seu regula approbatur l.6. C. de compensationib. his uerbis:* Pensationis æquitatem iure postulas. Nō enim prius exolui quod debere te constiterit æquum est, quàm petitioni mutuę responsum fuerit: eo magis quòd ea te persequi dicis, quæ à muliere diuortij causa amota quereris. *Concordat l.8. C. eod. tt. his uerbis:* Si propter fructus ex possessione tua perceptos nitricus tuus debitor tibi constitutus est: cum id quod à matre tua legatū est, à te petere cœperit: mutuò debitæ quantitatis apud eum qui super ea re iudicaturus est, compēsationé non immeritò obijcies. *Simile exemplum proponitur l.48. ff. de solutionib. cuius uerba uide s̄. lib.15. cap.8. reg.25. Aliud exemplum proponitur l.10. in prin. ff. de compensation. his uerbis:* Si ambo socij parem negligentiā societati adhibuimus: dicendum est, &c. *Cōcordat Inst. de actionib. §. in bonæ fidei. his uerbis:* In bonę fidei iudicijs libera potestas permitti uidetur iudici ex bono & ęquo ęstimandi, quātum actori restitui debeat. In quo & illud continetur, ut si quid inuicem præstare actorem oporteat, eo cōpensato in reliquū is cum quo actū est, debeat condēnari. Sed & in stricti iuris iudicijs ex rescripto diui Marci, opposita doli mali exceptione, cōpensatio inducebatur. Sed nostra constitutio easdem compensationes, quæ iure aperto nituntur, latius introduxit ut actiones ipsò iure minuant, siue in rem, siue in personam, siue alias quascunque: excepta sola depositi actione, cui aliquid compensationis nomine opponi sanè iniquum esse credimus, ne sub prætextu compensationis depositarum rerum quis exactione defraudetur. *Ait Imperator:* Sed nostra constitutio. *Scilicet l.ult. C. de compensat. cuius uerba uide J. exception.26. Concordant item ea quæ habentur paulò superius quæst.1. Planè causa seu regula proposita suas habet exceptiones.*

*exceptiones, quæ replicationum loco compensationis exceptioni obijci possunt. Earum aliæ sumuntur ex genere & causa actionis qua agitur, & cui compensationis exceptio obijcitur: aliæ ex debito ex quo obijcitur exceptio compēsationis: aliæ deniq; ex alijs circumstantijs. Primi generis exceptiones hæ sunt.*

I. EXCEPTIO, *sumpta ex genere actionis cui compensatio obijcitur, regulariter quidem reprobatur uerbis Inst. s. propositis hisce:* Vt actiones ipso iure minuant, siue in rem, siue in personam, siue alias quascunq;. *Cui concordat d. l. ult. in prin. Sed admittitur in quibusdam actionib. quæ sequuntur.*

II. EXCEPTIO: *Nisi depositi agatur. Hæc exceptio approbatur uerbis Inst. s. propositis hisce:* Excepta sola depositi actione, cui aliquid compensationis nomine opponi sanè iniquum esse credimus: ne sub prætextu compēsationis depositarū rerum quis exactione defraudetur. *Concordat l. ult. in fine. C. de compensationib. cuius uerba uide J. except. 26. Concordat item l. 11. C. depositi, his uerbis:* Si quis uel pecunias uel res quasdam depositionis acceperit titulo: eas uolenti ei qui deposuerit, reddere illicò omnibus modis compellatur, nullamq; compensationem, uel deductionem, uel doli exceptionem opponat, quasi & ipse quasdam contra eum qui deposuit, actiones personales uel in rem, uel hypothecariā prætendens: cum non sub hoc modo depositum accepit, ut non concessa ei retentio generetur, & contractus qui ex bona fide oritur, ad perfidiā retrahatur. Sed etsi ex utraq; parte aliquid fuerit depositum, nec in hoc casu compensationis prępeditio oriatur: sed depositæ quidem res uel pecuniæ ab utraque parte quàm celerrimè sine aliquo obstaculo restituantur, ei uidelicet primùm qui primus hoc uoluerit, & postea legitimæ actiones integræ quoq; ei reseruentur. Quod obtinere (sicut iam dictū est) oportet, etsi ex una parte depositio celebrata est, ex altera autem cōpensatio fuerit opposita: ut integra omni legitima ratione seruata, depositæ res uel pecuniæ prima fronte restituantur. Quòd si in scriptis attestatio nō per dolū uel fraudē fuerit ei qui depositū suscepit, ab alio transmissa, ut minimè depositō restituat, hocq; per iusiurādum adfirmauerit: liceat ei qui deposuit sub defensionis cautela idonea præstita res depositas quàm ocyssimè recuperare.

III. EXCEPTIO: *Nisi actione commodati agatur. Hæc exceptio approbatur l. ult. C. de commodato, his uerbis:* Prætextu debiti restitutio commodati non probabiliter recusatur. *Contradicit l. 18. §. fin. ff. commodati, cuius uerba uide J. lib. 39. cap. 6. in prin.*

IIII. EXCEPTIO: *Nisi iudicati agatur. Hæc exceptio reprobatur l. 2. C. de compensationib. his uerbis:* Ex causa quidem iudicati, si debitum solutū repeti non potest, ea propter nec compēsatio eius admitti potest: eum uerò qui iudicati conuenitur, compensationem pecuniæ sibi debitæ implorare posse, nemini dubium est.

V. EXCEPTIO: *Nisi uēditi actione precium petatur. Hæc exceptio reprobatur, nisi in casu, l. 7. C. de compensationib. his uerbis:* Si ex uenditione preciū uenditori debetur, cōpensationis ratio opponitur. Aduersus fiscū enim solūmodo emptores petitioni precij compensationem obijcere prohibentur.

VI. EXCEPTIO: *Nisi stricti iuris actione agatur. Hæc exceptio reprobatur Inst. de actionib. §. in bonæ. ibi: sed & in stricti. cuius uerba uide s. ead. quæst. in prin.*

VII. EXCEPTIO: *Nisi ex stipulatu agatur. Et hæc exceptio reprobatur l. 10. §. fin. ff. de compensationib. his uerbis:* In stipulationibus quoq; quæ instar actionum habent, compensatio locum habet: & secundum Iulianum tam in ipsa stipulatione, quàm in ex stipulatu actione poterit obijci cōpēsatio.

VIII. EXCEPTIO: *Nisi ex maleficio agatur. Et hæc exceptio reprobatur d. l. 10. §. quoties, his uerbis:* Quoties ex maleficio oritur actio (ut puta ex causa furtiua, cęterorumque maleficiorum) si de ea pecuniariè agatur, compēsatio locum habet. Idem est, et si condicatur ex causa furtiua. Sed & qui noxali iudicio conuenitur, compensationem opponere potest.

IX. EXCEPTIO: *Nisi interdicto Vnde ui uel simili actione agatur. Hæc exceptio approbatur l. ult. §. fin. C. de compensationib. his uerbis:* Possessionem alienam perperam occupantibus compensatio non datur.

X. EXCEPTIO: *Nisi ob negocium copiarum expeditionis tempore mandatum agatur. Hæc exceptio approbatur l. 20. ff. de compensationib. his uerbis:* Ob negocium copiarum expeditionis tempore mandatum curatorē condemnatum pecuniam iure compensationis retinere, non placuit: quoniam ea non compensatur.

XI. EXCEPTIO: *Nisi ciuitas ex calendario, uel ex uectigalib. uel ex frumēti oleiúe publici causa, uel ex tributorum alimentorumúe causa, uel ex statutis sumptibus aut fideicommisso ciuitati relicto agat. Hæc multiplex exceptio approbatur l. 3. C. de compensationib. his uerbis:* In ea quæ reipublicæ te debere fateris, compensari ea quæ inuicem ab eadem tibi debentur, is cuius de ea re notio est, iubebit: si neq; ex calendario, neq; ex uectigalibus, neq; ex frumenti uel olei publici pecunia, neq; tri

butorum, neq; alimẽtorum, neq; eius qui statutis sumptibus seruit, neq; fideicommissi ciuitatis debitor sis. *Cõcordat l.46.§.ut debitorib.ff.de iure fisci. cuius uerba uide J. exc. 29.*

XII. EXCEPTIO: *Nisi frumentariæ pecuniæ nomine agatur. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Neq; ex frumenti uel olei publici pecunia, &c. *Cuius replicatio hæc est: Nisi ob id quòd arctiorẽ annonam ædilitatis tempore præbuerit, agatur. Hæc replicatio approbatur l.17.ff.de cõpensationib.his uerbis:* Ideo condemnatus quòd arctiorem annonam ædilitatis tempore præbuit, frumentariæ pecuniæ debitor non uidebitur. Et ideo compensationem habebit.

XIII. EXCEPTIO: *Nisi alij actioni quàm cui destinata est, compensatio objiciatur. Hæc exceptio approbatur l.13.ff. de compensationib. his uerbis:* Quod Labeo ait, nõ est sine ratione: Si cui petitioni specialiter destinata est cõpensatio, in cæteris non objiciatur.

XIIII. EXCEPTIO: *Nisi subsidiaria actione aduersus magistratũ agatur. Hæc exceptio reprobatur l.11.C.de cõpensationib.his uerbis:* Si tutores pupillis officio magistratus urgẽte nominastis, ac pro his propter onus primipili pecuniam soluistis: superstitiosam geritis solicitudinem, ne ab ipsis cõuenti hanc eis imputare minimè possitis, uel à uobis quidquam amplius exigatur, si tantum quantum eis tutores debuerunt, uel uos nomine ipsorum maiorem quantitatem dedisse probetur. *Hactenus exceptiones ex genere causæ & actionis, cui compensatio objicitur desumptæ, propositæ sunt. Quãquam huius etiã generis uideri possint J.except.28.cum sequentib. Sequuntur nunc eæ quæ sumuntur ex genere & qualitate debiti, ex quo compensatio objicitur.*

XV. EXCEPTIO: *Nisi natura tãtùm debeatur id quod cõpẽsatur. Hæc exceptio reprobatur l.7.ff.de cõpensationib.his uerbis:* Etiã quod natura debetur, uenit in compensationem.

XVI. EXCEPTIO: *Nisi indebitũ solutum cõpẽsetur. Hæc exceptio reprobatur quidẽ ipso iure: uerùm admittitur, si indebitũ tale fuit quod retineri quidẽ per exceptionẽ potuit, per actionẽ uerò solutũ nõ potest repeti. quæ distinctio approbatur exẽplo l.2.C.de cõpẽsationib.cuius uerba uide S. exc.4.*

XVII. EXCEPTIO: *Nisi actione de peculio debeatur. Hæc exceptio reprobatur l.19.ff.eod. tt.his uerbis:* Debitor si pecuniã publicã seruo publico citra uolũtaté eorũ soluit, qb. debitũ rectè solui potuit, obligatio pristina manebit. Sed dabitur ei cõpẽsatio peculij serui in eo q, seruus publicus habebit.

XVIII. EXCEPTIO: *Nisi ex eo debeatur emptori à uẽditore actore, quòd emptor prædiũ emptũ à tertio cui obligatũ fuit, liberauit. Hæc exceptio reprobatur l.10.C.d.tt.his uerbis:* Quoniã liberũ fundũ distractum tibi proponis, pòst uerò ueluti præcedente emptionẽ obligatione certũ quid soluisse: si debitũ à te apud præsidẽ prouinciæ petatur, compensationem eius quod indebitè soluisti, potes opponere. *Ait Imp.* Quod indebitè soluisti. *Scilicet quantum ad te, debitè autem quãtum ad uenditorem. Ita interpretatur Accursius.*

XIX. EXCEPTIO: *Nisi alius, nõ actor debeat. Hæc exceptio approbatur exẽplo l.penult.ff.de cõpensat.his uerbis:* Id quod pupillorũ nomine debetur, si tutor petat: non posse cõpensationẽ objici eius pecuniæ quã ipse tutor suo nomine aduersario debet. *Aliud exẽplũ proponitur l.16.in prin.ff.eod.tt.his uerbis:* Si cũ militi castrensiũ bonorũ alius, cæterorum alius hæres extitit, debitor alteri hæredũ obligatus uelit compensare quod ab alio debetur, non audietur.

XX. EXCEPTIO: *Nisi alterius stationis debitũ cõpensetur, quã eius cuius debitũ petitur. Hæc exceptio approbatur l.1.C.de compensat.his uerbis:* Et senatus censuit, & sæpe rescriptũ est, cõpensationi in causa fiscali ita demũ locum esse, si eadẽ statio quid debeat quæ petit. Atq; hoc ius propter confusionẽ diuersorũ officiorũ tenaciter seruãdũ est. Si quid autem tibi ex ea statione, cuius mentionẽ fecisti, deberi cõstiterit, quãprimùm recipies. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi cùm tutores creditoris pupilli administrationẽ tutelæ diuisissent, unus sui loci debitũ petat: huic enim nihilominus compensatio objici potest eius quod alterius loci tutor reo debet. quæ replicatio approbatur l.35. ff.de administr.tutor.cuius uerba uide S.lib.18.cap.1. officio 2.reg.1.except.6.repl.1.*

XXI. EXCEPTIO: *Nisi alij, non reo debeatur quod cõpensatur. Hæc exceptio approbatur l.18. §.creditor.ff.de cõpẽsationib.his uerbis:* Creditor cõpensare nõ cogitur quod alij quàm debitori suo debet: quãuis creditor eius pro eo qui cõuenitur, ob debitũ propriũ uelit cõpẽsare. *Concordat l.9.C.eod.tt.his uerbis:* Eius quod non ei debetur qui conuenitur, sed alij compensatio fieri non potest. *Huius exceptionis replicatio prima uidetur: Nisi creditor actoris creditum suum actori pro reo uelit remittere. Sed hæc replicatio reprobatur uerbis iam propositis hisce:* Quamuis creditor eius pro eo qui conuenitur, ob debitum proprium uelit compensare. *Altera replicatio est: Nisi fideiussore conuento, ipsi principali reo debeatur. quæ replicatio approbatur l.4.ff. de compensat.his uerbis:* Verum est, quod & Neratio placebat, & Pomponius ait, ipso iure eo minus fideiussorem ex omni contractu debere, quod ex compensatione reus retinere potest. Sicut enim cùm totũ peto à reo, malè peto: ita & fideiussor nõ tenetur ipso iu-

te in

re in maiorẽ quantitatẽ, quàm reus cõdẽnari potest. *Concordat l.5.ff.eod.tt.his uerbis:* Si quid à fideiussore petatur, æquissimum est eligere fideiussorẽ, quod ipsi, an quod reo debetur, compensare malit. Sed etsi utrunq; compensare uelit, audiendus est. *Tertia replicatio est: Nisi unus ex duob.reis promittẽdi cõuentus cõpenset id quod alteri reo promittẽdi debetur. Hæc replicatio ipso quidem iure approbatur, uerùm eius duplicatio hæc est: Nisi duo rei socij non sint. Quæ duplicatio approbatur l. 10. ff. de duob.reis constit.his uerbis:* Si duo rei ꝓmittẽdi socij non sint: nõ proderit alteri, quòd stipulator alteri reorum pecuniã debeat. *Similis duplicatio proponitur J.lib.prox.cap.6.ext.9.repl.2. Quarta replicatio est: Nisi filiusfamiliâs conuentus cõpenset id quod patri eius debetur. Hæc replicatio approbatur l.9.ibi: sed si cũ ff.de cõpensat.his uerbis:* Si cũ filiofamiliâs agatur, quę patri debentur, an filius compensare possit quæritur? quod magis est admittendũ, quia unus contractus est: sed cum conditione, ut caueat patrem suum ratum habiturum, id est, non exacturum, quod is cõpensatit. *Quinta replicatio est: Nisi procurator conuentus id quod domino debetur compenset. Hæc replicatio approbatur l.18. in prin. ff. de compensat. his uerbis:* In rem suam procurator datus post litis contestationem, si uice mutua conueniatur: æquitate compensationis utetur. *Concordat l. 21. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̃. lib.6. cap.8. quæst.2. causa 2. except. 13. repl. 5. Huius replicationis duplicatio hæc esse uidetur: Nisi procurator qui compensat, de rato non caueat. Hæc duplicatio reprobatur d.l.21.*

XXII. EXCEPTIO: *Nisi cum unam rem ex duab. quam uellet reus, actor deberet, nondũ cõstituerit reus quam habere uellet. Hæc exceptio approbatur l.22.ff.de compensat.his uerbis:* Si debeas decem aut hominem, utrum aduersarius uolet: ita compensatio huius debiti admittitur, si aduersarius palàm dixisset, utrum uoluisset.

XXIII. EXCEPTIO: *Nisi nõ purè, sed in diem debeatur. Hæc exceptio reprobatur l.6.in prin.ff.de compensat.his uerbis:* Quod in diem debetur, non cõpensabitur antequã dies ueniat, quanquã dari oporteat. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi dies non obligationis, sed solutionis uel executionis gratia sit additus. Hæc replicatio approbatur l.16.§.cum intra.ff. d.tt.his uerbis:* Cum intra diem ad iudicati executionem datum, iudicatus Titio agit cum eodẽ Titio: quòd & ipse pridem illi iudicatus esset, compensatio admittetur. Aliud est enim, diẽ obligationis nõ uenisse, aliud humanitatis gratia tempus indulgeri solutionis.

XXIIII. EXCEPTIO: *Nisi certo loco debitũ alio loco cõpensetur. Hæc exceptio reprobatur l.15.ff.de cõpensat.his uerbis:* Pecuniã certo loco à Titio dari stipulatus sum. Is petit à me quam ei debeo pecuniã: quæro an hoc quoq; pensandum sit, quanti mea interfuit certo loco dari? Iabolenus respõdit, si Titius petit, eam quoq; pecuniam, quam certo loco promisit, in cõpensationẽ deduci oportere, sed cum sua causa, id est, ut ratio habeatur quãti tua interfuerit eo loco quo cõuenerit, pecuniã non dari.

XXV. EXCEPTIO: *Nisi debitum quod cõpensatur, per exceptionem [illegible]di posit. Hæc exceptio approbatur l.14. ff.de cõpensat.his uerbis:* Quæcunq; per exceptionem perimi possunt, in compensatione non ueniunt.

XXVI. EXCEPTIO: *Nisi debitum quod cõpensatur dubiũ sit, & nõ liquidum. Hæc exceptio approbatur l.ult.C. de compensat.his uerbis:* Compensationes ex omnibus actionibus ipso iure fieri sancimus, nulla differentia in rem uel personalibus actionibus inter se obseruanda. Ita tamen cõpensationes obijci iubemus, si causa ex qua cõpensatur, liquida sit, & nõ multis ambagibus innodata, sed possit iudici facilẽ exitum sui præstare. Satis enim miserabile est, post multa forte uariaq; certamina, cũ res iam fuerit ad ꝓbata: tunc ex altera parte, quæ iam penè cõuicta est, opponi cõpensationẽ iam certo & indubitato debito, & moratorijs ambagib. spem cõdẽnationis excludi. Hæc itaq; iudices obseruẽt, & non procliuiores ad admittẽdas cõpensationes existãt, nec molli animo eas suscipiãt: sed iure stricto utentes, si inuenerint eas maiorẽ & ampliorẽ exposcere indaginẽ: eas quidem alij iudicio reseruent, litẽ autem pristinam iam penè expeditam, sententia terminali componant: excepta actione depositi secundum nostram sanctionem, in qua nec compensationi locum esse disposuimus.

XXVII. EXCEPTIO: *Nisi lis eius debiti nomine quod cõpensatur, sit contestata. Hæc exceptio reprobatur l.8.ff.de compensat.his uerbis:* In cõpensatione etiam id deducitur, quo nomine cum actore lis contestata est: ne diligentior quisq; deterioris conditionis habeatur, si compensatio ei denegetur. *Hactenus exceptiones ex debito quod compensatur, desumptæ: sequuntur nunc exceptiones ex persona actoris, item ex re petita.*

XXVIII. EXCEPTIO: *Nisi respublica agat. Hæc exceptio reprobatur, nisi certis casib. l.3. C. de compensat. cuius uerba uide s̃. exceptione 11.*

XXIX. EXCEPTIO: *Nisi fiscus agat. Et hæc exceptio reprobatur, nisi in certis casib. l.46.§.*

*ut debitoribus. ff. de iure fisci, his uerbis:* Vt debitoribus fisci quod fiscus debet compensetur, sæpe constitutum est: excepta causa tributaria, & stipendiorum, & item precio rei à fisco emptæ, & quod ex causa annonaria debetur. *Concordat l. ult. ff. de compensationibus, his uerbis:* Iussit Imperator audiri adprobantem sibi à fisco deberi: quòd & ipse conueniatur. *Ait iurisconsultus:* Excepta causa tributaria, & stipendiorum, & item precio rei à fisco emptæ, & quod ex causa annonaria debetur. *Casus sunt in quibus exceptio proposita admittitur, primæ distinctionis loco notandi. Concordat l. 3. C. de compensat. cuius uerba uide s. except. 11. Quod autem ait,* Et item precio rei à fisco emptæ: *huic concordat l. 7. in fine. C. de compensationibus. cuius uerba uide s. except. 5. Altera distinctio est: Si debitum quod compensatur & quod petitur, diuersæ sint stationis. Quæ distinctio approbatur l. 1. C. d. tt. cuius uerba uide s. exceptione 20. Tertia distinctio est: Nisi à fisco conuentus debitũ quod compensat, intra duos menses non probauerit. Quæ distinctio approbatur l. 46. §. qui compensat. ff. de iure fisci, hisce uerbis:* Qui compensationem opponit fisco, intra duos menses debitũ sibi docere debet.

XXX. EXCEPTIO: *Nisi non pecunia, sed species debeatur. Hanc exceptionem Accursius probare conatur argumento quarundam legum, præsertim l. 5. in princip. ff. de impensis in rebus dotalibus factis. Sed mihi satis non facit. quid enim prohibet, ut quemadmodum in d. l. 5. iurisconsultus de dote dicit: ita quoq; nos in specie petita dicamus? scilicet ob compensationem manebit reus in speciei petitæ detentione, donec ei satis fiat. Nisi quis hoc non cõpensationem esse dixerit, sed detentionẽ: non enim ipso iure speciei petitæ, sed debiti fit deminutio. Ita etiam uidetur interpretanda l. ult. in princip. C. de compensat. ubi Imp. Iustinianus ait:* Compensationes ex omnibus actionibus ipso iure fieri sancimus, nulla differentia in rem, uel in personalibus actionibus inter se obseruanda. *Quanquam Accursius in rem actiones hic interpretatur, cùm non ipsa res, sed rei æstimatio debetur. Quæ interpretatio quàm sit friuola, nemo non uidet.*

XXXI. EXCEPTIO: *Nisi compensationis exceptio ante sententiam non sit opposita. Hæc exceptio reprobatur l. 2. C. de compensationib. cuius uerba uide s. except. 4.*

## IIII. QVIBVS COMPENSATIO competat?

*Vide s. except. 21. repl. 1. cum sequentibus.*

## V. QVID ET QVANTVM ueniat in compensatione?

I. Regula: *Fideiussor conuentus tam id quod sibi quàm quod reo debetur, cõpensare potest. Quæ regula approbatur l. 4. cum lege sequente. ff. de cõpensationib. cuius uerba uide s. quæstion. 3. except. 21. repl. 2.*

II. Regula: *Si reus conuentus contra actorem actionem de peculio habeat, solidum debitum potest compensare, licet minus sit in peculio. Quæ regula approbatur l. 9. in prin. ff. de compensat. his uerbis:* Si cum filiofamiliâs aut cum seruo contracta sit societas, & agat dominus uel pater: solidum per compensationem seruamus, quamuis si ageremus, duntaxat de peculio præstaretur. *Contradicere uidetur l. 19. in fine, ff. eod. tt. cuius uerba uide s. quæst. 3. except. 17.*

III. Regula: *Si id quod certo loco dari debet, compensetur: id quoq; uenit in compensationem, quod interest rei certo loco dari. Quæ regula approbatur l. 15. ff. de compensat. cuius uerba uide s. quæst. 3. except. 24.*

## VI. EVENTVS COMPENSATIONIS oppositæ.

I. Regula: *Compensatio submouet creditorem petentem, & pro solutione habetur. Quæ regula approbatur l. 2. ff. de compensat. his uerbis:* Vnusquisque creditorem suum, eundemque debitorem petentem submouet, si paratus est compensare. *Concordat l. 115. in prin. ff. de reg. iuris, hisce uerbis:* Si quis obligatione liberatus sit, potest uideri accepisse. *Concordat item l. 4. C. de compensat. cuius uerba uide s. cap. 9. quæst. 1. except. gener. 3. Concordat item l. 12. C. eod. tt. his uerbis:* In uicem debiti compensatione habita, si quid amplius debeas soluens, uel accipere creditore nolente offerens, & consignatum deponens, de pignoribus agere potes. *Concordant item ea quæ proposita sunt s. quæst. 1. item quæst. 3. in prin.*

II. Regula: *Sola petitio eius quod amplius debetur, relinquitur. Quæ regula approbatur uerbis iam propositis hisce:* Si quid amplius debeas soluens, &c. *Concordat l. 5. C. eod. tt. cuius uerba uide s. cap. 9. quæst. 1. except. gener. 3.*

III. Regula: *Eius quod compensatio excludit, usuræ non debentur. Quæ regula approbatur s. d. except. 3.*

IIII. Regula: *Si reddantur ea quæ in cõpensationem uenerant: non indebiti soluti repetitio, sed antè debiti exactio competit. Quæ regula approbatur l. 13. C. de cõpensat. his uerbis:* Si uelut in id debitum quod solennium publicarum pensitationum nomine debueras, compensaturo tibi nihil petiturum postea Mutiano scripsisti: redditis his quæ uenerant in cõpensationem, non indebiti soluti repetitio, sed antè debiti cõpetit exactio. *Huius regulæ exceptio est: Nisi tenuit cõpensatio. tunc enim soluta cõdicũtur. Quæ exceptio approbatur l. 10. §. 1. ff. eod. tt. his uerbis:* Si quis cõpensare potẽs

soluerit:

ſoluerit: condicere poterit, quaſi indebito ſoluto.

V. *Regula: Si compenſationis rationem iudex nõ habuit, ſalua manet petitio, nec rei iudicatæ exceptio reo poſtea agenti obſtat. Quæ regula approbatur l.6.§.ſi rationem.ff.de compenſat. his uerbis:* Si rationem compenſationis iudex non habuit, ſalua manet petitio. Nec enim rei iudicatæ exceptio obijci poteſt. *Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi iudex expreſſè compenſationem reprobarit. Quæ exceptio approbatur ibidem, his uerbis:* Aliud dicam, ſi reprobarit compenſationem, quaſi non exiſtente debito. tunc enim rei iudicatæ mihi nocebit exceptio. *Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi non quaſi non debitum reprobarit compenſationem, ſed propter aliquã exceptionum ſ.propoſitarum. Quæ replicatio elicitur ex uerbis iam propoſitis hiſce:* Quaſi non exiſtente debito. *Hactenus de ijs quæ in actiones uenire ſolent.*

## *QVANDO COMPETIT actio? Cap. XIIII.*

PRima regula: *Si pura ſit obligatio, ſtatim agi poteſt. Quæ regula approbatur l.14.ff.de reg.iuris, hiſce uerbis:* In omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, præſenti die debetur. *Concordat Inſt.de uerb.obligat.§.omnis, hiſce uerbis:* Omnis ſtipulatio aut purè, aut in diem, aut ſub conditione fit. Purè, ueluti, Quinq; aureos dare ſpondes? Idq; cõfeſtim peti poteſt. In diẽ, cùm adiecto die, quo pecunia ſoluatur, ſtipulatio fit: ueluti, Decem aureos primis calendis Martijs dare ſpondes? Id aũt quod in diem ſtipulamur, ſtatim quidẽ debetur, ſed peti dies priuſquã uenerit non poteſt, &c. *Reliqua uide ſ.reg.prox. Concordat item l.41.§.quoties.ff.de uerb.obligat. cuius uerba uide ſ.except.2. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi nõ tantum temporis ſpatiũ præterierit, quo res dari uel opus promiſſum fieri poßit. Quæ exceptio approbatur l.146.ff.de reg.iuris, his uerbis:* Nihil peti poteſt ante id tẽpus, quo per rerum naturam perſolui poſsit. *Concordat Inſt.de inutilib.ſtipul.§.fin.his uerbis:* Si fundum dari ſtipuleris, uel hominẽ: non poteris continuò agere, niſi tantum ſpacium præterierit, quo traditio fieri poſsit. *Item concordat l.14.cum lege ſequente.ff.de uerb.obligat.his uerbis:* Si ita ſtipulatus ſim abs te, Domũ ædificari? uel ſi hæredem meum damnauero inſulam ædificare: Celſo placet, non antè agi poſſe ex ea cauſa, quàm tẽpus præterijſſet, quo inſula ędificari poſſet. nec fideiuſſores dati ante diẽ tenebũtur. Et ideo hæſitatur, ſi aliqua pars inſulæ facta ſit, deinde incẽdio cõſumpta ſit: an integrũ tẽpus cõputandũ ſit ruſus ad ædificandã inſulã, an uerò reliquũ duntaxat expectãdum quod deerit? Et uerius eſt ut integrũ ei detur. *Concordat item l.98.§.fin.ff.eod.tit.his uerbis:* Ex hac ſtipulatione, Inſulam fulciri ſpondes? quãdo naſcatur actio quæritur? Et utiq; nõ eſt expectandũ ut ruat: nec enim nihil ſtipulatoris intereſt fultam potius eſſe, quàm nõ eſſe. Nec tamẽ rectè agetur, ſi nondũ præterierit tãtum tẽporis, quo fulcire potuerit redẽptor. *Cõcordat itẽ l.71.in prin.ff.eod.tit.his uerbis:* Interdum pura ſtipulatio ex re ipſa dilationẽ capit: ueluti ſi id quod in utero eſt, aut fructus futuros, aut domũ ędificari ſtipulatus ſit. tũc enim incipit actio, cùm ea per rerũ naturã præſtari poteſt. Sic qui Carthagini dari ſtipulatur, cùm Romæ ſit: tacitè tẽpus cõplecti uidetur, quo perueniri Carthaginẽ poteſt. *Huius exceptionis ſpecies eſt ſ.exc.prox. Planè quomodo tẽpus illud quo dari uel fieri poßit æſtimandum ſit, definitur l.137.§.cum ita, uſq; ad §.illud inſpiciendum.ff.de uerb.oblig.his uerbis:* Cum ita ſtipulatus ſim, Epheſi dari? ineſt tempus. quod ſũt accipi debeat quæritur? & magis eſt ut totã eam rem ad iudicẽ aut uirũ bonũ remittamus, qui æſtimet quanto tẽpore diligẽs paterfamiliâs conficere poſſit, quod facturũ ſe ꝑmiſit: ut qui Epheſi daturum ſe ſpoponderit, neq; diplomate diebus ac noctibus, & omni tẽpeſtate cõtempta, iter cõtinuare cogatur: neq; tam delicatè ꝑgredi debeat, ut reprehenſione dignus appareat: ſed habita ratione tẽporis, ætatis, ſexus, ualetudinis: cum id agatur ut maturè perueniat, id eſt, eodẽ tẽpore, quo plerìq; eiuſdẽ conditionis homines ſolent peruenire: eo tranſacto (quamuis Romæ remanſerit, nec poſsit Epheſi pecuniam dare) nihilominus ei rectè cõdicetur: uel quia per ipſum ſteterit, quo minus Epheſi daret, uel quoniã per alium Epheſi dare poſsit, uel quia ubiq; poteſt ſoluere. Nam & quod in diem debetur, antè ſolui poteſt, licet peti non poteſt. Quòd ſi diplomate uſus aut fœlici nauigatione maturius quàm quiſquã peruenerit Epheſum, confeſtim obligatus eſt. Quia in eo quod tẽpore atq; facto finitũ eſt, nullus eſt cõiecturæ locus. Itẽ qui inſulam fieri ſpopondit, non utiq; cõquiſitis undiq; fabris, & plurimis operarijs adhibitis feſtinare debet, nec rurſus uno atq; altero cõtentus eſſe: ſed modus adhibendus eſt ſecundum rationem diligentis ædificatoris, & temporũ locorumq;. Item ſi non inchoetur opus: id tantùm æſtimetur quod in illo interuallo effici potuit, tranſactoq; tempore quo inſulam cõſummare oportuerit, ſi poſtea ædificetur, liberetur

retur reus, ſicut liberatur qui ſe daturum ſpopondit, ſi quandoque tradidit. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi difficultas dandi uel faciendi perſonæ ſit, non rei uel naturæ. Hæc replicatio approbatur d.l.137.§. illud inſpiciendum, his uerbis:* Illud inſpiciendum eſt, an qui centum dari promiſit, confeſtim teneatur: an uerò ceſſet obligatio, donec conferre pecuniam poſsit? Quid ergo, ſi neque domi habeat, neque inueniat creditorem? Sed hæc recedunt ab impedimento naturali, & reſpiciunt ad facultatem dandi. Eſt autem facultas perſonæ commodum incommodumq́;, non rerum quæ promittuntur. Alioquin etſi quia Stichum dare ſpoponderit, quæremus ubi ſit Stichus: ut ſic non multum referre uideatur, Epheſi daturũ ſe, an quod Epheſi ſit, cum ipſe Romæ ſit, dare ſpondeat. Nam hoc quoque ad facultatem dandi pertinet: quia & in pecunia & Sticho illud commune eſt, quod promiſſor in præſentia dare non poteſt. Et generaliter cauſa difficultatis ad incommodum promiſſoris, non ad impedimentum ſtipulatoris pertinet: ne incipiat dici, eum quoque dare non poſſe, qui alienum ſeruum, quem dominus non uendat, dare promiſerat. *Secunda replicatio eſt: Niſi promiſſor in mora fuerit. Hæc replicatio approbatur l.72.§.fin. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Si inſulam fulciri quis ſtipulatus ſit: non eſt expectandum ut inſula ruat, ut ſic deinde agi poſsit. nec ſi inſulam fieri? ut tantum temporis prætereat, quanto inſula fabricari poſsit. Sed ubi iam cœperit mora faciendæ inſulæ fieri: tunc agetur, diesq́ue obligationi cedet. *Concordat l.115.§.fin. ibi: Sabinus. ff. eod. tit. cuius uerba uide J. reg. 7. Secunda exceptio eſt: Niſi certo loco dari promiſſum ſit. hoc enim caſu tantum tempus expectandum eſt, quanto poßit ad eum locum perueniri. Quæ exceptio ſpecies eſt præcedentis, & approbatur Inſt. de uerb. obligat. §. loca etiam, his uerbis:* Loca etiam inſeri ſtipulationi ſolent. Veluti, Carthagini dare ſpondes? Quæ ſtipulatio, licet purè fieri uidetur: tamen reipſa habet tempus adiectum, quo promiſſor utatur ad pecuniam Carthagini dandam. *Concordat l.41.§.quoties. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Quoties in obligationibus dies non ponitur, præſenti die pecunia debetur, niſi locus adiectus ſpacium temporis inducat, quo illò poſsit perueniri. *Concordat item l.73.§. ſic qui Carthagini. ff. eod. tit. cuius uerba uide s̄. except. proxim. in princip. Concordat item l.117.§. cum ita. ff. eod. tit. cuius uerba uide s̄. except. proxim. in prin. Concordat item l.2. §. qui ita. ff. de eo quod certo loco, his uerbis:* Qui ita ſtipulatur, Epheſi decem dari? ſi ante diem quàm Epheſum perueniri poſsit agat, perperam ante diẽ agit. Quia & Iulianus putat, diem tacitè huic ſtipulationi ineſſe. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſſe uidetur: Niſi duobus reis promittendi acceptis, unus eo loco ſit, quo dari promiſſum eſt. Hæc replicatio reprobatur l.9.§.fin. ff. de duob. reis conſtit. his uerbis:* Cùm duos reos promittendi facerem, ſi ex diuerſis locis Capuæ pecuniam dari ſtipulatus ſim: ex perſona cuiuſque ratio proprij temporis habebitur. Nam etſi maximè parem cauſam ſuſcipiunt, nihilominus in cuiuſq; perſona propria ſingulorum conſtitit obligatio. *Altera replicatio eſt: Niſi fideiuſſore promittente, reus eo loco ſit, in quo dandum eſt. Et hæc replicatio reprobatur l.49.§. quæſitum. ff. de fideiuſſoribus, his uerbis:* Quæſitum eſt, an fideiuſſor, qui Capuæ pecuniam ſe daturum Romæ promiſit, ſi reus promittendi Capuæ eſſet, ſtatim conueniri poſsit? Papinianus dixit, non magis fideiuſſorem confeſtim teneri, quàm ſi ipſe Capuæ ſpopondiſſet, cùm reus adhuc Capuam peruenire non potuiſſet. Nec ad rem pertinere, quod hoc latere nemo dubitet, nondum fideiuſſorem teneri: quia nec ipſe reus promittendi teneretur. Nam econtrariò quoque, ſi quis reſponderit, quoniam debitor Capuæ ſit, fideiuſſorem confeſtim teneri, non habita ratione taciti proprij temporis: euenturũ ut eo caſu fideiuſſor cõueniatur, quo debitor ipſe, ſi Romæ fuiſſet, non conueniretur. Itaque nobis placet, fideiuſſoriam obligationem conditionem taciti temporis ex utriuſque perſona recipere, tam rei promittendi quàm ipſius fideiuſſoris: quoniam aliud reſpondentibus contra iuris formam in duriorem conditionem acceptus intelligetur. *Reliquas propoſitæ exceptionis replicationes uide s̄. except. proxim. Tertia exceptio eſt: Niſi cùm quis inſulam fulciri ſtipulatus eſſet, inſula nondum ruit. Hæc exceptio reprobatur l.72.§.fin. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide s̄. except. 1. repl. 2. Concordat l.98.§.fin. ff. eod. tit. cuius uerba uide s̄. d. except. 2. in princip. Quarta exceptio eſt: Niſi poſtea conuenerit, ne intra certum tempus agatur. Hæc exceptio approbatur l.2.§. item quæritur. ff. de doli mali except. his uerbis:* Quæritur, ſi quia purè ſtipulatus ſit certam quantitatem, quia hoc actum ſit: ſed poſt ſtipulationem interpoſitam pactum ſit, ne interim pecunia uſque ad certum diem petatur: an noceat exceptio doli? Et quidem de pacto cõuento excipi poſſe, nequaquã ambigẽdũ eſt: ſed etſi hac quia exceptiõe

uti ue-

uti uelit, nihilominus poterit. *Plura de hac exceptione uide J. lib. proxim.* *Quinta exceptio est: Nisi ita stipulatio facta sit: Quod te mihi illis calendis dare oportet, id dare spondes? Quæ exceptio approbatur l. 47. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Qui sic stipulatur, Quod te mihi illis calendis dare oportet, id dare spondes? uidetur non hodie stipulari, sed sua die. *Concordat l. 5. §. fin. ff. de nouationib. his uerbis:* Constat ex stipulatione in diem facta nouationem contingere: sed non statim ex ea stipulatione agi posse, antequam dies uenerit. *Sexta exceptio uidetur: Nisi alter reus promittendi in diem uel sub conditione promiserit: Hæc exceptio reprobatur l. 7. ff. de duob. reis constit. his uerbis:* Ex duobus reis promittendi alius purè, alius in diem uel sub conditione obligari potest. nec enim impedimento erit dies aut conditio, quo minus ab eo qui purè obligatus est, petatur. *Concordat iisdem uerbis inst. de duob. reis stipul. §. fin.* *Septima exceptio est: Nisi creditor eandem rem postea ab alio sub conditione fuerit stipulatus. Hæc exceptio ipso quidem iure nouationis subsistit, uerùm eius replicatio hæc est: Nisi res pendente conditione perierit, ut certum sit posteriorem promissorem amplius teneri non posse. Hæc replicatio approbatur l. 56. §. fin. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Si hominem quem à Titio purè stipulatus fueram, Seius mihi sub conditione promiserit, & is pendente conditione post moram Titij decesserit: confestim cum Titio agere potero, nec Seius pendente conditione mihi obligatur. At si Titio acceptum fecissem, Seius existente conditione obligari potest. Idcirco hæc tam uariè, quòd homine mortuo desinit esse res, in quam Seius obligetur: acceptilatione interposita superest homo quem Seius promiserat. *Octaua exceptio est: Nisi creditor debitorem id quod sibi purè debetur, alij sub conditione soluere iusserit. Hæc exceptio approbatur l. 16. ff. si certum petatur. cuius uerba uide J. lib. 48. cap. 25. specie 2. exceptione 7.* *Nona exceptio est: Nisi cùm stipulatio de reddenda pecunia purè facta esset, antea cõuenisset, ut quamdiu usuræ soluerentur, sors non repetatur: Quæ exceptio approbatur l. 4. in fin. ff. de pactis. cuius uerba uide J. lib. prox. cap. 2. diuis. 6. specie 4. Concordat l. 2. §. item quæritur si quis purè. ff. de doli mali except. & l. 5. §. fin. ff. de nouat.* *Decima exceptio est: Nisi in futurum usuras à debitore creditor acceperit. Hæc exceptio approbatur l. 56. in prin. ff. de pactis. cuius uerba uide d. diuis. 6. specie 5. Concordat l. 2. §. nõ malè. ff. de doli mali except. his uerbis:* Non malè quæsitum est, si creditor usuras in futurum acceperit, deinde pecuniam nihilominus petat, antequam id tempus prætereat, &c. *Hæc de prima regula eiusq; exceptionibus. Sed exceptionũ loco hic repeti etiã possunt ea quæ habentur J. reg. 8. cum sequentibus.*

II. Regula: *Si in diem contracta sit obligatio, ante diem uenientem agi non potest: sed nec die ueniente, nisi eo præterito. Quæ regula approbatur inst. de uerb. obligat. §. omnis stipulatio, his uerbis:* Quod in diem stipulamur, statim quidem debetur, sed peti priusquam dies uenerit, non potest. At ne eo quidem ipso die, in quem stipulatio facta est, peti potest. Quia totus is dies arbitrio soluentis tribui debet. Neque enim certum est, eo die in quem promissum est, datum non esse, priusquam is præterierit. *Concordat l. 42. in prin. ibi: cuius natura. ff. de action. & obligat. cuius uerba uide J. cap. 2. diuis. 8.* *Concordat item l. 146. ff. de reg. iuris, hisce uerbis:* Cùm soluendi tempus obligationi additur, nisi eo præterito peti non potest. *Concordat item l. 41. §. fin. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Dies adiectus efficit ne præsenti die pecunia debeatur. Ex quo apparet, diei adiectionem pro reo esse, non pro stipulatore. Idem in idibus & nonis probandum est, & generaliter in omnibus diebus. *Concordat item l. 42. ff. eod. tit. his uerbis:* Qui hoc anno aut hoc mense dari stipulatus sit: nisi omnibus partibus anni uel mensis præteritis, non rectè petet. *Concordat item l. 46. in prin. ff. eod. tit. his uerbis:* Centesimis calendis dari utiliter stipulamur: quia præsens obligatio est, in diem autem dilata solutio. *Concordat item inst. de inutilib. stipul. §. penult. his uerbis:* Qui hoc anno aut hoc mense dari stipulatus est: nisi omnibus partibus anni uel mensis præteritis, non rectè petet. *Concordat item l. 9. in prin. ibi: cæterùm. ff. si certum petatur. cuius uerba uide J. reg. 6. Huius regulæ species quoque seu exemplum est, si conditio adiecta obligationi diem in se habeat. Quæ species proponitur & approbatur l. 27. §. fin. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Si stipulatus hoc modo fuero, Si intra biennium Capitolium non ascenderis, dari? non nisi præterito biennio rectè petam. *Concordat l. 72. §. si quis ita. ff. eod. tit. his uerbis:* Si quis ita stipulatus sit, Si ante calendas Martias primas opus perfectum non erit, tum quanti id opus erit, tantam pecuniam dari? diem promissionis cedere non ex quo locatum est opus, sed post calendas Martias: quia nec conueniri ante calendas Martias reus promittendi poterat. *Concordat item l. 99. §. fin. ff. eod. tit. his uerbis:* Si stipulatus hoc modo fuero, Si intra biẽniũ Capitoliũ nõ ascẽderis, dari? nõ nisi præterito biennio rectè petã. Nam etsi ambigua uerba sunt, sic tamen

exau-

exandiũtur, ſi immutabiliter uerum fuit, te non Capitoliũ aſcendiſſe. *Concordat item l. 101. ff. de reg. iuris, hiſce uerbis:* Vbi lex duorum menſium fecit mentionem, qui ſexageſimo primo die uenerit, audiendus eſt. Ita enim Imp. Antoninus cum diuo patre ſuo reſcripſit. *Planè propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi ita facta ſtipulatio ſit, Decem hodie dare ſpondes? Quæ exceptio approbatur l. 118. §. decem hodie. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Decem hodie dare ſpondes? Papinianus dixit, poſſe uel eodem die pecuniam peti: nec uideri præmaturius agi non finito ſtipulationis die, quod in alijs temporibus iuris eſt. Nam peti non debet quod intra tempus comprehenſum ſolui poteſt. In propoſito enim diem non differendæ actionis gratia inſertum uideri, ſed quo præſens oſtendatur, reſponſum eſt. *Secunda exceptio eſt: Niſi ita concepta ſit ſtipulatio: Decem quoad uiuam dare ſpondes? Hæc exceptio approbatur l. 56. §. qui ita. ff. d. t. his uerbis:* Qui ita ſtipulatur, Decem quoad uiuam dare ſpondes? confeſtim decem rectè dari petit. *Concordat Inſt. eod. tt. §. at ſi ita, his uerbis:* Si ita ſtipuleris, Decem aureos annuos quoad uiuam dare ſpondes? & purè facta obligatio intelligitur, & perpetuatur: quia ad tempus non poteſt deberi. Sed hæres petendo pacti exceptione ſubmouebitur. *Tertia exceptio eſt: Niſi quis pecuniam ſibi dari ſtipulatus ſit, qua die petierit. Hæc exceptio approbatur l. 135. in prin. ibi: item quæſitum. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide ſ. cap. 9. quæſt. 2. reg. 7. Quarta exceptio eſt: Niſi ante diem certum eſſe cœperit, rem dari, uel opus promiſſum die ueniente fieri nõ poſſe. Hæc exceptio reprobatur l. 124. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Inſulam intra biennium illo loco ædificare ſpondes? ante finem biennij ſtipulatio nõ committitur, quamuis reus promittendi non ædificauerit, & tantum reſidui temporis ſit, quo ædificium extrui nõ poſſit. neq; enim ſtipulationis ſtatus, cuius dies certus in exordio fuit, ex pòſt facto mutatur. Idq́ue & in ſtipulatione iudicio ſiſtendi cauſa facta placuit: ſcilicet ut ante diem ſtipulatio non committatur, ſi certum eſſe cœperit, pareri ſtipulationi reſiduo tempore non poſſe. *Concordat l. 8. ff. eod. tt. his uerbis:* In illa ſtipulatione, Si calendis Stichum non dederis, decem dare ſpondes? mortuo homine quæritur, an ſtatim ante calẽdas agi poſſit? Sabinus & Proculus expectandum diem actionis putant: quod eſt uerius. Tota enim obligatio ſub conditione & in diem collata eſt: & licet ad conditionem committi uideatur, dies tamen ſupereſt. *Planè admittitur exceptio propoſita in caſu, qui proponitur d. l. 8. in fine, his uerbis:* Sed cum eo qui ita promiſit, Si intra calendas digito cœlum non tetigerim: agi protinus poteſt. Hæc & Marcellus probat. *Concordant ea quæ habentur ſ. reg. 7. except. 3. Quinta exceptio uidetur: Niſi cùm quis ita promiſiſſet, Cùm moriar: in inſulam ſit deportatus. Hæc exceptio reprobatur l. 121. §. in inſulam. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* In inſulam deportato reo promittendi, ſtipulatio ita concepta, Cum morieris dari? non niſi moriente eo committitur. *Sexta exceptio: Niſi ante diem ad interponendam cautionem agatur. Hæc exceptio approbatur l. 41. ff. de iudicijs, hiſce uerbis:* In omnibus bonæ fidei iudicijs, cùm nondum dies præſtandæ pecuniæ uenit, ſi aliquis agat ad interponendam cautionem, ex iuſta cauſa cõdemnatio fit. *Septima exceptio eſt: Niſi fiſcus aduerſus debitoris ſui debitorem agat. Hæc exceptio approbatur l. 1. C. de condict. ex lege, his uerbis:* Licet ante tempus debita exigi non poſſunt: tamen ſi te ex primipilo debitorem fiſci conſtitutum, ac patrimonium tuum exhauſtum præſes prouinciæ comperit, ut ad ſolutionis ſecuritatẽ ſolum fœnebris pecuniæ ſubſidium ſupereſſe uideatur: commonebit debitorem tuum, ſi ſaltem ipſe ſit ſoluendo, ut ante definitũ tempus debita repræſentet, ut fiſco cuius ob neceſſitates publicas cauſam potiorem eſſe oportet, debita pecunia exoluatur. *Octaua exceptio uidetur: Niſi nundinis die ſtipulatio ſit facta. hoc enim caſu primo nundinarũ die actio competere uidetur. Sed hæc exceptio reprobatur l. 138. in prin. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Eum qui certarum nundinarum diebus dari ſtipuletur, primo die poſſe petere, ait Sabinus. Proculus autem & cæteri diuerſæ ſcholæ authores, quamdiu uel exiguum tempus ex nundinarum ſpacio ſupereſſet, peti non poſſe exiſtimant. Sed ego cum Proculo ſentio. *Nona exceptio uidetur: Niſi ante calendas dari ſit ſtipulatus. Hæc exceptio reprobatur ſ. reg. 4.*

III. *Regula: Si quis calendis Ianuarijs dari ſtipulatus ſit, intelligitur proximis calendis Ianuarijs dari ſtipulatus. Quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 41. in prin. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Eum qui calendis Ianuarijs ſtipulatur, ſi adijciat Primis uel Proximis: nullã habere dubitationem palàm eſt. Sed etſi dicat Secũdis uel Tertijs, uel quibuslibet alijs: æquè dirimit quæſtionem. Si autem non addat, quibus: facti quæſtionem inducere quid forte ſenſerit, hoc eſt, quid inter eos acti ſit. Vtique enim hoc ſequimur, quod actum eſt, eaq́; aſſumimus. Si autem non appareat: dicendum eſt, quod

Sabinus,

Sabinus, primas calendas Ianuarias ſpectandas. Planè ſi ipſa die calēdarum quis ſtipulationem interponat, quid ſequemur? & puto actum uideri de ſequentibus calendis.

IIII. *Regula: Ante calendas dari ſtipulari, nihil aliud eſt quàm calendis dari. Quæ regula approbatur l.13.ff.de uerb.obligat. his uerbis:* Qui ante calendas proximas ſtipulatur, ſimilis eſt ei qui calendis ſtipulatur. *Concordat l.56.§. qui ita. ff.eod.tit. his uerbis:* Qui ita ſtipulatur, Ante calendas proximas dare ſpondes? nihil differt ab eo qui calendis dari ſibi ſtipulatur.

V. *Regula: Si quis calendis Ianuarijs uel Februarijs, poſt annum uel poſt biennium dari ſtipulatus eſt: calendis Februarijs uel poſt biennium debetur. Quæ regula approbatur l.12. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Si ita ſtipulatus fuero, Calendis Ianuarijs uel Februarijs dare ſpondes? perinde eſt quaſi calendis Februarijs dari ſtipulatus ſim. *Concordat l.109. ff. eod. tit. his uerbis:* Si ita ſtipulatus fuero, Decem aut quindecim dabis? decem debentur. Item ſi ita, Poſt annum aut biennium dabis? poſt biennium debetur: quia in ſtipulationib. id ſeruatur, ut quod minus quodq; lõgius eſt, uideatur in obligationem deductum.

VI. *Regula: Si ſub conditione obligatio contracta eſt, non niſi exiſtente conditione actio competit. Quæ regula approbatur l.9.in princip. ibi: cæterùm.ff.ſi certum petatur, his uerbis:* Si in diem ſit, uel ſub conditione obligatio: ante diem uel cõditionem non potero agere. *Cõcordat Inſt. de uerb.oblig.§. ex conditionali, his uerbis:* Ex conditionali ſtipulatione tantùm ſpes eſt debitum iri, eámque ipſam ſpem in hæredem tranſmittimus, ſi priuſquam conditio extet, mors nobis contigerit. *Item concordat l.35. ff. de iudicijs, hiſce uerbis:* Non quemadmodum fideiuſſoris obligatio in pendenti poteſt eſſe, uel in futurum concipi: ita iudicium in pendenti poteſt eſſe, uel de his rebus quæ poſtea in obligationem aduenturæ ſunt. Nam neminem puto dubitaturum, quin fideiuſſor ante obligationem rei accipi poſsit: iudicium uerò antequam aliquid debeatur, non poſsit. *Concordat item l.131. in fine.ff.de reg.iuris, hiſce uerbis:* Quod pendet, non eſt pro eo, quaſi ſit. *Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi in præteritum uel præſens tempus conditio ſit concepta. Hæc exceptio approbatur l.100. ff. de uerb. obligat. hiſce uerbis:* Conditio in præteritum, non tantùm in præſens tempus relata, ſtatim aut perimit obligationem, aut omnino non differt. *Concordat Inſt.eod.tit.§.conditiones, his uerbis:* Conditiones quæ ad præſens uel præteritum tempus referuntur, aut ſtatim infirmant obligationem, aut omninò nõ differunt: ueluti, Si Titius conſul fuit: uel, Si Mæuius uiuit, dare ſpondes? Nam ſi ea ita non ſunt, nihil ualet ſtipulatio: ſin autem ita ſe habent, ſtatim ualet. Quæ enim per rerum naturam ſunt certa: non morantur obligationem, licet apud nos incerta ſint. *Concordat item l.37. cum duab: legibus ſequentibus. ff. ſi certum petatur, his uerbis:* Cùm ad præſens tempus conditio confertur, ſtipulatio non ſuſpenditur. Et ſi conditio uera ſit, ſtipulatio tenet, quamuis tenere contrahentes conditionem ignorent: ueluti, Si rex Parthorum uiuit, centum dare ſpondes? Eadem ſunt & cum in præteritum conditio confertur. Reſpiciendum enim eſt, an quantum in natura hominum ſit, poſsit ſciri eam debitum iri. Itaque tunc poteſtatem conditionis obtinet, cum in futurum confertur. *Concordat item l.120. in fine. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide J. lib.38. cap.4. except.25. Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi contrahentes conditionem extitiſſe ignorent. hoc enim caſu actio non datur, priuſquam reſcierint eam extitiſſe. Quæ replicatio approbatur l.10. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Hoc iure utimur, ut ex hac ſtipulatione, Si Lucius Titius ante calendas Maias in Italiam non uenerit, decem dare ſpondes? non antè peti quidquam poſsit, quàm exploratum ſit ante eam diem in Italiam Titium uenire non potuiſſe, neque ueniſſe: ſiue eo uiuo, ſiue eo mortuo id acciderit. *Planè quoad agendum, propoſitæ replicationi locus eſt, quoad obligandum uerò, ei locus non eſt, ut ex ijs quæ paulo ſuperius propoſita ſunt conſtat.*

VII. *Regula: Si ſub conditione non faciendi quid ſit promiſſum, non antè competit actio, quàm certum eſſe cœperit, id amplius fieri non poſſe. Si enim adhuc fieri poßit, tanquam pendente conditione actio denegatur. Quæ regula approbatur l.115. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Ita ſtipulatus ſum te ſiſti in certo loco, Si nõ ſtiteris, quinquaginta aureos dare ſpondes? Si dies in ſtipulatione per errorem omiſſus fuerit, cùm id ageretur, ut certo die ſiſteres: imperfecta erit ſtipulatio, non ſecus ac ſi quod pondere, numero, menſura continetur, ſine adiectione ponderis, numeri, menſuræ ſtipulatus eſſem: uel inſulam ædificari, non demonſtrato loco: uel fundum dari, non adiecto nomine. Quid ſi ab initio id agebatur, ut quocunque die ſiſteres, et ſi non ſteriſſes, pecuniam dares: quaſi quælibet ſtipula-

tio sub conditione concepta uires habebit: nec antè committetur, quàm fuerit declaratum, reum promittendi sisti non posse. Sed etsi ita stipulatus fuero, Si in Capitolium non ascenderis, uel Alexandriam non ieris, centum dare spondes? non statim committitur stipulatio, quamuis Capitolium ascendere, uel Alexandriam peruenire potueris: sed cùm certum esse cœperit, te Capitolium ascendere, uel Alexandriam ire non posse. Item si quis ita stipuletur, Si Pamphilum non dederis, centum dare spondes? respondit Pegasus non antè committi stipulationem, quàm desijsset posse Pamphilus dari. Sabinus autem existimabat ex sententia contrahentium, postquam homo potuisset dari, confestim agendum: & tamdiu ex stipulatione non posse agi, quamdiu per promissorem non stetisset, quo minus eum daret: idque defendebat exemplo penus legatæ. Hæredem etenim, si dare potuisset penum, nec dedisset: confestim in pecuniam legatam teneri scripsit. Idque utilitatis causa receptum est ob defuncti uoluntatem, & ipsius rei naturam. Itaque potest Sabini sententia recipi, si stipulatio non à conditione cœperit: ueluti, Si Pamphilum nō dederis, dari tantum spondes? sed ita concepta sit: Pamphilum dare spondes? Si non dederis, tantum dare spondes? Quod sine dubio uerum erit, cum id actum probatur, ut si homo datus non fuerit, & homo & pecunia debeatur. Sed etsi ita cautum sit, ut sola pecunia non soluto homine debeatur, idem defendendum erit: quoniam uoluntas fuisse probatur, ut homo soluatur, aut pecunia petatur. *Concordat propositæ regulæ Instit. de uerb. obligat. §. si quis ita, his uerbis:* Si quis ita stipuletur, Si in Capitolium non ascendero, dare spondes? perinde erit ac si stipulatus esset, cum moreretur, sibi dari. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi stipulatio non à conditione cœperit. Quæ exceptio approbatur, simul & declaratur uerbis s. propositis hisce:* Sabinus autem existimabat ex sententia contrahentium, &c. *Secunda exceptio est: Nisi dies conditioni insit. Quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s. reg. 2. exceptione 4. Tertia exceptio est: Nisi ita stipulatio sit facta, Si digito cœlum non attigero. Quæ exceptio approbatur Inst. de inutilib. stipul. §. si impoßibilis, in fine, his uerbis:* Si ita stipuletur, Si digito cœlum non attigero, dare spondes? purè facta obligatio intelligitur. Ideoque statim peti potest. *Concordat l. 7. ff. de uerb. obligation. cuius uerba uide s. lib. proxim. cap. 3. exceptione 37. Concordat item l. 8. in fine. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. reg. 2. except. 4. Concordat item l. 9. §. 1. ff. de nouationib. his uerbis:* Qui sub conditione stipulatur, quæ, &c.

VIII. Regula: *Si actor uel reus in magistratu sit temporali, differtur actio, donec magistratus sit finitus. Quæ regula approbatur l. 48. ff. de iudicijs, hisce uerbis:* Pars literarum diui Hadriani. *Τοὺς ἄρχοντας ἐν ᾧ ἄρχουσιν ἐνιαυτῷ, μὴ εἰσιέναι δίκην ἰδίαν, μήτε διωκόντων, μήτε φευγόντων, μήτε περὶ ὧν ἐπίτροποι ἢ κουράτορές εἰσιν. ἐπειδὰν δ' ἐξέλθῃ ἡ ἀρχή, καὶ αὐτοῖς πρὸς τοὺς φεύγοντας, καὶ φεύγουσι πρὸς αὐτοὺς εἰσαγωγίμους εἶναι τὰς δίκας:* id est, Prætores quo anno cum imperio sunt, neque propriam, neque eorum quorum tutelam uel curam gerunt, causam in iudicio uel agendo uel defendendo sustinento. Simulac uerò magistratus dies exierit, non ipsis tantùm aduersus reos suos, sed etiam alijs aduersus ipsos litem intentare ius fasque esto. *Concordat l. 2. in princip. ff. de in ius uocando, his uerbis:* In ius uocare non oportet neque consulem, neq; præfectum, neque prætorem, neque proconsulem, neque cæteros magistratus qui imperium habent, & qui coercere aliquem possunt, & iubere in carcerem duci: neque pontificem, dum sacra facit: neque eos qui propter loci religionem inde se mouere non possunt: nec eum qui equo publico in causa publica transuehitur. *Concordat item l. 16. ff. de officio præsidis. cuius uerba uide s. lib. 5. cap. 9. membr. 2. de sequestr. quæst. 1. except. 2. Concordat item l. 18. §. fin. ff. ad l. Iul. de adulter. cuius uerba cum concordantibus uide s. lib. 1. cap. 2. exceptione 8. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi fideiussor eius conueniatur, non ipse principalis. Hæc exceptio approbatur exemplo l. 12. ff. iudicatum solui. cuius uerba uide s. lib. 6. cap. 10. quæst. 4. except. 14. Altera exceptio est: Nisi minor sit magistratus, qui sine imperio & sine potestate est. Hæc exceptio approbatur l. 32. ff. de iniurijs, hisce uerbis:* Nec magistratibus licet aliquid iniuriosè facere. Si quid igitur per iniuriam fecerit magistratus uel quasi priuatus, uel fiducia magistratus: iniuriarum potest conueniri. Sed utrum deposito magistratu, an uerò & quamdiu est in magistratu? Sed uerius est, si is magistratus est, qui sine fraude in ius uocari non potest: expectandum esse quoad magistratu abeat. Quòd si ex minoribus magistratibus erit, id est, qui sine imperio aut sine potestate sunt magistratus: & in ipso magistratu posse eos conueniri. *Concordat l. 29. §. municipales. ff. ad l. Aquiliam, his*

*his uerbis:* Municipales magistratus, si damnum iniuria dederint, possunt Aquilia teneri. *Tertia exceptio est: Nisi repetundarum agatur. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s.lib.2.cap.3. action.1.quæstione 4. regula 1. Quartæ exceptionis loco notandum, quòd regula proposita hodie in Præside prouinciæ sit sublata, Nouell. c. 86. §. porrò si contingat. cuius uerba uide s.lib.2.cap.2.reg.3.*

IX. Regula: *Si reus reipub. causa absit, actio aduersus eum differenda. Quæ regula approbatur, simul & distinguitur l. 16. §. ante. ff. de legationibus, his uerbis:* Ante legationem susceptam si cui negocium moueatur, etiam absens defendi debet: suscepta legatione, non nisi iniuncto munere fungatur. *Concordat l.2. in princip. ibi: nec eum qui equo. ff. de in ius uocando. cuius uerba uide s.reg. proxim. in princip. Concordat item l. 1. cum lege sequente. ff. eum qui appellauerit, his uerbis:* Eum qui appellauerit oportere in prouincis defendi in alijs suis causis, etiamsi appellationis causa peregrinetur: diui fratres Decimio Philoni rescripserunt. Hoc enim illis præstatur, ne necesse habeant se defendere, qui reipub. causa absunt. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi antequam reipub. causa abesse cœperit, actio sit suscepta. Quæ exceptio approbatur uerbis s. propositis hisce:* Ante legationem susceptam si cui negocium moueatur, etiam absens defendi debet. *Plura de regula proposita uide s. lib.5. capite 2. quæstione 1. exceptione 15. replicat.5.*

X. Regula: *Si reus sacra faciat, uel alioquin propter loci religionem discedere non potest, actio differenda est. Quæ regula approbatur l. 2. in prin. ff. de in ius uocando. cuius uerba uide s. reg. 8. in princip.*

XI. Regula: *Si reus cogatur alibi in iure uel certo loco sisti, differenda est aduersus eum actio. Quæ regula approbatur l. 2. §. fin. & l.4. in prin. ff. d. tit. cuius uerba uide s.reg.proxim. Huius exceptio est: Nisi appellans appellationis causa absit. Quæ exceptio approbatur l.1.ff.eum qui appell. cuius uerba uide s.reg.9.*

XII. Regula: *Si reus uxorem ducat, uel rea nubat, differtur eius actio. Quæ regula approbatur cum alijs quibusdam, l. 2. §. fin. cum duabus legibus sequentibus. ff. de in ius uocando, his uerbis:* In ius uocari non debet qui uxorem ducit, aut quæ nubit: nec iudicem oportet, dum de re cognoscit: nec dum quis apud prætorem causam agit: neque funus familiare ducentem, iustaúe mortuo facientem: uel qui cadauer persequuntur: quod etiam uidetur rescripto diuorum fratrum comprobatum esse. Quique litigandi causa necesse habet in iure uel certo loco sisti.

XIII. Regula: *Si reus iudex de alia causa cognoscat, differenda aduersus eum actio est. Quæ regula approbatur uerbis iam propositis hisce:* Nec iudicem oportet, dum de re cognoscit.

XIIII. Regula: *Si reus funus ducat, uel iusta mortuo faciat, mortuumq; lugeat. ex hac enim causa actio differenda. Et hæc regula approbatur uerbis paulo superius propositis hisce:* Neque funus familiare ducentem, iusta'ue mortuo facientem, uel qui cadauer prosequuntur. *Concordat l. ult. C. de sepulchro uiolato. cuius uerba uide s.lib. 16. cap.5. quæstione 2. causa 8. Concordat item Nouell. c. 60. in princip. usque ad §. porrò & illud, his uerbis:* Qui contemplanda rerum ueritate intentum habent animum, hi si uerè & recto iudicio singula explorent, facilè ad querelas progredi non solent. Ac probabile est ob legum quotidie à nobis propositarum multitudinem nonnullos succensere, parum reputantes in animo, quòd subinde postulante necessitate, consonas rebus leges ferre compellamur, semper aliquibus præter opinionem enascentibus, quæ per descriptas iam leges ad sanitatem perduci nequeant. Cuius generis quiddam nuper quoque innotuit. Nam cùm deberi sibi quispiam ab altero diceret, simul ac hominem in mortis intellexit existere articulo, coactis militibus & seruis, alijsque compluribus, ui ipsum uitam iam finientem adoritur: isque non prius indignè id ferre & clamare destitit, quàm undique uiolentia circumfusus, animam emitteret. At ille propria authoritate signa rebus imposuit, nemine eorum qui in magistratum collocati sunt, præsente, aut ullo omnino legitimo & ciuili ordine obseruato. Sed neque sic quidquam remisit, quin non dubitauit etiam mortuo facere contumeliam, primùm insistens ne sepultura fieret: deinde postquam ægrè domo cadauer efferri concessit, apprehenso feretro publicæ funeris elationi obstitit, neque se prius remissurum ait, quàm abstulisset debitum. Interim cum accepisset qui eam pecuniam constitueret, uix tandem demortuum terræ mandare permisit. Quanquam autem causæ per quam hoc delicti admissum est, competens iam forma data est: è re tamen fore arbitramur, si etiam generali ista lege corrigamus, nō concedentes, ut eadem denuò nullo unquam tempore comprehensa legibus peccentur. Sancimus igitur, si quis superstite adhuc illo quem sibi debere pu-

tar, per uim domum eius occupet, & negocium ea re faceſſat uel ſuperſtiti adhuc homini, uel familiaribus eius (nempe uxori, liberis, toti denique familiæ) aut etiam ſigna rebus propria authoritate auſit imponere, non prius decreta, & legitimo ordine poſt eius mortem, qui debere dicebatur, cuſtodito: omnino & actione excidito, ſiue iuſtam eam habeat, ſiue iniuſtam: & quantum debere eum dixerit, tantundem alterum inſuper exigitor, & dato iniuria affectis hæredibus: tum uerò & publicationem in tertiam bonorum partem ſuſtineto, prout præſtantiſsimus philoſophus Marcus Imperator in ſuis deſcripſit legibus, & infamia percellitor. Quem enim hominis natura pudore non ſuffudit, is profectò dignus eſt, ut & in bonis & exiſtimatione, & omnibus alijs mulctetur. Si uerò defuncto aliquo etiam circa defuncti ſepulturam aliquid delinquat, & funeris elationem prohibeat: tametſi iam à patre noſtro de hoc conſcripta lex ſit, delicta tamen maior quædam pœna. Per nos quoque conſequitor, & iiſdem ſubiaceto pœnis, quas præſens lex illis infert, qui quale diximus, in uiuentem adhuc deliquerint: excellenter quidem in hanc rem prouidentiam conferente glorioſiſs. præfecto huius almæ urbis, cui etiam horum delictorum curæ eſt. Non minus autem & glorioſiſs. ſacrorum noſtrorum prætoriorum præfectis, & glorioſiſs. ſacrorum noſtrorum officiorum magiſtro, & quæ unquam cohortes his obtemperant. Nam cùm contumeliæ ipſi naturæ illatæ communes ſint, & ad omnes pertineant: conuenit etiam, ut omnibus in commune iudicibus in his prohibitio permittatur, & uindicta. His non tantùm in alma hac urbe ualentibus, ſed etiam per omnes gentes, in quas imperium nobis Deus uel initiò dedit, uel inſuper addidit, atque etiam dabit, inquit ante nos quidam, prouidentiam & curam in hanc rem collocantibus magiſtratibus prouincialibus, ſiue militaribus ſiue ciuilibus. Inſequitor enim hic quidem magiſtratus, & eorum cohortes pœna quinquagenarum librarum auri, ſi quis eorum negligentius ſe in hac re geſſerit. Prouinciales uerò quinarum, niſi & ipſæ animum ad hoc proſequendum appulerint, cum denunciatio aliqua uel hic uel per prouinciam facta fuerit. *Concordat item Nouell. 1. uſ. §. memoria, his uerbis:* Memoria tenemus legem à nobis promulgatam, per quam iuſsimus ne cui prorſus defunctorum cadauera debiti nomine detinere, aut horum ſepulturæ impedimentum inferre liceat. Sed in præſentia cognouimus nonnullos defuncti cuiuſdam patrem, cum ex funere filij ſui regrederetur, debiti nomine prehendiſſe. Et propterea pium iuxtà, & humanitati nobis conſentaneum eſſe uiſum eſt, huiuſmodi crudelitatem pientiſsima lege coercere. Sancimus igitur, ut nemini prorſus defuncti hæredes, uel parentes, uel liberos, uel uxorem, uel adgnatos, uel alios cognatos, uel alioquin adfines eius, uel fideiuſſores ante nouem dierum ſpacium, in quibus lugere uidentur, actionem intentare liceat, aut quocunque modo negocium faceſſere, aut citationem aliquam ijs offerre, ſeu in ius uocare, ſiue debiti nomine, quod à defuncto deſcendit, ſiue quacunque alia de cauſa, quæ ſpecialiter memoratas perſonas reſpiciat. Sin uerò intra nouem dies quamlibet prædictarum perſonarum prehendere, aut adotiri, aut cautionem aliquam, ſeu promiſsionem, ſeu fideiuſsionem ab ulla earum accipere auſus fuerit: ut hæc omnia irrita ſint, ſancimus. Poſt decurſum uerò nouem dierum, ſi quis contra huiuſmodi perſonas aliquam ſe habere actionem putauerit: has ſecundum leges exerceto, nullo uidelicet præiudicio actoribus ex hoc interuallo circa longi temporis præſcriptionem, aut quamcunque aliam legitimam allegationem penitùs generando.

X V. Regula: *Si per actionem propoſitam maiori cauſæ præiudicium futurum eſt: ea differri debet, donec maior cauſa finiatur. Quæ regula cum alijs quibuſdam approbatur, ſimul & diſtinguitur ſ. lib. 7. cap. 8. quæſt. 1. reg. 3. cum ſequentibus.*

X V I. Regula: *Si reus non ſuo, ſed alieno nomine ſit obligatus: prius actio aduerſus principalem eſt inſtituenda. Quæ regula approbatur Nouell. c. 4. De qua uide ſ. lib. 45. cap. 3. quæſt. 6. reg. 2.*

X V I I. Regula: *Si heres adhuc de adeunda hereditate deliberet, uel inuentarium conficiat: differtur aduerſus eum actio. Quæ regula approbatur l. ultim. §. donec tamen. C. de iure deliberandi. cuius uerba uide ſ. lib. 30. capite 1. quæſtione 6.*

X V I I I. Regula: *Si ius teſtamenti pendet, heres ſcriptus ex eo dilatoriam habet exceptionem. Quæ regula approbatur l. 14. ff. de action. & obli-*

*& obligat. cuius uerba cum concordantib. uide J. lib. 48. cap. 16. except. 7.*

X I X. Regula, *De exceptione pacti intra certum tempus non petendi, proponitur l. 1. §. item quæritur. ff. de doli mali except. cuius uerba uide s. reg. 1. except. 4.*

X X. Regula: *Si princeps reo dilatoriam exceptionem concesserit, interim conueniendus non est.* Quæ regula approbatur l. 2. C. de precibus Imp. offer. cuius uerba uide s. libro primo, capite 10. exceptione 14. Huius regulæ exceptio hæc est: *Nisi reus actori non caueat idoneè finito tempore debitum iri solutum.* Hæc exceptio approbatur l. 5. C. eod. tt. cuius uerba uide d. exceptione 14.

X X I. Regula: *Propter ferias etiam differtur actio.* De qua re uide s. lib. 5. cap. 1. quæst. 2.

X X I I. Regula. *De pœna, si ante tempus agatur, proponitur Inst. de except. §. ergo ij quib. his uerbis:* Quibus intra certum tempus agere uolentibus obijcitur exceptio, aut pacti conuenti, aut alia similis: ij differre debent actioné, & post tempus agere. Ideo enim & dilatoriæ istæ exceptiones appellantur. Alioqui si intra tempus egerint, obiectaque sit exceptio: neque eo iudicio quidquam consequebantur, propter exceptionem: neque post tempus olim agere poterant, cum temerè rem in iudicium deducebant, & consumebant, qua ratione rem amittebant. Hodie autem non ita strictè hoc procedere uolumus: sed eum qui ante tempus pactionis uel obligationis litem inferre ausus sit, Zenonianæ constitutioni subiacere censemus, quam sacratissimus lagislator da ijs qui tempore plus petierint, protulit: ut & inducias, quas ipse actor sponte indulserit, uel quas natura actionis continet, si contempserit, in duplum habeant ij qui talem iniuriam passi sunt: & post eas finitas non aliter litem suscipiant, nisi omnea expensas litis antea acceperint: ut actores tali pœna perterriti, tempora litium doceantur obseruare. *Hactenus, quando competant actiones expositum est: nunc quamdiu competant, est exponendum.*

## *QVAMDIV COMPETAT actio? & de temporalibus præscriptionibus. Cap. XV.*

*Omnis actio aut temporalis est, aut perpetua, id est, usq; ad triginta annos competens. Quæ regula approbatur Inst. de perpetuis & tempor. actionib. in prin. his uerbis:* Hoc loco admonendi sumus, eas quidé actiones, quæ ex lege, senatusúe consulto, siue ex sacris cóstitutionibus proficiscuntur: perpetuò solere antiquitùs competere, donec sacræ constitutiones tam in rem, quàm in personam actionibus certos fines dederunt. Eas uerò, quæ ex propria prætoris iurisdictione pendent: plerunque intra annum uiuere. Nam & ipsius prætoris intra annum erat imperium. Aliquando tamen & in perpetuum extenduntur, id est, usque ad finem ex constitutionibus introductum: quales sunt eæ quas bonorum possessori, cæterisque qui hæredis loco sunt, accommodat. Furti quoque manifesti actio, quamuis ex ipsius prætoris iurisdictiona proficiscatur, tamen perpetuò datur. Absurdum enim esse existimauit, anno eam terminari. *Sanè actionum temporalium aliæ anno finiuntur, ut de prætorijs actionibus iam dictum est: aliæ breuiori, aliæ longiori tempore: breuiori quidem, ut actio redhibitoria, quæ post sex menses expirat. longiori tempore competentes actiones aliæ biennio finiuntur, ut actio de dolo: aliæ triennio, ut uendicatio rei mobilis, bona fide ab alio possessæ: aliæ quadriennio, ut nunciatio bonorum uacantium: aliæ quinquennio, ut querela de inofficioso testamento. Ita singulæ actiones temporales certum à legibus tempus habent definitum, intra quod competant, & post quod temporali præscriptione excludantur. De quo singulæ actionum species sunt dispiciendæ. Quibus autem actionibus nullum certum à lege tempus est præfinitum, eæ olim quidem perpetuæ erant: hodie uerò usque ad triginta annos durant, ut ex ijs quæ iam proposita sunt, constat. Cui concordat l. 3. C. de præscript. 30 uel 40 annor. his uerbis:* Sicut in rem speciales, ita de uniuersitate ac personales actiones ultra triginta annorum spacium minimè protendantur: sed si qua res uel ius aliquod postuletur, uel persona qualicunque actione uel persecutione pulsetur, nihilominus erit agenti triginta annorum præscriptio metuenda. Eodem etiam iure in eius persona ualente, qui pignus uel hypothecam non à suo debitore, sed ab alio per longum tempus possidente nititur uindicare. Quæ ergo antea non sunt motæ actiones, triginta annorum iugi silentio, ex quo competere iure cœperunt, uiuendi ulterius non habeant facultatem. Nec sufficiat precibus oblatis speciale quoddam (licet per adnotationem) promeruisse responsum, uel etiam in iudicijs allegasse: nisi allegato sacro rescripto, aut in iudicio postulatione deposita, fuerit subsecuta per executorem conuentio: non sexus fragilitate, non absentia, non militia contra hanc legem defendenda, sed pupillari ætate duntaxat (quamuis sub tutoris defensione consistat) huic exi-

menda ſanctioni. Nam cùm ad eos annos peruenerint, qui ad ſolicitudinem pertinent curatoris: neceſſariò eis ſimiliter ut alijs annorum triginta interualla ſeruanda ſunt. Hæ autem actiones annis triginta continuis extinguantur quæ perpetuæ uidebantur, non illæ quæ antiquis temporibus limitabantur. Poſt hanc uerò temporis definitionem, nulli mouendi ulterius facultatem patêre cenſemus, etiamſi ſe legis ignorantia excuſare tentauerit. *Planè regulæ propoſitæ tam quoad temporales, quàm quoad perpetuas actiones, quæ iure nouo triginta annis (ut iam dictum eſt) finiuntur, exceptiones generales & communes hæ ſunt.*

I. EXCEPTIO: *Niſi de iure publico, & publica utilitate agatur. Hæc exceptio approbatur l.5. C. de operib. publicis. cuius uerba uide ſ. lib.12.cap.22.reg.8.*

II. EXCEPTIO: *Niſi fiſcus agat. Hæc exceptio reprobatur l.6. C. de iure fiſci. cuius uerba uide ſ. lib.22.cap.3.queſt.5.reg.2.*

III. EXCEPTIO: *Niſi perſonalis ſit actio. Hæc exceptio uidetur approbari l.5. C. quibus non obijcitur longi temp. præſcript. his uerbis:* Neque mutui, neque commodati, aut depoſiti ſeu legati, uel fideicommiſſi, uel tutelæ, ſeu alij cuilibet perſonali actioni longi temporis præſcriptionem obijci poſſe, certi iuris eſt. *Hanc legem Accurſius interpretatur de decem & uiginti annorum præſcriptione. Et rectè quidem. Verùm non ineptè accipi poteſt etiam de iure antiquo, quo omnes huiuſmodi actiones erant perpetuæ, poſtea autem iure nouo triginta annorum ſpacio concluſæ, ut ſ. eod. cap. in princip. eſt oſtenſum. Proinde minoris quidem temporis præſcriptionibus exceptio propoſita obſtat, triginta uerò annorum præſcriptioni hodie non obſtat. Cui concordat l. 3. §. hæ autem. C. de præſcriptionib. triginta annor. cuius uerba uide paulo ſuperius. Concordat item l. 1. §. ad hæc cum nihil. C. de annali except. his uerbis:* Cùm nihil prohibet, etiam ea quæ aliquam dubitationem acceperunt, clarioribus & compendioſis ſanctionibus renouari: iubemus omnes perſonales actiones, quas uerboſa quorundam interpretatio iactare extra metas triginta annorum conabatur, triginta annorum ſpacijs concludi: niſi legitimus modus, qui & ueteribus & noſtris legibus enumeratus eſt, interruptionem temporis introduxerit, ſola hypothecaria actione quadraginta annorum urente curriculis. Nemo itaque audeat, neque actionis familiæ erciſcundæ, neque communi diuidundo, neque finium regundorum, neque pro ſocio, neque furti, neque ui bonorum raptorum, neque alterius cuiuſcunque perſonalis actionis uitam longiorem eſſe triginta annis interpretari: ſed ex quo ab initio competit, & ſemel nata eſt, & non iteratis fabulis ſæpe recreata, quemadmodum in furti actione dicebatur, poſt memoratum tempus finiri. Exceptis omnibus actionibus, licet perſonales ſint, quæ in iudicium deductæ ſunt, & cognitionalia acceperũt certamina, & poſtea ſilentio traditę ſunt: in quibus nõ triginta, ſed quadraginta annos eſſe expectandos, ex quo nouiſsimum litigatores tacuerũt, lex noſtra antea promulgauit.

IIII. EXCEPTIO: *Niſi pignoraticia actione ad reddendum pignus agatur. Hæc exceptio approbatur l.9. in prin. C. de act. pignorat. his uerbis:* Neque creditores, nec qui his ſucceſſerunt, aduerſus debitores pignori quondam res nexas petentes, reddita iure debiti quantitate: uel his non accipientibus, oblata & conſignata & depoſita, longi tẽporis præſcriptione muniri poſſunt. Vnde intelligis, quòd ſi originẽ rei probare potes: aduerſario tenente, dominium uindicare debes. *Concordat l.11. C. eod. tit. his uerbis:* Quo minus fructuũ quos creditor ex reb. obligatis accepit, habita ratione, ac reſiduo debito ſoluto, uel (ſi per creditorẽ factũ fuerit quo minus ſolueretur) oblato, & cõſignato, & depoſito, pignora quæ in eadẽ cauſa durãt, reſtituat debitori: nullo ſpacio longi tẽporis defenditur. *Has leges Accurſius de minoris tẽporis, quam triginta annorũ præſcriptione interpretatur. Et rectè quidem. Sed uſu receptum eſt, ut nec centum annorum præſcriptione actio propoſita ſubmoueatur.*

V. EXCEPTIO: *Niſi actio ſemel in iudiciũ fuerit deducta, & reus interpellatus. Hæc exceptio approbatur l. ult. C. de præſcript. 30 annor. his uerbis:* Sępe quidã ſuos obnoxios in iudiciũ uocãtes, & iudiciarijs certaminibus nõ utilatis, nõ ad certũ finem lites perducebant, ſed taciturnitate in medio tempore adhibita ꝑpter potentiã fortè fugientiũ, uel ſuã imbecillitatẽ, uel alios quoſcunq; caſus (cũ ſortes humanæ multæ ſunt) qui nec dici nec numerari poſſunt, deinde iure ſuo lapſi eſſe uidebantur, eo quòd poſt cognitionẽ nouiſsimam ſpacium triginta annorũ effluxit: & huiuſmodi exceptione oppoſita, ſuas fortunas ad alios tranſlatas uidẽtes, meritò quidẽ ſine remedio antè lugebant. Quod nos corrigentes, eandem exceptionem, quæ ex triginta annis oritur, in huiuſmodi caſu minimè opponi patimur: ſed licet perſonalis actio ab initio fuerit inſtituta, eam tamen in quadraginta annos extendimus: cum

cum non similis sit qui penitùs ab initio tacuit, ei qui & postulationem deposuit, & in iudicium uenit, & subijt certamina, litem autem implere per quosdam casus præpeditus est. Sed licet ipse actor defecerit, tamen suæ posteritati huius causæ cursum eum relinquere posse definimus, & eius hæredibus uel successoribus liceat eam adimplere, nullo modo triginta annorum exceptione sublata. Quod tēpus, id est, quadraginta annorum spacium, ex eo decernimus numerari, ex quo nouissima processit cognitio, postquam utraq; pars cessauit. *Concordat l. 181. ff. de reg. iuris. cuius uerba uide* $\bar{s}$*.cap.6.reg.5.except.1.repl.1. Item concordat l.1. in fine. C. de præscript. longi temp. cuius uerba uide* J*.repl.1. Concordat item l.2. C. eod. tt. cuius uerba uide* $\bar{s}$*. lib. 22. cap.2. except.11. in prin. Concordat l. 10. C. eod. tt. cuius uerba uide* $\bar{s}$*. lib. 22. cap.5. exception. 51. Concordat item l.1. §. exceptis. C. de annal. exception. cuius uerba uide* $\bar{s}$*. exception. 5. Concordat item l. 4. C. quib. non obijcitur longi temp. præscript. cuius uerba uide* J*. exception. 9. Concordat item l. 6. ibi: sine quadam legitima. C. de præscript. 30 annor. cuius uerba uide* J*. replicat. gener. duplicat. 2. Concordat item l. 7. in prin. ibi: si non interrupt. C. eod. tt. cuius uerba uide* J*. lib. 40. cap. 8. quæstion. 8. in prin. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi non reus, sed alius eiusdem rei nomine antea fuit conuentus. Hæc replicatio approbatur l.1. C. de præscript. longi temp. his uerbis:* Cùm post motam & omissam quæstionem res ad noua dominia bona fide transierint, & exinde noui uiginti anni intercesserint sine interpellatione: non est inquietanda quæ nunc possidet persona: quæ licet accessione prioris domini nō utitur, qui est inquietatus: ita nec impedienda est, quòd ei mota controuersia sit. Quòd si prior possessor inquietatus est: etsi postea per longum tempus sine aliqua interpellatione in possessione remansit, tamen non potest uti longi temporis præscriptione. Quod etiam in republica seruari oportet. *Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi reus malæ fidei possessor sit. quæ duplicatio elicitur ex uerbis iam propositis hisce:* Bona fide transierint. *Altera duplicatio est: Nisi reus hæres sit eius qui antea eiusdem rei nomine fuit interpellatus. quæ duplicatio approbatur argumento eorum quæ dicta sunt* $\bar{s}$*. lib. 22. cap. 2. exception. 12. replicat. 1. Tertia duplicatio est: Nisi unus ex duobus uel pluribus reis promittendi, qui q; eadem actione tenentur, fuerit conuentus. hoc enim casu etiam aduersus alterum postea conuentum interrupta præscriptio est. quæ duplicatio approbatur l. ult. C. de duob. reis stipul. his uerbis:* Cùm quidam rei stipulandi certos habebant reos promittendi, uel unus fortè creditor duos uel plures debitores habebat, uel contrà multi creditores unum debitorem, & alij ex reis promittendi ad certos creditores debitum agnouerant, uel per solutionem, uel per alios modos, quos in anterioribus sanctionibus interruptionis & inuenimus positos, & nos ampliauimus: uel fortè ad unum creditorem quidam ex debitoribus deuotionem suam ostenderunt: uel cum plures essent creditores, debitor qui solus existeret, ad unum ex ijs uel quosdam ex ijs debitum agnouit: & quærebatur, si eis uel ei daretur licentia aduersus alios indeuotionem suam exercere, & quasi tempore emenso exactionem recusare, uel quibusdam ex debitoribus debitum agnoscentibus, uel in iudicio pulsatis, deberent & alij ab omni contradictione repelli? Nobis pietate suggerente uidetur humanum, semel in uno eodemq; contractu qualicunq; interruptione uel agnitione adhibita, omnes simul compelli ad debitum persoluendum, siue plures sint rei, siue unus: siue plures sint creditores, uel non amplius quàm unus: sancimusq; in omnibus casibus quos noster sermo complexus est, aliorum deuotionem, uel agnitionē, uel ex libello admonitionem alijs debitoribus præiudicare, & alijs prodesse creditoribus. Sit itaque generalis deuotio, & nemini liceat alienam indeuotionem sequi: cum ex una stirpe unoq; fonte unus effluxit contractus, uel debiti causa ex eadem actione apparuerit. *Quarta duplicatio est: Nisi domino absente procurator eius sit interpellatus. Hæc duplicatio approbatur l. 2. §. si uerò post. C. ubi in rem actio. cuius uerba uide* $\bar{s}$*. lib. 6. cap. 5. quæst. 2. causa 1. Hæc de prima replicatione. Secunda replicatio est: Nisi non actor, sed alius eiusdem rei nomine antea egerit. Hæc replicatio approbatur exemplo l. 2. ff. pro donato, his uerbis:* Si is qui alienam rem donauit, reuocare constituerit donationē: etiamsi iudicium ediderit, remq; cœperit uindicare, curret usucapio. *Aliud exemplū proponitur l. 10. ff. de diuers. temp. præscript. his uerbis:* Intra quatuor annos uacantiū bonorum delator facta denunciatione destitit: post quatuor annos secundo delatori uenienti prior denunciatio, quo minus præscriptione temporis submoueatur, non proderit. *Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi bonis uacantibus delatis prior præuaricatus sit. quæ duplicatio approbatur d. l. 10. his uerbis:* Nisi prioris præuaricatio detegatur. Quo declarato præscriptio, sed & negocij quæstio perimetur. *Altera duplicatio est: Nisi alius antea nomine actoris egerit. Hæc duplicatio approbatur l. 24. §. fin. ff. de*

*usuris, hisce uerbis:* Cùm procurator interpellauerit promissorem hominis, perpetuam facit stipularionem. *Tertia duplicatio est: Nisi actor hæres extiterit ei qui antea egit. Hæc duplicatio approbatur l. ult. §. sed licet. C. de præscript. 30 annor. cuius uerba uide s̃. ead. except. in prin.* *Quarta duplicatio est: Nisi actor sit correus stipulandi, aut qui antea egit, uel cohæres. quæ duplicatio approbatur l. ult. C. de duob. reis stipul. cuius uerba uide s̃. repl. prox. dupl. 3. Hæc de secunda replicatione.* *Tertia replicatio est: Nisi ex alia causa uel alia actione nunc agatur, quàm actum est antea. Hæc replicatio reprobatur l. 3. C. de annali exceptione, his uerbis:* Si ex multis causis quidam obnoxium habens, & maximè ex similibus qoátitatibus, in unius causæ summa libellum conuentionis composuerit, causam tamen non expresserit: apud ueteres agitabatur, an uideatur omnes caosas in iudicium deduxisse, an uetustissimam earũ, aut omnino nihil fecisse, cùm eius sensus incertus esse apparebat. Sed & io iodicijs in mulris casibus tales altercarionas uentilatas inuenimus, & maximè propter lõgi temporia interruptioné. Si enim personalis fortè fuerar mota actio, hypothecariæ autem actionis nulla mentio procedebat: quidam putsbát per sooalem quidem esse tempotis ioterruptiooe perpetuatam, hypothecariam auté euaoescere tacitornitate sopitam. Et si quis generaliter dixerat, obnoxiũ sibi aliquem constirutum, aliæ dubitationes emergebaot, si omnes ei competétes actiones hoiusmodi narratione contineri credantur: an uerò qnasi silentio circa eas habito tempore expirare, nullo ex incetta libelli cõfectione adminiculo ei adquisito. Sancimus itaq;, nullam in indicijs in posterum locum hsbera talem cõfusionem, sed qui obnoxiom suum in iudiciom clamauerit, & libellũ coouentionis ei transmiserit, licet generaliter nullius causæ mẽtionem habeotem, oel unius quidem specialiter tantũmodo, aut persooales actiones uel hypothecarias continentem: nihilominus uideri ius suum omne eom in iudicium deduxisse, & esse interrupta temporum curricula: cum contra desides homioes, & sui inris contemptores odiose exceptiones oppositæ sunt. *Quarta replicatio est: Nisi post nouißimam conuentionem quadraginta anni excesserint. Hæc replicatio approbatur l. ult. §. quod nos corrigentes. item §. fin. C. de præscript. 30 annor. cuius uerba uide s̃. ead. except. in prin. Concordat l. 1. §. exceptis. C. de annali except. cuius uerba uide s̃. except. 3.* *Quinta replicatio uidetur: Nisi apud compromissarium, non ordinarium iudicem prior lis sit mota. Hæc replicatio reprobatur l. 5. §. plenius. C. de receptis arbitr. his uerbis:* Plenius & generaliter definimus, conuentum in scriptis apud compromissarium iudicem factum, ita temporis interruptionem inducere, quasi in ordinario iudicio lis fuisset inchoata. *Sexta replicatio est: Nisi lis nondum fuerit contestata, sed principi uel præsidi tantùm preces in causa sint oblatæ. Hæc replicatio approbatur l. 2. C. quando libellus principi datus. cuius uerba uide paulò inferius. Concordat l. 3. §. nec sufficiat. C. de præscript. 30 annor. cuius uerba uide s̃. eod. cap. in prin. Sed & concordat l. 1. C. de officio præfecti prætor. his uerbis:* Libellus præfecto prætorio datus, pro cootestatiooe haberi non potest. *Eius duplicatio prima hæc est: Nisi annalis sit actio. quæ duplicatio approbatur l. 1. C. quando libellus principi datus, his uerbis:* Dubitatio non est, contestationem intelligi, etsi nostræ fuerint tranquillitati preces oblatæ: easque aduersus hæredem quoque eius in quem porrectæ suot, uel ab hærede eius qui meruit, exerceri. *Concordat l. 2. C. eod. tit. his uerbis:* Temporales actiones quæ per oblationem precum, & ad eas rescriptionem perpetuaotor, defioite necessarium esse duximus: ne quis putet ad aliaa etiam, quæ certis taxantur temporibus, hoc pertinere. Sciant igitur omoes, eas tantummodo per oblationem precum, & ad eas rescripta perpetuari, quæ à Prætore coostitotæ, annali tempore coarctatæ sunt. *Altera duplicatio est: Nisi eùm reus propter absentiam, uel infantiam, uel aliam similem causam conueniri non posset, querela de ea re præsidi uel episcopo sit oblata. Hæc duplicatio approbatur l. 2. C. de annal. except. his uerbis:* Vt perfectius omnibus consulamus, ot nemini absentia uel potentia, uel infantia penitùs aduersarij sui noceat, sed sit aliqua inter desides & uigilantes differentia: sancimus, ut si qoando absuerit is qui res alienas, uel creditori obnoxias detinet, & desiderat dominus rei uel creditor suam intentionem proponere, & non liceotia sit absente suo aduersario, qui rem detinet, uel infantia, uel furore laborante, & neminem tutorem nel cutatorem habente, uel in msgna potestate constituto, sua authoritate res usurpsre: licentia ei detur adire præsidé, uel libellum ei porrigere, & hoc in querimoniam deducere intra statuta tempora, & interruptioné temporis facere, & sufficere hoc ad plenissimam interruptioné. Sin sutem nullo poterit modo præsidem adire, saltem ad locorum episcopum eat, uel defensoré ciuitaris, & suá maoifestare uoluntatem in scriptis depromeret. Sin auté absuerit uel præses uel episcopus.

ſcopus, uel defenſor ciuitatis: liceat ei proponere publicè ubi domiciliũ habet poſſeſſor, ſeu cum tabulariorum ſubſcriptione: uel ſi ciuitas tabularios nõ habet, cum trium teſtium ſubſcriptione: & hoc ſufficere ad omnem temporalem interruptionem, ſiue triennij, ſiue lõgi temporis, ſiue triginta uel quadraginta annorũ ſit. Omnibus alijs quæ de longi temporis præſcriptione uel triginta uel quadraginta annorum curriculis cõſtituta ſunt, ſeu ab antiquis legum conditoribus, ſiue à noſtra maieſtate, in ſuo robore duraturis. *Concordat l. ult. C. de epiſcopali audient. his uerbis:* Sancimus, ut ſi quando abſuerit is qui res alienas uel creditori obnoxias detinet, & deſiderat dominus rei uel creditor ſuam intentionem proponere, & non ei licentia ſit abſente aduerſario ſuo, qui rem detinet, uel infantia uel furore laborante, & neminem tutorem uel curatorem habẽte, uel in ſumma poteſtate conſtituto, eandẽ rem authoritate ſua uſurpare: licẽtia ei detur adire præſidem, uel libellũ porrigere, & hæc in querimoniã deducere, & intra conſtituta tempora interruptionem facere. Sin autem nullo poterit modo præſidẽ adire: ſaltem ad epiſcopum locorum eat, & ſuam manifeſtare uoluntatẽ in ſcriptis deproperet. *Septima replicatio eſt: Niſi noui tantum operis nunciatio ſit facta. Hæc replicatio approbatur l. 13. ff. pro emptore. cuius uerba uide ſ. lib. 22. cap. 5. except. 18.* *Octaua replicatio eſt: Niſi de dolo actio in iudicium deducta ſit. hæc enim non continuatur per litis conteſtationem: l. ult. C. de dolo malo. cuius uerba uide j. lib. 49. cap. 3. quæſt. 8. in prin. Hæc de quinta exceptione eiusq; replicationibus ſint dicta.*

VI. EXCEPTIO: *Niſi actor rem medio tempore tenuerit. Hæc exceptio approbatur l. 7. §. imò & illud. C. de præſcript. 30 annor. his uerbis:* Si quis eorum quibus aliquid debetur, res ſibi ſuppoſitas ſine uiolentia tenuerit, per hanc detentionem interruptio fit præteriti temporis, ſi minus effluxit 30 uel 40 annis: & multo magis quàm ſi eſſet interruptio per conuentionem introducta, cũm litis conteſtationem imitatur ea detentio.

VII. EXCEPTIO: *Niſi debitor medio tẽpore debitum agnouerit, uel cautionem renouauerit, aut aliam dederit, uel pecuniam conſtituerit. Hæc exceptio approbatur l. 7. §. ſed etſi. C. de præſcript. 30 annor. his uerbis:* Si quis debitorum ad agnoſcendum ſuum debitum ſecundam cautionem in creditorem expoſuerit: tempora memoratarũ præſcriptionum interrupta eſſe uidebuntur, quantum ad priorẽ cautionẽ pertinet, quæ ſcilicet innouata permãſit tam in perſonalibus quàm in hypothecarijs actionibus. Nanq; improbum eſt, debitorẽ hunc contradicere, qui ne ſub accuſatione creditoris more debitoris fiat, ſecundam in eum ſuper priore debito cautionem expoſuit. *Concordat l. 18. §. quod adijcitur. ibi: proinde & c. ff. de conſtit. pec. cuius uerba uide j. lib. 45. cap. 5. quæſt. 2. except. 19. Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi alius, non reus, debitum medio tempore agnouerit: uel nõ actori, ſed alij. Hæc replicatio ipſo quidem iure ſubſiſtit: uerùm eius duplicatio proponitur l. ult. C. de duob. reis ſtipul. cuius uerba uide ſ. except. 5. repl. 1. dupl. 3.*

VIII. EXCEPTIO: *Niſi actor experiundi poteſtatem non habuerit. Hæc exceptio approbatur l. 1. ff. de diuerſis temp. præſcript. his uerbis:* Quia tractatus de utilibus diebus frequens eſt, uideamus quid ſit experiundi poteſtatem habere? Et quidem inprimis exigendum eſt, ut ſit facultas agẽdi. Neq; ſufficit reo experiundi ſecum poteſtatem facere uel habere eum qui ſe idoneè defendat, niſi actor quoq; nulla idonea cauſa impediatur experiri. Proinde ſiue apud hoſtes ſit, ſiue reipublicæ cauſa abſit, ſiue in uinculis ſit, aut tempeſtate aliquo in loco uel regione detineatur, ut neq; experiri neq; mandare poſsit: in ea cauſa eſt, ut experiundi poteſtatem non habeat. Planè is qui ea ualetudine impeditur, ut mandare poſsit: in ea cauſa eſt ut experiundi poteſtatem habeat. Illud utique neminem fugit, experiundi poteſtatem non habere eum qui Prætoris copiam non habuit. Proinde hi dies cedunt, quibus ius Prætor reddit. *Huius exceptionis aliud proponitur exemplum l. 1. §. penult. ff. de iudicijs, hiſce uerbis:* In omnibus cauſis, in quibus protelatur admonitio: hoc procedere ſine temporali damno creditorum oportet. *Concordat l. 8. §. fin. in fine. C. qui bonis cedere poſſunt. cuius uerba uide j. lib. 48. cap. 20. quæſtion. 1. exception. 6. Planè propoſitæ exceptionis replicatio hæc uidetur eſſe: Niſi reus ſecum agendi poteſtatem faciat. tunc enim, quamuis actor experiundi poteſtatem non habeat, nihilominus tempus præſcriptionis uidetur currere. Sed hæc replicatio reprobatur uerbis d. l. 1. paulo ſuperius propoſitis hiſce:* Neque ſufficit reo, experiundi ſecum poteſtatem facere uel habere eum qui ſe idoneè defendat, niſi actor quoq; nulla idonea cauſa impediatur experiri, &c. *Concordat l. 7. ibi: quod ſi ex. C. quib. non obijcitur longi temp. præſcript. cuius uerba uide ſ. Cõcordat l. 25. ff. de ſtipulat. ſeruor. his uerbis:* Si ſeruus hæreditarius ſtipulatus ſit, & fideiuſſores acceperit, poſteaque adita fuerit hæreditas: dubitatur, utrum ex die interpoſitæ ſtipulationis tempus cedat,

an ex

an ex adita hæreditate?Item,si seruus eius qui apud hostes sit,fideiussores acceperit? Et Cassius existimabat, tempus ex eo cōpurādum,ex quo agi cum eis potuerit, id est,ex quo adeatur hæreditas, aut postliminio dominus reuertatur. *Contradicit l.4. ff.de diuersis temp.præscript.bis uerbis*: Si seruus hęreditarius aut eius qui in hostium pote state sit,satis acceperit: cōtinoò dies satisdatioois cedere incipiet.Intueri enim debemus an experiundi potestas fuerit aduersus eum qui obligatus est, nō an is agere possit,qui rem in obligatiouem deduxerit. Alioquin erit iniquissimum ex conditiooe actorum obligariones reorum extendi,per quos nihil factum erit,quo minus cum his agi possit.

IX. EXCEPTIO:*Nisi actor absfuerit uel morbo laborauerit. Hæc exceptio approbatur l.1.§. proinde siue.ff.de diuersis temp.præscript.cuius uerba uide ſ.except.prox.in prin.Cōcordat l.4.C.quib. non obijcitur longi temporis præscript. bis uerbis*: Si possessio inconcussa sine controuersia perseuerauit, firmitatē suā tenear obiecta præscriptio,quam cootra absentes uel reipublicæ causa, uel maximè fortuito casu nequaquam ualere decernimus. *Concordat itē l.6 C.eod.tt.bis uerbis*:Ab hostibos captus, ac postliminio reuersus,actione in rem directa,uel qualibet alia dominiū uindicando,temporis adoersarij possessionem frustra rimes:cum aduersus eos qui restiturionis auxilio quacunq; ratione iuuātur,huiusmodi factum non opituletur. *Concordat item l.1.C.eod.tt.bis uerbis*:Tempus expeditionis aduersus petitiones, si quæ cōpetijsse iustè probari possunt, præscriptionem nō parit. *Concordat itē l.2.C.eod.tt.bis uerbis*: Cum per absentiam tuam eos de quibus quereris, in res iuris tui irruisse adseueres, teq; ob medendi curam à comitatu nostro discedere nō posse palàm fit:præfectus prætorio noster accersitis ijs qoos causa contingit,ioter uos cognoscet.Nō necessariò autē petis,ex longi temporia diuturnirate præscriprionem ribi noo opponi: quádo iustæ absentiæ ratio & necessitaris publicæ obsequium ab huiusmodi præiudicio te defendat. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est:Nisi absens uel ualetudinarius causam potuit mandare.quæ replicatio approbatur l. 1. §. planè is qui.ff.de diuersis temp.præscript.cuius uerba aide ſ. except.prox.in prin.Altera replicatio est: Nisi longißimi tēporis, hoc est,triginta annorū præscriptio obijciatur. hoc enim casu exceptio proposita cessat. quæ replicatio approbatur l.3.§.nec sufficit.ibi: non sexus.C. de præscript. 30 annor. cuius uerba uide ſ. eod.cap.in prin. Tertia replicatio est : Nisi non necessariò nec iustè actor absfuerit. Hæc replicatio elicitur ex uerbis l.2.C.quib.non obijcitur longi tēp. præscriptio,ſ.cad.except.in prin. propositis. Cuius exemplum proponitur l.ult.C.eod.tt.bis uerbis*:Sācimus,his solis militibus,qui expeditionibus occupati sunr,ea tātùm rempora quæ in ea expeditione percurrunr,in exceptionibus declinandis opitulari: illis temporibus,per quæ citra expedirioonum necessitarem in alijs locis uel in suis ædibus deguot, mioimè eos ad uindicandū hoc priuilegium adiuuantibus. *Quarta replicatio est : Nisi res absentis per uiginti annos bona fide sit possessa. hoc enim casu possessori usucapio , & per eam præscriptio prodest, proposita exceptione non obstante.quæ replicatio approbatur,simul & distinguitur ſ.lib.22.cap.1.except.17.*

X. EXCEPTIO: *Nisi actor iure agere non potuit. Hæc exceptio approbatur exemplo l. 1. §.fin.C.de annali except. bis uerbis*: Cùm in maternis quidem rebus filijsfamiliarum tempora exceptiouum currere dispositū erat,ex quo sacris paternis absoluti sunt: in alijs autē quę minimè adquiri possunt, hoc noo fuerat specialiter constitutū:apertissima definitione sancimus,filijsfamiliarum in omnibus his casibus,in quibus habent res minimè patribus adquisitas,nullam temporalem exceptiooem opponi, nisi ex quo mouere actiooem potuerunt: id est,postquam manu paterna,uel eius in cuius potestate erant constituti, fuerint liberati. Quis enim iocosare eos poterit, si hoc uon fecerunt,quod etsi maluerint,minimè adimplere lege obuiante ualebant? *Concordat l.3.§.quæ ergo.ibi:ex quo competere iure cœperunt. C.de præscript. 30 annor. cuius uerba uide ſ.eod.cap.in prin. Aliud propositæ exceptionis exemplum proponitur l.7.§.illud autem. C.eod. tt.bis uerbis*: Illud plusquam manifestū est, quòd in omnibus cootractibus,in quibus sub aliqua coodirione uel sub die certa uel iocerta stipulationes & promissiones uel pacta ponuntur,post condirionis exitum uel post institutæ diei certæ uel iocertæ lapsum, præscriptiones trigiota uel qoadraginta anuorum,quæ personalibus uel hypothecarijs actionibus oppoountur,initium accipiunt. Vode euenit, &c. *Reliqua uerba uide ſ. lib. 15. cap. 5. quæst.3. reg.4. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi auctor actoris, uel is à quo actio in actorem translata est, experiri potuit. hoc enim casu, quanquam actor ipse ante cessam sibi actionem experiri non potuit, nihilominus computatur ei tempus quo potuit auctor. quæ replicatio approbatur exemplo l.70.§.fin.ff.ad S.C.Trebellian. bis uerbis*: Si temporalis actio io hæreditate relicta fuerit: tempus quo hæres experiri ante restitutam hæreditatem potuit,

potuit, imputabitur ei cui restitura fuit.

XI. EXCEPTIO: Nisi actor fuerit minor uiginti quinq; annis. Hæc exceptio approbatur l.3.C.quib. non obijcitur longi temp. præscript. his uerbis: Non est incognitũ, id tẽporis quod in minori ætate transmissum est, longi tẽporis præscriptioni non computari. Ea enim tunc currere incipit, quãdo ad maiorem ætatem dominus rei peruenerit. Huius exceptionis replicatio prima hæc esse uidetur: Nisi minor in integrum restitutionem non petierit. Hæc replicatio reprobatur l.ult.C. in quib. causis in integr.restit.non est necess.his uerbis: Sancimus, fauore imperfectæ ætatis exceptionẽ non numeratæ pecuniæ ab initio minoribus non currere: ne dum in integrum restitutionem expectamus, uel aliquod emergat obstaculum, per quod huiusmodi beneficio minor uti non possit, uel substãtia eius subuertatur. Sed humanius est, latius eandem legis interpretationem extendere in omnibus casibus, in quibus uetera iura currere quidem temporales præscriptiones aduersus minores concesserunt, per in integrum autem restitutionem eis subueniebant: eas ipso iure non currere. Melius etenim est intacta eorum iura seruari, quàm post causam uulneratam remediũ quærere, uidelicet exceptionibus triginta uel quadraginta annorũ in suo statu remanentibus. Altera replicatio est: Nisi triginta uel quadraginta annorum præscriptio obijciatur: aduersus hanc enim proposita exceptio non prodest. quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce: Videlicet exceptionibus triginta uel quadraginta annorum in suo statu remanentibus. Concordat l.3.§.nã cum ad eos.C.de præscript. 30 annor.cuius uerba uide s̄.eod.cap.in prin. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi actor minor sit quatuordecim annis: hoc enim casu nec triginta annorum præscriptio illi currit. quæ duplicatio approbatur d.l.3.ibi: sed pupillari ætate duntaxat. Concordat l.7.in prin.ibi: aut si ætas impubes.C.eod.tit.cuius uerba uide ĩ.lib.40.cap.8.quæst.8.in prin. Tertia replicatio est: Nisi actio pœnalis sit, uel accusatio criminalis. quæ replicatio approbatur l.37.in prin. ff.de minorib.25. annis, cuius uerba uide ĩ. lib. 49. cap.4.quæst.4.caussa 11.except.1.

XII. EXCEPTIO: Nisi propter ignorantiam actor non egerit. Hæc exceptio approbatur exemplo Nouell.c.119.§.cæterùm, his uerbis: Si uero rerum dominus ignoret, simul quòd res ad ipsum pertineant, simul quòd alienatio intercesserit: iubemus ut non aliter quàm tricennij præscriptione excludatur, eo qui res hoc modo possidet, dicere nequeunte quòd ipse bona fide possideat, quando à malæ fidei possessore hasce perceperit. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi triginta annorum præscriptio obijciatur. Hæc replicatio elicitur ex uerbis iam propositis hisce: Non aliter quàm tricennij præscriptione excludatur. Cõcordat l.3 in fine.C.de præscript.30 annor.cuius uerba uide s̄.hoc cap in prin.

XIII. EXCEPTIO: Nisi usuræ aliquot annis sint solutæ, uel annuũ quod petitur. Hæc exceptio approbatur l.8.§.fin.C.de præscript.30 annor.his uerbis: Exceptionẽ etiam triginta uel quadraginta annorum in illis contractibus, in quibus usuræ promissæ sunt, ex illo tẽpore initiũ capere sancimus, ex quo debitor usuras minimè persoluit. Cõcordat l.7.§.in his etiam.C.eod.tit.his uerbis: In his promissionib. uel legatis, uel alijs obligationib. quæ dationẽ per singulos annos, uel menses, uel aliquod singulare tẽpus cõtinent, tẽpora memoratarũ præscriptionũ non ab exordio talis obligationis, sed ab initio cuiuscunq; anni, uel mensis, uel alterius singularis temporis computari, manifestũ est.

XIIII. EXCEPTIO: Nisi præscriptioni sit renunciatum. Hanc exceptionem tractant Doctores in retractu conuentionali.

XV. EXCEPTIO: Nisi nouissimus dies nondum sit completus. Hæc exceptio approbatur l.5. ff.de action.& oblig.his uerbis: In omnibus tẽporalibus actionibus, nisi nouissimus dies totus impleatur, non finit obligationẽ. Concordat l.101.ff.de reg. iuris. cuius uerba uide s̄. cap.prox.reg.2.in prin. Huius exceptionis replicatio est in usucapione. quæ replicatio approbatur l.15. in prin.ff.de diuers.temp.præscript.his uerbis: In usucapione ita seruatur, ut etiãsi minimo momẽto nouissimæ diei possessa sit res, nihilominus repleatur usucapio, nec totus dies exigitur ad explendum constitutum tempus. Concordat l.6.ff.de usucap. cuius uerba uide s̄.lib.22.cap.5.except.41.repl.1.

XVI. EXCEPTIO: Nisi die intercalari cõputato tẽpus nõdum sit finitũ. Hæc exceptio reprobatur l.2.ff.de diuersis temp.præscript.his uerbis: In tẽpore cõstituto iudicatis, an intercalaris dies pficere iudicato nec ne debeat, quæritur: itẽ de tẽpore quo lis perit. Sic sine dubio existimãdũ est, ut auctũ tẽpus litis intercalari die existimetur: ueluti si de usucapione sit quæstio, quæ tẽpore cõstituto expleri solet, aut de actionibus quæ certo tempore finiuntur (ut ædilitiæ pleræq; actiones: & si quis fundum ea lege uendiderit, ut nisi in diebus triginta preciũ esset solutũ, inẽptus esset fundus) dies intercalaris pficiet emptori. Mihi cõtrà uidetur.

XVII. EXCEPTIO: Nisi reus intra tẽpus actoris negocia gesserit. Hæc exceptio approbatur l.33.ff. mandati. cuius uerba cum concordantibus uide ĩ.lib.43.cap.13.quæstion.1.causa 8. Concordat l.7.in prin.ff.de negotijs gestis. cuius uerba

*uerba uide* ī. *lib.44.cap.6.quæst.1.causa 4.in prin. Item cõcordat l.18.in prin.ibi:sicut is.ff.eod.tt. cuius uerba uide d.causa 4.except.5.Cõcordat item l.69. in prin.ff.de fideiussorib.cuius uerba uide* ī. *lib.45. cap.4.quæst.1.except.10.repl.1. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi gestor ignorans se debere rē præscripserit.uel usuceperit.Hæc replicatio approbatur l.18.§.si crimine.ff.de negocijs gestis.cuius uerba uide* ī. *lib.44. cap.6.quæst.1.causa 4.except.9. Hactenus propositæ regulæ exceptiones sunt enumeratæ,quarum tamen plures licet colligere ex duplicationibus sequentibus . Nam duplicationes istæ hic exceptionum quoq; loco poni possunt.*

Replicatio præcedentium exceptionum generalis.

*Planè iam dictarum exceptionum replicatio generalis hæc est: Nisi quadraginta anni excesserint. tunc enim excluditur actio,dictis exceptionibus non obstãtibus.quæ replicatio approbatur l.4.C.de præscript. 30 uel 40 annor.his uerbis:* Omnes nocendi quibuslibet modia artes omnibus amputantes,cunctas quidem temporales exceptiones quæ ex ueters iure,uel principalibus decretis descendunt, tanquam si per hanc legem specialiter ac nominatim fuissent enumeratæ, cum suo robore durare,& suum cunctis quibus competũt, uel in posterum competere ualuerint,pro sui uidelicet tenore præsidium in perpetuum deferre decernimus.Quidquid autem præteritarum pręscriptionum uel uerbis uel sensibus minus cõtinetur,implentes perhanc in perpetuum ualituram legem,sancimus, ut si quis contractus, uel si qua actio,quæ cum non esset expressim supradictis temporalibus præscriptionibus concepta,quorũdam tamen uel à fortuita uel excogitata interpretatione sæpe dictarum exceptionum laqueos euadere posse uideatur: huic saluberrimæ nostræ sanctioni succũbat,& quadraginta annorũ curriculis proculdubio sopiatur,nullãque eius priuatũ uel publicũ in quacũq; causa uel in quacunq; persona,quod prędictorũ quadraginta annorũ extinctũ est iugi silẽtio,moueatur.Sed quicũq; super quolibet iure, quod per memoratũ tempus inconcussum est, & sine ulla reipsa illata iudiciaria cõuentione possedit, superq; sua conditione,qua per idem tempua absque ulla iudiciali sententia simili munitione potitus est,sit liber, & ex præsentis saluberrimæ legis plenissima munitione securus.*Huius replicationis generalis exemplũ primum proponitur* ī. *except.5. repl.4. Aliud exemplũ proponitur l.ult.in fine.C.in quib.causis in integr.restitutio necess. non est. cuius uerba uide* ī. *except.11. repl.1.& repl.2.Duplicatio autem propositæ replicationis prima hæc est: Nisi ecclesia agat.Huic enim iure antiquo non nisi centum annorum præscriptio obstabat.quod tamen ius alio iure nouo postea mutatum est,& proposita replicatio reprobata.de qua re uide* ī. *lib.10. cap.10. reg.4. Altera duplicatio est: Nisi tributum uel functio publica petatur. Hæc duplicatio approbatur l.6.C.de præscript.30. annor.his uerbis:* Comperit nostra serenitas, quosdam sacratissimam nostræ pietatis constitutionem,quæ de annorum quadraginta loquitur præscriptione, ad præiudicium etiam publicarum functionum solutionis trahere conari : & siquidem per tanti uel amplioris temporis lapsum minimè uel minus quàm oportuerat tributorum nomine solutum est, non posse requiri seu profligari contendere:cum huiusmodi conamen manifestimè sensui propositoq; nostrę legis obuiare noscatur.Ideoq; iubemus eos qui rem aliquam per continuum quadraginta annorum curriculum sine quadã legitima interpellatione possederunt, de possessione quidem rei seu dominio nequaquam remoueri:functiones autem, seu ciuilem canonem, uel aliã quampiam publicam collationem impositam, eis dependere compelli, nec huic parti cuiuscunq; temporis præscriptionẽ oppositam admitti. *Tertia duplicatio est: Nisi curialis suæ curiæ uindicetur. Hæc duplicatio approbatur l.5.C.d.tt.his uerbis:* Præscriptionẽ quadraginta annorum ab ijs qui ad curialem conditionem uocantur, opponi non patimur, sed genitalẽ statum semper eos agnoscere compelli sancimus.Sacra enim nostræ pietatis lex de alijs loquitur conditionibus,nec anterioribus constitutionibus per eandem nouellam legem derogatur,quæ manifestissimè curiales & liberos eorum,explosis temporalibus pręscriptionibus, patrijs suis reddi præcipiunt. *Quarta duplicatio est: Nisi ciuitati donatum quid uel testamento relictum petatur.Hæc duplicatio approbatur l.19.ibi:nec non iuri ciuitatum.C.de sacrosanctis Ecclesijs. cuius uerba cum sua mutatione uide* ī. *lib.10.cap.10.reg.4. Quinta duplicatio est: Nisi reus qui præscriptione utitur, rem ex causa conductionis uel procuratorio nomine poßideat. Hæc duplicatio approbatur l.2.C. de præscript. 30. annor. cuius uerba cum concordantibus uide* ī. *lib.12. cap.4.except.26.exemplo 2. Huius duplicationis triplicatio hæc est: Nisi dubitetur, utrum in perpetuum, an ad tempus res fuerit conducta.tunc enim per quadraginta annorum poßeßionem præsumitur emphyteusis,seu in perpetuum locatio facta.quæ triplicatio approbatur argumento l.6.§.ideoq; iubemus.C.de præscript.30 annor.cuius uerba uide* ī. *dupl.2. Concordat l.ult. C.de fundis patrimonial. lib.11. his uerbis:* Iubemus omnes qui in quacunq; diœcesi, aut quacunq; prouincia, uel quolibet saltu

saltu uel ciuitate fundos patrimoniales, uel templorum, aut agonothetici, seu releuatorum iugorũ, uel cuiuscunq; iuris per quadragiota iugiter annos possessiooe non solùm eorum qui nunc detioent, uerumetiam eorum qui antea possederant, computanda: ex quocunq; titulo uel etiá sine titulo hactenus possedere, uel postea per memoratum quadraginta annorum spacium possederint: nullam penitùs super dominio memoratorũ omnium fundorum uel locorum uel domorum à publico actionem, uel molestiam, aut quamlibet ioquietudinem formidare: sed impositum canonem pro qoalitate iuris, cuius prædia sunt, uel loca, per singulos annos soluentes, pro certo habeaut suũ esse quod posident, oel postea possederint: ita ut omnibus ad excludendam omnem quolibet modo ex publico mooendam quæstionem nudæ ex quocunq; titulo, uel etiam sine titulo, corporalis quadragiota annorũ iugis possessionis exceptio posit sufficere. Hoc etiam adijciendo, ut illi quoq; qui adempto canone huiusmodi fundos ab initio principali iussione datos sibi fuisse confirmant, si per qoadraginta annos adempti canonis beneficium iugiter possederunt: neq; canoné, cuius adeptionem quadraginta (sicot dictũ est) annorum possessio testatur, posiint penitùs profligari: eo quòd nostrę pietati placuit, in utroq; casu, id est, tam saluo qoàm adépto canone, possessorum nostrorum iura in eo statu, in quo per quadraginta aonos (sicut dictum est) iugiter manserunt, absq; ulla innouatione durare. *Concordat item l.12. C. eod. tt. cuius uerba uide s. lib.11. cap.9. quæst. 3. reg.7. except.2. in fine.* *Sexta duplicatio est: Nisi cùm actor aduersario absente, infante uel furioso constituto, experiundi potestatem non haberet, de eo coram præside, uel episcopo, uel testibus solenaiter sit protestatus. quæ duplicatio approbatur l.2. §. sin autem absuerit, in fine. C. de annali except. cuius uerba uide s. except.5 repl.6. dupl.2.* *Septima duplicatio est: Nisi noadum agere potuit actor. ex eo enim tempore quadraginta annorum præscriptio nõ computatur. quæ duplicatio approbatur l.7. §. illud autem. C. de præscript. 30 annor. cuius uerba uide s. except.10.* *Octaua duplicatio est: Nisi usuræ aliquanto tempore solutæ sunt. illud enim tempus in quadraginta annorum præscriptione non computatur. quæ duplicatio approbatur l.8. §. fin. C. de præscript. 30 annor. cuius uerba uide s. except.13.* *Nona duplicatio est: Nisi actione pignoratitia ad reddendum pignus agatur. Hæc duplicatio approbatur iure consuetudinario magis quàm iure scripto: de quo dictam s. except.4.* *Hactenus quamdiu competat actio, & de temporalibus præscriptionibus earumq; exceptionibus dictum est. de quibus uide plura s. lib.12.*

## DE RELIQVO ACTIONVM iure. Cap. XVI.

I. *Regula: De actionibus et illud notandum, quòd cumulatio actionum regulariter sit prohibita. quæ regula approbatur l.6. ff. de except. rei iudicatæ, his uerbis:* Singulis controuersijs singulas actiones & unum iudicati finem sufficere, probabili ratione placuit: ne aliter modus litium multiplicatus, summam atq; inexplicabilem faciat difficultatem, maximè si diuersa pronunciarentur. Parere ergo exceptionem rei iudicatæ frequens est. *Concordat l.43. §. fin. ff. de reg. iuris, hisce uerbis:* Quoties cõcurrunt plures actiooes eiusdem rei nomine, una tantùm quis experiri debet. *Concordat item l.52. ff. de action. & obligat. his uerbis:* Plura delicta io una re plures admittoot actiones, sed non posse omnibus uti, probatum est. Nam si ex uoa obligatione plures actiones nascantur, una tantummodo, non omnibus utendum est. *Huius regulæ exceptio hæc est. Nisi ob factum rei conuenti incertum sit quæ potius cõpetat actio. tunc enim plures cumulari possunt. quæ exceptio approbatur, simul et exemplo declaratur l.1. §. quia autem aoannuquam. ff. quorum legatorum. cuius uerba uide s. lib.23. cap.6. quæst.9. reg.2.*

II. *Regula: Nemo inuitus agere cogitur. quæ regula approbatur l. unica. C. ut nemo inuitus, his uerbis:* Inuitus agere uel accusare nemo cogatur. *Concordat l.20. C. de pignorib. his uerbis:* Creditor ad petitiooem urgeri iure minimè potest. Quapropter eo quod uos hæredibus Euodiani debere confidiois, oblato, & (si nolint accipere) consignato atq; deposito: de reddendo pignore eos præsidali notione conuenite. *Concordat item l.4. C. de usuris pupillarib. cuius uerba uide s. lib.19. cap.10. quæst.5. reg.8. except.1. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi quis ab aliquo diffametur quasi debitor illius sit, uel res eius abstulerit. hoc enim casu diffamatus diffamãtem iure cogere potest, ut aut actionem, quam se habere dicit, in iudicio proponat, aut à diffamando cesset. quæ exceptio approbatur exemplo l. diffamari. C. de ingenuis manumissis. cuius uerba uide s. lib.20. cap.2. causa 11. except. 2. repl.1.* *Altera exceptio est: Nisi quis proposita in iudicio actione, & reo aliquamdiu sumptibus litis uexato, desistat. tunc enim petente reo actionem prõsequi tenetur. quæ exceptio approbatur Nouell. c.111. §. porrò cùm omnes, his uerbis:* Cùm omnes cõtrouersias præcisis ambagibus uelimus ad finem decurrere, illorũ etiam uersutijs aduersamur, qui actiones tantũmodo proponunt, nolunt autem eas ad terminum usq; litis persequi, dicentes, legé esse quæ uetet, ne quis proprias actiones exercere

compellatur inuitus. Hanc igitur uersutiã studentes extinguere, iubemus ne memoratæ legis auxilio utantur hi, qui contra aliquos proprias iã actiones proposuerunt, siue aditione magistratuũ, siue per preces Imperatori oblatas, & iudici insinuatas, perq; ipsum ad noticiam aduersarij delatas, & à legitimo iudice examinari cœptas. Neq; enim iustè actionem intentare recusat, qui ueluti paratus aduersarium suum in ius uocauit, cùm istiusmodi recusatio reo potius quàm actori cõperat. Propterea sancimus, ut actor cœptam causam usq; ad finẽ litis persequatur & exerceat. Si uerò causam peragere distulerit, &c. *Reliqua uerba uide s̄. lib. 6. cap. 2. quæst. 3. Concordat d. Nouell. c. 112. §. priuilegio. cuius uerba uide s̄. d. cap. 2. quæst. 6. reg. 5. Hactenus de obligationibus et actionibus in genere actum est. Planè antecedentia & adiuncta actionis uide s̄. lib. 5. cap. 1. quæst. 5.*

# DIGESTORVM LIBER TRICESIMVS SEPTIMVS:

## *DE CONTRACTIBVS ET PACTIS CONuentis in genere, cum duabus condictionibus generalibus Certi & Triticaria.*

### *DE DEFINITIONE PACTI conuentis contractus. Cap. I.*

PActi conuenti definitio proponitur *l. 1. ff. de pactis, hisce uerbis:* Pactũ à pactione dicitur, unde etiã pacis nomen appellatũ est. Est autem pactio, duorũ pluriumúe in idem placitum & consensus. Conuentionis uerbũ generale est, ad omnia pertinens, de quibus negocij contrahendi transigendiq; causa cõsentiunt qui inter se agunt. Nam sicuti conuenire dicũtur, qui ex diuersis locis in unum colligun tur & ueniunt: ita qui ex diuersis animi motibus in unum consentiunt, id est, in unam sententiam decurrunt. Adeò autẽ conuentionis nomen generale est, ut eleganter dicat Pedius, nullum esse contractum, nullam obligationem, quæ non habeat in se conuentionem, siue re siue uerbis fiat. Nam & stipulatio quæ uerbis fit, nisi habeat consensum, nulla est. Sed conuentionum pleræq; in aliud nomen transeunt: ueluti in emptionem, in locationẽ, in pignus, in stipulationem. *Ex hisce quid pactum conuentum sit, constat. Etsi autem pactio & pactum inter se differunt, quemadmodum actio & actum, lectio & lectum: tamen alterum pro altero accipi solet, & ex alterius definitione quid alterum sit, potest intelligi. Vnde quæ hic pactionis definitio ponitur, alibi est definitio pacti: nempe l. 3. in prin. ff. de pollicitationib. cuius hæc sunt uerba:* Pactum est duorum consensus atq; cõuentio. *Planè non omnis consensus duorum pluriumúe in idem, pactum rectè dici potest. Quid enim, si inter aliquos conueniat esse Antipodes, spirare sub aqua pisces, regem Parthorum uiuere: duorum pluriumúe consensus in idẽ rectè dici potest, pactum nequaquam. Non enim pactum est, si duo pluresúe consentiant quid esse, uel fuisse, uel etiam futurum esse: sed ut alter alteri quid det, faciat uel præstet: aut non det, non faciat, uel non præstet. l. 1. in prin. ff. de action. & obligat. Pactum itaque est duorum pluriúmue placitum & consensus in idem ad dandum aliquid uel faciendum uel præstandum alteri ab altero: uel contrà ad non faciendum. Ait in proposita definitione Vlpianus:* Cõuentionis uerbum generale est, ad omnia pertinens, de quibus negocij contrahendi transigendiq; causa cõsentiunt, qui inter se agunt. *Hæc definitio conuenti seu conuentionis duplici ratione subiecta confirmatur prima sumpta à simili talis est: Quemadmodũ duo plures ue ex diuersis locis in unum locum ueniunt: ita quoq; in pactis & contractib. duo pluresúe ex diuersis sententijs in eandem sententiam uenire solẽt. Proinde quemadmodum illi, ita hi quoq; conuenire dici solent: & per consequens pacta & contractus conuentiones dicuntur, estq; conuentio genus omnium cõtractuum & transactionum. Altera propositæ definitionis ratio, sumpta ab enumeratione præcipuarũ partium, talis est: Omnis cõtractus, omnis obligatio, siue re siue uerbis fiat, habet in se conuentionem. Ergo conuentionis uerbum generale est, seu conuentio genus est omnium contractuum. Ex his constat, contractum speciem esse conuentionis. cum enim conuentio sit tam contrahendæ quàm distrahendæ obligationis, ut ex uerbis iam propositis patet: contractus est conuentio ad constituendam obligationẽ, seu (ut Labeo definit) ultrò citroq; obligatio. de quo s̄. lib. prox. cap. 2. diuis. 3. in fine dictum est. Sed pactum & conuentio parum inter se differre uidentur: cum utrunq; sit consensus duorum pluriumúe in idem ad dandum uel faciendum uel præstãdum quid alteri ab altero, aut ad non dandum, uel non faciendum, uel non præstandum. quod quidem de pacto generaliter sumpto intelligendum est. Nam speciali significatione pactum dicitur tantùm nudum illud pactum: utputa cùm dicimus, ex pacto actionẽ nõ dari.*

de quo

de quo j.suo loco tractabitur. Quidquid igitur de pactis in posterum dicetur, de conuentionibus quoq; et contractibus erit intelligendum: nec enim separatam tractationem requirunt.

## DE DIVISIONIBVS ET speciebus pacti conuenti. Cap. II.

I. Diuisio cõuentionis est: quòd alia nominata sit, alia innominata. quæ diuisio proponitur l.1.§.fin.ff. de pactis, uerbis s̃.cap.prox.in prin.propositis hisce: Sed conuentionum pleræq; in aliud nomen transeunt: oeluti io emptioné, in locationem, in pignus, in stipulationem. Concordat l.7.in prin.ff.eod.tt.cuius uerba cum alijs huc pertinentibus uide s̃.lib.prox.cap.2.diuis.5.

II. Diuisio pactorum est: quòd alia sint publica, alia priuata. quæ diuisio proponitur, simul & declaratur l.5.ff.de pactis, hisce uerbis: Conuentionum tres sunt species. aut enim ex publica causa sunt, aut priuata. Priuata aut legitima, aut iuris gentium. Publica conuentio est, quæ fit per priocipem, aut quoties inter se duces belli quædam paciscuntur. Quòd hic Vlpianus faciat trimembrem diuisionem, contra legem diuisionis ab eo factum esse constat: cum legitima & iuris gentium conuentio sub priuata conuentione (ut ipse Vlpianus ait) comprehendatur. Similis iuris diuisio proposita est s̃.lib.1.cap. 8.diuis.1.

III. Diuisio est: quòd alia pacta legitima sint, alia iuris gentium. quæ diuisio proponitur uerbis iam dictis hisce: Priuata aut legitima, aut iuris geotium. Definitio legitimæ conuentionis proponitur l.6.ff.eod.tt.his uerbis: Legitima conuentio est, quæ aliqua lege cõfirmatur. Et ideo interdum ex pacto actio nascitur uel tollitur, quoties lege uel senatusconsulto adiuuatur. Huius generis sunt uerborum obligatio, contractus emphyteuticus, & similes quæ mero iure ciuili subsistunt. Sed etsi qua conuentio ex iure gentium originem trahat, iure autem ciuili comprobetur, eoq; nomine introducta sit actio, legitima conuentio dici potest: quemadmodum patet ex uerbis iam propositis hisce: Et ideo interdum ex pacto actio nascitur uel tollitur, quoties lege uel Senatusconsulto adionatur. Cui concordat Inst.de obligat.§.ciuiles, his uerbis: Ciuiles obligationes sunt, quæ aut legibus constitutę, aut certo iore ciuili comprobatæ sunt. Cum itaq; duplex ius sit, gentium & ciuile: conuentio quæ iure tantùm gentium subsistit, nullo iure ciuili adiuta, naturalis obligatio dicitur. de qua s̃.lib.prox.cap.1. Aliæ autem ciuiles seu legitimæ omnes.

IIII. Diuisio est: quòd alia conuentio actionem pariat, alia exceptionem tantùm. quæ diuisio approbatur l.7.in prin.ff.de pactis. cuius uerba uide s̃.lib.prox.cap.2.diuis.5. De conuentione quæ tantùm exceptioné parit, dicetur j.cap.prox.except.11.sed & de ea dictum s̃.d.cap.1.de naturali obligatione.

V. Diuisio est: quòd pactum aliud sit reale, aliud personale. quæ diuisio approbatur l.7.§.pactorum autem.ff.de pactis, hisce uerbis: Pactorum quędam in rem sunt, quædam in personam. Declaratur hæc diuisio ibidem, his uerbis: In rem sunt, qnoties generaliter paciscor ne petá: in personá, quoties ne à persona, id est, ne à L. Titio petam. Vtrum antem in rem, an in personam pactum factum sit: nõ minus ex uerbis quàm ex mente cõuenieotium æstimandũ est. Plerunq; enim (ut & Pædius ait) persona pacto inseritur, nõ ot personale pactum fiat, sed nt demonstretur cum quo pactum factum est. Huic cõcordat l.40.in prin.ff.eod.tt.his uerbis: Tale pactum, Profiteor te non teneri: non in personá dirigitur, sed cum generale sit, inter hęredes quoq; litigantes locum habebit.

VI. Diuisio est: quòd alia pacta expressa sint, alia tacitè insint. quæ diuisio constat ex l.2.ff.de pactis, hisce uerbis: Etiam tacito consensu conuenire intelliguntur. Igitur conuentionum aliæ expressæ sunt, aliæ tacitæ, quæ scilicet sine uerbis tacito fiunt consensu, cum scilicet quid præsumitur inter aliquos conuenisse, quod tamen nominatim non est expressum. Cuius generis species hæ sunt. Prima tacitæ cõuentionis species proponitur d.l.2.his uerbis: Si debitori meo reddiderim cautionem, uidetor inter nos conuenisse ne peterem, profuturamq; ei cõuentionis exceptioné placuit. Huius speciei exceptio hæc est: Nisi pignus debitori redditum sit. hoc enim casu, quamuis pignus etiam cautio sit, non tamen debitum remissum uidetur. quæ exceptio approbatur l.3.ff.eod.tt.his uerbis: Post pignus uerò debitori redditum, si pecnnia loluta non fuerit: debitum posse peti, dnbium non est: nisi specialiter contrarium actum esse probetur. Concordant ea quæ proposita sunt s̃.lib.34.cap.13.quæst.4.reg.2. Secunda tacitæ conuentionis species proponitur l.4.in prin.ff.de pactis, his uerbis: Quia conuentiones etiam tacitæ naleor, placet in urbanis habitationibus locandis inuecta illata pigoori esse locatori, etiãsi nihil nominatim conuenerit. Plura de hac specie uide j.lib.40.cap.1.quæst.4. Tertia species proponitur d.l.4.§.huius rei.cuius uerba uide s̃.lib.15.cap.2.except.26. Quarta species proponitur d.l.4.§.fin.his uerbis: Iuliano placet ex facto etiam consulto: cum conuenisset, ut donec nsurę soluerentur, sors non peteretur, & stipulatio purè concepta fuisset: conditiooem inesse stipulationi, atq; si hoc expressum fuisset. Ad intelligenda hæc uerba uide j.lib.prox.cap.9.reg.5. Quinta species proponitur l.qui

*in futurũ.56.in prin.ff.de pactis,bisce uerbis:* Qni in futurum usutas à debitote accepetit, ta citè pactus uidetut,ne intra id tempus sortem petat. *Sexta species proponitur l.si unus.27. §.si acceptilatio. ff. de pactis. cuius uerba cum alijs huc pertinentib.uide J.lib.48.cap.11.quæst.5.in fine. Septima species proponitur l.11.C.de pactis.cuius uerba uide s̃.lib.prox.cap.6.reg.5.except.3.Octaua species est: Si quis id quod sibi debetur,ab alio sibi dari sit stipulatus.hoc enim casu prior debitor exceptione pacti cõuenti defenditur.quæ species approbatur, simul & distinguitur l.30.§.qui pecuniam.ff.de pactis.cuius uerba uide J.lib.48.cap.14.exc.7.repl.1. Hæc de sexta pactorum diuisione.*

VII. *Diuisio est:quòd conuentiones aut re fiunt, aut uerbis,aut literis,aut consensu.de qua diuis.uide s̃.lib.prox.cap.2.diuis.4.*

## *DE EXCEPTIONIBVS ADuersus pacta & contractus.*

### *Cap. III.*

R*Egulariter quidem pacta seruãda sunt,& ex contractu tam obligatio quàm actio nascitur. quæ regula cùm constat per ea quæ proposita sunt s̃.d.cap.2. diuis.3 & 4. tum approbatur etiam edicto pretoris,l.7.§.pretor ait.ff. de pactis, bisce uerbis:* Prætot ait:Pacta cõuenta,quę neq; dolo malo,neq; aduetsus leges,plebiscita,Senatusconsulta,edicts,decteta principum,neq; qno fraus cuiquam eorum fiat, facts erunt: seruabo. *Huius edicti ratio proponitur l.1.in prin.ff.eod.tt.bis uerbis:* Huius edicti æquitss naturalis est.quid enim tam congruũ fidei humsnæ, quàm ea seruate qnæ intet eos placuerunt? *Concordat l.5. C.de action.& obligat.bis uerbis:* Sicut initiò libeta potestss nnicuiq; est hsbendi, uel non habendi contractus:ita renuncisre semel cõstitutæ obligstioni,adnetsario non cõsentiente,nemo potest. Quaptopter intelligere debetis,noluntsriæ obligationi semel nos nexos, ab hsc,non cõsentiente altera parte,cuius precibus fecistis mentionem, minimè posse discedete. *Concordat item l.10. ibi:nam si pro.C.si certum petatur.cuius uerba uide s̃.lib.7.cap.3.quæst.5.except.18.Huius regulæ exemplum proponitur l.9.C.de pactis, bisce uerbis:* Si pascends pecota partisria, id est, ut fœtus eorum portionibus quibus placuit, inter dominũ & pastorem diuidantur, Apollinsté suscepisse probabitur:fidẽ pacto præstate per iudicẽ compelletur. *Huius regulæ exceptiones plures sunt partim ex personis paciscentiũ,partim ex re in pactum deducta desumptæ,partim ex causa & modo pactionis,partim ex alijs circumstantijs,nunc ordine proponendæ.*

I. EXCEPTIO: *Nisi cum pupillo pactũ factum sit. Hæc exceptio approbatur,simul & distinguitur s̃.lib.prox.cap.3.except.1. item J. lib. prox. cap.4.except.6.*

II. EXCEPTIO: *Nisi cum furioso pactum factum sit.Hæc exceptio approbatur,simul & distinguitur s̃.d.cap.3.except.2.*

III. EXCEPTIO: *Nisi cum muto uel surdo pactũ factũ sit.Hæc exceptio reprobatur l.4. §.1.ff.de pactis, bisce uerbis:* Et mutus pacisci potest. *Concordat l.166.in prin.ff.de reg.iuris,bisce uerbis:* Vbi nõ uoce,sed præsentia opus est:mutus,si intellectũ habet,potest uideri respondete.Idem & in sutdo hic quidem tesponderi potest. *Concordat item l.47. ff. de action.& oblig.bis uerbis:* In quibuscũq; negocijs sermone opus nõ est,sufficiente cõsensu,in his etiam surdus intetuenite potest: quia potest intelligete & cõsentite:ueluti in locationib.conductionibus, & emptionib.& cæteris. *Planè exceptio hæc in uerborũ obligatione admittitur.de qua re infrà suo loco dicetur.*

IIII. EXCEPTIO: *Nisi cum filiofamiliâs pactum factum sit.Hæc exceptio reprobatur s̃. lib.prox.cap.3.except.4.*

V. EXCEPTIO: *Nisi cum seruo pactum factum sit.Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur d.cap.3.except.3.Concordat sanè propositæ exceptioni l.3.C.de pactis,bisce uerbis:* Seruus creditoris meliorem canssm domini facere potest: in deterins autem tefotmste nouo pacto non potest obligationem rectè constitutam. *Concordat itẽ l.122.§.Callimachus. ff.de uerb.obligat.cuius uerba uide J. lib.39. cap.2. quæst.1.except.25.repl.3.Concordat item l.175 ff. de reg. iuris. cuius uerba uide s̃. lib.19.cap.1. quæst.3. reg.4.Huius exceptionis replicatio etiã hæc est: Nisi per pactum serui melior domini conditio efficiatur. Nam hoc casu ei qui cum seruo pactum fecit, proposita exceptio non datur. quæ replicatio legibus iam allegatis approbatur. Item alia replicatio hæc est: Nisi domini pecuniam credendo seruus pactus sit. Hæc replicatio approbatur l.30. ff. de pactis, bisce uerbis:* Si dominicsm pecunism sernus crediderit: qnod credẽdi tempore pactus est, ualete Celsus sit.

VI. EXCEPTIO: *Nisi inter dominũ & seruum pactũ sit factũ.Hæc exceptio approbatur,simul & distinguitur s̃.lib.prox.cap.3.except.6.*

VII. EXCEPTIO: *Nisi inter patrẽ & filiumfamiliâs pactũ sit factum.Hæc exceptio approbatur,simul & distinguitur s̃.d.cap.3.except.5.*

VIII. EXCEPTIO: *Nisi non contrahendi animo sit factum.Hæc exceptio approbatur s̃. d.cap.3.except.7.*

IX. EXCEPTIO: *Nisi nõ utrinsq; cõsensu factũ sit.Hæc exceptio approbatur l.54.ff.de action. & oblig.bis uerbis:* In omnibus tebus quę dominiũ transferunt,concurrete oportet affectus ex utraq; parte conttshentiũ.Nã siue es uenditio,siue donatio,siue alia quælibet causa cõtrahendi fuit,nisi animns utriusq; consentiat,pduci ad effectũ id q, inchoatur,

choatur, non potest. Concordat l.1.§.adeò autem.ff.de pactis.cuius uerba uide s̄.cap.1.in prin.

X. EXCEPTIO: Nisi sine uerbis conuenerit. Hæc exceptio reprobatur l.52.§.fin.ff.de act. & obligat.his uerbis: Etiam nudus consensus sufficit obligationi, quãuis uerbis hoc exprimi possit. Sed & nutu solo pleraq; consistunt. Concordat l.35.§.fin.ff.de uerb.obligat.cuius uerba uide j. lib. prox. cap.4. except.22. repl.1. Concordat item l.2.in prin.ff.de pactis, hisce uerbis: Labeo ait, cõuenire posse uel re, uel per epistolam, uel per nũcium inter absentes quoq;. Planè admittitur exceptio proposita in uerborum obligatione, de qua re infrà d. repl. 1. dicetur.

XI. EXCEPTIO: Nisi scriptura non interuenerit. Et hæc exceptio reprobatur l. penult. ff.de fide instrum.his uerbis: Si res gesta siue literarum quoq; consignatione ueritate factum suum præbeat: non ideo minus ualebit, quòd instrumentum nullum de ea intercessit. Concordat l.4.in fine.ff.de pignorib.cuius uerba uide j.lib.40.cap.1.quæst.4.causa 6.in prin.item l.4.ff.de fide instrument.cuius uerba uide j.lib.40.cap.2.except.18.item concordat l.17.C.de pactis, hisce uerbis: Pactum quod bona fide interpositum docebitur, etsi scriptura nõ existente: tamen si alijs probationibus rei gestæ ueritas comprobari potest, Præses prouinciæ secũdum ius custodiri efficiet. Concordat item l.21.in prin.C.eod.tt.cuius uerba uide s̄.lib.9.cap.5.quæst.5. Concordat item l.5.C.de transactionib.cuius uerba uide s̄.lib.9.cap.5.exc.12. Concordat item l.9.C.de fide instrum.his uerbis: Instrumentis etiam non interuenientibus, semel diuisio rectè facta nõ habetur irrita. Concordat item l.10.C.eod tt.his uerbis: Cùm instrumentis etiam non interuenientibus uenditio facta rata maneat: consequenter amissis etiam quę intercesserant, nõ tolli substantiam ueritatis, placuit. Concordat itẽ l.12.C.eod.tt.his uerbis: Non idcirco minus in uacuam inductus prędij possessionem donationis causa, quòd eius facti pręte rmissum instrumentum adseueratur, hanc obtinere potes. Concordat item l.3.C.de fide instr. & iure hastæ.cuius uerba uide s̄.lib.7.cap.2.quæst.3 reg.8. Concordat item Nouell.c.73.§.uerùm enim uerò.cuius uerba uide s̄.lib.7.cap.3.quæst.4.reg.5.except.5. Concordat deniq; d.c.73.§.atq; hæc quidẽ, his uerbis: Si quis siue scripto qualẽcunq; cõtractum celebrare uoluerit: dubiũ non est, quin uel per testes, uel per delatum & præstitum iuramentum fidem accipiat, actore quidem producente testes, reo uerò iuramentum uel subeunte uel referente, prout iudex causam ordinauerit, ne uel ex his aliquid emendatione careat. Planè admittitur exceptio proposita, si ab initio conuenit ut cõtractus in scriptis celebraretur. hoc enim casu, nisi scriptura ritè interuenerit, nihil ualet quod actũ est. quæ distinctio approbatur l.16.C.de fide instrum. cuius uerba uide s̄.lib.7.cap.5.quæst.3.except.2. Concordat Inst.de empt.& uendit.§.in ijs autem.cuius uerba uide j.lib.41.cap.4.except.1.

XII. EXCEPTIO: Nisi pactum nudum sit. Hæc exceptio approbatur l.7.§.sed cùm nulla.ff.de pactis, hisce uerbis: Cùm nulla subest causa præter conuentionem: hic constat non posse constitui obligationem. Igitur nuda pactio obligationem non parit, sed parit exceptionem. Concordat l.10.C.de pactis.cuius uerba uide j.repl.2. Cõcordat item l.1.C.de pactis conuentis super dote.cuius uerba uide s̄.lib.15.cap.1.in prin. Concordat item l.5.in prin.C.de contrah.stipul.cuius uerba uide j.repl.3. Concordat item l.27.C.de locato & conducto, his uerbis: Si tibi quæ pro colonis cõducti prædij pro gesti, dominus fundi stipulãti dare spopõdit, &c. Ait Iurisconsultus: Igitur nuda pactio obligationem non parit. Nudam pactionem uocat Iurisconsultus contractum innominatum, solo consensu sine rei traditione & sine stipulatione factum. cuius exemplum in permutatione proponitur l.1.§.item emptio.ff de rerum permutat.his uerbis: Emptio & uenditio nuda cõsentientium uoluntate cõtrahitur: permutatio autem ex re tradita initiũ obligationi præbet. Alioquin si res nondum tradita sit, nudo consensu constitui obligationem dicemus? quod in his duntaxat receptũ est, quæ nomen suum habent: ut in emptione, uenditione, conductione, mandato. Aliud exemplũ proponitur l.diuisionis.45.ff.de pactis, hisce uerbis: Diuisionis placitũ, nisi traditione uel stipulatione sumat effectum, ad actionem tanquam nudum pactum nulli prodesse poterit. Concordat l.21.ibi: quòd si aduersarius.C.eod.tt.cuius uerba uide s̄.lib.9.cap.5.quæst.3.reg.1. Est igitur propositæ exceptionis prima replicatio hæc: Nisi contractus sit nominatus, seu pactum nominatum. hoc enim nudum non dicitur, actionemq; parit. quæ replicatio approbatur etiam l.7.in prin.ff.de pactis.cuius uerba uide s̄. lib. prox. cap.2. diuis.5. Altera replicatio est: Nisi in ipsa rei traditione pactum interueniat. quæ replicatio approbatur l.7.§.sed etsi in alium.ff. de pactis.cuius uerba uide d. diuis.5. Concordat l. in traditionib.48.ff.eod.tt.his uerbis: In traditionibus rerum quodcunq; pactum sit, id ualere manifestissimum est. Concordat item l.10.C.de pactis, hisce uerbis: Legem quam dixisti, cùm dotem pro alumna dares, seruari oportet, nec obesse tibi poterit quòd dici solet, ex pacto actionem non nasci. tunc enim hoc iure utimur, cùm pactum nudum est. alioquin cùm pecunia datur, & aliquid de reddenda ea conuenit, utilis est condi-

ctio. *Concordat ijsdem uerbis l.2.C.de pactis conuentis iam super dote. Aliud exemplum proponitur l.ult.C.de rerum permutat. cuius uerba uide J. lib.44.cap.1. quaest.1. causa 3. Concordat item l.8. in fine.ff.praescriptis uerbis. cuius uerba uide J. lib. 44.cap.1. quaest.1.causa 6.exemplo 6. Tertia replicatio est: Nisi stipulatio interuenerit, uel subsecuta sit pactum. Haec replicatio approbatur l.27. C. de pactis, hisce uerbis:* Petens ex stipulatione, quae placiti seruandi causa secuta est, seu antecessit pactum, seu pòst statim interpositum sit: rectè secundum se ferri sententiam postulat. *Concordat l.28. in fine. C. eod. tt. cuius uerba uide J. repl.6. Concordat item l.3.C.de rerum permut. cuius uerba uide J. lib. 41. cap. 10. quaest.3.except. 1. Concordat item l.5. C.de contrah. & committ. stipulat. his uerbis:* Nuda pollicitatione secundum ea quae saepe constituta sunt, ad praestanda quae promiserat urgeri quenquã non semper iura permittunt. Verùm quoniam praeterea, si contra pactum fecerit, quanti ea res est, tibi dari stipulanti aduersarium tuum promisisse proponas: huius etiam obligationis post motam litem extitisse conditionem, & eius summae quae in hac quoq; stipulatio ne continetur, petitioni locum factum esse conuenit. *Concordat item l. 6. C. eod. tt. his uerbis:* Scire debuisti, quae sub transactione dati placita sunt, certi uel incerti stipulatione subsecuta, peti posse. *Huius replicationis duplicatio haec est: Nisi non stipulandi animo stipulatio sit subiecta. quae duplicatio approbatur l. 7. §. quod ferè. ff. de pactis, hisce uerbis:* Quod ferè nouissima parte pactorum ita solet inseri, Rogauit Titius, spopondit Maeuius: haec uerba non tantùm pactionia loco accipiuntur, sed etiam stipulationis. Ideoque ex stipulatu nascitur actio: nisi specialiter contrarium adprobetur, quòd non animo stipulantium hoc factum est, sed tantùm paciscentium. *Quarta replicatio est: Nisi pactum bonae fidei iudicio insit. Haec replicatio approbatur l. 7. §. quinimò. ff. de pactis, hisce uerbis:* Interdum nuda pactio informat ipsam actionem, ut in bonae fidei iudicijs. Solemus enim dicere, pacta conuenta inesse bonae fidei iudicijs. *Huius replicationis duplicatio prima haec est:* Nisi non in continenti, sed ex interuallo pactum secutum sit. *Haec duplicatio approbatur ibidem his uerbis:* Sed hoc sic accipiendum est, ut si quidem ex continenti pacta subsecuta sunt, etiam ex parte actoris insint. Si ex interuallo, non inerunt, nec ualebunt si agatur, ne ex pacto actio nascatur. *Concordat l. 13. C. de pactis, hisce uerbis:* In bonae fidei contractibus ita demum ex pacto actio competit, si in continenti fiat. Nam quod postea placuit, id non petitionem, sed exceptionem parit. *Exemplum huius duplicationis proponitur d. §. quinimò, his uerbis:* Vtputa post diuortium conuenit, ne tempore statuto dilationis dos reddatur, sed statim. hoc non ualebit, ne ex pacto actio nascatur. *Aliud exemplum proponitur ibidem, his uerbis:* Idem Marcellus scribit, Etiamsi in tutelae actione conueniat, ut maiores quàm statutae sunt usurae praestentur: locum non habebit, nè ex pacto actio nascatur. Ea enim pacta insunt, quae legem contractui dant, id est, quae in ingressu contractus facta sunt. *Tertium exemplum proponitur ibidem, his uerbis:* Item responsum scio à Papiniano, si post emptionem aliquid extra naturam contractus conueniat, ob hanc causam agi ex empto non posse propter eandem regulam, ne ex pacto actio nascatur. Quod & in omnibus bonae fidei iudicijs erit dicendum. *Hisce exemplis propositis Iurisconsultus inductione duplicationem propositam confirmat. Planè huius duplicationis triplicatio prima haec est: Nisi postea aliquid conuenerit, quod etiam ex natura contractus uel actionis debetur. tunc enim pactum ad agendum prodest etiam ex interuallo adpositum. quae triplicatio elici potest ex uerbis iam propositis hisce:* Extra naturam contractus. *Sed & approbatur exemplo l. si unus. 27. §. quod & in specie. ff. de pactis. cuius uerba uide S. lib. 15. cap. 5. quaestion. 3. regul. 2. exception. 2. replicat. 1. duplicat. 3. Altera triplicatio est: quòd quamuis pactum ex interuallo adpositum ad agendum non prosit, ad excipiendum tamen prodest. quae triplicatio approbatur d. l. 7. §. sed ex parte, his uerbis:* Sed ex parte rei locum habebit pactum: quia solent & ea pacta quae postea interponuntur, párere exceptiones. *Concordat huic triplicationi J. replicat. 7. item l. 72. in princip. ff. de contrah. empt. cuius uerba uide J. triplicat. 4. Tertia propositae duplicationis triplicatio est: Nisi re adhuc integra pactum ex interuallo factum sit. Haec triplicatio approbatur d. l. 7. §. adeò autem, his uerbis:* Adeò in bonae fidei iudicija pactiones postea factae, quae ex eodem sunt contractu, insunt, ut constet in emptione caeterisque bonae fidei iudicijs, re nondum secuta, posse abiri ab emptione. Si igitur in totum potest, cur non & pars eius pactione mutari potest? Et haec ita Pomponius libro 6. ad edictum scribit. Quod cum est, ex parte agentis pactio locum habet, ut & ad actionem

proficiat

proficiat nondum re secuta, eadem ratione. Nam si potest tota res tolli, cur non & reformari, ut quodāmodo quasi cōtractus renouatus uideatur? quod nō insubtiliter dici potest. *Concordat l. 72. in princip. ibi: an idem dici. ff. de contrah. empt. cuius uerba uide j. tripl. proxim.* *Quarta triplicatio est: Nisi pactum ex interuallo adpositum detrahat, non adjiciat aliquid priori contractui. Quæ triplicatio approbatur d. l. 72. in princip. his uerbis:* Pacta cōuēta, quæ postea facta detrahūt aliquid cōuentioni, contineri contractu uidetur. Quæ uerò adijciunt, credimus non inesse. Quod locum habet in his, quæ adminicula sunt emptionis: ueluti ne cautio duplæ præstetur, aut ut cum fideiussore cautio duplæ præstetur. Sed quo casu agente emptore non ualet pactum, eodem uires habebit iure exceptionis agēte uenditore. An idem dici possit, aucto postea uel deminuto precio, non immeritò quæsitum est: quoniam emptionis substantia consistit ex precio? Paulus notat, Si omnibus integris manentibus, de augendo uel deminuendo precio rursum conuenit, recessum à priore contractu, & nouam emptionem intercessisse uideri. *Hæc de prima duplicatione. Altera duplicatio est: Nisi de pœna præstanda sine stipulatione conuenerit. Quæ duplicatio approbatur, simul & distinguitur l. 7. ff. de seruis exportandis. cuius uerba uide j. lib. 42. cap. 9. quæst. 1. exceptione 4. Tertia duplicatio uidetur: Nisi non bonæ fidei, sed stricti iuris iuditio pactum insit. Hæc duplicatio reprobatur exemplo l. 40. ibi: quamuis sententia diuersa. ff. si certum petatur. cuius uerba uide s. lib. prox. cap. 9. quæst. 2. reg. 8. Quinta replicatio est: Nisi pactum aliqua lege adiuuetur. Hæc replicatio approbatur uerbis l. 6. ff. de pactis, s. cap. proxim. diuis. 3. propositis hisce:* Interdum ex pacto actio nascitur uel tollitur, quoties lege uel senatusconsulto adiuuatur. *Huius legis exemplum est pactum donationis, ex quo tanquam ex pacto nudo & contractu innominato olim quidem non dabatur actio, donec Imp. Iustinianus l. si quis argentum. 35. §. sed siquidem hoc minimè. C. de donationibus, eo nomine actionem introduxerit. cuius legis uerba uide s. lib. 35. cap. 2. in princip. Sed & plura de hac specie uide d. cap. 2. except. 33. Sexta replicatio est: Nisi aliquot annis quod nudo pacto conuenerat, sit solutum. Hæc replicatio reprobatur l. 28. C. de pactis. hisce uerbis:* Si certis annis quod nudo pacto conuenerat, datum fuerit: ad præstandum in posterum indebitum solutum obligare non potuit eum qui pactum fecit: nisi placitis stipulatio intercesserit. *Septima replicatio est: quòd quāuis ex nudo pacto non nascatur actio, exceptio tamen ex eo detur. Ideoq; solutum repeti non possit. Quæ replicatio approbatur uerbis l. 7. §. sed cùm nulla. ff. de pactis, s. ead. excepl. in princip. propositis hisce:* Nuda pactio obligationem non parit, sed parit exceptionem. *Huius replicationis rationem uide s. lib. proxim. cap. 1. de naturali obligatione. Eius exemplum proponitur l. 41. ff. de pactis, hisce uerbis:* Si intra illum diem debiti partem mihi solueris, acceptum tibi residuum feram, & te liberabo: licet actionem non habeat, pacti tamen exceptionem competere debitori constat. *Igitur quod quis actione consequi non potest, retinet exceptione, sed & consequitur per replicationem, ut l. 28. C. de transactionib. cuius uerba uide s. lib. 9. cap. 5. except. 25. in prin. Hæc de duodecima exceptione.*

XIII. EXCEPTIO: *Nisi sine causa conuentio facta sit. item: Nisi causa conuentionis non subsistat, uel secuta non sit. Hæc exceptio approbatur l. 2. §. circa. ff. de doli mali except. his uerbis:* Si quis sine causa ab aliquo fuerit stipulatus, deinde ex ea stipulatione experiatur: exceptio utique doli mali ei nocebit. Licet enim eo tempore quo stipulabatur, nihil dolo malo admiserit: tamen dicendum est, eum cùm litem contestatur, dolo facere, qui perseueret ex ea stipulatione petere. Etsi cum interponeretur, iustam causam habuit, tamen nunc nullam idoneam causam habere uidetur. Proinde et si crediturus pecuniam stipulatus est, neque crediderit: etsi certa fuit causa stipulationis, quæ tamen aut non est secuta, aut finita est: dicendum erit, nocere exceptionem.

XIIII. EXCEPTIO: *Nisi dolo malo pactum siue conuentio facta sit. Hæc exceptio elicitur ex uerbis edicti s. eod. cap. in princip. propositis hisce:* Quæ neque dolo malo, &c. *Concordat Inst. de except. §. 1. cuius uerba uide j. except. 16. Concordat item l. 16. ff. de uerb. obligationib. his uerbis:* Si quis, cùm aliter conuenisset eum obligari, aliter per machinationem obligatus est: erit quidem subtilitate iuris obstrictus, sed doli exceptione uti potest. qui enim per dolum obligatus est, competit ei exceptio. Idem est, etsi nullus dolus intercesserit stipulantis, sed ipsa res in se dolum habet. Cum enim quis petat ex ea stipulatione: hoc ipso dolo facit, quòd petit. *Concordat item l. 5. C. de inutilib. stipulationibus, his uerbis:* Dolo uel metu adhibito, actio quidem nascitur, si subdita stipulatio sit: per doli tamen uel metus exceptionem submoueri petitio debet.

*Declaratur hec exceptio definitione doli mali, l.7. §.dolo malo.ff.de pactis, hiſce uerbis:* Dolo malo, ait prætor, pactum ſe non ſeruaturũ. Dolus malus fit calliditate & fallacia: & (ut ait Pędius) dolo malo pactum fit, quoties circumſcribendi alterius cauſa aliud agitur, & aliud agi ſimulatur. Sed ſi fraudãdi cauſa pactum factum eſſe dicatur, nihil prętor edicit. Sed elegãter Labeo ait, hoc aut iniquum eſſe, aut ſuperuacuũ. Iniquũ, ſi quod ſemel remiſit creditor debitori ſuo bona fide, iterũ hoc conetur deſtruere: ſuperuacuum, ſi ipſe deceptus hoc fecerit. Ineſt enim dolo & fraus. *Huius exceptionis exemplum proponitur l.8.C. de pactis, hiſce uerbis:* Cùm, poſteaquam aduerſarius matris tuæ uictus eſſet, matrem tuam circũuenerit, ut ei caueret nullam ſe cõtrouerſiam de ſeruis moturam: id pactum mala fide factum, irritum eſt: & cùm ex ea conuentione cũ matre tua agi cœperit, iudex eam liberabit. *Aliud exemplũ proponitur l.3.C. de exceptionib. hiſce uerbis:* Aduerſus fratrẽ tuũ quondã tutorem tuum legitimum tutelæ iudicio ſi expertus nõ es, ꝓpoſita actione cõſiſte: nec timueris exceptionẽ pacti, ſi in eo fraudẽ dolũq; admiſſum ꝓbare potes. Nam replicatio doli oppoſita bonæ fidei iudiciũ facit, & cõmentum fraudis repellit. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſſe uidetur: Niſi non in ipſo pacto, ſed poſtea dolus interuenerit. Sed hæc replicatio reprobatur l.7.§.dolo malo, in fine.ff.de pactis, hiſce uerbis:* Siue ab initio dolo malo pactũ factũ eſt, ſiue poſt pactum dolo malo aliquid factũ eſt: nocebit exceptio propter hæc uerba edicti, Neq; fiat. *Plures propoſitæ exceptionis replicationes uide alibi in exceptione generali doli mali.*

XV. EXCEPTIO: *Niſi errore interueniente pactũ factum ſit. Hæc exceptio approbatur l.56.ff.de act. & obligat. his uerbis:* In omnibus negocijs cõtrahendis, ſiue bonę fidei ſint, ſiue non ſint, ſi error aliquis interuenerit ut aliud ſentiat, puta qui emit, aut qui cõducit, aliud qui cum his cõtrahit: nihil ualet quod actũ eſt. *Cõcordat Inſt.de exceptionib. §.1.cuius uerba uide J.exc.prox. Cõcordat itẽ l.116. §.fin.ff.de reg.iuris, hiſce uerbis:* Non uidentur qui errãt cõſentire. *Cõcordat itẽ l.15.ff.de iuriſdict. cuius uerba uide ſ.lib.5. cap.2.quæſt.1.in fine, repl.16.dupl.3. Cõcordat itẽ l.76. ff. de reg.iuris. cuius uerba uide ſ.lib.prox.cap.3.exc.10. Cõcordat deniq; l.2.ff.de in integr.reſtit. cuius uerba uide J.lib. 49.cap.1. in prin. Huius exemplũ proponitur l.in perſona.30.§. qui pecuniã, in fine.ff.de pactis. cuius uerba uide J. Aliud exemplũ proponitur l.ſi cum.32. ff.eod.tt.his uerbis:* Si cùm te ex cauſa legati debere debitori tuo exiſtimares, pactus ſis ne ab eo peteres: neq; iure ipſo liberabitur debitor, neq; te petẽtẽ ſubmouebit exceptione cõuentionis, ut Celſus libro XX. ſcribit. Idẽ eodẽ loco ſcribit, ſi debitorẽ tuũ iuſsiſti ſoluere Titio, cui legatũ falſò debere exiſtimabas, & debitor pactus ſit cum Titio ſuo debitore cõſtituto: neq; tibi aduerſus tuũ debitorẽ, neq; ipſi aduerſus ſuũ actionẽ peremptã. *Aliud exẽplũ proponitur l.epiſtola.52.in prin.ff.eod.tt. cuius uerba uide ſ.lib.7.cap.2.quæſt.3.reg.5.exc.2. Alia exẽpla proponũtur l.18.ff. ſi certum petatur. cuius uerba uide J.lib.39.cap.2.quæſt.1.exc.19. Huius replicationẽ uide J.lib.40.cap.2.exc.21. Plura de hac exception. tractabitur J.lib.48.cap.2. itẽ J.lib.prox. cap.4. except.26.*

XVI. EXCEPTIO: *Niſi ui metuue cauſa pactũ factũ ſit. Hæc exceptio approbatur uerbis edicti prætoris l.1.in prin. ff. quod metus cauſa, hiſce:* Ait prætor, Quod metus cauſa geſtũ erit, ratum nõ habebo. *Huius ratio proponitur l.116.in prin.ff.de reg.iuris, hiſce uerbis:* Nihil cõſenſui tam cõtrariũ eſt, qui & bonæ fidei iudicia ſuſtinet, quàm uis atq; metus, quẽ cõprobare cõtra bonos mores eſt. *Cõcordat Inſt.de exc.§.1.his uerbis:* Si metu coactus, aut dolo inductus, aut errore lapſus ſtipulanti Titio ꝓmiſiſti, quod non debueras ꝓmittere: palàm eſt, iure ciuili te obligatum eſſe, & actio qua intẽditur dare te oportere, efficax eſt: ſed iniquũ eſt te cõdẽnari. Ideoq; datur tibi exceptio, Quod metus cauſa, aut doli mali, aut in factũ cõpoſita ad impugnandã actionẽ. *Concordat item l.5. C. de inutilib. ſtipulat. cuius uerba uide ſ. except.14. Concordat item l.9.C.de contrah.ſtipul. his uerbis:* Siquidẽ Zenoni ſtipulanti mortis uel cruciatus corporis territus timore ſpopondiſti: aduerſus experientem exceptione propoſita defendi potes. Sin autem nihil tale probetur: accuſationis inſtitutæ uel futuræ prætextu, non ob turpem, ſed probabilem cauſam habita ſtipulatione, promiſsio non infirmatur. Sin autem ob non inſtituendam accuſationem criminis pecunia promiſſa ſit: cùm de huiuſmodi cauſis paciſci non liceat, petitio negatur. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi filius propter metum ſibi à parente incuſſum pactus ſit. Hæc replicatio approbatur l. 4. §. fin.ff.de doli mali & metus except. his uerbis:* Illud ſciendum eſt, hanc exceptionem de metu eum obijcere debere, qui metum non à parente paſſus eſt, in cuius poteſtate fuerit. Cæterùm parenti licere deteriorem conditionem liberorum in rebus peculiaribus facere. *Concordat l.7.in princip. ff. de obſequijs à liberis. cuius uerba uide ſ. lib.16.cap.1.quæſtion.5.reg.4. Huius replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi filius ſe*

parentis

*parentis hæreditate abstinuerit. Quæ duplicatio approbatur ibidem his uerbis:* Sed si se abstinuerit hęredirate paterna, succurrendum ei erit, nt alioquin succurritur. *Altera duplicatio est: Nisi filius sit sui iuris. Quæ duplicatio elicitur ex uerbis iam propositis hisce:* In cuius porestate fuerit. *Secunda replicatio est: Nisi uanus timor fuerit. Hac replicatio approbatur l. 144. ff. de reg. iuris, hisce uerbis:* Vani timoris iusta excusatio non est. *Tertia replicatio est: Nisi reus actione Quod ui metuue causa, egerit, & quadruplum sit consecutus. Hæc replicatio approbatur l. 14. §. sed etsi quis per uim. ff. quod ui metuue causa, hisce uerbis:* Si quis per uim stipulatus, cùm acceptum non faceret, fuerit in quadruplum condemnarus: ex stipulatu eum agentem aduersus exceptionem replicatione adiuuari, Iulianus putat: cùm in qnadruplo & simplum sit reus cõsecutus. Labeo autem etiam post quadrupli actionem, nihilominus exceptione submouendum eum qui uim intulit, dicebat. Quod cum durum uidearur, ita temperandum est, ut tam rripli condemnatione plectatur, quàm acceptilationem omnimodo facere compellatur. *Quarta replicatio, sumpta ex persona eius qui metum intulit, reprobatur l. 4. §. metus causa. ff. de doli mali except. his uerbis:* Metus causa exceptionem Cassius non proposuerat, contentus doli exceptione, qnæ est generalis: sed utilins uisum est, etiam de metu opponere exceptionem. Etenim distat aliquid à doli exceptione, quòd exceptio doli personam complectitur eius qui dolo fecit. Enimuerò metus causa exceptio in rem scripta est. Etsi in ea re nihil metus causa factum est, utnon inspiciamus an is qui agit, metus causa fecerit aliquid: sed an omnino metus cansa factum sit in hac re à quocunque, non tantùm ab eo qni agit. Et quáuis de dolo auctoris exceptio doli non obijciatur: ueruntamen hoc iure utimur, ut de metu non tantùm ab auctore, uerùm à quocunq; adhibito exceptio obijci possit. *Quinta replicatio est: Nisi metu accusationis institutæ uel futuræ pactus sit. Quæ replicatio approbatur l. 9. C. de contrah. stipul. cuius uerba uide §. ead. except. in prin. Concordat l. 10. C. de his quæ ui metuue causa, his uerbis:* Accusationis institutæ uel futuræ metu alienationem seu promissionem factam rescindi stipulantis, improbatum est desideriũ. *Plures huius exceptionis replicationes uide J. lib. 49. cap. 2. quæst. 3.*

XVII. EXCEPTIO: *Nisi aduersus leges, uel in fraudem legum pactio sit facta. Hæc exceptio approbatur uerbis edicti §. hoc cap. in prin. propositis hisce:* Pacta conuenta, quæ neque dolo malo, neq; aduersns leges, plebiscita, senatusconsulta, edicta, decreta principum, neque quo fraus cuiquam eorum fiat, facta erunt, seruabo. *Concordat d. l. 7. §. & generaliter. ff. de pactis, hisce uerbis:* Generaliter, quoties pactum à iure communi remotum est, seruari hoc non oportet. Nec legatum nec iusiurandum de hoc adactum, ne quis agat, seruandnm. *Concordat item l. 27. ff. de reg. iuris, hisce uerbis:* Nec ex prætorio, nec ex solenni iure priuatorum conuentione quicquam immutandum est: qnamuis obligationum causæ pactione possunt immutari & ipso iure, & per pacti conuenti exceptionem: quia actionum modus uel lege uel per prætorem inrroductns, priuatorũ pactionibus non infirmatur: nisi tunc, cùm inchoatur actio, inter eos conuenit. *Item concordat l. 6. C. de pactis, hisce uerbis:* Pacta quæ contra leges constitutionesq́;, uel contra bonos mores fiunt, nullam uim habere, indubitati iuris est. *Concordat item l. 5. ibi: nullam enim pactum. C. de legibus. cuius uerba uide §. lib. 2. cap. 6. reg. 6. Quid autem sit aduersus leges, & in fraudem legum pacisci, uide d. reg. 6. Sanè pactum contra leges dupliei modo sumitur. primo quidem pro eo pacto quod specialiter ac nominatim legibus prohibitũ est: ut pacta mercatorum, l. 1. C. de monopolijs. pactũ de patrocinio hominib. rusticanis præstando, l. 1. C. ut nemo ad suũ patrociniũ. pactũ pupilli sine tutoris authoritate paciscentis, l. contra iuris. 28. in prin. ff. de pactis, ubi Caius:* Contra iuris ciuilis regulas pacta cõuenta rata nõ habẽtur: ueluti si pupillus sine tutoris authoritate pactus sit, ne à debitore suo peteret, aut ne intra certũ tẽpus (ueluti quinquenniũ) peteret. nam nec solui ei sine tutoris authoritate potest. *Hac priore significatione, pacto contra leges sumpto, exceptio proposita generalis est, tam præcedentes, quàm sequẽtes exceptiones cõtra pacta sub se cõtinens. Altero aũt modo pactũ contra leges factum dicitur; cùm nõ tam ipsum pactũ quàm res quæ in pactũ deducta est, specialiter ac nominatim legibus est prohibita: ueluti furtũ, rapina, homicidiũ. Nam hæ res per se specialiter ac nominatim legibus prohibentur. Si contra istas leges, ut scilicet furtum, rapina uel homicidiũ fiat, paciscamur: illud pactum proposita exceptione generaliter infirmatur, etiãsi specialiter aliqua lege pactũ prohibitũ nõ esset. Proinde huius exceptionis species seu exemplum proponitur l. 7. §. si ut maleficium. ff. de pactis, hisce uerbis:* Si, ut maleficiũ fiat, pmissum sit: nulla est obligatio ex hac cõuẽtione. *Huius etiã generis pactũ est, si cũ lex aliquid fieri iubeat, cõtrà paciscamur ne fiat: utputa lex iubet in deposito dolũ præstari. a Si itaq; is qui rem suã deponit & depositarius paciscantur, ne dolus in eo deposito præstetur: contra leges pactum est. Ideoq́; non obligatorium. b Sa-*

nè in

a l. contractus. ff. de reg. iuris.

b d. l. contractus. ibi: excepto eo.

*nè in hac posteriore significatione pacto contra leges accepio, propositæ exceptioni concordat etiam l. ius publicum. 39. ff. de pactis, hisce uerbis:* Iua publicum priuarorum pactis mutari nō potest. *Concordat etiam l. inter. 42. ff. eod. tt. his uerbis:* Iuter debitorem & creditorem cōuenerat, ut creditor onua tributi prædij pignorati non agnosceret, sed eiua soluēdi necesaitas debitorem spectaret. Talem conuentionem quantum ad fisci rationē, non esse seruandam, Papinianua respondit. Pactis eteuim priuatorum formam iuria fiscalis conuelli uon placuit. *Ait Iurisconsultus:* Quantum ad fisci rationem. *Hoc ideo, quia quantum ad debitoris personam, ualet pactum. l. 52. §. pactum. ff. de pactis, hisce uerbis:* Pactum, ut si quas summas propter triburiones prædij pignori nexi factas creditor soluisset, à debitore reciperet, & ut tributa èiusdem prædij dabitor péndetet: iustum est, & ideo seruaudum. *Porrò propositæ exceptioni concordat l. 45. in fine. ff. de reg. iuris, hisce uerbis:* Priuatorum conuentio iuri publico non derogat. *Aliud huius exceptionis exemplum proponitur l. 7. ff. de postulando, his uerbis:* Quoa prohibet prætor apud se postulare, omuimodo prohibet, etiamsi aduersariua eos patiatur postulare. *Alia exempla proponuntur l. si unus. 27. §. pacta. ff. de pactis, hisce uerbis:* Pacta quæ turpem causam continēt, non sunt obseruauda: ueluti, si paciscar ne furti agam, uel iniuriarum, si feceris. Expedit enim timeri furti uel iuiuriarum pœnam. Sed post admissa hęc pacisci possumua. Item ne experiar interdicto Vnde ui, quatenua publicam causam contingit, pacisci non possumus. Et in summa, si pactum conuentum à re priuata remotum sit, non est seruandum. *Huius exceptionis, pacto contra leges facto posteriore significatione sumpto, replicatio hec est: Nisi pactum aduersus leges factum, ad rem priuatam tantùm & familiarem, non ad publicam lesionem spectet. Quæ replicatio elicitur ex uerbis iam propositis hisce:* Si pactum conueutum à re priuata remotum sit, non est seruandum. *Sed & approbatur l. 7. §. si paciscar. ff. de pactis, hisce uerbis:* Si paciscar, ne iudicati uel iucensarum ædium agatur: hoc pactum ualet. Si paciscar, oe operia noui nunciationem exequar: quidam putant non ualere pactionem, quasi in ea re prætoria imperium uersetur. Labeo autem distinguit, ut si ex re familiari operia noui nuuciatio sit facta, liceat pacisci: si de re publica, uou liceat. Quę distinctio uera est. Et io cæteris igitur omnibus ad edictum prætoria pertioentibus, quæ non ad publicam læsionem, sed ad rem familiarem respiciunt, pacisci licet. Nam & de furto pacisci lex permittit. Sed etsi quia paciscatur, ne depositi agat: secundū Pomponium ualet pactum. Item si quis pactua sit, ut ex causa depositi omne periculum pręstet: Pompooius ait pactiooem ualere, nec quasi contra iuria formam factam non esse seruandam. *Huius replicationis ratio proponitur l. 29. ibi: cum alia. C. de pactis, hisce uerbis:* Regula iuria autiqui est, omnes licentiam habere ijs quę pro se introducta sunt, reuunciare. *Concordat l. 46. in fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. lib. 33. cap. 12. exc. 38. Huius exemplum etiam proponitur l. 31. ff. de pactis, hisce uerbis:* Pacisci contra edictum ædilium Curulium omnimodo licet, siue in ipso negocio ueuditionis gerendo cōuenisset, siue postea. *Sed & aliud propositæ replicationis exemplum proponitur d. l. 46. itē aliud proponitur l. 49. ff. eod. tt. his uerbis:* Si quis crediderit pecuniam, & pactus sit, ut quatenua facere posait debitor, eatenus agat: an pactum ualeat? Et magia est hoc pactū ualere. Nec enim improbum, etsi quis hactenua desideret conueniri, quatenua facultates patiuntur. *Aliud item exemplum proponitur de eo, si exceptioni sit renunciatum, l. 4. §. quæsitū. ff. si quis cautionib. cuius uerba uide s. lib. 6. cap. 9. quæst. 5. in fin. repl. gener. 2. Proinde si quis fori præscriptioni renunciauerit, pactum ualet. De quo s. lib. 5. cap. 2. quæst. 1. in fin. repl. gener. 14. Huc etiam pertinet quod l. 27. ff de reg. iuris, Paulus ait:* Obligarionum causaa pactione posse immutari & ipso iure, & per pacti conuēti exceptionem. *Item l. 43. ff. de pactis, idem Paulus:* In emptionibus (*inquit*) scimus quid præstare uenditor debeat, quidque ex contrario emptor. Quòd si in contrahendo aliquid exceptum fuerit, id seruari debebit. *Huic concordat etiā l. 23. ibi: sed hæc ita. ff. de reg. iuris. cuius uerba uide s. lib. prox. cap. 3. exc. 8. repl. 1. Concordant deniq; ea quæ proponuntur j. lib. 50. cap. 5. in uerbo Renunciare. Planè huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi conuenerit ne dolus præstetur. quamuis enim hæc conuentio ad rem priuatam, non ad publicam læsionem respicere uideatur: tamen non ualet. Quæ duplicatio approbatur l. si unus. 27. §. illud. ff. de pactis, hisce uerbis:* Illud nulla pactiōe effici potest, ne dolus malua præstetur: quāuis si quis paciscatur ne depositi agat, ui ipsa id pactus uideatur ne de dolo agat: quod pactū proderit. *Cōcordat l. 23. ibi: excepto eo. ff. de reg. iuris. cuius uerba uide d. exc. 8. repl. 1. Cōcordat item l. 1. §. illud non. ff. depositi. cuius uerba uide j. lib. 39. cap 8. quæst. 2. exc. gener. 3. Item concordat l. 17. in prin. ff. commodati. cuius uerba uide j. lib. 19. cap. 5. quæst. 1. except. 6. Altera duplicatio est: Nisi conuenerit ne furti uel iniuriarum agatur, si furtum uel iniuria*

*iniuria fiat. Hæc duplicatio approbatur l. si unus. 27. §. pacta. ff. de pactis. cuius uerba uide paulo superius ead. except. Huius tamen duplicationis triplicatio hæc est: Nisi post, non ante furtum uel iniuriam factam ita conuenerit. Quæ triplicatio approbatur d. §. pacta. Tertia duplicatio est: Nisi ad incõmodum tertij pactum pertineat. tunc enim, quamuis non ad publicam læsionem pertineat, in præiudicium tamen tertij pactum non ualet. De qua re uide ǰ. cap. 7. Hæc de decimaseptima exceptione.*

XVIII. EXCEPTIO: *Nisi aduersus bonos mores pactum factum sit. item, nisi de futura successione conuenerit. Hæc exceptio approbatur l. 4. C. de inutilib. stipulat. his uerbis:* Omnia quæ contra bonos mores uel in pacto uel in stipulatione deducuntur, nullius momenti sunt. *Concordat l. 6. C. de pactis. cuius uerba uide š. except. proxim. in princip. Exemplum huius exceptionis est, si de futura successione pactum fiat. Quod exemplum proponitur d. l. 4. cuius uerba cum legibus concordantibus, sed & huius speciei replicationibus uide š. lib. 28. cap. 1. quæst. 5. causa 6. Sed & concordat huic exemplo l. 3. C. de collationibus. cuius uerba uide š. lib. 29. cap. 7. except. 5. Planè huius speciei replicatio hæc est: Nisi cùm alter alteri hæreditatem per fideicommissum restituere esset rogatus, fideicommissum illud per pactum sit remissum. Quæ replicatio approbatur l. 16. C. de pactis, hisce uerbis:* Cùm proponas, filios testamento scriptos hæredes rogatos esse, ut qui primus rebus humanis eximeretur, alteri portionem hæreditatis restitueret: quoniam precariam substitutionem fratrum consensu remissam adseris, fideicommissi persecutio cessat. *Concordat l. 11. C. de transactionib. cuius uerba uide š. lib. 9. cap. 5. except. 4. replic. 4. Sed & plures propositæ speciei replicationes uide š. d. causa 6. Aliud propositæ exceptionis exemplum seu species est ǰ. except. prox. Sed & plura de ea uide ǰ. except. 39.*

XIX. EXCEPTIO: *Nisi de quota litis (ut uocant) pactum factum sit. Hæc exceptio approbatur l. sumptus. 53. ff. de pactis, hisce uerbis:* Sumptus quidem prorogare litiganti, honestum est: pacisci autem, ut non quantitas eo nomine expensa cum usuris licitis restituatur, sed pars dimidia eius quod ex ea lite datum erit: non licet. *Concordat l. 15. C. de procuratorib. his uerbis:* Litem te redemisse contra bonos mores precibus, manifestè professus es: cum procurationem quidem suscipere (quod officium gratuitum esse debet) non sit res illicita. Huiusmodi autem officia non sine reprehensione suscipiuntur. *Concordat item l. 20. C. mandati, his uerbis:* Si contra licitum litis incertum redemisti, interdictæ conuentionis tibi fidem impleri frustra petis. Quòd si gratuitum mandatum suscepisti, secundum bonam fidem sumptus rectè postulas. *Concordat item l. 7. ff. mandati, his uerbis:* Salarium procuratori cõstitutum, si extra ordinem peti cœperit, considerandum erit, an laborem dominus remunerare uoluerit, atq; ideo fidem adhiberi placitis oporteat: an in euentum litium maioris pecuniæ præmio contra bonos mores procurator redemerit? *Plura de exceptione proposita uide š. lib. 5. cap. 5. quæst 5. reg. 5. item š. lib. prox. cap. 5. reg. 6. except. 2. repl. 4.*

XX. EXCEPTIO: *Nisi conuenerit, ne dolus malus præstetur. De hac exceptione cũ alijs similib. uide š. except. 17. repl. 1. dupl. 1. cum sequẽtib.*

XXI. EXCEPTIO: *Nisi conuenerit, ne quis re sua ut uelit, uti possit. Hæc exceptio approbatur l. penult. ff. de pactis, hisce uerbis:* Nemo paciscendo efficere potest, ne sibi locum suum dedicare liceat, aut ne sibi in suo sepelire mortuũ liceat, aut ne uicino inuito prædium alienet. *Concordat l. 15. in prin. ff. de seruitut. cuius uerba uide š. lib. 25. cap. 2. except. 4. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi in ipsa rei traditione inter traditorem & eum cui traditur, conuenerit. Quæ replicatio approbatur l. ult. C. de pactis inter emptor. & uenditor. his uerbis:* Si quis ita paciscatur in uenditionis uel alienationis cõtractu, ut nouo domino nullo modo liceat in loco uendito, uel alio modo sibi concesso, monumẽtum extruere, uel alio modo humano iuri eũ eximere: sancimus, licet hoc apud ueteres dubitabatur, tale pactum ex nostra lege esse fouendum, & immutilatũ permanere. Forsitan enim multũ eius intererat, ne ei uicinus non solùm quem nollet aggregaretur, sed etiam pro quo specialiter interdictum est. Cum etenim uenditor uel alius alienator, non alia lege suũ ius transferri passus est, nisi tali fretus conuentione: quomodo ferendum est, aliquam captionem ex uaria pati eum interpretatione? *Concordat l. in traditionib. 48. ff. de pactis. cuius uerba uide š. except. 12. repl. 2. Exemplum proponitur l. 135. §. ea lege. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide ǰ. lib. prox. cap. 6. in prin. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi pœnalis stipulatio pacto non sit subiecta. hoc enim casu, cùm nihil intersit actoris, actio ei nõ datur. Quæ duplicatio approbatur l. 11. ff. de religiosis, hisce uerbis:* Quòd si locus monumẽti hac lege uenierit, ne in eũ inferantur quos ius est inferri: pactũ quidem ad hoc non sufficit, sed stipulatione id caueri oportet. *Concordat l. 7. ff. de seruis exportandis. cuius uerba uide ǰ. lib. 41. cap. 9. quæst. 1. except. 4. Altera replicatio est: Nisi intersit paciscentis, ne alter re sua ut uelit utatur. Hæc replicatio*

*tatio approbatur exemplo l. 2. §. si quis hoc. ff. de aqua quotid. hisce uerbis:* Si quis hoc cesserit, ne liceat sibi aquam quærere: ea cessio ualet. *Concordat l. 15. in prin. ibi: aliter atq; ff. de seruit. cuius uerba uide 3. lib. 25. cap. 2. except. 4. Approbatur item alio exemplo l. 7. §. fin. ff. de distract. pignor. his uerbis:* Quæritur, si pactum sit à creditore, ne liceat debitori hypothecam uendere uel pignus, quid iuris sit? & an actio nulla sit talis, quasi contra ius sit posita, ideoque uenire possit? Et certum est, nullam esse uenditionem, ut pactioni stetur.

XXII. EXCEPTIO: *Nisi decem mutuò datis, conuenit ut uiginti debeantur. Hæc exceptio approbatur l. si tibi. 17. in prin. ff. de pactis, hisce uerbis:* Si ribi decem mutua dem, & paciscar ut mihi uiginti debeātur: non nascitur obligatio ultra decem. Re enim non porest obligatio contrahi, nisi quatenus datum est. *Concordat l. 11. §. si tibi decem. ff. si certum petatur, his uerbis:* Si tibi decem dedero, ut nouem debeas: Proculus ait rectè, non amplius te ipso iure debere quā nouem. Sed si decem dedero, ut undecim debeas: putat Proculus, amplius quàm decem condici non posse.

XXIII. EXCEPTIO: *Nisi impossibile quid in pactum sit deductum. Hæc exceptio approbatur l. 145. ff. de reg. iuris, hisce uerbis:* Impossibilium nulla obligatio est. *Concordat l. 31. ff. eod. tit. his uerbis:* Verum est, neque pacta neque stipulationes factum posse tollere. Quod enim impossibile est, neque pacto neque stipulatione potest comprehendi, ut utilem actionem aut factum efficere possit. *Concordat item l. 177. ff. eod. tit. his uerbis:* Ea quæ dari impossibilia sunt, uel quæ in rerum natura non sunt, pro nō adiectis habentur. *Concordat item l. 35. in prin. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Si stipuler, ut id fiat quod natura fieri non cōcedit: non magis obligatio consistit, quàm cum stipulor, ut id detur quod dari non potest: nisi per quem steterit, quo minus facere id possit. *Concordat item l. 1. §. si id quod. ff. de act. & obligat. his uerbis:* Si id quod dari stipuletur, tale sit ut dari non possit, palàm est naturali ratione inutilem esse stipulationem: ueluti, si de homine libero aut iam mortuo, uel ædibus deustis facta sit stipulatio inter eos qui ignorauerint eū hominem liberum esse, uel mortuum esse, uel ædes deustas esse. Idem iuris est, si quis locum sacrum aut religiosum dari sibi stipulatus fuerit. *Huius exceptionis exemplum quoq; proponitur l. 8. C. de contrah. stipulat. his uerbis:* Non moriturum præstari seruum impossibilie promissio est. Post mortem autem eius stipulatus, rectè solutionem postulat. *Aliud exemplum proponitur l. 34. ff. de pactis, hisce uerbis:* Ius adgnationis nō posse pacto repudiari, nō magis quàm ut dicat quis nolle suum esse, Iuliani sententia est. *Aliud exemplum proponitur Inst. de uerb. obligat. §. loca etiam, in fine, his uerbis:* Si quis Romæ ita stipuletur, Hodie Carthagini dare spondes? inutilis erit stipulatio: cum impossibilis sit repromissio. *Concordat l. 2. §. qui ita, in fine. ff. de eo quod certo loco, his uerbis:* Verū puto quod Iulianus ait, eum qui Romæ stipulatur, Hodie Carthagini dari? non utiliter stipulari. *Planè propositæ exceptionis in casu iam dicto replicatio hæc est: Nisi tam stipulator quàm promissor suo, quem Carthagini habet, dispensatori antea mandauit, hic quidem ut daret, ille uerò ut acciperet. Hæc replicatio approbatur l. ult. §. si inter eos. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Si inter eos qui Romæ sunt talis fiat stipulatio, Hodie Carthagini dare spō des? quidam putant, non semper uideri impossibilem causam stipulationis contineri: quia possit contingere, ut tam stipulator quàm promissor ante aliquod tempus suo quisque dispensatori notum fecerit, In eum diem futuram stipulationem: ac demandasset promissor quidem suo dispensatori ut daret, stipulator autem suo ut acciperet. Quod si ita factum fuerit, poterit ualere stipulatio. *Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi per promissorem steterit, quo minus facere possit. Quæ replicatio approbatur uerbis l. 35. in prin. ff. de uerb. obligat. paulo ā. propositis hisce:* Nisi per quem steterit, quo minus facere id possit. *Tertia replicatio est: Nisi alij sit possibile. Hæc replicatio approbatur l. 137. §. si ab eo. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Si ab eo stipulatus sim, qui efficere non possit, cùm alij possibile sit: iure factam obligationem, Sabinus scribit. *Quarta replicatio est: Nisi pœnalis stipulatio impossibile quid contineat. per hoc enim principalis stipulatio non uiciatur. Quæ replicatio approbatur l. 126. §. fin. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Si ita stipulatus fuero, Te sisti: & nisi stiteris, aliquid dari, quod promittenti impossibile est: detracta secūda stipulatione prior manet utilis: & perinde erit, ac si te sisti stipulatus essem. *Concordat l. 97. in prin. ff. eod. tit. his uerbis:* Si ita stipulatus fuero, Te sisti: & nisi stiteris, hypocentaurum dari: perinde erit, atque si te sisti solummodo stipulatus essem. *Quinta replicatio est: Nisi tale sit pactum: Ne facias furem, uel fugitiuum seruum meum. Hæc replicatio approbatur l. 50. ff. de pactis, hisce uerbis:* Non impossibile puto in contractibus depositi, commodati, locati & cæteris similibus hoc pactum: Ne facias

furem,

furem uel fugitiuum seruum meum: hoc est, ne solicites ut fur fiat, uel fugitiuus fiat: ne ita negligas seruũ, ut fur efficiatur. Sicut enim serui corrupti actio locum habet: ita potest etiam hęc pactio locum habere, quæ ad non corrumpendos seruos pertinet. *Sexta replicatio est: Nisi tale sit pactum: Seruum sanum esse, furem non esse. Hæc replicatio approbatur l.31. ff. de euictione, his uerbis:* Si ita quis stipulanti spondeat, Sanum esse, furem non esse, uespillonem non esse, & cætera: inutilis stipulatio quibusdam uidetur: quia si quid est in hac causa, impossibile est quod promittitur: si non est, frustra est. Sed ego puto uerius, hanc stipulationem, Sanum esse, furem non esse, uespillonem non esse? utilem esse. Hoc enim continet quod interest horũ quid esse, uel horum quid non esse. Sed si cui horum fuerit adiectum, Præstari: multo magis ualere stipulationem. Alioquin stipulatio, quę ab ædilibus proponitur, inutilis erit. quod utiq; nemo sanus ꝓbabit.

XXIIII. EXCEPTIO: *Nisi factum alienum in pactum sit deductum. Hæc exceptio approbatur l.38. in prin. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Nemo alienum factum promittendo obligatur. *Concordat l.83. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Inter stipulantem & promittentem negocium contrahitur. Itaque alius pro alio promittens daturũ facturumúe eum, non obligatur. Nam de se quenque promittere oportet. *Concordat item Inst. de inutilib. stipulat. §. si quis alium, his uerbis:* Si quis alium daturum facturumúe quid promiserit, non obligabitur: ueluti si spondeat, Titium quinque aureos daturum. Quod si effecturum se, ut Titius daret, spoponderit, obligatur. *Concordat item Inst. eod. tt. §. uersa uice, his uerbis:* Qui alium facturum promisit, uidetur in ea esse causa, ut non teneatur, nisi pœnam ipse promiserit. *Concordat item l. 66. ff. de fideiussorib. his uerbis:* Sicut reus principalis non aliâs, quàm si de sua persona promittat, obligatur: ita fideiussores non aliâs tenentur, quàm si se quid daturos uel facturos promittant. Nã reum principalem daturum aliquid, uel facturum, frustra promittunt: quia factũ alienum inutiliter promittitur. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi insuper pœna promittatur, si alius non dederit uel fecerit. hæc enim pœnalis stipulatio ualet. Quæ replicatio approbatur uerbis Inst. §. uersa uice, paulo superius propositis hisce:* Nisi pœnam ipse promiserit. *Cui concordat l.38. §. at si quis uelit. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Si quis uelit factum alienum promittere: pœnã, uel quanti ea res sit, potest promittere. *Concordat itẽ d.l.38. §. si quis dolum, his uerbis:* Si quis dolum malũ promissoris hæredisq; eius abesse uelit, sufficere Abesse absfuturumq; esse stipulari. Si uerò de pl uriũ dolo cauere uelit, necessarium est adijci: Cui rei dolus malus nõ absit, uel nõ absuerit: quãta ea res erit, tantam pecuniam dare spondes? *Secunda replicatio est: Nisi quis promittat se effecturum uel curaturum, ut alius det uel faciat. Hæc replicatio approbatur uerbis Inst. §. si quis alium, paulo superius propositis hisce:* Quod si effecturũ se, ut Titius daret, spopõderit, obligatur. *Cõcordat l.83. §.2. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide J. lib. prox. cap. 6. except. 1. repl. 2. Tertia replicatio est: Nisi alium sisti promittat. Hæc replicatio approbatur l.81. in prin. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Quoties quis aliũ sisti promittit, nec adijcit pœnam, puta uel seruũ suum, uel hominem liberum: quæritur, an committatur stipulatio? Et Celsus ait, etsi non est huic stipulationi additũ, Nisi steterit, pœnam dari? id quanti interest, sisti cõtineri. Et uerum est quod Celsus ait: nam qui alium sisti promittit, hoc promittit, id se acturum ut stet. *Concordat l.38. §. penult. ff. eod. tt. his uerbis:* Si quis ita stipulatus fuerit, Illũ sisti? nulla causa est cur nõ obligatio cõstet. *Quarta replicatio est: Nisi dolũ malũ abesse absfuturumq; esse promiserit, uel quid simile. Hæc replicatio approbatur l.83. §.2. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide J. lib. proxim. cap 6. except 1. repl. 2. Concordat l.67. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Illa stipulatio, Rem saluam fore promittis? ualet. *Plura de replicatione proposita uide J. lib. prox. cap. 6. except. 1. repl. 2.*

XXV. EXCEPTIO: *Nisi dolũ malum abesse uel absfuturum esse spoponderit: item, rem habere uel possidere licere: item, per te heredemq; tuum non fieri, &c. Hæ atq; huiusmodi aliæ exceptiones uidentur subsistere ratione exceptionis præcedentis. Sed reprobantur per ea quæ S. repl. prox. 4. sunt dicta. De quibus (ut dixi) plura uide J. d. except. 1. Sed & de stipulatione rem habere licere, uide J. lib. prox. cap. 11. specie 3. Concordat l.38. §. hæc quoq;. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Hæc quoque stipulatio, Possidere mihi licere spondes? utilis est.

XXVI. EXCEPTIO: *Nisi alij pactum factum sit. Hæc exceptio approbatur l.73. §. fin ff. de reg. iuris, hisce uerbis:* Nec paciscendo, nec legem dicendo, nec stipulando quisquam alteri cauere potest. *Concordat l.38. §. alteri. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Alteri stipulari nemo potest, præterquam si seruus domino, aut filius patri stipuletur. Inuentæ enim sunt huiusmodi obligationes ad hoc, ut unusquisq; sibi adquirat quod sua interest. Cæterùm ut alij detur, nihil interest mea. Planè si uelim hoc facere, pœnã

ſtipulari conueniet: ut ſi ita factum nō ſit, ut comprehenſum eſt, committatur ſtipulatio etiam ei cuius nihil intereſt. Pœnam enim cum ſtipulatur quis, non illud inſpicitur quid interſit: ſed quæ ſit quantitas, quæq; conditio ſtipulationis. *Concordat item l.126.§. Chryſogonus.ibi: per liberam. ff.eod. tt. his uerbis:* Per liberam perſonam quæ neque iuri noſtro ſubiecta eſt, neq; bona fide nobis ſeruit, obligationem nullam adquirere nobis poſſumus. *Concordat uē Inſt.de inutilib. ſtipul.§.ſi quis alij,his uerbis:* Si quis alij, quàm ei cuius iuri ſubiectus ſit, ſtipuletur: nihil agit. *Concordat uē Inſt. eod.tt.§.alteri.cuius uerba uide* J*.repl.8. Item concordat l.10.ff.de act.& obligat.his uerbis:* Quæcunq; gerimus, cùm ex noſtro contractu originem trahunt, niſi ex noſtra perſona initium obligationis ſumant, inanem noſtrum actum efficiunt. Et ideo neq; ſtipulari, neque emere, uendere, contrahere, ut alter ſuo nomine rectè agat, poſſumus. *Concordat item l.3.C.de contrah.& committ.ſtipul. cuius uerba uide* J*.repl.14. Cōcordat item l.6.C.de inutilib.ſtipul.cuius uerba uide* J*.repl.10. Exemplū huius exceptionis etiā proponitur l.3.C.eod.tt.cuius uerba uide* ſ*.lib.15.cap.6.exc.7.repl.2. Planè propoſitæ exceptionis plures ſunt replicationes, quarū prima hæc eſt: Niſi eius qui paciſcitur, interſit alteri dari. Quæ replicatio approbatur l.38.§.ſi ſtipuler. ff.de uerb.obligat.his uerbis:* Si ſtipuler alicui, cùm mea interſit, uideamus an ſtipulatio committatur? Et ait Marcellus, ſtipulationem ualere in ſpecie huiuſmodi: Is qui pupilli tutelā adminiſtrare cœperat, ceſſit adminiſtrationem contutori ſui, & ſtipulatus eſt rem pupilli ſaluā fore: ait Marcellus poſſe defendi ſtipulationem ualere. Intereſſe enim ſtipulatoris, fieri quod ſtipulatus eſt: cū obligatus futurus ſit pupillo, ſi aliter res ceſſerit. Si quis inſulam faciendam promiſerit, aut cō duxerit, deinde ab aliquo inſulam ſtipulatori fieri ſtipulatus ſit: aut ſi quis, cum ꝓmiſiſſet Titio fundum Mæuium daturum, et ſi is nō dediſſet, pœnam ſe daturū: ſtipulatus à Mæuio fuerit, Fundum Titio datum iri? Item ſi quis locauerit id faciendum quod ipſe conduxerat: cōſtat habere eum utilem ex locato actionem. Si quis ergo ſtipulatus fuerit, cùm ſua intereſſet ei dari: In ea erit cauſa, ut ualeat ſtipulatio. Vnde et ſi procuratori meo dari ſtipulatus ſim: ſtipulatio uires habebit. Et ſi creditori meo: quia intereſt mea, ne uel pœna cōmittatur, uel prædia diſtrahātur, quę pignori data erāt. *Cōcordat Inſt.de inutilib. ſtipulat. §. ſed etſi quis ſtipul.his uerbis:* Si quis ſtipuletur alij, cùm eius intereſſet, placuit ſtipulationē ualere. Nam ſi is qui pupilli tutelá adminiſtrare cœperat, ceſſerit adminiſtratione cōtutori ſuo, & ſtipuletur rem pupilli ſaluá fore: quoniá intereſt ſtipulatoris fieri quod ſtipulatus eſt (cum obligatus futurus ſit pupillo, ſi malè res ceſſerit) tenet obligatio. Ergo et ſi quis ꝓcuratori ſuo dari ſtipulatus ſit: habebit uires ſtipulatio. Et ſi creditori ſuo quis ſtipulatus ſit, quod ſua intereſt, ne fortè uel pœna committatur, uel prædia diſtrahantur, quæ pignori data erant: ualet ſtipulatio. *Concordat item l. 3. in prin.ibi: niſi ſua interſit. C.de inutilib.ſtipulat.cuius uerba uide* ſ*.lib.15.cap.6.except.7.repl.2. Propoſitæ replicationis ſex proponūtur exēpla in uerbis ſupradictis. primum quidē hiſce uerbis:* Is qui pupilli tutelam adminiſtrare cœperat, &c. *Alterum hiſce:* Si quis inſulā faciendā ꝓmiſerit, &c. *Tertium hiſce:* Aut ſi quis, cū promiſiſſet, &c. *Quartū hiſce:* Itē ſi quis locauerit, &c. *Quintū hiſce:* Vnde et ſi procuratori meo, &c. *Sextum hiſce:* Et ſi creditori meo, &c. *Quib. exēplis quaſi per inductionē iuriſcōſultus propoſitā replicationē cōfirmat. Septimū exēplū proponitur l. ſi unus.27.§.ſi cū reo.ibi: quod ſi ſine.ff.de pactis, his uerbis:* Si ſine ſua perſona reus pepigerit, ne à fideiuſſore petatur: nihil id prodeſſe fideiuſſori, quidā putant, quanquam id rei interſit: quòd ea demū ei debeat cōpetere exceptio, quæ & reo. Ego didici prodeſſe fideiuſſori exceptionem: non ſic enim illi per liberam perſonam adquiri, quàm ipſi qui pactus ſit cōſuli uidetur: quo iure utimur. *Plura propoſitæ replicationis exempla ex ſequentibus replicationibus colligi poſſunt. Secunda replicatio eſt: Niſi pater filio, uel dominus ſeruo dari ſit ſtipulatus. Hæc replicatio approbatur Inſt. de inutil. ſtipulat. §.ei uerò qui, his uerbis:* Ei qui tuo iuri ſubiectus eſt, ſi ſtipulatus ſis, tibi adquiris: quia uox tua tanquam filij ſit, ſicuti & filij uox tanquam tua intelligitur in ijs rebus quę tibi adquiri poſſunt. *Concordat l. 39. ff. de uerb.obligat.his uerbis:* Dominus ſeruo ſtipulando ſibi adquirit: ſed & pater filio, ſecūdum quod leges permittunt. *Concordat item l.2.C.de cōtrah.ſtipul.his uerbis:* Si filię tuæ quam in poteſtate habebas, pecuniā dari ſtipulatus es: paratam obligationē exercere non prohiberis. *Cōcordat item l.28.§. ſi ipſi, in fine.ff.de ſtipul.ſeruor.cuius uerba uide* J*.lib. prox.cap.12.reg.2.exc.8. Huius replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi pater filio emancipato, quē in poteſtate nō habet, ſtipulatus ſit. Quæ duplicatio elicitur ex uerbis iam propoſitis hiſce:* Ei qui tuo iuri ſubiectus eſt, &c. *Huius duplicationis triplicatio eſt: Niſi dotem quam pro filia uel nepte pater uel auus dedit, ſoluto matrimonio ei eiuſue heredib.ſuis nepotibus reddi ſit ſtipulatus. Quæ triplicatio*

catio approbatur l.45. in fine. ff. soluto matrimon. cuius uerba uide s̄.lib.25.cap.7.reg.5.except.3. Cōcordat l. 7. C. de pactis conuentis tam super dote. cuius uerba uide s̄.lib.25.cap.6.exc.7.repl.5. Altera duplicatio est: Nisi in id tempus pater filio sit stipulatus, quo in eius potestate amplius futurus non est. Hæc duplicatio reprobatur l. 45. §. si ita quis ff. de uerb.obligat. his uerbis: Si ita quis stipulatus sit, Post mortem meam filiæ meæ dari? uel ita, Post mortem filiæ meæ mihi dari? utiliter erit stipulatus. Sed primo casu filiæ meæ utilis actio cōperit, licet hæres ei non existat. Tertia duplicatio est: Nisi pater filio id dare stipulatus sit, quod ipsi patri per filium non adquiritur. Hæc duplicatio approbatur uerbis s̄.ead.repl.in prin.propositis hisce: In ijs rebus quæ tibi adquiri possunt. Concordat l.130.ff.de uerb.obligationib.cuius uerba uide J. dupl.proxim. Quarta duplicatio est: Nisi factum filio pater stipuletur. Hæc duplicatio approbatur d.l.130.his uerbis: Quod dicitur patrem filio utiliter stipulari, quasi sibi ille stipuletur, hoc in his uerum est quæ iuris sunt, quæque adquiri patri possunt. Alioquin si factum conferatur in personam filij, inutilis erit stipulatio: ueluti ut tenere ei, uel ire agere liceat? Contrà autem filius etiam, ut ire agere patri liceat, stipulando adquiret ei. Imò & quod in suam personam conferre non potest, hoc patri adquiret. Tertia replicatio est: Nisi filius patri, uel seruus domino stipuletur uel paciscatur. Hæc replicatio approbatur l.38. §. alteri. ibi: præterquam. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide s̄. ead. except. in prin. Concordat l.38. §. hi qui sunt. ff. eod.tit. his uerbis: Hi qui sunt in aliena potestate, his in quorum sunt potestate, habere licere stipulari possunt ea ratione qua cætera quoque his possunt stipulari. Concordat item l.58.ff. de pactis. cuius uerba uide J cap.6.except. 8. Huius replicationis duplicatio prima hæc uidetur esse: Nisi factum patri uel domino sit stipulatus. Altera duplicatio esse uidetur: Nisi patri uel domino sit stipulatus filius uel seruus id quod sibi stipulari non potest. Hæ duæ duplicationes reprobantur l.130.in fine. ff.de uerb.obligat. cuius uerba uide s̄. repl. proxim. dupl. 4. Tertia duplicatio est: Nisi seruus uel filius patri uel alij, in cuius potestate non est, sit stipulatus. Hæc duplicatio approbatur uerbis d.l.38. paulo superius propositis hisce: Hi qui sunt in aliena potestate, &c. Huius duplicationis triplicatio prima hæc est: Nisi patri uel domino qui est apud hostes, stipuletur. quamuis enim in eius potestate non sit filius uel seruus, eo apud hostes existente, tamen ualet stipulatio. Quæ triplicatio approbatur l. 11. §. fin. ff. de acceptilat. his uerbis: Si dominus apud hostes sit: dicendum est iure postliminij confirmari acceptilationem. Nam & stipulari ei qui apud hostes est seruus potest. Huius triplicationis quadruplicatio hæc est: Nisi pater uel dominus apud hostes decesserit. Quæ quadruplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce: Iure postliminij confirmari. Cui concordat l.18. §.seruus.ff.de stipul.seruorum, his uerbis: Seruus capto domino ab hostibus, domino dari stipulatus est: quamuis quæ simpliciter stipuletur uel ab alio acceperit, etiam ad hæredem captiui pertineant: aliudq; sit iuris in persona filij: quia nec tunc fuit in potestate cum stipularetur, nec postea deprehenditur ut seruus in hæreditate: tamen in proposito potest quæri, num ex hac stipulatione nihil adquisitum hæredi uideatur, quomodo si seruus hæreditarius defuncto, uel etiam hæredi futuro stipulatus fuisset? Sed in hac specie seruus filio exæquabitur. Nam & si filius captiui patri suo stipulatus fuerit dari, res in pendenti erit: & si pater apud hostes decesserit, nullius momenti fuisse uidebitur stipulatio: quoniam alij, non sibi stipulatus est. Quarta duplicatio est: Nisi seruus hæreditarius hæredi futuro stipuletur, uel domino defuncto. tunc enim, quamuis hic quidem dominus stipulantis serui fuerit, ille autem postea fiat: non tamen ualet stipulatio. Quæ duplicatio approbatur l.18.§.seruus.ibi: quomodo si seruus ff.de stipul. seruor. cuius uerba uide s̄. dupl. proxim. triplic.1. Concordat l.si unus.27.§.fin. ff.de pactis, hisce uerbis: Seruus hæredi pòst adituro nominatim pacisci non potest, quòd nondum dominus is sit. Sed si in rem pactum conuentum sit, hæredi adquiri potest. Concordat l. 41. §. quod si stipulatus. ff. si certum petatur. cuius uerba uide J.lib. 39. cap.2. quæst.1. except.12. repl.5. Quinta duplicatio uidetur: Nisi a captiuo patri filius paciscatur. Hæc duplicatio reprobatur l.38. §. suæ personæ. ff.de uerb. obligat. cuius uerba uide J.repl.7. Sexta duplicatio est: Nisi ita stipuletur filius, Sibi aut patri dari. Quæ duplicatio approbatur l. 95. §. quæsitum. ff. de solutionib. De qua re uide J. repl. 11. dupl. 1. Hæc de tertia replicatione. Quarta replicatio est: Nisi seruus ei qui in eo usumfructum habet, pactus sit. Hæc replicatio approbatur l. 54. ff. de pactis, hisce uerbis: Si debitor sit fructuarius, & paciscatur seruus, in quo usumfructum habet, ne ab eo petatur: paciscendo meliorem conditionem eius facit. Ita & si creditor esset fructuarius, & pactus esset ne peteret: seruus autem fructuarius pacisceretur ut peteret: beneficio pacti quod seruus interposuisset, utiliter ad petitionem admitteretur. Plura de hac replicatione uide s̄. lib. 21. cap. 2. reg.5. Quinta replicatio est: Nisi seruus conseruo, uel filius patris seruo aut fratri, qui in eiusdem est potestate, pactus sit. Hæc repli-

catio approbatur l. 40. ff. de uerb. obligat. his uerbis: Si filius meus seruo meo stipuletur, adquiritur mihi. Concordat Inst. de stipulat. seruor. §. siue autem, his uerbis: Siue domino, siue sibi, siue conseruo suo, siue impersonaliter seruus stipuletur: domino adquirit. Idem iuris est & in liberis, qui in potestate patris sunt, ex quibus causis adquirere possunt. Concordat item l. 1. §. quod meus. ff. de stipul. seruor. his uerbis: Quod meus seruus meo seruo dari stipulatur, id perinde haberi debet ac si mihi stipuletur. Item quod tuo seruo stipulatur, perinde est ac si tibi stipulatus esset: ut altera stipulatio obligationem pariat, altera nullius momenti sit. Concordat ea quæ proposita sunt s. lib. proxim. cap. 5. reg. 2. except. 4. Sexta replicatio est: Nisi libertus patrono sit pactus. Hæc replicatio reprobatur l. 126. §. Chrysogonus. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide J. lib. proxim. cap. 9. reg. 5. except. 1. Septima replicatio est: Nisi quis hæredi suo sit pactus uel stipulatus. Hæc replicatio approbatur l. 38. §. suæ personæ. ff. de uerb. obligat. his uerbis: Suæ personæ adiungere quis hæredis personam potest. Sed & adoptiui patris persona coniungi poterit. Concordat d. l. 38. §. si quis ita. ibi: sed si quis. cuius uerba uide J. lib. proxim. cap. 6. except. 2. repl. 2. dupl. 1. Item concordat l. 92. ff. eod. tit. his uerbis: Si ita stipuler, Per te non fieri, quo minus mihi hæredique meo uindemiam tollere liceat? etiam hæredi datur actio. Huius replicatiōis duplicatio prima hæc est: Nisi uni tantùm ex pluribus hæredibus stipuletur. Hæc duplicatio approbatur l. 137. §. fin. ff. de uerb. obligat. his uerbis: Sciendum est, quod dari stipulamur, non posse per nos uni ex hæredibus adquiri, sed necesse est omnibus adquiri. At cum quid fieri stipulemur, etiam unius personam rectè comprehendi. Huius duplicationis triplicatio hæc est: Nisi stipulatio in faciendo, non in dando consistat. Quæ triplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce: At cum quid fieri, &c. Concordat l. 33. ff. de pactis, hisce uerbis: Auus neptis nomine, quam ex filio habebat, dotem promisit, & pactus est, ne à se neúe à filio suo dos peteretur. Si à cohærede filij dos peteretur, ipse quidem exceptione conuentionis tuendus non erit: filius uerò exceptione conuentionis rectè utetur: quippe hæredi consuli concessum est. Nec quidquam obstat, uni tantùm ex hæredibus prouidere, si hęres factus sit: cæteris autem non consuli. Altera duplicatio est: Nisi nominatim uni pactus sit testator. hic enim, quamuis postea pacifcenti uel stipulanti hæres extiterit: proposita tamen replicatione non adiuuatur. Quæ duplicatio approbatur l. 17. §. si pactus sim. ff. de pactis, hisce uerbis: Si pactus sim ne à me, neúe à Titio petatur: non proderit Titio etiamsi mihi hæres extiterit: quia ex pòst facto id confirmari non potest. Et hoc Iulianus scribit in patre qui pactus erat, ne à se neúe à filia sua peteretur: cùm filia patris hæres extitisset. Huius duplicationis triplicatio est: Nisi ut hæredi suo, uni nominatim sit stipulatus. Quæ triplicatio approbatur uerbis d. l. 33. paulo superius propositis. Concordat l. 26. in princip. ff. depositi. cuius uerba uide J lib. 10. cap. 8. quæstion. 3. reg. 3. Octaua replicatio est: Nisi pœnæ stipulatio sit subiecta. Hæc replicatio approbatur Inst. de inutilib. stipulation. §. alteri, his uerbis: Alteri stipulari (ut suprà dictum est) nemo potest. Inuentæ enim sunt huiusmodi stipulationes uel obligationes ad hoc, ut unusquisque adquirat sibi quod sua interest. Cæterùm si alij detur, nihil interest stipulatoris. Planè si quis uelit hoc facere, pœnam stipulari conueniet: ut nisi ita factum sit, ut est comprehensum, committatur pœnæ stipulatio etiam ei cuius nihil interest. Pœnam enim cum stipulatur quis, non illud inspicitur, quòd intersit eius, sed quæ sit quantitas in conditione stipulationis. Ergo si quis ita stipuletur, Titio dari: nihil agit. Sed si adiecerit pœnam: Nisi dederis, tot aureos dare spondes? tunc committitur stipulatio. Concordat l. 38. §. alteri. ff. de uerbor. obligation. cuius uerba uide s. ead. exceptione in principio. Nona replicatio est: Nisi quis alterius nomine pecuniam credidit. hoc enim casu ei cuius nomine pecunia tradita est, condictio eius pecuniæ competit. Quæ replicatio approbatur l. 126. §. Chrysogonus. ibi: planè si liber. ff. de uerb. obligat. his uerbis: Si liber homo nostro nomine pecuniā det uel suam uel nostrā, ut nobis solueretur: obligatio nobis pecuniæ creditæ adquiritur. Concordat l. 9. §. si numos. ff. si certum petatur, his uerbis: Si numos meos tuo nomine dedero uelut tuos, absente te & ignorante: Aristo scribit, adquiri tibi cōdictionem. Iulianus quoq; de hoc interrogatus, libro decimo scribit, ueram esse Aristonis sententiā: nec dubitari, quin si meā pecuniā tuo nomine uoluntate tua dedero, tibi adquiratur obligatio: cum quotidie credituri pecuniam mutuam ab alio poscamus, ut nostro nomine creditor numeret futuro debitori nostro. Decima replicatio est: Nisi alius quoq; cui pactio facta est, sibi dari uel fieri sit stipulatus. Hæc replicatio approbatur l. 6. C. de inutilib. stipul. his uerbis: Si auia uestra sibi & Eustolio, quā mutuā dederat pecuniā, dari fuerit sti-

rit ſtipulata: nihil ei cuius ſubiecta iuri nõ fuerat, quærere potuit. Sanè ſi ipſe quod ei ſolui placuerat, in ſtipulationẽ ſuo nomine deduxit: obligationẽ in eius etiam perſonam conſtitiſſe, non ambigitur.

*Vndecima replicatio eſt: Niſi quis alternatiuè, puta ſibi aut Titio, uel Mæuio domino ſuo aut Sempronio ſit ſtipulatus. hoc enim caſu ualet ſtipulatio, & obligatio quidem in ſtipulatoris perſona ſubſiſtit: adiecto autem ſolui ſolummodo poteſt. Quæ replicatio approbatur Inſt. de inutil. ſtipul. §. planè ſolutio, his uerbis:* Planè ſolutio etiam in extraneam perſonam conferri poteſt: ueluti ſi quis ita ſtipuletur, Mihi aut Seio dare ſpondes? ut obligatio quidem ſtipulatori adquiratur, ſolui autem Seio, etiam inuito eo, rectè poſsit, ut liberatio ipſo iure contingat: ſed ille aduerſus Seium habeat mandati actionem. *Concordantes leges uide alibi in loco ſolutionis. Huius replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi in adiecti quoq; perſona obligatio ſubſiſtat. tũc enim quia incertũ eſt, utri actio danda ſit, neutri competit actio. Quæ duplicatio approbatur exẽplo l. 9 §. fin. cum lege ſequẽte. ff. de ſtipulat. ſeruor. his uerbis:* Si cùm duos dominos ſeruus haberet, ſtipulatus fuerit illi aut illi dominis ſuis: quæſitum eſt, an ſic cõſiſtat ſtipulatio? Caſsius inutilem eſſe ſtipulationẽ ſcripſit, & Iulianus Caſsij ſententiã probat: eoq; iure utimur. Sed etſi ita ſtipuletur, Titio decem, aut Mæuio fundum dare ſpondes? quia incertum eſt, utri eorum adquiſierit actionem: idcirco inutilis ſtipulatio exiſtimãda eſt. *Concordat l. 11. cum duabus ll. ſequentib. ff. eod. tit. his uerbis:* Si ſibi aut Primo aut Secũdo dominis ſuis ſtipulatus ſit: & hic tantundem erit probandum, quod Iulianus dixit, inutilem eſſe ſtipulationẽ. Sed utrum adiectio inutilis eſt, au tota ſtipulatio utilis non eſt? Et puto adiectionam ſolam eſſe inutilẽ. Eo enim quod ait Mihi, omnibus adquiſiuit ex ſtipulatu actionem. An ergo in cæterorum perſona ſolutio locum habeat, exemplo extraneæ perſonæ? Et puto uel ſolui eis poſſe: quẽadmodum cum ego mihi aut Titio ſtipuler. Cur ergo cum Primo aut Secundo ſtipulatio non conſiſtit, nec ſolutio eſt? Illa eſt ratio, quia nõ inuenimus in cuius perſona ſtipulatio conſtitit, & in cuius ſolutio. Nam cum uterq; obligationis capax ſit, non inuenimus quis adiectus ſit: quia non eſt qui petere poſsit. Cum enim ſtipulatur domino aut extraneo ſeruus: utrunq; conſiſtit, & in domini perſona ſtipulatio, & in extranei ſolutio. At hic corrumpit τὸ ἰσάζον ſtipulationem & ſolutionem. *Concordat item l. 98. §. ſi ſeruus. ff. de ſolutionib. his uerbis:* Si ſeruus fructuarius ex re fructuarij domino proprietatis, aut uſufructuario ſtipulatur: inutilis eſt ſtipulatio. At ex re proprietarij, ſi ipſi domino aut fructuatio ſtipulotur, rectè ſtipulatur. Tãtùm enim ſolutionis capax eſt fructuarius hoc caſu, non etiam obligationis. *Concordat item l. 126. §. Chryſogonus. ibi: ſed quod patrono. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide ȷ. lib. prox. cap. 9. reg. 5. Item concordat l. 1. § ſi fructuarius. ff. de ſtipul ſeruor. his uerbis:* Si fructuariua ſeruus ſtipulatus eſſet fructuario aut proprietario: ſiquidem ex re fructuarij ſtipulatus eſſet, inutilem eſſe ſtipulationẽ: quia utriq; ex re fructuarij actionem adquirere non potuiſſet. ſed ſi aliunde ſtipulatus fuiſſet, proprietariũ petere poſſe: & ſi promiſſor fructuario ſoluiſſet, liberari. *Concordat item l. 21. ff. eod. tit. his uerbis:* Si ſeruus communis ita ſtipuletur, &c. *Huius duplicationis triplicatio prima hæc eſt: Niſi cum ſeruus duos dominos haberet, Primum ſcilicet & Secundũ non ita ſtipulatus ſit, Primo aut Secundo: ſed ita, Mihi aut Primo aut Secundo dominis meis. hoc enim caſu ſola adiectio inutilis eſt, non tota ſtipulatio. Quæ triplicatio approbatur uerbis d. l. 11. ṡ. propoſitis hiſce:* Si ſibi aut Primo aut Secundo, &c. *Altera triplicatio eſt: Niſi pater ſibi aut filio ſuo dari ſtipulatus ſit. hoc enim caſu, quamuis pater filio quoq; ſtipulari poſsit, ualet tamen ſtipulatio. Quæ triplicatio approbatur l. 56. §. qui ſibi aut. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Qui ſibi aut filio ſuo dari ſtipulatur, manifeſtè perſonam filij in hoc complectitur, ut ei rectè ſoluatur. neque enim intereſt, ſibi aut extraneo cuilibet, an ſibi aut filio ſoo quis ſtipulatur. Quare uel manente eo in poteſtate, uel emancipato filio, rectè ſoluitur: nec ad rem pertinet, quòd qui filio ſuo dari ſtipulatur, ſibi adquirit: quia coniuncta ſua perſona ſtipulator efficit, ut non adquirendæ obligationis gratia, ſed ſolutionis cauſa perſonam filij adprehendiſſe intelligatur. Quòd ſi ſoli filio ſuo qui in poteſtate ſua ſit, dari quis ſtipulatus ſit: non rectè filio ſuo ſoluetur: quia filij perſona obligationi magis, quàm ſolutioni adplicatur. *Concordat l. 95. §. quæſitum. ff. de ſolutionib. his uerbis:* Quæſitum eſt, an ita ſtipulari quis poſsit: Mihi aut filio meo decem dari: uel ita, Mihi aut patri? Sed non incommodè poteſt adhiberi diſtinctio, ut filio quidem ſtipulante, patris tunc adijciatur perſona, cum ſtipulatio ei adquiri non poſsit. E contrariò autem nihil prohibet, patre ſtipulante filij perſonem adijci: cùm toties quod filio pater ſtipulatur, ſibi ſtipulatus intelligitur, cum ipſe ſibi ſtipulatus nou eſt. Et iu propo-

ſito manifeſtum eſt, non obligationis, ſed ſolutionis gratia filij perſonam adiectam. *Tertia triplicatio eſt: Niſi cùm ſeruus communis Titij & Sempronij, ſoli Titio domino ſuo ſtipulatus eſſet, poſtea à fideiuſſore ſtipulatus ſit Titio aut Sempronio. Quæ triplicatio approbatur l. 16. in princip. ff. de fideiuſſorib. cuius uerba uide J. lib. 45. cap. 1. quæſt. 3. reg. 1. Hæc de prima propoſitæ replicationis duplicatione ſint dicta. Secunda duplicatio eſt: Niſi aliter adiecto quàm ſibi quis ſit ſtipulatus. Hæc duplicatio reprobatur l. 141. §. cùm mihi. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Cùm mihi aut Titio ſtipulor: dicitur aliam quidem rem in perſonam meam, aliam in Titij deſignari non poſſe: ueluti mihi decem aut Titio hominem. Si uerò Titio ea res ſoluta ſit, quæ in eius perſona deſignata fuit: licet ipſo iure nõ liberetur promiſſor, per exceptionẽ tamen defendi poterit. Tempora uerò diuerſa deſignari poſſe: ueluti mihi calendis Ianuarijs, aut Titio calendis Februarijs? Imò etiam citeriorem diem in Titij perſonam conferri poſſe: ueluti mihi calendis Februarijs, Titio calendis Ianuarijs? Quo caſu intelligimus talem eſſe ſtipulationem, Si Titio calendis Ianuarijs non dederis, mihi calendis Februarijs dare ſpondes? Sed rurſus mihi quidem purè, aut Titio ſub conditione ſtipulari poſſum. Contrà uerò, ſi mihi ſub conditione, aut Titio purè: inutilis erit tota ſtipulatio, niſi in meã perſonam cõditio extiterit: ſcilicet quòd niſi à me uim accipiat obligatio, adiectio nihil poteſt ualere. Hoc tamen ita demũ tractari poteſt, ſi euidenter appareat purè Titij perſonam adiectam. Alioquin cùm ita ſtipulor, Si nauis ex Africa uenerit, mihi aut Titio ſpondes? Titij quoque perſona ſub eadem conditione adijci uidetur. Ex hoc apparet, ſi diuerſa conditio in meam perſonam, diuerſa in Titij poſita ſit, nec in meam perſonam extiterit conditio: totam ſtipulationem nullius momenti futuram. Extante uerò mea conditione, ſiquidẽ Titij quoq; conditio extiterit: poterit uel Titio ſolui. Si uerò in illius perſona defecerit, quaſi non adiectus habebitur. Ex his omnibus apparet, licet alterius perſona non rectè adijciatur: non ideo minus in noſtra perſona utiliter procedere ſtipulationem. *Concordat duplicationi propoſitæ reprobatæ l. 98. §. mihi decem. ff. de ſolut. his uerbis:* Mihi decem dari purè, aut Titio calendis Iulijs ſub conditione: aut calendis Ianuarijs mihi, Titio Februarijs, utiliter ſtipulor. Quòd ſi mihi ſolui calendis Februarijs, Titio calendis Ianuarijs: poteſt dubitari. Sed rectius dicitur, utiliter ſtipulatum. Nam cùm in die ſit ea quoque obligatio: etiam mihi ſolui poteſt ante calendas Februarij. Igitur & illi ſolui poterit. *Concordat item l. 41. §. acceſſio. ff. de action. & obligat. cuius uerba uide J. lib. proxim. cap. 2. diuiſ. 8. Concordat item l. 14. §. ſtipulatus ſum, & l. 98. §. mihi Romæ. ff. de ſolutionib. Quorum uerba uide J. lib. 48. cap. 8. except. 10. repl. 4. dupl. 7. Tertia duplicatio eſt: Niſi cùm quis ſibi ſub conditione, adiecto purè uel ſub diuerſa conditione dari ſtipulatus eſſet, conditio in perſona ſtipulatoris defecerit. hoc enim caſu tota ſtipulatio inutilis eſt. Quæ duplicatio approbatur uerbis d. §. cum mihi, paulo ſuperius propoſitis hiſce:* Contra uerò, ſi mihi ſub conditione, aut Titio purè: inutilis erit tota ſtipulatio, niſi in meam perſonam conditio extiterit, &c. *Plura de propoſita replicatione uide d. replicatione 4. Duodecima replicatio eſt: Niſi quis ſibi & alij ſtipulatus ſit. hoc enim caſu ſtipulatio ualet. Quæ replicatio approbatur Inſt. de inutilib. ſtipulat. §. quòd ſi quis, hiſce uerbis:* Quòd ſi quia ſibi & alij, cuius iuri ſubiectus non ſit, dari decem aureos ſtipulatus eſt: ualet quidem ſtipulatio, ſed utrum totum debeatur ſtipulatori, quod in ſtipulationem deductum eſt, an uerò pars dimidia, dubitatum eſt? Sed placuit non plus quàm dimidiam partem ei adquiri. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi pro parte dimidia. Quæ duplicatio uerbis iam propoſitis approbatur. Cui concordat l. 110. in princip. ff. de uerbor. obligation. his uerbis:* Si mihi & Titio, in cuius poteſtate non ſim, ſtipuler decem: non tota decem, ſed ſola quinque mihi debentur. Pars enim aliena in obligatione deducitur, ut quod extraneo inutiliter ſtipulatus ſum, non augeat meam partem. *Hæc duplicatio diſtinguitur in emptione ſibi & alij facta. hoc enim caſu ementi in ſolidum adquiritur. l. 64. in fine. ff. de contrah. empt. cuius uerba uide J. lib. 41. cap. 3. except. 10. repl. 1.* Decimatertia replicatio uidetur: *Niſi is qui alij ſtipulatus eſt, ipſe ex ſtipulatu agat. Hæc replicatio reprobatur l. 6. in fine. C. ſi quis alteri uel ſibi, &c. cuius uerba uide J.* Decimaquarta re*plicationis loco notandum, quòd ſtipulatori nihilominus priſtina ſuperſit actio, cui ſtipulatio alij facta acceſſit. Quæ replicatio approbatur l. 116. §. Chryſogonus. ibi: ſupereſt. ff. de uerborum obligation. cuius uerba uide J. lib. proxim. capite nono, regula quinta.* Concordat *l. 45. ibi: quod cum ita ſit. ff. ſoluto matrimonio. cuius uerba uide J. lib. 15. cap. 7. reg. 5. except. 1.* Concordat item *l. 3. C. de contrah. ſtipulat. his uerbis:* Si cùm tuam pecuniam crederes accommodato nomine Iuliani, ſtipulatio in perſonam eius abſentis directa eſt: cum nihil ſit actum ea uerborum cõceptione, intelligis ſuper-

ſuper-

superfuisse tibi rei contractæ obligationē. Ac propterea si pecuniam à debitore tuo Iulianus exegit, eamq; solutionem ratam habuisti: habes aduersus eum negociorū gestorum actionem. *Decimaquinta replicationis loco notandum, quòd quamuis ex stipulatione alij facta non detur actio, prosit tamen ad exceptionem. quæ replicatio approbari uidetur l. 26. §. filia. ff. de pactis dotalib. cuius uerba uide s. lib. 25. cap. 6. except. 7. repl. 6.* *Decimasexta replicatio est: Nisi cum quis alij tanquam hæredi suo pactus esset, is hæres non extiterit, hoc enim casu nihilominus alijs hæredib pactum prodest. quæ replicatio approbatur l. 40. §. fin. ff. de pactis, cuius uerba uide j. cap. 6. except. 3. repl. 4. dupl. 1. Hæc de uicesima sexta exceptione, de qua uide plura s. lib. 21. cap. 2. reg. 6. de libero homine.*

XXVII. EXCEPTIO: *Nisi cùm quis sibi aut alij dari stipulatus pactusue esset, alterius persona inutiliter sit adiecta. Hæc exceptio reprobatur l. ult. §. fin. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide s. except. prox. repl. 11. dupl. 3.*

XXVIII. EXCEPTIO: *Nisi res aliena in contractum sit deducta. Hæc exceptio approbatur l. 30. §. fin. C. de pactis, hisce uerbis:* In alienis rebus contra domini uoluntatem aliquid fieri uel pacisci, secta horum temporum non patitur. *Huius exemplum proponitur l. 2. ff. de pignoraticia act. his uerbis:* Si rem pignori datam uendidit & tradidit, tuq; ei nummos credidisti, quos ille soluit ei creditori, cui pignus dederat, tibique cum eo conuenit, ut ea res quam iam uendiderat, pignori tibi esset; nihil te egisse cōstat, qui rem alienam pignori acceperis. Ea enim ratione emptorem pignus liberatum habere cœpisse, neq; ad re pertinuisse, quòd tua pecunia pignus sit liberatum. *Aliud exemplum proponitur l. 24. C. de euict. cuius uerba uide j. lib. 42. cap. 9. quæst. 1. except. gener. 7. Aliud exemplum proponitur l. 38. §. quæsitum. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Quæsitum est, utrum propriam demum rem, an & alienam promittere possit habere licere? Et magis est, ut & aliena promitti possit. Quæ res ita effectum habebit, si propria promissoris esse cœperit. Quare si perseuerauerit aliena: dicendum erit stipulationem non committi, nisi pœna adiecta sit: cum neq; per eum neq; per successorem eius quidquam factum sit. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi res postea promissoris cœperit esse propria. quæ replicatio uerbis iam propositis approbatur. Concordat l. 8. §. item si legatum. ff. si certum petatur, his uerbis:* Si legatam pecuniam hæres crediderit, deinde legatarius noluerit eam ad se pertinere: quia hæredis ex die aditæ hæreditatis uidentur nummi fuisse, ut credita pecunia peti possit. Nam & Iulianus ait, traditiones ab hærede factas ad id tempus redigi, quo hæreditas adita fuerit, cum repudiatum sit legatum aut adpositum. *Concordant item ea quæ proposita sunt s. lib. 21. cap. 4. causa 1. exception. 1. replic. 11. Altera replicatio est: Nisi pœna pacto sit subiecta. quæ replicatio approbatur uerbis d. §. quæsitum, paulo superius propositis hisce:* Nisi pœna adiecta sit, &c. *Tertia replicatio est: Nisi re aliena uendita, emptor ad rem sibi tradendam agat: hoc enim casu uenditor proposita exceptione non defenditur. quæ replicatio approbatur l. 28. ff. de contrah. empt. his uerbis:* Rem alienam distrahere quem posse, nulla dubitatio est: nam emptio est & uenditio, sed res emptori auferri potest. *Concordat l. 11. §. 2. ff. de action. empti. cuius uerba uide j. lib. 42. cap. 1. quæst. 1. causa 3. Quarta replicatio est: Nisi re aliena promissa, ex stipulatu ad eam tradendam agatur. Hæc replicatio approbatur l. 15. §. fin. ff. de usucapionib. his uerbis:* Concessum est stipulari rem etiam quæ promissoris non sit. *Huius replicationis duplicatio prima hæc esse uidetur: Nisi area aliena promissa, dominus in ea ædificium posuerit. quæ tamen duplicatio reprobatur l. 98. §. aream. ff. de solutionib. his uerbis:* Aream promisi alienam: in ea dominus insulam ædificauit: an stipulatio extincta sit, quæsitum est? Paulus respondit, Si alienum hominē promisi, & is à domino manumissus est, liberor: nec admissum est (quod Celsus ait) si idem rursus lege aliqua seruus effectus sit, peti eū posse. In perpetuū enim sublata obligatio restitui non potest. & si seruus effectus sit, alius uidetur esse. Nec simili argumento usus est, si nauem quam tu promisisti; dominus dissoluerit, deinde eisdē tabulis cōpegerit, teneri te. Hic enim eadē nauis est, quā te daturū spopōdisti: ut uideatur magis obligatio cessare, q̄ extincta esse. Homini sūt manumisso simile fiet, si ea mēte dissolutā esse nauē apparuerit, ut in alios usus cōuerterētur tabulæ, deinde mutato consilio eadē cōposita sit. Alia enim uidebitur esse posterior nauis: sicut ille alius homo est. Nō est his similis area, in quā ædificiū impositū est. Nō enim desijt area in rerū natura esse: immò & peti potest area, & æstimatio eius solui debebit. Pars enim insulæ area est, & quidē maxima, cui etiā superficies cedit. Diuersum dicemus, si seruus promissus ab hostibus captus est. Hic enim interim peti non potest quasi ante diem: sed si redierit postliminio, rectè tūc petetur. cessauit enim hic obligatio: area autem extat, sicut cætera ex quibus ædificium consistit. Denique lex XII Tabularum tignum ædibus iniunctum uendicari posse, si[illegible] sed interim id solui

solui prohibuit, preciumq; eius dari uoluit. *Altera duplicatio est: Nisi homo alienus promissus, à domino sit manumissus. Hæc duplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Paulus respondit, Si alienum hominom promisi, &c. *Plura de hac re uide J. lib. prox. cap. 5. except. 14.* *Tertia duplicatio est: Nisi nauis aliena promissa, à domino sit dissoluta. Hæc duplicatio approbatur, simul & distinguitur uerbis iam propositis hisce:* Nec simili argumento usus est, si nauem quam tu promisisti, &c.

XXIX. EXCEPTIO: *Nisi res à paciscente abire possit. Hæc exceptio reprobatur l. 205. ff. de reg. iuris, his uerbis:* Plerunq; fit ut etiã ea quæ à nobis abire possint, perinde in eo statu sint, atq; si non essent eius conditionis, ut abire possint. Et ideo quod fisco obligamus, & uindicare interdum, & alienare, & seruitutẽ prædio imponere possumus. *Planè res litigiosa, quia per sententiam à nobis abire possit, alienari non potest. de qua re uide s̄. lib. 5. cap. 9. de re litigiosa non alienanda.*

XXX. EXCEPTIO: *Nisi de sua re quis pactum fecerit. Hæc exceptio approbatur l. 45. ff. de reg. iuris, his uerbis:* Neq; pignus, neque depositum, neque precarium, neq; emptio, neque locatio rei suæ consistere potest. *Concordat l. 15. ff. depositi, his uerbis:* Qui rem suam deponi apud se patitur, uel utendam rogat: nec depositi, nec commodati actione tenotur. Sicut qui rem suam conduxit, aut precario rogat: nec precario tenetur, nec ex locato. *Huius etiam exemplum est, si quis rem suam stipuletur. quod proponitur l. 82. in prin. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Nemo rem suam utiliter stipulatur, sed precium rei suæ non innriliter. Sanè rem meam mihi restitui rectè stipulari uideor. *Concordat inst. de inutilib. stipul. §. idem iuris. ibi: uel rem suam. cuius uerba uide J. exception. 32. Item concordat l. 1. §. idem iuris. ibi: nec minus. ff. de act. & obligat. his uerbis:* Inutilis est stipulatio, si quis rem suam ignorans suam esse, stipulatus fuerit. *Huius exceptionis replicatio prima uidetur esse talis: Nisi res postea stipulatoris esse desierit. hoc enim casu stipulatio conualescere uidetur. Sed hæc replicatio reprobatur d. §. idem iuris. Planè admittitur replicatio proposita primùm in casu J. replicat. proxim. proposita: deinde in casu l. 72. §. Stichum. ibi: fingamus. ff. de solut. cuius uerba uide J. lib. proxim. cap. 8. reg. 4. exception. 7. Altera replicatio est: Nisi cùm quis rem suam sub conditione stipulatus esset, uel emisset: tempore existentis conditionis amplius sua non sit. Hæc replicatio approbatur l. 31. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Si rem meam sub conditione stipuler: utilis stipulatio est, si conditionis existentis tempose mea non sit. *Concordat l. 98. in princip. ff. eod. tit. cuius uerba uide s̄. lib. 25. cap. 2. exception. 21. replicat. 2. Item concordat l. 42. §. tractari. ibi: secundum eos ff. de leg. 1. cuius uerba uide s̄. lib. 32. cap. 5. exception. 65. replicat. 1.* *Tertia replicatio est: Nisi eo tempore cùm stipularetur, res stipulatoris nondum erat. Hæc replicatio ipso quidem iure subsistit: uerùm eius duplicatio hæc est: Nisi quis rem alienam in eum casum stipulatus sit, quo sua futura est. quæ duplicatio approbatur Inst. de inutilib. stipul. §. item nemo, his uerbis:* Nemo rem suam futuram in eum casum, quo sua sit, utiliter stipulatur. *Concordat ijsdem uerbis l. 87. ff. de uerb. obligat.* *Quarta replicatio est: Nisi quis precium rei suæ stipuletur. quæ replicatio approbatur l. 82. in princip. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide paulo superius ead. except. in prin.* *Quinta replicatio est: Nisi quis à fure stipuletur, quod ei condictione furtiua debetur. Hæc replicatio approbatur l. 29. §. si à fure. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Si à fure hominem sim stipulatus: quæsitum est, an stipulatio ualeat? mouet quæstionem, quòd stipulatus hominem meum uideor. Non ualet autem huiusmodi stipulatio, ubi quis rem suam stipulatus est. Et constat, siquidẽ ita stipulatus sim: Quod ex causa condictionis dare facere oportet? stipulationem ualere. Si uerò hominem dari stipulatus fuero, nullius momenti esse stipulationem. Quòd si postea sine mora decessisse proponatur seruus: non teneri furem condictione, Marcellus ait. Quamdiu enim uixit, condici poterit. At si decessisse proponatur, in ea conditione est, ut euanescat condictio propter stipulationem. *Sexta replicatio est: Nisi de possessione rei suæ sibi restituenda quis pactus sit. Hæc replicatio approbatur l. 28. §. fin. ff. de adq. possess. cuius uerba uide s̄. lib. 23. cap. 4. causa 4. Concordat l. 82. in princip. ibi: sanè rem meam. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide s̄. ead. exception. in princip.* *Septima replicatio est: Nisi sua re data conuenerit, ut sub certa conditione sibi restituatur. Hæc replicatio approbatur d. uers. sanè si rem. Concordat l. 57. ff. de donat inter uir. & uxor. cuius uerba uide s̄. lib. 15. cap. 8. exception. 21.* *Octaua replicatio est: Nisi proprietarius usumfructum rei suæ sibi restitui sit stipulatus. Hæc replicatio approbatur l. 56. §. qui proprietatem ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Qui proprietatem sine usufructu habet, rectè usumfructum dari sibi stipulatur. Id enim in obligationem deducit, quod non habet, sed habere potest. *Decima replicatio est: Nisi debitor rem pignori obligatam conduxerit, uel precario rogauerit. Hæc replicatio approbatur l. 15. §. fin. ff. de pignor. action. cuius uerba uide J. lib. 40. cap. 6. reg. 1. Hæc de tricesima exceptione.*

XXXI. EXCEPTIO: *Nisi id quod sibi debetur, quis dari sibi sit stipulatus: uel id quod ipso iure debetur, in pactum sit deductum. Hæc exceptio*

*ceptio approbatur exemplo l.1.C. de pactis pignor. cuius uerba uide J.lib.40.cap.7. quæst.1. causa 2. in prin. Concordat l. 18. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Qui bis idem promittit, ipso iure amplius quàm semel non tenetur. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi prior obligatio sit inutilis. quæ replicatio approbatur l.25.ff.eod. tit. his uerbis:* Si dari stipuler id quod mihi iam ex stipulatu debeatur, cuius stipulationis nomine exceptione tutus sit promissor, obligabitur ex posteriore stipulatione: quia superior quasi nulla sit, exceptione obstante. *Altera replicatio est: Nisi nouandi animo stipuletur id quod sibi debetur. Hæc replicatio approbatur l.58. in fine. ff. eod. tit. cuius uerba uide J. repl.4.dupl.1. Tertia replicatio est: Nisi cùm id quod purè antea stipulatus esset, postea ab alio sub conditione stipuletur, & pendente conditione priori acceptio feratur. Hæc replicatio approbatur l.56. §.fin.ff. de uerb.obligat. cuius uerba uide S. li. prox. cap.14.reg.1.except.7. repl.1. Quarta replicatio est: Nisi aliud postea stipuletur, quàm quod stipulatus est antea. Hæc replicatio approbatur l.29. in prin. ff. de uerb.obligat. his uerbis:* Scire debemus, in stipulationib. tot esse stipulationes, quot summę sunt: totq; esse stipulationes, quot species. Secundum quod euenit, ut mista una summa uel specie, quæ non fuit in præcedente stipulatione, nō fiat nouatio, sed efficiat duas esse stipulationes. *Concordat l.28.ff. de nouat. cuius uerba uide S. lib. prox. cap.8.reg.3.except.3. Concordat item l.116. §.1.ff. de uerb.obligat. cuius uerba uide J lib.48. cap.10. except.36. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi minus sit in posteriore stipulatione, quàm in priore. tunc enim posterior stipulatio nihil ualet. quæ duplicatio approbatur, simul & distinguitur l. 58. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Qui usumfructum fundi stipulatur, deinde fundum: similis est ei qui partem fundi stipulatur, deinde totum: quia fundus dari non intelligitur, si ususfructus detrahitur. Ex contrario, qui fundum stipulatus est, deinde usumfructum: similis est ei qui totum stipulatur, deinde partem. Sed qui actum stipulatur, deinde iter, posteriore stipulatione nihil agit: sicut & qui decem, deinde quinque stipulatur, nihil agit. Item si quis fructum, deinde usum stipulatus fuerit, nihil agit: nisi in omnibus nouandi animo hoc facere specialiter expresserit. tunc enim priore obligatione expirante, ex secunda introducitur petitio, & tam iter quàm usus, necnon quinque exigi possunt. *Concordat propositæ duplicationi l.9.§.fin.ff. de nouat. his uerbis:* Qui actum stipulatur, deinde iter: nihil agit. Item qui usumfructum stipulatur, si usum stipuletur, nihil agit. Sed si quis iter stipulatus, actum postea stipuletur: aliud magis stipulatur. Aliud enim est iter, aliud actus. *Huius duplicationis triplicatio prima hæc est: Nisi in posteriore stipulatione specialiter sit expressum, eam prioris nouandæ animo factam esse. quæ triplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Nisi in omnibus nouandi animo hoc facere specialiter expresserit, &c. *Altera triplicatio est: Nisi ab alio postea minus sit stipulatus. tunc enim utraq; stipulatio ualet. quæ triplicatio approbatur l.56.§. si à te.ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Si à te stipulatus fuero fundum Sempronianum, deinde eundē fundum detracto usufructu ab alio stipuler: prior stipulatio non nouabitur: quia nec soluendo fundum detracto usufructu liberaberis, sed adhuc à te rectè fundi usumfructum petam. Quid ergo est? cùm mihi fundum dederis, is quoq; liberabitur, à quo detracto usufructu fundum stipulatus fueram. *Ait iurisconsultus:* Is quoq; liberabitur. *Ex his uerbis colligitur triplicatio proposita. Siquidem liberari nemo potest, nisi qui antea utiliter fuit obligatus. Quinta replicatio est: Nisi quis à fure stipuletur id quod eum ex causa condictionis dare facere oportet. Hæc replicatio approbatur l. 29. §. si à fure. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide S. except. prox. repl.5. Sexta replicatio est: Nisi quis ita stipuletur, Quod mihi Titius debet, cum debitor esse desierit, dare spondes. quæ replicatio approbatur l.20. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide J. lib. prox. cap. 4. except.31. Septima replicatio est: Nisi de constituta pecunia inde competat actio. de qua re uide J. lib.45. cap.5.*

XXXII. EXCEPTIO: *Nisi res cuius commercium non est, in pactum sit deducta. Hæc exceptio approbatur Inst. de inutilib. stipul. §. idem iuris, hisce uerbis:* Inutilis erit stipulatio, si rem sacram aut religiosam, quam humani iuris esse credebat: uel rem publicam, quæ usibus populi perpetuò exposita sit, ut forum, uel theatrum: uel liberum hominem, quem seruum esse credebat, uel cuius cōmercium non habuerit: uel rem suam dari quis stipuletur. Nec in pendenti erit stipulatio ob id quòd publica res in priuatum deduci, & ex libero seruus fieri potest, & commercium adipisci stipulator potest, & res sua stipulatoris esse desinere potest: sed protinus inutilis est. *Huius exceptionis exēpla sunt, si res sacra, religiosa, publica, liber homo in pactū deducatur. de qb. J. exc. prox. itē, si Iudæus mācipiū Christianū stipuletur uel emat. quod proponitur l. unica. C. ne Christianū mancipiū, &c. cuius uerba uide S. lib.10. cap.12. quæst.3. reg.5. Sed & alia exēpla proponūtur Inst. de legatis. §. non solùm. hi: sed si talis. cuius uerba uide S. lib.32. cap.5. exc.47. in prin. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi promissor rei commercium habere non possit, stipulator possit. quæ replicatio approbatur l.34. ff. de uerb. obligat.*

*ligat. bis uerbis:* Multum interest utrum ego stipuler rem, cuius commercium habere non possum, an quis promittat. Si stipuler rem cuius commercium non habeo, inutilem esse stipulationem placet. Si quis promittat rem, cuius commercium non habet, ipsi nocere, non mihi. *Concordat l. 30. §. Labeo. ibi: sed Proculus. ff. de leg. 2. cuius uerba uide s. lib. 32. cap. 3. exception. 19. replicat. 2.*

XXXIII. EXCEPTIO: *Nisi res sacra, religiosa, publica, uel liber homo in pactum deducatur. Hæc exceptio approbatur l. 83. §. sacram rē. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Sacram rem, uel religiosam, uel usibus publicis in perpetuum relictam (ut forum aut basilicā) aut hominem liberum inutiliter stipulor: quāuis res sacra profana fieri, aut usibus publicis relicta in priuatos usus reuerti, & ex libero seruus fieri possit. *Concordat Inst. de inutilib. stipul. §. idem iuris. cuius uerba uide s. except. prox. in prin. Concordat item l. 142. ff. de reg. iuris, hisce uerbis:* Quod nullius esse potest, id ut alicuius fieret, nulla obligatio ualet efficere. *Concordat item Inst. de inutilib. stipulat. §. at nec statim. ibi: quæ enim. cuius uerba uide J. replicat. 2. Concordat item l. 1. §. si id quod. ff. de action. & obligat. cuius uerba uide s. exception. 33. Item concordat l. 103. ff. de uerb. obligat. hisce uerbis:* Liber homo in stipulatum deduci non potest: quia nec dari oportere intendi, nec æstimatio eius præstari potest: non magis quàm si quis dari stipulatus fuerat mortuum hominem, aut fundum hostium. *Huius exceptionis replicatio prima uidetur esse: Nisi res sacra profana sit facta, uel liber homo seruus. Hæc replicatio reprobatur uerbis d. §. sacram rem, s. propositis hisce:* Quamuis res sacra profana fieri, &c. *Altera replicatio uidetur: Nisi sub hac conditione, Si res sacra profana fiat, uel liber homo seruus: stipulatio sit facta. Hæc replicatio reprobatur Inst. de inutilib. stipulat. §. at nec statim, his uerbis:* Statim ab initio talis stipulatio non ualebit: Lucium Titium, cùm seruus erit, dare spondes? & similia. Quæ enim natura sui dominio nostro exempta sunt, in obligationem deduci nullo modo possunt. *Concordat l. 83. §. sed hæc dissimilia. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide J. lib. proxim. cap. 5. exception. 33. in princip. Concordat item l. 34. §. liberum. ff. de contrah. empt. cuius uerba uide J. lib. 41. cap. 1. exception. 14. replicat. 3. Tertia replicatio est: Nisi ædem sacram aut locum religiosum ædificari pactum sit uel stipulatum. Hæc replicatio approbatur l. 18. §. fin. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Ædem sacram uel locum religiosum ædificari stipulari possumus: alioquin nec ex locato agere possumus.

XXXIIII. EXCEPTIO: *Nisi res in pactum deducta in rerum natura non sit, uel aliàs præstari non possit. Hæc exceptio species est superioris exceptionis uicesimatertiæ, & specialiter approbatur Inst. de inutilib. stipul. in prin. his uerbis:* Omnis res quæ dominio nostro subijcitur, in stipulationem deduci potest, siue mobilis sit siue soli. At si quis rem quæ in rerum natura non est, aut esse non potest, dari stipulatus fuerit: ueluti Stichum qui mortuus sit, quem uiuere credebat, aut hypocentaurum, qui esse non possit: inutilis erit stipulatio. *Concordat l. 1. §. si id quod. ff. de action. & obligat. cuius uerba uide s. d. except. 33. Concordat item l. 83. §. Stichum qui. ibi: si uerò ex alijs. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide paulo inferius repl. 1. Concordat item l. 103. in fine. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. exception. proxim. in prin. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi res condici possit. tunc enim, quamuis præstari non possit, nihilominus utiliter in stipulatum deducitur. quæ replicatio approbatur d. §. Stichum, his uerbis:* Stichum, qui decesserit, si stipuler: siquidem condici etiam potest mortuus, ut furi: utiliter me stipulatum, Sabinus ait: si uerò ex alijs causis, inutiliter Quia etsi deberetur, morte promissor liberaretur. Idem ergo dicetur, etsi mora facta defunctum stipularer. *Altera replicatio est: Nisi res aliquando rursus præstari possit: ut res quæ est apud hostes. Hæc replicatio approbatur l. ult. ff. de act. empti & uenditi, his uerbis:* Si seruus qui emeretur nel promitteretur, in hostium potestate esset, Octauenus magis putabat ualere emptionem & stipulationem: quia inter ementem & uendentem esset commercium. Potius enim difficultatem in præstando eo inesse, quàm natura: etiamsi officio iudicis sustinenda esset eius præstatio, donec præstari possit.

XXXV. EXCEPTIO: *Nisi post mortem suam quis sibi dari pactus uel stipulatus sit, aut post mortem suam promiserit. Hæc exceptio approbatur iure antiquo Inst. de inutilib. stipul. §. post mortem, hisce uerbis:* Post mortem suam dari sibi nemo stipulari poterat, non magis quàm post eius mortem, à quo stipulabatur. Ac ne is qui in alicuius potestate est, post mortem eius stipulari poterat: quia patris uel domini uoce loqui uideretur. Sed etsi quis ita stipuletur, Pridie quàm moriar: uel, Pridie quàm morieris, dare spondes? inutilis erat stipulatio. Sed cum (ut iam dictum est) ex consensu contrahentium stipulationes ualeant: placuit nobis etiam in hunc iuris articulum necessariam inducere emendationem, ut siue post mortem, siue pridie quàm moriatur stipulator

stipulator siue promissor stipulario concepta sit: stipulatio ualeat. *Huius exceptionis iure antiquo approbatæ prima replicatio hæc erat: Nisi ita, Cum moriar: uel, Cùm morieris, dare spōdes? quis sit stipulatus. Hæc replicatio approbatur Inst. d. tt. §. ita autem, his uerbis:* Ita aurē stipulatio concepta: ueluti si Titius dicat, Cùm moriar, dare spōdes? uel, Cum morieris: & apud ueteres utilis erat, & nūc ualet. *Cōcordat l. 45. §. 1. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Sicuti cùm morietur, quis stipulari potest: ita etiam hi qui subiecti sunt alienæ potestati, cùm morientur, stipulari possunt. *Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi stipulatio in facto consistat. quæ duplicatio approbatur l. 46. §. 1. ff. eod. tt. his uerbis:* Id quod in facto est, in mortis tempus conferri non potest: ueluti, Cum morieris, Alexādriam uenire spondes? *Altera duplicatio est: Nisi usumfructum ita, Cum moriar: stipuler. Hæc duplicatio approbatur l. 5. ff. de usufructu legato, his uerbis:* Vsumfructum cùm moriar inutiliter stipulor. Idem est in legato, quia & constitutus ususfructus morte intercidere solet. *Plures duplicationes uide ☞. de iure nouo. Altera replicatio est: Nisi ita stipulatus sit, Si moriar: uel, Si morieris. Hæc replicatio approbatur d. l. 45. §. non solùm, his uerbis:* Non solùm ita stipulari possumus, Cum morieris: sed etiam, Si morieris. nam sicuti inter hęc nihil interest, Si ueneris: aut, Cū ueneris: ita & ibi nihil interest, Si morieris: aut, Cum morieris. *Tertia replicatio est: Nisi post mortem alterius neq; stipulantis neq; promittentis stipulatio sit facta. Hæc replicatio approbatur Inst. de inutilib. stipul. §. ita autem, in fine, his uerbis:* Post mortem alterius rectè stipulamur. *Concordat l. 45. §. si ita quis. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide s̄. except. 26. repl. 2. dupl. 2. Concordat item l. 8. C. de contrah. stipul. cuius uerba uide s̄. except. 23. Quarta replicatio est: Nisi post mortem suam alteri cui stipulari potest, dari sit stipulatus. Hæc replicatio approbatur d. §. si ita quis.*

Mutatio iuris.

*Hactenus de iure antiquo, per quod exceptio proposita approbatur, simal & distinguitur. Planè iure nouo exceptio proposita reprobatur: ut patet ex uerbis Inst. de inutilib. stipul. §. post mortem, s̄. propositis hisce:* Sed cùm (ut iamdictum est) ex consensu contrahentium stipulationes ualeant: placuit nobis etiam in hunc iuris articulum necessariam inducere emendationem, ut siue post morrem, siue pridie quàm moriatur stipulator siue promissor, stipulatiò concepta sit: stipulatio ualeat. *Concordat l. 11. C. de contrah. stipul. his uerbis:* Scrupulosam inquisitionem, utrum post mortem, an pridie quàm moreretur stipulatus sit aliquis, uel in testamento legari uel fideicommissi nomine aliquid dereliquerit, penitùs amputantes: omnia quæ uel quocunq; contractu stipulati uel pacti sunt contrahentes, uel testator in suo testamento disposuit, etiamsi post mortem uel pridie quàm moreretur, scripta esse noscitur, nihilominus pro tenore contractus uel testamenti ualere pręcipimus. *Concordat item l. unica. C. ut actiones & ab hæredib. his uerbis:* Cùm stipulationes, & legata, & alios cōtractus post mortē compositos antiquitas quidem respuebat, nos autem pro communi hominū utilitate recepimus: consentaneum erit etiam illam regulam, qua uetustas utebatur, more humano emendare. Ab hæredibus enim incipere actionem, uel contra hæredes, ueteres non concedebant contemplatione stipulationum, cæterarumq́; causarum post mortem conceptarum. Sed nobis necesse est; ne prioris uicij materiā relinquamus, & ipsam regulam de medio tollere, ut liceat & ab hæredibus, & contra hæredes incipere obligationes & actiones: ne propter subtilitatem nimiam uerborum uolūtates contrahentium impediantur. *Planè iure nouo exceptio proposita admittitur, primùm quidem, si quis usumfructum post mortem suam sit stipulatus. quæ distinctio approbatur l. 5. ff. de usufructu legato. cuius uerba uide s̄. replic. 1. duplic. 2. Deinde admittitur, si quis post mortem uxoris dotem dari sibi stipuletur. quæ distinctio approbatur l. 20. ff. de iure dotium. cuius uerba uide s̄. lib. 15. cap. 2. except. 14. Tertiò admitti uidetur, si stipulatio post mortem concepta, non in dando, sed in faciendo consistat. quæ tamen distinctio reprobatur l. ult. C. de contrah. stipul. his uerbis:* Si quis spondere insulam, cum moriebatur, ędificare: impossibilis ueteribus uidebatur huiusmodi stipulatio. Sed nobis sensum contrahentium discutientibus uerisimile esse uidetur, hoc inter eos actum, ut incipiat quidē contra morientem obligatio, immineat autem hæredibus eius, donec ad effectū perducatur. Nemo enim ita stultus inuenitur, ut tali animo faceret stipulationem, ut putaret posse tantum ædificium uno momento horæ extollere: uel eum qui moritur, talem habere sensum, quòd ipse sufficiat ad huiusmodi operis supplemētum. Sancimus itaq;, si quid tale euenerit, hæredes teneri, ut factum quod mortis tempore facere promisit, hoc hęredes eius adimpleant, quasi speciali hæredis mentione habita, licet hoc minimè fuerit expressum. Quemadmodum enim, si in dando fuerit stipulatio, & contra hæredes transmittebatur: ita etsi in faciendo est, licet in mortis tempore colligatur,

attamen

attamen ad ſimilitudinem in dando conceptæ ſtipulationis & hæredes obligari: ut non diſcrepet factum à datione, ſed ſit lex noſtra per omnia ſibi conſentanea. Qood & in legatis ſimili modo relictis obſeruari cenſemus.

XXXVI. EXCEPTIO: *Niſi ſub conditione hac, Si uolam: quis ſe obligauerit. Hæc exceptio approbatur l.7.ff.de act. & obligat. his uerbis:* Sub hac conditione, Si uolam: nulla fit obligatio. Pro non dicto enim eſt, quod dare, niſi uelis, cogi non poſsis. Nam nec hæres promiſſoris eius qui nunquam dare uoluit, tenetor: quia hæc conditio in ipſom promiſſorem nunquam extitit. *Concordat l.17.ff.de uerb.obligat.his uerbis:* Stipulatio nō ualet, in rei promittendi arbitriū collata conditione. *Concordat item l.108.§.fin.ff.eod.tt.his uerbis:* Nulla promiſsio poteſt conſiſtere, qoæ ex uoluntate promittentis ſtatum capit. *Concordat item l. 7. in prin.ibi: quemadmodum ſi quis ff.de contrah.empt. cuius uerba uide J.lib.4.1.cap.4.except.5. Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi ita, Cum uoluero: non, Si uoluero, dabo: & conſtituerit ſe uelle. quæ replicatio approbatur l.46.§.fin.ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Si ita ſtipulatus fuero, Cùm uolueris: quidam eſſe inutilem ſtipulationē aiunt. Alij ita inutilem eſſe, ſi antequam conſtituas, moriaris. Quod uerum eſt. Illam autem ſtipulationem, Si uolueris, dari? inutilem eſſe conſtat.

XXXVII. EXCEPTIO: *Niſi ſub impoßibili conditione contractum ſit. Hæc exceptio approbatur l.30.ff.de act. & obligat.his uerbis:* Nō ſolùm ſtipulationes impoſsibili conditioni adplicatæ nullius momenti ſunt: ſed etiam cæteri quoq; contractus (ueluti emptiones, locationes) impoſsibili conditione interpoſita, æquè nullius mométi ſunt: quia in ea re quæ ex duorum pluriumúe conſenſu agitur, omnium uoluntas ſpectatur: quorum proculdubio in huiuſmodi actu talis cogitatio eſt, ut nihil agi exiſtiment poſita ea conditione, quam ſciunt eſſe impoſsibilem. *Concordat Inſt.de inutilib. ſtipul.§. ſi impoßibilis, biſce uerbis:* Si impoſsibilis conditio obligationibus adijciatur, nihil ualet ſtipulatio. Impoſsibilis autem conditio habetur, cui natura impedimento eſt quo minus exiſtat: ueluti ſi quis ita dixerit, Si digito cœlum attigero, dare ſpondes? *Concordat item l.7.ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Impoſsibilis conditio, cum in faciendum concipitur, ſtipulationibus obſtat: aliter atq; ſi talis conditio inſeratur ſtipulationi, Si in cœlum non aſcēderis. nam hæc utilis & præſens eſt, & pecuniam creditam continet. *Concordat item l.1.§.idem iuris, in fine.ff.de act. & obligat. his uerbis:* Impoſsibili conditione factam ſtipulationem conſtat inutilem eſſe. *Huius exceptionis exemplum proponitur l.69.ff. de uerb. obligat.his uerbis:* Si homo mortuus ſiſti nō poteſt, nec pœna rei impoſsibilis committetur: quemadmodum ſi quis Stichū mortuum dare ſtipulatus, & ſi datus non eſſet, pœnam ſtipularetur.

XXXVIII. EXCEPTIO: *Niſi ſub tali conditione, quæ iure impleri non poteſt, contractum ſit. Hæc exceptio approbatur l. 137. §. cum quis ſub. ff.de uerb.obligat.his uerbis:* Cùm quis ſub hac cōditione ſtipulatus ſit, Si rem ſacram aut religioſam Titius uendiderit, uel forum, aut baſilicā, & huiuſmodi res, quæ uſibus publicis in perpetuum relictę ſint: ubi omnino conditio iure impleri nō poteſt, & ſi uelit facere, ei non liceat: nullius momenti fore ſtipulationem, perinde ac ſi ea conditio, quæ natura impoſsibilis eſt, inſerta eſſet. Nec ad rem pertinet quòd ius mutari poſsit, & id quod nunc impoſsibile eſt, poſtea poſsibile fieri. Non enim ſecundum futuri temporis ius, ſed ſecundum præſentis æſtimari debet ſtipulatio.

XXXIX. EXCEPTIO: *Niſi ſub conditione, quæ eſt contra bonos mores, ſit contractum. Hæc exceptio approbatur exemplo l. 134. in prin.ff.de uerb.obligat.his uerbis:* Titia, quæ ex alio filium habebat, in matrimonium coit Caio Saio habenti filiam: & tempore matrimonij conſenſerunt, ut filia Caij Seij filio Titiæ deſponderetur, & interpoſitum eſt inſtrumentum, & adiecta pœna, ſi quis eorum nuptijs impedimento fuiſſet. Poſtea Caius Seius conſtante matrimonio diem ſuum obijt, & filia eius noluit nubere. Quæro an Caij Seij hæredes teneantur ex ſtipulatione? Paulus reſpondit, ex ſtipulatione, quæ proponeretur, cùm non ſecundum bonos mores interpoſita ſit, agēti doli mali exceptionem obſtaturā: quia inhoneſtum uiſum eſt uinculo pœnæ matrimonia obſtringi, ſiue futura ſiue iam contracta. *Aliud exemplum proponitur l.61.ff. eod.tt.his uerbis:* Stipulatio hoc modo concepta, Si hæredem me non feceris, tantum dare ſpondes? inutilis eſt: quia contra bonos mores eſt. *Aliud exemplum proponitur l.19.ff.eod.tt.his uerbis:* Si ita ſtipulatio facta fuerit, Si culpa tua diuortium factum fuerit, dari? nulla ſtipulatio eſt: quia contenti eſſe debemus pœnis legum: niſi & ſtipulatio tantundem habeat pœnæ, quanta lege ſit comprehenſa. *Plura de exceptione propoſita uide* ~~5~~*.except.18.item J.except.prox.*

XL. EXCEPTIO: *Niſi contra libertatem*

*tem matrimonij pactum factum sit, & pœna sub hac conditione, Si diuertisset, sit promissa. Hæc exceptio approbatur uerbis d.l.19. & l.134. in prin. ȷ̃. except. prox. propositis. Concordat l.2.C. de inutil.lib. stipul. his uerbis:* Libera matrimonia esse, antiquitùs placuit. Ideoq; pacta ne liceret diuertere, non ualere; & stipulationes quibus pœnæ irrogarentur ei qui diuortium fecisset, ratas non haberi constat. *Concordat item l.69.§.1. ibi: huic sententiæ. ff. de condit. & demonstr. cuius uerba uide ȷ̃. lib.33. cap.8. caut.2. exc.3. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi mulier à marito stipulata sit pœnam, si tempore matrimonij consuetudinem concubinæ habuisset. quæ replicatio approbatur l.121.§. mulier. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Mulier ab eo, in cuius matrimonio conueniebat, stipulata fuerat ducenta, si concubinæ tempore matrimonij consuetudinem reperisset: nihil causę esse, cur ex stipulatione, quæ ex bonis moribus concepta fuerat, mulier impleta conditione pecuniam adsequi non posit.

XLI. EXCEPTIO: *Nisi conditio contractus incertam personam contineat. Hæc exceptio reprobatur l.108. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* À Titio ita stipulatus sum, Si qua mihi nupserit, decem dotis eius nomine dare spōdes? quærebatur, an consistat talis stipulatio? Venuleius respondit: Si stipulanti mihi dos ita promissa est, Quamcunq; uxorem duxero, dotis eius nomine decem dare spōdes? nihil in causa est quare ea pecunis conditione completa non debeatur. Nam cum conditio etiam ex incertæ personæ facto párere obligationem posit: ue luti, Si quis in Capitolium ascēderit, decē dare spondes: uel, Si quis à me decem petierit, tot dare spondes? cur non idem & in dote promissa respondeatur, ratio reddi non potest.

XLII. EXCEPTIO: *Nisi conditio pacti uel contractus defecerit. Hæc exceptio plusquam manifesta est, uerùm eius replicatio prima hæc est: Nisi per eum cuius interest conditionem non impleri, steterit quo minus ea impleatur. Hæc replicatio approbatur l.85.§. fin. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Quicunq; sub conditione obligatus curauit, ne conditio existeret, nihilominus obligatur. *Concordat l.50.§. fin. ff. eod. tit. his uerbis:* In stipulatione emptæ hęreditatis, Quāta pecunia ad te peruenerit, doloúe malo tuo factum est eritq; quo minus perueniat: nemo dubitabit, quin teneatur qui id egit, ne quid ad se perueniret. *Concordat itē l.121. ff. de reg. iuris. cuius uerba cum concordantibus uide ȷ̃. lib.34. cap.6. except.20. Altera replicatio est: Nisi conditio non in cōtinenti, sed ex interuallo pacto uel contractus sit adiecta. Hæc replicatio approbatur l.41.§. conditio. ff. de act. & oblig. cuius uerba uide ȷ̃. lib. prox. cap.2. diuis.8. Tertia replicatio est: Nisi ita stipulatio sit facta, Decem cum petiero dari? hoc enim casu, quamuis antequam petierit moriatur, nihilominus ab hærede peti potest. quæ exceptio approbatur l.48. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Si decē cum petiero, dari fuero stipulatus: admonitionē magis quādam, quo celerius reddantur, & quasi sine mora, quàm conditionē habet stipulatio. Et ideo licet decessero, priusquā petiero: non uidetur defecisse conditio. *Quarta replicatio est: Nisi cùm ita quis esset stipulatus, Si intra calendas datum fuerit: non intra, sed paulo pòst sit datū cōditionis implēdæ causa. Hæc replicatio approbatur l.135.§. Seia. ff. de uerb. oblig. cuius uerba uide ȷ. lib. prox. cap.6. except.8. repl.3. dupl.1. Plura de exceptione proposita uide ȷ̃. lib.34. cap.6 & 7.*

XLIII. EXCEPTIO: *Nisi causa contractus non sit secuta. Hæc exceptio approbatur exēplo l.2.§. circa. ff. de doli mali except. cuius uerba uide ȷ̃. except.13. Concordat l.30. ff. si certum petatur, his uerbis:* Qui pecuniā creditā accepturus spopōdit creditori futuro: in potestate habet, ne accipiendo se ei obstringat. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi per stipulationē non steterit, quo minus causa sit secuta. Hæc replicatio approbatur exemplo l.3.§. idem est. ibi: quinimò etsi nihil. ff. de condict. causa dati causa non secuta. cuius uerba uide ȷ. lib.49. cap.10. quæst.1. except.6.*

XLIIII. EXCEPTIO: *Nisi causa contractus sit finita. Hæc exceptio approbatur d.§. circa.*

XLV. EXCEPTIO: *Nisi cùm mortis causa quid conuenisset, promissor conualuerit. Hæc exceptio approbatur exemplo l.4.§.1. ff. de doli mali except. his uerbis:* Iulianus scribit, si quis cum æger esset, centum aureos uxoris suæ consobrino spopondisset, uolens scilicet eam pecuniam ad mulierem peruenire, deinde cōualuerit: an exceptione uti possit, si conueniatur? Et refert, Labeoni placuisse doli exceptione uti eum posse. *Plura de hac exceptione uide ȷ̃. lib.35. cap.6. except.14.*

XLVI. EXCEPTIO: *Nisi cùm arbitratu alicuius quid promissum esset, ille arbitrari noluit, uel non possit. Hæc exceptio approbatur l.41. cum lege sequente. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Si quis arbitratu (puta) Lucij Titij sibi restitui stipulatus est, deinde ipse stipulator moram fecerit, quo minus arbitretur Titius: promissor quasi moram fecerit, non tenetur. Quid ergo si ipse qui arbitrari debuit, moram fecerit? magis probandū est, à persona non esse recedendum eius cuius arbitrium insertum est. Et ideo si omnino non arbitretur, nihil ualet stipulatio, adeo ut etsi pœna adiecta sit, ne ipsa quidē committatur. *Concordat l.141. in prin. ff. eod. tit. his uerbis:* Si seruus aut filiusfamiliâs ita stipulatus sit, Rem illam aut illam, utram

ego uelim: non patet dominusúe, sed filius seruusúe destinare de alterutra debet. Extranei quoq; persona si comprehésa fuerit: ueluti hoc modo, Vtrum earum Titius elegerit: non aliter stipulator alterutrius petendæ facultatem habet, quàm si Titius elegerit. *Concordat item l.6. in prin. ff. de condit. & demonstr. cuius uerba uide s. lib.34. cap.6. except. 21. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi cùm opus ante calendas Iunias arbitratu stipulatoris faciendum esset, stipulator antequam arbitraretur, mortuus fuerit eo tempore quo iam certum erat opus ante calendas Iunias effici non posse. quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur l.113. in prin. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide J. lib. prox. cap. 6. except. 8. repl.3. dupl.2. Altera replicatio est: Nisi cùm quis stipulatus esset hoc modo, Illud aut illud quod uoluero: ante electionē decesserit. hoc enim casu nihilominus obligatio ad hæredes eius trāsit: quæ replicatio approbatur l.76. in prin. ff. d. tit. his uerbis:* Si stipulatus fuerim, Illud aut illud quod ego uoluero? hæc electio personalis est. Et ideo seruo uel filio talis electio non cohæret. Io hæredes tamen transit obligatio, etiam ante electionem mortuo stipulatore.

XLVII. EXCEPTIO: *Nisi postea in contrarium conuenerit. Hæc exceptio approbatur l.12. C. de pactis, hisce uerbis:* Pacta nouissima seruari oportere, tā iuris quàm ipsius rei æquitas postulat. Quspropter si conuentione, quæ præcessit, diuersa pars usuram se non esse consensit, & maximè si (ut proponis) id etiam apud acta præsidis adseuerauit: actionem quæ super prima conuentione fuerat, exercete non prohiberis. *Concordat Inst. quib. modis toll. obligat. §. fin. his uerbis:* Eæ obligationes quæ consensu contrahuntur, contraria uoluntate dissoluuntur. Nam si Titius & Seius inter se consenserint, ut fundum Tusculanum emptum Seius haberet centum aureis: deinde re nondum secuta, id est, precio nondum soluto, neq; fundo tradito, placuerit inter eos, ut discederetur ab ea emptione & uenditione: inuicem liberantur. Idē est in cōductione & locatiooe, & in omnibus cōtractib. q ex cōsensu descédūt, sicut iā dictū est. *Concordat item Inst. de except. §. præterea. cuius uerba uide J. cap.5. in prin. Concordat item l.7. §. adeò autem. ff. de pactis. cuius uerba uide s. except.12. repl.4. dupl.1. tripl.3. Item concordat l.57. ff. eod. tit. his uerbis:* Ab emptione, uenditione, locatione, conductione, cæterisque similibus obligationibus, quin integris omnibus, consensu eorum qui inter se obligati sunt, recedi posit, dubium nō est. Aristoni hoc amplius uidebatur, si ea quæ me ex empto præstare tibi oporteret, præstitissem: & cum tu mihi precium deberes, conueoisset mihi tecum ut rursum præstitis à te in rem uenditam omoibus quæ ego tibi præstitissem, precinm mihi non dares, tuq; mihi pręstitisses: precium te debere desiuere: quia bonæ fidei, ad quam omnia hæc rediguntur, interpretatio hanc quoq; conuentionem admitteret. Nec quicquam interesse, utrum integris omnibus, in quibus obligati essemus, coouenirer, ut ab eo negocio discederetur: an in integrum restitutis ijs quæ ego tibi præstitissem, consentiremus, ne quid tu mihi eo nomine præstares. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi re secuta, postea in contrarium conuenerit. quæ replicatio approbatur uerbis d. l. 57. iam propositis hisce:* Integris omoibus, &c. *Item uerbis inst. s propositis hisce:* Deinde re oondum secuta, &c. *Concordat l.7. §. adeò autem. ff. de pactis. cuius uerba (ut dixi) uide s. except.12. repl.4. dupl.1. tripl.3. Concordat item d.l.57. §. fin. his uerbis:* Illud planè conuentione, quę pertinet ad resoluendum id quod actum est, perfici nō potest, ut tu quod iā ego tibi præstiti, contrà præstare mihi cogaris: quia eo modo non tam hoc agitur, ut à pristino negocio discedamus, quàm ut nouæ quædā obligatiooes inter nos constituantur. *Item concordat l.2. C. quando liceat ab empt. d. §. sed cuius uerba uide J. lib.41. cap.1. quæst.4. reg.5. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi re secuta in integrum restituta, in contrariū conuenerit. quæ duplicatio approbatur uerbis d.l.57. s. propositis hisce:* Aristoni hoc amplius uidebatur, si ea quæ me ex empto pręstare tibi oporterer pręstitissem, & cùm tu mihi precium deberes, conuenisset mihi tecum ut rursum præstitis à te in rem uenditam omnibus quæ ego tibi præstitissem, precium mihi non dares, tuq; mihi præstitisses, precium te debere desinere, &c. *Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi cùm ipso iure actio per pactum sublata esset, postea in contrarium conuenerit ut agere liceat. quæ replicatio approbatur, simul & declaratur per ea quæ proponentur J. cap.5. repl.14. dupl.1. Tertia replicatio uidetur: Nisi pro parte, non in totum à priore contractu recedatur. Sed hæc replicatio reprobatur l.7. §. adeò autem. ff. de pactis. cuius uerba uide s. except.12. repl.1. dupl.1. tripl.3. Coocordat d.l.7. §. unde illud. cuius uerba uide J. lib.41. cap.4. except.14. repl.9. Sed & plures huius exceptionis replicationes uide J. d. cap.5.*

XLVIII. EXCEPTIO: *Nisi instrumentum contractus sit amissum. Hæc exceptio reprobatur l.10. C. de fide instrumentorum, his uerbis:* Cùm instrumentis etiam non interuenientibus uenditio facta rata maneat: consequenter amissis etiam quæ intercesserāt,

non

non tolli substanriam ueritatis placuit. *Coucordat l.6.C.eod.tt.bis uerbis:* Sratum tuũ natali professione perdira mutilatum nõ eiſſe, certi iutis eft. *Concordat item l.7.C.de præscript.lougi temp. bis uerbis:* Longi temporis posleſsione munitis instrumentorum amiſsio nihil iuris aufert:nec diututnitate posſessionis pararam securitarem maleficium alterius turbare poroſt. *Concordat item l.1.C.in quib.causis cessat longi temp.præscript. cuius uerba uide ꝫ. lib.22.cap.4.except.26. exemplo 2.Concordat item l.8.C.de fide instrum.bis uerbis:* Si constirerit proprierarem posſeſsionis, de qua agitur, apud uos esse: prouidebit iudex ex persona fructuariç nullum prçiudicium dominio comparari propter amiſsionem iostrumentorum. *Concordant item ea que proposita sunt ꝫ. lib.7.cap.2. quæst.3. regul.8.*

## *DE REPLICATIONIBVS præcedentium exceptionum generalibus. Cap. IIII.*

*HActenus exceptiones contra pacta & contractus generaliores propositæ sunt & descipta: quanquam harum plures enumerari possunt. Nam si solutum sit id quod in con[...]ctum deductum est, uel acceptolatum, uel nouatum, uel in iudicium deductum, uel res interierit, ex contractu agenti obstabit exceptio. Verùm hæ atq; huiusmodi aliæ exceptiones generaliores sunt, quàm ut hic sint tractandæ. Sed & plures huius generis exceptiones uide J. lib.prox.cap.4. Sanè pacti conuenti de non petendo exceptiones speciales uide J. cap.prox. Sed & alias exceptiones contractuum speciales uide in singulis contractuum speciebus. Nunc aliquot replicationes generales, quæ prædictis exceptionibus, præsertim ijs que pactioni uel contractui iusunt, obstant, uel saltem obstare uidentur, restant proponendæ. Harum prima hæc est:* Nisi *iusiurandum de pacto uel contractu seruando sit præstitum. Hæc replicatio reprobatur l.7.§.& generaliter.ff.de pactis, hisce uerbis:* Quoties pactum à iuro communi remorum est, seruari hoc non oporteti nec legarum, neciusiurandum de hoc exactũ, ne qoia agar, seruandum. *Contordat l.5.§. fin.C.de legibus.cuius uerba uide ꝫ.lib.1.cap.6.reg. 6.Concordat itẽ l.41.C.de transactionib.cuius uerba uide ꝫ.lib.9.cap.5.except.22.Cõcordat item Nouell. c.51.bis uerbis:* Scimus pridem nos legem tulisse, quæ prohibeat ne cui à mulieribus quæ in tabernis se prostituunt, fideiussores exigendi faculras sit, quòd ibi desidebunr, & impiam hanc functionem implerurae sint, nullum insuper rempus pœnitentiç habenrea: huiusmodi fideiusaiones exigenres extremum interminantes supplicium, ulrrs hoc qoòd fideiussores omni erga ipsoa obligarioue discedant soloti; neq; compelli posiinr, ut hasce personas ex promiſsione sistaur. Sed in præsentia comperimus atrocem quaodam oec ferendam contra castitatem, cui tantopere studemua, contumeliá attenrari: & ex quo fideiussores ipsos accipere prohibuimus, aliam illos uiam inuenisse, quæ ad maiorem ducar impietarem. Nam iusiurãdum eos exigere, quòd nunquam ab impia illa & turpi functione desisteot. At uerò miseras illas mulierculas, & improbè in fraudẽ illectas putare pietarem offendi, si ram impium sacramentum uiolent: & in hoc ut iosiurandum seruenr, suam profundere ac prostituere castitaté. Atqui cognitũ oportuit, quòd eriã eiusmodi præuaricationas Deo magis placeant, quàm accuratæ iura mérorũ obseruationes. Neq; enim, si quis iusiurãdum ab aliquo ad hoc accipiar, ut homicidlum forrè aur adulterium, aor aliquid eiua generia commirrat, iusiurandũ soruari oporter: cùm & turpe sit, & illicitõ, & producat in perniciem. Vnde faculras esto mulieri, etsi tale iusiurandũ dederir, ur à tam acerbo iuramento recedat, & sine meru pariculi, imò amore Dei castè uiram instiruat, periurij pœna (si modò ulla omnino pœna est) in eum qui iusiurandũ exegit retorquẽda. Adeoq; & nos illi qui omnino huiusmodi exigere iusiurandũ præsumpsit, decem librarum auri pœnam exigondam inferimus: quam sanè summam miseræ huic mulierculæ ad reliquam uitã hooestè rraducendam dari sancimus, per magistratum eius loci exigendam, dandamq; ipsi: sciente prçside, si negligentius in hoc se gesserit, quòd deposito magistratu ram ipse illi obnoxius erit, qoàm hæredes eius ac successores, & parrimonium eius, propterea quòd ram pium opua facere supersederit. Quòd si uel ipse prouinciç præses id iuramenri exegerit, exigitor & ab ipso dicta decem librarũ auri pœna: siquidẽ magistratua aliquis militaris in ea sir prouincia, per illom dãda (ut dictũ est) mulieri. Si uerò milirarem magistratũ nõ habeat, tam ipse merropoleos in illa prouincia episcopus eam rem ad animum reuocabir, ad nõa quoq; (si ira uisum fuerir) id referens, quàm otiã maior in proximo magistratua. Vt uodique prædicta pœna coercearur, qui id patrauerir siuo magistratus, siue priuatus sir, denirq; huic, quæ (quantum ad illũ) ne quando peierasse ni deatur, amplius ad castitatem & pudicitiã redire nequit. Quç igitur nobis placuerũt, &c. *Planè admittitur replicatio proposita primùm, si contractus ipso quidem iure ualeat, sed per in integrum restitutionem rescindi posſit. tunc enim in inte*

*grum restitutionem petitori replicatio proposita obstabit. quæ distinctio approbatur l.1. C.si aduersus uendit.cuius uerba uide ̄s.lib.49.cap.4.quæst.4.exccept.24. Deinde admittitur replicatio proposita,si in pacto de non agendo & transactione iurauerit. quæ distinctio approbatur l.41. C.de transactionib. cuius uerba uide ̄s lib.9.cap.5.except.27.repl.2.*

II. Replicatio: *Nisi stipulatio pacto interuenerit.Et hæc replicatio reprobatur l.7. §. & generaliter.in fine.ff.de pactis,hisce uerbis:* Marcellus libro secundo Digestorum scribit,etsi stipulatio sit interposita de his, pro quibus pacisci non licet: seruanda non est,sed omnimodo rescindenda. *Concordat l.5.§.fin.C. de legib.cuius uerba uide ̄s.lib.1.cap.6.reg.6.*

III. Replicatio: *Nisi conuenerit,ne exceptio obijciatur.Hæc replicatio approbatur l. 12. C.de pactis. cuius uerba uide ̄s cap.prox.except.47. Concordat l.4.§.quæsitum.ff.si quis cautionib. cuius uerba uide ̄s.lib.6.cap.9.quæst.5.in fine.repl.gener.1.Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi generaliter,non specialiter alicui certæ exceptioni sit renunciatum.quæ duplicatio approbatur d. §. quæsitum. Secunda duplicatio est: Nisi exceptioni doli sit renunciatum. Hæc duplicatio approbatur per ea quæ proposita sunt ̄s. cap. prox. except. 17. repl.1. dupl.1. Sanè quæ exceptiones pactis conuentis obstant,non ineptè hic etiam duplicationum loco repeti possunt.*

IIII. Replicatio: *Nisi id quod ex contractu inutili debetur,creditori à debitore legatum sit,& exceptio per legatum remissa.Hæc replicatio approbatur l.22.in prin.ff.de leg.1.cuius uerba cum concordantibus uide ̄s.lib.12. cap.1.except.14.repl.7.Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi eadem exceptio legato obstet quæ pacto uel contractui. quæ duplicatio approbatur exemplo l.7.§.& generaliter.ff.de pactis.cuius uerba uide ̄s.cap.prox.exc.17.in prin.*

V. Replicatio: *Nisi pactum uel contractus inutilis officio iudicis uel magistratus imperio sit confirmatum.Hæc replicatio reprobatur l.26.ff.de action. & obligat.his uerbis:* Obligationea, quæ nõ proprija uiribus cõsistunt neq; iudicis officio,neq; prætoris imperio,neq; legia potestate confirmantur. *Concordat l.5.§.fin. C. de legib.cuius uerba uide ̄s.lib.1.cap.6.reg.6.*

VI. Replicatio: *Nisi exceptione non opposita pro contractu seu pacto sit pronunciatum. quæ replicatio approbatur l. 2. C. sententiam rescindi non posse. cuius uerba uide ̄s. lib. 8. cap. 3. exception.27.*

VII. Replicatio: *Nisi res in eum casum peruenerit, quo ab initio utiliter in contractum potuit deduci. Hæc replicatio reprobatur l.29. ff de reg. iuris, hisce uerbis:* Quod initio uiciosum est, non potest tractu temporia conualescere. *Huius replicationis reprobatæ species & exempla uide ̄s.cap.prox.except.30.repl.1.item except.33.repl.1. Sed & aliud exemplum proponitur l.17.§.si pactus sim. ff. de pactis.cuius uerba uide ̄s. cap.prox.except.26.repl.7.dupl.2.*

## *DE EXCEPTIONE PACTI conuenti de non petendo.*

### *Cap. V.*

*HAec exceptio species est eius exceptionis,quæ proponitur ̄s.cap.3.exc.47.& specialiter approbatur Inst. de except. §. præterea, his uerbis:* Debitor,si pactus fuerit cum creditore,ne à se pecunia peteretur,nihilominus obligatus manet:quia pacto conuento obligationes non omnino dissoluuntur. Qua de causa efficax est aduersus eum actio,quam actor intendit,si apparet eum dare oportere.Sed quia iniquum est contra pactionẽ eum condemnari: defenditur per exceptionem pacti conuenti. *Concordat l. 4. C. de pactis,hisce uerbis:* Postquam liti de prædio motæ renunciasti:causam finitam instaurari posse nulla ratio permittit. *Concordat item l.5.C.eod.tit.his uerbis:* Creditori tuo si partem pecuniæ exoluisti:de parte uerò non petenda inter te & eum conuenit ob causas negociaq; eius suo patrocinio fideq; defensa:ea obligatione partim ciuili iure,partim honorario liberatua es.Nã exceptio perpetua pacti conuenti uel doli te sidui petitionem repellit: cum & exolutũ per ignorantiam repeti potuisset. *Huius exemplum proponitur l.17.§.de pignore. ff.de pactis,hisce uerbis:* De pignore iure honorario nascitur ex pacto actio:tollitur autem per exceptionem,quoties paciscar ne petam. *Aliud exemplum proponitur l. 18. C. de donationib. his uerbis:* Si donationia causa furti actionem tibi remissam probetur, superuacuã geris solicitudinem. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi pupillus pactum de non petẽdo fecerit.Hæc replicatio approbatur l. contra. 28.in prin ff.de pactis.cuius uerba uide ̄s. cap.3. except.17. in prin. Huius replicationis duplicatio est: Nisi pupillus pactus sit,ne à se petatur, & ipse proposita exceptione utatur. tunc enim replicatio iam dicta illi non obest. quæ duplicatio approbatur d. l. 28.§.1.his uerbis:* Si pupillua paciscatur,ne quod debet,à se petatur: ratum habetur pactum conuentum: quia meliorem conditionem suam facere oi, etiam sine tutoria authoritate, concessum est. *Concordant ea quæ proposita sunt ̄s. lib. prox. cap. 3. except.1.repl.1.*

II. Replicatio: *Nisi alius,non creditor, pactus sit ne petatur. Hæc replicatio approbatur l.74. ff. de reg.iuris,hisce uerbis:* Nõ debet alteri per alterũ iniqua cõditio inferri. *Huius replicationis duplicatio prima hæc esse uidetur: Nisi tutor uel curator creditoris pactus sit ne petatur.Hæc duplicatio reprobatur l.cõtra.28.§.si curator. ff. de pactis, hisce*

*hisce uerbis*: Si curator furiosi aut prodigi pactus sit, ne à furioso aut prodigo peteretur: lõgè utile est curatoris pactionẽ recipi, sed nõ cõtrà. *Concordat l.22.C.eod.tit.his uerbis*: Pactũ curatoris recipere minorem quantitatem paciscentis, adultæ ætatis suffragium, ne noceat, efficier. Tutores enim & curatores exigentes pupillis & adultis debitum, non etiam remittentes, præstant liberationem obligationis. *Concordat item l. 37.ff.eod.tit.his uerbis*: Imperatores Antoninus & Verus rescripserunt, debitori Reipub. à curatore remitti pecunias non posse: & cùm Philippensibus remissæ essent, reuocandas. *Altera duplicatio uidetur: Nisi procurator creditoris pactum fecerit. Hæc duplicatio reprobatur l.4.C.de noual.cuius uerba uide J. lib.48. cap.14.quæst.4.except.1.repl.6.dupl.1. Tertia duplicatio uidetur: Nisi filius creditoris pactum fecerit de non petendo. Hæc duplicatio reprobatur l.23.C. de pactis, hisce uerbis*: Filius paciscendo, aut debitum accipiendo, nihil detrahit patris obligationi. *Concordat l.30. in prin. ibi: sed cum.ff.eod.tit.cuius uerba uide J.repl. prox. dupl.2. Item concordat l.22.ff.de solution. his uerbis*: Filiusfamiliâs patre inuito debitorem eius liberare non potest, &c. *Planè admittitur duplicatio hæc, si debitum sit peculiare. de quo infrà repl.prox.dicetur.*

III. *Replicatio: Nisi filiumfamiliâs uel seruus pactus sit ne petat. Hæc replicatio approbatur l.contra. 28. §. si filius. ff. de pactis, hisce uerbis*: Si filius aut seruus pactus sit, ne ipse peteret, inutile est pactum. *Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi in rem paciscatur de peculiari debito, habeatq; liberam peculij administrationem, nec eo pacto domini uel patris cõditio fiat deterior. quæ duplicatio approbatur ibidem his uerbis*: Si uerò in rẽ pacti sunt, id est, ne ea pecunia peteretur: ita pactio eorũ rata habẽda erit aduersus patrem dominumúe, si liberam peculij administrationem habeât, & si ea res de qua pacti sunt, peculiaris sit. Quod & ipsum non est expeditũ. Nam cum uerum est, quod & Iuliano placet, etiãsi maximè quia administrationem peculij habeat concessam, donandi ius eum non habere: sequitur, ut si donandi causa de non petenda pecunia pactus sit, non debeat ratum haberi pactum conuentum. Quòd si pro eo ut ita pacisceretur, aliquid in quo non minus uel etiam amplius esset, consecutus fuerit: rata habẽda est pactio. *Altera duplicatio est: Nisi filiusfamiliâs paciscatur, ne agat ea actione qua ipse potest experiri. Hæc duplicatio approbatur l.30. in prin.ff. de pactis, hisce uerbis*: In persona tamen filijfamiliâs uidendum est, ne aliquando, etsi pactus sit ne ageret, ualeat pactio: quia aliquãdo filiusfamiliâs habet actionem, ueluti iniuriarũ Sed cum per iniuriam filio factam habeat & pater actionem: quin pactio filij nocitura nõ sit patri agere uolenti, dubitare nõ oportet. *Ait Iurisconsultus*: Veluti iniuriarum. *Hisce uerbis primum propositæ duplicationis exemplum continetur. Alia duo exempla proponuntur l.22. §. filiafamiliâs.ff.eod.tit.his uerbis*: Filiafamiliâs pacisci potest ne de dote agat, cùm sui iuris esse cœperit. Item filiusfamiliâs de eo quod sub conditione sibi legatum est, rectè paciscitur.

IIII. *Replicatio: Nisi quis non sibi, sed alij pactus sit, ne ab eo petatur. Hæc replicatio ipso quidem iure approbatur per ea quæ proposita sunt J.cap.3. except.26.in prin. uerùm eius duplicatio prima hæc est: Nisi tutor uel curator pactus sit ne à pupillo uel adulto suo petatur, uel furioso. Hæc duplicatio approbatur l.contra.28.§.si curator.ff.de pactis. cuius uerba uide J. repl.2. dupl.1. Altera duplicatio est: Nisi filiumfamiliâs ne à patre, uel seruum ne à domino petatur, pactus sit. Hæc duplicatio approbatur l.17. §.fin.cum duab. legib. sequentib. ff. de pactis, hisce uerbis*: Si filius seruusúe paciscantur, ne à patre dominoúe petatur, siue de eo paciscantur quod cum ipsis, siue de eo quod cum patre dominoúe contractum est: adquirent exceptionem. Idem est & in his qui bona fide seruiunt. *Tertia duplicatio est: Nisi is qui bona fide seruit, pactus sit ne ab eo cui seruit, petatur. Hæc duplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce*: Idem est & in his qui bona fide seruiunt. *Quarta duplicatio est: Nisi pater ne à filio petatur, pactus sit. Hæc duplicatio approbatur l.21.§.nos autem.ff.de pactis, hisce uerbis*: Nos ijs qui in nostra potestate sunt, paciscendo prodesse non possumus: sed nobis id profuturum, si nomine eorum conueniamur, Proculus ait. Quod ita rectè dicitur, si in paciscendo id actum sit. Cæterùm si paciscar, ne à Titio petas: deinde actionem aduersum me nomine eius instituas: non est danda pacti conuenti exceptio. Nam quod ipsi inutile est, nec defensori competit. *Huius duplicationis triplicatio prima hæc est: Nisi ipse filius, non pater conueniatur. tunc enim exceptio pacti illi inutilis est. quæ triplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce*: Nos ijs qui in nostra potestate sunt, paciscendo prodesse non possumus, sed nobis, &c. *Huius triplicationis quadruplicatio est, quòd quamuis paciscente patre, filio pacti exceptio danda non sit, doli tamen exceptio illi non denegetur. quæ quadruplicatio approbatur d.l. 21. §. Iulianus, his uerbis*: Iulianus scribit, si pater pactus sit, ne à se neúe à filio suo petatur: magis esse ut pacti exceptio filiofamiliâs danda non sit, sed doli prosit. *Altera propositæ duplicationis triplicatio est: Nisi non nominatim actum sit,*

*ne etiam à patre paciſcente petatur. quæ triplicatio approbatur uerbis d. §. nos autem, ē. propoſitis hiſce:* Quod ita rectè dicitur, ſi in paciſcendo id actum ſit. Cæterùm ſi paciſcar, &c. *Quinta duplicatio eſt: Niſi ſeruus pactus ſit, ne ab eo qui in ſeruo uſumfructum habet, petatur. quæ duplicatio approbatur l. 54. in prin. ff. de pactis. cuius uerba uide ē. cap. 1. except. 26. repl. 4. Concordat l. 63. ff. de ſolutionib. cuius uerba uide J lib. 48. cap. 11. quæſt. 5. except. 5. repl. 1.*

V. *Replicatio: Niſi ſeruus pactus ſit, ne à ſe petatur. Hæc replicatio approbatur l. 21. §. 1. ff. de pactis, hiſce uerbis:* Quòd ſi ſeruus, ne à ſe petatur, pactus fuerit: nihil ualebit pactum. De doli exceptione uideamus. Et quidem ſi in rem paciſcatur, proderit domino & hęredi eius pacti conuenti exceptio. Quod ſi in perſonam conceptum eſt: tunc domino doli ſupereſt exceptio. *Huius replicationis duplicatio eſt, quòd quamuis pacti exceptio in caſu propoſito non detur, doli tamen exceptio domino proſit. quæ duplicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Quod ſi in perſonam conceptum eſt: tunc domino doli ſupereſt exceptio. *Ait Iuriſconſultus:* In perſonam, *Scilicet ſerui, non domini: alioquin etiam pacti exceptio domino cõpetit, ut oſtẽſum ē. repl. prox. dupl. 2.*

V I. *Replicatio: Niſi hæres ante aditam hæreditatem cum creditoribus hæreditarijs paciſcatur ne petant, uel ut debiti partem remittant. Hæc replicatio reprobatur cum conditione l. 7. §. ſi ante. ff. de pactis, hiſce uerbis:* Si ante aditam hæreditatem paciſcatur quis cum creditoribus, ut minus ſoluatur: pactum ualiturum eſt. Sed ſi ſeruus ſit qui paciſcatur, priuſquam libertatem & hæreditatem adipiſcatur (quia ſub conditione ſcriptus fuerat hæres) non profuturum pactum, Vindius ſcribit. Marcellus autem lib. XVIII. Digeſtorum & ſuum hæredem, & ſeruum neceſſarium purè ſcriptos, paciſcentes priuſquã ſe immiſceant, putat rectè paciſci: quod & uerum eſt. Idem & in extraneo hærede, qui ſi mandatu creditorum adierit, etiam mandati putat eum habere actionem. Sed etſi quis (ut ſuprà retulimus) in ſeruitutẽ pactus eſt: negat Marcellus. Quoniam nõ ſolet ei proficere, ſi quid in ſeruitute egit, poſt libertatẽ. Quod in pacti exceptione admittendum eſt. Sed an doli ei proſit exceptio, quæritur? Marcellus in ſimilibus ſpeciebus, licet antea dubitauit, tamen admittit. Vtputa filiusfamiliâs hæres inſtitutus pactus eſt cum creditoribus, & emácipatus adijt hęreditatem: & dicit, doli eum exceptione uti poſſe. Idẽ probat, etſi filius uiuo patre cum creditoribus paternis pactus ſit. Nam & huic doli exceptionẽ profuturam. Imò & in ſeruo doli exceptio nõ eſt reſpuenda. *Planè admittitur replicatio propoſita in ſeruo & filiofamiliâs hæredibus inſtitutis. quæ diſtinctio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Sed ſi ſeruus ſit qui paciſcatur, &c. *Item hiſce:* Sed etſi quis (ut ſuprà retulimus) in ſeruitute pactus eſt, &c. *Huius diſtinctionis duplicatio prima hæc eſt: Niſi ſeruus purè, non ſub conditione inſtitutus, pactus ſit. quæ duplicatio approbatur uerbis ē. propoſitis hiſce:* Quia ſub conditione ſcriptus fuerat hæres, &c. *Item hiſce:* Purè ſcriptos paciſcentes, &c. *Altera duplicatio eſt: quòd quamuis ſeruo & filiofamiliâs hæredibus inſtitutis, ante aditam hæreditatem paciſcentib. pacti exceptio non proſit: doli tamen exceptio illis non ſit deneganda. quæ duplicatio approbatur uerbis ē propoſitis hiſce:* Quod in pacti exceptione admittendum eſt. Sed an doli ei proſit exceptio, quæritur? Marcellus in ſimilibus ſpeciebus, &c. *Plura de replicat. propoſita uide J. cap. 7. except. 3.*

VII. *Replicatio: Niſi antequam dolus commiſſus ſit, conuenerit ne ex dolo agatur. Hæc replicatio approbatur per ea quæ propoſita ſunt ē. cap. 1. except. 17. repl. 1. dupl. 1.*

VIII. *Replicatio: Niſi ante furtum uel iniuriam factam uel uim illatam conuenerit, ne furto facto uel iniuria aut ui illata, eo nomine agatur. Hæc replicatio approbatur l. ſi unus. 27. §. pacta ff. de pactis. cuius uerba uide ē. ca. 1. exc. 17. in altera ſignificatione.*

I X. *Replicatio: Niſi ne publico iudicio agatur, conuenerit. Hæc replitatio approbatur ſimul & diſtinguitur ē. lib. 9. cap. 5. except. 12.*

X. *Replicatio: Niſi ne deferatur ad fiſcum, pactus ſit. Hæc replicatio approbatur l. 4. ff. de iure fiſci. cuius uerba cum concordantibus uide ē. lib. 1. cap. 2. in fine. repl. gener. 2.*

X I. *Replicatio: Niſi ne operis noui nunciationẽ exequatur, conuenerit. Hæc replicatio approbatur ſimul & diſtinguitur l. 7. §. ſi paciſcar. ff. de pactis. cuius uerba uide ē. cap. 3. except. 17. repl. 1.*

X II. *Replicatio: Niſi dolus uel error pacto interuenerit. Hæc replicatio approbatur exemplo l. 35. ff. de pactis, hiſce uerbis:* Tres fratres, Titius, Mæuius & Seia, communem hæreditatẽ inter ſe diuiſerunt, nihilq́; ſibi communẽ remanſiſſe cauerũt. Sed poſtea duo de fratribus, id eſt Mæuius & Seia, qui abſentes erant tempore mortis matris ſuæ, cognouerunt pecuniam auream à fratre ſuo eſſe ſubtractam, cuius nulla mentio in inſtrumento diuiſionis cõtinebatur. Quæro, an poſt pactum diuiſionis de ſubtracta pecunia fratribus aduerſus fratrem cõpetat actio? Modeſtinus reſpõdit, ſi agentibus ob portionem eius quod ſubreptũ à Titio dicitur, generalis pacti cõuenti exceptio ijs qui fraudẽ à Titio commiſſam ignorantes tranſegerũt, obijciatur: de dolo utiliter replicari poſſe. *Aliud exemplum proponitur l. 51. ff. eod.*

51.ff.eod.tt. cuius uerba uide ſ.cap.3.exc.15. Aliud exemplum proponitur l.8.C. de pactis. cuius uerba uide ſ. cap.3.except.14.in prin. Aliud exemplum proponitur l.3.C. de exceptionib. cuius uerba uide d.except.14.exemplo 2.

XIII.Replicatio: Niſi pacto de non petendo ad certum tempus facto, tempus illud ſit finitum. Hæc replicatio approbatur l. ſi unus. 27. §. ſi cum. ff. de pactis, hiſce uerbis: Si cum reo ad certũ tempus pactio facta ſit: ultrà neq; reo neq; fideiuſſori proderit. Concordat Inſt.de except. §.temporales.ibi: nam finito.cuius uerba uide J. lib. 49.cap.2.quæſt.3.diuiſ.2.

XIIII.Replicatio: Niſi poſtea in contrarium pactum factum ſit ut petatur. Hæc replicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur d.l.27. §. pactus ne peteret, his uerbis: Pactus ne peteret, poſtea conuenit ut peteret: prius pactũ per poſterius elidetur, non quidem ipſo iure, ſicut tollitur ſtipulatio per ſtipulationẽ, ſi hoc actũ eſt: quia in ſtipulationibus ius continetur, in pactis factũ uerſatur. Et ideo replicatione elidetur exceptio. Eadem ratione cõtingit, ne & fideiuſſoribus prius pactũ proſit. Sed ſi pactũ cõuentũ tale fuit, quod actionẽ quoq; tolleret (ueluti iniuriarũ) non poterit poſtea paciſcendo efficere ut agi poſsit: quia & prima actio ſublata eſt, & poſterius pactũ ad actionẽ reparandam inefficax eſt. Non enim ex pacto iniuriarũ actio naſcitur, ſed ex cõtumelia. Idem dicimus & in bonæ fidei cõtractibus, ſi pactum conuentũ totam obligationẽ ſuſtulerit: ueluti empti. Non enim ex nouo pacto prior obligatio reſuſcitatur, ſed proficit pactũ ad nouum contractũ. Concordat l.12. C. de pactis. cuius uerba uide ſ.cap.3. exc.47. Propoſitæ replicationis exemplũ proponitur l.47. in prin. ff.eod.tt. his uerbis: Emptor prædij uiginti cauerat ſe ſoluturum, & ſtipulanti ſpoponderat: poſtea uenditor cauerat ſibi conueniſſe, ut cõtentus eſſet tredecim, & ut ea intra præfinita tẽpora acciperet: debitor ad eorum ſolutionẽ conuentus pactus eſt, ſi ea ſoluta intra præfinitũ tempus non eſſent, ut ex prima cautione ab eo petitio eſſet. Quæſitũ eſt, an cùm poſteriori pacto ſatisfactum non ſit: omne debitum ex prima cautione peti poſsit? Scæuola reſpondit, ſecundũ ea quæ proponerẽtur, poſſe. Huius replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi actio ipſo iure ſit ſublata. hoc enim caſu per poſterius pactũ ut petatur, non reſuſcitatur, nec replicatio propoſita cõpetit. Quæ duplicatio approbatur uerbis d.§.pactus, ſ.propoſitis hiſce: Sed ſi pactum conuentũ tale fuit, quod actionẽ quoq; tolleret, ueluti iniuriarum: non poterit poſtea paciſcẽdo efficere, ut agi poſſit: quia & prima actio ſublata eſt, & poſterius pactum ad actionẽ reparandam inefficax eſt. non enim ex pacto iniuriarum actio naſcitur, ſed ex contumelia. Hoc loco ſciendum eſt, quid ſit actionem ipſo iure tolli, quid per exceptionem elidi. Ipſo igitur iure tollitur actio: ueluti ſolutione, nouatione, acceptilatione, &c. quibus modis debitor liberatur etiam antequam ſolutionis, nouationis uel acceptilationis exceptio fuerit oppoſita. Per exceptionem autem liberatur reus, cum non ſufficit aliquid factum eſſe ex quo reus liberari poßit, ſed requiritur etiam ut ex iſto facto exceptio in iudicio ſit oppoſita. Huius poſterioris generis exemplum proponitur l.56.§.qui ita ſtipulatur.ibi: quemadmodum is.ff.de uerb.obligat.his uerbis: Is qui calendas uſque dari ſtipulatur, poteſt quidẽ etiam poſt calendas petere, ſed exceptione pacti ſubmouebitur. Concordat l.43.§.placet.ff.de act. & oblig.his uerbis: Placet ad tẽpus obligationẽ conſtitui non poſſe, nõ magis quàm legatũ. Nam quod alicui deberi cœpit, certis modis deberi deſinit. Planè poſt tẽpus ſtipulator uel pacti cõuẽti, uel doli mali exceptione ſubmoueri poterit. Quẽadmodũ igitur minor uiginti quinq; annis, cũ quo aliquid geſtũ eſt, niſi in integrũ reſtitutionem petierit & impetrauerit, perinde ac maior obligatus manet.[a] item quẽadmodũ is, cõtra quẽ in iure pronũciatur, niſi appellauerit, & per appellationis iudicẽ ſentẽtia fuerit reſciſſa: ſentẽtiæ cogitur parẽre.[b] ita quoq; ſe habet in ijs liberationibus, quæ fiunt per exceptionẽ: ut quãdiu nõ fuerit oppoſita exceptio, debitor nihilominus maneat obligatus. Cõtrà aũt, ut lõgi tẽporis præſcriptio cõtra minorẽ uiginti quinq; annis non currit ipſo iure, etiã abſq; in integrũ reſtitutione:[c] itẽ ut ſentẽtia cõtra leges lata ipſo iure nõ eſt obligatoria, etiã ſine appellationis auxilio:[d] ita quoq; per acceptilationẽ, ſolutionẽ & ſimiles cauſas ipſo iure debitor liberatur, etiã exceptione nondũ oppoſita. Quãuis aũt Paulus iuriſconſultus nihil intereſſe dicat, ipſo iure quis actionẽ nõ habeat, an per exceptionẽ infirmetur:[e] tamẽ hoc intelligẽdũ eſt ſolũ, quoad agẽdi effectũ. Nã utroq; caſu reus abſoluẽdus eſt, ſi exceptionẽ ſuã oppoſuerit. Alioquin in quibuſdã plurimũ intereſt. Primũ enim, ſi p tranſactionẽ ipſo iure actio ſublata eſt, acceptilatione nimirũ interueniẽte: nõ poteſt prior actio reſuſcitari, licet trãſactio dolo malo facta ſit, uel alio uicio laboret. ſecus aũt, ſi nudo pacto trãſactio ſit facta, ita ut nõ ipſo iure, ſed per exceptionem actio prior elidi poßit. tũc enim actio de qua trãſactũ eſt, nihilominus in iudiciũ utiliter deducitur: & ſi trãſactionis exceptio obijciatur, de uicio eius poteſt replicari. De qua re uide ſ.li.9.cap.5.quæſt.2.in fine.de repl.generali. Sic etiã ſi liberatio ipſo iure cõtigit, & actio ſublata eſt: nõ poteſt ea per pactũ poſterius ut petatur, reſuſcitari: ut in propoſita duplicatione dictum eſt. Cui cõcordat l.98.§.atqui.ibi: in ppetuũ.ff.de ſolutionib. his uerbis: In ppetuũ ſublata obligatio reſtitui nõ poteſt. Secus aũt, ſi nõ niſi ope exceptionis

[a] L. non omnia.ff. de minor. uiginti quinq; an.
[b] l.2.C.de his qui per metũ iud. non appell.
[c] l.5.§.fin.C. in quib. cauſis in integr. reſt. neceſſ. non eſt.
[d] l.19. ff. de appellat.
[e] l.112. ff. de reg.iuris.

*actio infirmari potest. tunc enim pacisci licet ut petatur: quo pacto prior actio resuscitatur, & exceptio opposita replicatione pacti conuenti eliditur: ut §.ead.replicat.in prin.est dictum. Sciendum autem, quamuis pactū de non petendo regulariter quidem nō nisi exceptionis ope actionē tollat, ut §.eod. cap.in prin. est dictum: tamen interdum etiam ipso iure actionem tollere, & parere liberationem. Hoc est quod l.27.ff.de reg.iuris, dicitur, his uerbis:* Obligationū causæ pactione possunt immutari & ipso iure, & per pacti conuenti exceptionem. *Ipso autem iure pactum de non petendo actionem tollit: ueluti iniuriarū. Quod exemplum proponitur uerbis d.§.pactus, §.propositis hisce:* Sed si pactum conuentū tale fuit, quod actionē quoq; tolleret, ueluti iniuriarum, &c. *Concordat l.17.§.1.ff.de pactis, hisce uerbis:* Quædā actiones per pactū ipso iure tollūtur: ut iniuriarū, item furti. *Alia exempla sunt ea obligationes quæ nudo consensu cōtrahuntur. hæ enim pacto de non petendo ipso iure tolluntur. Quæ exempla proponuntur uerbis d.§. pactus, §.propositis hisce:* Idem dicimus & in bonæ fidei cōtractibus, si pactū conuentū totā obligationē sustulerit: ueluti empti. Non enim ex nouo pacto prior obligatio resuscitatur, sed pficit pactū ad nouū contractum. *Cōcordat Inst.quib.mod.toll. obligat. §.fin.cuius uerba uide §.cap.3.except.47. Cōcordat item l.35.ff.de reg.iuris, hisce uerbis:* Nihil tam naturale est, quàm eo genere quodq; dissoluere, quo colligatū est. Ideo uerborum obligatio uerbis tollitur: nudi consensus obligatio contrario consensu dissoluitur. *Aliud exemplū est in naturali obligatione, quæ per pactū cōuentū ipso iure tollitur. Quod exemplum proponitur l.95.§.naturalis.ff.de solut. cuius uerba uide §.lib.prox.cap.1.in primo proprio. In hisce igitur speciebus & exēplis, in quib. obligatio & actio per pactū de non petendo ipso iure tollitur, pactum posterius ut petatur nō prodest paciscenti ad replicationem contra exceptionē pacti cōuenti: ut ex uerbis §.ead.dupl.in prin.propositis patet. Hæc de prima propositæ replicationis duplicatione. Secūdæ duplicationis loco notandum, quòd pactum ut petatur, prius pactū ne petatur, nō ipso iure perimat, sed replicationis ope. Quæ duplicatio approbatur uerbis §.ead.repl.in prin.propositis hisce:* Pactus ne peteret, postea cōuenit ut peteret: prius pactū per posterius elidetur, non quidē ipso iure, sicut tollitur stipulatio per stipulationem, si hoc actū est: quia in stipulationib. ius continetur, in pactis factū uersatur. Et ideo replicatione elidetur exceptio. *Igitur quamdiu nō est opposita replicatio ex pacto posteriore, pactum prius ne petatur, adhuc ualet, nec est sublatū per pactū posterius ut petatur: quēadmodū etiam paulo superius de duplici liberationū genere diximus. Ratio huius duplicationis proponitur à dissimili uerbis iam dictis hisce:* Sicut tollitur stipulatio per stipulationē, si hoc actū est: quia in stipulationibus ius continetur, in pactis factū uersatur. *Quibus sanè uerbis nihil aliud significatur, quàm stipulationē parere obligationem & actionem, pactū uerò exceptionē tātum. De qua re dictū §.cap.3.except.12. Igitur stipulatio, quia obligationem & actionē parit, tollit etiam præcedentem obligationē ipso iure: utputa acceptilatio. pactū autem, quia obligationē non parit, sed tantùm exceptionem: prius pactum non ipso iure tollit, sed replicationis ope. Concordat Inst.de replicationib.in princip. cuius uerba uide J.lib.48. cap.1. quæst.5.reg.2.*

XV. *Replicatio: Nisi cùm conuenisset de parte debiti nō petenda, pars non sit expressa. Hæc replicatio approbatur l.8.§.fin.ff.de pactis. cuius uerba uide J.cap.7.exc.3. in prin. Hactenus de replicationibus aduersus exceptionē pacti conuenti de non petendo. Quanquā earum plures liceat colligere ex suprà enumeratis cōtra pacta exceptionibus. Quib. aūt, item aduersus quos dicta exceptio cōpetat: item quid in ea ueniat, quæq; sint eius adfinia remedia, dicetur in capitibus sequentibus.*

## *QVIBVS EX PACTO ET contractu competat actio, exceptio uel replicatio. Cap. VI.*

P*rima huius loci regula est: quòd cōuentio cum uno facta, alij non prosit. Quæ regula approbatur ipso iure, cuius exemplum proponitur l.17. §.penult.ff.de pactis, hisce uerbis:* Cùm possessor alienæ hæreditatis pactus est: hæredi, si euicerit, neq; nocere neq; pdesse pleriq; putāt. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi paciscentis intersit. tunc enim alij quoq; pactū prodest. Quæ exceptio approbatur l.23.in fine.ff. de pactis, hisce uerbis:* Cum alio cōuentio facta prodest: sed tunc demū, cum per eum cui exceptio datur, principaliter ei qui pactus est, proficiat: sicut in reo pmittendi & iis qui pro eo obligati sunt. *Concordat l.21.§. fin.cum lege sequente.ff.de pactis, hisce uerbis:* In his qui eiusdē pecuniæ exactionē habent in solidū, uel qui eiusdē pecuniæ debitores sunt: quatenus alij quoq; prosit uel noceat pacti exceptio, quæritur? Et in rem pacta omnib. prosunt, quorū obligationē dissolutā esse, eius qui paciscebatur interfuit. Itaq; debitoris cōuentio fideiussorib. pficiet: nisi hoc actū est, ut duntaxat à reo nō petatur: tūc enim fideiussor exceptione nō utetur. *Cōcordant ea quæ proposita sunt §.cap.3.exc.26. repl.1. Huius exceptionis species, item & exempla sunt exceptiones sequentes. Eius autē replicatio hæc est: Nisi pactū sit personale, non in rem. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Et in rem pacta, &c. *Item hisce:* Nisi hoc actū est, &c. *Concordat item l.25.§. 1.ff. de*

*1.ff.de pactis, hisce uerbis:* Personale pactum ad alium non pertinere, quemadmodum nec ad hæredem, Labeo ait. *Quid autem in rem, quid in personam pactum sit, dictum s. cap. 2. diuis. 5. Huius replicationis prima duplicatio hæc est: Nisi successor singularis pacto authoris sui utatur: et enim prodest pactũ, quamuis personale. Quæ duplicatio approbatur l.17.§. pactum. ff. de pactis. cuius uerba uide J. except. proxim. Altera duplicatio est: Nisi pater filij nomine qui pactus est, conueniatur. Quæ duplicatio approbatur J.exc.8. repl.2. dupl. 2. Altera exceptio est: Nisi auctoris pacto successor uti uelit: huic enim prodest. Quæ exceptio approbatur d.§.pactũ, his uerbis:* Pactũ conuentũ cum uenditore factũ, si in rem cõstituatur, secundũ plurium sententiam & emptori prodest. Et hoc iure uti nos, Pomponius scribit. Secundũ autẽ Sabini sententiã, etiãsi in personã conceptũ est, in emptore ualet. Idem existimat, etsi per donationẽ successio facta sit. *Tertia exceptio est: Nisi hæres utatur pacto defuncti. Hæc exceptio species præcedentis approbatur l.137.in prin. ff.de reg.iuris, hisce uerbis:* Qui in ius dominiumúe alterius succedit, iure eius uti debet. *Concordat l.37.ff.de adq.hæred.cuius uerba uide s. lib.29.cap.14.reg.1. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi pactũ sit personale. Quæ replicatio approbatur l.25.§.1.ff.de pactis.cuius uerba uide s.exc.1.repl.1. Cõcordat l.56.§.fin.ff.eod.tit. his uerbis:* Si ex altera parte in rem, ex altera in personã pactũ conceptũ fuerit: uelut i ne ego petã, uel ne à te petatur: & hæres meus ab omnib. uobis petitionẽ habebit, & ab hærede tuo omnes petere poterimus. hoc est, nec hæredi meo obest, nec hæredi tuo prodest pactũ. *Cõcordat itẽ l.17.§. si quis.ff.de pactis, hisce uerbis:* Si quis paciscatur, ne à se petatur: hæredi exceptio non proderit. *Sanè quid in personã, quid in rem pactũ sit, uide s.cap.2.diuis.5. Altera replicatio est: Nisi quis aliquid pactus sit quoad uiuat. Quæ replicatio approbatur l.52.§.fin.ff.de pactis, hisce uerbis:* De inofficioso patris testamẽto acturus, ut ei certa quãtitas quoad uiueret hæres, præstaretur pactus est: produci ad perpetuam præstationem id pactũ postulabatur. Rescriptum est, neq; iure ullo neq; æquitate tale desiderium admitti. *Cõcordat l.56.§. qui ita stipulatur.ff.de uerb.oblig.his uerbis:* Qui ita stipulatur, Decem quoad uiuam dare spondes? confestim decem rectè dari petit: sed hæres eius exceptione pacti conuenti submouẽdus est. Nam stipulatorẽ id egisse, ne hæres eius peteret, palàm est: quemadmodum is qui calendas usq; dari stipulatur, potest quidẽ etiam post calendas petere, sed exceptione pacto submouebitur. Nam & hæres eius cui seruitus prędij ita cõcessa est, ut quoad uiueret, ius eundi haberet, pacti cõuenti exceptione submouebitur. *Cõcordat itẽ Inst.de uerb.oblig. §.at si ita.in fin.cuius uerba uide s.lib.prox.cap.14. reg.2.exc.2. Tertia replicatio est: Nisi maritus cum uxore pactus sit, ut ea fundũ sibi in dotẽ datũ, & alij pignori obligatũ luat, uel sibi usuras præstet. ex hoc enim cõtractu hæredi mariti actio denegatur. Quæ replicatio approbatur l.11.C. de pactis, hisce uerbis:* Ex cõuentione quidẽ, qua pactã nouercã tuã cum patre tuo dicis, cùm fundũ in dotem daret, ut creditoribus, qb. fuerãt prędia obligata, usuras solueret: actio tibi aduersus eum cõpetere nõ potest, etsi pactũ in stipulationẽ deductũ pbetur. Sed si fundus æstimatus, ita ut pars instrumẽti significat, in dotẽ datus est: ex uẽdito actio, ut placitis stetur, competit. *Quarta replicatio est: Nisi quis alij pactus sit, nõ hæredi. Hæc replicatio ipso quidẽ iure subsistit per ea quæ dicta sunt s. ca.3.exc.26.uerùm eius duplicatio hæc est: Nisi cùm alij tanquam hæredi suo pactus esset, is hæres nõ extiterit. hoc enim casu nihilominus pactum hæredibus alijs prodest. Quæ duplicatio approbatur l.40. §.fin. ff de pactis, hisce uerbis:* Pater qui dotem promisit, pactus est, ut post mortem suam in matrimonio sine liberis defuncta filia, portio dotis apud hæredem suum tractam maneret. Ea conuentio liberis à socero postea susceptis, & hæredibus testamento relictis, per exceptionem doli proderit: cùm inter cõtrahentes id actum sit, ut hæredibus consulatur: & illo tempore, quo pater alios non habuit, in fratrem suum iudicium supremum contulisse uideatur. *Quinta replicatio est: Nisi defunctus uni hæredum nominatim pactus sit. hoc enim casu cæteris hæredibus actio uel exceptio denegatur. Quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s. cap.3.except. 26. repl.7. dupl.1. Hæc de tertia exceptione. Quarta exceptio est: Nisi is cui ex senatusconsulto Trebelliano restituta hæreditas est, utatur pacto, quod fecit hæres qui restituit. Hæc exceptio approbatur l.8.§.1.ff.quib.mod.pig. uel hypothec. soluntur; his uerbis:* Creditor, ne res pignori hypothecæúe sit, pacisci potest. Et ideo si hæredi pactus fuerit, ei quoque proderit pactum, cui is restituit hæreditatem ex senatusconsulto Trebelliano. *Quinta exceptio est: Nisi pupillus utatur pacto tutoris sui. Hæc exceptio approbatur l. 14. ff. de pactis, hisce uerbis:* Tutoris quoque, ut scribit Iulianus, pactum pupillo prodest. *Concordant ea quæ proposita sunt s. cap. proxim. repl. 4. dupl.1. Sexta exceptio est: Nisi dominus procuratoris sui pacto utatur. Hæc exceptio approbatur l.10.§.fin.cũ trib.legib.sequentib ff.de pactis, hisce uerbis:* Si procurator meus paciscatur: ax.

tur:ax.

tur: exceptio doli mihi proderit, ut Trebatio uidetur: qui putat, sicut pactum procuratoris mihi noret, ita etiam prodesse: quia & solui ei potest. Nam & nocere cõstat, siue ei mandaui ut pacisceretur, siue omnium rerum mearum procurator fuit, ut Puteolanus libro ptimo Adsessorum scribit: cum placuerit, eum etiam rem in iudicium deducere. Sed si tantùm ad actionem procurator factus sit. conuentio facta domino non nocet: quia nec solui ei potest Sed si in rem suam datus sit procurator, loco domini habetur: & ideo seruandum erit pactum conuentum. *Plura de hac exceptione uide j. lib. prox. cap. 7. reg. 1.* *Septima exceptio est: Nisi societas utatur pacto magistri sui. Hæc exceptio approbatur l. 15. ff. de pactis, hisce uerbis:* Magistri societatum pactum & prodesse constat, & obesse. *Octaua exceptio est: Nisi pater eiusúe heres utatur pacto filij, uel dominus pacto serui. Hæc exceptio approbatur l. 58. ff. de pactis, hisce uerbis:* Per quos adquiri nobis stipulationibus potest, per eosdem pactis conuentis meliorem conditionem nostram fieri posse plaret. *Cõcordant ea quæ proposita sunt s. cap. 3. except. 26. repl. 3. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi pactum sit personale. Quæ replicatio approbatur l. 25. §. 1. ff. de pactis. cuius uerba uide s. except. 1. replic. 1. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi pater eiusúe heres filij nomine, qui in personam pactus est, conueniatur. Quæ duplicatio approbatur, simul & distinguitur l. 19. cum duab. legib. sequentib. ff. de pactis, hisce uerbis:* Si filius familiãs pactus fuerit, ne à se petatur: proderit ei & patri quoque, si de peculio, uel de in rem uerso, uel quasi defensor filij (si hoc maluerit) conueniatur. Et hæredi patris uiuo filio: post mortem uerò filij, nec patri nec hæredi eius: quia personale pactum est. *Nona exceptio est: Nisi cùm duo uel plures eadem actione uel eiusdem rei nomine tenerentur, unus alterius pacto utatur. Hæc exceptio approbatur l. 9. ibi: quare si socij. ff. de duob. reis constit. hisce uerbis:* Si socij sint, & communia culpa intercesserit: etiam alteri pactũ cum altero factum proderit. *Concordat l. 21. §. in ijs. ff. de pactis. cuius uerba uide s. except. 1. Item concordat l. 23 in fine. ff. eod. tit. cuius uerba uide d. except. 1. Item concordat l. 25. in prin. ff. eod. tit. cuius uerba uide j. except. 11. distinct. 1. ibi: idem in duobus. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi pactum sit personale. Hæc replicatio approbatur l. 25. §. 1. ff. de pactis. cuius uerba uide s. except. 1. repl. 1. Altera replitatio est: Nisi socij eiusdem debiti non sint. Quæ replicatio elicitur ex uerbis s. propositis hisce:* Si socij sint, &c. *Cuius species sunt replicationes sequentes. Similis replicatio proponitur s. lib. proxim. cap. 13. quæst. 3. except. 21. repl. 3. Tertia replicatio est: Nisi unus ex cohæredibus pactus sit. Eius enim pactum alijs cohæredibus non prodest. Quæ replitatio approbatur l. 24. C. de pactis, hisce uerbis:* Si actionem legati uel fideicõmmissi, quam aduersus hæredes quondam mariti tui habuisti, te affectione hæredum alijs remisisse probatur: exceptionem pacti contra debitores instituenti actiones nocere tibi minimè posse intelligis. *Quarta replicatio est: Nisi unus curatorum pactus sit. eius enim pactum cæteris non prodest. Quæ replicatio approbatur l. 1. C. de transactionib. cuius uerba cum alijs similibus uide s. lib. 9. cap. 5. quæstion. 2. exceptione 1. Decima exceptio est: Nisi fideiussor pacto debitoris utatur. Hæc exceptio approbatur l. 21. §. fin. ff. de pactis, hisce uerbis:* Debitoris conuentio fideiussoribus proficiet. *Huius ratio proposita est s. except. 1. Exemplum eius proponitur l. 95. §. fin. ff. de solutionibus, his uerbis:* Si inter emptorem & uenditorem conuenerit, priusquam aliquid ex alterutra parte solueretur, ut ab emptione discedatur: fideiussor eo nomine acceptus, soluto contractu liberabitur. *Ait Iurisconsultus:* Priusquam aliquid ex alterutra parte solueretur. *De hoc dictum s. cap. 3. except. 47. repl. 1. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi pactum sit personale. Quæ replicatio approbatur l. 22. ff. de pactis, hisce uerbis:* Nisi hoc actum est, ut duntaxat à reo non petatur. tunc enim fideiussor exceptione non utetur. *Altera replitatio est: Nisi fideiussor soluens regressum aduersus debitorem non habeat. Hæc replicatio approbatur l. 32. ff. de pactis, hisce uerbis:* Quod dictum est, si cum reo pactum sit, ut non petatur, fideiussori quoque competere exceptionem: propter rei personam placuit, ne mandati iudicio conueniatur. Igitur si mandati actio nulla sit (fortè si donandi animo fideiusserit) dicẽdum est non prodesse exceptionem fideiussori. *Tertia replicatio est: Nisi sine sua persona reus pepigerit, ne à fideiussore petatur. Hæc replicatio reprobatur l. si unus. 27. §. si cum reo. ff. de pactis. cuius uerba uide s. cap. 3. except. 26. repl. 1. exemplo 7. Quarta replicatio est: Nisi debitor ne intra certum tempus petatur pactus sit, tempusq; illud sit finitum. Quæ replicatio approbatur d. §. si cum reo. cuius uerba uide s. cap. proxim. repl. 13. Quinta replicatio est: Nisi debitor postea in contrarium pactus sit, ut petatur. Quæ replicatio approbatur d. l. 27. §. pactus ne peteret. ibi: eadem ratione cuius uerba uide s. cap. prox. tripl. 14. Contradicit l. ult. ff. eod. tit. his uerbis:* Si reus postquam pactus est à se nõ peti pecuniam, ideoq; cœpit id pactum fideiussori quoque prodesse, pactus sit ut à se peti liceat: an utilitas prio-

ris pa-

ria pacti sublata sit fideiussori; quæsitum est? Sed uerius est, semel adquisitam fideiussori exceptionem pacti ulterius inuito extorqueri non posse. *Sexta replicatio est: Nisi cum hæres cum quibusdam creditoribus hæreditarijs de parte debiti remittenda pactus esset, pactum illud etiam aduersus creditores absentes, & non consentientes, illi prosit. nam hoc pactum fideiussori uel mandatori aduersus non consentientes non prodest. Quæ replicatio approbatur l.58. §. Lucius. ff. mandati, his uerbis:* Lucius Titius creditori suo mandatorem dedit, deinde defuncto debitore, maiore parte creditorum consentiente, à prætore decretum est, ut portionem creditores ab hæredibus ferant, absente eo creditore apud quem mandator extiterat: quæro, si mandator conueniatur, an eandem habeat exceptionem, quam hæres debitoris? Paulus respondit, si præsens apud prætorem ipse quoque consensisset: pactus uideretur iusta ex causa, eademque exceptio & fideiussori danda esset, & mandatori. Sed cum proponas eum abfuisse, iniquum est auferre ei electionem, sicut pignus aut priuilegiu: qui potuit præsens idipsum proclamare. nec desiderare decretum prætoris. Nec enim, si quis dixerit submouendum creditorem, hæredi consulitur: sed mandatori, uel fideiussori, quibus mandati iudicio eandem partem præstaturus est. *Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi absens creditor pacto consenserit. Hæc duplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Si præsens apud prætorem ipse quoque consensisset, &c. *Altera duplicatio est: Nisi absens creditor partem debiti ab hærede acceperit, & ita pactum ratum habuerit. Hæc duplicatio approbatur ibidem his uerbis:* Planè si ab hærede partem accepisset: an in reliquum permittendum esset creditori fideiussorem conuenire, dubitatum est? Sed uidebitur consentire decreto conueniendo hæredem. *Hæc de decima exceptione. Vndecima exceptio: Nisi reus fideiussoris pacto utatur. Hæc exceptio reprobatur l.25. in prin. ff. de pactis, hisce uerbis:* Fideiussoris conuentio non proderit reo: quia nihil interest eius à debitore pecuniam non peti. Imò nec confideiussoribus proderit. neque enim quoquo modo cuiusque interest. *Planè admittitur exceptio proposita, primùm quidem, si fideiussor qui pactus est, in rem suam fideiussit. Quæ distinctio approbatur l.24. ff. de pactis, hisce uerbis:* Si fideiussor in rem suam spoponderit, conuentio ab eo facta reo prodest. hoc enim casu fideiussor pro reo accipiendus est, & pactum cum eo factum, cum reo factum esse uidetur. Idem in duobus reis promittendi & duobus argẽtarijs socijs. *Deinde admittitur exceptio proposita, si specialiter hoc actum est, ne & à reo petatur. hoc enim casu reo doli exceptio prodest. Quæ distinctio approbatur l.25. §. fin. cum lege sequente. ff. de pactis, hisce uerbis:* Quamuis fideiussoris pactum reo non prosit: plerunque tamen doli exceptionem reo profuturam, Iulianus scripsit: uidelicet si hoc actũ est, ne à reo quoque petatur. Idem & in confideiussoribus est. *Duodecima exceptio uidetur: Nisi fideiussor confideiussoris sui pacto utatur. Et hæc exceptio reprobatur uerbis d.l.25. ſ. propositis hisce:* Imò nec cõfideiussoribus proderit, neq; enim quoquo modo cuiusq; interest. *Concordat l.15. §. si ex duob. ff. de fideiussorib. his uerbis:* Si ex duobus, qui apud te fideiusserant in uiginti, alterne ab eo peteres, quinq; tibi dederit, uel promiserit: nec alter liberabitur. & si ab altero quindecim petere institueris, nulla exceptione submoueris. Reliqua autem quinq; si à priore fideiussore petere institueris, doli mali exceptione submoueris. *Planè admittitur exceptio proposita, si hoc specialiter actum est, ne & à confideiussore petatur. Quæ distinctio approbatur uerbis ſ. except. prox. in fine propositis hisce:* Idem & in confideiussoribus est. *Decimatertia exceptio est: Nisi cum inter aliquos de seruo manumittendo conuenisset, seruus eo contractu utatur ad se manumittendum. Hæc exceptio approbatur l.122. §. Flauius, in fine. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide ⁊ lib. prox. cap.10. reg.6.*

## Replicatio præcedentium exceptionum generalis.

*Hactenus propositæ regulæ exceptiones sunt enumeratæ, quarum replicatio generalis hæc est: Nisi pactum in personam, non in rem sit. Quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt ſ. except.1. repl.1.*

SECVNDA REGVLA: *Si inter dominum & colonum conuenit, ne dominus à colono quid petat: domino, si à colono conueniatur, ex hoc pacto exceptio nõn datur. Quæ regula approbatur l.55. ff. de pactis, hisce uerbis:* Si conuenerit na dominus à colono quid petat, & iusta causa conuentionis fuarit: nihilominus colonus à domino petere potest. *Contradicit l.5. in prin. ff. de rescind. uendit. cuius uerba uide ⁊. lib.41. cap.4. except.14. repl.4. Item contradicit l. ult. ff. de acceptilat. cuius uerba uide ⁊. lib. 48. cap.13. quæst.2. except.3.*

## *ADVERSVS QVOS EX PACTO & contractu actio, exceptio, uel replicatio competat? Cap. VII.*

HVius loci regula est, quòd pactum alterius alteri non obsit. *Quæ regula approbatur l. 3. in princip. ff. de transactionibus, his*

uerbis

*uerbis:* Impp. Antoninus & Verus ita reſcripſerunt, P. iuaris pactionibus non dubium eſt, non lædi ius cæterorum. Quare tranſactione, quæ inter hæredem & matrem defuncti facta eſt, neque teſtamentum reſciſſum uideri poteſt, neque manumiſsis uel legatarijs actiones ſuæ ademptæ ſunt. *Concordat l. 27. §. ante omnia. ff. de pactis. cuius uerba uide J. cap. proxim. in prin. Concordat item l. 1. C. res inter alios acta. cuius uerba uide ȿ. lib. 7. cap. 2. quæſt. 3 reg. 6. except. 1. Cōcordat item l. 2. C. eod. tt. bis uerbis:* Inter alios factam tranſactionem abſenti non poſſe facere præiudicium, notiſsimi iuris eſt. Quapropter adito præſide prouinciæ, auiam tuam mancipium tibi donaſſe probas: ac ſi hoc iurè ad te pertinere perſpexerit, reſtitui tibi prouidebit. Neque enim, ſi te abſente diuiſionem eius fecerint, aliquid iuri tuo derogari poterit. *Concordat item l. 3. C. eod. tt. bis uerbis:* Si cum fratre tuo matri ſucceſsiſti: frater pro portione tua cum debitorib. hæreditarijs paciſcendo uel agendo non ex tua uoluntate, pro hæreditaria parte tibi quæſitam obligationem extinguere non potuit. *Aliud propoſitæ regulæ exemplum proponitur l. 25. C. de pactis. cuius uerba uide ȿ lib. proxim. cap. 6. reg. 5. except. 11. Concordat l. 20. C. eod. tt. cuius uerba uide d. except. 11. Concordat item l. 40. §. poſt diuiſionem. ff. de pactis. cuius uerba uide d. except. 11. Aliud exemplum proponitur l. 42. ff. de pactis. cuius uerba uide ȿ. cap. 3. except. 17. in prin. Aliud exemplum proponitur l. 26. C. de trāſactionib. cuius uerba cum alijs huiuſmodi exemplis uide ȿ. lib. 9. cap. 5. quæſt. 2. except. 1. Sed & aliud exemplum proponitur l. 27. §. penult. ff. de pactis. cuius uerba uide ȿ. cap. proxim. in prin. Planè propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi pactum defuncti obijciatur eius hæredi. Quæ exceptio approbatur l. 185. ff. de reg. iuris, biſce uerbis:* Quod ipſis qui contraxerunt obſtat, & ſucceſſoribus eorum obſtabit. *Huius exemplum proponitur l. 52. §. 1. ff. de pactis, biſce uerbis:* Si inter debitorem & eum qui fundum pignoratum à creditore, quaſi debitoris negociū gerens, emit, placuerit, ut habita compenſatione fructuum, ſolutoque eo quod reliquum deberetur, fundus debitori reſtitueretur: etiam hæres pacto quod defunctus fecit, fidem præſtare debet. *Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi pactum ſit perſonale. Quæ replicatio approbatur per ea quæ proponuntur ȿ. cap. prox. reg. 1. except. 3. repl. 1. Altera exceptio uidetur: Niſi pactum unius creditoris uel rei ſtipulandi, alij eiuſdem crediti creditori uel reo ſtipulandi obijciatur. Hæc exceptio reprobatur l. 27. in prin. ff. de pactis, biſce uerbis:* Si unus ex argentarijs ſocijs cum debitore pactus ſit, an etiam alteri noceat exceptio? Neratius, Atilicinus, Proculus aiunt, nec ſi in rem pactus ſit, alteri nocere. Tantùm enim conſtitutum, ut in ſolidum alter petere poſsit. Idem Labeo. Nam nec nouare alium poſſe, quamuis ei rectè ſoluatur. Sic enim & his qui in noſtra poteſtate ſunt, rectè ſolui quod crediderint, licet nouare non poſsint: quod eſt uerum. Idemque in duobus reis ſtipulandi dicendum eſt. *Concordat l. 3. C. res inter alios acta. cuius uerba uide ȿ. ead. reg. in prin. Planè admittitur exceptio propoſita in caſu, de quo J. exception. proxim. Tertia exceptio eſt: Niſi hæres ante aditam hæreditatem cum maiore parte creditorum hæreditariorum pactus ſit de parte debiti remittenda. hoc enim pactum etiam alijs creditoribus abſentibus & non conſentientibus obſtat. Quæ exceptio approbatur l. 8. §. ſi ante. ff. de pactis, biſce uerbis:* Si ante aditam hæreditatem paciſcatur quis cum creditoribus, ut minus ſoluatur: pactum ualiturum eſt. *Concordat d. l. 8. §. fin. bis uerbis:* Hodie tamen ita demum pactio huiuſmodi creditoribus obeſt, ſi conuenerint in unum, & communi conſenſu declarauerint, quota parte debiti contenti ſint: ſi uerò diſſentiant, tunc prætoris partes neceſſariæ ſunt, qui decreto ſuo ſequetur maioris partis uoluntatem. *Concordat item l. 10. in prin. ff. eod. tt. bis uerbis:* Reſcriptum diui Marci ſic loquitur, quaſi omnes creditores debeāt conuenire. Quid ergo ſi quidam abſentes ſint? num exemplum præſentium abſentes ſequi debeant? Sed & an priuilegiarijs abſentibus hæc pactio noceat, eleganter tractatur: ſi modò ualet pactio & contra abſentes? Et repeto ante formam à diuo Marco datam diuum Pium reſcripſiſſe: fiſcum quoque in ijs caſibus, in quibus hypothecas non habeat, & cæteros priuilegiarios exemplum creditorum ſequi oportere. Hæc enim omnia in his creditoribus, qui hypothecas non habent, conſeruanda ſunt. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi inter creditores non conuenerit, quotam partem remittere uelint. Quæ replicatio approbatur uerbis d. l. 8. §. fin. paulo ſuperius propoſitis biſce:* Hodie tamen ita demum pactio huiuſmodi creditoribus obeſt, ſi conuenerint in unum, & communi conſenſu declarauerint, quota parte debiti contenti ſint. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi ijs diſſentientibus prætor ſuo decreto partem definierit. Quæ duplicatio approbatur ibidem uerbis ȿ. propoſitis biſce:* Si uerò diſſentiant, tunc prætoris partes neceſſariæ ſunt, qui decreto ſuo ſequetur maioris partis uoluntatem. *Secunda replicatio eſt: Niſi non maior*

pars creditorum de parte debiti remittenda consenserit. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce: Sequetur maioris partis uoluntatem. Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi ijs qui consenserunt, plus debeatur, quàm alijs absentibus uel dissentientibus. Hæc duplicatio approbatur l. 9. ff. de pactis, hisce uerbis: Maiorem esse partem pro modo debiti, non pro numero personarum, placuit. Quòd si æquales sint in cumulo debiti: tunc plurium creditorum numerus præferendus est. Huius duplicationis triplicatio prima uidetur esse: Nisi pluribus summis coadunatis, uni plus debeatur, alij dissentienti una summa magna debeatur. Hæc triplicatio reprobatur d. l. 9. §. cumulum, his uerbis: Cumulum debiti & ad plures summas referemus, si uni fortè multæ summæ centum aureorum debeantur, alij uerò una summa aureorum quinquaginta. Nam in hunc casum spectabimus summas plures: quia illæ excedunt in unam summam coadunatæ. Altera triplicatio uidetur esse: Nisi usuris demptis minor summa debeatur. Hæc triplicatio reprobatur d. l. 9. §. fin. his uerbis: Summæ autem adplicare debemus etiam usuras. Hæc de prima duplicatione. Altera duplicatio est: Nisi consentientes maiore dignitate præditi sint. Hæc duplicatio approbatur d. l. 9. §. in numero, his uerbis: In numero pari creditorum authoritatem eius sequetur prætor, qui dignitate inter eos præcellit. Tertia duplicatio est: Nisi omnia ex utraq; parte in unam æqualitatem concurrant. tunc enim consentientium ut pars debiti remittatur, sententia præferenda. Quæ duplicatio approbatur d. l. 9. §. sin autem, his uerbis: Si omnia undiq; in unam æqualitatem concurrant: humanior est sententia à prætore eligenda. hoc enim ex diui Marci rescripto colligi potest. Quarta duplicatio est: Nisi dissentientium plures eandem habeant actionem. hi enim pro uno computantur. Quæ duplicatio approbatur d. l. 9. §. si plures, hisce uerbis: Si plures sint qui eandem habent actionem, unius loco habentur: utputa si plures sint rei stipulandi, uel plures argentarij, quorum nomina simul facta sunt: unius loco numerabuntur. Et cum tutores pupilli creditoris plures conueniunt, unius loco numerantur: quia unius pupilli nomine conueniunt. Nec non & unus tutor plurium pupillorum nomine unum debitũ prætendentium, si conuenerit, placuit unius loco esse. Nam difficile est, ut unus homo duorum uicem sustineat. Nam nec is qui plures actiones habet aduersus eũ qui unam habet, plurium personarum loco accipitur. Hæc de secunda replicatione, eiusq; duplicationibus. Tertia replicatio est: Nisi plures consentientes unius personæ uicem sustineant. tunc enim, quamuis maior pars sit, tamen cedit sententiæ partis minoris. Quæ replicatio approbatur, simul & declaratur uerbis iam propositis hisce: Si plures sint qui eandem habent actionem, &c. Quarta replicatio uidetur: Nisi creditores dissentientes sint priuilegiati. Hæc replicatio reprobatur l. 10. in prin. ff. de pactis. cuius uerba uide s. ead. except. in princip. Quinta replicatio est: Nisi creditores non consentientes hypothecam prætendant. Hæc replicatio approbatur d. l. 10. in prin. Concordat l. 58. §. Lucius. ibi: sicut pignus. cuius uerba uide s. cap. prox. except. 10. repl. 6. Sexta replicatio est: Nisi creditor dissentiens contra fideiussorem uel mandatorem, non contra reum principalem agat. Hæc replicatio approbatur d. §. Lucius. Plures propositæ exceptionis replicationes uide s. cap. 5. repl. 6.

### Duplicatio præcedentium replicationum generalis.

Planè harum replicationum omnium duplicatio generalis hæc est: Nisi creditor dissentiens de parte debiti remittenda consensurus fuisset, nisi consensissent alij. Hæc duplicatio approbatur l. 4. in prin. ff. de doli mali except. cuius uerba uide j. except. proxim. Hæc de tertia exceptione.

Quarta exceptio est: Nisi cũ hæres quorundã creditorum hæreditariorũ mãdatu adijsset hæreditatẽ, aliàs non aditurus, aliquis creditorum dolo nõ mandauerit. huic enim nihilominus ex mandatu aliorum obstabit exceptio. Quæ exceptio uerbis d. l. 4. in prin. approbatur hisce: Apud Celsum quæritur, Si cùm Titio mandassent creditores hæreditarij, ut adiret hæreditatem, unus non mandasset decipiendi eius causa, mandaturus alioquin, si non foret hic aditurus, deinde agat: an exceptione repellatur? & ait Celsus, doli eum exceptione repellendum. Quinta exceptio est: Nisi cum quis debitoris nomine cum eius creditoribus pactus esset de parte debiti remittenda, is quoq; creditor eiusdem sit debitoris. tunc enim eadem exceptio illi obstabit, quam debitori aduersus alios creditores nactus est. Quæ exceptio in tutore pupilli nomine paciscente approbatur l. 44. ff. de pactis. cuius uerba uide s. lib. 18. cap. 5. reg. 3. except. 1. Cõcordat l. 15. ff. de administrat. tutor. cuius uerba uide d. except. 1. Sexta exceptio est: Nisi pactum cum emptore hæreditatis factum, uenditori obijciatur. Hæc exceptio approbatur l. 16. ff. de pactis, hisce uerbis: Si cum emptore hæreditatis pactum sit factum, & uenditor hæreditatis petat: doli exceptio nocet. Nam ex quo rescriptum est à diuo Pio, utiles actiones emptori hæreditatis dandas: meritò aduersus uenditorem hęreditatis exceptione doli mali debitor hæreditarius uti potest. Septima exceptio est: Nisi re aliena uendita, dominus rei pactus sit cum emptore, ut res uen-

*ditori restituatur. hoc enim pactum uenditori precium petenti obstat. Quæ exceptio approbatur d. l. 16. in fine, his uerbis:* Si inter dominum rei uenditæ & emptorem conuenisset, ut homo qui emptus erat, redderetur ei qui pro domino rem uendidit: petenti ei precium, doli exceptio nocebit. *Octaua exceptio est: Nisi tutoris contractus uel conuentio obijciatur pupillo. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s. lib. 17. cap. 1. quæst. 8. reg. 5. Huius exceptionis præter replicationes d. reg. 5. enumeratas & hæc est: Nisi tutor debitori pupillari pactum de non petendo fecerit. hoc enim pupillo non obest. Quæ replicatio approbatur l. 22. C. de pactis. cuius uerba uide s. cap. 5. repl. 2. dupl. 1. Nona exceptio est: Nisi pactum procuratoris obijciatur domino. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 10. cum tribus legibus sequentibus ff. de pactis. cuius uerba uide s. cap. prox. except. 6. Decima exceptio est: Nisi pactum magistri societatis societati obijciatur. Hæc exceptio approbatur l. 15. ff. de pactis. cuius uerba uide s. cap. proxim. except. 7.*

### Replicatio præcedentium exceptionum generalis.

*Planè exceptionum iam enumeratarum replicatio generalis hæc est: Nisi pactum in personam, non in rem sit conceptum. Quæ replicatio approbatur; simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s. cap. prox. except. 1. repl. 1.*

## *QVID VENIAT IN Actionem uel exceptionem pacti uel contractus, seu in quibus prosit & obsit pactum? Cap. VIII.*

*HVius loci regula est: quòd conuentio in alia re facta, in alia non noceat, nec prosit. Quæ regula approbatur l. si unus. 27. §. ante omnia. ff. de pactis, hisce uerbis:* Ante omnia animaduertendum est, ne conuentio in alia re facta, aut cum alia persona, in alia re aliaue persona noceat. *Huius regulæ exemplum proponitur l. 47. §. Lucius Titius. ff. de pactis, hisce uerbis:* L. Titius C. Seium numularium, cum quo rationem implicitam habebat, ꝓpter accepta & data debitorem sibi constituit, & ab eo epistolam accepit in hæc uerba: Ex ratione mensæ, quam mecum habuisti usque in hunc diem ex contractibus plurimis, remanserunt apud me ad mensam meam trecenta & octoginta sex, & usuræ quæ competierunt. Summam aureorũ, quam apud me tacitam habes, refundam tibi. Si quod instrumentum à te emissum cuiuscunque summæ ex quacunque causa apud me remansit, uanum & pro cancellato habebitur. Quæsitum est, cum L. Titius ante hoc chirographum C. Seio numulario mandauerat, ut patrono eius trecenta redderet: an propter illa uerba epistolæ, quibus omnes cautiones ex quocunque contractu uanæ & pro cancellatis ut haberentur cautum est, neque ipse neq; filius eius eo nomine conueniri possit? Scæuola respondit, si tantùm ratio accepti atq; expensi esset computata, cæteras obligationes manere in sua causa. *Aliud exemplum proponitur l. 89. in prin. ff. de solutionib. his uerbis:* Si ex pluribus causis & chirographis creditor ita cauit, Titius Mæuius dico me accepisse, & habere, & accepto tulisse à Caio Titio reliquũ omne post rationem propositam eius pecuniæ, quam mibi Stichus Caij Titij seruus cauerat: quæsitum est, an ex cæteris chirographis, in quæ non Stichus cauit, sed ipse debitor, integra maneat actio: id est, ex reliquis chirographis per ipsum debitorem cautis? Scæuola respondit, eam solam obligationem dissolutam, ex qua solutum proponeretur. *Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi cum decem deberentur, pactum factum sit de uiginti non petendis. hoc enim casu decem petitis, nihilominus pactum nocet. Quæ exceptio approbatur l. si unus. 27. §. si cum mihi. ff. de pactis, hisce uerbis:* Si cùm mihi decem deberes, pepigero ne à te uiginti petam: in decem tibi prodesse pacti conuenti uel doli exceptionem placet. *Concordat l. 1. §. si stipulanti. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide s. lib. proxim. cap. 4. except. 13. repl. 6. Altera exceptio est: Nisi cùm uiginti deberentur, pactum factum sit de decem non petendis. hoc enim casu uiginti petitis, obstabit pactum in decem: quamuis aliud uideantur decem in pactum deducta, & uiginti petita. Quæ exceptio approbatur d. §. si cùm mihi, his uerbis:* Si cùm uiginti deberes, pepigerim, ne decem petam: placet efficere exceptionem mihi opponendam, ut tantùm reliqua decẽ exigere debeam. *Tertia exceptio est: Nisi cum decem aut Stichus deberentur, conuenerit ne decem petantur: & decem aut Stichus petantur. hoc enim casu non obstabit regula proposita, quasi aliud petatur quàm in pactum sit deductum. Quæ exceptio approbatur d. l. 27. §. sed si stipulatus, his uerbis:* Si stipulatus decem aut Stichum, decem pactus sim, & petam Stichum aut decem: exceptionem pacti conuenti in totum obstaturam placet. Nam ut solutione, petitione & acceptilatione unius rei tota obligatio solueretur: ita quoq; pacto conuento de una re non petenda interposito, totam obligationem submoueri. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi nominatim conuenerit ut sola decem non petantur, Stichus petatur. Quæ replicatio ap-*

*tio approbatur ibidem, his uerbis:* Sed si id actum inter nos sit, ne decem mihi, sed Stichus præstetur: posse efficaciter de Sticho agi, nulla exceptione opponenda. Idem est, etsi de Sticho non petendo conuenerit. *Plura de hac exceptione uide J. lib. 48. cap. 13. quæst. 8. except. 4.* *Quarta exceptio est: Nisi cùm homo deberetur, conuenerit ne Stichus petatur. hoc enim casu etiam alio homine petito, uidetur obstare exceptio pacti ratione illa quæ proposita est paulo superius except. prox. §. nam ut solutione, &c. Sed hæc exceptio reprobatur d. l. 27. §. sed si generaliter, his uerbis:* Si generaliter mihi hominē debeas, & paciscar ne Stichum petam: Stichum quidem petenti pacti exceptio opponetur: alium autem hominē si petam, rectè agam. *Plura de hac exceptione uide d. quæst. 8. exc. 5.* *Quinta exceptio est: Nisi cùm conuenisset de toto non petendo, singulæ partes petātur. tunc enim, quamuis aliud totum sit, aliud partes: nihilominus obstat pacti exceptio. Quæ exceptio approbatur exemplo d. l. 27. §. item si pactus, his uerbis:* Si pactus ne hæreditatem peterem, singulas res ut hæres petam: ex eo quod pactū erit, pacti cōuenti exceptio aptanda erit. Quēadmodum si conuenerit ne fundum peterem, & usumfructum petam: aut ne nauim ædificiumúe peterem, & dissolutis his singulas res petam: nisi specialiter aliud actum est. *Plura de regula proposita eiusq; exceptionibus uide s̄. lib. 9. cap. 5. quæst. 2. exceptione 17.*

## *QVAE EX PACTO ACTIO uel exceptio nascatur, quæq; eius adfinia sint remedia. Cap. IX.*

PRima regula: *Si conuentio nominata sit, nascitur hinc actio empti, uenditi, locati, conducti, pro socio, mandati, &c. Quæ regula approbatur l. 7. in prin. ff. de pactis. cuius uerba uide s̄. lib. prox. cap. 2. diuis. 5.*

I I. Regula: *Si conuentio sit innominata, nascitur hinc actio præscriptis uerbis. Quæ regula approbatur d. l. 7. §. 1. cuius uerba uide d. diuis. 5.*

I I I. Regula: *Si stipulatio contractui interuenit, si quidem certa est stipulatio: certi condictio hinc oritur. Sin autem incerta est stipulatio: datur hinc actio ex stipulatu. Quæ regula approbatur Inst. de uerb. obligat. in prin. cuius uerba uide J. lib. prox. cap. 10. reg. 1. Concordat l. 14. ff. si certum petatur. cuius uerba uide J. d. reg. 1. Concordat item l. 7. in fine. C. de pactis. cuius uerba uide J. lib. 48. cap. 18. reg. 2. except. 7. Concordat item l. 14. C. eod. tit. his uerbis:* Si pacto, quo pœnam aduersarium tuum promisisse proponis, si placitis non stetisset, stipulatio subiecta est: ex stipulatu agens, uel id quod in conuentionem deuenerat ut fiat, consequeris: uel pœnam stipulatione comprehensam more iudiciorum exiges. Nam bona aduersarij tui in te transferri citra solennem ordinē frustra deprecaris. *Concordat item l. 27. C. eod. tit. cuius uerba cum alijs cōcordantibus uide s̄. cap. 3. except. 12. repl. 3.*

I I I I. Regula: *Si pactum bonæ fidei iudicio insit: puta emptioni, uenditioni, locationi, conductioni, &c. datur ex eo empti, uenditi, locati, conducti, &c. actio. Quæ regula approbatur l. 7. §. quin imò. ff. de pactis. cuius uerba uide s̄. d. except. 12 repl. 4. Concordat l. 13. in fine. C. de pactis. cuius uerba uide s̄. cap. 6. except. 1. repl. 3.*

V. Regula: *Ex pacto nudo non datur actio, sed exceptio tantùm. De qua re dictum s̄. cap. 3. exceptione 12.*

V I. Regula: *Exceptionis pacti conuenti de non petendo, adfine remediū est exceptio doli. Quæ regula approbatur l. 10. §. fin. ff. de pactis, hisce uerbis:* Plerunque solemus dicere, doli exceptionem subsidium esse pacti exceptionis. Quosdam denique qui pacti exceptione uti non possint, doli exceptione usuros, & Iulianus scribit, & alij plerique cōsentiunt: utputa si procurator, &c. *Reliqua uerba uide s̄. cap. 6. except. 6. Ait Iurisconsultus:* Quosdam denique qui pacti exceptione uti non possunt, doli exceptione usuros. *Huius exempla uide s̄. cap. 5. repl. 4. dupl. 4. tripl. 1. quadrupl. 1. item repl. 5. dupl. 1. itē repl. 4. distinct. 1. dupl. 2. item cap. 6. except. 3. repl. 4. dupl. 1. item except. 11. distinct. 2.*

V I I. Regula: *Exceptionis pacti conuenti de non petendo, adfine quoq; remedium est actio ex stipulatu, si stipulatio pœnalis est subiecta. Quæ regula approbatur l. 10. §. si pacto. ff. de pactis. cuius uerba uide J. lib. prox. cap. 11. specie 2. reg. 3. exc 2. Concordat l. 15. ff. de transactionib. his uerbis:* Pacto conuento Aquiliana quidem stipulatio subijci solet: sed consultius est huic pœnalem quoque stipulationem subiungere, quia rescisso fortè pacto pœna ex stipulatu peti potest. *Plura de hac re uide J. lib. prox. cap. ult. de pœnali stipulatione.*

V I I I. Regula: *Si quis exceptione pacti tutus soluerit, condictione indebiti quod soluit repetere potest. Quæ regula approbatur l. 5. in fine. C. de pactis. cuius uerba uide s̄. cap. 5. in prin.*

I X. Regula: *Exceptionis pacti conuenti adfine quoq; remedium est in casu actio mandati. Quæ regula approbatur l. 7. §. si ante. ibi: qui si mandato. ff. de pactis. cuius uerba uide s̄. cap. 5. repl. 6. Hactenus de pactis conuentis & contractibus in genere est actum. Antequam autem species singulorum contractuum cum suis actionibus prosequamur, duæ actiones generales, Certi uidelicet condictio, & Triticaria, sunt describendæ.*

## DE CERTI CONDICTIONE. Cap. X.

### I. CAUSAE EX QUIBUS certi condictio competit.

PRima caussa, eaq; generalis: *Certi condictio generalis ex omni causa competit, & ex omni obligatione, ex qua certum petitur. Quæ caussa approbatur l. 9. in prin. ff. si certum petatur, his verbis:* Certi condictio competit ex omni causa, & ex omni obligatione, ex qua certum petitur: siue ex certo contractu petatur, siue ex incerto. Licet enim nobis ex omni contractu certum condicere, dummodo præsens sit obligatio. Cæterùm si in diem sit, uel sub conditione obligatio: ante diem uel conditionem non potero agere. Competit hæc actio etiam ex legati causa, & ex lege Aquilia: sed & ex causa furtiua per hanc actionem condicitur. Sed etsi ex Senatusconsulto agetur, competit hæc actio: ueluti si is cui fideicommissaria hæreditas restituta est, agere uolet. Siue autem suo nomine quis obligatus sit, siue alieno: per hanc actionem rectè conuenietur. Quoniá igitur ex omnibus contractibus hæc certi condictio competit: siue re fuerit contractus factus, siue uerbis, siue cõiunctim: referendę sunt nobis quædam species, quæ dignum habent tractatum, an hæc actio ad petitionem earum sufficiat. *Ait Iurisconsultus:* Ex qua certum petitur. *Quid certum sit, definitur l. 6. ff. eod. tt. cuius uerba cum concordantibus uide J. lib. prox. cap. 2. diuis. 3. Ait insuper Iurisconsultus:* Referendæ sunt nobis quædam species, &c. *Hæ species suis locis proponentur, qui in Indice demonstrantur. Exceptiones autem propositæ regulæ uide J. lib. 39. cap. 2. quæst. 1. Sanè cõcordat propositæ caussæ l. 1. ff. si certum petatur. cuius uerba uide J. lib. 50. cap. 4. in uerbo Credere.*

II. *Causa: Si quid ui fluminis in agrum alienum importatum est, hac actione condici potest. quæ causa approbatur l. 4. §. fin. ff. si certum petatur. cuius uerba uide S. lib. 21. cap. 9. reg. 13.*

III. *Causa: Res pignori data, pecunia soluta condici potest. quæ caussa approbatur iisdem uerbis d. l. 4. §. res pignori.*

IIII. *Caussa: Fructus ex aliena re sine causa percepti, à domino condici possunt. quæ caussa approbatur d. §. res. ibi: fructus, his uerbis:* Fructus ex iniusta causa percepti, condicendi sunt. Nam etsi colonus post lustrum completum fructus perceperit: condici eos cõstat ita demum, si non ex uoluntate domini percepti sunt. Nam si ex uoluntate domini, proculdubio cessat condictio. *Huius caussæ exceptio hæc est: Nisi domini fructus non fuerint. Quæ exceptio approbatur l. 55. in fine. ff. de condict. indebiti. cuius uerba uide J. lib. 49. cap. 6. quæst. 3. reg. 1. exc. 4. Similis causa proponitur l. 32. §. seruum. ff. eod. tt. cuius uerba uide S. lib. 21. cap. 9. reg. 9. Item alia l. 23. ff. eod. tt. cuius uerba uide d. cap. 9. reg 11.*

V. *Caussa: Ex causa legati, Aquiliæ & furti competit. Quæ triplex causa approbatur l. 9. §. competit. ff. si certum petatur, his uerbis:* Competit hæc actio etiam ex legati causa, & ex lege Aquilia: sed & ex causa furtiua per hanc actionem condicetur.

VI. *Caussa: Si res nostra sine caussa apud aliquem sit, condici potest. Quæ causa approbatur l. 25. in fine. ff. rerum amotarum. cuius uerba uide J. lib. 47. cap. 5. quæst. 12. except. 5. Reliquæ causæ suis subiectæ sunt locis. Exceptiones autem harum causarum uide J. lib. 39. cap. 2.*

### II. QUIBUS COMPETIT actio proposita?

*De eo cui ex senatusconsulto hæreditas est restituta, proponitur l. 9. §. sed etsi ex. ff. si certum petatur. cuius uerba uide S. quæst. prox. reg. 1.*

### III. ADVERSUS QUOS competit?

*De eo qui alieno nomine obligatus est, proponitur d. l. 9. §. siue autem. cuius uerba uide d. regula 1.*

### IIII. QUID VENIAT IN hac actione?

*Omnis causa actori restituenda. Quæ regula approbatur, simul & declaratur l. 31. in prin. ff. si certum petatur. cuius uerba uide S. lib. prox. cap. 10. quæst. 1 except. 1. repl. 1.*

### V. QUANDO COMPETIT actio?

I. *Regula: Non nisi conditione, sub qua creditum est, existente. Quæ regula approbatur l. 19. in prin. ff. si certum petatur, his uerbis:* Non omnis numeratio eum qui accipit obligat: sed quoties idipsum agitur, ut confestim obligetur. Nam & is qui pecuniam mortis causa donat, numerat quidem pecuniam: sed non aliter obligat accipientem, quàm si existat casus, in quem obligatio collata fuit: ueluti si donator conualuit, aut is qui accipiebat, prior decesserit. Et cùm pecunia datur ut aliquid fieret: quamdiu in pendenti est, an id futurum sit: cessabit obligatio. Cum uerò certum esse cœperit, futurum id non esse: obligabitur qui accepit. Veluti si Titio decem dedero, ut Stichum intra calendas manumittat: ante calendas nullam actionem habebo: post calendas ita demum agere potero, si manumissus non fuerit. *Concordat l. 8. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. lib. 39. cap. 2. quæst. 2. except. 10. Item concordat l. 9. in prin.*

ibi: ca-

*ibi: cæterùm si in diem. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. quæst. 1. in prin.* Reliquas huius loci regulas uide s̄. lib. prox. cap. 14.

VI. ADFINIA REMEdia.

I. Regula: *De uindicatione & ad exhibendum actione, si inutiliter creditum sit, uide j. lib. 39. cap. 2. quæst. 6. reg 3.*

II. Regula, De actione ex empto, *proponitur l. 31. §. seruum. ff. si certum petatur. cuius uerba uide s̄. lib. 21. cap. 9. reg. 9.*

III. Regula, *De negociorum gestorum actione, proponitur l. 3. in fine. C. de contrah. stipulat. cuius uerba uide s̄. cap. 3. except. 26, repl. 14.* Hæc *de certi condictione generali: quanquam plura ad eam pertinentia liceet colligere ex condictione certi ex mutuo, De qua j. lib. 39. cap. 2 dicetur.*

## *DE CONDICTIONE TRIticaria. Cap. XI.*

PRimò, *differentia huius actionis à certi condictione, sumpta ex re petita, proponitur l. 1. in prin. ff. de condictione Triticaria, his uerbis:* Qui certam pecuniam numeratam petit, ille actione utitur, Si certum petatur: qui autem alias res, per Triticariam condictionem petet. Et generaliter dicendum est, omnes res per hanc condictionem peti, quæ sunt præter pecuniam numeraram: siue pondere, siue mensura constent: siue mobiles sint, siue soli. Quare fundum quoque per hanc actionem perimus, etsi uectigalis sit: siue etiam ius stipulatus quis sit: ueluti usumfructum, uel seruitutem utrorumq; prædiorum.

II. CAVSAE EX QVIBVS hæc actio competit.

*Ex ijsdem causis hæc actio competit, ex quibus etiam superior proxima, scilicet ex omni contractu & ex omni delicto ex quo certum petitur. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi pecunia numerata petatur. Quæ exceptio approbatur uerbis paulo superius propositis hisce:* Præter pecuniam numeratam. *Altera exceptio uidetur: Nisi res immobilis petatur. Hæc exceptio reprobatur uerbis s̄. propositis hisce:* Siue mobiles sint, siue soli, &c. *Tertia exceptio uidetur: Nisi res incorporalis petatur. Sed & hæc exceptio reprobatur uerbis s̄. propositis hisce:* Siue etiam ius stipulatus quis sit: ueluti usumfructū, &c. *Quarta exceptio est: Nisi suam rem quis petat. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur d. l. 1. §. fin. his uerbis:* Rem suam per hanc actionem nemo petet, nisi ex causis quibus potest: ueluti ex causa furtiua, uel mobili re ui abrepta. *Concordat Inst. de actionib. §. sic itaq; discretis. cuius uerba uide s̄. lib. 21. cap. 9. reg. 13. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi quis rem furto sibi ablatam condicat. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Veluti ex causa furtiua. *Cui concordat d. §. sic itaq; discretis. ibi: planè odio furum. Altera replicatio est: Nisi rem ui sibi ablatam quis condicat. Quæ replicatio approbatur uerbis s̄. propositis hisce:* Vel mobili re ui abrepta. *Concordat l. 2. ff. de condict. Tritic. his uerbis:* Sed & ei qui ui aliquem de fundo iecit, posse fundum condici, Sabinus scribit: & ita etiam Celsus. Sed ita, si dominus sit, qui deiectus condicat. Cæterùm si non sit: possessionem eum condicere Celsus ait.

III. QVID VENIT IN actione proposita?

I. Regula: *Si quis fundum, à quo ui deiectus est, condicat: quid ueniat condicendum, proponitur uerbis d. l. 2. iam propositis.*

II. Regula: *De æstimatione. Cuius temporis æstimatio debeatur, definitur l. 3. ff. de condict. Tritic. his uerbis:* In hac actione, si quæratur, res quæ petita est, cuius temporis æstimationem recipiat? uerius est quod Seruius ait, condemnationis tempus spectandum. Si uerò desierit esse in rebus humanis: mortis tempus, sed *οὐ πάντα* secundum Celsum, erit spectandum. Non enim debet nouissimum uitæ tempus æstimari, ne ad exiguum precium æstimatio redigatur, in seruo fortè mortiferè uulnerato. In utroque autem, si post moram deterior res facta sit, Marcellus scribit libro XX. habendam æstimationem quanti deterior res facta sit. Et ideo si quis post moram seruum eluscatum dederit, nec liberari eum. Quare ad tempus moræ in his erit reducenda æstimatio. *Hæc lex uidetur contradicere ijs quæ proposita sunt s̄. lib. proxim. cap. 8. reg. 3. Sed & contradicit sibijpsi: cum in principio tempus condemnationis, in fine tempus moræ spectandum asserat.*

*Quod alijs æstimandum relinquo.*

# DIGESTORVM LIBER TRICESIMVSOCTAVVS:

## DE VERBORVM OBLIGAtionibus.



*Voniam stipulatio & uerborum obligatio omnibus cõtractibus interuenire potest, eosq; in se transformare: a in speciali contractuum tractatione ab illa ordiemur, primum de ipsa stipulatione & uerborũ obligatione in genere dicturi, postea de actione ex stipulatu, postremò de quibusdam stipulationis speciebus.*

a l. 5. 4. conuentionales. ibi: quarum totidem. ff. de uerb. oblig.

### DE DEFINITIONE AC differentia stipulationis & uerborum obligationis. Cap. I.

P*Rima regula: Stipulatio & uerborum obligatio differũt quemadmodum causa & effectus. Stipulatio enim est ipsa uerborum conceptio, ex qua efficitur & nascitur illa obligatio uerborum. Alterum tamen pro altero sumi solet.*

II. *Regula: Definitur stipulatio l. 5. §. stipulatio. ff. de uerb. oblig. his uerbis:* Stipulatio est uerborum conceptio, quibus is qui interrogatur, daturum facturumúe se, quod interrogatus est, respondet.

III. *Regula: Verborũ obligatio definitur Inst. de uerb. oblig. in prin. his uerbis:* Verbis obligatio cõtrahitur ex interrogatione & respõsione, cũ quid dari fieriúe nobis stipulamur. *Concordat iisdem uerbis l. 1. §. uerbis. ff. de action. & oblig. Item cõcordat l. 52. §. uerbis. ff. eod. tt. his uerbis:* Verbis obligamur, cùm præcedit interrogatio, & sequitur cõgrua responsio. *Ista igitur interrogatio & secuta respõsio stipulatio dicitur: obligatio autẽ quæ ex ea nascitur, dicitur uerborum obligatio, ut s. est dictum.*

IIII. *Regula, De ratione nominis, proponitur Inst. de uerb. obli. §. 1. his uerbis:* Si stipulatio hoc nomine inde utitur, quòd stipulum apud ueteres firmum appellabatur, fortè à stipite descendens.

V. *Regula: Proprium stipulationũ est, quòd natura sua cautionales sint. Quæ regula approbatur l. 1. §. & sciendum. ff. de prætorijs stipulat. his uerbis:* Sciendum est, omnes stipulationes natura sua cautionales esse. hoc enim agitur in stipulationibus, ut quis cautior sit & securior interposita stipulatione.

VI. *Regula: Ex stipulatione duplex nascitur actio, certi uidelicet condictio, & ex stipulatu actio. De qua re uide j. cap. 10. reg. 1.*

### DE DIVISIONIBVS ET SPEciebus stipulationis. Cap. II.

P*Rima diuisio stipulationũ, sumpta ex causa efficiente, proponitur l. 5. in prin. ff. de uerbor. obligat. his uerbis:* Stipulationum aliæ iudiciales sunt, aliæ prætoriæ, aliæ conuentionales, aliæ cõmunes, prætoriæ & iudiciales. Iudiciales sunt, quæ duntaxat à mero iudicis officio proficiscuntur: ueluti de dolo cautio. Prætoriæ, quæ à mero prætoris officio proficiscuntur: ueluti damni infecti. Prætorias autẽ stipulationes sic exaudiri oportet, ut in his contineantur etiam ædilitię: nam & hę à iurisdictione ueniũt. Conuentionales sunt, quæ ex cõuentione reorum fiunt: quarum totidem genera sunt, quot penè dixerim rerum contrahẽdarum. Nam & ob ipsam uerborum obligationem fiunt, & pendent ex negocio contracto. Cõmunes sunt stipulationes: ueluti rem saluã fore pupillo. Nam & prętor iubet rem saluam fore pupillo caueri, & interdum iudex, si aliter expediri hæc res non potest. Item duplæ stipulatio uenit à iudice, aut ædilis edicto. *Hæc diuisio (ut dixi) sumpta est à causa stipulationis efficiente. Nam aut ultrò ac uolens quis stipulanti promittit, & dicitur stipulatio conuentionalis: aut coactus uel iudicis officio, & dicitur iudicialis: uel pretoris edicto, & dicitur pretoria: uel deniq; simul officio iudicis & edicto pretoris, & dicitur communis. Concordat Inst. de diuisione stipulationum, his uerbis:* Stipulationum aliæ sunt iudiciales, aliæ prætoriæ, aliæ conuentionales, aliæ communes, tam prætoriæ quàm iudiciales. Iudiciales sunt duntaxat, quæ à mero iudicis officio proficiscuntur: ueluti de dolo cautio, uel de persequendo seruo, qui in fuga est, restituendoúe precio. Prætoriæ sunt, quæ à mero prætoris officio proficiscuntur: ueluti damni infecti, uel legatorum. Prætorias autem stipulationes sic exaudiri oportet, ut in his etiam contineantur ædilitiæ. Nam & hæ à iurisdictione prætoris ueniunt. Conuentionales sunt, quæ ex conuentione utriusque partis concipiuntur: hoc est, neque iussu iudicis, neque iussu prætoris, sed ex conuentione contrahentium: quarum totidem genera sunt, &c.

II. *Diuisio stipulationum, sumpta ex re in stipulatum deducta, proponitur l. 2. in princip. ff. de uerborum obligationib. his uerbis:* Stipulationum quædam in dando, quædam in fa-

in faciendo conſiſtunt. *Concordat Inſt.eod. tt.§.non ſolùm, bis uerbis:* Non ſolùm res in ſtipulatum deduci poſſunt, ſed etiam facta: ut ſi ſtipulemur aliquid fieri, uel non fieri. Et in huiuſmodi ſtipulationibus optimum erit pœnam ſubijcere, ne quantitas ſtipulationis in incerto ſit, ac neceſſe ſit actori probare quòd eius interſit. Itaque ſi quis ut fiat aliquid.&c. *Reliqua uerba ui de ȝ.cap.11.ſpecie 2.reg.2.*

III. *Diuiſio ſtipulationum, itidem ex re in ſtipulatum deducta ſumpta, proponitur l.74. cum lege ſequente. ff. de uerb. obligat. bis uerbis:* Stipulationum quædam certæ ſunt, quædam incertæ. Certum eſt quod ex ipſa pronunciatione apparet, quid, quale, quãtum ſit: ut ecce aurei decem, fundus Tuſculanus, homo Stichus, tritici Africi optimi modij centum, uini Campani optimi amphoræ centum. Vbi autem non apparet, quid, quale, quantumque in ſtipulatione eſt: incertam eſſe ſtipulationem, dicendum eſt. Ergo ſi quis fundum ſine propria appellatione, uel hominem generaliter ſine proprio nomine, aut uinum frumentumúe ſine qualitate dari ſibi ſtipulatur: incertum deducit in obligationem, uſqueadeò ut ſi quis ita ſtipulatus ſit: Tritici Africi boni modios cẽtum: uini Campani boni amphoras centum? incertum uidetur ſtipulari: quia bono melius inueniri poteſt. Quo fit ut boni appellatio non ſit certę rei ſignificatius: cum id quod bono melius ſit, ipſum quoque bonum ſit. At cum optimum quis ſtipulatur: id ſtipulari intelligitur, cuius bonitas principalem gradum bonitatis habet. Quæ res efficit ut ea appellatio certi ſignificatiua ſit. Fundi certi ſi quis uſumfructum ſtipulatus fuerit, incertum intelligitur in obligationem deduxiſſe: hoc enim magis iure utimur. Illud dubitationem recipit: ſi quis id quod ex ea ancilla natum erit, aut fructus qui in fundo Tuſculano nati erunt, dari ſibi ſtipulatus ſit: an incertum ſtipulatus uideatur. Sed ipſa natura manifeſtiſsimum eſt, incerti eſſe hanc ſtipulationem. Sed qui uinum aut oleum, uel triticum, quod in horreo eſt, ſtipulatur: certum ſtipulari intelligitur. Qui uerò à Titio ita ſtipulatur, Quod Seius debet, dare ſpondes? & qui ita ſtipulatur, Quod ex teſtamento mihi debes, dare ſpondes? incertum in obligationem deducit, licet Seius debeat certum, uel ex teſtamento certum debeatur. Quãuis iſtæ ſpecies uix ſeparari poſsint ab ea, quam propoſuimus de uino, uel oleo, uel tritico, quod in horreo repoſitum eſt. Et adhuc occurrit, quòd fideiuſſores certum uideantur promittere: ſi modò & is pro quo obligentur, certum debeat: cum alioquin & ita interrogentur, Id fide tua eſſe iubes? Qui id quod in faciendo uel non faciendo conſiſtit, ſtipulatur, incertum ſtipulati uidetur: in faciendo, ueluti foſſam fodiri, domum ædificari, uacuã poſſeſsionem tradi. In non faciendo, ueluti per ſe non fieri, quo minus mihi per fundum tuum ire agere liceat: per te non fieri, quo minus hominem Erotem mihi habere liceat. Qui illud aut illud ſtipulatur: ueluti decem uel hominem Stichũ? utrum certum an incertum deducat in obligationem, non immeritò quęritur. Nam & res certæ deſignantur, & utra earum potius præſtanda ſit, in incerto eſt. Sed utcunque is ſibi electionem conſtituit adiectis his uerbis, Vtrum ego uelim: poteſt uideri certum ſtipulatus: cum ei liceat uel hominem tantùm, uel decem tantùm intendere ſibi dari oportere. Qui uerò electionem ſibi non conſtituit, incertum ſtipulatur. Qui ſortem ſtipulatur & uſuras quaſcunque, certum & incertum ſtipulatus uidetur: & tot ſtipulationes ſunt, quot res. Hæc ſtipulatio, Fundum Tuſculanum dari? oſtendit certum eſſe, continetque ut dominium omnimodo efficiatur ſtipulatoris quoquo modo. *Hactenus uerba quibus propoſita diuiſio approbatur, ſimul & definitione utriuſque generis & ſpecierum enumeratione declaratur: Vſus autem huius diuiſionis eſt, ut ſciamus quæ ex ſtipulatione naſcatur actio. Nam ex certa ſtipulatione, certi oritur condictio: ex incerta uerò datur actio ex ſtipulatu. de qua re uide ȝ.cap.10. regul.1. Ait in propoſita lege Iuriſconſultus:* Certum eſt quod ex ipſa pronunciatione apparet quid, quale, quantum ſit: ut ecce aurei decem, fundus Tuſculanus, homo Stichus, tritici Africi optimi modij centum, uini Campani optimi amphoræ centum. *Hiſce uerbis certa ſtipulatio definitur. Cui concordat l.6.ff. ſi certum petatur, bis uerbis:* Certum eſt, cuius ſpecies uel quantitas, quæ in obligatione uerſatur, aut nomine ſuo, aut ea demonſtratione, quæ nominis uice fungitur, qualia quantaúe ſit oſtenditur. Nam & Pedius libro primo de Stipulationibus, nihil referre ait, proprio nomine res appellentur, an digito oſtendantur, an uocabulis quibuſdam demonſtrentur, quatenus mutua uice fungantur, quæ tantundem præſtent.

*Certæ ſtipulationis ſpecies hæ ſunt: prima quidem, ſi quis certam pecuniæ ſummam ſtipuletur: ueluti aureos decem. Altera, ſi quis certum fundum ſtipuletur: ueluti fundum Tuſculanum. Tertia, ſi quis certum hominem ſtipuletur: ueluti Stichum. Quarta, ſi quis certi generis frumentum uel uinum optimum ſtipuletur. quæ quatuor exempla ſeu ſpecies uerbis iam dictis proponuntur hiſce:* Vt ecce aurei decem, fundus Tuſculanus, &c. *Quartæ ſpeciei concordant uerba paulo ſuperius propoſita hæc:* At cum optimum quis ſtipulatur, id ſtipulari intelligitur, cuius bonitas principalem gradum bonitatis habet. Quæ res efficit, ut ea appellatio certi ſignificatiua ſit. *Quinta certæ ſtipulationis ſpecies eſt: Si quis uinum, oleum uel triticum, quod in horreo eſt, ſtipuletur. quæ ſpecies proponitur uerbis ī. dictis hiſce:* Sed qui uinum, aut oleum, uel triticum, quod in horreo eſt, ſtipulatur: certum ſtipulari intelligitur. *Sexta ſpecies eſt: Si quis ita ſtipuletur, Decē aut Stichum, utrum ego uelim. quæ ſpecies proponitur uerbis ī. dictis hiſce:* Qui illud aut illud, &c. *De quo etiam paulò inferius. Septima ſpecies eſt: Si quis ita ſit ſtipulatus, Decem mihi aut Titio, utrum ego uelim, dare ſpondes? quæ tamen ſpecies partim certa eſt, partim incerta. de qua uide item J. de incerta ſtipulat. ſpecie 8. Octaua ſpecies eſt: Si quis certum quid dari ſit ſtipulatus. quæ ſpecies proponitur uerbis ī. dictis hiſce:* Hæc ſtipulatio, Fundum Tuſculanum dari? oſtendit certum eſſe, continetq; ut dominium omnimodo efficiatur ſtipulatoris quoquo modo. *Hæc de certa ſtipulatione. Incerta uerò ſtipulatio definitur uerbis ī. propoſitis hiſce:* Vbi autem non apparet, quid, quale quantumq; in ſtipulatione eſt: incertam eſſe ſtipulationem dicendum eſt. *Huius quoq; ſpecies ī. ſunt enumeratæ: prima quidem, ſi quis fundum ſine propria appellatione, uel hominem generaliter ſit ſtipulatus: altera, ſi quis uinum frumentumue ſine qualitate dari ſibi ſtipulatur. quæ duæ ſpecies proponuntur uerbis ī. dictis hiſce:* Ergo ſi quis fundum ſine propria appellatione, uel hominem generaliter ſine proprio nomine, aut uinum frumentumue ſine qualitate dari ſibi ſtipulatur: incertum deducit in obligationem. *Primæ ſpeciei concordat l. 106. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Qui ex pluribus fundis, quibus idem nomen impoſitum fuerat, unum fundum ſine ulla nota demonſtrationis ſtipulatur: incertum ſtipulatur, id eſt, eum fundum ſtipulatur, quem promiſſor dare uoluerit: tamdiu autem uoluntas promiſſoris in pendenti eſt, quamdiu id quod promiſſum eſt ſoluatur. *Tertia ſpecies eſt: Si quis bonum aliquod ſit ſtipulatus. quæ ſpecies approbatur uerbis ibidem propoſitis hiſce:* Si quis ita ſtipulatus ſit, Tritici Africi boni modios centum: uini campani boni amphoras centum? incertum uidetur ſtipulari: quia bono melius inueniri poteſt. Quo fit ut boni appellatio non ſit certæ rei ſignificatiua: cùm id quod bono melius ſit, ipſum quoque bonum ſit. *Quarta ſpecies eſt: Si quis uſumfructum ſtipuletur. quæ ſpecies proponitur uerbis ī. dictis hiſce:* Fundi certi ſi quis uſumfructum ſtipulatus fuerit, incertum intelligitur in obligationem deduxiſſe: hoc enim magis iure utimur. *Quinta incertæ ſtipulationis ſpecies eſt: Si quis partum futurum, uel fructus naſcituros ſit ſtipulatus. quæ ſpecies proponitur uerbis ſupradictis hiſce:* Illud dubitationem recipit, ſi quis id quod ex ea ancilla natum erit, aut fructus qui in fundo, &c. *Sexta ſpecies eſt: Si quis id quod in faciendo uel non faciendo conſiſtit, ſtipulatus ſit. quæ ſpecies approbatur uerbis ī. propoſitis hiſce:* Qui id quod in faciendo, aut non faciendo conſiſtit, &c. *Septima ſpecies eſt: Si quis unam rem ex duabus ſit ſtipulatus. quæ ſpecies approbatur, ſimul & diſtinguitur uerbis ī. propoſitis hiſce:* Qui illud aut illud ſtipulatur, &c. *Octaua ſpecies eſt: Si quis ſibi aut Titio dari ſit ſtipulatus. quæ ſpecies approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 118. §. fin. ff. de uerb. obligation. his uerbis:* Decem mihi aut Titio, utrum ego uelim, dare ſpondes? ex eo quod mihi dandum eſt, certi ſtipulatio eſt: ex eo quod illi ſoluendum, incerti. Finge mea intereſſe Titio potius quàm mihi ſolui: quoniam pœnam promiſeram, ſi Titio ſolutum non fuiſſet. *Nona ſpecies incertæ ſtipulationis eſt: Si quis uſuras quaſcunque ſit ſtipulatus. quæ ſpecies approbatur uerbis ī. propoſitis hiſce:* Qui ſortem ſtipulatur, & uſuras quaſcunque, certum & incertum ſtipulatus uidetur: & tot ſtipulationes ſunt, quot res. *Decima ſpecies eſt: Si quis pecuniam credi ſibi ſit ſtipulatus. quæ ſpecies approbatur l. 68. ff. de uerb. obligation. his uerbis:* Si pœnam ſtipulatus fuero, ſi pecuniam mihi non crediſſes: certa eſt & utilis ſtipulatio. Quòd ſi ita ſtipulatus fuero: Pecuniam te mihi crediturum ſpondes? incerta eſt ſtipulatio: quia id uenit in ſtipulationem, quod mea intereſt.

*IIII. Diuiſio ſtipulationum eſt, quòd alia ſit diuidua, alia indiuidua. quæ diuiſio approbatur, ſimul & declaratur l. 85. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide J. cap. 8. regul. 19.*

## *DE NVMERO STIPVLAtionum & obligationum. Cap. III.*

PRima regula: *Tot ſunt ſtipulationes, quot res in ſtipulationē ſunt deductæ. quæ regula approbatur l.29. in prin. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Scire debemus, in ſtipulationib. tot eſſe ſtipulationes, quot ſummæ ſunt: totq; eſſe ſtipulationes, quot ſpecies. ſecundum quod euenit, &c. *Reliqua uerba uide ſ. lib. prox. cap. 3. exception 31. replicat. 4. Concordat d. l. 29. §. at ſi quis illud, his uerbis:* Si quis illud & illud ſtipulatus ſit: tot ſtipulationes ſunt, quot corpora. *Concordat item l.31. in prin. ff. de collectione. cuius uerba uide J. lib. 42. cap. 6. quæſt. 2. reg. 4. Concordat item l.140. in prin. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide paulo inferius except. prox. Concordat item l.1. §. ſed ſi mihi. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. cap. prox. except. 23. repl. 6. Huius exemplum etiam eſt, ſi quis ſortem ſtipulatus ſit & uſuras. hoc enim caſu duæ ſunt ſtipulationes. cuius uerba uide ſ. cap. prox. diuiſ. 3. ſpecie incertæ ſtipulationis 9. Idem eſt, ſi quis aliquid dari uel fieri ſit ſtipulatus, & niſi fiat, pœnam dari. quod exemplum proponitur l.1. §. fin. ff. de ſtipul. ſeruorum, his uerbis:* Cùm ſeruus communis Titij & Mæuij ſtipuletur in hunc modum, Decem calendis Titio date ſpondes? Et ſi decem calendis Titio non dederis: tunc Mæuio uiginti date ſpōdes? duæ ſtipulationes eſſe uidentur. Sed ſi calendis decem data non fuerint, uterq; dominus ex ſtipulatu agere poterit: & ſecunda obligatione Mæuio commiſſa, Titius exceptione doli mali ſubmouebitur. *Concordat l.43. §. fin. ff. de action. & obligat. cuius uerba uide J. ca. 10. reg. 6. Cōcordat itē l.9. ibi: ſed in pœna. ff. de ſeruis exportandis. cuius uerba uide J. lib. 41. cap. 9. quæſt. 1. except. 3. repl. 1. Aliud exemplum proponitur l.126. §. 1. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide J. lib. 42. cap. 10. except. 36. Planè propoſitæ regulæ exceptio hæc eſt: Niſi ſingulæ res non fuerint ſpecialiter expreſſæ in ſtipulatione, nec ſeparatim propoſitæ. quæ exceptio approbatur l.86. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Quod dicitur tot ſtipulationes eſſe, quot res: ibi locum habet, ubi res exprimuntur ſtipulatione. Cæterùm ſi non fuerint expreſſæ, una eſt ſtipulatio. *Huius exceptionis exempla proponuntur l.29. §. 1. ff. eod. tt. his uerbis:* Quamuis placuerit tot eſſe ſtipulationes, quot ſummæ: totque eſſe ſtipulationes, quot res: tamen ſi pecuniam quis quæ in conſpectu eius eſt, ſtipulatus ſit, uel aceruum pecuniæ: non tot ſunt ſtipulationes, quot nummorum corpora, ſed una ſtipulatio. nam per ſingulos denarios ſingulas eſſe ſtipulationes, abſurdum eſt. Stipulationem quoq; legatorum conſtat unam eſſe, quamuis plura corpora ſint, uel plura legata. Sed & familiæ uel omnium ſeruorum ſtipulatio una eſt. Itemq; quadrigæ, aut lecticariorum ſtipulatio una eſt. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi pluribus ſpecialiter pactis una ſtipulatio ſubijciatur. tunc enim, quamuis non ſingula ſeparatim in ſtipulatione repetantur: tamen tot ſtipulationes ſunt, quot res antea ſpecialiter in pactum deducta. quæ replicatio approbatur l. 134. §. fin. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Paulus reſpondit, quoties pluribus ſpecialiter pactis ſtipulatio una omnibus ſubijcitur: quamuis una interrogatio & reſponſum unum ſubijciatur: tamen perinde haberi, ac ſi ſingulæ ſpecies in ſtipulationem deductæ fuiſſent. *Concordat l.140. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Pluribus rebus præpoſitis, ita ſtipulatio facta eſt: Ea omnia quæ ſuprà ſcripta ſunt dari? propius eſt ut tot ſtipulationes, quot res, ſint. *Hæc de prima regula eiusq; exceptione.*

II. Regula: *Si quis annua, bima, trima die dari ſtipulatus ſit: tres ſunt ſtipulationes, non una. quæ regula approbatur d. l. 140. §. 1. his uerbis:* De hac ſtipulatione, Annua, bima, trima die id argentum quoquo die dari? apud ueteres uariatum fuit. Sed uerius eſt, & hic tres eſſe trium ſummarum ſtipulationes.

III. Regula: *Stipulatio in annos ſingulos una eſt, non plures. quæ regula approbatur l. 16. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Stipulatio huiuſmodi, In annos ſingulos: una eſt, & incerta, & perpetua: non autem quemadmodum ſimile legatum, morte legatarij finitur.

IIII. Regula: *Si quis eandem rem pluribus diuerſo tempore promiſerit: plures ſunt ſtipulationes. quæ regula approbatur Inſt. de duob. reis ſtipul. in princip. ibi: nam ſi prius. cuius uerba uide J. cap. 12. regul. 1.*

V. Regula: *Si reorum promittendi uel ſtipulandi alter alteri hæres extiterit: duas obligationes, non unam ſuſtinet. quæ regula approbatur l. 13. ff. de duobus reis conſtit. his uerbis:* Si reus promittendi alteri reo hæres extiterit: duas obligationes ſuſtinere eum, dicendum eſt. Nam ubi quidem altera differentia obligationum eſſe poſsit (ut in fideiuſſore & reo principali) conſtat alteram ab altera perimi: cum uerò duæ eiuſdem poteſtatis ſint, non poteſt reperiri, quare altera potius quàm altera conſumatur. Ideoque, etſi reus ſtipulandi hæres extiterit: duas ſpecies obligationis eum ſuſtinere. *Concordat l.5. §. eſt autem ſpecies. ff. de fideiuſſorib. cuius uerba uide J. lib. 42. cap. 18. reg. 5.*

VI. Regula: *Si creditorū uel debitorum eiuſdē rei*

alter

*alter alteri hæres extiterit: duæ obligationes in unius persona concurrunt. quæ regula approbatur l.10. ff. de action. empti, his uerbis:* Non est nouum, ut duæ obligationes in eiusdem persona de eadem re concurrant. Cùm enim is qui uenditorem obligatum habeat, ei hæres extiterit qui eundem uenditorem habebat obligatum: constat duas esse actiones in eiusdem persona concurrentes, propriã & hæreditariam, & debere hæredem instituum (si uelit) separatim duarum actionũ commodo uti: ante aditam hæreditatem proprium uenditorem conuenire, deinde adita hæreditate hæreditarium. Quòd si prius adierit hæreditatem: unam quidem actionem mouere potest, sed ita ut per eã utriusq; cõtractus sentiat cõmodũ. Ex contrario quoq;, si uenditor uenditori hęres extiterit: palàm est, duas euictiones eum pręstare debere. *Concordat l.21. §. non est nouum, in fine. ff. de fideiussoribus. cuius uerba uide ⁊. reg. prox. Sed plura de hac re dicentur in Commentar. liberationum, de confusione obligat.*

VII. *Regula: Si idem primùm in diem, deinde purè fideiusserit: duas obligationes sustinet. quæ regula approbatur d. §. non est nouum, his uerbis:* Non est nouum, ut fideiussor duabus obligationibus eiusdem pecuniæ nomine teneatur. Nam si in diem acceptus, mox purè accipiatur: ex utroq; obligabitur. Et si fideiussor confideiussori hæres extiterit: idem erit.

VIII. *Regula: Si stipulatio alicui contractui interueniat: non duæ nascuntur obligationes, sed una uerborum. quæ regula approbatur l.126. §. Chrysogonus. ibi: superest. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Quoties mutuam pecuniam dantes eandem stipulamur: non duæ obligationes nascuntur, sed una uerborum. *Concordat l.6. in fine, cum lege sequente. ff. de nouationib. cuius uerba uide ⁊. lib. 48. cap. 14. quæst. 4. except. 12. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi stipulatio sit inutilis. Hæc exceptio approbatur ibidem his uerbis:* Planè si præcedat numeratio, sequatur stipulatio (inutilis:) non est dicẽdum, recessum esse à naturali obligatione. *Concordat l.9. §. numeraui. ff. si certum petatur, his uerbis:* Numeraui tibi decem, & hæc alij stipulatus sum: nulla est stipulatio. An condicere decem per hanc actionem possim, quasi duobus contractibus interuenientibus: uno qui re factus est, id est numeratione, alio qui uerbis, idq; inutiliter: quoniam alij stipulari non potui? & puto posse. Idẽ erit, si à pupillo fuero sine tutoria authoritate stipulatus, cui tutore authore credidi: nam & tunc manebit mihi condictio ex numeratione. Idem quæri potest, etsi quod tibi numeraui, sub impossibili cõditione stipuler. Cùm enim nulla sit stipulatio: manebit condictio. Sed etsi ei numerauero, cui postea bonis interdictum est, mox ab eo stipuler: puto pupillo eum comparandum: quoniam & ipse stipulando sibi adquirit. *Concordat item l.3. C. de contrah. stipul. cuius uerba uide ⁊. lib. prox. cap. 2. exception. 26. repl. 14.*

## *DE EXCEPTIONIBUS ADuersus stipulationem: seu de inutilibus stipulationibus. Cap. IIII.*

*Regulariter quidem stipulatio utilis præsumitur, paritq; actionem ex stipulatu, si quidem incerta est: sin uerò certa, parit certi condictionem, ut infrà demonstrabitur. recipit tamen hæc regula plures exceptiones pro qualitate & uarietate personarum tam stipulantis quàm promittentis, rei in stipulationem deductæ, causæ, modi & aliarum circumstantiarum. de quibus ordine dicendum: & primùm de ijs quæ sumuntur ex persona stipulantis.*

I. EXCEPTIO: *Nisi infans uel infanti proximus stipulatus sit. Hæc exceptio approbatur l.1. in prin. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Stipulatio non potest confici, nisi utroq; loquente. Et ideo neq; mutus, neq; surdus, neq; infans stipulationem contrahere possunt, nec absens quidem: quoniam exaudire inuicem debent. *Concordat Inst. de inutil. stipul. §. pupillus, his uerbis:* Pupillus omne negocium rectè gerit: ita tamen, ut ubi tutoris authoritas necessaria sit, adhibeatur tutor: ueluti si ipse obligetur. Nam alium sibi obligare etiam sine tutoris authoritate potest. Sed quod diximus de pupillis, utiq; de ijs uerum est, qui iam habent aliquem intellectum. Nam infans, & qui infantiæ proximus est, non multũ à furioso distant: quia huiusmodi ætatis pupilli nullum habent intellectũ. Sed in proximis infantiæ, propter utilitatem eorum, benignior iuris interpretatio facta est, ut idem iuris habeãt, quod pubertati proximi. *Concordat item l.1. §. furiosum. ff. de action. & obligat. cuius uerba uide ⁊. lib. 36. cap. 3. except. 1. repl. 1. Infans autem definitur minor septem annis, l. 18. in princip. C. de iure deliberandi. cuius uerba uide ⁊. lib. 30. cap. 2. regul. 1. exception. 5. replicat. 6. Huius exceptionis exemplum proponitur l.70. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Mulier quæ dotem dederat populari meo Glabrioni Isidoro, fecerat eum promittere dotem, si in matrimonio decessisset, infanti: & decesserat constante matrimonio. placebat ex stipulatu actionem non esse: quoniam qui fari non poterat, nec stipulari poterat. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi septimum*

*mum annum excesserit & loqui possit. tunc enim, quamuis infantiæ sit proximus, stipulatio tamen ualet. quæ replicatio approbatur uerbis Inst. paulo superius propositis hisce:* Sed in proximis infantiæ, propter utilitatem eorum, benignior iuris interpretatio facta est, ut idem iuris habeant, quod pubertati proximi. *Concordat d. §. furiosum. ff. de action. & obligat. Huius duplicatio uidetur: Nisi sine tutoris authoritate sit stipulatus. Sed hæc duplicatio reprobatur uerbis Inst. s̄. propositis hisce:* Nam alium sibi obligare etiam sine tutoris authoritate potest. *Concordat l. 7. C. de contrah. stipul. his uerbis:* Neque tutoris neq; curatoris absentia quidquam stipulationi nocet: cum & fœminam minorem uiginti quinq; annis absente curatore stipulari posse non ambigatur.

II. EXCEPTIO: *Nisi furiosus stipulatus sit. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. furiosum. ff. de act. & obligat. cuius uerba (ut dixi) uide s̄. lib. 16. cap. 3. except. 1. repl. 1. Concordat Inst. de inutilib. stipulat. §. furiosus. cuius uerba uide s̄. lib. 16. cap. 3. exception. 2.*

III. EXCEPTIO: *Nisi mutus uel surdus stipulatus sit. Hæc exceptio approbatur l. 1. in prin. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide s̄. except. 1. Concordat Inst. de inutilib. stipulat. §. mutum, his uerbis:* Mutum neq; stipulari, neq; promittere posse, palàm est. Quod & in surdo receptum est: quia & is qui stipulatur, uerba promittentis, & is qui promittit, uerba stipulátis audire debet. Vnde apparet, non de eo nos loqui, qui tardius exaudit, sed de eo qui omnino non audit. *Concordat item l. 1. §. fin. ff. de action. & obligat. his uerbis:* Mutum nihil pertinere ad uerborum obligationem, natura manifestum est: sed & de surdo idē dicitur, qui etiamsi loqui possit, siue promittat, uerba stipulantis exaudire debet: siue stipuletur, debet exaudire uerba promittentis. Vnde apparet, non de eo nos loqui, qui tardius exaudit, sed qui omnino non exaudit. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi tardius exaudiat uel loquatur. quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Vnde apparet, non de eo nos loqui, &c. *Altera replicatio est: Nisi per seruos suos stipulentur. quæ replicatio approbatur l. 1. §. 1. ff. de uerb. obligation. his uerbis:* Si quis ex his uult stipulari, per seruum præsentem stipuletur, & adquiret ei ex stipulatu actionem. Item si quis obligari uelit: iubeat, & erit quod iussu obligatus. *Ait Iurisconsultus.* Ex his: *scilicet muto, surdo, infante, & absente, de quibus antea erat locutus.*

IIII. EXCEPTIO: *Nisi is cui bonis interdictum est, sit stipulatus. Hæc exceptio reprobatur l. 6. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide J. exception. 8.*

V. EXCEPTIO: *Nisi inter absentes stipulatio sit facta. Hæc exceptio approbatur Inst. de inutilib. stipulat. §. item uerbor. his uerbis:* Verborum obligatio inter absentes concepta, inutilis est. *Concordat l. 1. in prin. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide s̄. exception. 1. Item concordat l. 3. in prin. C. de inutilib. stipulat. cuius uerba uide s̄. lib. 15. cap. 6. except. 7. repl. 2. Item concordat l. 137. in prin. ibi: & comminus responderi. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide J. except. 20. Planè qui dicit inter absentes stipulationem conceptam, id probare tenetur. de qua re uide J. cap. 9. reg. 2. Hactenus exceptiones desumptæ ex persona stipulantis: sequuntur nunc eæ quæ sumuntur ex personà promittentis.*

VI. EXCEPTIO: *Nisi pupillus promiserit. Hæc exceptio approbatur l. 1. C. de inutilib. stipulat. his uerbis:* Ex stipulatione, in qua impubes sine tutore authore spopondisti: non es obligatus. *Planè exceptio hæc fideiussori pupilli non datur: quod replicationis loco notandum. quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur l. 127. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Si pupillus sine tutoris authoritate Stichum promittat, & fideiussorem dederit, seruus autem post moram à pupillo factam decedat: nec fideiussor erit propter moram pupilli obligatus. Nulla enim intelligitur mora ibi fieri, ubi nulla petitio est. Esse autem fideiussorem obligatum ad hoc, ut ui uo homine conueniatur, uel ex sua mora postea. *Ait Iurisconsultus:* Esse autem fideiussorem obligatū, &c. *Hisce uerbis replicatio proposita approbatur. Cuius rationem uide s̄. lib. 36. cap. 1. de naturali obligat. quarto proprio. Eius autē duplicatio hæc est: Nisi res promissa interierit. quæ duplicatio etiam uerbis iam propositis approbatur: de qua re uide alibi causas liberationum. Plura de replicatione proposita uide J. lib. 45. cap. 1. quæst. 2. except. 12. repl. 1. sed & plures propositæ exceptionis replicationes uide s̄. lib. 36. cap. 2. except. 1.*

VII. EXCEPTIO: *Nisi minor uiginti quinq; annis promiserit. Hæc exceptio reprobatur per ea quæ proposita sunt s̄. d. except. 1. repl. 6.*

VIII. EXCEPTIO: *Nisi is cui bonis interdictum est, promiserit. Hæc exceptio approbatur l. 6. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Is cui bonis interdictum est, stipulando sibi adquirit: tradere uerò, uel promittendo obligari non potest. Et ideo nec fideiussor pro eo interuenire poterit, sicuti nec pro furioso. *Declaratur exceptio proposita l. 1. in prin. ff. de curatorib. furioso. cuius uerba uide s̄. lib. 17. cap. 4. quæst. 2. except. 34. repl. 4.*

IX. EXCEPTIO: *Nisi furiosus promiserit. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s̄. lib. 36. cap. 3. except. 2.*

X. Ex-

X. EXCEPTIO: *Niſi mutus uel ſurdus promiſerit. Hæc exceptio approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſ̄.except.3.*

XI. EXCEPTIO: *Niſi filiusfamiliâs promiſerit. Hæc exceptio reprobatur per ea quæ propoſita ſunt ſ̄.lib.36.cap.3.except.4. Planè admittitur exceptio propoſita in filiofamiliâs impubere, l. 141.§.pupillus.ff.de uerb.obligat.his uerbis:* Pupillus licet ex quo fari cœpit, rectè ſtipulari poteſt: tamen ſi in parentis poteſtate eſt, ne authore quidē patre obligatur. Pubea uerò qui in poteſtate eſt, perinde ac pater familiâs obligari ſolet. Quod autem in pupillo dicimus, idem & in filiafamiliâs impubere dicendum eſt.

XII. EXCEPTIO: *Niſi ſeruum promiſerit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur per ea quæ propoſita ſunt ſ̄.lib.36.cap.3.exception.3.*

XIII. EXCEPTIO: *Niſi inter patrem & filium, uel dominum & ſeruum ſtipulatio ſit contracta. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur d.cap.3.except.5 & 6. Hactenus exceptiones ex perſona tam ſtipulantis quàm promittentis deſumptæ. Sequuntur nunc exceptiones rei in ſtipulatum deductæ.*

XIIII. EXCEPTIO: *Niſi legibus prohibitum ſit id quod in ſtipulatum deductum eſt. Hæc exceptio approbatur l. 35. §. item quod. ff. de uerb.obligat.his uerbis:* Quod leges fieri prohibent, ſi perpetuam cauſam ſeruaturum eſt, ceſſat obligatio: ueluti ſi ſororem nupturam ſibi aliquia ſtipuletur quanquam, etiamſi non ſit perpetua cauſa (ut accidit in ſorore adoptiua) idem dicendum ſit: quia ſtatim contra bonos mores ſit. *Concordat l.7.§.& generaliter.ibi: Marcellus.ff.de pactis.cuius uerba uide ſ̄.lib.prox.cap.4.repl.2. Item concordat Inſt.de inutilib.ſtip ul.§. quod turpi, his uerbis:* Quod turpi ex cauſa promiſſum eſt, ueluti ſi quis homicidium uel ſacrilegium ſe facturum promittat: non ualet. *Concordat item l.26. cum lege ſequente. ff. de uerb. obligat.his uerbis:* Generaliter nouimus, turpes ſtipulationes nullius eſſe momenti: ueluti ſi quia homicidium uel ſacrilegiū promittat ſe facturum. Sed & officio quoque prætoris continetur, ex huiuſmodi obligationibus actiones denegari. *Reliqua ad propoſitam exceptionem pertinentia uide ſ̄. lib. prox.cap.3.except.17.*

XV. EXCEPTIO: *Niſi id quod pondere, numero uel menſura continetur, ſine adiectione ponderis, numeri uel menſuræ in ſtipulatum ſit deductum. Hæc exceptio approbatur l.115. in prin.ibi: non ſecus.ff.de uerb.obligat.cuius uerba uide ſ̄. lib. prox. cap. 14. reg. 7. Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi ex antecedentibus et alijs coniecturis de pondere, numero uel menſura conſtet. quæ replicatio approbatur l. 94. ff. eod. tt. his uerbis:* Triticum dari oportere ſtipulatus eſt aliquis. Facti quæſtio eſt, non iuris. Igitur ſi de aliquo tritico cogitauerit, id eſt, certi generis, & certæ quantitatis: id habebitur pro expreſſo. Alioquin, ſi cū deſtinare genus & modū uellet, non fecerit: nihil ſtipulatoa uidetur: nec igitur unum quidem modium.

XVI. EXCEPTIO: *Niſi fundus in genere ſine nomine in ſtipulationem ſit deductus. Hæc exceptio approbatur d.uerſ.non ſecus.*

XVII. EXCEPTIO: *Niſi quis domū ædificari ſtipulatus ſit, non adiecto loco. Hæc exceptio approbatur d.uerſ. non ſecus. Cui concordat l. 95.ff.eod.tt.his uerbis:* Qui inſulam fieri ſtipulatur, ita demum adquirit obligationem, ſi appareat quo in loco fieri inſulam uoluerit, & ibi inſulam fieri eius interſit. *Concordat item l.2. §. ſi quis inſulam.ff. de eo quod certo loco, his uerbis:* Si quis inſulam fieri ſtipuletur, & locum non adijciat: non ualet ſtipulatio. *Huius exceptionis eadem replicatio eſt, quæ ſuperioris 15.*

XVIII. EXCEPTIO: *Niſi cùm conueniſſet ut certo die quid fieret, dies in ſtipulatione per errorem ſit omiſſus. Hæc exceptio approbatur l.115.in prin. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide ſ̄. lib.36.cap.14.reg.7.*

XIX. EXCEPTIO: *Niſi incertum tempus in ſtipulationem ſit deductum. Hæc exceptio reprobatur per exempla ſ̄.d.cap.14.reg.5. Nunc ſequuntur exceptiones contra ſtipulationem ex alijs circumſtantijs, quàm ex perſonis uel rebus ſtipulationis deſumptæ.*

XX. EXCEPTIO: *Niſi non continuo actu ſtipulatio facta ſit. Hæc exceptio approbatur l.137.in prin.ff.de uerb.obligat. his uerbis:* Continuus actus ſtipulantis & promittentis eſſe debet: ut tamen aliquod momentum naturæ interuenire poſsit: & comminus reſponderi ſtipulanti oportet. Cæterùm ſi poſt interrogationem aliud agere cœperit: nihil proderit, quamuis eadem die ſpondiſſet. *Concordat l.1.§.qui præſens.ff. eod. tt.his uerbis:* Qui præſens interrogauit, ſi antequam reſponderetur, diſceſsit: inutilem efficit ſtipulationem. *Concordat item l.11.in prin.ff. de duob. reis conſtit.cuius uerba uide ſ̄.cap 12.reg.2.except.3. Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi modicum tempus, item modicus actus interuenerit. quæ replicatio approbatur l.6.§.fin.ff.de duob.reis conſtit.his uerbis:* Duo rei ſine dubio ita conſtitui poſſunt, ut & temporis ratio habeatur, intra quod uterq; reſpondeat: modicum tamen interuallum temporis, item modicus actus, qui modò contrarius obligationi non ſit, nihil impedit quo minus duo rei ſint. Fideiuſſor quoq; interrogatus inter duorum reorum reſpō-

ſa, ſi

sa, si responderit, potest uideri non impedire obligationem reorum: quia nec longum spaciũ interponitur, nec is actus est, qui contrarius sit obligationi. *Concordat l. 1. §. qui præsens. ibi: si uerò. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Si præsens interrogauit, & antequam responderetur discesserit, & reuersus responsum est: obligat. Interuallum enim medij temporis modicum non uitiauit obligationem.

XXI. EXCEPTIO: *Nisi non solennibus uerbis stipulatio sit facta. Hæc exceptio iure quidem antiquo approbatur Inst. de uerb. obligat. his uerbis:* In hac re olim talia uerba tradita fuerunt, Spondes? spõdeo: promittis? promitto: fidepromittis? fide promitto: fideiubes? fideiubeo: dabis? dabo: facies? faciam. Vtrum autem Latina, an Græca, uel qualibet alia lingua stipulatio concipiatur, nihil interest, scilicet si uterq; stipulantium intellectum eius linguæ habeat, nec necesse est eadẽ lingua utrunq; uti, sed sufficit congruenter ad interrogata respondere. Quinetiam duo Græci Latina lingua obligationem contrahere possunt. *Planè iure nouo exceptio proposita reprobatur ibidem, his uerbis:* Sed hæc solennia uerba olim quidem in usu fuerunt. postea uerò Leonina constitutio lata est, quæ solennitate uerborum sublata, sensum & consonantem intellectum ab utraq; parte solùm desiderat, quibuscunq; tandem uerbis expressum est. *Au. Imp. Leonina constitutio. Hæc constitutio habetur l. 10. C. de contrah. stipul. his uerbis:* Omnes stipulationes, etiamsi non solennibus uel directis, sed quibuscunq; uerbis consensu contrahentium compositæ sint, uel legibus cognitę: suam habeãt firmitatem. *Huius exceptionis reprobatæ exemplum proponitur l. 12. C. de fideiussorib. his uerbis:* Blanditus tibi est, qui non teneri te persuasit, quòd cum pro alio interuenires, ὅτι ὕψ θέ λεις ποιῶν (id est, quod uis faciam) dixisti: cum & his uerbis obligationem uerborũ contrahi, pridem receptum sit. *Aliud exemplũ proponitur l. 1. §. si quis ita. ff. de uerb. oblig. his uerbis:* Si quis ita interroget, Dabis? & respõderit, Quid ni? is utiq; in ea causa est, ut obligetur. Contrà si sine uerbis adnuisset: non tantùm enim nõ ciuiliter, sed nec naturaliter obligatur, qui ita adnuit. Et ideo rectè dictum est, non obligari pro eo ne fideiussorem quidem.

XXII. EXCEPTIO: *Nisi interrogatus uerbis non responderit. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce.* Contrà si sine uerbis adnuisset: non tantùm enim non ciuiliter, sed nec naturaliter obligatur, qui ita adnuit, &c. *Huius exceptionis replicatio est: Nisi non uerborum obligatio, sed alia quæ solo consensu consistit, contrahatur. quæ replicatio approbatur l. 35. §. fin. ff. de uerb. oblig. his uerbis:* Si in locando, conducendo, uendendo, emẽdo ad interrogationem non responderit: si tamen consentiant in id quod responsum est, ualet quod actum est: quia hi contractus non tam uerbis quàm consensu confirmantur.

XXIII. EXCEPTIO: *Nisi aliter ac interrogatus est, responderit. Hæc exceptio approbatur Inst. de inutil. stipul. §. præterea inutilis, hisce uerbis:* Inutilis est stipulatio, si quis ad ea quæ interrogatus fuerit, non respondeat: ueluti si quis decem aureos à te dari stipuletur, tu quinq; promittas, uel contrà. Aut si ille purè stipuletur, tu sub cõditione promittas, uel cõtrà. si modò scilicet id exprimas, id est, si cui sub conditione uel in diẽ stipulanti tu respondeas: Præsenti die spõdeo. Nam si hoc solum respõdeas, Promitto: breuiter uideris in eandem diem uel conditionem spopondisse. Neq; enim necesse est in respondendo eadem omnia reperi, quæ stipulator expresserit. *Concordat l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Si quis simpliciter interrogatus, sub conditione responderit, Si illud factũ erit, dabo: non obligari eum constat. Et si ita interrogatus, Intra calendas quintas? respõderit, Dabo idibus? æquè non obligatur. Non enim sic respondit, uti interrogatus est. Et uersa uice, si interrogatus sub conditione, responderit purè: dicendum erit, eũ non obligari. *Concordat item d. l. 1. §. cum adijcitur. cuius uerba uide J. repl. prox. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi diuersitas responsionis stipulatori illico placuerit. quæ replicatio approbatur d. §. cũ adijcitur. his uerbis:* Cùm adijcitur aliquid, uel detrahitur obligationi: semp probandum est, uitiatam esse obligationẽ: nisi stipulatori diuersitas responsionis illico placuerit. tunc enim alia stipulatio cõtracta esse uidetur. *Altera replicatio est: Nisi quædam extrinsecus, & nihil ad præsentem actum pertinentia, adiecta fuerint stipulationi. quæ replicatio approbatur l. 65. in prin. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Quæ extrinsecus, & nihil ad præsentem actum pertinentia adieceris stipulationi: pro superuacuis habebuntur, nec uitiabunt obligationem: ueluti si dicas, Arma uirũq; cano, spondeo: nihilominus ualet. *Tertia replicatio est: Nisi alia lingua respondeatur. quæ replicatio approbatur per ea quæ proponuntur J. except. prox. Quarta replicatio est: Nisi plur bus rebus à stipulatore propositis, uno uerbo sit responsum. hoc enim casu, quamuis non singula in responsione repetita sunt, ualet tamen stipulatio. quæ replicatio approbatur Inst. de inutilib. stipulat.*

*pulat.§.præterea inutilis.ibi: nam si hoc solùm. cuius uerba uide s.ead.except.in prin. Concordat Inst. eod.tt.§. quoties. cuius uerba uide J. repl. proxim. Quinta replicatio est: Nisi pluribus rebus à stipulatore expreßis, promissor unam ex his uel quasdam se daturum spoponderit: in his enim nihilominus obligatio ualet, quamuis quasdam res stipulationi in respondendo detraxerit. quæ replicatio approbatur d.§. quoties, his uerbis:* Quoties plures res una stipulatione comprehenduntur: si quidem promissor simpliciter respōdeat, Dare spondeo: propter omnes tenetur. Si uerò unam ex his, uel quasdam daturum se spoponderit: obligatio in ijs, pro quib. spoponderit, contrahitur. Ex pluribus enim stipulationibus una uel quædam uidentur esse perfectæ: singulas enim res stipulati, & ad singulas respōdere debemus. *Concordat l.83.§ si stipulante. ibi: item si ego. ff. de uerb.obligat.his uerbis:* Si stipulaute me Stichum aut Pamphilum, tu unum daturum te spoponderis: constat non teneri te, nec ad interrogatum esse responsum. Diuersa causa est summarum: ueluti, Decē aut uiginti dare spondes? hic enim, etsi decē spopōderis, rectè responsum est: quia semper in summis id quod minus est, sponderi uidetur. Itē si ego plures res stipuler, Stichū puta & Pamphilum: licet unum spopōderis, teneris: uideris enim ad unam ex duabus stipulationibus respondisse. *Ait Iurisconsultus:* Tu unum daturum te spoponderis. *Subintellige aliquem hominem, siue Stichum, siue Pamphilum, siue alium quemcunq;. Aliud exemplum est, si me uiginti interrogante, tu decem respondeas. quod proponitur l.1.§.si stipulanti.ibi: ex contrario. ff. de uerb.obligat. his uerbis:* Si me uiginti interrogante, tu decem respondeas: obligatio nisi in decem non erit contracta. licet enim oporteat cōgruere summam, attamē manifestißimum est uiginti & decem inesse. *Sexta replicatio est: Nisi in respondendo summa uel species sit adiecta. hoc enim casu nihilominus summa uel species in interrogatione contenta debetur, quamuis adiecta in responsione non debeatur, quæ replicatio approbatur d.§. si stipulanti, his uerbis:* Si stipulanti mihi decem, tu uiginti respondeas: non esse contractam obligationem, nisi in decem, constat. *Idem approbatur in stipulatione specierum d.l.1.§.sed etsi mihi, his uerbis:* Sed etsi mihi Pamphilum stipulanti, tu Pamphilū & Stichum responderis: Stichi adiectionē pro superuacuo habendam puto. Nam si tot sunt stipulationes, quot sunt corpora: duæ sunt quodammodo stipulationes, una utilis, alia inutilis: neq; uitiatur utilis per hanc inutilem. *Septima replicatio est: Nisi ita interroganti, Mihi aut Titio dare spōdes? tu respondeas, te mihi daturum. ualet enim stipulatio, quamuis minus sit in responsione, quàm est in interrogatione. quæ replicatio approbatur l.141.§. si ita stipulatus. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Si ita stipulatus fuero, Mihi aut Titio? & tu mihi daturum te respondeas: secundum omnium opinionem ad interrogatum te respondere: quia constat, mihi soli adquiri obligationem, Titio autem duntaxat rectè soluitur. *Octaua replicatio est: Nisi in rei quæ promittitur, uel personæ appellatione uarietur. Hæc replicatio approbatur l.136.in prin. ff. de uerb. oblig. his uerbis:* Si sub una significatione diuersis nominibus ea res quæ in stipulationem deducitur, appellatur: non infirmat obligationem, si alter altero uerbo utatur. *Concordat l.65.§.fin.ff. eod.tt.his uerbis:* Etsi in rei quæ promittitur, aut personæ appellatione uarietur: non obesse placet. Nam stipulanti denarios, eiusdem quantitatis aureos spondēdo obligaberis: & seruo stipulanti Lucio domino suo, si Titio, qui idem sit, daturum te spondeas: obligaberis. *Nona replicatio est: Nisi in ijs contractibus, qui solo cōsensu fiunt, ad interrogationem non sit responsum. hoc enim casu nihilominus contractus ualet. quæ replicatio approbatur l.35.§.fin. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide s.except. prox.repl.1. Hæc de uicesimatertia exceptione.*

XXIIII. EXCEPTIO: *Nisi alia lingua respondeatur, quàm interrogatio facta est. Hæc exceptio reprobatur l.1.§. eadem. ff. de uerb.oblig. his uerbis:* Eadem an alia lingua respondeatur, nihil interest. Proinde si quis Latinè interrogauerit, & respondeatur ei Grecè, dūmodo cōgruenter respōdeatur, obligatio cōstituta est. Idē per cōtrariū. Sed utrū hoc usq; ad Grecū sermonē tātùm protrahimus, an uerò & ad aliū, Pœnū fortè uel Assyriū, uel cuius alterius lingue, dubitari potest? Et extat scriptura Sabini, sed & uerū patitur, ut omnis sermo cōtineat uerbōrū obligationē: ita tamē ut uterq; alterius linguā intelligat, siue per se siue per uerum interpretē. *Concordat Inst.eod.tt.§.utrum autem Latina. cuius uerba uide s.except.21.in prin.*

XXV. EXCEPTIO: *Nisi falsa demonstratio, uel falsa causa stipulationi interuenerit. quæ tamē exceptio reprobatur exēplo l.21.ff.de uerb.obligat.his uerbis:* Si diuortio facto ea quæ nihil in dote habeat, dotis nomine cētū dari stipuletur: uel quę cētū habeat, ducēta dotis nomine dari stipuletur: Proculus ait, si ducēta stipuletur, quæ cētū habeat: sine dubio centū quidem in obligatione uenire, alia autē centū actione de dote deberi. Dicendū itaq; est, etiāsi nihil sit in dote, cētū uenire tamen in stipulationē: sicuti cum filiæ, uel matri, uel sorori, uel alij cuilibet

dotis

doris nomine legaretur, utile legatum esset. *Aut Iurisconsultus*: Centum quidem in obligatione uenite. *Quare centum tantùm, non ducenta in obligationem seu stipulationem posteriorem ueniant: ratio est, quia alia centum antea dotis actione debebantur, & ob id stipulatio eorum inutilis est. de qua re dictum ſ. lib. prox. cap. 3. except. 31. Aliud exemplum proponitur l. 120. ff. eod. tt. his uerbis*: Si ita stipulatus fuero, Hanc summam centum aureorum date spondea? etsi maximè ita exaudiatur ille sermo, Si modò centum aureorum est: non facit conditionem hæc adiectio: quoniã si centum non fiunt, stipulatio nulla esset: nec placuit instar habere conditionis sermonem, qui non ad futurum, sed ad præsens tempus refertur, etsi contrahentes rei ueritatem ignorant. *Alia exempla proponuntur l. si seruus. 105. §. sed etsi ei. & §. qui quinq;. ff. de leg. 1. quorum uerba uide ſ. lib. 32. cap. 6. except. 70. item cap. 9. causa 51. except. 8. Sed & plura de hac exceptione reprobata uide j. except. prox. repl. 1.*

XXVI. EXCEPTIO: *Nisi error stipulationi interuenerit. Hæc exceptio approbatur Inst. de inutil. stipulat. §. si de alia re, his uerbis*: Si de alia re stipulator senserit, de alia promissor, perinde nulla contrahitur obligatio, ac si ad interrogatum responsum non esset: ueluti si hominem Stichum à te quis stipulatus fuerit, tu de Pamphilo senseris, quem Stichum uocari credideris. *Concordat l. 83. §. si Stichum. ff. de uerb. obligat. his uerbis*: Si Stichum stipulatus de alio sentiam, tu de alio: nihil actum erit. *Reliqua uerba uide ſ. lib. 36. cap. 8. reg. 12. Concordat item l. 137. §. 1. ff. eod. tt. his uerbis*: Si hominem stipulatus sim, & ego de alio sensero, tu de alio: nihil acti erit. Nam stipulatio ex utriusq; consensu perficitur. *Aliud exemplum proponitur l. 7. ff. de doli mali except. his uerbis*: Iulianus ait: Si pecuniam quam me tibi debere existimabam, iussu tuo spopondero ei cui donare uolebas: exceptione doli mali potero me tueri: & præterea condictio mihi aduersus stipulatorem competit, ut me liberet. Idem Iulianus ait, si ei quem creditorem tuum esse putabas, iussu tuo pecuniã quam me tibi debere existimabam, promisero: petentem doli mali exceptione submoueri debere: & amplius agendo cũ stipulatore consequar, ut mihi acceptam faciat stipulationẽ. Et habet hæc sententia Iuliani humanitatẽ, ut etiã aduersus hunc utar exceptione & condictione, cui sum obligatus. *Aliud exemplum proponitur l. 17. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. lib. 15. cap. 2. quæst. 4. reg. 1. except. 2. repl. 1. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi in nomine, non in corpore sit erratum. quæ replicatio approbatur l. 32. ff. de uerb. obligat. his uerbis*: Si in nomine serui, quem stipularemur dari, erratum fuisset, cum de corpore constitisset: placet stipulationem ualere. *Concordat l. 22. ff. eod. tt. his uerbis*: Si id quod aurum putabam, cùm æs esset, stipulatus de te fuero, teneberis mihi huius æris nomine: quoniam in corpore consenserimus. Sed ex doli mali clausula tecum agam, si sciens me fefelleris. *Secunda replicatio est: Nisi librarius in describenda stipulatione errauerit. Hæc replicatio approbatur l. 92. ff. de reg. iuris, his uerbis*: Si librarius in transcribendis stipulationis uerbis errasset: nihil nocere quo minus & reus & fideiussor teneatur. *Concordat l. 2. C. de errore aduocator. cuius uerba uide ſ. lib. 7. cap. 3. quæst. 5. except. 12. Tertia replicatio est: Nisi quis delegatus ab eo quem creditorem suum esse putabat, creditori eius promiserit. quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur lib. 48. cap. 14. quæst. 3. reg. 7. Plura de exceptione proposita uide ſ. lib. prox. cap 3. except. 8.*

XXVII. EXCEPTIO: *Nisi non cõtrahendæ obligationis animo stipulatio sit facta. Hæc exceptio approbatur per ea que proposita sunt ſ. lib. 36. cap. 3. except. 7. Concordat l. 7. §. quod ferè. ff. de pactis. cuius uerba uide ſ. lib. prox. cap. 3. except. 12. repl. 3. dupl. 1.*

XXVIII. EXCEPTIO: *Nisi ex turpi causa stipulatio sit facta. Hæc exceptio approbatur Inst. de inutilib. stipul. §. quod turpi. cuius uerba uide ſ. except. 14. Concordat l. 123. ff. de uerb. oblig. his uerbis*: Si flagitij faciendi uel facti causa, concepta sit stipulatio: ab initio non ualet. *Huius exemplum proponitur l. 5. C. de condictione ob turpem causam, his uerbis*: Meccalem te habuisse uxorem, pcoponis: unde intelligia & confessionẽ lenocinij preces tuas continere, & cautę quantitatis ob turpem causam exactioni locum nou esse. Quamuis enim utriusq; turpitudo uersatur, ac soluta quantitate cessat repetitio: tamen ex huiusmodi stipulatione contra bonos mores interposita denegandas esse actiones, iuris authoritate demonstratur. *Huius exceptionis replicatio est: Nisi ex turpi causa promissum solutum sit. tunc enim ratione propositæ exceptionis repeti non potest. quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce*: Soluta quantitate cessat repetitio. *De qua re uide plura j. lib. 49. cap. 11. quæst. 1. except. 1.*

XXIX. EXCEPTIO: *Nisi libertatis onerandæ causa sit promissum. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur ſ. lib. 20. cap. 4. reg. 16.*

XXX. EXCEPTIO: *Nisi stipulatio præposterè sit concepta. Hæc exceptio iure quidem antiquo approbatur, simul & declaratur Inst. de inutilib. stipul. §. item si quis ita. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi ita stipulatio sit facta, Si Titius consul factus fuerit, tunc ex hac die in annos singu-*

*los dena dare spondes? quae replicatio approbatur l.64.ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide j. cap. 8. reg.15. Planè iure nouo exceptio proposita reprobatur inst.d.§.item si quis ita,his uerbis:* Si quis ita stipulatus erat, Si nauis ex Asia uenerit,hodie dare spondes? inutilis erat stipulatio:quia praepostere concepta est. Sed cum Leo inclytae recordationis in doribus eandem stipulationem, quae praepostera nuncupatur, non esse reijciendam existimauerit:nobis placuit & huic perfectum robur accommodare, ut non solùm in doribus, sed etiam in omnibus ualeat huiusmodi conceptio stipulationis. *Concordat l.25.C.de testamentis. cuius uerba uide s. lib. 28.cap.10.except.61.in fine.*

XXXI. EXCEPTIO: *Nisi ita facta sit stipulatio, Quod tibi Titius debet, cum debitor esse desierit, dare spondes? Haec exceptio reprobatur l.10.ff.de uerb.obligat.his uerbis:* Huiusmodi stipulationes non sunt inutiles: Quod tibi Titius debet,cum debitor esse desierit, dare spondes? nam ualet stipulatio quasi sub quouis alia conditione concepta. *Ait Iurisconsultus:* Quod tibi Titius debet. *Alij legunt:* Quod mihi Titius debet. *Quo casu replicatio hic notanda est eius exceptionis, de qua s. lib. prox. cap.5. except. 31. quemadmodum etiam ibidem repl.6.dictum. Hactenus exceptiones aduersus stipulationem, desumptae ex ijs quae stipulationi insunt: quarum tamen plures uide s. lib.prox. cap.5.item lib.36. cap.5. Sequuntur nunc exceptiones ex ijs quae stipulationem sequuntur.*

## DE EXCEPTIONIBVS *aduersus stipulationem ex consequentibus eam. Cap. V.*

XXXII. EXCEPTIO: *Nisi in eum casum inciderit obligatio, quo ab initio incipere non potuit. Haec exceptio approbatur l.140. §. etsi placet.ff.de uerb.obligat. his uerbis:* Placet extingui obligationem,si in eum casum inciderit,à quo incipere non potest. *Concordat l.98.in princip.ibi:& maximè.ff.eod.tit.cuius uerba uide s.lib.25.cap.2.exception.21. replic.2. Concordat item Inst.de inutilib.stipulat.§.item contrà licet, his uerbis:* Licet initiò utiliter res in stipulatum deducta sit: si tamen postea in aliquam eorum causam, de quibus suprà dictum est, sine facto promissoris deuenerit: extinguitur stipulatio. *Ait Imperator:* De quibus suprà dictum est, *scilicet eod.tit.in prin.& §.idem iuris. quorum uerba uide s. lib. proxim. cap.5. exception. 32. & exception.34. Concordat item l.3.in fine.ff. de his quae pro non scriptis hab. cuius uerba uide s. lib.32. cap. 8.exception.ult.Huius exceptionis exempla seu species sunt exceptiones proximè sequentes.Sed & eius exemplum proponitur l.136.§.fin.ff. de uerb. obligat.cuius uerba uide s.lib.25.cap.1.causa 4. distinct. 1. Huius exceptionis replicatio prima haec est: Nisi is qui uiam uel actum ad fundum stipulatus est, duobus uel pluribus heredibus relictis decesserit. hoc enim casu nihilominus durat obligatio, quamuis ab initio seruitus per partes adquiri non potuerit. quae replicatio approbatur l. 140. §. etsi placet. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide d. distinct. 1. exception. 1. Altera replicatio est: Nisi culpa promissoris obligatio in eum casum inciderit, quo ab initio incipere non potuit. Haec replicatio approbatur uerbis Inst. de inutilib stipul.§.item contra, paulo superius propositis hisce:* Sine facto promissoris, &c. *Sed & eius species cum alijs replicationibus uide j. in exceptionibus sequentibus.*

XXXIII. EXCEPTIO: *Nisi res promissa sacra sit facta. Haec exceptio species exceptionis praecedentis specialiter approbatur l. 83. §. sacram rem. ibi: nam & cum quis.ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Cùm quis rem profanam aut Stichum dare promisit: liberatur,si sine facto eius res sacra esse coeperit,aut Stichus ad libertatem peruenerit: nec reuocatur in obligationem, si rursus lege aliqua & res sacra profana esse coeperit, & Stichus ex libero seruus effectus sit: quoniam una atq; eadem causa & liberandi & obligandi esset, quod aut dari non possit, aut dari possit. Nam etsi nauem quam spopondit, dominus dissoluisset, & ijsdem tabulis compegisset: quia eadem nauis esset, inciperet obligari. Pro quo & illud dici posse Pedius scribit, Si stipulatus fuero ex fundo centum amphoras uini, expectare debeam donec nascatur: et si natum sine culpa promissoris consumptum sit, rursum expectare debeam donec iterum nascatur, & dari possit:& per has uices aut cessaturam,aut ualituram stipulationem.Sed haec dissimilia sunt. Adeò enim,cùm liber homo promissus est, seruitutis tempus expectandum non est,ut ne haec quidem stipulatio de homine libero probanda sit: Illum cum seruus esse coeperit, dare spondes? item:Eum locum,cum ex sacro religiosoúe prophanus esse coeperit, dare spondes? quia nec praesentis obligationem temporis recipere potest:& ea duntaxat, quae natura sui possibilia sunt, deducuntur in obligationem.Vini autem non speciem, sed genus stipulari uidemur, & tacitè in ea tempus continetur.homo liber certa specie continetur, & casum aduersam fortunam expectari hominis liberi neq; ciuile,neq; naturale est. Nam de his rebus negocium rectè gerimus, quae subijci usui dominioq;

dominioq; nostro statim possunt. Et nauis, si hac mente resoluta est, ut in alium usum tabulæ destinarentur: licet murato consilio perficiatur, tamen & perempta prior nauis, & hæc alia dicenda est. Sed etsi reficiendæ nauis causa omnes tabulæ refixæ sint: nondum intercidisse nauis uidetur, & compositis rursus tabulis eadem nauis esse incipit: sicuti de ædibus deposita tigna ea mente ut reponantur, ędiũ sunt. Sed si usq; ad aream deposita sint: licet eadem materia restituatur, alia erit. Hic tractatus etiam ad prætorias stipulationes pertinet, quibus de restituenda re cauetur, & an eadem res sit, quæritur. Hactenus uerba legis, qua exceptio hæc approbatur. Huius autem exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi facto uel culpa promissoris res sacra sit facta. quæ replicatio elicitur ex uerbis iam propositis hisce: Si sine facto eius res sacra esse cœperit. Quomodo autem culpa promissoris hic sit dijudicanda, uide j. exception. prox. Altera replicatio est: Nisi res postea rursus profana sit facta. quæ replicatio reprobatur uerbis iam propositis hisce: Nec reuocatur in obligationem, si rursus lege aliqua & res sacra profana esse cœperit, & Stichus ex libero seruus effectus sit. Quam suam sententiam iurisconsultus latius confirmat: primùm quidem hoc argumento, quia eadem causa & liberandi & obligandi esse non poßit. Cui concordat l. 45. §. placet. ibi: nam quod alicui deberi cœperit, certis modis deberi desinit. ff. de action. & obligat. cuius reliqua uerba uide s̄. lib. 56. cap. 2. diuis. 8. Deinde confirmat iurisconsultus sententiam suam, obiectiones duas diluendo. prima obiectio proponitur his uerbis: Nam etsi nauem, quam spopondit, dominus dissoluisset, &c. Altera obiectio proponitur hisce uerbis: Pro quo & illud dici posse Pedius scribit, si stipulatus fuero ex fundo centum amphoras uini, &c. Hisce duabus obiectionibus respondet: & primùm quidem secundæ obiectioni respondet, quatuor differentijs propositis, hisce uerbis: Sed hęc dissimilia sunt. Adeò enim cùm liber homo promissus est, &c. Hæc est prima differentia. Secunda differentia proponitur hisce uerbis: Ex ea duntaxat, quæ natura sui possibilia sunt, deducuntur in obligationem. Tertia differentia proponitur his uerbis: Vini autem non speciem, sed genus stipulari uidemur, &c. Quarta differentia proponitur his uerbis: Et casum aduersamq; fortunam expectari hominis liberi, &c. Post hæc primæ obiectioni respondet his uerbis: Et nauis, si hac mente resoluta est, &c. Cui concordant ea quæ proposita sunt s̄. lib. prox. cap. 5. except. 28. repl. 4. dupl. 1.

XXXIIII. EXCEPTIO: Nisi homo promissus liber sit factus. Hæc exceptio approbatur l. 51. ff. de uerb. obligat. his uerbis: Is qui alienum seruũ promisit, perducto eo ad libertatẽ, ex stipulatu actione nõ tenetur: sufficit enim, si dolo culpaúe careat. Concordat l. 83. §. sacram rem. ibi: nam & cum quis. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. except. prox. in prin. Concordat item l. 9. §. illud tractatum. ibi: at si ante. ff. de statuliberis: cuius uerba uide j. lib. 48. cap. 9. except. 21. repl. 3. Concordat item l. 92. ff. de solutionib. his uerbis: Si mihi alienum seruũ dare promiseris, aut testamento dare iussus fueris, isq; seruus antequã per te staret quo minus dares, à domino manumissus sit: hęc manumissio similis morti est. Si autem decessisset, non teneris. Concordat item l. 98. §. aream. ibi: si alienum. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. lib. prox. cap. 5. except. 28. repl. 4. dupl. 1. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi dolo culpaúe promissoris homo promissus ad libertatem peruenerit. quæ replicatio elicitur ex uerbis d. l. 51. paulo superius propositis hisce: Sufficit enim, si dolo culpaúe careat. Sanè quomodo culpa promissoris hoc casu dijudicanda sit, definitur l. 91. §. sed si sit quidem. ff. de uerb. oblig. his uerbis: Si sit quidẽ res in rebus humanis, sed dari non possit: ut fundus religiosus (puta) uel sacer factus, uel seruus manumissus, uel etiã ab hostibus si capiatur: culpa in hunc modũ dijudicatur, ut siquidẽ ipsius promissoris res uel tempore stipulationis uel postea fuerit, & quid eorum acciderit: nihilominus teneatur. Idẽq; fiet, etsi per alium, posteaquã ab hoc alienatus sit, id contigerit. Si autem alienus fuerit, & ab alio tale quid acciderit, nõ tenetur: quia nihil fecit, nisi posteaquã moratus est solutionem, aliquid huiusmodi acciderit. Quam distinctionẽ & Iulianus sequitur. Hisce uerbis replicatio proposita declaratur, simul & aliquot speciales replicationes continentur. Altera igitur propositæ exceptionis replicatio est: Nisi seruus ab ipso promissore sit manumissus cuius tamẽ duplicatio hæc est: Nisi seruus manumissus ante moram decesserit. quæ duplicatio approbatur l. 44. ff. de action. & obligat. his uerbis: Is qui ex stipulatu Stichum debeat, si eum ante moram manumiserit, & is priusquam promissor super eo conueniretur, decesserit: non tenetur. Non enim per eum stetisse uidetur, quo minus eum præstaret. Tertia replicatio est: Nisi seruus promissus, tempore stipulationis uel postea promissoris fuerit. Hæc replicatio approbatur uerbis d. l. 91. §. sed si sit quidem, paulo superius propositis hisce: Vt si quidem ipsius promissoris res uel tempore stipulationis uel postea fuerit, &c. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi ex præcedente aliqua causa seruus promissori fuerit ablatus. quæ duplicatio approbatur d. l. 91. §. item si homo, his uerbis: Si homo, qui fuit promissoris, ex præcedente causa ablatus ei

fuerit, quòd statuliber fuerit: perinde habendus est, acsi alienum promisisset: quia sine facto ipsius desijt eius esse. *Quarta replicatio est: Nisi post moram à promissore factam, seruus fuerit manumissus. quæ replicatio approbatur uerbis d. §. sed si sit quidem, s̄. propositis hisce:* Nisi postesquam motatus est solutionē, aliquid huiusmodi accideiit. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi post moram factam promissor seruum offerendo moram purgauit. quæ duplicatio approbatur J. cap. prox. except. 8. Quinta replicatio est: Nisi seruus liber factus, postea rursus in seruitutem redigatur. Hæc replicatio reprobatur l. 83. §. sacram rem. ibi: nec reuocatur. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide s̄. except. prox. Concordat l. 98. §. aream. ibi: nec admissum est. ff. de solutionib. cuius uerba uide s̄. lib. prox. cap. 3. except. 28. repl. 4. dupl. 1.*

XXXV. EXCEPTIO: *Nisi seruus promissus ab hostibus captus sit. Hæc exceptio approbatur d. §. aream. ibi: diuersum dicemus. Cuius replicatio prima hæc est: Nisi seruus postliminio redierit. quæ replicatio approbatur d. uers. diuersum. Altera replicatio est: Nisi culpa promissoris seruus ad hostes peruenerit. quæ replicatio approbatur, simul & declaratur per ea quæ proposita sunt s̄. except. prox. repl. 1.*

XXXVI. EXCEPTIO: *Nisi res promissa ex alia causa ad stipulatorem peruenerit. Hæc exceptio approbatur l. 83. §. si rem quam. ff. de uerb. oblig. his uerbis:* Si rem quam ex causa lucratiua stipulatus sum, nactus fuero ex causa lucratiua: euanescit stipulatio. *Concordat l. 56. §. si à te stipulatus. ibi: cum mihi fundum. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. lib. prox. cap. 3. except. 32. repl. 4. dupl. 1. tripl. 2. Item concordat l. 16. ff. de action. & obligat. his uerbis:* Omnes debitores qui speciem ex causa lucratiua debent, liberantur, cùm ea species ex causa lucratiua ad creditorem peruenisset. *Huius exemplum proponitur d. §. si rem quam, his uerbis:* Si hæres extitero domino, extinguitur stipulatio. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi res stipulatori rursus ex causa aliqua auferri posit. Hæc replicatio approbatur exemplo d. §. si rem, his uerbis:* Si uerò à me hærede defunctus eam legauerit, potest agi ex stipulatu. Idemq; est, etsi sub conditione legata sit: quia etsi ipse dabitor rem sub conditione legatā dedisset, non liberaretur. Sed si conditione deficiente remanserit: petitio infirmabitur. *Concordat l. 51. ff. de reg. iuris, his uerbis:* Non uidetur quisquā id capere, quod ei necesse est alij restituere. *Concordat item l. 61. ff. de solutionib. his uerbis:* In perpetuum, quoties id quod tibi debeam, ad te peruenit, & tibi nihil absit, nec quod solutum est repeti posait: competit liberatio. *Altera replicatio est: Nisi cùm unam rem ex duabus stipulatus esset, altera tantùm ad stipulatorem peruenerit. hoc enim casu nihilominus altera peti potest. quæ replicatio approbatur l. 16. in prin. ff. de uerb. oblig. his uerbis:* Si Stichum aut Pamphilū mihi debeas, & alter ex his meus factus sit ex aliqua causa, reliquū debetur mihi à te. *Concordat l. 128. §. fin. ff. eod. tt. & l 72. §. Stichū. ff. de solutionib. de quib. uide J. cap. 8. reg. 4. except. 7. Tertia replicatio est: Nisi non ex causa lucratiua stipulatio sit facta. Hæc replicatio approbatur l 18. ff. de action. & oblig. his uerbis:* Ex promissione dotis non uidetur lucratiua causa esse, sed quodammodo creditor aut emptor intelligitur, qui dotem petit. Porrò cùm creditor uel emptor ex lucratiua causa rem habere cœperit, nihilominus integras actiones retinet: sicut ex contrario, qui non ex lucratiua causa rem habet, eandē non prohibetur ex lucratiua causa petere. *Huius exemplum proponitur l. 17. ff. eod. tt. his uerbis:* Si is qui Stichum, &c. *Quarta replicatio est: Nisi non ex causa lucratiua res ad stipulatorem peruenerit. quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Sicut ex contrario, qui non ex lucratiua causa rē habet, eandē non prohibetur ex lucratiua causa petere. *Concordat l. 83. §. si rem quam. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide s̄. ead. except. in prin. Item concordat l. 17. ibi: & contrà. ff. de act. & oblig. cuius uerba uide s̄. repl. prox. Quinta replicatio est: Nisi cùm quis rem sub cōditione stipulatus esset, pendente conditione rem nactus sit, & rursus amiserit. quæ replicatio approbatur l. 98. in prin. ibi: aut si hoc uerum non est. ff. de uerb. oblig. cuius uerba uide s̄. lib. 25. cap. 2. except. 21. repl. 2. Plura de exceptione proposita, eiusq; replicationibus uide s̄. lib. 12. cap. 11. causa 57.*

XXXVII. EXCEPTIO: *Nisi stipulator uel promissor conditione stipulationis pendente mortuus fuerit. Hæc exceptio approbari uidebatur iure antiquo, quo actio ab hæredibus & in hæredes non incipiebat. de quo dictum s̄. lib. prox. cap. 5. except. 35. uerùm reprobatur Inst. de inutil. stipul. §. cum quis sub, his uerbis:* Cùm quis sub aliqua cōditione stipulatus fuerit, licet ante conditionem decesserit: postea existente conditione hæres eius agere potest. Idem est & ex promissoris parte. *Concordat Inst. de uerb. obligat. §. ex conditionali. cuius uerba uide s̄. lib. 16. cap. 14. reg. 6. in prin. Concordat item l. 57. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Si quis, Si Titius consul factus erit, decem dari spoponderit: quamuis pendente conditione promissor moriatur, relinquet hæredem obligatum.

XXXVIII. EXCEPTIO: *Nisi alia stipulatio post primam sit facta. quæ exceptio approbatur l. 9. ff. de prætorijs stipul. his uerbis:* Vlpianus Valeriano respōdit, Si præses, qui antè in trienniū caueri iusserat, postea in lōgū tempus

pus caueri præceperit: quia à prima stipulatione prorsus discedi uoluerit, exceptione primæ stipulationis obligatis pepercisse uideri. Hactenus exceptiones contra stipulationem enumerata sunt, tam eæ quæ stipulationi insunt, quàm quæ stipulationem sequuntur. Sed plures utriusq; generis exceptiones uide s. lib. proxim. cap. 3. Item lib. 36. cap. 3. Posterioris etiam generis exceptiones plures uide in cõment. liberationum. Sed & replicationes generales uide s. lib. proxim. capite quarto. Hactenus ergo de ipsa stipulatione sit dictum. Nunc de effectu stipulationis est dicendum, hoc est, de actione ex stipulatu.

## DE ACTIONE EX STIpulatu. Cap. VI.

De actione ex stipulatu dicturi, à causa huius actionis, eiusq; exceptionibus ordiemur. Causam actionis ex stipulatu hic appello non ipsam stipulationem, quanquam ea principalis est huius actionis causa: sed cum non præstatur fides promissis. tunc enim stipulatio committi dicitur, & ex stipulatu actio nasci. Cuius exemplum proponitur l. 135. §. ea lege. ff. de uerb. obligat. his uerbis: Ea lege donatum sibi esse à Seia seruum & traditum, ut ne ad fratrem eius aut filium, aut uxorem, aut socrum perueniret, scripsit: & hæc ita stipulante Seia, spopondit Titius, qui post biennium hæredes reliquit Seiam & fratrem, cui ne seruiret, expressum erat: quæritur an Seia cum fratre & cohærede ex stipulatu possit agere? respondit Scæuola, posse in id quod eius interesset. Planè propositæ causæ plures sunt exceptiones, partim desumptæ ex ijs quæ stipulationi insunt, partim ex ijs quæ stipulationem sequuntur: cuius utriusq; generis exceptiones in præcedentibus duobus capitibus sunt propositæ. Tertium genus exceptionum earum est, quæ sumuntur ex circumstantijs eius quod contra stipulationem est factũ. cuius generis exceptiones nunc exponẽdæ sunt. Est igitur prima huius generis exceptio hæc: Nisi alius, non reus, contra promissum fecerit. Quæ exceptio approbatur hac regula uulgari: quòd nemo alterius facto debeat prægrauari. Cuius exemplum proponitur l. 38. in prin. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide j. cap. 11. specie 3. reg. 1. Aliud exemplum proponitur l. 49. §. si stipulatus sim. ff. eod. tit. his uerbis: Si stipulatus sim, Per te nõ fieri, quo minus mihi ire agere liceat: & fideiussorẽ accepero: si per fideiussorẽ steterit, neuter tenetur: si per promissorem, uterque. Concordat l. 31. §. fin. ff. de solutionib. cuius uerba uide j. lib. 48. cap. 6. except. 1. distinct. 4. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi heres promissoris contrà ac promissum est, fecerit. Quæ replicatio approbatur d. l. 38. in prin. ibi: obligatur etiam. & §. sed quatenus. cuius uerba uide j. Huius replicationis duplicatio prima uidetur esse: Nisi heres ignorans stipulationem factam, contra eam faciat. Hæc duplicatio reprobatur l. 49. §. in hac. ff. de uerb. obligat. his uerbis: In hac stipulatione, Neque per te neque per hæredem tuum fieri? per hæredem uidetur fieri, quamuis absit & ignoret. Et ideo non facit quod fieri ex stipulatu oportet. Altera duplicatio est: Nisi pupillus heres contrà fecerit. Hæc duplicatio approbatur d. §. in hac, his uerbis: Non uidetur autem per pupillum stetisse ex huiusmodi stipulatione, si pupillus heres erit. Tertia duplicatio esse uidetur: Quod si unus heredum contra stipulationẽ fecerit, non teneri inde alios coheredes. Sed hæc duplicatio reprobatur s. lib. 36. cap. 6. reg. 4. except. 15. Item reg. 5. except. 8. Hæc de prima replicatione. Altera replicatio est: Nisi is contrà fecerit, quem promissor prohibere potest, & cuius factum promissor præstare tenetur. Hæc replicatio approbatur l. 50. in prin. ff. de uerb. obligat. his uerbis: In illa stipulatione, Per te non fieri: hoc non significatur, nihil te facturum, quo minus facere possim: sed curaturum ut facere possim. Concordat l. 83. §. 1. ff. de uerbor. obligat. his uerbis: Qui sponder dolum malum abesse abfuturumúe esse, non simplex abnutiuum sponder, sed curaturum se ut dolus malus absit. Idemque in illis stipulationibus, Habere licere: item, Neq; per te, neque per hæredem tuum fieri, quo minus hat. Tertia replicatio est: Nisi is fecerit qui factum promissoris præstare tenetur. Hæc replicatio approbatur exemplo l. 5. in prin. ff. usufr. quemad. caueat. his uerbis: Huic stipulationi dolum malum abesse, abfuturumque esse continetur: & cùm in rem sit doli mali mentio concepta, omnium dolum comprehendere uidetur successorum, & adoptiui patris. Quarta replicatio est: Nisi specialiter alienum factum sit promissum, idq; utiliter. Hæc replicatio approbatur per ea quæ dicta sunt s. lib. proxim. cap. 3. exception. 24. replicatiõn. 1. cum sequentibus. Quinta replicatio est: Nisi cum stipulatio in faciendo uel non faciendo consistat, unus heredum contrà fecerit. Hoc enim casu ex unius facto etiam cæteri heredes tenentur. Quæ replicatio approbatur l. 2. §. item & si in facto ff. de uerbor. obligation. his uerbis: Si in facto sit stipulatio, ueluti si ita stipulatus fuero, Per te non fieri, neque per hæredem tuum, quo minus mihi ire, agere liceat? & unus ex pluribus hæredibus prohibuerit: tenentur quidem cohęredes eius, sed familiæ erciscundę iudicio ab eo repetent quod præstiterunt. Hoc & Iulianus & Pomponius probant. Cõcordat l. 3. in fine. ff. eod. tit. cuius uerba uide j. cap. prox. reg. 6. exc. 5. Itẽ cõcordat l. 4. in prin. ff. eod. tit. cuius uerba

uide d.except.5. Sed plura de hac replicatione uide s. lib. 36. cap.6. regul. 5. exception.7. replicat. 5 & 6. Sed & concordat l.85.§.quod si stipulatus. ff.de uerb.obligat. cuius uerba uide J.cap.6. reg.19. Sexta replicatio est: Nisi ex duob.reis promittendi alter contrà fecerit: ex eo enim nihilominus alter tenetur. Quæ replicatio approbatur l.18.ff.de duob. reis constit. cuius uerba uide J. cap. 12. reg. 2. exceptione 18.

II. EXCEPTIO: Nisi alij quàm stipulatori cōtra stipulationē factū sit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur exēplo l.38.§. sicut autē. ff. de uerb. obligat. his uerbis: Sicut ex parte rei successores eius cum ipso tenentur: ita etiam ex parte actoris committitur stipulatio, Rem habere licere ipsi stipulatori, cæterisque quicunque ei succedunt, scilicet si rem ipsis habere non licuerit. Cæterùm si alij habere non licuerit: certo certius est non committi stipulationem. Et nihil intererit, utrum ita stipulet, Habere licere? an, Mihi habere licere? Ait Iuriscōsultus: Cæterùm si alij habere nō licuerit, certo certius est nō cōmitti stipulationē. Hisce uerbis exceptio proposita approbatur. Cuius replicatio prima hæc est: Nisi hæredi uel successori stipulatoris contrà ac promissum est fiat. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce: Sicut ex parte rei, &c. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi ius aliquod personale quis sit stipulatus. hoc enim ad hæredem non transit. Quæ duplicatio approbatur exemplo d. l. 38. §. si quis ita, his uerbis: Si quis ita stipulatus fuerit, Vti frui sibi licere? ad hæredem stipulatio ista non pertinet. Sed etsi non addiderit Sibi: non puto stipulationem de usufructu ad hæredem transire. eoq; iure utimur. Alia exempla uide J.cap.prox.reg.6. Huius duplicationis triplicatio hæc est: Nisi specialiter etiam hæredi sit stipulatus. Quæ triplicatio approbatur d.§. si quis, hisce uerbis: Sed si quis uti frui licere sibi hærediq; suo stipulatus sit: uideamus an hæres ex stipulatu agere possit? & putem posse, licet diuersi sint fructus. Nam etsi ire agere stipuletur sibi hærediq; suo licere, idem probauerimus. Altera replicatio est: Nisi cum quis, ut sibi domo uti liceret, stipulatus esset; uxor uel maritus stipulantis impediatur domo uti. Hæc replicatio approbatur l.111.ff.de uerb.obligat his uerbis: Si stipulatus fuero, Per te nō fieri, quominus mihi illa domo uti liceat? an, etiamsi me non prohibeas, uxorem autem meam prohibeas, uel contrà uxore mea stipulata me prohibeas: committatur stipulatio? & satius est hæc uerba sic accipi. Nam etsi stipulatus fuero, Per te non fieri, quo minus mihi uia, itinere, actu uti liceat? & non me, sed aliū nomine meo ingredientem prohibeas: sciendum erit committi stipulationem. Cōcordat l.2.ff.de usu et habitat. cuius uerba uide s. lib.24. cap.8.membr.2.reg.de usu domus. Tertia replicatio est: Nisi alius nomine stipulatoris faciens, facere sit prohibitus. Hæc replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce: Nam etsi stipulatus fuero, Per te non fieri, &c. Quarta replicatio est: Nisi ei cui utiliter stipulatio facta est, contrà ac promissum est, sit factum. Hæc replicatio approbatur per ea quæ proposita sunt s. libro proxim.cap.3. except. 26. repl. 1. cum sequentibus.

III. EXCEPTIO: Nisi per stipulatorem, aut saltem non per promissorem steterit, quo minus factū sit id quod est promissum. Hæc exceptio approbatur l.22. in prin.ff.de action.& obligat. his uerbis: Non aliter non committitur stipulatio, quàm si per debitorem non stetisset, quo minus solueret. Concordat l.105. in fine.ff de uerb.obligat. cuius uerba uide J. cap.8. reg.4. except.4. repl.1. Huius exceptionis exemplum proponitur l.122.§.cohæredes.ff.de uerb.obligat. his uerbis: Cohæredes, cùm prædia hæreditaria diuisissent, unum prædium commune reliquerunt sub hoc pacto: ut si quis eorum partem suam alienare uoluisset, eam uel cohæredi suo, uel eius successori uenderet centum uiginti quinque. quòd si quis aliter fecisset, pœnam centum inuicem stipulati sunt. quæro, cùm cohæres mulier cohæredis liberorum tutores sæpius testatò conuenerit, & desiderauerit, ut secundum conuentionem aut emerent aut uenderent, hique nihil tale fecerint: an si mulier extero uendiderit, pœna ab ea centum exigi possit? Scæuola respondit, secundum ea quæ proponerentur, obstaturam doli mali exceptionem. Aliud exemplum proponitur l. 41. ff.eod.tt. cuius uerba uide s.lib. proxim. cap.3.exception.46. Aliud exemplum proponitur l. 135. §. Scia.ff.eod.tt. cuius uerba uide J.except.8. replic.2. dupl.1. Aliud exemplum proponitur l.8.ff.de nautico fœnore, his uerbis: Seruius ait, Pecuniæ traiecticiæ pœnam peti non posse, si per creditorem stetisset, quo minus eam intra tempus præstitutum accipiat. Aliud exemplum proponitur l.22. ibi: nam etsi arbiter. ff.de action. & obligat. cuius uerba uide J.except.6. repl. 1. Huius exceptionis replicatio uidetur talis: Nisi stipulatore antea interpellante, promissor soluere uel præstare promissum noluit. Sed hæc replicatio reprobatur l.73 ff.de procuratorib. cuius uerba uide J.lib.48.cap.10.except.37.

IIII. EXCEPTIO: Nisi ob aduersam ualetudinem non fecerit promissor. Hæc exceptio approbatur l.4.§.si in arbitrum. ff.de doli mali except. cuius uerba uide s.lib. 9. cap.4.quæst.1.causa 2. except. 5.

V. EX-

V. EXCEPTIO: *Niſi ob ignorantiam contrà ac promiſſum eſt, ſit factum. Hæc exceptio reprobatur l.49.§.in hac.ff. de uerb.obligat. cuius uerba uide ŝ.except.1.repl.1.dupl.1.*

VI. EXCEPTIO: *Niſi promiſſor ad præſtandum promiſſum non ſit interpellatus. Hæc exceptio ipſo quidē iure approbatur per ea quæ proposita ſunt ŝ.lib.36.cap.9.quæſt.1.cauſa 2.except.1. uerùm eius replicatio prima hæc eſt: Niſi tempus ſtipulationi ſit adiectum. Quæ replicatio approbatur l.12.C.de contrab.ſtipul.his uerbis:* Magnam legum ueterum obſcuritatem, quæ protrahendarum litium maximam occaſionem uſq; adhuc præbebat, amputantes: ſancimus, ut ſi quis certo tempore facturum ſe aliquid, uel daturū ſtipulatori, uel quæ ſtipulator uoluit promiſerit, & adiecerit, quòd ſi ſtatuto tēpore minimè hæc perfecta fuerint, pœnam dabit: ſciat minimè poſſe ad euitandam pœnam obijcere, quòd nullus eum admonuit: ſed etiā citra ullam admonitionem eidem pœnæ pro tenore ſtipulationis fiet obnoxius: cùm ea quę ꝓmiſit, ipſe in memoria ſua ſeruare, nō ab alijs ſibi manifeſtari poſcere debeat. *Cōcordat l.23.ff.de act. & oblig.his uerbis:* Traiecticię pecuniæ nomine, ſi ad diē pecunia ſoluta non eſſet, pœna (uti adſolet) ob operas eius qui eā pecuniam peteret, in ſtipulationem erat deducta. Is qui eam pecuniam petebat, parte exacta petere deſierat, deinde interpoſito tempore interpellare instituerat. Africanus conſultus reſpondit, eius quoque temporis quo interpellatus nō eſſet, peti poſſe pœnam: amplius etiā ſi omnino interpellatus non eſſet. Nec aliter non committi ſtipulationem, quàm ſi per debitorem non ſtetiſſet, quo minus ſolueret. Alioquin dicendum, & ſi qui interpellare cœpiſſet, ualetudine impeditus interpellare deſijſſet, pœnam non committi. De illo ſanè poteſt dubitari, ſi interpellatus moram ipſe fecerit, an quamuis pecuniam poſtea offerat, pœna nihilominus committatur? & hoc tectius dicitur. Nam et ſi arbiter ex compromiſſo pecuniam certo die dari iuſſerit, neque per eum qui dare iuſſus eſt, ſteterit: non committi pœnam, reſpondit. Adeo ut & illud Seruius rectiſsimè exiſtimauerit: ſi quando dies, quo pecunia daretur, ſententia arbitri cōprehenſa non eſſet: modicum ſpacium datum uideri. Hoc idem dicendum, & cum quid ea lege uenierit, ut niſi ad diem precium ſolutum fuerit, inempta res fiat. *Altera replicatio eſt: Niſi uſurarum ſtipulatio facta ſit. hæc enim etiam ſine interpellatione committitur. Quæ replicatio approbatur l. 9. §. uſurarum. ff. de uſuris. cuius uerba uide ŝ.lib.36.cap.9. quæſt.1.cauſa 1. except. 9. Plures huiuſmodi replicationes uide d. quæſt.1.cauſa 2.except.1.*

VII. EXCEPTIO: *Niſi ante diem ſtipulationis uenientem promiſſor mortuus fuerit, & die ueniente eius hæreditas nondum fuerit adita. Hæc exceptio reprobatur l. 77. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Ad diem ſub pœna pecunia promiſſa, & ante diem mortuo promiſſore, committetur pœna, licet non ſit hæreditas eius adita. *Concordat l. 9. ff. de nautico fœnore, his uerbis:* Si traiecticiæ pecuniæ pœna (uti ſolet) promiſſa eſt: quamuis eo die, qui primus ſoluendæ pecuniæ fuerit, nemo uixerit qui pecuniam eam deberet: tamen perinde committi pœna poteſt, ac ſi fuiſſet hæres debitoris. *Concordat item l.5.in fine. & l.7.§. fin. ff. de iure deliberandi. De quibus uide ŝ. lib. 30. cap. 1. quæſtion.5. reg.2. exceptione 3.*

VIII. EXCEPTIO: *Niſi poſt moram factam promiſſor dare uel facere quod promiſerat, ſit paratus. Hæc exceptio approbatur l.91.§.ſequitur.ff.de uerb.obligat.his uerbis:* Sequitur uidere de eo quod ueteres conſtituerunt, quoties culpa interuenit debitoris, perpetuari obligationem, quemadmodum intelligendum ſit? Et quidem ſi fecerit promiſſor, quo minus ſoluere poſsit, expeditum intellectum habet conſtitutio. Si uerò moratus ſit tantùm, hæſitatur, an ſi poſtea in mora non fuerit, extinguatur ſuperior mora. Et Celſus adoleſcens ſcribit, eum qui moram fecerit in ſoluendo Sticho, quem promiſerat, poſſe emēdare eam moram poſtea offerēdo. Hanc enim quęſtionem eſſe de bono & æquo: in quo genere plerūq; ſub authoritate iuris ſciētiæ, pernicioſè (inquit) erratur. Et ſanè ꝓbabilis eſt hęc ſentētia, quam quidē & Iulianus ſeqtur. Nā cū quæritur de dāno, & par utriuſq; cauſa eſt: quare nō potētior ſit qui tenet, quàm ꝗ perſequitur? *Cōcordat l. 73.§.fin.ff.eod. tit. his uerbis.* Si Stichi ꝓmiſſor poſt morā offerēdo purgat morā, certè doli mali exceptio nocebit ei ꝗ pecuniā oblatam accipere noluit. *Cōcordat item l.137.§. item qui inſulā. ibi: trāiectoq;.ff.eod.tit. cuius uerba uide ŝ.lib.36.cap.14.reg.1.exc.1. Cōcordat itē l.122. §. flumius. ibi: itē quæro an ſi ff.eod.tit. cuius uerba uide ŝ.cap.10.reg.6. Planè propoſitæ exceptiōi replicatio prima hæc eſt: Niſi lis eo nomine ſit cōteſtata. tunc enim poſtea offerendo nō amplius mora purgatur. Quæ replicatio approbatur l.84.ff.de uerb. oblig.his uerbis:* Si inſulā fieri ſtipulatus ſim, & trāſierit tēpus quo potueris facere: quādiu litem conteſtatus non ſim, poſſe te facientē liberari placet. Quòd ſi litem iam conteſtatus ſim, nihil prodeſſe tibi ſi

&d:ſt

ædifices. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi post litem contestatam id offeratur quod petitur, pœna fortè, non quod in stipulationem deductum est. tunc enim nihilominus reus debet absolui. Quæ duplicatio approbatur Inst. de perpetuis & tempor. action. §. fin. his uerbis:* Superest ut admoneamus, quòd si ante rem iudicetam is cum quo actum est, sarisfaciat actori, officio iudicis conuenit eum absoluore, licer in ea causa fuisset iudicij accipiendi tempore, ut damnari deberet: & hoc est quod aotea uulgò dicebatur, omnia iudicia absoluroria esse. *Altera replicatio est: Nisi cum antea domino petenti reus soluere noluisset, postea procuratore petente offerat. Hec replicatio reprobatur l. 73. ff. de procuratoribus. cuius uerba uide J. lib. 48. cap. 10. except. 37. Tertia replicatio est: Nisi tempus in stipulatione sit adiectum. tunc enim post tempus offerendo mora non purgatur. Quæ replicatio approbatur l. 22. §. de illo. ff. de action. & obligation. cuius uerba uide s̄. except. 6. repl. 1. Concordat l. 16. §. fin. ff. de constituta pecunia. cuius uerba uide J. lib. 45. cap. 5. quæst. 2. except. 40. Planè huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi non multo post tempus offerat, nec quidquam actoris intersit. Quæ duplicatio approbatur l. 135. §. Seia. ff. de uerbor. obligation. his uerbis:* Seia cauit Lucio Titio, quòd mandante eo, hortos emisset, cùm precium omne cum usuris ab eo recepisset, se in eum proprietatem hortorum translaturem. Deinde in continenti iotsr utrumque conuenit, ut iotra calendas Apriles primas unioersam summem manderor nomeraret, & hortos acciperet: quæritur, cùm ante calendae Apriles non omne precium cum usuris à Lucio Titio Seiæ solutum sit: intorposito tamen modico tempors, roliquum precium cum nsuris Seiæ Titius soluere paratus foerit, neque Seia eccipere uoluerit, & usque in hodiernum per Titium non stet, quo minus reliquum soluat: en, si nihilominus Lucios Titios Seiæ peconiam unioersam soluere paratus sit, ex stipulatu agere posait? Scæoola respondit, posse, si non multo pòst obtulisset, nec mulieris quidquam propter eam moram interesset. Quod omne ad iudicis cognitionem remirteodom est. *Concordat item l. 105. ff. de solution. cuius uerba uide J. lib. 48. cap. 10. except. 33. repl. 2. Concordat item l. 21. ff. de iudicijs. cuius uerba uide s̄. lib. 7. cap. 5. de confeßis, quæst. 6. Concordat item l. 17. ff. de constituta pecunia. cuius uerba uide J. lib. 45. cap. 5. quæst. 2. except. 40. Concordat item l. 7. ff. de in integr. restit. cuius uerba uide s̄. lib. 8. cap. 1. quæst. 2. except. 27. repl. 3. Concordat item l. 26. C. de fideiussoribus. cuius uerba uide s̄. lib. 6. cap. 9. quæst. 5. except. 21. Concordat item l. 8. ff. si quis cautionib. in iudicio. cuius uerba uide s̄. lib. 6. cap. 9. quæst. 5. except. 1. repl. 9. Altera duplicatio est: Nisi stipulator postea diem soluendæ pecuniæ, uel operis faciendi protulerit. Quæ duplicatio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius triplicatio prima hæc est: Nisi eo tempore diem protulerit stipulator, quo iam certum esse cœperat, opus promissum intra diem statum fieri uel perfici amplius nō posse. Quæ triplicatio approbatur l. 113. in prin. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Cùm stipulatus sim mihi Procule, si opoe arbitratu meo anre calendas Iunies effectū oon sit, pœnam, & protulerim diem: potas'ne uerè posse me dicere arbitratu meo opue effectum nō esse ante calendas Iunias, cùm ipse arbitrio meo aliam diem operi laxioré dederim? Proculus respondit, Non sine causa distinguendum est: ioteresso utrum per promissorem mora non fuisset, quo mious opue ente calendas Iunias (ita ut stipulatiooe comprehēsum erar) perficeretur, an tunc cùm iam opus effici oon posser anre calendas Ionias, stipolaror diem in calendas Augusti protulisset. Nem si tunc stipolator diem protulit, cùm iem opus ante calendas Iuoias effici non poterat: poto pœnam esse commissam: nec ad rem pertinere, quòd aliquod rempus ante calendae Iunias fuit, quo stipolator non desiderauit id aore calendas Iunias effici: id est, quòd nō est erbitratue ut fieret, qood fieri non poterat. At si hoc falsum est: etiem si stipulator pridie calendas Iunias mortuus esset, pœna commissa non esset: quoniam mortuus arbitrari non potuisset, & aliquod tempus post mortem eiue operi perficiendo superfuisset: & propemodum etiamsi ante calendes Iunias futurum esso cœpir, opus ante eam diem effici non posse, pœna commisse est. *Altera triplicatio est: Nisi non stipulator ipse, sed seruus eius diem protulerit. Quæ triplicatio approbatur, simul & distinguitur l. 122. §. Callimachus. ff. de uerbor. obligat. cuius uerba uide J. lib. prox. cap. 2. quæst. 2. except. 25. repl. 3. Tertia duplicatio uidetur: Nisi die ueniente promissor mortuus sit, eiusq; hereditas nondum adita. Hæc duplicatio reprobatur s̄. except. prox.*

IX. EXCEPTIO: *Nisi cùm quis pro alio se solaturum promisisset, alius satis sit locuples. Hæc exceptio approbatur l. 97. §. possum. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Possum utiliter à te ita stipulari, Nomine Titij te soloturum? oeque enim hoc simile est illi, Tirium daturum? Sed ex ea stipulatione, dum inrerest mea, agere possum. Et ideo, si locuples sit Titius: nihil ex ea stipulatione coosequi possum. Quid enim mee interest id à te fieri, quod

ri, quod si non feceris, ęquè saluam pecuniam habiturus sum. *Concordat l. 112. §. si quis ita. ff. eod. tt. his uerbis:* Si quis ita stipulatus fuerit, Pro centum aureis satisdabis? & reum dedaris in istam summam: Proculus ait, semper in satisdationis stipulationem uenire, quòd interesset stipulatis, ut aliàs rota sors inesset, ueluti si idoneus promissor nõ esset: aliàs minus, si in aliquo idoneus esset debitor: aliàs nihil, si tá locuples esset, ut nostra non intersit satis ab eo accipere: nisi quòd plerunq; idonei non tam patrimonio, quàm fide quoq; æstimarentur. *Concordat item l. 13. in prin. ff. de re iudicata, his uerbis:* Si quis ab alio decem, ab alio satisdari stipulatus est: ęstimandũ erit, quanti stipulatoris intersit satisdari: idq; aut tantundem erit, aut minus, aut interdum etiam nihil. Neq; enim uani timoris ulla æstimatio est. Verùm sorte soluta, aut nullum iam precium æstimationis est: aut quantum ex sorte fuerit solutum, tantundem ex æstimatione decedat. *Huius exceptionis replicatio eadem est, quæ exceptionis proximè sequentis.*

X. EXCEPTIO: *Nisi actoris nihil intersit datum uel factum esse id quod est promissum. Hæc exceptio approbatur exemplo eorum quæ proposita sunt s. except. proxim. Aliud exemplum proponitur s. lib. proxim. cap. 3. except. 26. in princip. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi pœnæ stipulatio sit subiecta. tunc enim quamuis nihil intersit actoris, tamen nihilominus ad pœnam præstandam competit ex stipulatu actio. Quæ replicatio approbatur Inst. de inutilib. stipulat. §. alteri. ibi: pœnam enim. cuius uerba uide s. lib. 36. cap. 8. reg. 8. Eiusq; exemplum proponitur d. except. 26. repl. 8.* Concordat item l. 3. *ibi: nam pœna subiecta. ff. de uerbor. obligat. cuius uerba uide j. cap. prox. reg 6. except. 5.*

XI. EXCEPTIO: *Nisi præstitum sit id quod est promissum. Hæc exceptio approbatur inst. quibus mod. toll. obligatio, in princip. his uerbis:* Tollitur omnis obligatio solutione eius quod debetur. *Huius exceptionis replicatio est: Nisi sine effectu præstiterit promissum. Hæc replicatio approbatur exemplo l. 11. C. de fideiussoribus, his uerbis:* Si Abarscoram latronem Lysanias decutio inuenturum se spopondisset: aut exhibere compellendus est, aut transmittendus ad præfectum prætorio, uel ad præsidem prouinciæ. *Aliæ replicationes sunt omnes exceptiones, quæ aduersus solutionem competunt. Hactenus exceptiones aduersus causam actionis ex stipulatu. Quarum tamen plures (ut dixi) uide s. in duob. capitibus præcedentibus, item s. lib. proxim. cap 3. Nunc reliquas quæstiones actionis ex stipulatu persequamur.*

## *QVIBVS COMPETIT actio ex stipulatu? item aduersus quos? Cap. VII.*

PRima regula: *Procuratore stipulante, domino ex stipulatu actio datur. Quæ regula approbatur l. 79. ff. de uerbor. obligation. his uerbis:* Si procuratori præsentia fuerit cautum: ex stipulatu actionem utilem domino competere, nemo ambigit. *Concordat l. 68 ff. de procuratorib. his uerbis:* Quod procurator ex re domini mandato non refragante stipulatur, inuito procuratore dominus petere potest. *Concordat item l. 28. in princip. ff. eod. tt. his uerbis:* Si procurator meus iudicatum solui satis accepit: mihi ex stipulatu actio utilis est, sicuti iudicati actio mihi indulgetur. *Concordat item d. l. 28. §. 2. cuius uerba uide s. lib. 6. cap. 10. in fine, quæst. 2. reg. 1. Concordat deniq; l. 1. ff. de prætorijs stipulat. his uerbis:* In omnibus prætorijs stipulationibus hoc seruandum est, ut si procurator meus stipuletur, mihi causa cognita ex ea stipulatione actio competat. Idem est & cùm institor in ea causa esse cœperit, ut interposita persona eius dominus mercis rem amissurus sit, ueluti bonis eius uenditis: succurrere enim domino prætor debet. *Concordat l. 1. cum lege sequente. ff. de institor. action. cuius uerba uide j. lib. 45. cap. 9. quæstion. ultim. Huius regulæ exceptio hæc est: quòd utilis, non directa, domino competat ex stipulatu actio. Quæ exceptio elicitur ex uerbis iam propositis hisce:* Actio utilis est. Item: Actionem utilem. *Cui concordat l. 27. §. fin. ff. de procuratoribus. cuius uerba uide d. regula prima, exceptione secunda. Concordat item l. 49. §. fin. ff. de adquir. possess. his uerbis:* Etsi possessio per procuratorem ignoranti quæritur, usucapio uerò scienti competit: tamen euictionis actio domino contra uenditorem inuito procuratore non datur, sed per actionem mandati eam cedere cogitur.

II. Regula: *Filiofamiliàs stipulante, patri competit actio. Quæ regula approbatur l. 45. in prin. ff. de uerbor. obligation. his uerbis:* Quodcunque stipulatur is qui in alterius potestate est, pro eo habetur ac si ipse esset stipulatus. *Concordat d. l. 45. §. fin. his uerbis:* Filius dari patri stipulari uidetur, etsi hoc non adijciat. *Concordat item Inst. de stipulat. seruorum. §. si autem, in fine. cuius uerba uide s. lib. proxim. cap. 3. exception. 26. replicat. 5. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi patre apud hostes constituto, filius sit stipulatus. Quæ exceptio ap-*

*tio approbatur, simul & distinguitur l. 22. §. quòd si filius. ff. de captiuis, hisce uerbis:* Quòd si filius eius qui in hostium potestate est, accepit, aut stipulatur: id (patre priusquam postliminio rediret mortuo) ipsi adquisitum intelligitur. Etsi uiuo patre decesserit, ad hæredem patris pertinebit. Nam status hominum, quorum patres in hostium potestate sunt, in pendenti est: & reuerso quidem patre, existimatur nunquam suæ potestatis fuisse: mortuo, tunc paterfamiliâs fuisse, cùm pater eius in hostium potestatem perueniret. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi pater ab hostibus reuersus sit. tunc enim patri, non filio competit actio. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Et reuerso quidem patre, existimatur nunquam suæ potestatis fuisse. *Concordat l. 11. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Filius, dum in ciuitate est, si stipuletur, patri reuerso ab hostibus uidetur adquisijsse. *Altera replicatio est: Nisi filius antequam pater apud hostes decesserit, mortuus fuerit. Quæ replicatio approbatur uerbis d. §. quòd si filius, s. propositis hisce:* Et si uiuo patre decesserit, ad hæredem patris pertinebit. *Tertia replicatio est: Nisi filius nominatim patri sit stipulatus. tunc enim nec filio stipulatio prodest. Quæ replicatio approbatur l. 18. §. seruus. ff. de stipulat. seruorum. cuius uerba uide s. lib. proxim. cap. 3. exception. 26. replic. 3. duplic. 3. tripl. 1. quadruplic. 1. Hæc de prima propositæ regulæ exceptione. Reliquas eius exceptiones uide s. lib. 36. cap. 5. reg. 1.*

III. *Regula: Seruo stipulante, domino competit actio. Quæ regula approbatur, simul & distinguitur d. cap. 5. reg. 2.*

IIII. *Regula: Si pater filio dari sit stipulatus, non filio, sed patri datur actio. Idemq; de domino dicendum, qui seruo suo stipulatur. Quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt s. lib. prox. cap. 3. except. 26. repl. 2. Concordat l. 7. §. si uerò filia. ibi: per patrem filio. ff. de pactis dotalibus. cuius uerba uide s. lib. 15. cap. 1. quæst. 1. except. 1. repl. 4. Concordat item l. 17. §. si pactus sim. ibi: & hoc Iulianus. ff. de pactis. cuius uerba uide s. except. 26. repl. 7. dupl. 2. Concordat item l. 21. §. nos autem. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. lib. proxim. cap. 5. repl. 4. dupl. 4. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi cum pater pactus esset ne à filio petatur, non etiam adiecerit, ne & à se petatur. Quæ exceptio approbatur d. §. nos autem. Altera exceptio est: Nisi pater filio tanquam futuro hæredi sit pactus uel stipulatus. Quæ exceptio approbatur l. 33. ff. de pactis. cuius uerba uide s. d. repl. 7. dupl. 2. tripl. 1. Tertia exceptio est: Quòd si pater pactus sit ne à filio petatur, filio doli exceptio prosit. Quæ exceptio approbatur d. duplic. 4. tripl. 1. quadrupl. 1.*

V. *Regula: Si duo separatim eandem rem stipulati sint ita, si alteri data non esset: occupantis est actio. Quæ regula approbatur l. 9. ff. de uerbor. obligation. his uerbis:* Si Titius & Seius separatim ita stipulati essent, Fundum illum si illi non dederis, mihi dare spondes? finem dandi alteri fore, quoad iudicium acciperetur. Et ideo occupantis fore actionem.

VI. *Regula: De hæredibus stipulatoris. His eadem actio competit. Quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt s. lib. prox. cap. 6. reg. 2. except. 3. item lib. 36. cap. 5. reg. 7. in prin. Eius exceptio prima uidetur esse: Nisi in faciendo, non in dando stipulatio consistat. Quæ exceptio reprobatur l. 13. C. de contrab. stipulat. cuius uerba uide s. lib. 36. cap. 6. reg. 5. except. 12. Altera exceptio est: Nisi usumfructum defunctus sit stipulatus. Quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s. cap. proxim. except. 2. repl. 2. dupl. 1. Tertia exceptio est: Nisi in annos singulos stipulatio sit facta. Hæc exceptio reprobatur l. 16. §. fin. ff. de uerbor. obligat. cuius uerba uide s. cap. 3. reg. 9. Quarta exceptio est: Nisi ita sit stipulatus defunctus, Quoad uiuam. Quæ exceptio approbatur l. 56. §. qui ita stipulatus. ff. de uerbor. obligat. cuius uerba cum concordantibus uide s. lib. proxim. cap. 6. except. 3. repl. 2. Quinta exceptio: Nisi cum quis ita stipulatus esset, Sibi hæredíq; suo ire agere uel habere licere, uel quid simile: unus ex hæredibus ire agere uel habere sit prohibitus. hoc enim casu soli prohibito, non etiam cæteris cohæredibus datur actio. Quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 2. §. fin. cum duab. legib. sequentib. ff. de uerbor. oblig. his uerbis:* Si stipulator decesserit, qui stipulatus erat, Sibi hæredique suo ire agere licere: & unus ex hæredibus eius probibeatur: interesse dicemus, utrum in solidum stipulatio committatur, an pro parte eius qui prohibitus est. Nam si pœna stipulationi adiecta sit, in solidum committetur: sed qui non sunt prohibiti, doli exceptione submouebuntur. Si uerò pœna nulla adposita sit: tunc pro parte eius tantùm qui prohibitus est, committetur stipulatio. Idem iuris est & in illa stipulatione: Mihi hæredique meo habere licere? Sed hæc differentia illam habet rationem, quòd ubi unus ex hæredibus prohibetur, non potest cohæres ex stipulatu agere, cuius nihil interest, nisi pœna subiecta sit. Nam pœna subiecta efficit, ut omnibus committatur: quia hic non quærimus cuius intersit. Enimuerò ubi unus ex hæredibus prohibet, omnes hæredes tenentur. interest enim prohibiti à nemine prohiberi. Eadem dicemus, etsi dolum abesse à te hæredeque tuo stipulatus sim, & aut pro-

promiſſor aut ſtipularot pluribus hæredibus relictis deceſſerit. *Concordat l. 4. §. fin. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. lib. 36. cap. 5. reg 4. in prin. Item concordat l. 4. §. Cato. ibi & ſolus aget. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. lib. 36. cap. 6. reg. 5. except. 7. replic. 6. dupl. 1. Concordat item l. 44. §. ſi quis ſtipulatus. ff. familiæ erciſcundæ. cuius uerba uide s. lib. 6. cap. 8. in fine, quæſt. 2. Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi pœna ſtipulatio ſit ſubiecta. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Niſi pœna ſubiecta ſit. nam pœna ſubiecta efficit, ut omnibus committatur: quia hic non quærimus cuius interſit. *Planè ſtricto quidem iure omnibus hæredibus committitur ſtipulatio pœnalis, uno prohibito: ſed non prohibitis agentibus obſtat doli exceptio. quod duplicationis loco notandum. Quæ duplicatio approbatur uerbis s. propoſitis hiſce:* Nam ſi pœna ſtipulationi adiecta ſit, in ſolidum committetur: ſed qui non ſunt prohibiti, doli exceptione ſubmouebuntur. *Hæc de ſexta regula, cuius plures exceptiones uide s. lib. proxim. cap. 6. exc. 3. item lib. 36. cap. 5 reg. 7.*

VII. *Regula: Si quis ſibi aut Titio ſtipulatus ſit, ſoli ſtipulatori, non etiam Titio datur actio. Quæ regula approbatur s. lib. proxim. cap. 3. except. 26. repl. 11. Sed & plures propoſitæ quæſtionis regulas uide d. cap. 6. & d. cap. 5. Aduerſus quos autem ex ſtipulatu actio competat, dictum s. lib. prox. cap. 7. item lib. 36. cap. 6.*

## *QVID ET QVANTVM in actione ex ſtipulatu ueniat? Cap. VIII.*

PRima regula, *De eo quod actoris intereſt: hoc regulariter uenit in hac actione. Quæ regula approbatur exemplo l. 114. §. fin. ff. de uerbor. obligation. his uerbis:* Cùm uenderet aliquis, promiſit emptori fidejuſſores præſtare, & rem uenditam liberare: quæ ut liberetur nunc deſiderat emptor, & in mora eſt is qui ea ſtipulatione id futurum promiſit quæro quid iuris ſit? Proculus reſpondit: Tanti litem æſtimari oportet, quanti actoris intereſt. *Aliud exemplum proponitur l. 114. ff. eod. tit. his uerbis:* Si fundum certo die præſtari ſtipuler, & per promiſſorem ſteterit, quo minus ea die præſtetur: Vlpianus ait, conſecuturum me, quanti mea intereſſit moram factam non eſſe. *Aliud exemplum proponitur l. 112. §. fin. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. cap. 6. except. 9. Concordat propoſitæ regulæ l. 13. §. fin. ff. de re iudicata, his uerbis:* Si quis promiſerit prohibere ſe, ne quid dãni ſtipulator patiatur, & faciat ne quod ex ea re damnum ſtipulator habeat: facit quod promiſit. Si minus: quia non facit quod promiſit, in pecuniam numeratam condemnetur: ſicut euenit in omnibus faciendi obligationibus. *Concordat item l. 72. in prin. ibi: Celſus tamen ff. de uerbor. obligat. cuius uerba uide s. lib. 36. cap. 6. reg. 5. except. 7. replic. 2. Concordat item l. 68. in fine. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. cap. 2. diuiſ. 1. de incerta ſtipul. ſpecie 10. Cõcordat itẽ l. 81. in prin. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. lib. prox. cap. 3. exc. 24. repl. 1. Item cõcordat l. 135. §. ea lege. ff. eod. tit. cuius uerba uide s cap. 6. in prin. Cõcordat itẽ l. ult. ff. ſi quis in ius uocatus nõ ierit. cuius uerba uide s. lib. 6. cap. 9. in fine, quæſt. 4. reg. 1. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt. Niſi ſtipulatio in dando, non faciendo conſiſtat. tunc enim ad id quod promiſſum eſt tenetur, non ad id quod intereſt. Quæ exceptio eluitur ex uerbis d. l. 13. §. fin. ff. de re iudicat. s. propoſitis hiſce:* Sicut euenit in omnibus faciendi obligationibus. *Item ex d. uerſ. Celſus tamen. Sed & approbatur exemplo l. 75. §. fin. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Hæc ſtipulatio, Fundum Tuſculanum dari? oſtendit certum eſſe, continetque ut dominium omnimodo efficiatur ſtipulatoris quoquo modo. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi res promiſſa dari non poſſit. tunc enim reus ad intereſſe & ad precium eius tenetur. Quæ replicatio approbatur per ea quæ propoſita ſunt s. lib. 36. cap. 8. reg 3. Altera exceptio eſt: Niſi pœna ſtipulationi ſit ſubiecta. tunc enim non ad id quod intereſt, ſed ad pœnam præſtandam agendum. Quæ exceptio approbatur per ea quæ propoſita ſunt s. cap. 6. except. 10. repl. 1. Tertia exceptio eſt: Niſi actor ipſum promiſſum præſtari malit, idq; præſtari poſſit. Quæ exceptio uidetur approbari exemplo l. 21. §. ſiue autem. ff. de operis noui nunciat. his uerbis:* Siue res iudicetur, ſiue res non defendatur, ſtipulatio in id committitur, ut uiri boni arbitratu res reſtituatur. Quod ſi ita reſtitutum non erit: quanti ea res erit, tantam pecuniam dabit, ſi hoc petitori placuerit. *Sed de hac re diuerſæ extant leges. De quibus uide gloſ. in l. 13. §. fin. ff. de re iudicata. item j. cap. 10. reg. 6. Quartæ exceptionis loco notandum, quòd ſi procurator ſit ſtipulatus, non eius, ſed domini intereſſe in hanc ueniat actionem. Quæ exceptio approbatur l. 81. § fin. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Si procurator litis aliquem ſine pœna ſtipulatus ſit: poteſt defendi non ſuam, ſed eius cuius negocium geſſit, utilitatem in eam rem deduxiſſe Idque ſortius dicendum eſt, etſi quanti ea res eſt, ſtipulatio proponatur procuratoris. *Plura de regula propoſita uide s. libro 36. capite 8. regula 1.*

II. *Regula: De fructibus, an & quatenus in hac actione ueniant, uide s. lib. 36. capite 10. exceptione 1.*

III. *Regula: Si plures res in ſtipulatione com-*

prehensæ sunt, siquidem promissor simpliciter responderit. Spondeo: ad omnes tenetur. Sin autem quasdam ex his daturum se responderit: ad eas tantùm tenetur. Quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt s. cap. 4. except. 23. repl. 5.

IIII. Regula: Si quis unam rem ex duabus sit stipulatus, puta illam aut illam, uel genus: regulariter promissoris electio est, quam rem dare uelit, nec potest actor alterutram tantùm petere. Quæ regula approbatur inst. de actionibus. §. huic autem qui loco. cuius uerba uide s. lib. 16. cap. 8. regul. 9. Concordat l. 43. §. modus. ff. de action. & obligationib. cuius uerba uide s. lib. 30. cap. 2. diuis. 8. Huius exemplum proponitur l. 10. § fin. ff. de iure dotium. cuius uerba uide s. lib. 15. cap. 8. regul. 10. exceptione 1. replicat. 1. duplicat. 3. Aliud exemplum proponitur l. 34. §. si emptio. ff. de contrah. empt. cuius uerba uide J. lib. 41. cap. 2. exception. 3. Aliud exemplum proponitur l. 6. §. decem. ibi: is autem. ff. de re iudicata. cuius uerba uide s. lib. 8. cap. 4. quæstion 4 regul. 4. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi stipulatori specialiter in stipulatione electio sit reseruata. Quæ exceptio approbatur l. 112. in princip. ff. de uerbor. obligation. his uerbis: Si quis stipulatus sit, Stichum aut Pamphilum, utrum ipse uellet: quem elegerit petet, & hic erit solus in obligatione. Concordat d. l. 10. §. fin. ibi: siquidem fuerit adiectum. ff. de iure dotium. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi alius quàm stipulator eligat. hoc enim quod alius elegerit, non debebitur. Quæ replicatio approbatur l. 76. in princip. ff. de uerbor. obligation. cuius uerba uide s. lib. proxim. cap. 3. exception. 46. replicat. 2. Concordat l. 141. in princip. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. d. exceptione 46. in princip. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi hæres stipulatoris elegerit. Quæ duplicatio approbatur d. l. 76. in princip. Altera replicatio est: Nisi stipulator semel elegerit. tunc enim alia res, quam postea elegerit, non debebitur. Quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur l. 112. in princip. ff de uerbor. obligation. his uerbis: An mutare uoluntatem posset, & ad alterius petitionem transire quærentibus: respiciendus erit sermo stipulationis, utrum'ne talis sit, Quem uoluero: an, Quem uolam. nam si talis sit, Quem uoluero: cùm semel elegerit, mutare uoluntatem non poterit. Si uerò tractum habeat sermo illius, & sit talis. Quem uolam: donec iudicium dictet, mutandi potestatem habebit. Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi ita stipulatus sit, Quem uolam: non, Quem uoluero. Cuius triplicatio hæc est: Nisi res in iudicium sit deducta. Quæ duplicatio cum sua triplicatione uerbis iam propositis approbatur. Altera duplicatio est: Nisi alius, non stipulator semel elegerit. Hæc duplicatio approbatur per ea quæ proposita sunt s. replication. proxim. Cuius triplicatio hæc est: Nisi stipulator electionem ab alio factam ratam habuerit. Quæ triplicatio approbatur l. 66 ff. de procuratoribus. cuius uerba uide s. lib. 5. cap. 8. effectu 2. in princip. Tertia propositæ exceptionis replicatio est: Nisi alterum interierit. tunc enim alterum quod superest, solum petetur: nec precium eius quod interijt, stipulator eligere potest. Quæ replicatio approbatur l. 95. in princip. ff. de solutionibus, his uerbis: Stichum aut Pamphilum, utrum ego uolam, dare spondes? altero mortuo, qui uiuit solus petetur. Concordat l. 34. § si emptio. ibi: idem dicendum. ff. de contrah. empt. cuius uerba uide J. lib. 41. cap. 2. except. 3. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi cùm stipulator alterum, antequam interiret, elegisset, promissor in eo soluendo moram fecerit. Quæ duplicatio approbatur d. l. 95. in prin. his uerbis: Nisi fortè mora facta sit in eo mortuo, quem petitor elegit. tunc enim perinde solus ille qui decessit debetur, ac si solus in obligationem deductus fuisset. Hæc de prima propositæ regulæ exceptione. Secunda est: Nisi tertio cuidam electio specialiter in stipulatione sit reseruata. Hæc exceptio approbatur l. 141. in princip. ff. de uerbor. obligation. cuius uerba uide s. lib. proxim. cap. 3. except. 46. Tertia exceptio est: Nisi ita facta sit stipulatio, Per te non fieri, quo minus hominem ex his quos habes, sumam? Quæ exceptio approbatur l. 91. ff. de uerbor. obligation. his uerbis: Si sic stipulatus fuero, Per te non fieri, quo minus hominem ex his quos habes, sumam? electio mea erit. Quarta exceptio est: Nisi alterum interierit. tunc enim id quod superest, solum debetur. Quæ exceptio approbatur l. 2. §. qui Stichum. ff. de eo quod certo loco, his uerbis: Qui Stichum aut Pamphilum promittit, eligere posse Scæuola ait, quem soluat, quamdiu ambo uiuont. Cæterùm ubi alter decessit, extingui eius electionem: ne sit in arbitrio eius an debeat, dum non uult uiuum præstare, quem solum debet. Concordat l. 10. §. fin. ff. de iure dotium. cuius uerba (ut dixi) uide s. libro 15. capite 8. regul. 10. exception. 1. replication. 1. duplication. 3. Concordat item l. 34. §. si emptio. ibi: sed uno mortuo. ff. de contrah. empt. cuius uerba uide J lib. 41. cap. 2. exception 3. Item concordat l. 95. in princip. ibi: quòd si promissoris. ff. de solutionib. his uerbis: Quòd si promissoris fuit electio: defuncto altero, qui superest æquè peti poterit. Enimuerò si facto debitoris alter sit mortuus, cum debitoris esset electio: quãuis interim nõ alius peti possit, quàm qui solui etiam potest neq; defuncti offerri æstimatio potest, si fortè lõgè fuit uilior: quoniã id ꝑ petitore in pœnam promissoris constitutum est:

tamen si alter, seruus postea sine culpa debitoris moriatur, nullo modo ex stipulatu agi poterit, cùm illo in tempore, quo moriebatur, non commiserit stipulationem. Sanè quoniam impunita non debent esse admissa, doli actio non immeritò desiderabitur, aliter quàm in persona fideiussoris, qui promissum hominē, &c. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi alterum interierit, postquam id promissor stipulatori obtulit. tunc enim in totū promissor liberatus est.* Quæ *replicatio approbatur l. 105. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Stipulatus sum, Damam aut Erotem seruum dari? Cùm Damam dares, ego quo minus acciperem, in mora fui: mortuus est Dama: an putes me actionem ex stipulatu habere? Venuleius respondit: Secundum Masurij Sabini opinionem puto te ex stipulatu agere non posse. nam is rectè existimabat, si per debitorem mora non esset, quo minus id quod debebat solueret: continuò eum debito liberari. *Plura de hac re uide J. lib. 48. cap. 19. except. 12.* Quinta exceptio est: *Nisi semel elegerit promissor. tunc enim postea aliud dando nihil agit.* Quæ *exceptio ipso quidem iure subsistit: uerùm eius replicatio prima hæc est: Nisi purè stipulatio sit facta, hoc est, nulla mentione electionis promissoris facta.* Quæ *replicatio approbatur l. 138. §. fin. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Cùm purè stipulatus sum, Illud aut illud dari? licebit tibi quoties uoles mutare uoluntatem in eo quod præstiturus sis: quia diuersa causa est uoluntatis expressæ, & eius quæ inest. *Altera replicatio est: Nisi cum quis uendita domo habitationem aut decem sibi singulis annis exceperit. hoc enim casu emptor singulis annis mutare uoluntatem, & uel habitationem uel decem præstare potest.* Quæ *replicatio approbatur l. 21. §. fin. ff. de action. empti. cuius uerba uide J. lib. 42. cap. 9. quæst. 1. causa 3. except. 11. Reliquas propositæ exceptionis replicationes uide §. except. 1. repl. 2. dupl. 1 & 2. Sexta exceptio est: Nisi tum una res deberetur, postea inter creditorem & debitorem conuenerit, ut alia res pro ea solueretur: & creditor primam rem petierit. tunc enim alteram offerendo promissor nihil agit.* Quæ *exceptio approbatur, authore Accursio, l. 57. in prin. ff. de solutionib. cuius uerba uide J. lib. 48. cap. 9. except. 15. repl. 1. dupl. 3. Septima exceptio est: Nisi in altera re stipulatio non consistat: puta quia sit stipulatoris.* Quæ *exceptio approbatur l. 72. §. Stichum. ff. de solutionibus, his uerbis:* Stichum aut Pamphilum stipulatus sum, cùm esset meus Pamphilus. Nec si meus esse desierit, liberabitur promissor Pamphilū dando. Neutrum enim uidetur in Pamphilo homine constitisse, nec obligatio nec solutio. Sed ei qui hominem dari stipulatus est, unum etiam ex ijs qui tunc stipulatoris serui erant, dando promissor liberabitur, qui quidem ipsa, ac si is dari stipulatus esset, qui eius non erat. Fingamus ita stipulatum, Hominem ex ijs quos Sempronius reliquit, dare spondes? cum tres Sempronius reliquisset, eorumque aliquem stipulatoris fuisse: an nunc mortuis duobus qui alterius fuerant, superest illa obligatio, an non, uideamus? Et magis est deficere stipulationem, nisi ante mortem duorum desierit esse reliquus seruus stipulatoris. *Concordat l. 128. §. eadem. ff. de uerbor. obligation. his uerbis:* Qui Stichum aut Pamphilum stipulatur, si in unum constiterit obligatio, quia alter stipulatoris erat: etiamsi desierit eius esse, non rectè soluitur: quia utraq; res ad obligationem ponitur, non ad solutionem. *Hisce uerbis exceptio proposita approbatur, simul & reprobatur eius replicatio talis: Nisi res in eum casum inciderit, quo utiliter in stipulatum deduci potuit: utputa si res stipulatoris esse desierit. Planè admittitur replicatio proposita, si quis genus in stipulationem deduxerit, nulla specie nominata. tūc enim, quamuis res stipulationis tempore stipulatoris fuit, si tamen eius postea esse desijt, & stipulatori à promissore offeratur, liberatio illi contingit: quia hoc casu illi electio libera est.* Quæ *distinctio approbatur uerbis d. §. Stichum, iam propositis hisce:* Sed ei qui hominem dari stipulatus est, unum etiam ex ijs qui tunc stipulatoris serui erant, dando promissor liberabitur, ui quidem ipsa, ac si is dari stipulatus esset, qui eius non erat. *Octaua exceptio est: Nisi quis Ephesi decem, aut Capuæ hominem sit stipulatus, nec promissor ante petitionem alterum soluerit. tunc enim actoris erit electio.* Quæ *exceptio approbatur l. 2. §. Sceuola. ibi: proinde mixta ff. de eo quod certo loco. cuius uerba uide J. cap. 13. quæst. 3. causa 2. except. 2. Nona exceptio est: Nisi debitor postea alterum se daturum constituit.* Hæc *exceptio approbatur l. 25. in princip. ff. de constit. pecunia. cuius uerba uide J. lib. 45. cap. 5. quæst. 2. except. 45. repl. 2.*

V. *Regula: Si quis decem aut quinq; stipulatus sit, quinq; debentur.* Quæ *regula approbatur l. 12. ff. de uerbor. obligat. his uerbis:* Si ita stipulatus fuero, Decem aut quinque dare spondes? quinque debentur. *Concordat l. 109. ff. eod. tit. cuius uerba uide §. lib. 36. cap. 24. reg. 5.*

VI. *Regula: Si quis sibi decem, & Titio decem dari stipulatur: decem, non dena stipulatus uidetur.* Quæ *regula approbatur l. 38. §. eum qui. ff. de uerbor. obligation. his uerbis:* Eum qui ita dicat, Mihi decem, & Titio decem: eadem decem, non alia decem dicere credendum est. *Concordat l. 56. in princip. ff.*

*cod. tt. his uerbis:* Eum qui ita ſtipulatur, Mihi & Titio decem dare ſpondes? ueroſimilius eſt, ſemper una decem communiter ſibi & Titio ſtipulari: ſicuti qui legat Titio & Sempronio, non aliud intelligitur, quàm uns decem communiter duobus legare. *Huius regulę ratio proponitur l. 109. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide (ut dixi) ſ.lib.36.cap.14.reg.5. Eius autem exceptio prima hæc eſt: Niſi ita ſtipulatus ſit, Mihi & Titio dena dare ſpondes? Quę exceptio approbatur l.24.in prin.ff.de ſolutionib.his uerbis:* Vbi fideiuſſor pro duobus in dena fideiuſsit, obligatus eſt in uiginti: & ſiue uiginti ſiue dena ſoluerit, utrunque reum liberabit. *Altera exceptio eſt: Niſi adiectę perſonę inutiliter ſit ſtipulatus. tunc enim ſola quinq; debentur. Quę exceptio approbatur l.110. in prin. ff. de uerbor. obligat. cuius uerba uide ſ.lib.proxim.cap.3. except. 26. repl. 12. dupl. 1. Concordat Inſt. de inutilib. ſtipulat. §. quod ſi quis ſibi. cuius uerba uide d. replicatione 12.*

V I I. Regula: *Si quis ſtipulatus ſit id quod ſibi debetur, illud ſolum debitum uenit in ſtipulationem, quod præſenti die debetur, non id cuius dies aut conditio pendet. Quę regula approbatur l. 125. ff. de uerbor.obligat. his uerbis:* Cùm ſtipulamur, Quidquid te dare facere oportet? nihil aliud in ſtipulationem deducitur, quàm quod præſenti die debetur. hoc enim ſolum hæc ſtipulatio demonſtrat. *Concordat l. 76. §. cum ſtipulamur. ff. eod. tt. his uerbis:* Cùm ſtipulamur, Quidquid te dare facere oportet? id duntaxat quod præſenti die debetur, in ſtipulationem deducitur, non ut in iudicijs etiam futurum. Et ideo in ſtipulatione adijcitur uerbum Oportebit: uel ita, Præſens, in diemúe. hoc ideo fit, quia qui ſic ſtipulatur, Quidquid te dare facere oportet? demonſtrat eam pecuniam, quæ iam debetur. Quòd ſi totam demonſtrare uult: dicit, Oportet, oportebitúe: uel ita, Præſens, in diemúe. *Huius exemplum proponitur l. 89. ff. eod. tt. his uerbis:* Si à colono, cui fundum in quinquennium locaueram, poſt tres annos ita ſtipulatus fuero, Quidquid te dare facere oportet? non amplius in ſtipulationem deducitur, quàm quod dari iam oportet. Si autem adijciatur, Oportebitúe: etiam futura obligatio deducitur.

V I I I. Regula: *Si quis ita à Seio ſtipulatus fuerit, Quantam pecuniam Titio credidero, dare ſpondes? ſine diſtinctione in omnes ſummas Titio creditas Seius erit obligatus. Quę regula approbatur l.55.ff. de fideiuſſorib. his uerbis:* Si ita ſtipulatus à Seio fuero, Quantam pecuniam Titio quandoque credidero, dare ſpondes? & fideiuſſores accepero, deinde Titio ſæpius credidero: nempe is Seius in omnes ſummas obligatus eſt, & per hoc fideiuſſores quoque: & in id quod ex bonis eius ſeruari poteſt, omnibus æquo iure proficere debet.

I X. Regula: *Ita ſtipulatus, Quanto minus à Titio conſecutus fuero? ſi Titius nihil facere poßit, promiſſorem in ſolidum obligatum habet. Quę regula approbatur l.150. ff. de uerb.ſignif. his uerbis:* Si ita à te ſtipulatus fuero, Quanto minus à Titio conſecutus fuero, tantùm dare ſpondes? non ſolet dubitari, quin ſi nihil à Titio fuero conſecutus, totum debeas quod Titius debuerit. *Concordat l. 116.in princip.ff.de uerbor.obligat. cuius uerba uide j.lib.45.cap.3. queſt.10.reg.1.except.3. Concordat item l.76.§.fin. cum duab. legib. ſequentib. ff.de hered.inſtit. cuius uerba uide ſ.lib.28.cap.23. reg.4.except.1.*

X. Regula: *Si cum nihil deberet Seius, ita ab eo ſtipulatus ſim: Amplius quàm mihi debes, decem dare ſpondes? decem nihilominus debentur. Item, Si is qui quinq; tantùm in arca habet, ita promittat, Decem quę in arca habeo: ſola quinq; debentur. Quę regulę cum alijs ſimilibus approbantur per ea quę propoſita ſunt ſ.cap.4.except.25.*

X I. Regula: *Qui aliquid dari ſtipulatur, dominium, non nudam poſſeßionem ſtipulatur. Quę regula approbatur l.75. §.fin. ff. de uerbor.obligat. cuius uerba uide ſ. regul. 1. except.1. Concordat l.25.§. fin. ff. de contrah. empt. cuius uerba uide j. lib.41.cap.1.queſt.4.reg.1. Concordat item l. ſi à ſubſtituto. 45.§. fin.cum lege ſequente. ff de leg.1. cuius uerba uide ſ.lib.33.cap.7. reg.1. except.2. replic.2. Concordat item l.117.in prin. ff.de reg.iuris. cuius uerba uide j.lib.50.cap.5.in uerbo Dare.*

X I I. Regula: *Qui aliquid tradi ſtipulatus eſt, nudam tantùm poſſeßionem ſtipulatus uidetur. Quę regula approbatur l.28.ff.de uerbor.obligat. his uerbis:* Si rem tradi ſtipulamur, non intelligimus & proprietatem eius dari ſtipulatori, ſed tantùm tradi rem. *Huius regulę exceptio prima hæc eſt: Niſi uacuam poſſeßionem tradi ſit ſtipulatus. tunc enim intelligitur non ſolùm poſſeßionem, ſed etiam dominium rei ſtipulatus. Quę exceptio approbatur l.52.§.fin. ff.eod.tt.his uerbis:* Si quis uacuam poſſeſſionem tradi promiſerit, non nudum factum ſtipulatio hæc continebit, ſed cauſam bonorum. *Altera exceptio eſt: Niſi ſtipulatio alicui contractui interuenerit, ex quo ita res tradi ſolet, ut transferatur dominium: ut eſt emptio, permutatio, &c. Quę exceptio approbatur l.3.§.1. ibi: quia & qui.ff.de action.empti.cuius uerba uide ſ. lib.16. cap. 10. quæſt. 1. except. 1. repl.1.dupl.1.*

X I I I. Regula: *Qui decem ſibi dari curari ſtipulatus eſt, decem petere non poteſt. Quę regula approbatur l.67. ff. de uerbor. obligation. his uerbis:*

*uerbis:* Eum qui decem dari sibi curari stipulatus sit, non posse decem petere: quoniam posit promissor reum locupletem dando liberari. Labeo ait. Idque & Celsus libro VI. Digest. scribit. *Concordat l.ult. §.ult.ff.si certum petatur, his uerbis:* Labeo ait, cùm decē dari curari stipulatus sis: ideo non posse te præcise decem dari oportere intendere, quia etiam reum locupletem dando promissor liberari posit. Quo scilicet significat, non esse cogendum eum accipere iudicium, si reum locupletem offerat. *Idem est, & si quis aliquem satisfacturum sit stipulatus, l.21. in fine. ff. de constit.pecunia.*

XIIII. *Regula: Qui promittit sumptus factos in lite de re, non tenetur ad sumptus factos in lite de precio. Quæ regula approbatur l.102.ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Venditores emptoris pro euictione cauerant, quanti eius interesset, specialiter se agnituros, si in lite mota sumptus fecisset: & emptori stipulanti promiserant. Post mortem emptoris unus ex uēditoribus ad iudicium uocauit, preciū sibi deberi dicēs, hæredes eius. Qui sumptus in defensione causæ factos (cum probarent precium solutum fuisse) ex stipulatione petebant. Modestinus respondit, si eas impensas uenditores promisissent, quæ ob litem de proprietate institutā factæ essent: minimè ex stipulatu peti posse quod erogatum esset, dum alter ex uenditoribus precium, quod iam fuerat exolutum, petit.

XV. *Regula: Annuum stipulatus ex die stipulationis sub certa conditione, quandocunque conditio extiterit, ex die stipulationis annuum debebitur. Quæ regula approbatur l.116.in prin.ff.de uerbor. obligat. his uerbis:* Si ita stipulatus fuero, Si Titius consul factus fuerit, tunc ex hac die in annos singulos dena dare spondes? post triennium cōditione existente, triginta poterunt peti. *Concordat l. 64. ff. eod.tit.his uerbis:* Huiusmodi stipulatio interposita est, Si Titius consul factus fuerit, tunc ex hac die in annos singulos dena dare spondes? post triennium conditio extitit: an huius temporis nomine agi posit, non immeritò dubitabitur? Africanus respondit, eam stipulationem utilem esse: ita ut in ea eorum quoque annorum, qui ante impletam conditionem intercesserint, præstatio in id tempus collata intelligatur: ut sententia eius talis sit, Tunc cùm Titius consul factus fuerit, in annos singulos etiam præteriti temporis habita ratione dena præstentur. *Concordat item l.40.in fine.ff.si certum petatur. cuius uerba uide s.lib.36.cap.9.quæst.2.reg.8.*

XVI. *Regula: Vnusquisque ex duobus uel pluribus reis stipulandi in solidum habet actionem, & aduersus unumquenque ex duobus reis promittendi in solidum actio competit. Quæ regula approbatur, simul & distinguitur s. eodem libro, capite 12.*

XVII. *Regula: Vnus ex hæredibus stipulatoris nō nisi pro parte hæreditaria agere potest. Quæ regula approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s.lib.36. cap.5.reg.4. except 1. item reg.7.except.7.*

XVIII. *Regula: Vnus ex pluribus hæredibus promissoris non nisi pro parte hæreditaria tenetur. Quæ regula approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s. lib. 36. cap.6. regul.5. exceptione 7.*

XIX. *Regula: Hic notanda est etiam alia stipulationum diuisio, quòd alia sit diuidua, alia indiuidua. Quæ diuisio approbatur & declaratur l.85. ff.de uerb. obligat. his uerbis:* In executione obligationis sciendum est quatuor causas esse. Nam interdum est aliquid quod à singulis hæredibus diuisim consequi possumus: aliud quod totum peti necesse est, nec diuisim præstari potest: aliud quod pro parte petitur, sed solui nisi totum non potest: aliud quod solidum petendum est, licet in solutione admittat partis executionem. Prima species pertinet ad promissorem certæ pecuniæ. nam & petitio & solutio ad portiones hæreditarias spectant. Secunda ad opus quod testator fieri iusserit. nam singuli hæredes in solidum tenentur: quia operis effectus in partes scindi non potest. Quòd si stipulatus fuero, Per te hæredemque tuum non fieri, quo minus eam, agam: si aduersus ea factum sit, tantum dari? & unus ex pluribus hæredibus promissoris me prohibeat: uerior est sententia existimantium unius facto omnes teneri: quoniam licet ab uno prohibeor, non tamen in partem prohibeor. Sed cæteris familiæ erciscundæ iudicio sarciet damnum. Pro parte peti, solui autem nisi totum non potest, ueluti cum stipulatus sum hominem incertum. nam petitio eius scinditur: solui uerò nisi in solidum non potest. Alioquin in diuersis hominibus rectè partes soluerentur: quod non potuit defunctus facere, ne quod stipulatus sum, non consequar. Idem iuris est, & si quis decem aut hominem promiserit. In solidum uerò agi oportet, & partis solutio adfert liberationem, cùm ex causa euictionis intendimus. nam auctoris hæredes in solidum denunciandi sunt, omnesque debent subsistere, & quolibet defugiente omnes tenebuntur: sed unicuique pro

parte hæreditario præstatio iniungitur. Item si ita stipulatio facta sit, Si fundus Titianus datus non erit, dari centum? nisi totus detur, pœna committitur centum: nec prodest partes fundi dari cessante una: quemadmodum non prodest ad pignus liberandum partem creditori soluere. *Ex his patet, stipulationem aliam diuiduam esse, aliam indiuiduam, uel obligatione & solutione simul: uel alterutra tantùm, aut obligatione aut solutione. Diuidua stipulatio est tam obligatione quàm solutione, prima species. De qua s. lib. 36. cap. 6. reg. 5. except. 7. in prin. Diuidua stipulatio est obligatione, non etiam solutione, tertia species. quæ proponitur his uerbis:* Pro parte peti, solui autem nisi totum non potest, &c. *De qua specie uide s. d. except. 7. repl. 3 & 4. Item J. lib. 48. cap. 9. except. 15. repl. 1. dupl. 1. Diuidua stipulatio est solutione, non autem obligatione, quarta species. quæ declaratur uerbis s. propositis hisce:* In solidum uerò agi oportet, &c. *De qua uide d. except. 7. repl. 6. Indiuidua stipulatio est tam obligatione quàm solutione, secunda species. quæ proponitur his uerbis:* Secunda ad opus quod testator, &c. *De qua uide d. except. 7. repl. 5. Indiuidua obligatione tantùm, non etiam solutione, quarta species. Indiuidua denique solutione, non autem obligatione, tertia species: ut iam est dictum.*

X X. Regula: *Si pluribus plures res ex eadem obligatione debeantur, regulariter quidem singuli in singulis rebus partes habent. Quæ regula approbatur, simul & distinguitur l. 54. in princip. ff. de uerbor. obligat. his uerbis:* In stipulationibus aliàs species, aliàs genera deducuntur. Cùm species stipulamur, necesse est inter dominos & inter hæredes ita diuidi stipulationem, ut partes corporum cuique debeantur. Quoties autem genera stipulamur, numero fit inter eos diuisio. Veluti cum Stichum & Pamphilum quis stipulatus, duos hæredes æquis partibus reliquit: necesse est utrique partem dimidiam Stichi & Pamphili deberi. Si idem duos homines stipulatus fuisset, singuli homines singulis hæredibus eius debentur. *Concordat l. 29. ff. de solutionibus, his uerbis:* Cùm Stichus & Pamphilus communi seruo promissi sunt: alteri Stichus, alteri Pamphilus solui non potest, sed dimidiæ singulorum partes debentur. Idemque est, si quis aut duos Stichos, aut duos Pamphilos dare promisit: aut communi duorum seruo homines decem dare promisit. Nam ambigua uox est Decem homines, quemadmodú Decem denarij: atque utriusque rei dimidium duobus modis intelligi potest. Sed in numis, & oleo, & frumento, & similibus quæ communi specie continentur, apparet hoc actum, ut numero diuidatur obligatio: quatenus commodius promissoribus stipulatoribusque est. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi non species, sed genera in stipulationem sint deducta. Quæ exceptio approbatur uerbis d. l. 54 s. propositis hisce:* Quoties autem genera stipulamur, numero fit inter eos diuisio, &c. *Cui concordat d. l. 29. uerbis iam propositis hisce:* Sed in numis, & oleo, &c. *Concordat item l. 117. ff. de uerbor. obligation. his uerbis:* Si centum homines, quos ego hæres ue meus elegisset, stipulatus, antequam elegerim, duos hæredes reliquero: numero diuiditur stipulatio. Diuersum erit, si iam electis hominibus successerint. *Altera exceptio est: Nisi ea quæ pondere, numero uel mensura constant, in obligationem sint deducta. tunc enim numero inter eos fit diuisio. Quæ exceptio approbatur uerbis d. l. 29. s. propositis hisce:* Sed in numis, & oleo, & frumento, & similibus, &c. *Tertia exceptio est: Nisi operæ in stipulationem sint deductæ. Quæ exceptio approbatur d. l. 54. §. operarum. ff. de uerborum obligation. his uerbis:* Operarum stipulatio similis est his stipulationibus, in quibus genera comprehenduntur. Et ideo diuisio eius stipulationis non in partes operarum, sed in numerum cedit. Quòd si unam operam seruus communis stipulatus fuerit: necesse est utrique dominorum partem operæ tantam, quantam in seruo habuerit, petere. Solutio autem eius obligationis expeditissima est, si æstimationem operæ malit libertus offerre: aut si consentiant patroni, ut his communiter operæ edantur. *Concordat l. 15. §. ideo. ff. de operis libertorum. cuius uerba uide s. libro 20. capite sexto, quæstione quinta, regula tertia, exceptione prima, replicatione prima. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi una tantùm opera sit promissa. Quæ replicatio approbatur d. §. operarum. ibi: quòd si unam operam, &c. Hactenus quid quantumque ueniat in actionem ex stipulatu. Sed & plures huiusmodi regulas uide s. lib. 36. capite 9. cum aliquot capitibus sequentibus.*

*DE AD-*

## *DE ADIVNCTIS ACTIONIS ex stipulatu, deq; probationibus & præsumptionibus in stipulationibus dubijs & obscuris.*

### *Cap. IX.*

PRima regula: *Si scriptum sit promisisse aliquẽ, præsumitur stipulatio facta, & quidem utiliter facta: nisi contrarium probetur. quæ regula approbatur l. 30 ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Sciendum est generaliter, quòd si quis scripserit se fideiussisse: uideri omnia solenniter acta. *Concordat inst. de fideiuss. §. fin. his uerbis:* In stipulationib. fideiussorum sciendum est hoc generaliter accipi, ut quodcunq; scriptum sit quasi actum, uideatur etiam actum. Ideoq; constat, si quis scripserit se fideiussisse: uideri omnia solenniter acta. *Concordat item inst. de inutilib. stipul. §. si scriptum, his uerbis:* Si scriptum in instrumento fuerit, promisisse aliquẽ: perinde habetur atq; si interrogatione præcedẽte respõsum sit. *Concordat item l. 134. §. penult. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Paulus respondit, cùm Septitius literis suis præstaturum se cauerit pecuniã & usuras eius semisses, quæ apud Sempronium depositę sunt: si inter pręsentes actũ est, intelligendum etiam à parte Lucij Titij præcessisse uerba stipulationis. *Concordat item l. 1. C. de contrah. stipul. his uerbis:* Licet epistolæ, quam libello inseruisti, additum nõ sit, esse stipulatum eum cui cauebatur: tamen si res inter præsentes gesta est, credendum est præcedentem stipulationem uocem spondentis secutam.

II. Regula: *Si scriptum sit, stipulationem esse factam: præsumitur pro instrumẽto, quòd sit facta, & inter præsentes: nisi contrarium probetur. quæ regula approbatur Inst. de fideiussorib. §. fin. cuius uerba uide s. reg. prox. Concordat Inst. de inutilib. stipulat. §. item uerbor. obligat. his uerbis:* Verborum obligatio inter absentes cõcepta, inutilis est. Sed cum hoc materiam litium contentiosis hominibus pręstabat, fortè post tempus tales allegationes opponentibus, & nõ præsentes fuisse uel se uel aduersarios suos contendentibus: ideo nostra constitutio propter celeritatem dirimendarum litium introducta est, quam ad Cæsarienses aduocatos scripsimus: per quam disposuimus, tales scripturas, quæ præstò esse partes indicant, omnino esse credendas: nisi is qui talibus utitur improbis allegationibus, manifestissimis probationibus uel per scripturam, uel per testes idoneos adprobauerit, toto eo die, quo conficiebatur instrumentum, sese uel aduersarium suum in alijs locis fuisse. *Ait Imper.* Nostra constitutio. *Quæ habetur l. 14. C. de contrah. stipulat. his uerbis:* Optimam quæstionem, & frequenter in iudicijs uersatam, satis humanum est saltem in præsenti dirimere: ne diutius nostram rem publicam molestare concedatur. In multis etenim contractibus, & maximè in fœneraticijs cautionibus, solitum est adscribi, stipulationem per certos seruos celebrari. Sed quidam in deuotione tenti, ex hoc materiam altercationis acceperunt: & alij quidem non esse seruum adhibitum contendebant, alij uerò non eius seruum esse, ad quem pertinere scriptura protestabatur: etsi non per seruum, sed inter præsentes celebratam esse rem fuerat scriptum, & hoc iterum dubitabatur, debere ostendi partes esse præsentes. Cùm itaque satis utile est, in contractibus & seruos adhiberi, & præsentes esse personas adscribi, fortè propter personas dignitate excelsas, uel mulieres, quas naturalis pudor non in omnibus perperam sese manifestare concedit: sancimus, tales scripturas omnifariam esse credendas, & siue adscriptus fuerit seruus, & ad quandam personam dicitur pertinere, credi omnimodo & seruum adfuisse, & fecisse stipulationem, & eam esse scripto domino adquisitam: & non dubitari, si seruus ipse præstò fuerit, uel eius dominus, pro quo scriptus est fecisse stipulationem, et si inter præsentes partes res acta esse dicitur: & hoc esse credendum, si tamen in eadem ciuitate utraq; persona eodem die commanet, in qua huiusmodi instrumentum scriptum est: nisi is qui dicit sese uel aduersarium abesse, liquidis ac manifestissimis probationibus, & melius quidem, si per scripturam, uel saltem per testes undique idoneos & omni exceptione maiores, ostenderit, sese uel aduersarium suum eo die ciuitate abfuisse. Sed huiusmodi scripturas propter utilitatem contrahentium esse credendas.

III. Regula: *Cùm quæritur quid actum sit, uerba contra stipulatorem sunt interpretanda. quæ regula approbatur l. 38. §. in stipulationib. ff. de uerb. oblig. his uerbis:* In stipulationibus, cùm quæritur quid actũ sit: uerba contra stipulatorẽ interpretanda sunt. *Concordat l. 27. ff. de reb. dubijs, hisce uerbis:* Cùm quæritur in stipulatione quid acti sit: ambiguitas contra stipulatorem est. *Concordat item l. 46. ff. de act. & oblig. cuius uerba uide s. lib. 7. cap. 9. reg. 16. Concordat item l. 99. in prin ff. de uerb. obligat. ubi etiã ratio huius regulæ proponitur, his uerbis:* Quidquid adstringendę obligationis causa est, id nisi palàm uerbis exprimatur, omissum

esse intelligendum est: ac fetè secundum promissorem inrerpretamur, quia stipulatori liberum fuit ueiba larè coocipere. Necrursum promissor ferendus est, si eius interetit de certis potius uasis fortè aut hominibus actum eise. *Eadem ratio proponitur l.19.ff. de pactis, bisce uerbis:* Veteribus placet, pactionem obscuram uel ambiguā uenditori & qui locauit oocere, in quorum fuit porestate legem apertius conscribere. *Huius regulæ exemplum primum est, si is qui sibi & Titio decem stipulatus erat, uiginti petat, dicens se singulis dena stipulatum. quod exemplum proponitur s̄. cap. prox. reg.6. Secundum exemplū est, si is qui ita stipulatus erat: Quod te mihi calendis Ianuarijs dare oportet, id dare spondes? dicat se purè sine die stipulatum. quod exemplum proponitur s̄.lib.36.cap.14.reg.1.except.5. Tertium exemplum est, si cùm quis promisisset ita, Quidquid constituisset patrem meum tibi debere, soluam: post stipulationem, non antè, debitum patris constare cœperit. hoc enim casu, si dicat stipulator, actum inter eos esse, quandocunq; constiterit debitum, promissorem obligatum: promissor contrà, cum de præterito tantùm tempore stipulatio sit concepta, nisi tempore stipulationis constitisset, se absoluendum: secundum promissorem contra stipulatorem interpretatio est facienda. quod exemplum proponitur l. 122. §. Agerius. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Agetius filiusfamiliâs seruo Publij Mæuij stipulanti spopondit, se daturum quidquid patrem suum Publio Mæuio debere constitisset: quæsitum est, patte defuncto antequam coostitisset quid quantumq́ue deberet: an si aduersus hæredem eius actum fuisset, aliumúe successorem, & de debito constitisset, Agerius teneatur? Scæuola tespondit, si conditio noo extitisset, stipulationem non esse commissam. *Planè huius regulæ exceptio hæc est: Nisi uerba pro stipulatore sint clara & aperta. tunc enim, si promissor dicat aliud actum, nisi probauerit, pro stipulatore contra promissorem est pronunciandum. quæ exceptio approbatur uerbis d. l. 99. s̄. propositis bisce:* Necrutsum promissor fetendus est, si eius intererit de certis potius uasis fortè aut hominibus actum esse. *Concordat l.25. in fin. ff. de leg.3. his uerbis:* Cùm io ueibis nulla est ambiguitas, non debet admitti uoluntatis quæstio. *Concordat item j. reg. prox. Huius exceptionis exemplum proponitur l.110 §. si stipulatus. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Si stipulatus fuero de te, Vestem tuam quæcunque muliebris est, dare spondes? magis ad mentem stipolantis, quàm ad mentem promittentis id teferri debet, ut quid in ea re sit, æstimari debeat, non quid senserit promissor. Itaque si solitus fuerat promissot muliebri quadam ueste uti: nihilominus debebitut. *Aliud exemplum proponitur l. 6. ff. de acceptilationibus. cuius uerba uide j. lib.48. cap. 11. quæstion. 5. exception. 1. Plura de regula proposita uide j. lib. 42. cap. 1. quæstion. 5. regula 1.*

IIII. *Regula: In re dubia, uerba potius sunt spectanda stipulationis. quæ regula approbatur l. 126. §. Chrysogonus. ibi: plerunq; enim. ff. de uerb. obligation. cuius uerba uide j. regul. proxim. Concordant ea quæ proposita sunt s̄. reg. prox. exception. 1.*

V. *Regula: De quibus ante stipulationem conuenit, ea in stipulatione repetita creduntur. quæ regula approbatur l. 134. §. idem respondit. ff. de uerb. obligationib. his uerbis:* Plerunque ea quæ præfationibus conuenisse concipiuntur, etiam in stipulationibus repetita ctedunturt: sic tamen ut non ex ea repetitiooe inutilis efficiatur stipolatio. *Huius regulæ exemplum proponitur l. 4. §. fin. ff. de pactis, bisce uerbis:* Iuliano placet ex facto etiam consulto: cum conuenisset, ut donec usuræ soluereotur, sors non peteretur, & stipulatio purè concepta fuisset: cōditionem inesse stipulationi, atq; si hoc expressum fuisset. *Ait Iurisconsultus: Conditionem inesse stipulationi. Scilicet hanc: Si non soluantur usuræ. Aliud exemplum proponitur d. l. 134. §. fin. cuius uerba uide s̄. cap. 3. reg. 1. except. 1. repl. 1. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi ex repetitione illa inutilis efficeretur stipulatio. quæ exceptio approbatur uerbis d. §. idem respondit, s̄. propositis bisce:* Sic tamen ut oon ex ea repetitione ioutilis efficiatur stipnlatio. *Huius exceptionis exemplum proponitur l. 126. §. Chrysogonus. ibi: sequens. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Chrysogonus Flauij Candidi seruus actot scripsi coram subscribente & adsignante domino, accepisse eum à Iulio Zosa, ageote rem Iulij Quintiliani absentis, mutua donaria mille, quæ dari Quintiliano hærediúe eius, ad quem ea res pertinebit, calendis Nouembris, quæ proximæ sunt futuræ, stipulatus est Zosas libertus & rem agens Quintiliani: spopondit Flauius Candidus dominus meus. Et dis suprascripta si satis eo nomioe factum non erit: tunc quo pòst soluetur, usurarum nomine denarios octo præstari stipulatus est Iulius Zosas: spopondit Flauius Caodidus dominus meus, subscripsitq́ue. Paulus respondit: Pet liberam personam quæ neque iuri nostro subiecta est, neq; bona fide nobis seruit, obligationem nullam adquirere nobis possumus. Planè si liber homo nostro nomine pecuniā daret uel suam uel nostram, ut nobis

bis solueretur: obligatio nobis pecuniæ creditæ adquireretur. Sed quod patrono libertus dari stipulatus est, inutile est: ut nec ad solutionem proficiat adiectio absentia, cui principaliter obligatio quærebatur. Superest ut quæramus, an ex numeratione ipse qui contraxit, pecuniam creditam petere posait? nam quoties mutuã pecuniam dantes, eandem stipulamur: non duæ obligationes nascuntur, sed una uerborum. Planè si præcedat numeratio, sequatur stipulatio: non est dicendum, recessum à naturali obligatione. Sequens stipulatio, in qua sine adiectione nominis usuras stipulatus est, non eodem uicio laborat: neq; enim malignè accipiendum est, eidem stipulatum usuras, cui & sortem, uideri. Ideoq; in liberti persona ualet stipulatio usurarum, & cogitur eam patrono cedere. Plerunq; enim in stipulationibus uerba, ex quibus obligatio oritur, inspicienda sunt. Rarò in esse tempus uel conditionem, ex eo quod agi apparebit, intelligendum est: personam nunquam, nisi expressa sit. *Altera exceptio est: Nisi cum quis sortem stipulatus esset qua die petierit, & usuras in dies triginta: hoc enim casu dies qua petierit, in usurarum stipulatione repetitus non uidetur. quæ exceptio approbatur l. 135. in prin. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide s. lib. 36. cap. 9. quæstion. 2. regul. 7.*

VI. Regula: *Quotiẽs tempus in stipulatione adijcitur, regulariter à die stipulationis tempus incipit currere. quæ regula approbatur exemplo d. l. 135. in princip. Cuius exceptio prima hæc est: Nisi quis pro muliere dotem intra annum dare promisit. hoc enim casu annus non ex die stipulationis, sed ex die nuptiarum currere incipit. quæ exceptio approbatur l. 48. in princip. ff. de iure dotium. cuius uerba uide ã. lib. 15. cap. 2. quæstion. 5. regul. 3. Altera exceptio est: Nisi quis dotem reddi stipulatus sit, si mulier intra annum constante matrimonio sine liberis decesserit. nam & hoc casu annus à die nuptiarum, non à die stipulationis est numerandus. quæ exceptio approbatur argumento d. l. 42. in princip. Ita respondi consultus de casu, quo pater pro filia dotem dans, eam reddi stipulatus erat, si filia intra biennium sine liberis decesserit, eaq; decesserat intra biennium à tempore nuptiarum numerandum: sed si à die stipulationis biennium numeratum esset, pòst non intra biennium decesserat.*

VII. Regula: *Quod minus est, quodq; longius est, uidetur in obligationem deductum. quæ regula approbatur l. 109. in fine. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide s. lib. 36. cap. 14. regul. 5. eiusq; exemplum uide d. regul. 5. item aliud ã. cap. prox. regul. 5.*

VIII. Regula: *Clausula generalis non refertur ad specificata. quæ regula approbatur l. 119. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Doli clausula, quæ in stipulationibus subijcitur, non pertinet ad eas partes stipulationis, de quibus nominatim cauetur. *Concordat l. 53. ff. eod. tit. his uerbis:* Stipulationes commodissimum est ita componere, ut quęcunq; specialiter comprehendi possunt, contineantur: doli autem clausula ad ea pertineat, quæ in præsentia occupari non possunt, & ad incertos casus.

IX. Regula: *In stipulationibus id tempus spectandum, quo fit stipulatio. quæ regula approbatur l. 186. ff. de reg. iuris, his uerbis:* In stipulationibus id tempus spectatur, quo contrahimus. *Huius exemplum proponitur l. 18. §. si filius. ff. eod. tit. cuius uerba uide ã. lib. 16. cap. 2. quæstion. 1. exception. 15. Concordat l. 78. in prin. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide s. lib. 36. cap. 5. reg. 1. except. 4. repl. 1. Aliud exemplum proponitur l. 83. §. sacram rem. ibi: quamuis res sacra. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide ã. lib. proxim. cap. 3. exception. 33. in prin. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi quis rem suam sub conditione sit stipulatus. tunc enim spectatur tempus, quo conditio existit, ut si eo tempore stipulatoris res amplius non sit, ualeat stipulatio. quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s. lib. prox. cap. 3. exception. 30. replicat. 2.*

X. Regula: *In prætorijs stipulationibus prætoris est interpretatio. quæ regula approbatur l. 8. ff. de prætorijs stipulat. his uerbis:* In prætorijs stipulationibus, si ambiguus sermo acciderit, Prætoria erit interpretatio. Eius etenim mens existimanda est. *Hactenus regulæ præsumptionum, & obscurarum stipulationum. Sed & plures huiusmodi regulas uide s. lib. 7. cap. 9.*

## ADFINIA ACTIONIS EX STIPULATU REMEDIA.

*Cap. X.*

PRima regula: *De certi condictione. Si certa est stipulatio, non ex stipulatu actio, sed certi condictio hinc competit. quæ regula approbatur l. 24. ff. si certum petatur, his uerbis:* Si quis certum stipulatus fuerit. ex stipulatu actionem non habet: sed illa condictitia actione id persequi debet, per quam certum petitur. *Concordat Inst. de uerb. obligat. in princip. his uerbis:* Verbis obligatio contrahitur ex interrogatione & responsione, cùm quid dari fieriúe nobis stipulamur: ex qua duæ proficiscuntur actiones, tam condictio certi, si certa sit stipulatio: quàm ex stipulatu, si incerta sit. *Hæc regula definitione ac speciebus certæ & incertæ stipulationis declaratur s. cap. 2. diuis. 3. quæ hic repete.*

II. Regula:

II. Regula: *Si stipulatio inutilis alicui contractui interuenit: ex ipso contractu, cui interuenit stipulatio, superest actio. quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt s. cap. 3. reg. 8. item s. lib. prox. cap. 3. except. 26. repl. 14.*

III. Regula, *De doli actione, si res promissa dolo alterius perierit, proponitur l. 18. §. fin. ff. de dolo malo, his uerbis:* Si seruum, quem tu mihi promiseras, alius occiderit: de dolo malo plerique in eum dandam actionem rectè putant: quia tu à me liberatus sis, ideoq; legis Aquiliæ actio tibi denegatur. *Concordat l. 19. ff. eod. tit. his uerbis:* Si fideiussor promissum animal ante moram occiderit: de dolo actionem reddi aduersus eum oportere, Neratius Priscus & Iulianus responderunt: quoniam debitore liberato, per consequentiam ipse quoq; dimittitur. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi post moram fideiussor animal promissum occiderit. tunc enim nihilominus ex stipulatu actio aduersus fideiussorem superest. quæ exceptio elicitur ex uerbis iam propositis hisce:* Ante moram occiderit. *Sed & approbatur l. 88. in fine. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide j. lib. 48. cap. 19. except. 6. repl. 5.*

IIII. Regula: *Si stipulatio inutilis uel imperfecta sit, ex doli clausula incerti competit actio ad stipulationem utiliter interponendam uel perficiendam. quæ regula approbatur l. 121. in prin. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Ex ea parte cautionis, Dolumq; malum huic rei promissioniq; abesse abfuturumq; esse is stipulatus est, spopondit ille: incerti agetur stipulationis utiliter interponendæ gratia.

V. Regula, *De actione Quod iussu, proponitur l. 1. §. si quis igitur. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide s. cap. 4. except. 3. repl. 2.*

VI. Regula: *Si quis aliquid dari uel fieri stipulatus sit: & nisi fiat, pœnam quoq;: tam ad rem, quàm ad pœnã agi potest, prout actori placuerit. quæ regula approbatur exemplo l. 122. §. Flauius. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Flauius Hermes hominẽ Stichum manumissionis causa donauit, & ita de eo stipulatus est, Si homo Stichus, de quo agitur, quem hac die tibi donationis causa manumissionisq; dedi, à te hæredeq; tuo manumissus uindictaq; liberatus non erit: quod dolo malo meo nõ fiat: pœnę nomine quinquaginta dari stipulatus est Flauius Hermes, spopondit Claudius: quæro an Flauius Hermes Claudiũ de libertate Stichi conuenire possit? Scæuola respondit, nihil proponi cur non possit. Itẽ quæro, an si Flauij Hermetis hæres à Claudij hærede pœnam suprascriptam petere uoluerit: an Claudij hæres libertatem Sticho prçstare possit, ut pœna liberetur? respondit posse. Item quæro, an si Flauij Hermetis hæres cum Claudij hærede ex causa suprascripta agere nolit: an nihilominus Sticho libertas ex conuentione, quæ fuit inter Hermetẽ & Claudiũ (ut stipulatione suprascripta ostẽditur) ab hærede Claudij præstari debeat? respõdit debere. *Aliud exemplum proponitur l. prædia. 28. ff. de act. empti, his uerbis:* Prçdia mihi uendidisti, & conuenit ut aliquid facerem: quod si non fecissem, pœnam promisi. Iulianus respondit: Venditor antequam pœnã ex stipulatu petat, ex uẽdito agere potest. Si cõsecutus fuerit, quantum pœnę nomine stipulatus est: agentem ex stipulatu, doli mali exceptio submouebit. Si ex stipulatu pœnam consecutus fuerit, ipso iure ex uendito agere nõ poterit: nisi in id quòd pluris eius interfuerit id fieri. *Sed & approbatur regula proposita alio exemplo l. 71. in prin. ff. pro socio. cuius uerba uide j. lib. 43. cap. 11. quæst. 7. reg. 1. except. 3. item approbatur alio exemplo l. 10. §. si pacto. ff. de pactis. cuius uerba uide j. cap. prox. specie 2. reg. 3. except. 2. item approbatur alio exemplo seu argumento l. 21. §. siue autem. ff. de noui operis nunciat. cuius uerba uide s. cap. 8. reg. 1. except. 3. Concordat item l. 115. §. fin. ff. de uerb. oblig. cuius uerba uide s. lib. 36. cap. 14. reg. 7. Planè contradicit regulæ propositæ primùm quidem l. 44. §. fin. ff. de action. & obligat. his uerbis:* Si nauem fieri stipulatus sim: & si non feceris, centum: uidendum utrũ duæ stipulationes sint, pura & cõditionalis, & existens sequentis conditio nõ tollat priorem: an uerò trãsferat in se, & quasi nouatio prioris fiat? Quod magis uerũ est. *Ex his uerbis constat, priorem obligationẽ per sequentem pœnalem stipulationẽ nouari ac perimi. Igitur ex ea amplius agi non potest, ut detur uel fiat id quod sub pœna est promissum: sed ad solam pœnã superest actio. In qua sententia etiam plerique sunt Doctores. Zasius tamen & alij quidã proposita lege nõ obstante censent priorem stipulationem per sequentem pœnalem non tolli: sed in arbitrio esse actoris, qua potius experiri uelit. Cui sententiæ & ego accedo, non solùm propter exempla superius proposita, sed quia iure nouo posterior contractus non nouat priorem, nisi specialiter in eo exprimatur, quòd prioris nouandi animo fiat.* [a] *Stante igitur proposita regula firma, uideamus eius exceptiones. Harum prima hæc est: Nisi nominatim conuenit, ut re non præstita, sola pœna petatur. quæ exceptio approbatur d. l. 115. §. fin. ff. de uerb. obligat. cuius uerba (ut dixi) uide s. lib. 36. cap. 14. reg. 7. Altera exceptio est: Nisi alterum petitum sit, hoc est, uel res uel pœna: tunc enim actor à petitione alterius submouetur. quæ exceptio approbatur per ea quæ proponentur j. cap. prox. specie 2. reg. 3. except. 2. Tertia exceptio est: Nisi ita facta sit stipulatio, Si fundum non dederis, centum dare spondes? non ita: Fundum dare spondes? et si fundum non dederis, &c. Hæc exceptio approbatur l. 44. §. penult. ff. de action. & oblig. his uerbis:*

a l. fin. C. de nouat. & deleg. ... [illegible] gat. 4. sed cõ hoc quodam.

Si

Si à te ſtipulatus ſim, Si fundum non dederis, centum dare ſpondes? ſola centum in ſtipulatione ſunt, in exolutione fundus. *Concordat l.115.in fine. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide ṡ. lib. 36. cap.14.reg.7. Quarta exceptio eſt: Niſi ita ſeruum communis Titij & Meuij ſit ſtipulatus, Decem calendis Titio dare ſpondes? et ſi decem calendis Titio non dederis, uiginti Meuio dare ſpondes? hoc enim caſu, ſi Titio decem calendis data non ſunt: poſtea Titius ad decem danda agens, exceptione repellitur. quæ exceptio approbatur l.1.§.fin.ff. de ſtipulat. ſeruor. cuius uerba uide ṡ. cap. 3. reg. 1. in prin. Quinta exceptio eſt: Niſi res ipſa præſtari amplius non poßit. tunc enim ad ſolam pœnam agitur, non ad intereſſe. quæ exceptio approbatur Inſt. de inutilib. ſtipul. §. alter. ibi: pœnam enim. cuius uerba uide ṡ. lib.36.cap.8.reg.8. Hactenus de cauſa actionis ex ſtipulatu, eiusq; exceptionibus dictum eſt: item quibus ex ſtipulatu actio competat? quid in ea ueniat? quæ ſint eius adiuncta & officia iudicis? quæ adfinia remedia. Aduerſus quos competat? tractatum (ut dixi) ṡ. lib. prox. cap.7. item lib. 36. cap.6. Quando competat? uide ṡ. lib.36.cap.14. Cum itaq; de ipſa ſtipulatione, eiusq; actione ſit dictum: ſupereſt, ut nunc de quibuſdam ſtipulationis ſpeciebus in ſpecie agamus.*

## *DE QVIBVSDAM ſtipulationis ſpeciebus. Cap. XI.*

### DE CONDITIONALI STIpulatione, prima ſpecie.

PRima regula. *De definitione eius, proponitur Inſt. de uerb. oblig. §. ſub conditione, his uerbis:* Sub conditione ſtipulatio fit, cùm in aliquem caſum differtur obligatio: ut ſi aliquid factum fuerit, uel non fuerit: committatur ſtipulatio. Veluti, Si Titius conſul fuerit factus, quinque aureos dare ſpondes?

II. Regula: *Pendente conditione ſtipulationis, nihil ex ea debetur, tantumq; ſpes eſt debitum iri. quæ regula approbatur Inſtit. eod. tt. §. ex conditionali. cuius uerba uide ṡ. lib.36.cap.14.reg.6.*

III. Regula: *Exiſtente conditione ſtipulationis, ex ea competit actio. Cuius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi cum ſub pluribus conditionibus ſtipulatio contracta eſſet, quædam tantùm, non omnes extiterint. quæ exceptio approbatur exemplis l.129. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Si quis ita ſtipulatus fuerit, Decem aureos dabis, ſi nauis uenerit, & Titius conſul factus ſit? non aliâs dabitur, quàm ſi utrunque factum ſit. Idem in contrarium: Dare ſpondes, ſi nec nauis uenerit, nec Titius factus conſul ſit? exigendum erit, ut neutrum factum ſit. Huic ſimilis ſcriptura eſt: Si neque nauis uenit, neque Titius conſul factus eſt? *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi non coniunctim, ſed disiunctim plures conditiones in ſtipulatum ſint deductæ. quæ replicatio approbatur ibidem his uerbis:* At ſi ſic, Dabis, ſi nauis uenerit, aut Titius conſul factus ſit? ſufficit unum factum. Et contrà: Dabis, ſi nauis non uenerit, aut Titius conſul factus non ſit? ſufficit unum non factum eſſe. *Concordat l.65.ff. eod. tt. his uerbis:* Si ita quis ſtipuletur, Siue nauis ex Aſia uenerit, ſiue Titius conſul factus fuerit: utra prius conditio extiterit, ſtipulatio committitur, & amplius committi non poteſt. Sed enim cùm ex duabus disiunctiuis conditionibus altera defecerit: neceſſe eſt ut ea quæ extiterit, huiusmodi ſtipulationem committat. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi plures conditiones negatiuæ disiunctim ſint propoſitæ: tunc enim, quamuis una extiterit, cæteris tamen deficientibus deficit ſtipulatio. quæ duplicatio approbatur per ea quæ propoſita ſunt ṡ. lib. 34. cap.5. queſtion.3. exception.11. replicat.1. duplic.3. Altera exceptio eſt: Niſi cùm pœna promiſſa eſſet ſub hac conditione, Si promiſſor quid non fecerit: per promiſſorem non ſtet, quo minus faciat. Hæc exceptio approbatur per ea quæ propoſita ſunt ṡ. cap. 6. exception.3. Alias propoſitæ regulæ exceptiones uide ṡ. lib.34. cap.5. queſtion.3.*

IIII. Regula: *Deficiente conditione ſtipulationis, ipſa deficit ſtipulatio. quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur per ea quæ propoſita ſunt ṡ. lib. proxim. cap. 3. exception. 42. item lib.34. cap.6.*

### DE POENALI STIPVlatione, ſpecie ſecunda.

I. Regula, *De uſu huius ſtipulationis, proponitur Inſt. de uerb. obligat. §. non ſolùm. cuius uerba uide ṡ. cap.2. diuiſ.2. Concordat l. ult. ff. de prætorijs ſtipul. cuius uerba uide ǰ. cap.14. quæſtion.6. regul.2.*

II. Regula, *De forma concipiendæ ſtipulationis pœnalis, proponitur d. §. non ſolùm. ibi: itaq; ſi quis, hiſce uerbis:* Si quis ut fiat aliquid ſtipuletur, ita adijci pœna debet: Si ita factum non erit, tunc pœnę nomine decem aureos dare ſpondes? Sed ſi quædam fieri, quædam non fieri, una eademq; conceptione ſtipuletur quis, clauſula huiusmodi erit adijcienda: Si aduerſus ea factum erit, ſiue quid ita factum non fuerit, tunc pœnæ nomine decem aureos dare ſpondes? *Concordat l. 71. ff. eod. tt.*

*his*

*bis uerbis:* Cùm quid ut fiat stipulamur, pœnam sic rectè concipiemus, Si ita factũ non erit: cum quid ne fiat, sic, Si aduersus id factum sit. *Concordat item l. 137. §. si ut aliquid. ff eod. tit. bis uerbis:* Si ut aliquid fiat stipulemur, & usitatius & elegantius esse Labeo ait, sic subijci pœnam: Si ita factũ non erit. At cum quid ne fiat stipulemur, tunc hoc modo: Si aduersus ea factum erit. Et cum alia fieri, & alia non fieri coniunctè stipulemur: sic comprehendendum, Si ita non feceris, siue quid aduersus ea feceris.

III. Regula: *Ex stipulatione proposita, si factum non sit quod est promissum, regulariter quidem ad pœnam præstandam competit actio. Cuius exemplũ proponitur l. 122. §. fin. ff de uerb. obligat. bis uerbis:* Duo fratres hæreditatem inter se diuiserunt, & sibi cauerunt nihil se contra eam diuisionem facturos: et si contrà quis fecisset, pœnam alter alteri promisit. Post mortem alterius qui superuixit petijt ab hæredibus eius hæreditatẽ, quasi ex caussa fideicommissi sibi à patre relicti debitam: & aduersus eum pronunciatum est, quasi de hoc quoq; transactũ fuisset. quæsitum est, an pœna commissa esset? Scæuola respondit, pœnam secundum ea quæ proponerentur, commissam. *Huius regulæ exceptio prima hæc esse uidetur: Nisi prætoriæ stipulationi pœna sit adiecta. Sed hæc exceptio reprobatur l. 6. ff. de prætorijs stipul. bis uerbis:* In omnibus prętorijs stipulationibus, in quibus fieri primò aliquid: deinde si factum non sit, pœnam inserimus: pœnæ nomine stipulatio committitur. *Altera exceptio est: Nisi rem ipsam, de qua in principali obligatione conuenit, actor petierit, eaq; ei sit soluta. Hæc exceptio approbatur l. 4. §. Labeo ait, si de homine. ff. de doli mali except. bis uerbis:* Labeo ait, si de homine petito secundum actorem fuerit iudicatum, & iussu iudicis satisdatum sit, hominem intra certum diem tradi: et si traditus nõ fuisset, pœnam quoq; stipulatus sit: petitorem qui & hominẽ uindicat, & pœnam petit, exceptione esse repellendum: iniquum enim esse, hominem possidere & pœnam exigere. *Concordat l. ult. in fine. ff. de eo quod certo loco, bis uerbis:* Creditor accipiendo pecuniam, remisisse pœnã uidetur. *Concordat l. 28. ff. de action. empti. cuius uerba uide s. cap. prox. reg. 6. Huius exceptionis exemplum etiam proponitur l. 10. §. si pacto. ff. de pactis, bisce uerbis:* Si pacto subiecta sit pœnę stipulatio: quæritur utrum pacti exceptio locum habeat an ex stipulatu actio? Sabinus putat (quod est uerius) utraq; uia uti posse, prout elegerit qui stipulatus est. Si tamen ex causa pacti exceptione utatur, æquum esse accepto eum stipulationem ferre. *Huius exceptionis replicationes duæ sunt. una quidem hæc: Nisi ita specialiter conuenerit, ut commissa pœnali stipulatione & rem & pœnam petere liceat. Altera hæc est: Nisi iuramẽto etiam prior contractus sit firmatus. quæ duæ replicationes approbantur per ea quæ proposita sunt s. lib. 9. cap. 5. except. 27. Tertia replicatio est: Nisi usurarum loco pœnalis stipulatio facta sit. Hæc replicatio constat per ea quæ proposita sunt s. lib. 16. cap. 9. quæst. 1. causa 1. except. 10. Quarta replicatio est: Nisi pro parte tantùm solutio facta est. quæ replicatio approbatur per ea quæ proposita sunt s. lib. 36. cap. 4. reg. 5. except. 7. repl. 6. Planè quæcunq; replicationes solutionis exceptioni obstant, propositæ quoq; exceptioni non inutiliter obijci possunt: ueluti, Si non solidum quod sub pœna promissum est, præstitum uel solutũ sit: Si aliud: Si solutum repeti possit, &c. Tertia exceptio est: Nisi nouatio obligationis sit facta. Hæc exceptio approbatur l. 15. ff. de nouationib. bis uerbis:* Si creditor pecuniam stipulatus fuerit, si ad diem pecunia soluta non fuerit: nouatione facta non committitur stipulatio. *Quarta exceptio est: Nisi ultra legitimum usurarum modum pœnam quis sit stipulatus. Hæc exceptio approbatur l. 44. ff. de usuris, bisce uerbis:* Pœnam pro usuris stipulari nemo supra licitum usurarum modũ potest. *Concordat l. 15. C. eod. tit. bis uerbis:* Cùm allegas, uxorem tuam ea conditione mille aureorum quantitatem sumpsisse, ut si intra diem certum debito satis non fecisset, cum pœna quadrupli redderet quod accepit: iuris forma non patitur legem cõtractus istius ultra pœnam legitimarum usurarum posse procedere. *Concordat item l. 16. C. eod. tit. bis uerbis:* Cùm non frumentũ, sed pecuniam fœnori te accepisse alleges, ut certa modiatio tritici præstaretur: ac nisi is modius sua die fuisset oblatus, mensurarum additamentis in fraudem legitimarum usurarum grauatum te esse contẽdas: potes aduersus improbam petitionẽ competenti uti defensione. *Huius exceptionis replicationes uide s. lib. 36. cap. 9. quæst. 2. reg. 1. Quinta exceptio est: Nisi reus ad rem ipsam præstandam non fuerit interpellatus. Hæc exceptio reprobatur l. 22. ff. de action. & obligat. cuius uerba uide s. cap. 6. except. 6. Sexta exceptio est: Nisi per creditorem steterit, aut saltem non per promissorem, quo minus id quod sub pœna promissum est, præstiterit. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s. cap. 6. except. 3. Septima exceptio est: Nisi eo tempore quo præstandum est sub pœna promissum, promissor mortuus sit, eiusq; hæreditas nondum sit adita. Hæc exceptio reprobatur s. d. cap. 6. except. 7. Octaua exceptio est: Nisi principalis contractus, cui pœnalis stipulatio accessit, non subsistat. Hæc exceptio approbatur regula uulgari hac: Cum causa principalis nõ subsistit, nec ea quæ sequũtur,*

*tur, locum habent, eiusq́; exemplum proponitur l. 69. ff. de uerb. oblig. cuius uerba uide s̄. lib. prox. cap. 3. except 37.* *Nona exceptio est: Nisi præstitum sit id quod sub pœna est promissum. quæ exceptio ipso quidem iure subsistit: uerùm eius replicatio hæc est: Nisi pro parte, non in solidum sit præstitum. de qua re uide s̄. lib. 36. cap. 6. reg. 5. except. 7. repl. 6.*

IIII. Regula: *Adfine actionis ex pœnali stipulatione remedium est, ut agatur ex contractu principali ad rem ipsam. de qua re uide s̄. cap. proxim. regula 6.*

## DE STIPVLATIONE, REM habete licere: tertia specie.

I. Regula: *Regulariter quidem stipulatio hæc, Rem habere licere: utilis est. quæ regula approbatur l. 38 in prin. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Stipulatio ista, Habere licere spondes? hoc continet, ut liceat habere, nec per quenquam omnino fiat, quo minus liceat nobis habere. Quæ res facit ut uideatur reus promisisse, per omnes futurum ut tibi habere liceat. Videtur igitur alienum factum promisisse. Nemo autem alienum factum promittendo obligatur: & ita utimur. Sed se obligat ne ipse faciat, quo minus habere liceat: obligatur etiam ne hæres suus, uel quis cæterorum successorum efficiat, ne habere liceat. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi quis per alium habere licere promiserit. quæ exceptio approbatur ibidem, his uerbis:* Sed si quis promittat per alium non fieri, præter hæredem suum: dicendum est, inutiliter eum promittere factum alienum. *Plura de hac exceptione, eiusq́; replicationibus uide s̄. lib. prox. cap. 3. except. 24.* *Altera exceptio est: Nisi non suam rem, sed alienam habere licere promiserit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur d. l. 38. §. quæsitum. cuius uerba uide s̄. lib. proxim. cap. 3. exception. 28.* *Tertia exceptio est: Nisi seruus sibi habere licere sit stipulatus. Hæc exceptio reprobatur d. l. 38. §. hi qui sunt. ibi: sed si seruus, his uerbis:* Si seruus fuerit stipulatus sibi habere licere: quæsitum est, an rectè stipulatus uideatur? Et ait Iulianus libro LII. Digestorum: Si seruus stipuletur sibi habere licere: aut per se non fieri quo minus habere stipulatori liceat, promittat: stipulatio (inquit) non committitur: quamuis auferri res ei, & ipse auferre eandem possit. Non enim factum, sed ius in hac stipulatione uertitur. Cùm uerò stipulatur, per promissorem non fieri, quo minus sibi ire agere liceat? non ius stipulationis (inquit) sed factum uersatur. Sed mihi uidetur, licet iuris uerba contineat hæc stipulatio, Habere licere: tamen sic esse accipiendum, ut in seruo & filiofamilias uideatur actum esse de possessione retinenda, aut non auferenda: & uires habet hæc stipulatio. Hæc quoque stipulatio, Possidere mihi licere spondes? utilis est: quam stipulationem an seruus possit utiliter in suam personam concipere, uideamus? Sed quamuis iure ciuili seruus non possideat: tamen ad possessionem naturalem hoc referendum est. Et ideo dubitari non oportet, quin & seruus rectè ita stipuletur. Planè si tenere sibi licere stipulatus sit seruus: utilem esse stipulationem conuenit. Licet enim possidere ciuiliter non possit: tenere tamen eos nemo dubitat. *Quarta exceptio est: Nisi seruus promiserit per se non fieri, quo minus alteri habere liceat. Hæc exceptio reprobatur uerbis iam propositis hisce:* Sed mihi uidetur, licet iuris uerba, &c.

II. Regula: *Declaratur stipulatio proposita l. 38. §. sed quatenus. ff. de uerbor. obligat. his uerbis:* Sed quatenus habere licere uidebitur? Si nemo controuersiam faciat: hoc est, neque ipse reus, neque hæredes eius hæredumue successores. *Declaratur item d. l. 38. §. habere, his uerbis:* Habere dupliciter accipitur. nam & eum habere dicimus, qui rei dominus est: & eum qui dominus quidem non est, sed tenet. Denique habere rem apud nos depositam solemus dicere. *Concordat l. 188. ff. de uerb. significat. cuius uerba uide J. lib. 50. cap. 4. in uerbo Habere.*

III. Regula: *Committitur stipulatio proposita, si stipulatori de re controuersia moueatur. quæ regula approbatur uerbis iam propositis hisce:* Sed quatenus habere licere uidebitur? Si nemo controuersiam faciat, &c. *Concordat l. 5. ibi: huius etiam. C. de contrah. stipulat. cuius uerba uide s̄. lib. proxim. cap. 3. exception. 12. replicat. 3.* *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi alius, non promissor controuersiam faciat. Hæc exceptio approbatur l. 38. in prin. ff. de uerbor. obligationib. cuius uerba uide s̄ reg. 1 in prin.* *Altera exceptio est: Nisi alij quàm stipulatori controuersia fiat. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur s̄. cap. 6. except. 2.* *Tertia exceptio esse uidetur: Nisi non de proprietate, sed de possessione uel alio iure actori fiat controuersia. Hæc exceptio reprobatur d. l. 38. §. si quis fortè, his uerbis:* Si quis fortè non de proprietate, sed de possessione nuda controuersiam fecerit, uel de usufructu, uel de usu, uel de quo alio iure eius quod distractũ est: palàm est committi stipulationem. Habere enim non licet ei, cui aliquid minuitur ex iure quod habuit.

### DE STIPVLATIONE POEnali, si eum aliter quàm ut filium obseruasset: quarta specie.

I. *Regula: Committitur hæc stipulatio, si promissor filium exhæredauerit, uel emancipauerit. quæ regula approbatur, simul & distinguitur l. 132. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Quidam cùm filium alienum susciperet, tradenti promiserat certam pecuniæ quantitatem, si eum aliter quàm ut filium obseruasset. Quæro si postmodum eum de domo pepulerit, uel moriens nihil ei testamento reliquerit: an stipulatio committatur? & an quid intersit, utrum filius, an alumnus, uel cognatus agenti fuerit? Præterea quæro, si filium suum quis legitimè in adoptionem dederit, & ita (ut suprà scriptum est) stipulatio intercesserit, eumque pater adoptiuus exhæredauerit uel emancipauerit: an stipulatio committatur? Paulus respondit: Stipulatio utilis est in utroque casu. Igitur si contra conuentionem factum sit, committetur stipulatio. Sed uideamus primùm in eo qui legitimè adoptauit, an possit committi, si eum exhæredauerit uel emancipauerit. Hæc enim pater circa filium solet facere. Igitur non aliter eum quàm ut filium obseruauit. Ergo exhæredatus de inofficioso aget. Quid ergo dicemus, si & meruit exhæredari & emancipari? Planè & hoc remedio carebit. Quare sic debet interponi stipulatio, ut si eum emancipasset uel exhæredasset, certum quid promitteret. Quo tamen casu commissa stipulatione potest quæri, an exhæredato permittendum sit de inofficioso dicere, maximè si patri naturali hæres extitisset: & an uicto deneganda sit ex stipulatu actio? Sed etsi ei qui stipulatus est, non debuit denegari uicto filio: nec ipsi deneganda erit debitæ pecuniæ executio. In eo autem qui non adoptauit, quem intellectum habeat hæc conceptio, Si eum aliter quàm ut filium obseruasset: non perspicio. An & hic exigimus exhæredationem uel emancipationem, res in extraneo ineptas? Sed etsi is qui legitimè adoptauit, nihil fecit contra uerba stipulationis, cùm utitur patrio iure: in eo qui hæc non fecit, licet superuacuo, dici tamen poterit commissam esse stipulationem. *Ait Iurisconsultus:* Sed etsi is qui legitimè adoptauit, nihil fecit contra uerba stipulationis, &c. *Hisce uerbis cum sequentibus proposita regula approbatur. Cuius exceptio hæc est: Nisi promissor eum de quo promissio facta est, in locum filij adoptauerit. quæ exceptio approbatur uerbis* ss. *propositis hisce:* Sed uideamus primùm in eo, qui legitimè adoptauit, an possit committi, &c.

II. *Regula: Is de quo stipulatio facta est, exhæredatus, de inofficioso aget. quæ regula approbatur, simul & distinguitur uerbis* ss. *propositis hisce:* Ergo exhæredatus de inofficioso aget, &c.

### *DE DVOBVS REIS STIpulandi & promittendi. Cap. XII.*

*QVinta stipulationis species est, si duo pluresúe eandem rem promiserunt, uel stipulati sunt. de qua hic agendum.*

I. Regula: *Qui dicantur rei stipulandi & promittendi, definitur Institut. de duobus reis stipulan. in princip. his uerbis:* Et stipulandi & promittendi duo pluresúe rei fieri possunt. Stipulandi ita, si post omnium interrogationem promissor respondeat, Spondeo: utputa cùm duobus separatim stipulantibus ita promissor respondeat, Vtrique uestrum dare spondeo. Nam si prius Titio spoponderit, deinde alij interroganti spondeat: alia atque alia erit obligatio, nec creduntur duo rei stipulandi esse. Duo pluresúe rei promittendi ita fiunt, Mæui decem aureos dare spondes? Et, Sei eosdem decem aureos dare spondes? Si respondeant singuli separatim, Spondeo. *Concordat l. 1. ff. de duob. reis constit. his uerbis:* Qui stipulatur, reus stipulandi dicitur: qui promittit, reus promittendi habetur. *Exceptiones huius regulæ uide* ∫. *regul. proxim.*

II. Regula: *Si duo sint rei stipulandi, singulis in solidum competit actio. Item, si duo sint rei promittendi, aduersus singulos in solidum actio datur. quæ regula approbatur Institut. d. tit. de duob. reis. §. ex huiusmodi, his uerbis:* Ex huiusmodi obligationibus & stipulationibus solidum singulis debetur, & promittentes singuli in solidum tenentur. In utraque tamen obligatione una res uertitur, & uel alter debitum accipendo, uel alter soluendo omnium perimit obligationem, & omnes liberat. *Concordat l. 2. ff. de duobus reis, hisce uerbis:* Cùm duo eandem pecuniam aut promi-

promiserunt, aut stipulati sunt: ipso iure & singulis in solidum debetur, & singuli debent. Ideoque petitione acceptilationeq; unius, tota soluitur obligatio. *Concordat item l.3.§.ubi duo.ff eod.tt his uerbis:* Vbi duo rei facti sunt, potest uel ab uno eorum solidum peti. hoc enim est duorum reorum, ut unusquisq; eorum in solidum sit obligatus, possitq; ab alterutro solidum peti. Partes autem & à singulis peti posse, nequaquam dubium est: quemadmodum & à reo & fideiussore petere possumus. Vtique enim cùm una sit obligatio, una etiam summa est, ut siue unus soluat, omnes liberentur: siue soluatur ab altero, liberatio contingat. *Concordat item l.1. C. de duob. reis, hisce uerbis:* Si duo pluresúe rei cuiusdam traditione conuentionem in solidum inierint: cuicunq; eorum, quamdiu res in eadem causa permanserit, si casus obtulerit, actio in solidum competit. *Concordat item l.2.C.eod.tt.his uerbis:* Creditor prohiberi non potest exigere debitũ, cum sint duo rei promittendi eiusdem pecuniæ, à quo uelit. Et Ideo si probaueris te conuentũ in solidum exoluisse: Rector prouinciæ iuuare te aduersus eum, cum quo communiter mutuam pecuniam accepisti, non cunctabitur. *Concordat item l. 3.C.eod.tt.cuius uerba uide J.except.2. Planè regula proposita uidetur mutata ac sublata* Nouell. *c. 99. cuius uerba uide J. except.19. Huius regulæ exceptio prima hæc esse uidetur: Nisi duo pluresúe non stipulati sint simul uel promiserint, sed alio modo se obligauerint uel contraxerint. Hæc exceptio reprobatur l. 9. in prin. ff. de duob. reis constit. his uerbis:* Eandem rem apud duos pariter deposui, utriusq; fidem in solidum secutus, uel eandem rem duobus simul commodaui: fiunt duo rei promittendi. Quia non tantùm uerbis stipulationis, sed & cæteris contractibus, ueluti emptione, uenditione, locatione, conductione, deposito, commodato, testamento: utputa si pluribus hæredibus institutis, testator dixit, Titius & Mæuius Sempronio decem dato. *Ait Iurisconsultus:* Testamento: utputa si pluribus hæredibus institutis, &c. *Huic quodammodo contradicere uidetur l. 17. ff. eod tt. his uerbis:* Siue à certis personis hæredum nominatim legatum est, siue ab omnibus excepto aliquo: Atilicinus, Sabinus & Cassius pro hæreditarijs partibus in totum eos legatum debituros aiunt: quia hæreditas eos obliget. Idem est, cum omnes hæredes nominantur.

II. EXCEPTIO: *Nisi non sit adiectum, singulos in solidum stipulatos uel spopondisse, uel reos stipulandi aut promittendi esse. Hæc exceptio approbatur l.11.§.cùm tabulis.ff.de duob.reis constit. his uerbis:* Cùm tabulis esset comprehensum, illum & illum centum aureos stipulatos, neque adiectum, ita ut duo rei stipulandi essent: uirilem partem singuli stipulati uidebantur. Et econtrariò cum ita cautum inueniretur. Tot aureos rectè dari stipulatus est Iulius Carpius, spopondimus ego Antonius Achilleius & Cornelius: diuidi in partes uiriles debere dixit: quia non fuerat adiectum singulos in solidum spopondisse, ita ut duo rei promittendi fierent. *Concordat l.3.C. eod.tt. his uerbis:* Exprimere debueras tuis precibus, utrum'ne in partem, an in solidum singuli uos obligaueritis, ac duo rei promittendi extiteritis: cum siquidem ab initio unusquisque pro parte sit obligatus, egredi contractus fidem non possit: si uerò in solidum, electio rescripto adimi non debeat. *Concordat* Nouell. *c. 99. §. 1. his uerbis:* Si quis mutua uice fideiussores acceperit aliquos, nisi adiecerit, ut unusquisque horum in solidum teneatur: omnes ex æquo actionem sustinento.

III. EXCEPTIO: *Nisi non eodem, sed diuerso tempore stipulati sint, uel promiserint. Hæc exceptio approbatur l.12. in prin. ff. de duobus reis constit. hisce uerbis:* Si ex duobus qui promissuri sunt, hodie alter, alter postera die responderit: probatur non esse duos reos, ac ne obligatum quidem intelligi eum qui postera die respondit, cum actor ad alia negocia discesserit uel promissor, licet peractis illis rebus responderit. *Concordat l.6.§.duo rei.ff. eod.tt. cuius uerba uide s. cap. 4. exception. 20. replicat. 1. Item concordat Inst. eod. tt. in princip. ibi: nam si prius. cuius uerba uide s. reg. prox. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi modicum tempus interuenerit. Hæc replicatio approbatur d. §. duo rei.*

IIII. EXCEPTIO: *Nisi stipulatio prætoria sit. Hæc exceptio reprobatur l. 14. ff. de duobus reis constit. hisce uerbis:* Et stipulationum prætoriarum duo rei fieri possunt.

V. EXCEPTIO: *Nisi ex duobus promissoribus alter obligari non possit. Hæc exceptio approbatur exemplis l.12.§.fin. ff. d.tt. his uerbis:* Si à Titio & pupillo sine tutoris authoritate stipulatus fuero eadem decem, uel seruo, & quasi duos reos promittendi constitui: obligatum Titium solum Iulianus scribit: quanquam si seruus spopondisset, in actione de peculio eadem obseruari deberent, ac si liber fuisset.

VI. EXCEPTIO: *Nisi mulier cum aliquo promiserit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 17. §. fin. cum lege sequente. ff. ad S.C. Velleianum, bis uerbis:* Mulier & Titiua, cũ in rem communem mutuarentur, aiuldẽ pecunię rai facti funt: non omnimodo mu liarem pro parte focij uideri intarcefsisse, Africanus dicebat. Nam fi ob aam caufam mutuati fuarint, ex qua, fi cradiror pecuniam non dadiffet, maius damnum mulier paffura fuerat: ualuti quòd communis infula fulta non affet, uel quòd fundus communis in publicum committaratur: potius effa ut fanatufconsulto locus non fit. At fi in aliquam emptionam mutua pecunia fit accepta: tunc pro parte intercafsionam factam uidari. Et idao craditoram partem duntaxat pecuniæ à muliare petare poffe. Quòd fi totum petierir, excaptiona pro parte fubmouabitur. Idam eft, fi pro debitora mao Titiua & muliet duo rei intercafferint.

VII. EXCEPTIO: *Nisi non ipsi rei, sed seruus eorum communis fit stipulatus. Hæc exceptio reprobatur l. 29. ff. de stipulat. seruor. bis uerbis:* Si faruus communis fic ftipulatus fit, Decem illi domino, aadem dacam alteri dare fpondas? dicemus, duos reos effe ftipulandi.

VIII. EXCEPTIO: *Nisi rei non sibi, sed seruo communi dari fint stipulati. Et hæc exceptio reprobatur l. 28. §. si ipsi. ff. de stipulat. seruor. bis uerbis:* Si ipfi domini finguli aadam dacem feruo communi dari fuerint ftipulati, & famal rafponfum fecutum fuerit: duo rei ftipulandi arunt. Cùm placeat dominum feruo dari ftipulari poffe.

IX. EXCEPTIO: *Nisi operarum stipulatio facta sit. Et hæc exceptio reprobatur l. 5. ff. de duob. reis constituen. bisce uerbis:* Nemo eft qui nefciat, alienas oparas promitti poffa, & fidaiufforem adhiberi in aa obligationa. Et idao nihil prohibat, duos reos ftipulandi conftitui ual promittandi, ficuti fi ab aodem fabro duo rai ftipulandi eafdam oparas ftipulantur: & ax contrario, duo fabri eiufdam paritiæ aafdem oparas promittare intalliguntur, & duo rai promittendi fieri.

X. EXCEPTIO: *Nisi id quod in stipulationem deducitur, in singulis personis proprium intelligatur: ut dos, usufructus, &c. Hæc exceptio approbatur l. 15. in prin. ff. de duob. reis constituen. bisce uerbis:* Si id quod ego & Titiua ftipulamut, in fingulis perfonis proprium intalligatut: non potatimua duo rei ftipulandi conftitui: ueluti cùm ufumfructum, aut dotis nomine dari ftipulamur. Idque & Iulianus fcribit.

XI. EXCEPTIO: *Nisi res quæ alterius stipulatoris est, in stipulationem deducatur. Hæc exceptio approbatur d. l. 15. §. 1. bis uerbis:* Iulianua ait, Si Titius & Seius decem, aut Stichum qui Titij fit, ftipulati fnarint: non uidari aoa duoa raos ftipulandi, cùm Titio decam tantùm, Seio Stichus aut decam debaanrut. Quæ fententia eò partinat, ut quamuis uel huic ual illi dacam foluarit, uel Saio Stichum: nihilominus altari obligatus manaat. Sad dicandum eft, ut fi dacem altari foluarit, ab altero liberatur.

XII. EXCEPTIO: *Nisi unus promittat quanto minus ab altero stipulator consequi potest. hi enim duo non sunt rei promittendi. quæ exceptio approbatur l. 116. ibi: Paulus notat. ff. de uerbor. obligationib. cuius uerba uide J. lib. 48. cap. 3. quæstion. 10. regula 1. exception. 3.*

XIII. EXCEPTIO: *Nisi alius purè promittat, alius in diem uel sub conditione. Hæc exceptio reprobatur l. 7. ff. de duob. reis constit. cuius uerba cum concordantibus uide ī. lib. 36. cap. 14. reg. 1. except. 6.*

XIIII. EXCEPTIO: *Nisi cùm apud duos deponeretur, unus culpam quoq; promiserit, alter non. Hæc exceptio approbatur l. 9. §. sed si quis. ff. de duob. reis constituen. bis uerbis:* Si quis in daponando panea duoa pacifcatur, ut ab altero culpa quoque præftaretur: ueriua eft non affe duoa raos, à quibua impar fufcepta eft obligatio. *Huius exceptionis replicatio est: Nisi cùm ambo culpam promisissent, alteri postea pacto culpa sit remissa. quæ replicatio approbatur ibidem bis uerbis:* Non idam probandum eft, cùm duo quoqua culpam promififfent, fi alteri poftea pacto culpa remiffa fit. quia pofterior conuentio, quæ in altarius perfona intarcaffit, ftatum & naturam obligationis, quæ duos initio reos facit, mutare non poteft. Quare fi focij fint, & communis culpa intarceffarit: etiam alteri pactum cum altero factum proderit.

XV. EXCEPTIO: *Nisi duobus interrogatis, unus tantùm responderit. Hæc exceptio approbatur l. 6. in princip. ff. de duob. reis constituen. bis uerbis:* Duos reos promittendi facturus, fi utrunque intertogauaro, & altar duntaxat rafpondarit: ueriua puto, eum qui refponderit, obligati. nequa anim fub conditione interrogatio in utriufque perfona fit, ut ita demum obligetur, fi alter quoque refpondarit.

XVI. EX-

XVI. EXCEPTIO: *Nisi cùm ita interrogati essent, Spondetis? respondeant, Spondeo: aut interrogati, Spondes? respondeant, Spondemus. Hæc exceptio reprobatur l. 4. ff. de duob. reis, his uerbis:* Duo rei promittendi, siue ita interrogati, Spondetis? respondeant, Spondeo, aut spondemus: siue ita interrogati, Spondes? respondeant, Spondemus: rectè obligantur.

XVII. EXCEPTIO: *Nisi uni reo promittendi pecunia numerata sit, alteri non. Hæc exceptio reprobatur l. 4. C. de duob. reis, hisce uerbis:* Propter mutuam uni datam pecuniam alijs reis promittendi factis, ob non numeratam sibi pecuniam obligationem remitti desiderio postulantium iura refragantur.

XVIII. EXCEPTIO: *Nisi ex alterius rei facto agatur. Hæc exceptio reprobatur l. 18. ff. de duob. reis, hisce uerbis:* Ex duobus reis eiusdem Stichi promittẽdi factis, alterius factum alteri quoq; nocet.

XIX. EXCEPTIO: *Nisi alter reus promittendi præsens quoq; sit, & soluendo existat. Hæc exceptio approbatur Nouell. c. 99. his uerbis:* Scimus pridem nos legem de electione mandatorum, fideiussorum, ac reorum constitutæ pecuniæ tulisse: quæ tametsi multas, & in commune omnibus collatoribus nostris utiles legislationes complectitur, in præsentia tamen & alia quapiá expolitione, & neque ignobili contemnendaq;, nec communibus reipub. usibus inutili constituta appendice indigere nobis uisa est. Si quis enim mutua uice fideiussores accipiat aliquos, nisi adiecerit, ut unusquisque horum in solidum teneatur: omnes ex æquo actionem sustinento. Quod si & tale aliquid adiectum fuerit, conseruator quidem pactum conuentom, non tamen protinus ab initio singuli in solidum exiguntor: sed interim pro parte, pro qua quisque tenetur. procedito autem is etiam contra reliquos, si modò soluendo & in loco præstò sint. Et quidem si ita se res habere uideatur, ut & omnes illi soluendo sint, & in rem præsentem conuenire queant: periculum cuique illorum imminento, ut quod sub alternante fideiussione creditum est, id pro sua quisque parte, ex qua omnino teneetur, obnoxius præstet, neque æs alienum commune priuatum alicui onus efficitor. Si reliqui uerò siue quidam ex ijs, siue in partem siue in solidum soluendo non uideantur, aut etiam absentes sint: in illud etiam tenetor obnoxius, quod ab alijs recipi non potuit. Ita enim & illius pacti conuenti ratio conseruabitur, neque actor aliquod sustinebit damnum, & ut maximè ignotante eo qui hos habet obnoxios, aliquid illi intet se pacti sint, nihilominus unusquisque tenebitur, quemadmodum initio scripto comprehensum fuit, non habiturus licentiam ut artibus, uel dolis, uel transactionibus transcendat ea quæ conuenerant. Si in ijsdem utrique præsentes absentesue sint locis: sancimus ut qui causæ audientiam accommodat, & protinus illos in ius produci iubeat, & tam communiter causam examinet, quàm communem etiam proferat sententiam. Ita enim rei omnes in disquisitionem uocabuntur, & debiti exactio simul iusto, simul legitimo procedet ordine. Si magistratus non sit qui sui audientiam præbet, sed alius quispiam: damus licentiam uel hic competenti iudici ea de re adito, uel in prouincia his denunciatis clarissimo præsidi, aut etiam competenti iudici, ut per cohortem suam compellant & illos adesse iudicio, & partem eius fieri, ne quid omnino sacræ huic nostræ legi impedimento incidat. His omnibus obtinentibus in contractibus posteriore tempore & à positione legis celebrandis. Nam quod modò præteriit, id ante ipsum propositis de hoc legibus relinquimus. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram declarantur legem, ea studeto excellentia tua effectui & fini tradere. *Aut Imperator:* Scimus pridem nos legem tulisse. *Scilicet Nouell. c. 4. de qua J. lib. 45. capite 3.*

XX. EXCEPTIO: *Nisi cùm res duobus commodata esset, re furto ablata, unus ex ijs agens duplum sit consecutus. Hæc exceptio approbatur l. 7. ff. commodati. cuius uerba uide J. libro proximo, capite 5. quæstione 3. regula 5.*

XXI. EXCEPTIO: *Nisi creditor à singulis partem uirilem acceperit. Hæc exceptio approbatur l. 18. C. de pactis, hisce uerbis:* Si creditores uestros ex parte debiti admisisse quenquam uestrûm pro sua persona soluentem probaueritis: aditus Rector prouinciæ pro sua grauitate, ne alter pro altero exigatur, prouidebit.

XXII. EXCEPTIO: *Nisi creditor unum elegerit. hoc enim casu actio aduersus alterum illi uidetur deneganda. Sed hæc exceptio reprobatur l. ult. ibi: Idemque in duobus reis. C. de fideiussoribus. cuius uerba uide J. libro 48. capite 17. regula 1. exception. 6. replicat. 3.*

XXIII. EXCEPTIO: *Nisi creditor singulos pro parte conuenire uelit. Hæc exceptio approbatur l. 3. §. ubi duo. ibi: partes autem. ff. de duob. reis constit. cuius uerba uide ī. ead. reg. in prm. Concordat l. 11. in prm. ff. eod. tt. his uerbis:* Reos promittendi uice mutua fideiussores non inutilitec accipi conuenit. Itaq; reus stipulandi actionem suam diuidere si uelit (neque enim diuidere cogendus est) poterit eũdem ut principalé reum, item eum qui fideiussor pro altero extitit, in partes conuenire: non secus ac si duos promittendi reos diuersis actionibus conueniret. *Hæc de secunda regula eiusq; exceptionibus sint dicta.*

III. *Regula: Vno reorum promittendi liberato, liberatur & alter. quæ regula approbatur, simul & distinguitur ĵ. lib. 48. cap. 4. quæst. 4. reg. 2.*

## *DE EO QVOD CERTO LOCO dari oportet. Cap. XIII.*

*SExta stipulationis species est de soluendo in certo loco: ex qua oritur actio arbitraria, de qua hic agendum.*

I. *Ratio & usus huius actionis proponitur l. 1. ff. de eo quod certo loco, his uerbis:* Alio loco, quàm in quem sibi dari quisq; stipulatus esset, non uidebatur agendi facultas competere. Sed quia iniquum erat, si promissor ad eum locum, in quem daturum se promisisset, nunquam accederet (quod uel data opera faceret, uel quia alijs locis necessariò distringeretur) non posse stipulatorem ad suum peruenire: ideo uisum est utilem actionem in eam rem comparare. *Concordat l. 3. ff. eod. tt. his uerbis:* Ideo in arbitrium iudicis refertur hæc actio, quia scimus quàm uaria sint precia rerum per singulas ciuitates regionesq;, maximè uini, olei, frumenti. pecuniarum quoque licet uideatur una atque eadem potestas ubique esse: tamen alijs locis facilius & leuibus usuris inueniuntur, alijs difficilius & grauibus usuris. *Concordat item Inst. de actionib. §. loco plus. ibi: propter quam causam. cuius uerba uide ī. lib. 36. cap. 8. reg. 9.*

### II. GENVS.

*Arbitraria est actio. quæ regula approbatur Inst. de actionibus. §. præterea quasdam. cuius uerba uide ī. lib. 36. cap. 4. quæst. 2. diuis. 8. Concordat l. 3. ff. de eo quod certo loco. cuius uerba uide ī. quæstion. prox.*

### III. CAVSAE EX QVIbus datur hæc actio.

I. *Causa: Si quis certo loco rem dari sit stipulatus. Hæc causa approbatur l. 2. §. 1. ff. de eo quod certo loco. his uerbis:* Hæc actio ex illa stipulatione uenit, ubi stipulatus sum à te Ephesi decem dari.

II. *Causa: Si quis alio loco, quàm in quem stipulatio facta est, agat, non facta mentione eius loci de quo conuenit: reo per hanc actionem succurritur in id quanti sua interest suo loco actum esse. quæ causa approbatur l. 2. in prim. ff. de eo quod certo loco, his uerbis:* Arbitraria actio utriusq; utilitatem continet, tam actoris quàm rei. Quòd si rei interest: minoris fit pecuniæ condemnatio, quàm intentatum est. At si actoris, maioris. *Concordat d. l. 2. §. nunc de officio, his uerbis:* Nunc de officio iudicis huius actionis loquendum est: utrum quantitati contractus debeat seruire, an uel excedere uel minuere quantitatem debeat: ut si interfuisset rei Ephesi potius soluere, quàm eo loco quo conueniebatur, ratio eius habeatur. *Item concordat Inst. de actionib. §. loco plus. ibi: propter quam. cuius uerba uide ī. lib. 36. cap. 8. regula 9. Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi actor suo loco, in quem stipulatio facta est, agat. tunc enim quamuis non faciat mentionem eius loci, rectè tamen agit. quæ exceptio approbatur Instit. d. uers. propter quam, in fine. Secunda exceptio est: Nisi Ephesi aut Capuæ dari sit stipulatus. tunc enim si in alterutro horum loco petat, non habet necesse alterius loci mentionem facere. quæ exceptio approbatur l. 2. §. si quis Ephesi, cum sequentibus. ff. de eo quod certo loco, his uerbis:* Si quis Ephesi decem aut Capuæ hominem dari stipulatus experiatur: non debet detracto altero loco experiri, ne auferat loci utilitatem reo. Scæuola libro XV. Quæstionũ ait, non utiq; ea quæ tacitè insunt stipulationibus, semper in rei esse potestate: sed quid debeat, esse in eius arbitrio, an debeat non esse: & ideo nec locum esse. Qui Stichum aut Pamphilum promittit, eligere posse quem soluat, quamdiu ambo uiuunt. Cæterùm ubi alter decessit, extingui eius electionem, ne sit in arbitrio eius an debeat: dum non uult uiuum præstare, quem solum debet. Quare & in proposito eum qui promisit Ephesi aut Capuæ, si fuerit in eius arbitrio ubi ab eo petatur, conueniri non potuisse. Semper enim alium locum electurum. Sic euenire ut sit in ipsius arbitrio an debeat. Quare putat posse ab eo peti altero loco & sine loci adiectione. Damus igitur actori electionem petitionis. Et generaliter definit Scæuola, petitorem electionem habere ubi petat: reum, ubi soluat, sed ante petitionem. Proinde mixta (inquit) rerum alternatio, locorum alternationi, ex necessitate facit actoria electionem, & in re propter locum.

Alioquin

Alioquin tollis ei actionem, dum uis teseruare reo optionem. *Tertia exceptio est: Nisi Ephesi & Capuae dari sit stipulatum. Hæc exceptio reprobatur d.l.2.§.si quis ita,his uerbis:* Si quis ita stipuletur, Ephesi & Capuæ: hoc agit,ut Ephesi partem, & Capuæ partem perat. *Reliquas exceptiones uide ℑ. causa proxima.*

I I I. *Causa: Si alio loco,quàm quo dare promisit,soluat debitor. Hæc causa approbatur l.unica. C.ubi conueniatur qui certo loco,his uerbis:* Qui certo loco sese soluturum pecuniam obligat, si solutioni satis non fecerit: arbitraria actione & in alio loco potest conueniri, in qua uenit æstimatio quòd alterutrius interfuit suo loco potius quàm in eo,in quo petitur, solui. *Concordat l.2. in prin. ff. de eo quod certo loco. cuius uerba uide §.causa proxim.in princip. Item concordat d.l.2. §.iulianus,his uerbis:* Iulianus Labeonis opinionem secutus, etiam actoris habuit rationem,cuius interdum potuit interesse Ephesi recipere. Itaque utilitas quoque actoris ueniet. Quid enim si traiecticiam pecuniam dederat,Ephesi recepturus,ubi sub pœna debebat pecuniam, uel sub pignoribus: & distracta pignora sunt, uel pœna commissa mora tua? uel aliquid fisco debebarur, & res stipulatoris uilissimo distracta est? *Item concordat l.1.ff.eod.tit. cuius uerba uide §.quest.1. Concordat item l.7.in fine ff.eod.tit. cuius uerba uide ℑ.question.7.reg.1. Concordat item l.9.ff. eod.tit.his uerbis:* Is qui certo loco dare promittit, nullo alio loco, quàm in quo promisit, soluere inuito stipulatore potest. *Huius regulæ exceptiones hæ sunt. Prima exceptio est: Nisi eo loco agatur, ubi ut solueretur conuenit. Hæc exceptio approbatur l.4. in princip. ff. de eo quod certo loco, his uerbis:* Quòd si Ephesi petetur, ipsa sola summa petetur, nec amplius quid: nisi quid stipulatus est, uel si temporis utilitas interuenit. *Secunda exceptio est: Nisi ibi ubi soluendum est, pecunia actori sit oblata, uel deposita, uel de soluendo eo loci caueatur. Hæc exceptio approbatur d.l.4.§.interdum, his uerbis:* Interdum iudex, qui ex hac actione cognoscet (cum sit arbitraria) absoluere reum debet,cautione ab eo exacta de pecunia ibi soluenda,ubi promissa est. Quid enim si ibi uel oblata pecunia actori dicatur,uel deposita, uel ex facili soluenda: non'ne debebit interdum absoluere? in summa, æquitatem ante oculos habere debet iudex,qui huic actioni addictus est. *Tertia exceptio est: Nisi non stipulatio facta sit, ut certo loco soluatur: sed uel hæres à testatore iussus sit, uel mutua pecunia data,ut certo loco reddatur. Hæc exceptio reprobatur l.5. cum lege sequente. ff. de eo quod certo loco, his uerbis:* Si hæres a testatore iussus sit certo loco quid dare,arbitraria actio competit. Et si mutua pecunia data fuerit,ut certo loco reddatur. *Planè admittitur exceptio proposita, si in bonæ fidei contractu conuenit ut certo loco soluatur. hoc enim casu arbitraria actio non competit, sed bonæ fidei actio. Quæ distinctio approbatur l.7.ff.eod.tit. cuius uerba uide ℑ.quæstione ultim. Quarta exceptio: Nisi debitum solutum sit. Hæc exceptio reprobatur l.2.§.idem Iulianus.ff. de eo quod certo loco, his uerbis:* Iulianus tractat, an is qui Ephesi sibi aut Titio dari stipulatus est: si alibi Titio soluatur, nihilominus possit intendere sibi dari oportere? Et scribit liberationem non contigisse,atq; ideo peti posse quod interest. Marcellus autem & alias tractat, & apud Iulianum notat, posse dici, etsi mihi alibi soluatur,liberationem contigisse,quamuis inuitus accipere non cogar. Planè si non contingat liberatio, dicendum est superesse petitionem integræ summæ: quemadmodum si quis insulam alibi fecisset, quàm ubi promiserat, in nihilum liberaretur. Sed mihi uidetur summæ solutio distare à fabrica insulæ. Et ideo quod interest solum petendum. *Contradicere uidetur l.ultim. in fine.ff. eod.tit. cuius uerba uide ℑ. exceptione proxim. Quinta exceptio est: Nisi post commissam stipulationem propositam fideiussor sit acceptus. Hæc exceptio uidetur approbari d.l.ultim. his uerbis:* Si post motam factam, quo minus Capuæ solueretur, cùm arbitraria uellet agere, fideiussor acceptus sit eius actionis nomine: uideamus ne ea pecunia, quæ ex sententia iudicis accedere potest, non debeatur,nec sit in obligatione: adeò ut nunc quoque sorte soluta, ueluti si Capuæ petatur, arbitrium iudicis cesset? nisi quis dicat,si iudex centum & uiginti condemnare debuerit: centum solutis ex uniuersitate,tam ex sorte quàm ex pœna solutum uideri: ut supersit petitio eius quod excedit sortem, & accedat pœna pro eadem quantitate. Quod non puto admittendum: tanto magis quòd creditor accipiendo pecuniam, etiam remisisse pœnam uideatur.

### IIII. ADVERSVS QVOS datur actio proposita?

I. *Regula, De mandatore, proponitur l.41. ff. de fideiussoribus,his uerbis:* Si (ut proponitur) cùm pecunia mutua daretur,ita conuenit ut in Italia solueretur: intelligendũ mandatorem quoque simili modo contraxisse.

II. *Regula, De fideiussore, proponitur l.8.ff.de eo quod certo loco, his uerbis:* Centum Capuæ dare ſtipulatus fideiuſſorem accepiſti. Ea pecunia ab eo ſimiliter ut ab ipſo promiſſore peti debebit: id eſt, ut ſi alibi quàm Capuæ petautur, arbitiaria agi debeat, lisq; tanti æſtimetur quanti eius uel actoris interfuit eam ſummá Capuæ potius quàm alibi ſolui. *Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi per reum, non per fideiuſſorem ſtteterit, quo minus pecunia debito loco ſoluatur. Hæc exceptio approbatur ibidem, his uerbis:* Nec oportebit (quòd fortè per reum ſteterit, quo mious tota centum Capuæ ſolueren tur) obligationē fideiuſſoris augeri. Neq; enim hæc cauſa rectè comparabitur obligationi uſuratum. Ibi enim duæ ſtipulatioues ſunt, hic tantùm una pecuniæ creditæ, circa cuius executionem æſtimationis ratio arbitrio iudicis committitur. Eiuaq; differentiæ manifeſtiſsimum argumentum eſſe puto, quòd ſi poſt moram factam pars pecuniæ ſoluta ſit, & reliquū petatur: officium iudicis tale eſſe debeat, ut æſtimet quāti actoris interſit eam duntaxat ſummam quæ peteretur, Capuę ſolutam eſſe.

## V. QVID VENIAT IN actione propoſita?

I. *Regula, De eo quod actoris intereſt, proponitur l.2.in prin.ff.de eo quod certo loco. cuius uerba uide ſ̄. quæſt.3. cauſa 2. in prin. Concordat d.l.2. §.fin.cuius uerba uide ſ̄.lib.36. cap.8.reg.1. Item concordat l. unica, in fine. C. ubi conueniatur qui certo loco. cuius uerba uide ſ̄. quæſt. 2. cauſa 3. in prin. Item concordat Inſt.de actionib.§.loco plus. ibi:in qua ſcilicet. cuius uerba uide ſ̄.lib. 36. cap.8. reg.9.*

II. *Regula: Sorte alibi ſoluta, non tota ſumma, ſed intereſſe tantùm manet in obligatione. Quæ regula approbatur l.2.§. idē Iulianus. ff.de eo quod certo loco. cuius uerba uide ſ̄.quæſtion. 3. cauſa 3. except.4.*

## VI. ADIVNCTVM OFFIcium iudicis iu hac actione.

*Aequitatem ante oculos habere debet. Quæ regula approbatur l.4.in fine. ff. de eo quod certo loco.cuius uerba uide ſ̄.d.cauſa 3.exc.2.*

## VII. ADFINIA REMEdia.

I. *Regula: Bonæ fidei actio, ſi in aliquo contractu bonæ fidei de loco ſolutionis conuenit, competit, non actio propoſita. Quæ regula approbatur l.7.ff.de eo quod certo loco, his uerbis:* In bonæ fidei iudicijs, etiamſi in contrahendo cōuenit, ut cerio loco quid præſtetur, ex empto uel uendito, uel depoſiti actio competit, non arbitraria. Si tamen certo loco condicturū ſe quis ſtipulatus ſit: hac actione utendum erit.

II. *Regula: Actio principalis ibi, ubi ſolutio facienda fuit, etiam inſtitui poteſt. Quæ regula approbatur l 122.in prin. ff. de uerb.obligat. his uerbis:* Qui Romæ pecuniam mutuam acceperat ſoluendam in longinqua prouincia poſt menſes trea, eamque ibi dari ſtipulanti ſpoponderat, poſt paucos dies Romæ teſtatò creditori dixit, paratum ſe eſſe Romæ eam numerare, detracta ea ſumma, quam creditori ſuo uſurarum oo mine dederat: quæſitum eſt, cùm integram ſummam, in quam ſtipulatione obligatus eſt, obtulerit: an eo loco, in quo ſoluenda promiſſa eſt, ſua die integra peti poſsit? Scæuola reſpondit, poſſe ſtipulatorem ſua die ibi, ubi ſoluendam ſtipulatua eſſet, petere.

## *DE PRAETORIIS STIPVlationibus. Cap. XIIII.*

*Septima ſtipulationis ſpecies eſt ſtipulatio prætoria, de qua in genere hic agendum, ſingulis eius ſpeciebus ſuis locis ſubiectis.*

I. *Definitio prætoriarum ſtipulationum proponitur l. 5. §. prætoriæ. ff. de uerbor. obligation. cuius uerba cum concordantibus uide ſ̄. capite 2. diuiſ.1.*

## II. DIVISIONES PRAETOriarum ſtipulationum, & ſpecies.

I. *Diuiſio proponitur l.1.in prin. ff. de prætorijs ſtipulationibus, his uerbis:* Prætoriarū ſtipulationum tres uidentur eſſe ſpecies, iudiciales, cautionales & communes. Iudiciales eas dicimus, quæ propter iudicium interponuntur, ut ratum fiat: ut iudicatum ſolui, & ex operis noui nunciatione. Cautionales autem ſunt, quæ inſtar actionis habent, & ut ſit nouatio intercedunt: ut de legato ſtipulationes, & de tutela, & ratam rem habere, & damni infecti. Communes ſunt ſtipulationes, quæ fiunt iudicio ſiſtendi cauſa. Et ſciendum eſt, omues ſtipulationes natura ſui cautionales eſſe. hoc enim agitur in ſtipulationibus, ut quis cautior ſit & ſecurior interpoſita ſtipulatione.

II. *Diuiſio proponitur d. l.1. §. ſtipulationum, uſq; ad §. fin. his uerbis:* Stipulationū iſtarum prætoriarum quædam ſunt, quæ ſatiſdationem exigunt, quædam quæ nudam repromiſsionem. Sed perpaucæ ſunt, quæ nudam repromiſsionem habent:

quibus

quibua ennmeratis apparebit, cæteras nõ eiſſe repromiſsiones, ſed ſatiſdationes. Stipulatio iſta ex operis noui nunciatione aliâs ſatiſdationem, aliâs repromiſsionẽ habet. Videamus ergo ex qua opeiis noui nunciatione ſatiſdari oporteat, & quemadmodum ſatiſdetur. Nanque de eo opere, quod in priuato factum erit. ſatiſdati: de eo quod in publico, repromitti oportet. Sed & hi quidem qui ſuo nomine cauent, repromittunt: qui alieno, ſatiſdant. Item ex cauſa damni infecti interdum repromittitur, interdum ſatiſdatur. Nam ſi quid in flumine publico fiat, ſatiſdatur: de ædibus autem repromittitur. Stipulatio duplæ repromiſsio eſt, niſi conuenerit, ut ſatiſdetur.

I I I. *Diuiſio proponitur & declaratur l.2.ff. de prætorijs ſtipulationibus, his uerbis:* Prætoriæ ſtipulationes aut rei reſtitutionem continent. aut incertam quantitatem. Reſtitutionem rei: ſicuti ſtipulatio ex operis noui nunciatione, qua cauetur ut opus reſtituatur. Ideoque ſiue actor ſiue reus deceſſerit, pluribus hæredibus relictis, uno uincente uel uicto, totum opus reſtitui debebit. quamdiu enim aliquid ſupereſt, tamdiu non poteſt uideri opus reſtitutum. Incertam quantitatem continet ſtipulatio Iudicatum ſolui, & rem ratam dominum habiturum, & damni infecti, & his ſimiles: in quibus reſpondetur, ſcindi eas in perſonas hæredũ: quamuis poſſit dici, ex perſona hæredum promiſſoris non poſſe deſcendentem à defuncto ſtipulationem diuerſam conditionem cuiuſque facere. At in contrarium ſumma ratione fit, ut uno ex hæredibus ſtipulatoris uincente, in partem eius committatur ſtipulatio. hoc enim facere uerba ſtipulationis, Quanti ea res eſt. Sed ſi unus ex hæredibus promiſſoris totã rem poſſideat, in ſolidum eum damnandum, Iulianus ſcribit. In quantum autem ipſe ea ſtipulatione, uel fideiuſſores, & an omnino teneantur, dubitari poteſt? Et uidendum ait, na non committatur. Sed ſi lite conteſtata poſſeſſor deceſſerit: unum ex hæredibua non maiore ex parte damnandum, licet totum fundũ poſsideat, quàm ex qua parte hæres eſt. *Hactenus diuiſiones & ſpecies prætoriarum ſtipulationum propoſitæ ſunt. De ſingulis autem ſpeciebus (ut dixi) ſuis locis copioſius tractatur.*

## III. PROPRIA PRAETORIARUM ſtipulationum.

I. Regula: *Legem accipiunt de mente prætoris, nihilq; in illis eſt immutandum. Quæ regula approbatur l.52.in prin.ff.de uerbor.obligat. his uerbis:* In conuentionalibus ſtipulationibus contractui formã contrahentes dant. Enimuerò prætoriæ ſtipulationes legem accipiunt de mente prætoris, qui eas propoſuit. Denique in prætorijs ſtipulationibus nihil immutare licet, neq; addere neq; detrahere.

I I. Regula: *Prætoris eſt addere, detrahere uel immutare in his ſtipulationibus: item cognoſcere an ſtipulatio hæc ſit interponenda, nec ne? Quæ regula approbatur l.1. §. fin. ff. de prætorijs ſtipulationibus, his uerbis:* Quòd ſi ſit aliqua controuerſia: utputa ſi dicatur, per calumniã deſiderari ut ſtipulatio interponatur: ipſe prætor debet ſuper ea ſummatim cognoſcere, & cautum iubere, aut denegare. Sed & ſi quid uel addi, uel detrahi, uel immutari in ſtipulatione oporteat: prætoriæ erit iuriſdictionis.

I I I. Regula: *Prætoris eſt interpretatio in his ſtipulationib. eiusq; mens æſtimanda eſt. Quæ regula approbatur l.8.ff. de prætorijs ſtipulat. cuius uerba uide ſ.cap.9.reg.10.*

## IIII. CAVSAE, EX QVIBUS cauendum.

*Cauſas ex quibus cauendum, uide in ſingulis ſtipulationis ſpeciebus: ut in ſtipulatione, Ratam rem haberi, Iudicatum ſolui, Rem pupilli ſaluam fore, &c. Quarum cauſarum exceptio generalis hæc eſt: Niſi ſemel ſit cautum. Quæ exceptio ut ipſo iure ſubſiſtit, ita recipit replicationem hanc: Niſi cautum eſſe deſierit. Quæ replicatio approbatur l. 4.ff. de prætorijs ſtipulationibus, his uerbis:* Prætoriæ ſtipulationes ſæpius interponuntur, cum ſine culpa ſtipulatoris cautum eſſe deſijt.

## V. QVOMODO SEV QVO cautionis genere cauendum?

*Regulariter quidem non niſi per fideiuſſores cauendum. Quæ regula approbatur l. 7. in prin. ff. d. tt. his uerbis:* Prætoriæ ſtipulationea perſonas deſiderant pro ſe interuenientium: neque pignoribus quis, neque pecuniæ, uel auri, uel argenti depoſitione in uicem ſatiſdationis fungitur. *Concordat l.1. §. ſtipulationum. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. quæſt. 2. diuiſ. 2. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi nomine noui operis, quod in publico fit, caueatur. tunc enim ſufficit nuda repromiſsio. Quæ exceptio approbatur d. §. ſtipulationum. ibi: nanq; de eo. Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi quis non ſuo, ſed alieno nomine de opere publico caueat. hic enim ſatiſdare debet. Quæ replicatio approbatur d. §. ſtipulationũ. ibi: ſed & hi quidem. Altera exceptio eſt: Niſi de damno infecto ædium nomine caueatur. tunc enim ſufficit nuda* repro-

repromißio. *Quæ exceptio approbatur d. §. stipulationum. ibi: item ex causa.* *Tertia exceptio est:* Nisi stipulatio *duplæ interponatur. Quæ exceptio approbatur d. §. stipulationum. ibi: stipulatio duplæ.* *Quarta exceptio est:* Nisi fideiussores *habere nõ poßit. tunc enim iuratoria cautio sufficit. Quæ exceptio approbatur in casu* Nouell. *c. 112. §. ceterùm. ibi: quòd si dicat. cuius uerba uide s̃. lib. 6. cap. 7. quæst. 8. in prin.*

### VI. QVID SEV DE QVA re cauendum?

I. Regula: *Aut ut res restituatur, aut ut incerta summa præstetur, cauendum. Quæ regula approbatur, simul & declaratur l. 2. ff. de pretorijs stipulationibus. cuius uerba uide s̃. quæstion. 2. diuisione 3.*

II. Regula: *In ijs stipulationibus, in quibus de incerta summa, seu quanti ea res est, cauendum: commodius est certam pœnam stipulari. Quæ regula approbatur l. ult. ff. de pretorijs stipulationibus, his uerbis:* In huiusmodi stipulationibus, qoæ quanti ea res est, promissionem habenr: commodius est certam summam comprehendere: qnoniam difficilis probatio est, quanti cniusque intersit, & ad exiguam summã deducirnr. *Concordat Inst. de uerb. obligat. §. non solùm. ibi: & in huiusmodi. cuius uerba uide s̃. cap. 2. diuis. 2.*

### VII. QVIBVS CAVENdum?

*Et procuratoribus caueri potest. Quæ regula approbatur l. 3. ff. de pretorijs stipulat. his uerbis:* Generaliter in omnibus prætorija stipulationibus & procuratotibua satisdatur. *Hactenus de pretorijs stipulationibus. Sed & plura ad eas pertinentia uide s̃. in tractatu stipulationum generali. De obligationibus igitur, quæ uerbis contrahuntur, tam in genere, quàm in specie satis sit dictum: nunc de obligationibus quæ re consistunt, est dispiciendum.*

# DIGESTORVM LIBER TRICESIMVSNONVS:

## *DE OBLIGATIONIBVS QVAE re contrahuntur, earumq; actionibus.*

### *DE MVTVO.*
### *Cap. I.*

PRimò, *etymologia mutui seu ratio nominis proponitur l. 2. §. appellata. ff. si certum petatur, his uerbis:* Appellata est mutui datio ab eo, quòd de meo tnum fiat. Et ideo si de meo tuum non fiat, non nascitur obligatio. *Concordat Inst. quib. mod. re contrah. obligat. §. 1. his uerbis:* Quoniam nobis non eædem res, sed aliæ eiusdem naturæ & qualitatis reddũrnr, inde etiam mutuum appellatum est: quia ita à me tibi datur, ut ex meo tuum fiat: & ex eo contractu nascitur actio, quæ nocatur condictio.

### II. PROPRIVM MVtui.

I. Regula, *De subiecto mutui, proponitur Inst. quib. mod. re contrah. oblig. §. 1. his uerbis:* Mutui datio in ijs rebus consistit, quæ pondere, numero, mensura constant: neluti uino, oleo, frumento, pecunia numerata, ære, argento, anro: qoas res aut numerando, aut metiendo, aut adpendendo in hoc damus, nt accipientium fiant. *Concardat l. 1. §. re contrahitur. ff. de action. & obligat. his uerbis:* Re contrahitur obligatio mutui datione. Mutui autem datio consistit in his rebus, quæ pondere, numero, mensura constant: ueluti nino, oleo, frumẽto, pecunia numerata: quas res in hoc damua, ut accipientia fianr, postea alias recepturi eiusdem generis & qualitatia. *Item concordat l. 2. §. mutui. ff. si certũ petatur, his uerbis:* Mutui datio consistit in his rebua, quæ pondere, numero, mensura constant: quoniã earum rerum datione possumua in creditnm ire: quia in genere suo functionẽ recipiunr per solutionem potius quàm per speciem. Nam in cæteria rebua ideo in creditum ire nõ possumus, quia aliud pro alio inuito creditore solni non potest.

II. Regula: *In mutuo aliud pro alio, eiusdem tamen generis, soluitur. Quæ regula proponitur uerbis iam dictis hisce:* Quia in genere, &c. *Concordat d. l. 2. in prin. his uerbis:* Mutuum damus recepturi non eandem speciem quam dedimus (alioquin commodatum erit, aut depositum) sed idem genus. Nam si aliud genua, ueluti si pro tritico uinum recipiamus: non erit mutuum. *Concordat Inst. quib. mod. re contrah §. 2. cuius uerba uide s̃. quæst. prox. Cõcordat itẽ Inst. eod. tit. §. itẽ is cui. ibi: sed is ab eo. cuius uerba cum concordantib. uide j. quæst. 4.*

III. Regula: *Mutui datione transfertur rei dominium. Quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt s̃. quæst. prox.*

III. *Differẽtia mutui & crediti proponitur l. 2. §. creditum. ff. si certum petatur, his uerbis:* Creditum à mutuo eo differt, quo genus à specie.

cie. Nam creditũ consistit etiam extra eas res, quæ pondere, numero, mensura continentur: sicuti etsi eandem rem recepturi sumus, creditũ est. Item mutuum non potest esse, nisi proficiscatur pecunia: creditum autem fit interdũ, etiamsi nihil proficiscatur: ueluti si post nuptias dos promittatur. In mutui datione oportet dominũ esse dantem. Nec obest quòd filiusfamiliâs & seruus dãtes peculiares numos obligant. Id enim tale est, quale si uoluntate mea tu des pecuniam. Nam mihi actio adquiritur, licet numi mai non fuerint. Verbis quoq; credimus, quodam actu ad obligationem comparandam interposito: ueluti stipulatione.

IIII. *Differentia mutui & cõmodati proponitur Inst. quib. mod. re contrah. oblig. §. item is cui, his uerbis:* Is cui res aliqua utenda datur, id est cõmodatur, re obligatur, & tenetur commodati actione. Sed is ab eo qui mutuum accepit, longè distat. Nanq; non ita res datur, ut eius fiat: & ob id de ea re ipsa restituenda tenetur. Et is quidẽ qui mutuum accepit, si quolibet fortuito casu amiserit quod accepit: ueluti incendio, ruina, naufragio, aut latronũ hostiumúe incursu: nihilominus obligatus remanet. At is qui utendum accepit, sanè quidem exactã diligentiã custodiendæ rei præstare iubetur; nec sufficit ei tãtam diligentiã adhibuisse, quantam suis rebus adhibere solitus est: si modò alius diligẽtior poterat eam rem custodire. Sed propter maiorem uim, maioresúe casus non tenetur: si modò non ipsius culpa is casus interuenit. Alioqui si id quod tibi cõmodatũ est domi, peregrè tecum ferre malueris, & uel incursu hostium prædonumúe, uel naufragio amiseris: dubium non est, quin de restituẽda ea re tenearis. *Concordat l. 1. §. is quoq; cui. ff. de act. & obligat. his uerbis:* Is quoq; cui rem aliquam cõmodamus, re nobis obligatur: sed is de ea ipsa re quam acceperit, restituenda tenetur. Et ille quidẽ qui mutuũ accepit, si quolibet casu quod accepit amiserit: nihilominus obligatus permanet. Is uerò qui utendũ accepit, si maiore casu, cui infirmitas humana resistere non potest (ueluti incendio, ruina, naufragio) rem quam accepit amiserit: securus est. Aliâs tamen exactissimam diligentiã custodiæ rei præstare cõpellitur. Nec sufficit ei eandem diligentiam adhibere, quam in suis rebus adhibeat, si alius diligentius custodire potuerit. Sed & in maioribus casibus, si culpa eius interueniat, tenetur: ueluti si quasi amicos ad cœnam inuitaturus, argentum quod in eam rem utendum acceperit, peregrè proficiscẽs secum portare uoluerit, & id aut naufragio, aut prædonum hostiumúe incursu amiserit. *Concordat item l. 2. in prin. ff. si certum petatur. cuius uerba uide ĩ. quæst. 2. reg. 2. Hactenus de ipso mutuo, nunc de eius actione dicendum.*

## *DE CERTI CONDICTIONE ex mutuo. Cap. II.*

### I. CAVSA HVIVS ACTIONIS, cum eius exceptionibus.

*SI mutuum datum sit, datur condictio certi ex mutuo. Quæ regula approbatur Inst. quibus mod. re contrah. obligat. §. 1. in fine. cuius uerba uide cap. proxim. in prin. Huius autem regulæ exceptiones hæ sunt.*

I. EXCEPTIO: *Nisi non dominus mutuum dederit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur ĩ. except. 13.*

II. EXCEPTIO: *Nisi seruus mutuum dederit. Hæc exceptio reprobatur, certis tamẽ conditionib. ĩ. d. except. 13. repl. 4.*

III. EXCEPTIO: *Nisi filiusfamiliâs mutuum dederit. Et hæc exceptio reprobatur l. 2. §. in mutui. ff. si certum petatur. cuius uerba uide ŝ. cap. prox. quæst. 3.*

IIII. EXCEPTIO: *Nisi pupillus crediderit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit: uerùm eius replicatio hæc est: Nisi pecunia à pupillo credita consumpta sit. Quæ replicatio approbatur l. 19. §. si pupillus. ff. si certum petatur. cuius uerba uide ĩ. ead. quæst. in fin. repl. gener.*

V. EXCEPTIO: *Nisi furiosus crediderit. Hæc exceptio ipso quidẽ iure subsistit: uerùm eius replicatio hæc est: Nisi pecunia sit consumpta, uel in rem debitoris uersa. Hæc replicatio approbatur l. 12. ff. si certum petatur, his uerbis:* Si à furioso, cùm eum compotem mentis esse putares, pecuniam quasi mutuam acceperis, eaq; in rem tuam uersa fuerit: condictionem furioso adquiri, Iulianus ait. Nam ex quibus causis ignorantibus nobis actiones adquiruntur, ex iisdem etiam furioso adquiri. *Concordat l. 23. in princip. ff. de action. & obligation. cuius uerba uide ŝ. libro 36. capite tertio, exceptione secunda, replicatione 5.*

VI. EXCEPTIO: *Nisi rector prouinciæ, uel aliquis ex iis qui circa eum sunt, crediderit. Hæc exceptio approbatur l. 31. ff. si certum petatur, his uerbis:* Principalibus constitutionibus cauetur, ne hi qui prouinciam regunt, quiúe circa eos sunt, negocientur, mutuam pecuniam dent, fœnusúe exerceant. *Concordat l. 3. C. eod. tit. his uerbis:* Eos qui officia administrant, neque per se neque per suppositas personas tempore officij sui

cij sui in ptouincia fœnus agitare posse, sæpe rescriptum est. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi officiales sint perpetui. Quæ replicatio approbatur l.34.ff.d.tt.his uerbis:* Præsidia prouinciæ officiales, qui perpetui sunt, mutuam pecuniam dare, & fœnebrem exercere possunt.

VII. EXCEPTIO: *Nisi rectori prouinciæ mutua pecunia sit data. Hæc exceptio reprobatur d.l.34.in fine,his uerbis*: Præses prouinciæ mutuam pecuniam fœnebrem sumere non prohibetur.

VIII. EXCEPTIO: *Nisi quis iudici mutuam pecuniam dederit. Hæc exceptio approbatur l. penultim. C. si certum petatur, his uerbis:* Quisqnis iudici fœnebrem pecuniam mutuauerit, si io prouincia fuerit uersatus, quasi emptor legum atque prouinciæ: uel si quis collectarius honoris precium dederit ambienti, exilij pœna unà cum ipso iudice plectetur.

IX. EXCEPTIO: *Nisi filiofamiliâs mutua pecunia data sit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur ℑ.cap.prox.*

X. EXCEPTIO: *Nisi pupillo creditum sit. Hæc exceptio approbatur l.58. ff. de act. & obligat.his uerbis:* Pupillus mutuam pecuniam accipiendo, ne quidem iure naturali obligatut. *Ait Iurisconsultus:* Ne quidem iure natutali. *De hoc uide s̄.lib.36.cap.3. except.1. repl.2. Planè huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi pupillus ea pecunia locupletior sit factus. Quæ replicatio approbatur l. 4. §. si quis pupillo. ff. de doli mali except. cuius uerba uide s̄.d.except.1.repl.3. Altera replicatio est: Nisi creditor pupillo hæres extiterit. Quæ replicatio approbatur l. 95. §. aditio. ibi: aliquando. ff. de solutionib. cuius uerba uide ℑ.lib. 48. cap.18.reg.1. Plures huiusmodi replicationes uide s̄. d. exceptione 1.*

XI. EXCEPTIO: *Nisi debitori, qui consilium fraudandorum creditorum inijt, creditum sit. Hæc exceptio approbatur l. 9. ff. de priuilegijs credit.his uerbis:* Ait ptætor, Quod postea contractum erit, quàm is cuius bona uenierint, consilium fraudandi receperit, sciente eo qui contraxerit: ne actio eo nomine detut.

XII. EXCEPTIO: *Nisi perdituro pecuniam quis crediderit. Hæc exceptio approbatur l. 12. §. si adolescens.ff.mandati. cuius uerba uide ℑ.lib.43.cap.12.quæst.3.except.5.*

XIII. EXCEPTIO: *Nisi aliena pecunia credita si. Hæc exceptio approbatur l. 2. §. in mutui. ff. si certum petatur. cuius uerba uide s̄. cap. proxim. quæst.3. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi pecunia sit consumpta. Quæ replicatio approbatur l.12.§.fin.cum lege sequente. ff. si certum petatur,his uerbis;* Si alienam pecuniam credendi causa quis dederit, deinde furere cœperit, & consumpta sit ea pecunia: coudictionem furioso adquiri, Iulianus ait. Nam & si fur numos tibi credendi animo dedit, accipientis non facit: sed consumptis eis condictio nascitur. Vnde Papinianus lib. VIII. Quæst. ait: Si alienos numos mntuos tibi dedi, non ante mihi teneris, quàm si eos consumpseris. Qnòd si per partes eos consumpseris: an per partes tibi condicam, quæritur? & ait, me condicturum, si admonitus fueris alienos numos fuisse. Ideo per partes cōdicam: quia nondum totos consumptos competerim. *Concordat l.19.§. fin. ff.eod.tt. his uerbis*: Omnino qui alienam pecuniam credendi causa dat, consumpta ea habet obligatum eum qui accepit: item qui in solutum dedit, liberatnr ab eo qui accepit. *Concordat item l.33.§.fin. ff.de action. & obligat.cuius uerba uide s̄.lib. 36. cap.3. except. 2.repl.3. Altera replicatio est: Nisi is qui alienam pecuniā credidit, eam sibi reddi sit stipulatus. Quæ replicatio approbatur l.2.C.d.tt.his uerbis:* Quāuis pecuniam tuam Asclepiades suo nomine crediderit: stipulando tamē sibi ina obligatioois quæsiuit: quam pecuniam ut posis petere, mādatis tibi ab eo actionibus consequeris. *Concordat l.41. §. quod si stipulatus. ibi: quod si sibi. ff. si certum petatur. cuius uerba uide ℑ.repl.5. Tertia replicatio est: Nisi quis alienam pecuniam crediderit eius nomine, cuius pecunia est. Hæc replicatio approbatur l.4. C. d.tt.his uerbis:* Si absentis pecuniam nomine eius fœnori dedisti, ac teprobato nomine mandatis actionibns experiris: præses prouinciæ iurisdictionem suam præbebit. Idem si cessate mandatum animaduertit, utilem tibi aduersus debitorem actionem eo nomine competere non negabit. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi mortuo domino crediderit. De qua re uide ℑ.repl.5. Quarta replicatio est: Nisi seruus uel filiusfamiliâs peculiarem pecuniam crediderit. Hæc replicatio approbatur l. 2. §. in mutui.ff. si certum petatur.cuius uerba uide s̄.cap.prox.quæst.3.Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi seruus fugitiuus crediderit. Altera duplicatio est: Nisi contra uoluntatem domini seruus crediderit. Quæ duæ duplicationes approbātur l.11.§.fin. ff.d.tt. his uerbis*: Si fugitiuus seruus numos tibi crediderit: an condicere tibi numos dominus posit, quæritur? Et quidem si seruus meus, cui concessa est peculij administratio, crediderit tibi: erit mntua. Fugitiuus autem uel alius seruus contra uoluntatem domini credendo, non facit accipientis. Quid ergo? uindicari numi possunt, si extant: aut si dolo malo desi-

nant

nautposſideri, ad exhibēdum agi. Quòd ſi ſine dolo malo conſumpti ſunt: condicere tibi potero. *Harum duplicationum triplicatio hæc eſt: Niſi pecunia credita ſine dolo malo ſit conſumpta. Quæ triplicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Quòd ſi ſine dolo malo, &c. *Quinta replicatio eſt: Niſi mandatu uel uoluntate domini pecuniam eius quis crediderit. Quæ replicatio approbatur d. §. in mutui. Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi mortuo demum domino mandante, crediderit. Quæ duplicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 41. ff. ſi certum petatur, his uerbis:* Eius qui in prouincia Stichum ſeruum calendario præpoſuerat, Romæ teſtamentum recitatum eſt, quo idem Stichus liber & ex parte hæres erat ſcriptus: qui ſtatus ſui ignarus pecunias defuncti aut exegit aut credidit, ut interdum & ſtipularetur, & pignora acciperet: conſulebatur quid de his iuris eſſet? Placebat, debitores quidem, qui ei ſoluiſſent, liberatos eſſe, ſi modò ipſi quoque dominum deceſsiſſe ignoraſſent. Earum autem ſummarum nomine, quę ad Stichum perueniſſent, familiæ erciſcundæ quidem actionem non competere cohæredibus; ſed negociorum geſtorum dari debere. Quas uerò pecunias ipſe crediſſet: eas nō ex maiore parte, quàm ex qua ipſe hæres eſſet, alienatos eſſe. Nam etſi tibi in hoc dederim numos, ut eos Sticho credas, deinde mortuo me ignorana dederis: accipientis non facies. Neque enim ſicut illud receptū eſt, ut debitores ſoluētes ei liberentur: ita hoc quoq; receptum, ut credendo numos alienet. Quare ſi nulla ſtipulatio interueniſſet, neque creditam pecuniam pro parte cohæredis peti poſſe, neque pignora teneri. Quòd ſi ſtipulatus quoq; eſſet: referre quemadmodum ſtipulatus eſſet. Nam ſi nominatim fortè Titio domino ſuo mortuo iam dari ſtipulatus eſſet: ꝓculdubio inutiliter eſſe ſtipulatum. Quòd ſi ſibi dari ſtipulatus eſſet, dicēdum hæreditati eum adquiſijſſe. Sicut enim nobiſmetipſis ex re noſtra per eos qui liberi uel alieni ſerui bona fide ſeruiunt, adquiritur: ita hæreditati quoq; ex re hæreditaria adquiri. Poſt aditá uerò à cohæredibus hæreditatem, non æquè idem dici, utique ſi ſcierint eum ſibi cohæredem datum: quoniam tunc non poſſent uideri poſſeſſores bonæ fidei eſſe, qui nec poſsidendi animum haberent. Quòd ſi proponatur cohæredes eius id ignoraſſe (quòd fortè ipſi quoque ex neceſſarijs fuerint) poteſt adhuc idem reſponderi. Quo quidem caſu & illud euenturum, ut ſi ſuæ conditionis cohæredes iſte ſeruus habeat: inuicem bona fide ſeruire uideantur. *Sexta replicatio eſt: Niſi is qui alienam pecuniam credidit, poſtea domino pecuniæ hæres extiterit. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Quàm ex qua ipſe hæres eſſet, &c. *De qua re uide plura ſ. lib. 21. cap. 4. cauſa 1. except. 1. Septima replicatio eſt: Niſi cùm hæres legatam pecuniam credidiſſet, legatarius legatum poſtea repudiauerit. Quæ replicatio approbatur l. 8. §. item ſi legatā. ff. ſi certum petatur. cuius uerba uide ā. libro 37. cap. 3. exception. 28. repl. 1.*

XIIII. EXCEPTIO: *Niſi communem pecuniam ſocius crediderit. Hæc exceptio approbatur l. 16. ff. ſi certum petatur, his uerbis:* Si ſocius propriam pecuniam mutuam dedit: omnimodo creditam facit, licet cæteri diſſenſerint. Quòd ſi communem numerauerit: non aliàs creditam efficit, niſi cæteri quoq; conſentiant: quia ſuæ partis tantùm alienationem habuit. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi cæteri ſocij cōſenſerint. quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Niſi cæteri quoq; conſentiāt. *Altera replicatio eſt: Niſi pro parte, quam credens ſocius in pecunia credita habet: pro ea enim mutuū conſiſtit. quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Quia ſuæ partis tantùm alienationem habet. *Concordat l. 13. §. fin. ff. ſi certum petatur. cuius uerba uide ꝫ. quæſtion. prox. reg. 4. Item concordat l. 94. in prin. ibi: ſin autem cōmunes. ff. de ſolutionib. cuius uerba uide ꝫ. lib. 48. cap. 9. except. 18. repl. 6.*

XV. EXCEPTIO: *Niſi pecuniam à pupillo ſibi creditam uel ſolutam, alij crediderit. Hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit, tanquam aliena pecunia credita: uerùm eius replicatio hæc eſt: Niſi pecunia ab eo cui data eſt, conſumpta ſit. quæ replicatio approbatur l. 19. §. fin. ibi: quapropter. ff. ſi certum petatur. cuius uerba uide ꝫ. ead. quæſt. in fin. repl. gener.*

XVI. EXCEPTIO: *Niſi hæres pecuniam alij legatam crediderit. Hæc exceptio eadem ratione ſubſiſtit, qua ſuperior proxima: uerùm eius replicatio hæc eſt: Niſi legatarius poſtea legatum repudiauerit. Quæ replicatio approbatur l. 8. §. item ſi legatam. ff. ſi certum petatur. cuius uerba uide ſ. lib. 37. cap. 3. except. 28. repl. 1.*

XVII. EXCEPTIO: *Niſi nudo pacto, non numerata pecunia de mutuo conuenerit. Hæc exceptio approbatur l. 2. §. creditum. ibi: item mutuum. ff. ſi certum petatur. cuius uerba uide ſ. cap. proxim. quæſt. 3. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi ex alia cauſa debitori cū creditore cōuenerit, ut pecunia quam debet, mutua ſibi cōcedatur. Quæ replicatio approbatur l. 15. ff. ſi certum petatur, his uerbis:* Singularia quædam præcepta ſunt circa pecuniam creditam. Nam ſi tibi debitorem meum iuſſero dare

pecuniam : obligatis mibi, quamuis numoa meo non acceperia. Quod igitur in duabus personis recipitur, hoc & in eadē persona recipiendum est: ut cùm ex causa mandati pecuniam mihi debeaa, & conuenerit ut crediti nomine eam retineas: uideatur mihi data pecunia, & à me ad te profecta. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi stipulatio non interuenerit. Quæ duplicatio approbatur l.6.C.si certum petatur, his uerbis:* Si ex precio debitæ quantitatis facta nouatione pèr stipulàtionem, usuras licitas ab eo contra quem supplicas, stipulatua es: falsa mutuæ datæ quantitatis demonstratio præmissa, cùm obligationis substantia non defecerit, quo minus usque ad modum placitum usuræ posint exigi, nihil nocet. Si uerò citra uinculum stipulationis tãtùm mutuam pecuniam datam conscriptum est, & eius præstari fœnus conuenit: simulatis pro infectis habitis, huiusmodi placitum nihil de præcedenti mutauit obligatione. *Concordat l.34. in prin. ff. mandati, his uerbis:* Qui negocia Lucij Titij procurabat, cum à debitoribua eius pecuniam exegisset, epistolam ad eum misit, qua significaret certam summam ex administratione apud se esse, eamq; creditam sibi se debiturum cum usuris semisaibus: quæsitum est, an ex ea causa pecunia credita peti posit: & an usuræ peti posint? Africanus respondit, non esse creditam. Alioquin dicendum, ex omni contractu nuda pactione pecuniam creditam fieri posse. Nec huic simile esse, quòd si pecuniam apud te depositam conuenerit ut creditam habeaa, credita fiat: quia tunc numi qui mei erant, tui fiant. Item quòd si à debitore meo iussero te accipere pecuniam, credita fiat: id enim benignè receptum est. Hia argumento esse eum qui cum mutuam pecuniá dare uellet, argētũ uendendum dedisset, nihilo magia pecuniam creditam rectè petiturum: & tamen pecuniam ex argento redactam, periculo eius fore qui accepisset argentum. In proposito igitur dicendum, actione mandati obligatũ fore procuratorem: ut quãuia ipsius periculo numi fuerint, tamen usuras de quibus conuenerit, præstare debeat. *Huius duplicationis triplicatio hæc est: Nisi sine stipulatione conuenerit, ut pecunia deposita depositario credita sit. Quæ triplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Nec huic simile esse, &c. *Concordat l.9.§.fin.ff. si certum petatur, his uerbis:* Deposui apud te decem, postea permisi tibi uti. Nerua & Proculus etiam antequam moueantur, condicere quasi mutua tibi hæc posse aiunt. Et est uerum, ut & Marcello uidetur. Animo enim cœpisse posidere. Ergo trãsit ad eum periculum, qui mutuam rogauit, & poterit ei condici. *Huius triplicationis quadruplicatio hæc est: Nisi cùm ab initio depositi, deponens depositario concesserit, si uellet pecunia uteretur, pecunia nondum sit mota. Hæc quadruplicatio approbatur l.10.ff.d.tt.his uerbis:* Quòd si ab initio, cùm deponerem, uti tibi (si uoles) permisero, creditam non esse antequam mota sit: quoniam in debitum iri non est certũ. *Hæc de prima replicatione. Altera replicatio est: Nisi aliud pro pecunia datum sit uendendum, ut precium in causam mutui uerteretur. Hæc replicatio approbatur l.11.in prin. ff. si certũ petatur, his uerbis:* Rogasti me ut tibi pecuniam crederem, ego cum non haberem, lancem tibi dedi, uel massam auri, ut eam uenderes, & numia utereris. Si uẽdideris, puto mutuã pecuniam factam. Quòd si lancem uel massam sine tua culpa perdideris antequã uẽderes: utrum mihi, an tibi perierit, quæstionia est? Mihi uidetur Neruæ distinctio uerisima, existimãtis multũ interesse, uenalem habui hanc lancẽ uel massam, nec ne? ut si uenalẽ habui, mihi perierit, quẽadmodum si alij dedissem uendendam. Quòd si non fui hoc proposito ut uenderem, sed hæc causa fuit uendendi, ut tu utereria: tibi eam perijsse, & maximè si sine usuris credidi. *Concordat l.8.C.si certum petatur. cuius uerba uide ꝭ.lib.36.cap.9.quæst.2.reg.2.except.16. Contradicit l.34.in princip. ibi: his argumento. ff. mandati. cuius uerba uide â. repl. proxim. dupl. 2. Planè huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi res uendita non sit, aut uendita quidem sit, sed precium nondum receptum. tunc enim non condictio mutui, sed præscriptis uerbis actio est. Quæ duplicatio approbatur l.20.in prin.ff.de præscriptis uerbis. his uerbis:* Rogasti me, ut numoa tibi mutuos darem: ego cum non haberem, dedi tibi rem uendendam, ut precio utereria. Si non uendidisti, aut uendidisti quidem, pecuniam autem non accepisti mutuam: utiliua est ita agere (ut Labeo ait) præscriptis uerbis, quasi negocio quodam inter nos gesto proprij contractua. *Tertia replicatio est: Nisi mutuum petenti dictum sit, ut à debitore pecuniam acciperet, uel debitor petenti dare iussus sit. Hæc replicatio approbatur l.34. in princip. ibi: item quod si à. ff. mandati. cuius uerba uide ꝭ. repl. 1. dupl. 1. Concordat l.15. in princip. ff. si certum petatur. cuius uerba uide ꝭ. replicat. 1. in prin. Concordat item l.32.ff.eod.tt. cuius uerba uide J. exception. 19. replic.1.*

XVIII. EXCEPTIO: *Nisi pecunia creditori à debitore ita sit donata, ut ei statim mutua daretur. Hæc exceptio stricto quidẽ iure approbatur,*

*batur, reprobatur uerò æquitatis ratione l. 20. ff. si certum petatur, his uerbis:* Si tibi pecuniam donassem, ut mihi eandem crederes: an credita fieret? Iulianus dixit, in huiusmodi ꝓpositionibus nō proprijs uèrbis nos uti. Nam talem contractum neque donationem èsse, nèque pecuniam creditam. Donationem non esse, quià non eà mente pecunia daretur, ut omnimodo penes accipientem maneret. Creditam non esse, quia exoluēdi causa daretur magis, quàm alterius obligandi. Igitur si is qui pecuniam hac conditione accepit, ut mihi in creditum daret, acceptam dederit: non fore creditam. Magis enim meum accepisse intelligi debeo. Sed hæc intelligenda sunt propter subtilitatem uerborum. Benignius tamen est utrunq; ualere. *Cōcordat l. 34. §. ea lege. ff. de donationib. his uerbis:* Ea lege donationis causa Titio pecunia numerata, ut statim donatori mutuo detur, non impeditur dominij translatio: ac propterea nummis ijsdem donatori creditis, nouum dominium in his quæritur.

XIX. EXCEPTIO: *Nisi error interuenerit. Hæc exceptio approbatur exemplis l. 18. ff. si certum petatur, his uerbis:* Si ego pecuniam tibi quasi donaturus dedero, tu quasi mutuam accipias: Iulianus scribit, donationem non esse. Sed an mutua sit, uidendum est? Et Vlpianus puto nec mutuam èsse, magisq; numos accipientis non fieri, cùm alia opinione acceperit. Quare si eos consumpserit, licet condictione teneatur, tamen doli exceptione uti poterit: quia secundum uoluntatem dantis numi sunt consumpti. Et si ego quasi deponens tibi dedero, tu quasi mutuum accipias: nec depositum nec mutuum est. Idem est, etsi tu quasi mutuam pecuniam dederis, ego quasi commodatam ostentandi gratia accepi. Sed in utroque casu consumptis numis, condictioni sine doli exceptione locus erit. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi cùm creditor debitorem suum et qui mutuum rogauerat, promittere iussisset, is tanquam ab alterius debitore sit stipulatus. Quæ replicatio approbatur l. 32. ff. eod. tit. his uerbis:* Si & me & Titium mutuam pecuniam rogaueris, & ego meū debitorem tibi promittere iusserim: tu stipulatus sis, cùm putares eum Titij debitorem esse: an mihi obligaris? subsisto. Siquidem nullum negocium mecum cōtraxisti. Sed propius est, ut obligari re existimem, nō quia pecuniam tibi credidi (hoc enim, nisi inter cōsentiētes, fieri nō potest) sed quia pecunia mea ad te peruenit. eam ꝗ te mihi reddi, bonum & æquum est.

XX. EXCEPTIO: *Nisi ex die, in diē, uel sub conditione mutuum sit contractum. Hæc exceptio reprobatur l. 7. cum lege sequente. ff. si certū petatur, his uerbis:* Omnia quæ inseri stipulationibus possunt, eadem possunt etiam numerationi pecuniæ. Ideo & conditiones. Proinde mutui datio interdum pendet, ut ex pòst facto confirmetur. Veluti si dem tibi mutuos numos, ut si conditio aliqua extiterit, tui fiant, sisq; mihi obligatus.

XXI. EXCEPTIO: *Nisi illicitas usuras creditor sorti miscuit. Hæc exceptio reprobatur l. 20. ff. de usuris. cuius uerba uide s̄. lib. 36. cap. 9. quæst. 2. reg. 1. except. 16.*

XXII. EXCEPTIO: *Nisi creditor pro pecunia aliam rem diuersi generis reddi pactus sit. Hæc exceptio approbatur l. 2. in prin. ff si certū petatur. cuius uerba uide s̄. cap. prox. quæst. 2. reg. 2. Plura de hac re uide s̄. d. reg. 2.*

XXIII. EXCEPTIO: *Nisi stipulatio de reddendo mutuo intercessit. tunc enim uerborum obligatio est, non realis. Quæ exceptio approbatur l. 126. §. Chrysogonus. ibi: superest. ff. de uerb. oblig. cuius uerba uide s̄. lib. prox. cap. 9. reg. 5. exc. 1. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi stipulatio sit inutilis. Quæ replicatio approbatur d. uers. superest. Cui concordat l. 9. §. numerasti. cum sequentib. ff. si certum petatur. cuius uerba uide s̄. lib. prox. cap. 3. reg. 8. Concordat item l. 3. C. de contrah. stipul. cuius uerba uide s̄. lib. 37. cap. 3. except. 86. repl. 14.*

XXIIII. EXCEPTIO: *Nisi in mutuo ex meo tuum nō fiat. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s̄. cap. prox. quæst. 1. cuius species est s̄. except. 13.*

XXV. EXCEPTIO: *Nisi debitor usuras soluat. Hæc exceptio approbatur l. 33 ff. de usuris. cuius uerba uide s̄. lib. 12. cap. 13. reg. 5.*

XXVI. EXCEPTIO: *Nisi pecunia mutua data, sine dolo uel culpa debitoris perierit. Hæc exceptio reprobatur Inst. quib. mod. re cōtrah. obligat. §. item is cui. cuius uerba uide s̄. cap. prox. quæst. 4. Concordat l. 1. §. is quoq; ff. de act. & obligat. cuius uerba uide d. quæst. 4. Concordat item l. 11. C. si certum petatur, his uerbis:* Incendium ære alieno non exuit debitorem. *Planè admittitur exceptio proposita in traiecticia pecunia, si conuenerit ut creditoris periculum sit. Quæ distinctio approbatur l. 6. ibi: sed cùm traiecticia. ff. de nautico fœnore, his uerbis:* Cùm traiecticia pecunia ita datur, ut non aliâs petitio eius creditori competat, quàm salua nauis intra statuta tempora peruenerit: ipsius crediti obligatio, nō existēte cōditione, defecisse uidetur. *Huius distinctionis replicatio prima hæc est: Nisi nō specialiter cōuenerit de periculo à creditore sustinēdo. Hæc replicatio approbatur l. ult. C. de nautico fœnore, his uerbis:* Traiecticię quidē

p 2 pecu-

pecuniæ, quæ periculo creditoris mutuò datut, casua, aorequam ad destinatum locum nauis perueniat, ad dobitorem non pertinet. Sioe huiusmodi uerò conuentione infortunio naufragij debitor nō liberabitur. *Altera replicatio est: Nisi antequam nauem nauigare conuenit, pecunia perierit. Hæc replicatio approbatur l. 3. ff. de nautico fœnore, his uerbis:* In nautica pecunia ex eo die periculum spectat ad creditotem, ex quo nauem nauigare conuenit. *Tertia replicatio est: Nisi post diem quàm de quo conuenit, pecunia perierit. Hæc replicatio approbatur l. 4. in prin. ff. d. tt. cuius uerba uide s. lib. 36. cap. 9. quæst. 1. reg. 1. except. 3. repl. 2. Concordat item l. 6. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. lib. 40. cap. 4. causa 11. Huius replicationis duplicatio hæc uidetur esse: Nisi seruus creditoris, exigendis pecunijs præpositus, cōsenserit ultra diem præstitutum nauigari. Quæ tamen duplicatio reprobatur, sub conditione tamen, l. 122. §. Callimachus. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Callimachua mutuam pecuniam nauticam accepir à Sticho seruo Seij in prouincia Syria, io ciuitate Beryto, usq; Brentesium: idque creditum esse in omnes nauigij diea ducentos, sub pigooribus & hypothecis metcibus à Beryto comparatia, & Brentesium perferendis, & quas Brentesio empturus esser, & per nauem Beryto inuecturus: conuenitque ioter eos, uti cum Callimachua Brentesium petuenisset, inde idus Seprembres, quæ tonc proximæ futuræ essent, alija metcibus emptis, & in oauem missia, ipse in Syriam per nauigiom proficiscatur: aut si intra diem suprascriptum noo reparasset merces, nec enauigasset de ea ciuitate: redderer uniuersam continoò pecuniam quasi petfecto nauigio, & præstarot sumptus omnea persequoentibua eam pecuoiam, uti in utbem Romam eam deportareot: eamque sic rectè dari fieri, fide roganti Sticho seruo Lucij Titij promisit Callimachua. Sed cum anto idus suprascriptas secundū conuentioné mercibus in nauem impositia, cum Erote cooseroo Stichi, quasi in puinciam Syriam peruenturus, enauigauerit: quæsitum est, naue submersa, cùm secundum cautionem Callimachus mercea Beryto perferendaa in nauem misisset eo tempore, quo iam pecuniam Brentesio reddere Romam perferendam deberet: an nihil prosit Erotis consensua, qui cum eo missus erat, cuique nihil ampliua de pecuoia suprascripta post diem conuentionis permissum uel mandatum erat, quàm ut eam receptam Romam perferret: & nihilominua actione ex stipulatu Callimachus de pecunia domioo Stichi teneatur? Scæuola respōdit, secuodum ea quæ proponerentur, teoeri. Irem quæro, si Callimacho post diem suprascriptam nauigaoti Eros suprascriptus seruus cònseolerir: ao actionem domino suo semel adquisitam adimere potuerit? Respondit, non potuisse: sed foro exceptioni locum, si seruo arbitrium darum esset, eam pecuniam quocunque tempote in quemuis locum reddi. *Quarta replicatio est: Nisi non tempestate maris pecunia perierit, sed quia nauis incidit in commissum fisco. Hæc replicatio approbatur l. 3. C. de nautico fœnore, his uerbis:* Cùm proponas re nauticum fœous ea conditione dedisse, ur post nauigium qood in Africam dirigi debiror adseuerabar, io Salonitanoiom portom naue delata, fœnebris pecunia tibi redderetur: ita ut nauigij duotaxat, quod in Africam destinabatur, periculum susceperia: peique id uicium debitoris, non loco quidem nauigij seruato, illicitia comparatis mercibua, ea quæ nauis continebat, fiscum occupasse: amissarum mercium detrimentum, quod non ex marinæ tempestatia discrimine, sed ex præcipiti auaricia & iociuili debitoris audacia accidisse adseueratur, adscribi tibi iuria publici ratio non permittit.

## Replicatio præcedentium exceptionum generalis.

*Hactenus exceptiones aduersus causam condictionis propositæ speciales enumeratæ sunt, quarum replicatio generalis hæc est: Nisi pecunia sit consumpta. tunc enim certi condictio incipit competere, plerisque istis exceptionibus non obstantibus. Quæ replicatio approbatur exemplis l. 19. §. si pupillus. ff. si certum petatur, his uerbis:* Si pupillua sine tutoria authoritate crediderit, aor soluendi causa dederit: consumpta pecunia coodictionem habet, oel liberatur: non alia ratione, quàm quòd facto eius intelligitur ad eum qui accepir peruenisse. Quaptopret si eandem pecuniam ia qui in creditum uel in solutum acceperat, alij porrò in creditum uel io solutum dederit: consumpta ea, & ipse obligatur pupillo, uel eum à se liberat: & aum cui crediderit, obligatum habebit, uel se ab eo liberabit. Nam omnino qui alienam pecuniam credendi causa dar, consumpta ea habet obligatum eum qui accepit: item qui io solutum dedit, liberatur ab eo qui accepit. *Concordat l. 11. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. exception. 13. replicat. 1. duplicat. 1 & 2. Concordat l. 12. §. fin. cum lege sequēte. ff. eod. tt. cuius uerba uide d. repl. 1.*

Con-

*Concordat item l. 18. in fine. ff. eod.tt. cuius uerba uide s̄. except.19. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi cùm quis pecuniam suam tanquam donaturus dederit, alter tanquam mutuam acceperit. hoc enim casu etiam consumpta pecunia, certi condictio doli exceptione elidetur. Quæ duplicatio approbatur d.l.18. ibi: quare si eos. cuius uerba uide d. except. 19. Hactenus de causa propositæ condictionis, eiusq; exceptionibus.*

## II. QVIBVS CERTI CONdictio competit?

I. Regula: *Si quis alterius nomine pecuniam crediderit, non ei qui credit, sed ei cuius nomine creditur, actio competit. Quæ regula approbatur l.9.§. si numos. ff. si certum petatur. cuius uerba uide s̄. lib.37.cap.5. except.26. repl.9. Concordat l.2. §. in mutui. ibi: id enim tale est. ff. eod.tt. cuius uerba uide s̄. cap. prox. quæst.3. Item concordat l.126. §. Chrysogonus. ibi: planè si liber. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide s̄. lib. prox. cap.9. reg.5. except.1. Concordat item l.2. C. per quas personas nobis, his uerbis:* Cùm per liberam personam, si pecunia alterius nomine fuerit numerata, adquiratur quidem ei cuius nomine pecunia credita est: per huiusmodi numerationem cōdictio, non autem hypotheca uel pignus eorum quæ procuratori data uel supposita sunt, dominis contractus adquiritur: talem differentiam expellentes, sancimus & condictionem, & hypothecariam actionem uel pignus ipso iure, & sine aliqua cessione ad dominum contractus peruenire. Si enim procuratori necessitas legibus imposita est, domino cōtractus cedere actionem: quare quemadmodū ab initio in personali actione cessio superuacua uidebatur, nō etiam in pignoribus & hypothecis simili modo dominus contractus habeat hypothecariam actionem, seu pignoris uinculum uel retentionem sibi adquisitam? *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi actio ei cuius nomine creditum est, competere non possit. tunc enim ei qui credidit, non est deneganda. Quæ exceptio approbatur l. 1. C. de contrah. stipul. cuius uerba uide s̄. lib.37. cap.3. except.26. repl.14. Altera exceptio est: Nisi is cuius nomine pecunia credita est, creditū ratum non habeat. tunc enim credenti utilis datur actio. Quæ exceptio approbatur l.4. C. si certum petatur. cuius uerba uide s̄. quæst. proxim. except. 13. repl.1.*

II. Regula: *Si quis alienam pecuniam credidit, credenti, non domino pecuniæ ea consumpta condictio competit. Quæ regula approbatur l. 7. C. si certum petatur, his uerbis:* Non unde originem pecunia, quæ mutuo datur, habeat: sed qui contraxit, si ut propriam numerauit, in huiusmodi obligationibus requiritur. *Plura de hac re uide s̄. quæst. proxim. except. 13. replicat.1. cum sequentibus.*

III. Regula: *Si procurator credidit, domino cōpetit actio. Quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt s̄. reg.1. Huius regulæ exceptio est: quòd sola principalis actio domino competat, non etiam accessoria, hypothecaria puta uel ex stipulatu actio aduersus fideiussorem. Quæ exceptio approbatur l.2. ibi: non autem hypotheca. C. per quas personas nob. adq. cuius uerba uide s̄. reg.1. Eius replicatio hæc est: Nisi militis procurator crediderit, fideiussoremq; acceperit. Quæ replicatio approbatur l.16. ff. si certū petatur, his uerbis:* Si pecuniā militis procurator eius mutuā dedit, fideiussoremq; accepit: exemplo eo quo si tutor pupilli, aut curator iuuenis pecuniā alterutrius eorū creditā stipulatus fuerit, actionem dari militi, cuius pecunia fuerit, placuit. *Planè iure nouo exceptio proposita reprobatur d.l.2. Sed & utilis actio nō militi solùm, sed cuiuis etiā domino ex stipulatione procuratoris datur. De quo dictum s̄. lib. prox. cap.7. reg.1.*

IIII. Regula: *Seruo communi credente, cuilibet dominorum pro parte quam in seruo habet, competit actio. Quæ regula approbatur l.13. §. fin. ff. si certum petatur, his uerbis:* Si seruus communis decem crediderit, puto siue administratio seruo communi concessa est, siue non, & consumantur numi: in quinque competere actionem. Nam etsi communes tibi numos credidero centum: posse me quinquaginta condicere, Papinianus libro octauo Quæstionum scribit, etiamsi singula corpora communia fuerint. *Leges concordantes, item exceptiones propositæ regulæ uide s̄. lib.21. cap.2. reg.4.*

## III. ADVERSVS QVOS condictio proposita competit?

*Aduersus alium, quàm cui creditum est, actio nō datur. Quæ regula approbatur l.5. C. si certum petatur, his uerbis:* Si non singuli in solidum accepta mutua quantitate, uel stipulanti creditori spontè uos obligastis, licet uni numerata sit pecunia, uel non intercessionis nomine hanc pro reo suscepistis obligationem: frustra ueremini ne eius pecuniæ nomine uos conuenire possit, quam alij mutuo dedit, si intra præstitutū tēpus rei gestæ quæstionem detulistis. Ac multo magis inanē timorē geritis, si pecunia numerata oleū susceptū instrumētō sit collatum: cum (si de reddendo oleo stipulatio nulla subiecta est, & huius rei habita est solennis cōtestatio) in suo statu remanente eo quod uerè factū intercessit, ex olei accepti scriptura nihil deberi, manifestū est. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi reus promittendi conueniat. tunc enim quamuis alteri reo pecunia sit numerata, tamen rectè agitur. Quæ exceptio elicitur ex uerbis iam propositis hisce:* Si nō

singuli in solidum, &c. *De qua re plura uide* s. *lib. proxim. cap. 12.* *Altera exceptio est: Nisi fideiussor eius qui mutuū accepit, conueniatur. Quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Vel non intercessionis nomine hanc pro reo suscepistis obligationem. *Tertia exceptio est: Nisi is cōueniatur, in cuius res pecunia ab alio mutuò sumpta est. Hæc exceptio approbatur exemplo l. 27. ff. si certum petatur, his uerbis:* Ciuitas mutui datione obligari potest, si ad utilitatem eius, pecuniæ uersæ sunt Alioquin ipsi soli qui contraxerunt, non ciuitas, tenebuntur. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi cùm administratori ciuitatis in res ciuitatis mutua pecunia daretur, pecunia in res eius non sit uersa. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Alioquin ipsi soli, &c. *Altera replicatio est: Nisi non contemplatione domini rerum, creditor mutuum dedit. Hæc replicatio approbatur l. 13. C. si certum petatur, his uerbis:* Eum qui mutuam sumpsit pecuniam, licet in res alienas, creditore non contemplatione domini rerum eam fœnori dante: principaliter obligatum, obnoxium remanere oportet. *Quarta exceptio est: Nisi is conueniatur, ad quem pecunia peruenit. Hæc exceptio reprobatur l. 15. C. eod. tit. his uerbis:* Non aduersus te creditores, qui mutuam sumpsisti pecuniam, sed eius cui hanc credideras, hæredes experiri: contra iuris formam euidenter postulas. *Concordat l. 13. C. de obligat. & act. his uerbis:* Eum cui mutuam dedisti pecuniam, ad solutionē urgere competenti debes actione. Nam aduersus negociatores, quos ex mercibus pecuniam abstulisse tuo debitori proponis, nullam habes actionem. *Quinta exceptio est: Nisi is conueniatur, qui instrumento mutui subscripsit. Hæc exceptio reprobatur l. 14. C. si certum petatur, his uerbis:* Mutuæ pecuniæ quam alijs dedit creditor, citra solennitatem uerborum subscribentem instrumento non habet obligatum. *Sexta exceptio est: Nisi quis alterius nomine tanquam nudus minister pecuniam acceperit. Quæ exceptio approbatur l. 4. C. quod cum eo qui in alieno. cuius uerba uide* s. *lib. 45. cap. 7. quæst. 3. reg. 1. except. 2.*

## IIII. QVID VENIAT IN actione proposita petendum?

I. *Regula: Non eadem, sed alia res uenit restituenda eiusdem generis & qualitatis. De qua re uide* s. *cap. prox. quæst. 2. reg. 2.*

II. *Regula: Si conuenit ut diuersi generis res restituatur, non potest ea peti, nisi stipulatio intercesserit. Quæ regula approbatur l. 5. §. fin. C. si certum petatur. cuius uerba uide* s. *quæst. prox. in prin.*

III. *Regula: Si conuenit ut minus restituatur, quàm datum est: ualet pactum. Sin autem conuenit, ut plus restituatur: non ualet. Quæ regula approbatur l. 11. §. si tibi decem ff. si certum petatur. cuius uerba cum concordantibus uide* s. *lib. 37. cap. 3. except. 22.*

IIII. Regula: De usuris. *Vsuræ regulariter quidem ex mutuo non debentur. Quæ regula approbatur l. 55. ibi: respondi. ff. de præscriptis uerbis, his uerbis:* Pecuniæ creditæ usuras nō in stipulatione deductas non deberi, Africanus respondit. *Sed de hac re uide* s. *lib. 36. cap. 9.*

V. Regula: *Cuius temporis, item cuius loci æstimatio sit sequenda, uide* s. *lib. 36. cap. 8. reg. 3.*

VI. Regula: *Si quis communem pecuniam crediderit, uel plures simul, uel seruus communis: non nisi pro parte competit singulis actio. Quæ regula approbatur l. 13. §. fin. ff. si certum petatur. cuius uerba uide* s. *quæst. 2. reg. 4. Concordant ea quæ proposita sunt* s. *quæst. 2. except. 14. Huius exceptio hæc est: Nisi conuenerit ut sint rei stipulandi in solidum. Quæ exceptio approbatur l. 9. C. si certum petatur, his uerbis:* Cùm te in Gallia cum Syntropho certum auri pondus, itemque numeratam pecuniam mutuò dedisse, ut Romæ solueretur, precibus adseueras: aditus competens iudex, si duos reos stipulandi, uel te pro solido tibi quæsitam actionem, siue ab hæredibus Syntrophi procuratorem te factum animaduerterit: totum debitum, alioquin quod dedisti solum, restitui tibi iubebit. *Plura de hac exceptione uide* s. *lib. prox. cap. 12.*

## V. QVANDO COMpetat?

I. Regula: *Si pecunia deposita uti depositarium creditor permiserit, etiam nondum mota pecunia condictio competit. Quæ regula approbatur l. 9. §. fin. ff. si certum petatur. cuius uerba uide* s. *quæst. 1. except. 17. repl. 1. dupl. 1. tripl. 1. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi ab initio cùm deponeretur, ita conuenit, ut depositarius si uellet, pecunia uteretur. Hæc exceptio approbatur l. 10. ff. d. tit. cuius uerba uide d. tripl. 1. quadrupl. 1. Concordat l. 1. §. si pecunia apud. ff. depositi, his uerbis:* Si pecunia apud te ab initio hac lege deposita sit, ut si uoluisses utereris: priusquam utaris, depositi teneberis.

II. Regula: *Si in futurū usuras accepit: tacitè pactus est, ne intra id tēpus sortem petat. Quæ regula approbatur l. 56. in prin. ff. de pactis. cuius uerba uide* s. *lib. 37. cap. 2. diuis. 6. exercit. 5.*

## VI. ADFINIA REMEdia.

I. Regula: *Si stipulatio interuenit mutuo, ex stipulatione obligatio oritur. Quæ regula approbatur, simul & distinguitur* s. *quæstione 1. exceptione 21.*

II. Regula: *Si pecunia credita sit, ita ut debitor pro creditore tributum ex usuris penderet, & si quid superesset, sibi restitueret: præscriptis uer-*

*pitis uerbis actio est. quae regula approbatur l. 25. ff. de praescriptis uerbis, hisce uerbis:* Titius Semproonio triginta dedit, pactiq; sunt ut ex reditu eius pecuniae tributum, quod Titius pendere deberet, Sempronius praestaret, cõputatis usuris semissibus: quantoq; minus tributorum nomine praestitum foret, quàm earum usurarum quantitas esset, ut id Titio restitueret: quod amplius praestitum esset, id ex sorte decederet: aut si & sortem & usuras summa tributorum excessisset, id quod amplius esset, Titius Sempronio praestaret, neq; de ea re ulla stipulatio interposita est. Titius consulebat, id quod amplius ex usuris Sempronius redegisset, quàm tributorum nomine praestitisset: qua actione ab eo consequi posset? Africanus respondit, pecuniae quidem creditae usuras non in stipulatione deductas non deberi: uerùm in proposito uidendũ, ne non tam foeneratae pecuniae intelligi debeat, quàm quasi mandatum inter eos cõtractum, nisi quid ultra semissem consecuturus esset. Sed ne ipsius quidem sortis petitionem pecuniae creditae fuisse: quando si Sempronius eam pecuniã sine dolo malo uel amisisset, uel uacuam habuisset, dicendum nihil eum hoc nomine praestare debuisse: tutiusq; esse praescriptis uerbis in factum actionem dari: praesertim cùm illud quoq; conuenisset, ut quod amplius praestitum esset, quàm ex usuris redigeretur, sorti decederet. Quod ipsum ius & causam pecuniae creditae excedit.

III. *Regula: Si inutiliter mutuum datum sit: uindicatio & ad exhibendũ actio competit, non certi condictio. quae regula approbatur, simul & distinguitur l. 11. §. fin. ff. si certum petatur. cuius uerba uide s̄. quaest. 1. except. 13. repl. 4. dupl. 2. Concordat l. 12. ff. eod. tit. cuius uerba uide s̄. quaestion. 1. exception. 19. Huius regulae exceptio haec est: Nisi pecunia sit consumpta. quae exceptio approbatur per ea quae proposita sunt s̄. quaestion. 1. in fine, repl. gener. 1.*

IIII. *Regula: Si filiusfamiliâs uiaticum suum mutuò dederit, extra ordinem ei succurritur. quae regula approbatur l. 17. ff. si certum petatur, his uerbis:* Cùm filiusfamiliâs uiaticum suum mutuum dederit, cùm studiorum causa Romae ageret: responsum est à Scaeuola, extraordinario iudicio esse illi subueniendum.

V. *Regula: Si, rem quis suam pecuniam dedisset mutuam, eamq; alteri inutiliter stipulatus esset, is cui stipulatus erat, eam exegerit etiam negociorum gestorum actione creditor pecuniam repetere potest. quae regula approbatur l. 3. in fine. C. de contrah. stipul. cuius uerba uide s̄. lib. 47. cap. 3. except. 10. repl. 14.*

VI. *Regula: Si quis procuratori absentis mutuam dederit pecuniam: negociorum gestorum actio est, non ex mutuo condictio. quae regula approbatur l. 5. §. item si procuratori. ff. de negocijs gestis. cuius uerba uide 3. lib. 44. cap. 7. quaestion. 1. causa 4.*

## *DE EXCEPTIONE SENATUSCONSULTI MACEDONIANI. Cap. III.*

*Pendet hoc caput ex cap. proximo praecedente, quaest. 1. except. 9.*

### I. CAUSA HUIUS EXCEPTIONIS, cum eius replicationibus.

*Si filiofamiliâs mutua pecunia data sit, creditori mutuum condicenti obstat exceptio: quae approbatur senatusconsulto Macedoniano; cuius uerba proponuntur l. 1. in prin. ff. ad S.C. Macedonianum; haec scilicet:* Cùm inter caeteras sceleris causas Macedo, quas illi natura administrabat, etiam aes alienum adhibuisset, & saepe materiam peccandi malis moribus praestaret, quum pecuniam (ne quid amplius dicatur) incertis nominibus crederet: placere, ne cui qui filiofamiliâs mutuam pecuniam dedisset, etiam post mortem parentis eius cuius in potestate fuisset, actio petitioque daretur, ut scirent qui pessimo exemplo foenerarent, nullius posse filijfamiliâs bonum nomen expectata patris morte fieri. *Concordat l. 6. C. eod. tit. his uerbis:* Si filius tuus in tua potestate agens, contra senatusconsultum Macedonianum mutuam sumpsit pecuniam, actio de peculio aduersus te eo nomine efficaciter dirigi nequaquam potest. *Concordat item Inst. quod cum eo qui in aliena potest. §. illud propriè, his uerbis:* Illud propriè seruatur in liberorum persona, quòd senatusconsultum Macedonianum prohibuit mutuas pecunias dare eis qui in potestate parentis sunt: & ei qui crediderit, denegatur actio tam aduersus ipsum filium filiamúe, nepotem neptemúe (siue adhuc in potestate sint, siue morte parentis, uel emancipatione suae potestatis esse coeperint) quàm aduersus patrem auúmúe: siue eos habeat adhuc in potestate, siue emancipauerit. Quae ideo senatus prospexit, quia saepe onerati aere alieno creditarum pecuniarum, quas in luxuriam consumebant, uitae parentum insidiabantur. *Huius exceptionis replicationes hae sunt.*

I. *Replicatio: Nisi is qui mutuum dedit, ignorauerit filiumfamiliâs fuisse. quae replicatio approbatur l. 3. in princip. ff. ad S.C. Macedonianum,*

*bis uerbis:* Si quis patremfamiliâs esse crediderit, non uana simplicitate deceptus, nec iuris ignorantia, sed quia publicè paterfamiliâs plerisque uidebatur, sic agebat, sic contrahebat, sic muneribus fungebatur: cessat senatusconsultum. Vnde Iulianus in eo qui uectigalia conducta habebat, scribit, & est sæpe constitutum, cessare senatusconsultum. *Concordat l.1. C. eod. tt. bis uerbis:* Si filiusfamiliâs, cùm in potestate patris esset, mutuam à te pecuniam accepit, cum se patremfamiliâs diceret, eiusque adfirmationi credidisse te iusta ratione edocere potes: exceptio ei denegabitur. *Concordat item l.19. ff. eod. tt. bis uerbis:* Iulianus scribit, exceptionem senatusconsulti Macedoniani nulli obstare, nisi ei qui sciret aut scire potuisset, filiumfamiliâs eum esse cui credebat. *Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi supina sit ignorantia creditoris. quæ duplicatio elicitur ex uerbis d.l.3. s̄. propositis hisce:* Non uana simplicitate deceptus. *Concordat d.l.19. uerbis iam propositis hisce:* Aut scire potuisset. *Altera duplicatio est: Nisi creditor non in facto, sed in iure errauerit. quæ duplicatio elicitur ex uerbis d.l.3. s̄. propositis hisce:* Nec iuris ignorantia. *Tertia duplicatio est: Nisi cùm duo essent creditores eiusdem pecuniæ, alter sciuerit filiumfamiliâs esse. hoc enim casu alteri sua ignorantia non prodest. quæ duplicatio approbatur l.7. §. non solùm. ff. ad S.C. Macedonianum, bis uerbis:* Si alius pecuniam mutuam dedit, alius stipulatus est: dabitur aduersus eum exceptio, licet hic non dederit. Sed etsi alteruter eorum ignorauit in patris esse potestate: uerius dicendum est, utrique alterius scientiam nocere. Idem est in duobus reis stipulandi. *Quarta duplicatio est: Nisi cùm duob. filijsfamiliarum simul mutuum dedisset, alterum eorum filiumfamiliâs esse sciuerit. tunc enim quamuis alterum patremfamiliâs putauerit, replicatio tamen proposita ei non prodest. quæ duplicatio approbatur, simul & distinguitur d. l. 7. §. item si duos, bis uerbis:* Si duos filiosfamiliâs accepero reos, sed alterum putaui patremfamiliâs, intererit ad quem peruenerit pecunia: ut si eum sciui filiumfamiliâs, ad quem peruenit pecunia, exceptione submouear: si ad eum quem ignorem, non submouear.

II. *Replicatio: Nisi minor ætate filiofamiliâs mutuam pecuniam dederit. Hæc replicatio approbatur l.3. §. proinde & in eo. ff. ad S.C. Macedon. bis uerbis:* Et in eo qui scire non potuit an filiusfamiliâs sit, Iulianus cessare senatusconsultum ait: utputa in pupillo uel minore uiginti quinque annis. Sed in minore, causa cognita, & à prætore succurrendum: in pupillo etiam alia ratione debuit dicere cessare senatusconsultum, quòd mutua pecunia non sit, quam sine tutoris authoritate pupillus dat. *Concordat l.9. §.1. ff. de iuris & facti ignor. bis uerbis:* Si minor uigintiquinque annis filiofamiliâs credidisset: subuenitur ei ut non uideatur filiofamiliâs credidisse. *Concordat item l. 11. §. fin. ff. de minor. 25 annis, bis uerbis:* Si minor annis cum filiofamiliâs maiore contraxerit: & Iulianus libro quarto Digestorum, & Marcellus libro secundo Digestor. scribit, posse in integrum restitui: ut magis æquitatis ratio, quàm senatusconsulti habeatur. *Huius replicationis duplicatio est: Nisi minor minori filiofamiliâs pecuniam crediderit. Hæc duplicatio approbatur per ea quæ proponuntur j. lib. 49. cap. 4. quæst. 4. except. gener. 11.*

III. *Replicatio: Nisi filiusfamiliâs crediderit filiofamiliâs pecuniam. Hæc replicatio approbatur l.3. §. proinde & in eo, in fine. ff. ad S. C. Macedon. bis uerbis:* Iulianus dicit, si filiusfamiliâs crediderit, cessare senatusconsultum, quòd mutua pecunia non sit, quamuis liberam peculij administrationem habuit: non enim perdere ei peculium patrem cõcedere, cum peculij administrationem permittit. Et ideo uendicationem numorum patri superesse ait.

IIII. *Replicatio: Nisi libertus in fraudẽ patroni filiofamiliâs crediderit. Hæc replicatio approbatur l.6. cũ duab. legib. sequentib. ff. si quid in fraud. patroni. quarũ uerba uide s̄. lib. 20. cap. 9. quæst. 2. causa 8.*

V. *Replicatio: Nisi ciuitas filiofamiliâs crediderit. Hæc replicatio reprobatur l.15. ff. ad S.C. Macedon. bis uerbis:* Nihil interest quis filiofamiliâs crediderit, utrum priuatus, an ciuitas. Nã in ciuitate quoq; Senatusconsultũ locum habere, diui Seuerus & Antoninus rescripserunt. *Hactenus replicationes desumptæ ex persona creditoris, propositæ sunt. Nunc sequuntur eæ quæ sumuntur ex persona eius cui creditum est.*

VI. *Replicatio: Nisi in pendenti sit, an filiusfamiliâs sit cui mutua pecunia data est. Hæc replicatio reprobatur l.1. §. si pendeat. ff. ad S.C. Maced. bis uerbis:* Si pendeat an sit in potestate filius (utputa quoniam patrem apud hostes habet) in pendenti est, an in senatusconsultũ sit commissum. nam si reciderit in potestaté, senatusconsulto locus est: si minus, cessat. Interim igitur deneganda est actio.

VII. *Replicatio: Nisi publicè paterfamiliâs credebatur is cui mutua pecunia data est. Hæc replicatio approbatur l.3. in prin. ff. ad S.C. Macedon. cuius uerba uide s̄. repl. 1. in prin. Concordat l.2. in prin. C. eod. tt. cuius uerba uide j. repl. 30.*

VIII. *Replicatio: Nisi patremfamiliâs se simulauit. Hæc replicatio approbatur l.10. ff. de re iudicata. cuius uerba uide s̄. lib. 36. cap. 12. quæst. 1. causa 8.*

except.

*except.5. Concordat l.4.§. contra senatusconsulti. ff.de doli mali except.bis uerbis:* Contra senatusconsulti quoq; Macedoniani exceptionem, de dolo dandam replicationem ambigédum non esse, eamq; nocere debere etiam, constitutionibus & sententijs authorum cauetur.

IX. *Replicatio: Nisi filius institor pecuniam mutuam sumpsit. Hec replicatio approbatur, simul & distinguitur l.7.§. interdum. ff. ad S.C. Macedonianum. cuius uerba uide J. quæst. proxim. regula 6.*

X. *Replicatio: Nisi in dignitate filius sit positus. Hec replicatio reprobatur l.1.§.fin.ff.ad S.C. Macedon. bis uerbis:* In filiofamiliâs nihil dignitas facit, quo minus senatusconsultum Macedonianum locum habeat. nam etsi consul sit, uel cuiusuis dignitatis: senatusconsulto locus est.

XI. *Replicatio: Nisi filius miles sit. Hec replicatio approbatur l.7.§.sin autem miles. C. eod. tt. bis uerbis:* Si miles filiusfamiliâs pecuniam creditam accepit, etsi sine mandato uel consensu uel uoluntate uel ratihabitione patris: stare oportet contractum, nulla differentia introducenda ob quam causam pecuniæ creditæ, uel ubi consumptæ sint. In pluribus enim iuris articulis filijfamiliarum milites non absimiles uidentur hominibus qui sui iuris sunt: & ex præsumptione omnis miles non creditur in aliud quicquam pecuniam accipere & expendere, nisi in causas castrenses.

XII. *Replicatio: Nisi filius castrense peculium habeat. Hec replicatio approbatur l.1.§.fin. cum lege sequente. ff.ad S.C. Macedon bis uerbis:* Nisi forte castrense peculium habeat. tunc enim senatusconsultum cessabit usque ad quantitatem castrensis peculij: cum filijfamiliarum in castrensi peculio uice patrūfamiliarum fungantur.

XIII. *Replicatio: Nisi filiæfamiliâs pecunia sit credita. Hec replicatio reprobatur l.9.§. hoc senatusconsultum. ff.ad S.C. Macedonianum, bis uerbis:* Hoc senatusconsultum ad filias quoque familiarum pertinet: nec ad rem pertinet, si affirmetur ornamenta ex ea pecunia comparasse. nam si ei quoque qui filiofamiliâs credidit, decreto amplissimi ordinis actio denegatur: nec interest consumpti sint numi, an extent in peculio: multo igitur magis seueritate senatusconsulti eius contractus improbabitur, qui filiæfamiliâs mutuum dedit.

XIIII. *Replicatio: Nisi nepoti, non filio creditum sit. Hec replicatio reprobatur l.6. in fine. C.ad S.C. Macedonianum, bis uerbis:* Hoc senatusconsulti auxilium, licet filijfamiliâs meminit, & ad nepotes & pronepotes porrigitur. *Concordat l.14.ibi; dixi. ff.eod.tt. cuius uerba uide J. repl.18. duplic.2. Sequuntur nunc replicationes sumptæ ex causa ob quam pecunia mutua est accepta.*

XV. *Replicatio: Nisi in necessarias causas mutuam sumpsit pecuniam filiusfamiliâs. Hec replicatio approbatur l.47.§.fin.ff. de solutionib. bis uerbis:* In filiofamiliâs Scæuola putabat Macedonianum cessare, si in necessarias causas filius mutuam pecuniam acceperit, quamuis eam perdiderit. *Concordat l.2.ibi: aut in eam rem. C.ad S.C. Macedonianum. cuius uerba uide J. repl.30. Concordat item l.5. in prin. C.eod. tt. bis uerbis:* Macedoniani senatusconsulti authoritas petitionem eius pecuniæ nō impedit, quæ filiofamiliâs studiorum uel legationis causa alibi degenti ad necessarios sumptus, quos patris pietas non recusaret, credita est. *Huius replicationis duplicatio prima uidetur: Nisi pecunia perierit. Sed hæc duplicatio reprobatur uerbis paulo superius propositis hisce:* Quamuis eam perdiderit. *Altera duplicatio est: Nisi creditor modum in mutuando excesserit: que duplicatio approbatur l.7. §. quod dicitur. ff. ad S.C. Macedon. bis uerbis:* Quod dicitur, in eo qui studiorum causa absens mutuum acceperat, cessare senatusconsultum: ita locum habet, si probabilem modum in mutuando non excesserit, nempe eam quantitatem, quam pater solebat subministrare.

XVI. *Replicatio: Nisi in id acceperit mutuum filius, ut pro sorore sua in dotem daret. Hec replicatio approbatur l.17. ff. ad S.C. Macedonianum. bis uerbis:* Si filiusfamiliâs in id acceperit mutuam pecuniam, ut eam pro sorore sua in dotem daret: pater eius de in rem uerso tenebitur. ipsi enim, mortua in matrimonio puella, repetitio dotis datur. *Concordat l.7.§. sed si filiusfamiliâs. ff. eod. tt. bis uerbis:* Si filiusfamiliâs, patre suo relegato uel longo tempore absente, dotem pro filia promiserit, & rem patris pignori dederit: senatusconsultum quidem cessabit, patris tamen res non tenebitur. Planè si patri hæres extiterit filius, & pignus persequatur, exceptione doli submouebitur.

XVII. *Replicatio: Nisi in id acceperit mutuum filius, ut pro filia sua in dotem daret. Hec replicatio approbatur l.5.§. si filiusfamiliâs. ff. de iure dotium. cuius uerba uide S. lib.15. cap.7. regul.6. exception.1. Hactenus replicationes ex causa mutui desumptæ. Sed & plures huius generis replicationes uide J. replicat. 32. cum sequentibus. Sequuntur nunc replicationes ex antecedentibus & alijs circumstantijs desumptæ.*

XVIII. Re-

XVIII. *Replicatio : Nisi patris iussu uel consensu creditum sit. Hæc replicatio approbatur l. 5. §. fin. C. ad S. C. Macedon. his uerbis:* Si iussu patris datum mutuum probetur: nec in quem usum uersa sit pecunia, disquiri necesse est; sed perpetua in patrem etiam mortuo filio est actio. *Concordat l. 2. ibi: aut patris uoluntate. C. eod. tt. cuius uerba uide J. repl. 30. Item concordat l. 4. C. eod. tt: his uerbis:* Si permittente patre filiofamiliâs pecuniam mutuam dedisti; Senatusconsulti potestas non interuenit. Et ideo persecutio pignoris, quod in bonis patris fuit, non denegabitur: præsertim cum & eidem filius hæres extiterit: modò si nullus alius nomine conuentionis, ratione temporis & ordinis potior apparuerit. *Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi pater posteaquam iussit, antequam crederetur mutauit uoluntatem. quæ duplicatio ipso quidem iure subsistit: uerùm recipit triplicationem hanc: Nisi creditor ignorauit uoluntatem patris mutatam esse: quæ triplicatio approbatur l. 12. ff. ad S. C. Macedon. his uerbis:* Si iusserit pater filio credi, deinde ignorante creditore mutauerit uoluntatem, locus senatusconsulto non erit: quoniam initium contractus spectandum est. *Altera duplicatio est: Nisi nepoti in aui potestate constituto, iussu patris creditum sit. Hæc duplicatio approbatur l. 14. ff. eod. tt. his uerbis:* Filium habeo, & ex eo nepotem, nepoti meo creditum est iussu patris eius: quæsitum est, an contra senatusconsultum fieret? dixi, etsi uerbia senatusconsulti filij continerentur, tamen & in persona nepotis idem seruari debere. Iussum autem huius patris non efficere, quo minus contra senatusconsultum creditum existimaretur, cùm ipse in ea causa esset, ut pecuniam mutuam inuito patre suo accipere non posset.

XIX. *Replicatio : Nisi pater filium negociationi præposuit, uel mercem peculiarem exercere passus sit. Hæc replicatio approbatur l. 7. §. interdum. ibi: quanquam. ff. ad S. C. Macedon. his uerbis:* Si ipse pater filium præposuisset merci suæ, uel mercem peculiarem exercere passus esset: cessarat senatusconsultum: quoniam patris uoluntate contractum uideretur. Nam si scit eum negociari, etiam hoc permisisse uidetur, si non nominatim prohibuit mutuum accipere.

XX. *Replicatio : Nisi fideiussor uoluntate patris pro filio intercessit. Hæc replicatio approbatur l. 9. §. non solùm. ibi: sed si non. ff. ad S. C. Maced. his uerbis:* Si non donandi animo, patris tamen uoluntate intercesserunt: totus contractus à patre uidebitur comprobatus.

XXI. *Replicatio: Nisi sciente patre, filio creditum sit. Hæc replicatio approbatur l. 12. in prin. ff. ad S. C. Maced his uerbis:* Si sciente patre creditum sit filio: dicendum est cessare senatusconsultum.

XXII. *Replicatio : Nisi sine usuris filiofamiliás creditum sit. Hæc replicatio reprobatur l. 7. §. siue autem. ff. d. tt. his uerbis :* Siue sub usuris mutua sit data, siue sine usuris: ad Senatusconsultum spectat.

XXIII. *Replicatio: Nisi alia res quàm pecunia numerata, credita sit. Hæc replicatio approbatur l. 7. §. mutui. ff. ad S. C. Macedon. his uerbis:* Mutui dationem non solùm numeratæ pecuniæ, uerùm omnium quæ mutuò dari possunt, an accipere debeamus, uidendum? Sed uerba uidentur mihi ad numeratam pecuniam referri: ait enim Senatus, Mutuam pecuniam dedisse. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi fraus senatusconsulto sit facta. Hæc duplicatio approbatur ibidem his uerbis:* Sed si fraus sit senatusconsulto adhibita: puta frumento, uel uino, uel oleo mutuo dato, ut his distractis fructibus, uteretur pecunia: subueniendum est filiofamiliâs.

XXIIII. *Replicatio : Nisi non mutuum datum sit, sed alio modo cum filiofamiliás contractum. Hæc replicatio approbatur l. 3. §. is autem. ff. ad S.C. Macedon. his uerbis:* Is solus senatusconsultum offendit, qui mutuam pecuniam filiofamiliâs dedit, non qui aliâs contraxit: puta uendidit, locauit, uel alio modo contraxit. nam pecuniæ datio perniciosa parentibus eorum uisa est. Ideo etsi in creditum abij filiofamiliâs, uel ex causa emptionis, uel alio contractu, in quo pecuniam non numeraui, & stipulatus sim: licet cœperit esse mutua pecunia, tamen quia pecuniæ numeratio non concurrit, cessat senatusconsultum. *Concordat l. 3. C. eod. tt. his uerbis:* Si filiusfamiliâs aliquid mercatus, precium stipulanti uenditori cum usurarum accessione spondeat: non esse locum senatusconsulto, quo fœnerare filijsfamiliarum est prohibitum, nemini dubium est. origo enim potius obligationis, quàm titulus actionis considerandus est. *Huius aliud proponitur exemplum l. 7. in princip. ff. d. tt. his uerbis:* Si filiusfamiliâs pro alio fideiusserit, Nerstius cessare senatusconsultum ait. *Alius exemplum proponitur l. 13. ff. eod. tt. his uerbis:* Si quod alij mutuum dedimus, à filiofamiliâs nouandi

uandi cáuſa ſtipulemur: non eſſe impedimento ſenatuſconſultum, Iulianus ſcripſit. *Huius replicationis duplicatio eadem eſt quæ præcedentis, hæc nimirum: Niſi fraus ſenatuſconſulto ſit facta. quæ duplicatio approbatur d. §. ls autem, in fine, his uerbis:* Hoc ita demum erit dicendum, ſi non fraus ſenatuſconſulto ſit cogitata, ut qui credere non potuit, magis ei uenderet, ut ille rei precium haberet in mutui uicem. *Concordat l. 7. § 1. ff. eod. tit. his uerbis:* Si color quæſitus ſit, ut filiusfamiliâs qui mutuum accepturus erat, fideiuberet, alio reo dato: fraudem ſenatuſconſulto factam nocere, & dandam exceptionem tam filiofamiliâs, quàm reo: quoniam & fideiuſſori filij ſubuenitur.

XXV. *Replicatio: Niſi cùm quis à filiofamiliâs ſtipulatus eſſet, patrifamiliâs facto crediderit. Hæc replicatio approbatur l. 3. §. fin. cum duab. legib. ſequentib. ff. ad S. C. Macedon. his uerbis:* Si à filiofamiliâs ſtipulatus ſum, & patrifamiliâs facto crediderim, ſiue capite minutus ſit, ſiue morte patris uel aliâs ſui iuris ſine capitis deminutione fuerit effectus: debet dici ceſſare ſenatuſconſultum, quia mutua pecunia iam patrifamiliâs data eſt. Quia quod uulgò dicitur, filiofamiliâs credi non licere, non ad uerba, ſed ad numerationem referendum eſt. Ergo hic in ſolidum damnabitur, non in id quod facere poteſt.

XXVI. *Replicatio: Niſi antea à patrefamiliâs fuerit ſtipulatus, quod poſtea filiofamiliâs facto credidit. Hæc replicatio reprobatur l. 6. ff. d. tit. his uerbis:* Rectè dicetur, ſi à patrefamiliâs ſtipulatus credam poſtea filiofamiliâs facto, ſenatuſconſulti poteſtatem exercendam: quia expleta eſt numeratione ſubſtantia obligationis. *Sequuntur nunc exceptiones ex conſequentibus mutuum ſumpta.*

XXVII. *Replicatio: Niſi filiusfamiliâs pecunia locupletior ſit factus. Hæc replicatio reprobatur l. 9. §. hoc ſenatuſconſultum. ibi: nec intereſt. ff. d. tit. cuius uerba uide 3. replicat. ti.*

XXVIII. *Replicatio: Niſi pater contractum ratum habuit, uel partem ſoluit. Hæc replicatio approbatur l. 7. in princip. C. ad S. C. Macedon. his uerbis:* Si filiusfamiliâs citra patris iuſſionem, uel mandatum, uel uoluntatem pecuniam creditam acceperit, poſtea autem pater ratum contractum habuerit: ueterum ambiguitatem decidentes ſancimus, quemadmodum ſi ab initio uoluntate patris uel mandatu filiusfamiliâs pecuniam creditam accepiſſet, obnoxius firmiter conſtitueretur: ita etſi poſtea ratum pater habuerit contractum, ualidum eſſe huiuſmodi contractum, cùm teſtimonium paternum reſpuere ſatis iniquum ſit. Neceſſe eſt enim patris ratihabitionem uel principali mandato patris, uel conſenſui non eſſe abſimilem: cùm noſtra nouella lege generaliter omnis ratihabitio prorſus retrotrahatur, & confirmet ea quæ ab initio ſubſecuta ſunt. *Concordat l. 7. §. penult. ff. eod. tit. his uerbis:* Ceſſabit ſenatuſconſultum, ſi pater ſoluere cœpit, quod filiusfamiliâs mutuum ſumpſerat, quaſi ratum habuerit.

XXIX. *Replicatio: Niſi pater, cùm de mutuo certior eſſet factus, teſtationem contrariæ uoluntatis non interpoſuit. Hæc replicatio approbatur l. 12. ff. ad S. C. Macedon. his uerbis:* Si filiusfamiliâs abſente patre, cùm quaſi mandatu eius pecuniam acciperet, cauit, & ad patrem literas emiſit, ut eam pecuniam in prouincia ſolueret: debet pater, ſi actum improbat, continuò teſtationem interponere contrariæ uoluntatis.

XXX. *Replicatio: Niſi filiusfamiliâs ſui iuris factus debitum agnouit. Hæc replicatio approbatur l. 2. C. ad S. C. Macedonianum, his uerbis:* Zenodorus, ſi cùm ſui iuris eſſe publicè uideretur, aut patris uoluntate contraxit, aut in eam rem pecuniam accepit, quæ patris oneribus incumberet, uel ſuæ poteſtatis conſtitutus nouatione facta fidem ſuam obligauit, uel aliâs agnouit debitum: non eſſe locum decreto ampliſsimi ordinis, rationis eſt. *Huius exemplum proponitur l. 7. §. fin. ff. eod. tit. his uerbis:* Si paterfamiliâs factus partem ſoluerit debiti, ceſſabit ſenatuſconſultum, nec ſolutum repetere poteſt. *Aliud exemplum proponitur l. 9. in princip. ff. eod. tit. his uerbis:* Si paterfamiliâs factus rem pignori dederit: dicendum erit, ſenatuſconſulti exceptionem ei denegandam uſque ad pignoris quantitatem. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi per ignorantiam facti debitum agnouit. Hæc duplicatio approbatur l. ult. ff. ad S. C. Macedonianum, his uerbis:* Si is cui dum in poteſtate patris eſſet, mutua pecunia data fuerat, paterfamiliâs factus, per ignorantiam facti nouatione facta eam pecuniam expromiſerit: ſi petatur ex ea ſtipulatione, in factum excipiendum erit.

XXXI. *Replicatio: Niſi ex cauſa mutui filius*

*filiofamiliâs dati ſolutum ſit.tunc enim ceſſat repetitio.de qua re in condictione indebiti dicetur.*

XXXII. *Replicatio: Niſi pecunia mutuò accepta in rem patris ſit uerſa. Hæc replicatio approbatur l.7.§.proinde ſi.ff.ad S.C.Macedon.his uerbis:* Si accepit pecuniam, & in rem patria uertit: ceſſat ſenatuſconſultum. Patri enim, non ſibi accepit. Sed etſi ab initio non ſic accepit,uerùm poſtea in rem patris uertit: ceſſate ſenatuſconſultum, libro XII. Digeſtor. Iulianus air: intelligendumq; eſſe ab initio ſic accepiſſe, ut in rem patris uerteret. *Huius exemplum proponitur l.17. ff.eod.tt. cuius uerba uide ſ.repl.16.*

XXXIII. *Replicatio: Niſi filius pecuniam mutuò acceptam in ſolutum dederit. Hæc replicatio approbatur l.7.§.penult.ff.ad S.C.Macedon.his uerbis:* Si filiusfamiliâs acceperit mutuam pecuniam, ut eum liberaret, qui ſi peteret, exceptione non ſubmoueretur: ſenatuſconſulti ceſſabit exceptio. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi filius patri ſuo ſoluerit. Hæc duplicatio approbatur d.l.7.§.proinde,in fine, his uerbis:* Non tamen in rem patris uertiſſe uidebitur, ſi mutuam pecuniam acceptam patri in debitum proprium ſoluit: & ideo ſi pater ignorauit, adhuc ſenatuſconſulto locus erit.

XXXIIII. *Replicatio: Niſi filiafamiliâs, cui mutua pecunia data eſt, ornamenta ea pecunia emit. Hæc replicatio reprobatur l.9. §. hoc ſenatuſconſultum. ff. ad S. C. Macedon. cuius uerba uide ſ. repl.13.*

XXXV. *Replicatio: Niſi filius arrogatus poſtea reſtitutus ſit ut emanciparetur. Hæc replicatio reprobatur l.1.§.certè etſi.ff.d.tt. his uerbis:* Etſi adrogatus mutuam pecuniam acceperit, deinde ſit reſtitutus ut emanciparetur: ſenatuſconſultum locum habebit. fuit enim filiusfamiliâs.

XXXVI. *Replicatio: Niſi filius ſui iuris ſit effectus. Hæc replicatio reprobatur l. 1. in prin. ibi: etiam poſt mortem parentis.ff.ad S.C.Macedon. cuius uerba uide ſ. eod. cap.in prin. Concordat l.7. §. ſed etſi.ff.eod.tt.his uerbis:* Etſi patris eius non mors, ſed alia cauſa inciderit, quo minus ſit in ciuitate: dicendum ſenatuſconſulto locum eſſe.

XXXVII. *Replicatio: Niſi filius poſtea in alterius poteſtatem perueniat. Et hæc replicatio reprobatur d.l.7.§.ſi filiusfamil.his uerbis:* Si filiusfamiliâs in alterius erat poteſtate, cùm mutua daretur, nunc item in alterius: mens ſenatuſconſulti non ceſſat. Dabitur ei itaque exceptio.

XXXVIII. *Replicatio: Niſi non oppoſita exceptione hac, filius uel pater eius ſit condemnatus. Hæc replicatio reprobatur l.11.ff.ad S. C. Macedon. his uerbis:* Et ſi non oppoſita exceptione condemnati ſunt: utentur ſenatuſconſulti exceptione. Et ita Iulianus ſcribit in ipſo filiofamiliâs, exemplo mulieris intercedentis. *Hactenus replicationes aduerſus exceptionem Senatuſconſulti Macedoniani ſunt enumeratæ. Nunc quibus exceptio hæc competat, diſpiciendum.*

## II. QVIBVS HAEC EXCEptio competit?

I. *Regula: De filio. Huic competit, quamuis ſui iuris ſit effectus. quæ regula approbatur l. 9.§. non ſolùm.ff.ad S.C.Macedon.cuius uerba uide J. reg 4. Concordant ea quæ propoſita ſunt paulo ſuperius repl.36.*

II *Regula: De patre. Patri quoq; conuento exceptio propoſita competit. quæ regula approbatur d.§.non ſolùm. Cui concordat l. 7. §. quanquam. ff. eod.tt.his uerbis:* Quanquam non declaret Senatus cui exceptionem det, tamen ſciendum eſt & hæredem filij, ſi paterfamiliâs deceſſerit: & patrem eius, ſi filiusfamiliâs deceſſerit, exceptione uti poſſe. *Concordat l.6.C.eod.tt.cuius uerba uide ſ. quæſt. proxim. in prin.*

III. *Regula: De hæredibus. His quoq; exceptio hæc datur. quæ regula approbatur uerbis d.§. quanquam, ſ.reg.prox.propoſitis.*

IIII. *Regula: De fideiuſſore & mandatore. Etiã his datur exceptio. quæ regula approbatur l.9.§. non ſolùm.ff.ad S.C. Macedon. his uerbis:* Non ſolùm filiofamiliâs & patri eius ſuccurritur: uerùm fideiuſſori quoq; & mandatori eius: quia & ipſi mandati habent regreſſum. *Concordat l.7.§. idem ait. ff. eod. tt. cuius uerba uide J.reg.prox. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi fideiuſſor uel mandator regreſſum non habeat ad filium uel patrem. quæ exceptio approbatur d. §. non ſolùm, his uerbis:* Niſi fortè donandi animo interceſſerint. tunc enim, cùm nullũ regreſſum habeant, ſenatuſconſultum locum non habebit. *Altera exceptio eſt: Niſi pater fideiuſſorẽ dederit. Hæc exceptio approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſ. quæſt. prox.except.28. Huius replicatio hæc eſt: Niſi mortuo filio, pater fideiuſſorem dederit. quæ replicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur l.11.cũ lege ſequẽte.ff.de fideiuſſorib.his uerbis:* Qui contra, &c. *Concordat l.creditorem.18.ff.ad S.C. Macedon. his uerbis:* Creditorem, &c. *Tertia exceptio eſt: Niſi non contra ſenatuſconſultum filius mutuam pecuniam acceperit. Quarta exceptio eſt: Niſi mandator uel fideiuſſor dixerit, filium non accipere contra ſenatuſconſultum mutuam pecuniam. Hæ duæ exceptiones approbantur l.12.§.ſi quis mandauerit. ff. mandati, his uerbis:* Si quis mandauerit filiofamiliâs credendam pecuniam, &c.

V. *Regula: De reo promittendi. Huic exceptio propoſita denegatur. quæ regula ipſo quidem iure ſubſiſtit: uerùm eius exceptio hæc eſt: Niſi frater ſenatuſcon-*

*natusconsulto sit facta. quę exceptio approbatur l. 7. §. idem ait. ff. ad S.C. Macedon. his uerbis:* Iulianus ait. Si duos reos accepero, filiumfamiliâs & Titium, cùm ad filiumfamiliâs esset peruentura pecunia, ideo autem reum Titium acceperim, ne quasi fideiussor auxilio senatusconsulti uteretur: utilē esse exceptionem aduersus fraudem dandam.

V I. *Regula: De eo qui filiumfamiliâs institorem fecit. Huic quoq; exceptio proposita denegatur. quę regula approbatur l. 7. §. interdum. ff. ad S.C. Macedon. his uerbis:* Interdum, etsi senatusconsulto locus sit, tamen in filium datur actio: utputa si filiusfamiliâs institor mutuam pecuniam acceperit. Scribit enim Iulianus, ipsum quidem institorem exceptione senatusconsulti usurum, si cōuenia tur: sed institoriam actionem aduersus eū qui præposuit, competere.

## III. ADVERSVS QVOS competit?

*De successoribus regula proponitur l. 7. §. non solùm. ff. ad S.C. Macedonian. his uerbis:* Non solùm ei qui mutuam dedisset, sed & successoribus eius deneganda est actio. *Plures huiusmodi regulas uide d. §. non solùm. cuius reliqua uerba proponuntur s̄. quęst. 1. repl. 1. dupl. 3. Hęc de exceptione senatusconsulti Macedoniani. De mutuo igitur, prima scilicet specie seu causa realis obligationis satis sit dictum.*

# *DE COMMODATO.*
## *Cap. IIII.*

## I. PROPRIA COMMODATI & differentiæ ab alijs contractibus.

P*Rima regula de differentijs mutui & commodati, proponitur s̄. cap. 1. quęst. 4.*

II. *Regula de differentia commodati & utendū dati, proponitur l. 1. §. 1. ff. commodati, his uerbis:* Inter commodatum & utendum datum, Labeo quidem ait tantum interesse, quantū inter genus & speciem. Cōmodari enim rem mobilem, non etiam soli: utendam dari etiam soli. Sed (ut apparet) propriè cōmodata res dicitur, & quæ soli est: idq́ue Cassius existimat. Viuianus etiam habitationem commodari posse ait.

III. *Regula: Commodatum solam utilitatem continet eius cui commodatur. quę regula approbatur l. 5. §. commodatum. ff. d. tt. cuius uerba uide j. cap. prox. quęst. 2. except. 3. repl. 2.*

IIII. *Regula: Commodantis est modum finemq́; commodati præscribere. quę regula approbatur, simul & distinguitur l. 17. §. sicut. ff. d. tt. cuius uerba uide j. cap. 6. quęst. 2. causa 1.*

V. *Regula: Rei commodatę & proprietatem & possessionem retinemus. quę regula approbatur l. 8. cum lege sequente. ff. commodati. cuius uerba uide s̄. lib. 22. cap. 4. except. 26. exemplo 5. Concordat Inst. quib. mod. re contrah. oblig. §. item is cui. cuius uerba uide s̄. cap. 1. quęst. 4.*

V I. *Regula: Ex commodato duplex actio nascitur, directa scilicet & contraria. quę regula approbatur l. 17. §. sicut. ff. commodati. cuius uerba uide j. cap. 6. quęst. 2. causa 1. Concordat Inst. d. §. item is cui. item concordat l. 1. in prin. ff. commodati, his uerbis:* Ait Prætor, Quod quis commodasse dicetur, de eo iudicium dabo. Huius edicti interpretatio non est difficilis. Vnum solummodo notandum: quòd qui edictum concepit, commodati fecit mencionem, cum Pacuuius utendi fecerit mētionem. Inter commodatum autem & utendum, &c. *Reliqua uerba uide s̄. reg. 2. De utraq; actione separatim in capitibus sequentibus dicetur. Sed exceptiones utriq; communes hic proponendę sunt.*

## II. EXCEPTIONES ADuersus commodatum.

*Regulariter quidem commodatum utile præsumitur, ita ut ex eo tam obligatio quàm actio directa & contraria oriatur, ut iam est ostensum: uerùm eius regulę exceptiones hę sunt.*

I. EXCEPTIO: *Nisi filiofamiliâs uel seruo commodatum sit. Hęc exceptio reprobatur l. 3. §. si filiofamiliâs. ff. commodati. cuius uerba uide j. quęst. 3. reg. 6.*

II. EXCEPTIO: *Nisi pupillo commodatum sit. Hęc exceptio approbatur l. 1. §. fin. cum lege sequente. ff. commodati, his uerbis:* Impuberes commodati actione non tenentur: quoniam nec constitit commodatum in pupilli persona sine tutoris authoritate, usqueadeò ut etiamsi pubes factus dolum aut culpam admiserit, hac actione non teneatur: quia ab initio non constitit. Nec in furiosum commodati actio dāda est. Sed ad exhibendum aduersus eos dabitur, ut res exhibita uindicetur. *Huius exceptionis replicatio prima hęc est: Nisi tutoris authoritas interuenerit. quę replicatio elicitur ex uerbis iam propositis hisce:* Sine tutoris authoritate, &c. *Altera replicatio uidetur: Nisi ex eo agatur, quod pubes factus in re commodata admisit. Sed reprobatur uerbis iam propositis hisce:* Vsqueadeò ut etiamsi pubes, &c. *Tertię replicationis loco notandum, quòd quamuis pupillus ex commodato non obligetur, ad exhibendum tamen & rei uendicatione teneatur. quę replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Sed ad exhibendum aduersus eos dabitur, &c. *Quarta replicatio est: Nisi pupillus re commodata locupletior sit factus. quę replicatio approbatur l. 3. in prim. ff. eod. tt. his uerbis:* Mihi uidetur, si locupletior pupillus factus sit, dandam utilem com-

modati actionem secundum diui Pij rescriptum.

III. EXCEPTIO: *Nisi furioso commodatum sit. Hæc exceptio approbatur l. 2. ff. commodati, uerbis s̄. propositis hisce:* Nec in furiosum commodati actio danda est.

IIII. EXCEPTIO: *Nisi quis ei quem bona fide poßidet, commodauerit. Hæc exceptio reprobatur l. 15. §. si libero. ff. commodati, his uerbis:* Si libero homini, qui mihi bona fide seruiebat, quasi seruo rem commodauero: uideamus an habeam commodati actionem? Nam & Celsus filius aiebat, si iussissem ur aliquid faceret: uel mandati com eo, uel prescriptis uerbis experiri me posse. Idem & in commodato erir dicendum. Nec obstat qoòd non hac mente cum eo qoi liber bona fide nobis seruiret, contraheremus, quasi eum obligatom habituri. Plerunq; enim accidit, ut extra id quod agitur, tacita obligatio nascatur: ueluti cùm per errorem indebitum soluendi causa datur. *Plura de hac re uide s̄. lib. 36. cap. 3. except. 6. repl. 9.*

V. EXCEPTIO: *Nisi res soli sit commodata, uel habitatio. Hæc exceptio reprobatur l. 1. §. 1. ff. commodati. cuius uerba uide s̄. quæstion. 1. regul. 2. Concordat l. 17. in princip. ff. præscriptis uerbis. cuius uerba uide s̄. lib. 35. cap. 2. exception. 19.*

VI. EXCEPTIO: *Nisi res quæ usu consumitur, commodata sit. Hæc exceptio approbatur l. 3. §. fin. cum lege sequente. ff. commodati, his uerbis:* Non potest commodari id qood usu consumitur: nisi fortè ad pompam uel ostentationem quis accipiat. Sæpe enim ad hoc commodantur pecuniæ, ut ditis gratia numerationis loco intercedant. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi ostentandi gratia pecunia commodetur. quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Nisi fortè ad pompam, &c. *Concordat l. 18. in fine. ff. si certum petatur. cuius uerba uide s̄. cap. 2. quæst. 1. except. 19.*

VII. EXCEPTIO: *Nisi res aliena sit commodata. Hæc exceptio reprobatur l. 15. cum lege sequente. ff. commodati, his uerbis:* Commodare possumus etiam alienam rem, quam possidemus: tametsi scientes alienam possideamus, ita ut uel fur uel prædo, si commodauerit, habeat commodati actionem. *Concordat l. 64. in prin. ff. de iudicijs. cuius uerba uide s̄. lib. 36. cap. 8. reg. 7.*

VIII. EXCEPTIO: *Nisi mercede interueniente, non gratuitò res sit commodata. Hæc exceptio approbatur Inst. quib. mod. re contrah. obligat. §. commodata, his uerbis:* Commodata res tunc propriè intelligitur, si nulla mercede accepta uel constituta, res tibi utenda data est. Alioqui mercede interueniente, locatus tibi usus rei uidetur. Gratuitum enim debet esse commodatum. *Concordat l. 5. §. nunc uidendum. ibi: nisi merces. ff. commodati. cuius uerba uide J. cap. prox. quæst. 1. causa 4. Huius exemplum proponitur Inst. de locatione & conductione. §. preterea, his uerbis:* Sicut uulgò quærebatur, an permutatis rebus emptio & uenditio cõtraheretur: ita quçri solebat de locatione & conductione, si fortè rem aliquam utendam siue fruendã tibi aliquis dederit, & inuicem à te utendam siue fruendam aliam rem acceperit. Et placuit non esse locationem & conductionem, sed proprium genus contractos. Velnti si cùm unum bouem quis haberet, & uicinus eius unum, placuerit inter eos ut per denos dies inuicem boues commodarent, ut opus facerent, & apud alterum alterius bos perierit: neq; locati, neq; conducti, neq; commodati competit actio, quia non fuit commodatum gratuitum. Verùm præscriptis uerbis agendum est. *Concordat l. 17. §. si cùm unum. ff. de præscriptis uerbis, in hæc uerba:* Si cùm unum bouem haberem, & uicinus unum, placuerit inter nos, ut per denos dies ego ei, & ille mihi bouem commodaremus, ot opus faceret, & apud alterum bos perierit: commodati actio non competit, quia non fuit gratuitum commodatum: uerùm præscriptis uerbis agendum est. *Concordat item l. 26. ff. eod. tit. his uerbis:* Si operas fabriles quis serui sui uice mutua dedisset, ut totidem reciperet: posse eum præscriptis uerbis agere. Martianus ait, sicuti si pœnulas dedisset, ut tunicas acciperet: nec esse hoc contrarium, quòd si per errorem operç indebitæ datæ sunt, ipsæ repeti non possunt. nam aliud dando ut aliud reddatur, obligari iure gentium possumos. Quod autem indebitum datur: aut ipsum repeti debet, aut tantundem ex eodem genere: quorũ neutro modo operæ repeti possunt.

## *DE COMMODATI ACTIONE directa. Cap. V.*

### I. CAVSAE EX QVIBVS HAEC actio competit.

PRima causa: *Si commodatarius re commodata aliter quàm accepit, utatur. Hæc causa approbatur l. 5. §. quinimò. ff. commodati. cuius uerba uide J. quæst. 3. except. 6. Concordat l. 31. §. si is cui rem. ff. de act. & oblig. cuius uerba uide J. lib. 46. cap. 14. except. 37. repl. 4. Item concordat l. 78. in prin. ff. de furtis. cuius uerba uide J. d. except. 6. repl. 1.*

II. Causa: *Si in codice, quem tibi commodaueram, debitorem tuum tibi cauere feceris. Hæc causa approbatur d. §. quinimò.*

III. Causa:

III. *Causa: Si commodatarius rem commodatam deteriorem fecerit. Hæc causa approbatur l. 3. §. 1. ff. commodati, his uerbis:* Si reddita quidem sit res commodata, sed deterior reddita: non uidetur reddita, nisi quod interest præstetur. Propriè enim dicitur res non reddita, quæ deterior redditur. *Concordat l. 10. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Eum qui rem commodatam accepit, si in eam rem usus est, in quam accepit: nihil præstare, si eam in nulla parte culpa sua deteriorem fecit, uerum est. Nam si culpa fecit deteriorem, tenebitur. *Concordat item l. 11. §. siue autem. ff. eod. tt. cuius uerba uide ].except. gener. 8. Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi sine culpa commodatarij deterior sit facta. quæ exceptio approbatur l. ult. ff. eod. tt. his uerbis:* Si commodauero tibi equum, quo uterer is usque ad certum locum: si nulla tua culpa interueniente in ipso itinere deterior equus factus sit, non teneris commodati. Nam ego in culpa ero, qui in tam longum iter equum commodarim, qui eum laborem sustinere non potuit. *Concordat l. ult. ff. ad l. Aquil. his uerbis:* Equum tibi commodaui: in eo cum tu equitares, & unà complures equitarent, unus ex his irruit in equũ, teque deiecit, & hoc casu crura equi fracta sunt. Labeo negat tecum ullam actionem esse. Sed si equitis culpa factum esset: cum equite sanè, non equi domino agi posse, uerum puto. *Plura de hac exceptione uide ].except. generali 3. Altera exceptio est: Nisi alius, non commodatarius rem deteriorem fecerit. Hæc exceptio approbatur l. 19. ff. commodati. cuius uerba uide ]. except. generali 2. Sed & plures huiusmodi exceptiones uide ].except. gener. 3.*

IIII. *Causa: Si rem quam tibi commodaui, ut pro debito tuo pignori obligares, non repignoras. Hæc causa approbatur l. 5. §. nunc uidendum in quibus. ff. commodati, his uerbis:* Rem tibi dedi, ut creditori tuo pignori dares: dedisti, non repignoras ut mihi reddas. Labeo ait, commodati actionem locum habere. Quod ego puto uerum esse, nisi merces interuenit. tunc enim uel in factum, uel ex locato & conducto agendum erit. Planè si ego pro te rem pignori dedero tua uoluntate: mandati erit actio. Idem Labeo rectè dicit, si à me culpa absit repignorandi, creditor autem nolit reddere pignus: competere tibi ad hoc duntaxat commodati, ut tibi actionem aduersus eum præstem. Abesse autem culpa à me uidetur, siue iam solui pecuniam, siue soluere sum paratus. Sumptum planè litis cæteraq; æquum est eum agnoscere, qui commodatum accepit.

V. *Causa: Si commodatarius rem commodatam non restituat. Hæc causa approbatur l. 2. C. de commodato. cuius uerba uide §. lib. 7. cap. 2. quæst. 2. reg. 2. Concordat l. 3. C. eod. tt. cuius uerba uide ]. quæstion. proxim. Huius causæ exceptiones uide paulo inferius inter exceptiones generales.*

VI. *Causa: Si commodatarius rem commodatam non suo loco uel tempore, de quo conuenit, restituat. Hæc causa approbatur l. 5. in prin. ff. commodati, his uerbis:* Si ut certo loco uel tempore reddatur commodatum, conuenit: officio iudicis inest, ut rationem loci uel temporis habeat.

VII. *Caussa: Si res commodata furto sit ablata. Hæc caussa approbatur, simul & distinguitur ]. except. 5.*

## Exceptiones præcedentium causarum generales.

I. EXCEPTIO: *Nisi commodatum inutile sit, & non obligatorium. Hæc exceptio sine cuiusquam contradictione iusta est, cuius species uide §. cap. prox. quæst. 2.*

II. EXCEPTIO: *Nisi alius, non commodatarius in re commodata dolo quid aut culpa fecerit. Hæc exceptio approbatur l. 19. ff. commodati, his uerbis:* Ad eos qui seruandum aliquid conducunt, aut utendum accipiunt, damnum iniuria ab alio datum non pertinere procul dubio est. Qua enim cura aut diligentia consequi possumus, ne quis damnum nobis iniuria det? *Huius exceptionis exemplum proponitur etiam l. 5. §. idem Labeo rectè. ff. commodati. cuius uerba uide §. causa 4. Eius replicatio prima est: Nisi alius furto rem abstulit. de qua re uide ]. except. 5. Secunda replicatio est: Nisi culpa serui commodati alia res simul commodata perierit. quæ replicatio approbatur l. 5. §. si me roganeris. ff. commodati. cuius uerba uide ]. except. 4. in prin. Tertia replicatio est: Nisi pater uel dominus commodatarij dolo in re cõmodata uersatus sit. quæ replicatio approbatur l. 3. §. penult. ff. commodati. cuius uerba uide quæst. 3. reg. 6.*

III. EXCEPTIO: *Nisi res commodata perierit. Hæc exceptio approbatur l. 5. §. quod uerò. ff. commodati, his uerbis:* Quod senectute cõtigit, uel morbo, uel ui latronum ereptũ est, aut si quid simile accidit: dicendũ est, nihil eorum esse imputandum ei qui cõmodatum accepit: nisi aliqua culpa interueniat. Proinde etsi incendio uel ruina aliquid contigit, uel aliquod damnum fatale: non tenebitur, nisi fortè, cùm posset res commodatas saluas facere, suas prætulit. *Concordat l. 1. §. is quoq; cui. ff. de act. & oblig. cuius uerba uide §. cap. 1. quæst. 4. Concordat item Inst. quib. mod. re contrah. obligat. §. item is cui. cuius uerba uide d. quæst. 4. Concordat item l. 16. in fine. ff. de condict. furtiua. cuius uerba uide ]. lib. 46. cap. 8.*

*quest.1.caussa 4.Concordat item l.18.in prin.ff.commodati.cuius uerba uide J.repl.2.dupl.2.tripl.1. Huius exceptionis replicatio prima haec est: Nisi dolo commodatarij res perierit.quae replicatio approbatur l.5.§.nunc uidendum est.ff.commodati.cuius uerba uide J.repl. prox. Huius replicationis duplicatio haec uidetur esse: Nisi conuenerit ne dolus praestetur. Sed haec duplicatio reprobatur l.17. in prin. ff. eod. tit.cuius uerba uide J. except. 6. Altera replicatio est: Nisi culpa commodatarij interueniente res perierit. Haec replicatio approbatur d. §. nunc uidendum, his uerbis:* Videndum ast quid ueniat in commodati actiona, utrum dolus, an & culpa, an oarò & omna pariculum? & quidem in contractibua intecdũ solùm dolum, interdum & culpam ptæstemua. Dolum in deposito. Nam quia nulla utilitas uacsatur eius apud quam daponitur, meritò dolus solua præstatur: nisi fortè & metcas accesait. tunc enim (ut est constitutũ) & culpa exhibatut: aut si hoc ab initio conueoit, ut & culpam & periculum præstat is, penea quem depooitur. Sad ubi utriusq; urilitas oectitur, ut in empto, in locato, in dota, in pignore, in sociatata: & dolus & culpa præstatur. Commodatum aurem plerunq; solam ntilitaram cõtioet eius cui commodatuc. Et idao ueriot ast Quinti senteoria, axistimantis & culpam præstandam & diligeotiam, & si fortà caa æstimata data sit: omne periculom præstãdum ab eo qui æstimationam sa præstaturum recapit. Quod uarò sanectute, &c. *Reliqua uerba uide s. ead.except.in prin.Concordat d l.5.§.sed interdum, his uerbis:* Interdum & mortis damoum ad eum qui commodatũ rogauit, partinet. Nam si tibi aqoum commodaueto, ut ad uillam adduceres, tu ad ballum duxaria: cõmodati teoabaris. Idẽ erit & io homioa. Planè si sic commodaui, ut ad bellum ducatas: maum arit periculum. Nam etsi seruum tibi tactocem commodanero, & de machina cecidarit: periculum maum esse, Viuianus air. Sad ago ita hoc uerum puto, si tibi cõmodaui ut in machina opararatut. Cætarùm si ut de plano opus sacerat, tu aum imposuisti machinæ: aut si machioę culpa factum est mious diligentar non ab ipso ligatæ, ual funiom particarumq; uetustate: dico pariculum, quod culpa contigit rogantis commodatum, ipsum præstace debece. Nam & Mela scripsit, si saruua lapidario commodatus sub machina parietit: teneri fabrum commodati, qui oegligentius machinam collisgant. *Concordat item l.1.§.is quoq; cui.ibi: sed & in maiorib.ff.de action.& obligat. cuius uerba uide s.cap.1.quaest. 4.Concordat item Inst.quib.mod. re contrah. obligat. §. item is cui. cuius uerba uide d. quest.4.Item concordat l.18.in prin. ibi: alioquin si cui.ff.commodati.cuius uerba uide J. dupl.2. tripl.1. Concordant deniq; ea quae proponuntur J.repl.proxim. Planè propositae replicationis duplicatio prima haec est: Nisi conuenerit ut solus dolus, non etiam culpa praestetur. quae duplicatio approbatur l. 5. §. interdum.ff.commodati, his uerbis:* Intardum planè dolum solum in ra commodata, qui rogauit, præstabit: otputa si ita conuenit, ual si sua dnntaxat causa cõmodauit (sponsæ fortè suæ uel uxori, quo honestius culta ad se deducacatur) uel si quis ludos edens pcætor scaoicis commodauit, oal prætori quis ultrò commodauit. *Altera duplicatio est: Nisi commodatoris causa sit commodatum. tunc enim commodatarius solùm dolum, non etiam culpam praestat.quae duplicatio approbatur uerbis d.§. interdum, iam propositis hisce:* Vel si sua duntaxat causa commodauit, &c. *Concordat l.10.cum duabus legibus sequentibus.ff.commodati, his uerbis:* Si ram iospactori dadi: an similia sit ai cui commodata res ast, qoæritur? Et siquidam maa causa dedi, dum uolo ptecium axquitare, dolum mihi præstabit tantùm: si sua, etiam custodiam. Et idao futti hababit actionem. Sed atsi dum refartur, periit: si quidem ego mandauaram per quem ramittacat, periculom meum erit. Si oatò ipsa cui uoluit commisit: æquè mihi culpam ptæstabit, si sua causa accepit, qui non tam idoneum hominem elagit, ut rectè id pecfarri posset: si maa causa, dolum tantùm. *Concordat l.18.in princip.ibi: si uerò mei.ff. de praescriptis uerbis.cuius uerba uide J. triplicat. proxim. Est enim propositae duplicationis triplicatio haec: Nisi non solùm commodatoris, sed etiam commodatarij causa sit commodatum. quae triplicatio approbatur l. 18. in princip. ibi: haec ita. ff. commodati, his uerbis:* Io rabus commodatia talis diligentia præstanda est, qualem qoisqua diligantissimua patecfamiliás suia rebua adhibet: ita ut tamen eos casus noo præstat, quibua rasisti non possit: ueluti mortas saruocum, quæ sina dolo & culpa eiua accidunt, letconum hostiumúe incursus, picatarum insidias, naufragium, lncandium, fugaa seruorum qui custodiri non solant. Quod autem da latronibus & pitatis & naufcagio diximus, ita scilicet accipiamua, si in hoc commodata sit alicui res, ut aam ram paregcè sacum farat. Alioquin si cui idao argentum commodanarim, quòd is amicoa ad cœnam inuitaturum se dicetat, & id peragcè secum portauarir: sine ulla dubitatione atiam picatarũ & latronum & naufcagij casum præstara dabet. Hęc ita, si duntaxat accipieotia gratia commodata sit res.

At

At si utriusq;: ueluti si communem amicū ad cœnam inuitauerimus, tuq; eius rei curam suscepisses, & ego tibi argentum cōmodauerim: scriptum quidem apud quosdam inuenio, quasi dolum tantùm præstare debeas. Sed uidendum est, ne & culpa præstanda sit: ut ita culpæ fiat æstimatio, sicut in rebus pignori datis & dotalibus æstimari solet. *Concordat l.18. in prin. ff. de præscriptis uerbis. in hæc uerba:* Si rem tibi inspiciendam dedi, & dicas te perdidisse: ita demum mihi præscriptis uerbis actio competit, si ignorem ubi sit. Nam si mihi liqueat apud te esse: furti agere possum, uel condicere, uel ad exhibendum agere. Secūdum hoc, si cui inspiciendum dedi, siue ipsius causa siue utriusq;: & dolum & culpam mihi præstandam esse dico propter utilitatem, periculum non. Si uerò mei duntaxat causa datum est: dolum solum. Quia propè depositum hoc accedit. *Tertia duplicatio est: Nisi ultrò, non rogatus quis commodauerit. nam & hoc casu culpa à commodatario non præstatur quæ duplicatio approbatur l.5. §. interdum, in fine. ff. commodati. cuius uerba uide s. dupl.1. Quarta duplicatio est: Nisi commodato finito res perierit. quæ duplicatio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius triplicatio hæc est: Nisi cùm finito commodato commodatarius & sequenti die rursus commodatum rogaret, commodator rem interim penes eum reliquerit. quæ triplicatio approbatur, simul & distinguitur d. l.5. §. si de me, his uerbis:* Si de me petijsses, ut triclinium tibi sternerem, & argentum ad ministerium præberem, & fecero: deinde petijsses ut idem sequenti die facerem, & cùm commodè domum argentum referre non possem, ibi hoc reliquero, & perierit: qua actione agi potest, & cuius est periculū, &c. *Hæc de secūda replicatione. Tertia replicatio est: Nisi commodatarius non exactam diligentiam & custodiam, quam bonus paterfamiliâs in suis rebus præstare solet, præstiterit. Hæc replicatio species replicationis proximè præcedentis est, & approbatur specialiter l.18. in prin. ff. commodati. cuius uerba uide s. repl. prox. dupl.2. tripl.1. Concordat l.5. §. custodiam. ff. eod. tit. his uerbis:* Custodiam planè commodatæ rei etiam diligentem debet præstare. *Concordat item Inst. quib. mod. re contrah. obligat. §. item is cui. cuius uerba uide s. cap.1. quæst.4. Concordat item l.1. §. is quoq; cui. ff. de action. & obligat. cuius uerba uide d. quæst.4. Duplicationes huius replicationis uide s. replic. proxim. Quarta replicatio est: Nisi res æstimata commodata sit. Hæc replicatio approbatur l.5. §. commodatum, ibi: etsi fortè res. ff. commodati. cuius uerba uide s. repl.2. in prin. Concordat l.1. §. fin. ff. de æstimatoria præscr. uerb. cuius uerba uide j. lib.43. cap.5. Quinta replicatio est: Nisi ita conuenerit, ut commodatarius omne periculum præstet. Hæc replicatio approbatur l.1. C. de commodato, his uerbis:* Ea quidem quæ maiore ui auferuntur, detrimento eorum quibus res commodantur, imputari non solent. Sed cum is qui à te commodari sibi bouem postulabat, hostilis incursionis cōtemplatione periculum amissionis, & fortunam futuri damni in se suscepisse proponatur: præses prouinciæ, si probaueris eum indemnitatem tibi promisisse, placitum cōuentionis implere eum cōpellet. *Sexta replicatio est: Nisi commodatarius, cùm posset res commodatas saluas habere, suas prætulit. Hæc replicatio approbatur l.5. §. quod uerò, in fine. ff. commodati. cuius uerba uide s. ead. except. in prin. Septima replicatio est: Nisi in itinere, dum res refertur, perijt. Hæc replicatio approbatur, simul & distinguitur l.10. §. fin. cum lege sequente ff. commodati. cuius uerba uide s. repl.2. dupl.3. Eius duplicatio prima hæc est: Nisi per eum referatur, quem iussit commodator. quæ duplicatio approbatur d. l.10. §. fin. Concordat l.12. ff. eod. tit. his uerbis:* Commodatam rem missus qui repeteret, cùm recepisset, aufugit: si dominus ei dari iusserat, domino perijt. Si commonendi causa miserat, ut referretur res commodata: ei cui commodata est. *Altera duplicatio est: Nisi nulla culpa commodatario imputari possit. quæ duplicatio approbatur l.20. ff. eod. tit. his uerbis:* Argentum commodatum si tam idoneo seruo meo tradidissem ad te perferendū, ut non debuerit quis existimare futurum, ut à quibusdam malis hominibus deciperetur: tuum, non meum detrimentum erit, si id mali homines intercepissent. *Hæc de tertia exceptione, eiusq; replicationibus sint dicta. de qua uide plura s. lib.36. cap.3. except.8.*

IIII. EXCEPTIO: *Nisi seruus commodatus aufugerit. Hæc exceptio approbatur l.5. §. si me rogaueris. ff. commodati, his uerbis:* Si me rogaueris, ut seruum tibi cum lance commodarem, & seruus lancem perdiderit: periculum ad te respicere, Labeo ait. Nam & lancem uideri commodatam. Quare eam quoque præstandam. Planè si seruus cum ea fugerit: eum qui commodatum accepit, non teneri, nisi fugæ præstitit culpam. *Concordat l.18. in prin. ibi: fugas seruorum. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. except. prox. replicat.2. duplicat.2. triplicat.1. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi culpa commodatarij seruus fugerit. quæ replicatio approbatur uerbis d. § si me rogaueris, iam propositis hisce:* Nisi fugæ præstitit culpam. *Altera replicatio est: Nisi commodatarius seruum non custodierit. Hæc replicatio ipso quidem iure reprobatur, admittitur tamen in quibusdam casibus, qui proponuntur l.5. §. custodiam. ff. commodati, his uerbis:* An etiam hominis commodati custodia præstetur,

apud ueteres dubitatum est: nam interdum & hominis custodia præstanda est, si uinctus commodatus est, uel etiam eius ætatis, ut custodia indigeret. Certè si hoc actum est, ut & custodiam is qui rogauit præstet, dicendum erit præstare.

V. EXCEPTIO: *Nisi res commodata commodatario furto sit ablata. Hæc exceptio reprobatur ratione eius quod dictum s. except. 5. repl. 3. Concordat l. 55. §. quòd si seruus tuus. ff. de furtis. cuius uerba uide J. proximè. Planè admitti uidetur exceptio proposita, si seruus commodatoris rem subripuerit. Sed & hæc distinctio reprobatur d. l. 55 §. 1. his uerbis:* Si seruus commodatoris rem subripuerit, & soluendo sit is cui subreptum est: Sabinus ait, posse & commodati agi cum eo, & contra dominum furti serui nomine. Sed si pecuniam quam dominus exegit reddat, euanescere furti actionem. Idem etsi remittat commodati actionem. Quòd si seruus tuus rem tibi commodatam subripuerit, furti tecum actio non est, quia tuo periculo res fit: sed tantùm commodati. *Concordat l. 21. §. in exercitu. ff. commodati, his uerbis:* In exercitu contubernalibus uasa utenda communi periculo dedi, ac deinde meus seruus subreptis his ad hostes fugit, & postea sine uasis receptus est: habiturum me commodati actionem cum contubernalibus constat pro cuiusque parte. Sed & illi mecum furti nomine serui agere possunt, quando & noxa caput sequitur. Et si tibi rem periculo tuo utendam commodauero, eaque à seruo meo subripiatur: agere mecum furti posses serui nomine. *Concordat item l. 12. ff. eod. tit. cuius uerba uide ā. exception. proxim. replicat. 7. Planè si seruus commodatus fugerit, auferens secum rem simul commodatam: commodatarius proposita exceptione defenditur. quæ distinctio approbatur l. 5. §. si me rogaueris, in fine. ff. commodati. cuius uerba uide ā. exception. proxim. in princip. Reliquas distinctiones, quibus exceptio proposita admittitur, uide s. exception. 2. replicat. 2. duplicat. 1. cum sequentibus.*

VI. EXCEPTIO: *Nisi conuenerit ne dolus præstetur. Hæc exceptio reprobatur l. 17. in prin. ff. commodati, his uerbis:* In commodato pactio, ne dolus præstetur, rata non est. *Plura de hac exceptione uide ī. lib. 37. cap. 3. except. 17. repl. 1. dupl. 1.*

VII. EXCEPTIO: *Nisi non in re principali commodata, sed in accessoria quid dolo culpáue sit factum. Hæc exceptio reprobatur l. 5. §. usqueadeò. ff. commodati, his uerbis:* Vsqueadeò in re commodata diligentia præstanda est, ut etiam in ea quæ sequitur rem commodatam præstari debeat. puta equam tibi commodaui, quam pullus comitabatur: etiam pulli custodiam præstari debere, ueteres responderunt. *Concordat d. l. 5. §. si me rogaueris. cuius uerba uide s. except. 4. in prin.*

VIII. EXCEPTIO: *Nisi semel actum sit. Hæc exceptio approbatur l. 18. §. siue autem. ff. commodati, his uerbis:* Siue pignus, siue commodata res, siue deposita deterior ab eo qui acceperit facta sit: non solùm istæ sunt actiones, de quibus loquimur, uerùm etiam legis Aquiliæ: sed si qua earum actum fuerit, aliæ tolluntur. *Concordat l. 34. §. si is cui. ff. de action. & obligat. cuius uerba uide J. lib. 46. cap. 14. exception. 37. replic. 4. Item concordat l. 73. in prin. ff. de furtis. cuius uerba uide J. lib. 46. cap. 3. quæstion. 2. exception. 43. replicat. 5. Concordat item inst. de obligation. quæ ex delicto. §. quæ de fullone. ibi: & alterutra. cuius uerba uide J. lib. 46. cap. 4. reg. 11. in princip. Item concordat l. 22. in prin. C. de furtis. cuius uerba uide d. regul. 11. exception. 5. Huius etiam exemplum est: Si ex duobus qui commodati actione tenebantur, unus conuentus sit & soluit. nam & hoc casu alter postea conuentus proposita exceptione defenditur. quod exemplum proponitur l. 5. §. fin. ff. commodati. cuius uerba uide J. quæstion. 3. regula 5.*

II. ADVERSVS QVOS actio proposita competat?

*De hæredibus commodatarij proponitur l. 3. C. de commodato, his uerbis:* De restituendis rebus quas obligandas pro se dederas, postquam debitum fuerit extenuatum, commodati actionem etiam aduersus hæredes eius exercere potes. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi hæres pro maiore parte quàm hæres est, conueniatur. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 3. §. hæres. ff. commodati, his uerbis:* Hæres eius qui commodatū accepit, pro ea parte qua hęres est conuenitur: nisi fortè habeat facultatem totius rei restituendæ, nec faciat. tunc enim condemnatur in solidum, quasi hoc boni iudicis arbitrio conueniat. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi hæres totius rei restituendæ facultatem habeat. quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Nisi fortè habeat. *Altera replicatio est: Nisi ex facto ipsius hæredis agatur. quæ replicatio approbatur l. 17. §. si ex facto. ff. commodati, his uerbis:* Si ex facto hæredis agatur commodati: in solidum condemnatur, licet ex parte hæres est.

III. QVID

## III. QVID VENIAT IN actione proposita?

I. Regula: *id quod actoris interest, uenit in hac actione. Quæ regula approbatur l.3.§. si reddita ff. cõmodati. cuius uerba uide s̄ quæst.1. causa 3. Cuius exceptio hæc est: Nisi ex dolo rei conuenti agatur. tunc enim in quantum actor in litem iurauerit; cõdemnatio fit. Quæ exceptio approbatur l.64. ff. de iudicijs. cuius uerba uide s̄. lib.16. cap.8. reg.7. Concordat l.3.§. in hac actione. ff. commodati. cuius uerba uide j. reg. prox.*

II. Regula: *De æstimatione rei cõmodatæ. Cuius temporis æstimatio sit facienda, definitur d.§. in hac, his uerbis:* In hac actione, sicut in cęteris bonæ fidei iudicijs, similiter in litem iurabitur, & rei iudicádæ tempus, quanti res sit, obseruatur: quamuis in stricti iuris iudicijs litis contestatæ tempus spectetur.

III. Regula, *De lucro quod cõmodatarius occasione rei commodatæ accepit, proponitur l.13.§.1. ff. cõmodati, his uerbis:* Si quem quæstũ fecerit is qui experiũdũ quid accepit: ueluti si iuméta fuerint, eaq; locata sint: idipsum præstabit ei qui experiundũ dedit. Neq; enim antè eá rem quæstui cuiq; esse oportet, quàm periculo eius sit. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi periculũ rei commodatæ ad cõmodatarium spectet: utputa si furto ei sit ablata. tũc enim, si lucrum ceperit, retinet: puta furti actione duplum uel quadruplum consecutus. Quæ exceptio elici potest ex uerbis iam propositis hisce:* Neque enim antè eam rem, &c. *Cui cõcordat l.22.§. sed cum in. C. de furtis, hisce uerbis:* Si quis rem cõmodatam habuerit, quam aliquis furto subtraxerat, & lite pulsatus cõdemnationem passus fuerit, non tãtùm in rem furtiuam, sed etiam in pœnam furti, & postea dominus rei uenerit omnem condemnationem accipere desiderans, utpote ex rei occasione ortam: dubitatio incidit ueteribus, utrum'ne rem tantùm suam, uel eius æstimationẽ consequatur, an etiam summam pœnalem? Et licet ab antiquis uariatum est, & ab ipso Papiniano in contrarias declinante sententias: tamen nobis hoc decidentibus, Papinianus, licet uariauerit, eligẽdus est non in prima, sed in secunda eius definitione, in qua lucrum statuit minimè ad dominũ rei peruenire. Vbi enim periculum, ibi & lucrum collocetur: nec sit dáno tantùm deditus qui rem cõmodatam accepit, sed etiam liceat ei lucrum spetare.

IIII. Regula, *De fructibus rei cõmodatæ, proponitur l.38. §. si possessionem. ff. de usuris & fructibus. cuius uerba uide s̄. lib.36. cap.10. quæst.1. except.1. repl.2.*

V. Regula: *Si duobus res cõmodata sit, singuli in solidum tenentur. Quæ regula approbatur, simul & distinguitur l.5.§ fin. cum duab. legib. sequentib. ff. commodati, his uerbis:* Si duobus uehiculum commodatum sit, uel locatum simul, Celsus filius scribit libro VI. Digestorum, quæri posse utrum unusquisq; eorũ in solidum, an pro parte teneatur? & ait, duorũ quidem in solidum dominium uel possessioné esse non posse, nec quenquá partis corporis dominum esse, sed totius corporis pro indiuiso pro parte dominiũ habere: usum autem balinei quidem, uel porticus, uel campi uniuscuiusq; in solidum esse (neq; enim minus me uti, quod & alius uteretur) uerùm in uehiculo cõmodato uel locato ꝑ parte quidẽ effectu me usum habere, quia nõ omnia loca uehiculi teneam: sed esse uerius ait, & dolũ & culpam & diligentiam & custodiam in totũ me pręstare debere. Quare duo quodammodo rei habebuntur, et si alter conuentus præstiterit, liberabit alterũ: & ambobus competet furti actio: & alterutro agente, alterius actio contra furem tolletur. Vnde quęritur, si alter furti egerit, an ipse solus debeat commodati conueniri? Et ait Celsus, si alter conueniatur qui furtĩ non egit, & paratus sit periculo suo cõueniri alterum qui furti agendo lucrũ senfit ex re commodata: debere eum audiri & absolui. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi alter furti agendo duplum est consecutus. tunc enim alter non tenetur. Quæ exceptio approbatur sub conditione uerbis iam propositis hisce:* Vnde quæritur, si alter furti, &c. *Altera exceptio est: Nisi actor reo non cedat actionem, quam aduersus rei socium habet. Hæc exceptio approbatur ibidem, his uerbis:* Sed etsi legis Aquiliæ aduersus socium eius habuit commodator actionem: uidendum erit ne cedere debeat, si fortè damnum dederit alter, quod hic qui conuenitur, commodati actione sarcire compellitur. Nam etsi aduersus ipsum habuit legis Aquiliæ actionem cõmodator: æquissimum est, ut commodati, agẽdo remittat actioné: nisi fortè quis dixerit agendo eum ex lege Aquilia hoc minus consecuturum, quàm ex causa commodati consecutus est. Quod uidetur habere rationẽ. *Plura de proposita regula eiusq; exceptionib. uide s̄. lib. prox. cap.12.*

VI. Regula: *Pater & dominus commodatarij non nisi de peculio tenentur. Quæ regula approbatur l.3. §. si filiofamiliâs, cum sequentibus. ff. commodati, his uerbis:* Si filiofamiliâs seruoue commodatum sit, duntaxat de peculio agendum erit: cum ipso autem filiofamiliâs etiam directò quis agere poterit. Sed et si ancillæ uel filiæfamiliâs cõmodauerit: duntaxat de peculio agendum. Sed

non tátùm ex causa doli earum personarum pater uel dominua cōdemnatur, sed & ipsius quoque domini uel patris fraus duntaxar uenit, ur Iulianus libro XI. circa pignoraticiam actionem distinguit.

V I I. Regula: *Pluribus rebus commodatis, altera sine altera peti potest. Quæ regula approbatur, simul & distinguitur l.17.§.duabus. ff. commodati, his uerbis:* Duabus rebus commodatis, rectè de altera commodati agi posse, Viuianus scripsit. Quod ita uideri uerum, si separatæ sint, Pomponius scripsit. Nam eum qui carucham puta, uel lecticam cōmodauit: non rectè acturum de singulis partibus.

V I I I. Regula, *De re quæ rei commodatæ accedit, proponitur s̄.quæst.1.except.7.*

IIII. EVENTVS ACTIONIS propositæ.

I. Regula: *Si actor litis æstimationem consecutus est, & rem facit rei conuenti. Quæ regula approbatur l.5.§.1.ff. commodati, his uerbis:* Si quis hac actione egerit, & oblatam litis æstimationem susceperit: rem offerentis facit.

I I. Regula: *Litis æstimatione præstita ob rem commodatam non repertam, actor reo cauere debet de reperta reo præstanda. Quæ regula approbatur l. 13. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Si is qui commodatum accepit, non apparentia rei nomine commodati cōdemnetur: cauendum est ei, ut repertam rem dominus ei præstet.

I I I. Regula: *Litis æstimatione præstita, si actor rem repertam non præstet: contraria commodati actione tenetur. Quæ regula approbatur l.17. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. cap. prox. quæst.2. causa 6.*

I I I I. Regula: *Actor reo actiones suas, quas rei commodatæ nomine habet, cedere tenetur. Quæ regula approbatur l. 12. ff. de re iudicata, his uerbis:* In depositi uel commodati iudicio, quanquam dolo aduersarij res absit, condemnato succurri soler, ut ei actionibus suis dominus cedat. *Concordat l. 7. §. sed etsi. ff. commodati. cuius uerba uide s̄.quæst. 3. reg.5. except.2.*

V. Regula: *Reo furti actio competit, re commodata subrepta. Quæ regula approbatur l. 5. §. fin. cum lege sequente. ff. commodati. cuius uerba uide s̄.d.reg.5. in prin. Concordat l.10.§.1. ibi: & ideo. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄.quæst.1. except.3. repl. 2. dupl.2. Item concordat l.21.§.in exercitu. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄.quæst.1. except.5. Concordat item l.55.§.1.ff. de furtis. cuius uerba uide s̄.d.exc.5. Sed & plura de regula proposita dicentur J.lib.46. cap.4. reg.11.*

V. AD FINIA REMEDIA.

*Regulariter quidem re commodata, commodati actio competit, ut ex præcedentibus patet. uerùm eius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi inutile fit commodatum, & non obligatorium. tunc enim ad exhibendum actio, & rei uindicatio cōpetit. Quæ exceptio approbatur exemplo l.1. ff. commodati cuius uerba uide s̄. quæst.1. except.2. Altera exceptio est: Nisi merces interuenit. tunc enim ex locato & conducto actio competit. Quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s̄. quæst.1. except. 8. Tertia exceptio est: Nisi ita rem suam quis alteri utendam dederit, ut uicissim eius rem utendam accipiat. tūc enim præscriptis uerbis actio est. Quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt d. except. 8. exemplo ibi proposito. Quarta exceptio est: Nisi habitationem quis commodauerit. tunc enim præscriptis uerbis actio est. Quæ exceptio approbatur l.17. in prin. ff. de præscriptis uerbis. cuius uerba uide s̄.lib.35. cap.2. except.19. Quinta exceptio est: Nisi quis rem suam pro alio pignori dederit. tunc enim non cōmodati, sed mandati actio est. Quæ exceptio approbatur l.5.§. nunc uidendum in quib. ibi: planè si ego. ff. cōmodati. cuius uerba uide s̄.quæst.1. causa 4. Sexta exceptio est: Nisi cōmodatarius re aliter quàm accepit, usus sit. tunc enim etiam furti actione tenetur, & condictione furtiua. Quæ exceptio approbatur d.l.5.§. quinimò, his uerbis:* Qui aliter re cōmodata utitur, non solùm commodati, uerùm furti quoq; tenetur, ut Iulianus libro XI. Digestor. scribit. Idemq; ait, si tibi codicem commodauero, & in eo chirographariū debitorem tuum cauere feceris, egoq; interleuero: siquidem ad hoc tibi cōmodauero, ut caueretur tibi in eo: teneri me tibi contrario iudicio. Si minus, neq; me certiorasti, chirographū ibi esse scriptū: etiā teneris mihi (inquit) cōmodati, imò (ait) etiam furti: quoniā aliter re cōmodata usus es: quemadmodū qui equo (inquit) uel uestimēto aliter quàm cōmodatū est utitur, furti tenetur. *Concordat l.16. ff. de condict. furtiua. cuius uerba uide J.lib.46. cap.8. quæst.1. caussa 4. Item concordat l.73. in prin. ff. de furtis. cuius uerba uide J.lib.46. cap.3. quæst.2. exc.43. repl.5. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi putauit non inuito domino se aliter uti. Quæ replicatio approbatur l. 78. in prin. ff. de furtis, hisce uerbis:* Qui re sibi cōmodata, uel apud se deposita usus est aliter atq; accepit: si existimauit se nō inuito domino id facere, furti nō tenebitur, sed nec depositi ullo modo tenebitur. Cōmodati an teneatur, in culpa æstimatio erit, id est, an nō debuerit existimare id dominum permissurū. *Sed plura de replicatione proposita dicentur J.lib.46. cap.3. quæst.2. caussa 7. itē except. gener.25. Septima exceptio est: Nisi cōmodatarius rem cōmodatā subripuerit. tūc enim & cōmodati & furti actione, itē cōdictione furtiua tenetur. Quæ exceptio approbatur l.33.§. si is cui. ff. de act.*

*de act. & obligat. cuius uerba uide ∫.lib.46.cap.14. exc.37.repl.4.* *Octaua exceptio uidetur: Nisi seruus cõmodatarij subripuerit rem cõmodatam. tunc enim etiam furti actio uidetur competere. Sed haec exceptio reprobatur l.55.§.quòd si seruus.ff.de furtis.cuius uerba uide ī.quaest.1. exc.5.* *Nona exceptio est: Nisi seruus inuito domino rem eius scienti cõmodauerit. tunc enim etiam furti actio nascitur, & condictio furtiua. Quae exceptio approbatur l.14.ff.cõmodati,his uerbis:* Si seruus meus rem meã tibi, scienti nolle me tibi cõmodari, cõmodauerit: & cõmodati & furti nascitur actio, & praeterea condictio ex causa furtiua. *Decima exceptio est: Nisi de damno in re cõmodata dato agatur.tunc enim etiã legis Aquiliae actio est. Quae exceptio approbatur l.18.§.siue autem.ff.cõmodati. cuius uerba uide ī.quaest.1.exc.8. Concordat l.33.in fine.ff de act. & obligat. cuius uerba uide ∫.lib.46.cap.14. exc.37. repl.4. Huius exceptionis replicatio haec est: Nisi cõmodati actione sit actum. Quae replicatio approbatur d. §.siue autem. Huius replicationis duplicatio haec est: Nisi in legis Aquiliae actione aliquid amplius quàm cõmodati actione actor est cõsecutus.ad hoc enim nihilominus legis Aquiliae actio superest. Quae duplicatio approbatur d.l.33.in fine. Cui concordat l.7.in fine. ff.cõmodati. cuius uerba uide ī.quaest.3.reg.5. except.2. Vndecima exceptio est: Nisi filiofamiliâs uel seruo commodatum sit. tunc enim etiam actio de peculio competit. Quae exceptio approbatur l.3.§. si filiofamiliâs. ff. commodati. cuius uerba uide ī. quaest. 3. reg.6. Duodecima exceptio est: Nisi id quod usu consumitur, commodatum sit. hoc enim casu non commodati actio, sed ex mutuo condictio competit. Quae exceptio approbatur, simul & distinguitur per ea quae proposita sunt ī. cap. prox. quaest. 2. except.6. Decimatertia exceptio est: Nisi precario sit concessum.tunc enim interdictũ de precario competit. De quo uide ī.lib.23.*

## *DE COMMODATI ACTIONE contraria. Cap. VI.*

PRimò: *Ratio huius actionis proponitur l.18.§. fin.ff.commodati,his uerbis:* Etsi quod cõtrario iudicio consequi quisq; potest, id etiam recto iudicio, quod cum eo agitur, potest saluum habere iure cõpensationis: sed quia fieri potest, ut amplius sit quod inuicem aliquẽ consequi oporteat, aut iudex cõpensationis rationem nõ habeat. aut ideo de restituenda re cum eo nõ agatur, quia ea res casu intercidit, aut sine iudice restituta est: dicemus necessariã esse contrariam actionem.

### II. CAVSAE EX QVIBVS actio proposita competit.

I. *Causa: Si commodator usum rei commodatae intempestiuè auferat commodatario. Haec causa approbatur l.17.§.sicut. ff. commodati, his uerbis:* Sicut uolũtatis & officij magis quàm necessitatis est cõmodare, ita modum commodati, finemq; praescribere eius est qui beneficium tribuit. Cùm autem id fecit, id est, postquam cõmodauit: tunc finem praescribere, & retrò agere, atque intempestiuè usum commodatae rei auferre, non officium tantùm impedit, sed & suscepta inter datorem accipientemque obligatio. Geritur enim negocium inuicem. Et ideo inuicem propositae sunt actiones, ut appareat quod in principio beneficij et nudae uoluntatis fuerat, conuerti in mutuas praestationes actionesque ciuiles: ut accidit in eo qui absentis negocia gerere inchoauit, neque impunè peritura deserit. suscepisset enim fortassis alius, si is non coepisset. Voluntatis est enim suscipere mandatum, necessitatis est consummare. Igitur si pugillares mihi commodasti, ut debitor mihi caueret: non rectè facis importunè repetendo. Nam si negasses, uel emissem, uel testes adhibuissem. Idemque & si ad fulciendã insulam tigna cõmodasti, deinde subtraxisti. aut etiam sciens uitiosa cõmodasti. Adiuuari quippe nos, nõ decipi beneficio oportet. Ex quibus causis etiam contrarium iudicium utile esse, dicendum est.

II. *Causa: Si commodator sciens rem uitiosam commodauerit. Haec causa approbatur uerbis d.§. sicut, iam propositis hisce:* Aut etiam sciens uiciosa commodasti, &c. *Concordat l.18.§. item qui sciens.ff.eod.tit.his uerbis:* Qui sciens uasa uiciosa cõmodauit, si infusum ibi uinum uel oleum corruptũ effusumúe est, condemnandus eo nomine est.

III. *Causa: Si seruus commodatus commodatario furtum fecit. Haec causa approbatur sub conditione l.penult.ff.commodati,his uerbis:* Si seruus, quem tibi commodauerim, furtum fecit: utrum sufficiat contraria cõmodati actio, quemadmodũ competit, si quid in curationem serui impendisti: an furti agendũ sit, quaeritur? Et furti quidẽ noxalem habere eum qui cõmodatũ rogauit, proculdubio est: cõtraria autẽ cõmodati actione tunc eum teneri, cum sciens talem esse seruum ignoranti commodauit. *Concordat l.31. in fine. ff. de pignoraticia actione. cuius uerba uide ∫.lib.prox.cap.10.quaest.1.causa 11.*

IIII. *Causa: Si commodatarius in rem cõmodatam sumptus fecit. Haec causa approbatur uerbis iam propositis hisce:* Quemadmodũ competit, si quid in curationẽ serui impendisti. *Concordat l.18.§.possunt.ff. commodati, his uerbis:* Possunt iustae causae interuenire, ex quibus cum eo qui commodasset, agi deberet: ue-

ret: ueluti de impensis in ualetudinẽ serui factis, quæue post fugam requirendi reducendiq; eius causa factæ essent. Nam cibariorum impensę naturali etiam ratione ad eum pertinent, qui utendũ accepisset. *Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi in alimẽta serui commodati impendit. Quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Nam cibariorum impensæ, &c. *Altera exceptio est: Nisi modicæ, non magnæ sint impẽsæ. Quæ exceptio approbatur ibidem, his uerbis:* Quòd de impẽsis ualetudinis aut fugæ diximus, ad maiores impensas pertinere debet: modica enim impendia uerius est, ut sicuti cibariorum ad eundem pertineãt. *Sanè modica impendia uidentur commodè definiri posse, quæ usu ex re percepto sint minora uel paria, non maiora, argumento l.1.§.fin. ff. de pignor. & hypoth. cuius uerba uide J.lib.45.cap.6.quæst.3.except.21.*

V. *Causa: Si commodator rem commodatam subripuit. Hæc causa approbatur sub conditione l. 21. in prin. ff. commodati, his uerbis:* Rem mihi cõmodasti, eandem subripuisti, deinde cùm cõmodati ageres, nec à te scirem esse subreptam, iudex me condemnauit, & solui, postea comperi à te esse subreptam: quæsitum est, quæ mihi tecum actio sit? Africanus respondi, furti quidem non esse, sed commodati contrarium iudiciũ utile mihi fore.

V I. *Causa: Si cùm commodatarius pro re commodata perdita precium commodatori soluisset, ea deinde ad commodatorem peruenerit. Hæc causa approbatur l.17.§.fin.ff. cõmodati, his uerbis:* Rem commodatam perdidi, & pro ea precium dedi, deinde res in potestatem tuam uenit. Labeo ait, contrario iudicio aut rem mihi præstare te debere, aut quod à me accepisti, reddere. *Concordat l. 21. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. causa prox.*

V I I. *Causa: Si cùm mihi codicem commodasses, in quo chirographarius debitor mihi cauit, tu id deleueris. Hæc causa approbatur l. 5. §. quinimò. ff. commodati. cuius uerba uide s̄. cap. prox. quæst. 5. except. 6.*

Exceptio præcedentium causarum generalis.

*Planè causarum iam enumeratarum exceptio generalis uidetur esse hæc: Nisi directa commodati actio non moueatur. Sed reprobatur l. 17. §. 1. ff. commodati, his uerbis:* Contraria commodati actio etiam sine principali moueri potest: sicut & cæteræ quæ dicuntur contrariæ.

III. QVID VENIAT IN actione proposita?

I. *Regula: Si cùm re perdita commodatarius precium eius soluisset, postea commodator rem receperit: aut rem aut precium commodatario restituere debet. Quæ regula approbatur l. 17. §. fin. ff. commodati cuius uerba uide s̄. quæst. 2. causa 6.*

I I. *Regula: Si seruus commodatus commodatario furtum fecerit, non ultra noxæ deditionem commodator tenetur. Quæ regula approbatur l. 61. §. circa cõmodatum. ff. de furtis. cuius uerba uide J. lib. 43. cap. 14. quæst. 2. causa 2.*

IIII. ADFINIA REMEdia.

I. *Regula, De exceptione compensationis, proponitur l. 18. §. fin. ff. commodati. cuius uerba uide s̄. eod. cap. in prin. Concordat l. 15. in fine. ff. de furtis. cuius uerba uide J. lib. 46. cap. 3. quæst. 2. except. 18. repl. 5.*

I I. *Regula, De actione furti, proponitur l. penultim. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. quæst. 2. causa 5. Planè si commodator rem commodatam subripuit, furti actio non competit, l. 21. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. d. quæst. 2. causa 5. Hæc de secunda specie seu causa realis obligationis: sequitur tertia, depositum.*

## *DE DEPOSITO.*
### *Cap. VII.*

PRimò: *Definitio depositi & ratio nominis proponitur l. 1. in prin. ff. depositi, his uerbis:* Depositum est, quod custodiendum alicui datum est: dictum ex eo quòd ponitur. præpositio enim DE auget positum, ut ostendat totum fidei eius esse commissum, quod ad custodiam rei pertinet.

II. PROPRIVM.

*Proprietas & possessio rei depositæ apud deponentem manet. Quæ regula approbatur, simul & distinguitur l. 17. §. fin. ff. d. tt. cuius uerba uide s̄. lib. 22. cap. 5. except. 42. repl. 4.*

III. DE EXCEPTIONIbus aduersus depositum.

*Ex deposito nascitur obligatio, simul & actio tam directa quàm contraria. Quæ regula approbatur Inst. quib. mod. re contrah. obligat. §. præterea & is, hisce uerbis:* Et is apud quem res aliqua deponitur, re obligatur, teneturq; actione depositi: quia & ipse de ea re quã accepit, restituenda tenetur. *Concordat l. 1. §. is quoq; ff. de action. & obligat. his uerbis:* Is quoque apud quem rem aliquam deponimus, re nobis tenetur: qui & ipse de ea re quam accepit, restituẽda tenetur. *Huius regulæ exceptiones sequuntur.*

I. EXCEPTIO: *Nisi seruum deposuerit. Quæ exceptio reprobatur per ea quæ habentur J. cap. prox. quæst. 3. reg. 5.*

II. EXCEPTIO: *Nisi apud pupillum depositum sit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit: uerùm eius replicatio prima hæc est: Nisi apud pupillum doli capacem depositum sit, & dolum*

*& dolum is commisit.* *Altera replicatio est: Nisi pupillus locupletior ex deposito sit factus. Hæ duæ replicationes approbantur l. 1. §. an in pupillum. ff. depositi, his uerbis:* An in pupillum, apud quem sine tutoris authoritate depositum est, depositi actio detur, quæritur? Sed ꝓbari oportet, si apud doli mali iam capacem deposueris: agi posse, si dolum commisit. Nam in quantum locupletior factus est, datur actio in eum, etsi dolus non interuenit.

III. EXCEPTIO: *Nisi res aliena deposita sit. Hæc exceptio reprobatur l. 1. §. si prædo. ff. depositi, his uerbis:* Si prædo uel fur deposuerit, & hos Marcellus libro VI. Digestor. putat depositi rectè acturos. nam interest eorum eo quòd teneantur. *Concordat l. 31. §. incurrit hic. ff. eod. tit. his uerbis:* Incurrit illa inspectio bonam fidem inter eos tantùm, inter quos contractum est, nullo extrinsecus adsumpto æstimare debeamus: an respectu etiam aliarum personarum, ad quas id quod geritur pertinet? Exempli loco, latro spolia mihi abstulit, deposuitq; apud Seium inscium de malicia deponētis, utrum latroni, an mihi restituere Seius debeat? Si per se dantem accipientemque intueamur: hæc est bona fides, ut commissam rem recipiat is qui dedit. Si totius rei æquitatem, quæ ex omnibus personis, quæ negocio isto continguntur, impletur: mihi reddenda sunt, quæ facto scelestissimo adēpta sunt. Et probo hanc esse iusticiam, quæ suum cuique ita tribuit, ut non distrahatur ab ullius personæ iustiore petitione. Quòd si ego ad petenda ea non ueniam: nihilominus ei restituenda sunt, qui deposuit: quamuis malè quæsita deposuit. Quòd & Marcellus in prædone & fure scribit. *Concordat deniq; l. 64. in prin. ff. de iudicijs. cuius uerba uide s. lib. 36. cap. 8. reg. 7.*

IIII. EXCEPTIO: *Nisi res ipsius depositarij eiusúe filij uel serui apud eum deponatur. Hæc exceptio approbatur d. l. 31. §. penult. & ult. his uerbis:* Si ignorans latro cuius filio uel seruo rem abstulisset, apud patrem dominúmue eius deposuit ignorantem: nec ex iure gentium consistet depositū: cuius hæc est potestas, ut alij, non domino sua ipsius res, quasi aliena, seruanda detur. Et si rem meá fur, qui me ignoráte subripuit, apud me etiam nunc delictum eius ignorátem deposuerit: rectè dicetur non contrahi depositum. Quia non est ex bona fide, rem suam dominū prædoni restituere cōpelli. Sed etsi etiamnum ab ignorante domino tradita sit quasi ex causa depositi: tamen indebiti dati condictio cōpetit. *Concordat item l. 15. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. lib. 37. cap. 3. except. 30. Item concordat l. 45. ff. de reg. iuris. cuius uerba uide d. except. 30.*

V. EXCEPTIO: *Nisi merces interuenit. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. si uestimenta. ff. depositi. cuius uerba uide j. cap. prox. q. ult. exc. 1. Cōcordat d. l. 1. §. si qs seruū. cuius uerba uide d. exc. 1.*

VI. EXCEPTIO: *Nisi cùm ego quasi deponēs tibi dedero, tu quasi mutuū acceperis. Hæc exceptio approbatur l. 18. ibi: & si ego. ff. si certum petatur. cuius uerba uide s. cap. 2. quæst. 1. except. 19.*

VII. EXCEPTIO: *Nisi commendatum sit. Hæc exceptio reprobatur per ea quæ proponuntur j. lib. 50. cap. 4. in uerbo Commendare.*

VIII. EXCEPTIO: *Nisi conuenit ut alia, non eadē res restituatur. Hæc exceptio approbatur l. 24. ibi: quod ita uerum. ff. depositi. cuius uerba uide j. cap. prox. quæst. 5. reg. 3.*

IX. EXCEPTIO: *Nisi deponens sit deportatus. Hæc exceptio approbatur l. 31. in prin. ff. depositi. cuius uerba uide j. cap. prox q. 3. reg. 8.*

X. EXCEPTIO: *Nisi res deposita sit restituta. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio prima hæc est: Nisi alij quàm deponenti restituit. quæ etiā replicatio regulariter quidem uera est: uerùm eius duplicatio prima hæc est: Nisi sine dolo malo per errorem alij restituit. Hæc duplicatio approbatur exemplo l. 1. §. si rem. ff. depositi, his uerbis:* Si rem à seruo depositam Titio, quem dominum eius putasti, cùm non esset, restituisses: depositi actione te non teneri, Celsus ait. Quia nullus dolus intercessit. Cum Titio autē, cui res restituta est, dominus serui ad exhibendum aget: & si exhibuerit, uindicabit. Si uerò, cum sciret rem alienam esse, consumpsit: condemnabitur. Quia dolo fecit, quo minus possideret. *Alias propositæ replicationis duplicationes uide j. cap. proxim. quæst. 3.* *Altera replicatio est: Nisi seruo restituerit. Et hæc replicatio ipso quidem iure subsistit: de quo in solutionis exceptione dicetur. uerùm eius duplicatio hæc est: Nisi sine dolo malo seruo deponenti restituit. Quæ duplicatio approbatur, simul & declaratur l. 11. ff. depositi, his uerbis:* Quod seruus deposuit, is apud quem depositū est, seruo rectissimè reddet ex bona fide. nec enim conuenit bonæ fidei abnegare id quod qs accepit, sed debebit reddere ei à quo accepit: sic tamen si sine dolo malo omnia reddat, hoc est, ut ne culpæ quidē suspicio sit. Deniq; Sabinus hoc explicauit addēdo: Nec ulla causa interuenit, quare putari possit dominum reddi nolle. Hoc ita est, si potuit suspicari, iusta scilicet ratione motus. Cæterùm sufficit bonam fidem adesse. Sed etsi ante eius rei furtum fecerat seruus, si tamen ignorauit is apud quem deposuit uel credidit, dominum non inuitum

fore

fore huius solutionis:liberari poterit. Bona enim fides exigitur. Non rantùm autem si remanenti in seruitute fuerit solutum, sed etiam si manumisso uel alienato, ex iustis causis liberatio contingit, scilicet si quis ignorans manumissum uel alienatum soluit. Idemque & in omnibus debitoribus seruandum, Pomponius scribit. *Tertia replicatio est: Nisi uni ex pluribus quibus depositum debebatur, restituit. Hæc replicatio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius duplicatio prima hæc est: Nisi authore prætore restituerit. Altera duplicatio est: Nisi sine dolo malo uni restituit. Quæ duæ duplicationes approbātur l. 81. §. si lancē. ff. de solutionib. his uerbis:* Si lancem deposuerit apud me Titius, & pluribus hæredibus relictis decesserit, si pars hæredum me interpellet, optimum quidem esse, si prætor aditus iussisset me parti hęredum eam lancem tradere. Quo casu depositi me reliquis cohęredibus non teneri. Sed etsi sine prætore sine dolo malo hoc fecero, liberabor: ant (quod uerius est) non incidam in obligationem. Optimum autem est id per magistratum facere. *Concordat primæ duplicationi l. 5. §. fin. ff. depositi. cuius uerba uide J. except. prox. Tertia duplicatio est: Nisi cùm res diuidua deposita esset, uni ex pluribus non nisi suam partem restituit. Quæ duplicatio approbatur sub conditione l. 1. §. si pecunia in sacculo. ff. depositi, his uerbis:* Si pecunia in sacculo signato deposita sit, & unus ex hæredibus eius qui deposuit, ueniat repetens: quemadmodum ei satisfiat uidendum est? Promenda est pecunia uel coram prætore uel interuenientibus honestis personis, & exoluenda pro parte hæreditaria. Sed etsi resignetur, non contra legem depositi fiet: cùm uel authore prætore uel honestis personis interuenientibus hoc euenerit, residuo uel apud eum remanente, si hoc uoluerit (sigillis uidelicet prius ei impressis uel à prætore uel ab his coram quibus signacula remota sunt) uel si hoc recusauerit, in ędem deponondo. Sed si res sunt quæ diuidi non possunt: ómnes debebit tradere, satisdatione idonea à petitore ei præstanda in hoc quod supra eius partem est. Satisdatione autem non interueniente rem in ædem deponi, & omni actione depositarium liberari. *Quarta replicatio est: Nisi rem deteriorem restituit. Hæc replicatio approbatur l. 1. §. si res. ff. depositi, his uerbis:* Si res deposita deterior redditur: quasi nō redderetur, agi depositi potest. Cùm enim deterior redditur: potest dici dolo malo redditam non esse. *Concordat l. 28. §. siue autem. ff. commodati. cuius uerba uide S. cap. 5. quæst. 2. except. 8. Concordat item l. 42. ff. ad l. Aquiliam, his uerbis:* Qui tabulas testamenti depositas, aut alicuius rei instrumentum ita deleuit, ut legi non possit: depositi actione, & ad exhibendū tenetur. Quòd si corruptam rem restituerit aut exhibuerit, legis quoque Aquiliæ actio ex eadem causa competit. Corrupisse enim rectè dicetur tabulas & qui eas interleuerit. *Quinta replicatio est: Nisi alia res quàm deposita est, reddita sit. Hæc replicatio approbatur Inst. quib. mod. re contrah. obligat. §. præterea. ibi: quia & ipsi. cuius uerba cum concordantib. uide S. ead. quæst. in prin. Eius autem duplicatio hæc est: Nisi quis pecuniam numeratam, non clausam neq; obsignatam deposuit adnumerando: tunc enim tantundem pecuniæ soluendo depositarius liberatur. Quæ duplicatio approbatur l. 31. §. idem iuris. ff. locati & conducti. cuius uerba uide J. lib. 41. cap. 6. quæst. 2. causa 9. except. 2. repl. 6. Sexta replicatio est: Nisi non aliter restituit, quàm numis acceptis. Hæc replicatio approbatur l. ultim. ff. depositi, his uerbis:* Potes agere depositi cum eo qui tibi non aliter quàm numis à te acceptis depositam reddore uolnit: quáuis sine mora & incorruptum reddiderit. *Septima replicatio est: Nisi quasi suam rem, non depositam reddidit. Hæc replicatio approbatur l. 1. §. elegāter. ff. depositi, his uerbis:* Eleganter apud Iulianum quæritur, si pecuniam seruus apud me deposuit, ita ut domino pro libertate eius dem, egoq; dedero: an tenear depositi? Et scribit libro XIII. Digestorum, siquidem sic dedero, quasi ad hoc penes me depositū, teq; certiorauero: non competere tibi depositi actionem, quia sciens recepisti. Careo igitur dolo. Si uerò quasi meā pro libertate eius numerauero: tenebor. quę sententia mihi uidetur uera. Hic enim non tātùm sine dolo malo non reddidit, sed nec reddidit. Aliud enim est reddere, aliud quasi de suo dare. *Octaua replicatio est: Nisi non suo loco quo debetur, reddat. Hæc replicatio approbatur l. 5. §. in sequestrum. ff. depositi, his uerbis:* Si cum sequestro conuenit, ut certo loco rem depositam exhiberet: nisi ibi exhibeat, teneri eum palàm est. Quòd si de pluribus locis conuenit: in arbitrio eius est, quo loco exhibeat. Sed si nihil conuenit: denunciandum est ei, ut apud prætorem exhibeat. *Plura de replicatione proposita uide in Comment. liberationum cap. 6. except. 24. Nona replicatio est: Nisi post morā restituit. De hac replicatione uide J. cap. proxim. quæst. 6. reg. 1.*

XL. EXCEPTIO: *Nisi depositarius rem depositam in ædem deposuit. Hæc exceptio approbatur l. 5. §. fin. ff. depositi, his uerbis:* Si uelit sequester officium deponere, quid ei faciendum est? Et ait Pomponius, adire

eum

eum prætorem oportere, & ex eius authoritate denũciatione facta his qui eum elegeranr, ei rem restituendam, qui præsens fuerit. Sed hoc non semper uerum puto. Nam plerunque non est permittendus officium, quod semel suscepit, contra legem depositionis deponere, nisi iustisaima causa interueniente: & cum permittitur, raro ei res restiruenda est, qui uenit: sed oporret eam arbitratu iudicis apnd ædem aliquam deponi. *Concordat l.1. §. si pecunia in sacculo. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. except. prox. repl. 1. dupl. 1. Hæc de ipso deposito. nunc de eius actionibus dicendum.*

## DE ACTIONE DEPOSITI *directa.* Cap. VIII.

### I. GENVS HVIVS Actionis.

PRima regula: *Bonæ fidei actio est. quæ regula approbatur l. 1. §. hanc autem. ff. depositi. cuius uerba uide j. quæst. 5. reg. 2.*

II. Regula: *Rei persequendæ causa comparata est: interdum mista est. quæ regula approbatur Inst. de actionib. §. sequens. cuius uerba uide s. lib. 36. cap. 4. quæst. 2. diuis. 5.*

### II. CAVSAE EX QVIBVS datur hæc actio.

I. Causa: *Si non seruat legem contractus depositarius. Hæc causa approbatur l. 6. C. depositi, his uerbis:* Is penes quem utrasq; partes transactionis uel alia instrumenra commendasse dicia, legem qua hęc suscepir, seruare necesse habet.

II. Causa: *Si depositarius re deposita utatur, uel eam inuito domino contrectat. Hæc causa approbatur l. 29. in prin. ff. depositi, his uerbis:* Si sacculum uel argentum signatum deposnero, & is penes quem depositum fuit, me inuito contrectauerit: & depositi & furti actio mihi in eum competit. *Concordat l. 3. C. eod. tt. cuius uerba uide j. quæst. 5. reg. 3. except. 1. Huius causæ exceptio hæc est: Nisi non inuito domino putauit se ea re uti. Hæc exceptio approbatur l. 78. in prin. ff. de furtis. cuius uerba uide s. cap. 5. quæst. 5. except. 6. repl. 1.*

III. Causa: *Si depositarius rem depositam mutuò dedit. Hæc causa approbatur l. 8. C. depositi, hisce uerbis:* Si is qui depositam à te pecuniam accepit, eam suo nomine uel cuiuslibet alterius mutuò dedit: tam ipsum de implenda suscepta fide, quàm eius successores teneri tibi, certissimum est. Aduersus eum autem qui accepit, nulla actio tibi comperit, nisi numi extent. tunc enim contra possidentem uti rei uendicatione potes. *Plura de hac re uide j. causa 7. except. 2. repl. 2.*

IIII. Causa: *Si tabulas apud se depositas alijs dederit, legerit, uel aduersario prodiderit. Hæc causa approbatur l. 1. §. si quis tabulas. ff. depositi, his uerbis:* Si qnis tabulas testamenti apud se depositas plnribus præsentibus legit: ait Labeo depositi actione rectè de tabulis agi posse. Vlpianus: Ego arbitror & iniuriarum agi posse, si hoc animo recitarũ est testamentnm quibusdã præsentibus, ut indicia secreta eius qui testatus est, diuulgarentur.

V. Causa: *Si depositarius rem deteriorem fecerit. Hæc causa approbatur per ea quæ proposita sunt s. cap. proxim. quæstione 3. exceptione 10. replicat. 4.*

VI. Causa: *Si dolo in re deposita sit uersatus depositarius. Hæc causa generalis approbatur Inst. quib. mod. re contrah. obligat. §. præterea. ibi: sed is ex eo solo. cuius uerba uide j. causa proxim. Concordat l. 13. in fine. ff. depositi. cuius uerba uide j. quæst. 9. except. 9. Exceptiones eius uide j. inter exceptiones generales.*

VII. Causa: *Si rem depositam depositarius non restituit. Hac causa approbatur d. §. præterea. cuius uerba cum concordantibus uide s. cap. proxim. quæst. 3. in prin. Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi res perierit, uel admissa sit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur d. uers. Sed is ex eo solo, his uerbis:* Is apud qnem res aliqua deponitur, ex eo solo tenetur, si quid dolo commiserit: culpæ antem nomine, id est, desidiæ ac negligentiæ non renetur. Itaque securus est, qui parum diligenter custoditam rem furto amiserit: quia qui negligenti amico rem custodiendam tradir, non ei, sed suæ facilitati id imputare debet. *Concordat l. 20. ff. depositi, his uerbis:* Si sine dolo malo rem depositam amiseris: nec depositi teneris, nec cauere debes, si deprehenderis, eam reddi. Si tamen ad te iterum peruenerir, depositi teneris. *Concordat itẽ l. 1. C. depositi, his uerbis:* Si incursu latronũ, uel alio fortuito casu ornaméta deposita apud interfectum perierint: detrimentũ ad hęredem eius qui depositum accepit, qui dolum solum & latam culpam (si non aliud specialirer conuenir) præstare debuit, nõ pertiner. Quòd si prætextu latrocinij commissi uel alterius fortuiti casus res quæ in potestare hæredis sunt, uel quas dolo desijt possidere, non restituũtur: tam depositi quàm ad exhibendum actio, sed & in rem uindicatio competir. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi dolo depositarij res perierit, uel amissa sit. Quæ replicatio approbatur uerbis d. uers. Sed is ex eo solo, paulo superius propositis. Item uerbis d. l. 1. s. propositis hisce:* Qui dolum solum & latam culpam, &c. *Altera*

F replicatio

replicatio uidetur: Nisi culpa depositarij res perierit, uel amissa sit. Sed hæc replicatio reprobatur uerbis d. uers. Sed is ex eo solo: item d.l.1.s̄.propositis. Planè admittitur replicatio proposita, primùm quidem, si lata culpa depositarij res perierit. Quæ distinctio approbatur uerbis d.l. 1. s̄. propositis hisce: Qui dolum solum & latam culpam, &c. Concordat l.32.ff.depositi. cuius uerba uide s̄.lib.16.cap.3.except.8.repl.1.dupl.1.tripl.3. Secundò admittitur replicatio proposita, si de culpa quoq; præstanda conuenit. Quæ distinctio approbatur l.1.§.si conueniat. ff.depositi, his uerbis: SI conueniat etiam in deposito & culpa præstetur, rata est conuentio: contractus enim legem ex conuentione accipiunt. Concordat l.1.C.depositi, uerbis s̄. propositis hisce: Si non aliud specialiter conuenit. Tertiò admittitur, si merces deposito interuenit. Quæ distinctio approbatur l.1.§.si quis seruum. ibi: in conducto. ff. depositi. cuius uerba uide J. quæstione 9. except.1. Concordat item l.5. §. nunc uidendum est quid ueniat. ibi: dolum in deposito. ff. commodati. cuius uerba uide s̄. cap. 5. quæstion. 1. exception. 3. replication.2. Quartò admittitur, si depositarius deposito se obtulit. Quæ distinctio approbatur l.1.§. sæpe euenit ff.depositi. cuius uerba uide J.replication. proxim. Tertia propositæ exceptionis replicatio est: Nisi conuenit de omni periculo præstando. Hæc replicatio approbatur l.1.§.sæpe euenit. ff. depositi, his uerbis: Sæpe euenit ut res deposita uel numi periculo sint eius apud quem deponuntur: utputa si hoc nominatim conuenit. Sed etsi quis se deposito obtulit, idem Iulianus scribit, periculo se depositi alligasse: ita tamen ut non solùm dolum, sed etiam culpam & custodiam præstet, non tamen fortuitos casus. Concordat l.19. ff.mandati, his uerbis: Et Aristoni, & Celso patri placuit, posse rem hac conditione deponi, mandatumque suscipi, ut res periculo eius sit, qui depositum uel mandatum suscepit. Neratius: Quod & mihi uerum esse uidetur. Concordat item l.5. §. nunc uidendum est. ibi: aut si hoc ab initio. ff. commodati. cuius uerba uide s̄. cap.5. quæstion.1.exception.3.replication.2. Concordat item l.1. ibi: si non aliud. C. depositi. cuius uerba uide s̄.ead.exception. in princip. Quarta replicatio est: Nisi is qui deposuit, depositario pecunia deposita uti permiserit. Quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur l.9. §. fin.cum lege sequente. ff. si certum petatur. cuius uerba uide s̄.capite 2. quæstion.1. exception.17. replication.1. duplication.1. triplication.1. Quinta replicatio est: Nisi cùm empturus prædia mutuam pecuniam rogasset, ita ut non nisi emisset, pecunia credita esset, creditor interim pecuniam apud eum deposuerit. Hæc replicatio approbatur l.4.in princip.ff. si certum petatur, his uerbis: Si quis nec causam nec propositum fœnerandi habuerit, & tu empturus prædia desideraueris mutuam pecuniam, nec uolueris crediti nomine, antequam emisses, suscipere: atque ita creditor, qui necessitatem proficiscendi fortè habebat, deposuerit apud te hanc eandé pecuniam, ut si emisses, crediti nomine obligatus esses: hoc depositum periculo eius est, qui suscepit. Nã & is qui rem uendendam acceperit, ut precio uteretur, periculo suo rem habebit. Sexta replicatio est: Nisi merces interuenit. Hæc replicatio approbatur l.5. §. nunc uidendum est. ibi: nisi fortè. ff. commodati. cuius uerba uide s̄. cap.5. quæstione 1. exception. 3. replication. 2. Concordat l. 1. §. si uestimenta. ff.depositi. cuius uerba uide J.quæstion. ultim. exception.1. Septima replicatio est: Nisi se deposito obtulit. Hæc replicatio approbatur l.1. §.sæpe. ff.depositi. cuius uerba uide s̄.replication.3. Octaua replicatio est: Nisi res accepto iudicio perierit. Hæc replicatio approbatur l. 12. §. fin. ff. depositi, his uerbis: Quemadmodum quod ex stipulatu uel ex testamento dari oportet, post iudicium acceptum cum detrimento rei perit: sic depositum quoque eo die quo depositi actum sit, periculo eius apud quem depositum fuerit est, si iudicij accipiendi tempore potuit id reddere reus, nec reddidit. Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi depositarius restituendi facultatem non habuerit. Quæ duplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce: Si iudicij accipiendi tempore potuit, &c. Altera duplicatio est: Nisi res etiam restituta eodem modo apud actorem erat interitura. Hæc duplicatio approbatur l. 14. §. siue autem. ff. eod. tit. his uerbis: Siue cum ipso apud quem deposita res est, actum fuerit, siue cum hærede eius, & sua natura res ante rem iudicatam interciderit (ueluti si homo mortuus fuerit) Sabinus & Cassius absolui debere eum cum quo actum est, dixerunt: quia æquum sit naturalem interitum ad actorem pertinere: utique cùm interitura sit ea res, etsi restituta esset actori. Tertia duplicatio est: Nisi iustam litigandi caussam habuit reus. Hæc duplicatio approbatur exemplo l. 11. in princip. ff. depositi. cuius uerba uide J. exceptione 3. Nona replicatio est: Nisi post rem à depositario uenditam ea interierit. Hæc replicatio approbatur l. 1. §. si rem depos. ff. depositi, his uerbis: Si rem depositam uendidisti, eamque postea redemisti in causam depositi: etiamsi sine dolo malo postea perierit, teneris depositi: quia semel dolo malo fecisti, cum uenderes. Decima replicatio est: Nisi depositarius rem amissam postea receperit. Hæc replicatio approbatur l. 1. §. inde scribit Neratius. ff.d. tit, his uer-

*bis uerbis*: Scribit Neratius, si res deposita sine dolo malo amissa esset, & post iudicium acceptum recuperaretur: nihilominus rectè ad restitutionẽ reum compelli: nec debere absolui, nisi restituat. *Concordat l.3.ff. eod.tit. cuius uerba uide J. except. proxim. repl 2. duplic. 1. Item concordat l.20. in fine. ff. eod.tit. cuius uerba uide s̄.ead.exception. in princip. Vndecima replicatio uidetur: Nisi re amissa non caueat depositarius eam receptam reddi. Hæc replicatio reprobatur d.l. 20. Hæc de prima propositæ causæ exceptione, eiusq; replicationibus sunt dicta. Altera exceptio est: Nisi facultatem restituendi reus non habeat. Hæc exceptio approbatur l.1. §. Marcellus. ff. depositi, bis uerbis*: Marcellus ait, non semper uideri posse dolo facere eum qui reposcenti non reddat. Quid enim si in prouincia res sit, uel in horreis, quorum aperiendorum condemnationis tempore non sit facultas, uel conditio depositionis non extiterit? *Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi postea restituendi facultatem nactus depositarius non restituat. Hæc duplicatio approbatur d.l.1. §. idem Neratius, bis uerbis*: Neratius ait, quamuis tunc tecum depositi actum sit, cum restituendi facultatem non habeas (horreis fortè clausis) tamen si ante condemnationem restituendi facultatem habeas: condemnandum te, nisi restituas, quia res apud te est. tunc enim quærendum, an dolo malo feceris, cùm rem non habeas. *Altera replicatio est: Nisi per depositarium factum sit, quo minus restituendi facultatem habeat: utputa si alienauit. Hæc replicatio approbatur exemplo l. 7. C. depositi, bis uerbis*: Desiderium tuum cum rationibus iuris non congruit. Nam si custodiam pecuniæ suscepisti, quam alijs à te mutuò datam conscriptum instrumentum, quo hanc tibi reddi profiteris, arguit: solutionem eius competentem improbè recusas. *Concordat l.8.C.eod. tit. cuius uerba uide s̄. causa 3. Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi sine dolo malo, putans rem suam esse, alienauit. Hæc duplicatio approbatur, simul & distinguitur l. 1. §. fin. cum duabus legibus sequentibus. ff. depositi, bis uerbis*: Quoniam dolus duntaxat in hanc actionem uenit; quæsitum est, si hæres rem apud testatorem depositam uel commodatam distraxit, ignorans depositam uel commodatam, an teneatur? Et quia dolo non fecit, non tenebitur de re. An tamen uel de precio teneatur, quod ad eum peruenit? Et uerius est, teneri eum. Hoc enim ipso dolo facit, quòd id quod ad se peruenit, non reddit. Quid ergo si precium nondum exegit, aut minoris quàm debuit uendidit? actiones suas tantummodo præstabit. Planè si possit rem redimere & præstare, nec uelit, non caret culpa: quemadmodum nec si redemptam, uel alia ratione suam factam noluit præstare, causatus quòd semel ignarus uendiderit. *Huius duplicationis triplicatio prima hæc est: Nisi cùm rem sine dolo uendidisset, precium non restituit. Quæ triplicatio approbatur, simul & distinguitur uerbis iam propositis hisce*: An tamen uel de precio, &c. *Altera triplicatio est: Nisi cum possit rem alienatam redimere, non redimat. Quæ triplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce*: Planè si possit rem redimere, &c. *Tertia triplicatio est: Nisi rem receperit. Quæ triplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce*: Quemadmodum nec si redemptam, uel alia ratione suam factam, &c. *Quarta triplicatio est: Nisi actiones quas rei uenditæ nomine habet, reus actori non cedat. Quæ triplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce*: Quid ergo si precium nondum, &c. *Altera propositæ replicationis duplicatio est: Nisi misericordia ductus, hominem apud se depositum & uinctum soluerit. Hæc duplicatio reprobatur l. 7. in princip. ff. depositi, bis uerbis*: Si hominem apud se depositum, ut quæstio de eo haberetur, & propterea uinctum, uel ad malam mansionem extensum, sequester soluerit misericordia ductus: dolo proximum esse quod factum est, arbitror: quia cùm sciret cui rei pararetur, intempestiuè misericordiam exercuit: cum posset non suscipere talem causam, quàm decipere. *Hæc de secunda exceptione, eiusq; replicationibus. Tertia exceptio est: Nisi propterea non restituit, quòd putet actori actionem non competere. Quæ exceptio approbatur l. 13. in princip. ff. depositi, bis uerbis*: Si quis inficiatus sit non aduersus dominum, sed quòd eum qui rem depositam petebat, uerum procuratorem non putaret, aut eius qui deposuisset hæredem: nihil dolo malo fecit. Postea autem si cognouerit, cum eo agi poterit: quoniam tunc incipit dolo malo facere, si reddere eam non uult. *Quarta exceptio est: Nisi conditio depositionis nondum sit impleta. Hæc exceptio approbatur l. 5. C. depositi, bis uerbis*: Propter instrumenta quidẽ, quæ te deposuisse cum aduersario tuo dicis, ut residua pecunia quæ ex conductione debebatur soluta, ea reciperes: si id quod placuerat implesti, sequestrum potes conuenire. Quamuis autem hæc reddita non fuerint: tamen aduersus eum, à quo fundum conduxeras: si omne quod ex hoc contractu debebatur, reddidisti: ipsis solutionibus tutus es.

*Concordat l. 1. §. Marcellus autem. ff. depositi. cuius uerba uide s. exception. 2. Plura de hac re uide J. cap. proxim. quæstion. 6. regul. 1. Quinta exceptio est: Nisi alius depositario denunciauerit, ne ei qui deposuisset restitueret. Hæc exceptio reprobatur l. 11. §. fin. C. depositi. cuius uerba uide s. lib. 36. cap. 13. quæstion. 3. except. 2. Concordat Nouell. c. 88. cuius uerba uide infrà lib. proxim. cap. 12. quæst. 1. except. 1. replicat. 3. Planè admitti uidetur exceptio proposita, si actor depositario non caueat, eum contra denunciantem defensum iri. Quæ distinctio approbatur quidem d. §. fin. sed mutatur ac tollitur d. const. 88. §. penult. Hæc de septima causa eiusq; exceptionibus.*

VIII. *Causa: Si depositarius rem non ut debet restituit: hoc est, non ei cui debet, non rem talem qualem debet, non suo loco uel tempore quo debet. De hac causa, eiusq; speciebus uide s. cap. prox. quæst. 3. except. 9. repl. 1. cum sequentibus. Hactenus causæ propositæ actionis enumeratæ sunt cum suis exceptionibus specialibus. Sunt autem & aliæ istarum causarum exceptiones generales. De quibus nunc dicendum.*

De exceptionibus præcedentium causarum generalibus.

I. EXCEPTIO: *Nisi non depositarius, sed alius dolo in re deposita quid fecerit. Hæc exceptio approbatur l. 19. ff. commodati. cuius uerba uide s. cap. 5. quæstion. 1. exceptione 2. Cuius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi pater uel dominus eius apud quem depositum est, quid dolo in re deposita egerit. Hæc replicatio approbatur l. 1. §. filiumfamiliâs. ibi: planè ut Iulianus. ff. depositi. cuius uerba uide J. quæstione 4. regul. 3. exception. 1. replicat. 1. Altera replicatio est: Nisi is apud quem depositarius deposuit, dolo fecerit. Hæc replicatio approbatur certo modo l. 16. ff. depositi, his uerbis:* Si is apud quem rem deposueris, apud alium eam deponat, & ille dolo quid admiserit: ob dolum eius apud quem postea est depositum, eatenus eum teneri apud quem tu deposueris, ut actiones suas tibi præstet.

II. EXCEPTIO: *Nisi post litem contestatam quid dolo sit factum. Hæc exceptio reprobatur l. 1. §. non tantùm. ff. depositi, his uerbis:* Non tantùm præteritus dolus in depositi actionem uenit, sed etiam futurus, id est, post litem contestatam.

III. EXCEPTIO: *Nisi conuenerit ne dolus præstetur. Et hæc exceptio reprobatur l. 1. §. si conueniat. ibi: illud. ff. depositi, his uerbis:* Illud non est probandum, dolum non esse præstandum, si conuenerit. Nam hæc conuentio contra bonam fidem, contraque bonos mores est: & ideo nec sequenda est. *Concordant ea quæ proposita sunt s. lib. 37. cap. 3. except. 17. repl. 1. dupl. 1.*

IIII. EXCEPTIO: *Nisi conuenerit ne depositi agatur. Hæc exceptio approbatur l. 7. §. si paciscar. ibi: sed etsi quis. ff. de pactis. cuius uerba uide d. repl. 1. Concordat l. si unus. 27. §. illud. ff. eod. tit. cuius uerba uide d. repl. 1. dupl. 1.*

V. EXCEPTIO: *Nisi actum sit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit: uerùm eius replicatio hæc est: Nisi cum altero ex duobus depositarijs actum sit, qui nondum soluerit. Hæc replicatio approbatur l. 1. §. si apud. ff. depositi. cuius uerba uide J. quæst. 5. reg. 11.*

VI. EXCEPTIO: *Nisi inutile depositum sit, & non obligatorium. Hæc exceptio ipso iure subsistit, eiusq; species proponũtur s. cap. proxim. quæst. 3.*

III. QVIBVS DATVR actio depositi?

I. *Regula. De hæredibus cæterisq; successoribus, proponitur l. 1. §. hæc actio. ff. depositi, his uerbis:* Hæc actio bonorum possessoribus cæterisque successoribus, & ei cui ex Trebelliano senatusconsulto restituta est hæreditas, competit. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi alij per fideicommissum hæreditas sit relicta. Quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Et ei cui ex Trebelliano senatusconsulto restituta est hæreditas, &c. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi dies restituendæ ex senatusconsulto hæreditatis nondum uenerit. Quæ replicatio approbatur l. 18. §. idem quæsijt. ff. ut legator. seruand. causa caueatur, his uerbis:* Quæsitum est, cùm testatrix apud maritum suum, ex quo filium reliquerat, res deposuisset, non exacta cautione depositionis: an ea res patri hæredi restitui deberet: an uerò, quoniam emolumentum totius hæreditatis ad filium defunctæ reuerti deberet, apud maritum remanere, apud quẽ dos remansisset? Scæuola respondit, quod mulieris mansisset, nec in dote fuisset: restituendum esse hæredi. *Altera exceptio est: Nisi hæredi controuersia hæreditatis moueatur. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. apud Iulianum. ff. depositi, his uerbis:* Apud Iulianum libro XIII. Digestorum talis species relata est. Ait enim, si depositor decesserit, & duo existant qui inter se contendant, unusquisq; solum se hæredem dicens: ei tradendã rem, qui paratus est aduersus alterũ reũ defendere. Quòd si neuter hoc onus suscipiat: commodissimè dici ait, non cogendum esse à prætore iudicium suscipere. Oportere igitur rem deponi in ædem aliquam, donec de hæreditate iudicetur. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi actor reo caueat, eum aduersus alterum defensum iri. Quæ replicatio approba-*

*approbatur uerbis iam propositis hisce:* Ei tradendam rem qui paratus est, &c. *Tertia exceptio est: Nisi pluribus hæredibus existentibus, unus uel non omnes depositum repetant. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit: uerùm eius replicatio prima hæc est: Nisi maior pars hæredum depositum repetat. Quæ replicatio approbatur l. 14. in princip. ff. depositi, his uerbis:* Si plures hæredes extiterint ei qui deposuerit, dicitur, si maior pars adierit, restituendam rem præsentibus. Maiorem autem partem non ex numero utique personarum, sed ex magnitudine portionum hæreditariarum intelligendam, cautela idonea reddenda. *Plures propositæ exceptionis replicationes uide ĩ. cap. prox. quæst. 3. except. 10. repl. 1. item ].quæst. 5. reg. 9.*

II. Regula, *De eo cui ex Trebelliano senatusconsulto hæreditas restituta est, proponitur l. 1. §. hæc actio. ff. depositi. cuius uerba uide ĩ. reg. prox. in princip.*

III. Regula, *De eo cui deponens rem restitui iussit uel pactus est, proponitur l. penultim. C. ad exhibendum, his uerbis:* Si res tuas commodauit aut deposuit is cuius in precibus meministi: aduersus tenentem ad exhibendum, uel uendicatione uti potes. Quòd si pactus sit ut tibi restituantur, si quidem ei qui deposuit, successisti: iure hæreditario depositi actione uti non prohiberis. Si uerò nec ciuili nec honorario iure ad te hæreditas eius pertinet: intelligis nullam te ex eius pacto, contra quem supplicas, actionem stricto iure habere: utilis autem tibi propter æquitatis rationem dabitur actio depositi. *Concordat l. 26. in princip. ff. depositi, his uerbis:* Publia Mæuia cùm proficisceretur ad maritum suum, arcam clausam cum ueste & instrumentis commendauit Caiæ Seiæ, & dixit ei: Cum salua sanáue uenero, restitues mihi: cæterùm si aliquid mihi humanum contigerit, filio meo quem ex altero marito suscepi. Defuncta ea intestata, desidero res commendatæ cui restitui debeant, filio an marito? Paulus respondit, filio.

IIII. Regula, *De eo qui deponi mandauit. Huic quoque datur actio. Quæ regula approbatur, simul & distinguitur l. 1. §. si te rogauero. ff. depositi, his uerbis:* Si te rogauero, ut rem meam perferas ad Titium, ut is eam seruet: qua actione experiri tecum possim, apud Pomponium quæritur? & putat tecum mandati, cum eo uerò qui eam recepit, depositi. Si uerò tuo nomine receperit Titius: tu quidem mandati mihi teneris, ille tibi depositi: quam actionem mihi præstabis mandati iudicio conuentus.

V. Regula, *De domino serui deponentis, proponitur d. l. 1. §. si seruus meus, his uerbis:* Si seruus meus deposuerit, nihilominus depositi habebo actionem. *Huius regulæ exceptio prima hæc esse uidetur: Nisi seruus mortuus fuerit. Altera exceptio uidetur: Nisi seruus fuerit manumissus. Tertia exceptio uidetur: Nisi seruus fuerit alienatus. Sed hæ tres exceptiones reprobantur d. l. 1. §. si seruus deposuit, his uerbis:* Si seruus deposuit, siue uiuat siue decesserit, utiliter dominus hac actione experietur: ipse autem seruus manumissus non poterit agere. Sed etsi fuerit alienatus: adhuc ei competit actio, cuius fuit seruus cum deponeret. Initium enim contractus spectandum est. *Quarta exceptio uidetur: Nisi seruus hæreditarius deposuerit. Sed & hæc exceptio reprobatur d. l. 1. §. item si seruus, his uerbis:* Si seruus hæreditarius deposuerit, hæredi postea adeunti competit actio. *Concordat l. 15. in fine. ff. de action. & obligation. cuius uerba uide ĩ. lib. 21. cap. 5. exception. 45. Concordat item l. 9. C. depositi, his uerbis:* Cùm hæreditas personam domini sustineat, ab hæreditario seruo, priusquam patri uestro successeritis, res commendatas secundum bonam fidem ab eius qui suscepit successoribus apud rectorem prouinciæ petere potestis.

VI. Regula, *De eo qui deponentem bona fide possidet, uel in eo usumfructum habet, proponitur l. 1. §. non solum. ff. depositi, his uerbis:* Non solùm si seruus meus, sed & si is qui mihi bona fide seruit, rem deposuerit: æquissimum erit dari mihi actionem, si rem ad me pertinentem deposuit. Simili modo etsi usumfructum in seruo habeam, si id quod deposuit, ex eo peculio fuerit, quod ad me pertinebat, uel res mea fuerit: eadem actione agere potero.

VII. Regula, *De filiofamiliâs, proponitur l. 19. ff. depositi, his uerbis:* Iulianus & Marcellus putant, filiumfamiliâs depositi rectè agere posse.

VIII. Regula, *De fisco ad quem bona deponentis peruenerunt, proponitur l. 31. in princip. ff. depositi, his uerbis:* Bona fides, quæ in contractibus exigitur, æquitatem summam desiderat. Sed eam utrum æstimamus ad merum ius gentium, an uerò cum præceptis ciuilibus & prætorijs? Veluti reus capitalis iudicij deposuit apud te centum. Is deportatus est, bona eius publicata sunt. Vtrum'ne ipsi hæc reddenda, aut in publicum deferenda sunt? Si tan-

rùm naturale & gentium ius intueamur, ei qui deposuit, restituenda sunt. Si ciuile ius, & legum ordinem: magis in publicum deferenda sunt. Nam malè meritus publicè, ut alijs exemplo ad deterrenda maleficia sit, etiam egestate laborare debet, &c. *Reliqua uerba uide ā.cap.prox.quæst.5. except.3 & except.4.*

I X. *Regula, De uno ex pluribus deponentibus. Etiam uni ex pluribus actio proposita competit, absentia causarum non obstante. Cuius regulæ exceptio hæc est: Sed pro parte tantùm. Quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur J.quæstion.5.reg.9.*

## IIII. ADVERSVS QVOS datur actio depositi?

I. *Regula, De hæredibus depositarij, proponitur l.25. in princip. ff. depositi, his uerbis:* Die sponsaliorum aut postea res oblatas puellæ, quæ sui iuris fuit, pater suscepit. Hæres eius ut exhibeat, rectè conuenietur etiam actione depositi. *Concordat l.12. §. cum sequestro. ff. eod. tt. cuius uerba uide ā. lib.5. cap.9. de re sequestr. quæst.4. Concordat item l. 8. C. eod. tt. cuius uerba uide ā. quæst.2. causa 3. Huius regulæ exceptio prima uidetur esse: Nisi ex dolo & delicto defuncti agatur. Sed hæc exceptio reprobatur l.7. §.1. ff. depositi, his uerbis:* Datur actio depositi in hæredem ex dolo defuncti in solidum. Quanquam enim aliàs ex dolo defuncti non solemus teneri, nisi pro ea parte quæ ad nos peruenit: tamen hic dolus ex contractu reique persecutione descendit, ideoque in solidum unus hæres tenetur: plures uerò pro ea parte qua quisque hæres est. *Concordat l. 48. ff. de action. & obligation. cuius uerba uide ā.lib.36. cap.6. reg.5. exception. 1. replicat. 5. Sed & concordant ea quæ proponuntur ā.d.replicat.5. Altera exceptio est: Nisi pro parte hæres, in solidum conueniatur. Quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Plures uerò pro ea parte qua quisque hæres est. *Concordat l. 18. ibi: & pro hæred. ff. depositi. cuius uerba uide J. quæstion. proxim. reg. 6. exception. 1. replicatione 1. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ex facto unius hæredis agatur. tunc enim is qui fecit, in solidum tenetur, cohæredes non tenentur. Quæ replicatio approbatur l. 9. cum lege sequente. ff. depositi, his uerbis:* In depositi actione, si ex facto defuncti agam, aduersus unum ex pluribus hæredibus pro parte hæreditaria agere debeo: si uerò ex suo delicto, pro parte non ago. Meritò: quia æstimatio refertur ad dolum, quem in solidum ipse hæres admisit. Nec aduersus cohæredes eius, qui dolo carent, depositi actio competit. *Concordat l. 18. ibi: in ipsum uerò. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. d. replicat.2. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi ex utriusq; uel omnium hæredum facto communi agatur. tunc enim quilibet pro parte tenetur. Quæ duplicatio approbatur, simul & distinguitur l. 22. ff. eod. tt. his uerbis:* Si duo hæredes rem apud defunctum depositam dolo interuerterint, quodam utique casu in partem tenebuntur. Nam si diuiserint decem, quæ apud defunctum deposita fuerant, & quina abstulerint, & uterque soluendo sit: in partes obstricti erunt. Nec enim amplius actoris interest. *Huius duplicationis triplicatio hæc est: Nisi res circa quam hæredes dolum commiserunt, diuisionem non recipiat. tunc enim in solidum quisq; tenetur, quamuis non solus dolo fecerit. Quæ triplicatio approbatur ibidem, his uerbis:* Quòd si lancem conflauerint, aut conflari ab alio passi fuerint, aliaue quæ species dolo eorum interuersa fuerit: in solidum conueniri poterunt, ac si ipsi seruandam suscepissent. Nam certè uerum est, in solidum quenque dolo fecisse, & nisi pro solido res non potest restitui. Nec tamen absurdè sentiet, qui hæc putauerit. Planè nisi integræ rei restitutione eum, cum quo actum fuerit, liberari non posse: condemnandum tamen, si res non restituatur, pro qua parte hæres extitit. *Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi res deposita diuisionem non recipiat. tunc enim quisq; hæredum in solidum tenetur. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Nisi integræ rei restitutione eum, cum quo actum fuerit, liberari non posse. *Cuius duplicatio hæc est: Nisi re nō restituta, ad æstimationem eius agatur. Quæ duplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Condemnandum tamen, si res non restituatur, pro qua parte hæres extitit.

I I. *Regula: Seruo depositum recipiente, aduersus dominum competit actio, non aduersus seruum. Quæ regula approbatur l.1. §. filium familias. ff. depositi. cuius uerba uide J. reg. proxim. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi seruus manumissus sit. Quæ tamen exceptio reprobatur l. 1. §. si apud. ff. depositi, his uerbis:* Si apud seruum deposuero, & cum manumisso agam: Marcellus ait, nec tenere actionem: quamuis solemus dicere, doli etiam in seruitute commissi teneri quem debere: quia & delicta & noxæ caput sequuntur. Erit igitur ad alias actiones competentes decurrendum. *Planè admittitur exceptio proposita, si ad rem depositam, quam manumissus possidet, restituendam agatur. Quæ distinctio approbatur l. 21. ff. eod. tt. his uerbis:* Trebatius existimat, si apud seruum depositum sit, & manumissus rem teneat: in ipsum dandam actionem, non in dominum:

num: licet ex cæteris causis in manumissum actio non datur.

III. Regula: *Filiofamiliâs depositum recipiente, tam aduersus ipsum filium, quàm adaersus patrem competit actio. quae regala approbatur l. 1. §. filiumfamiliâs. ff. depositi, bis uerbis:* Filiumfamiliâs teneri depositi constat: quia & cæteris actionibus tenetur. Sed & cum patre eius agi potest, duntaxat de peculio. Idem & in seruo. Nam cum domino agetur. *Qaod dictum de patre, eiús exceptio prima hæc est: Nisi ultra id qaod in pecalio est, pater conueniatur. qae exceptio approbatur uerbis iam propositis bisce:* Duntaxat de peculio. *Cuius replicatio hæc est: Nisi ex dolo patris agatur. que replicatio approbatar d. §. filiumfamiliâs, bis aerbis:* Planè (ut Iulianus scripsit, & nobis uidetur) si eorum nomine, qui sunt in potestate, agatur: uenit in iudicium, etsi quid per eum in cuius iure sunt, captum fraudatumúe est: ut & dolus eorum ueniat, non tantùm ipsorum cum quibus contractum est. *Concordat l. 5. in princip ff. de peculio. cuius uerba uide ]. lib. 45. cap. 11. quæstion. 6. regul. 1. exception. 2. Altera exceptio est: Nisi filium sui iuris factus, rem depositam teneat. quæ exceptio approbatur l. 21. in prin. ff. eod. tt. bis uerbis:* Si apud filiumfamiliâs res deposita sit, & emancipatus rem teneat: pater nec intra annum de peculio debet conueniri, sed ipse filius.

IIII. Regula. *De eo apud quem, & eo cuius iussu depositum est, proponitur l. 1. §. idem Pomponius. ff. depositi, bis uerbis:* Pomponius quærit, si apud te nolente me deponere, iusseris apud libertum tuum deponere: an possim tecum depositi experiri? & ait, si tuo nomine, hoc est, quasi te custodituro, deposuissem: mihi tecum depositi esse actionem. Sin uerò suaseris mihi, ut magis apud eum deponam: tecum nullam esse actionem, cum illo uerò depositi: nec mandati te teneri, quia rem meam ipse gessi. Sed si mandasti mihi, ut periculo tuo apud eum deponam: cur non sit mandati actio, non uideo. Planè si fideiussisti pro eo: Labeo omnimodo fideiussorem teneri ait, non tantùm si dolo fecit is qui depositum suscepit: sed etsi non fecit, est tamen res apud eum. Quid enim, si fuerit is apud quem depositum est, uel pupillus esset, uel neque hæres, neque bonorum possessor, neque successor ei extaret? tenebitur ergo uti præstet, quod depositi actione præstari solet.

V. Regula, *De fideiussore depositarij, proponitur uerbis iam propositis bisce:* Planè si fideiussisti, &c.

VI. Regula, *De eo cui res oblata est deponendi causa, & eo qui sascepit, proponitar l. 25. in princip. ff. depositi. cuius uerba uide s. regal. 1. in princip.*

VII. Regula, *De eo cai depositarius rem depositam alienauit, proponitur l. 8. in fine. C. depositi. cuius uerba uide s. quæst. 2, causâ 3.*

VIII. Regula, *De eo qui cùm hæres depositarij non esset, tanquam hæres rem depositam uendidit, & pro ea precium accepit, proponitur l. 4. ff. depositi, bis aerbis:* Etsi non sit hæres, sed putauit se hæredem, & uendidit: simili modo lucrum ei extorquebitur. *Ait iurisconsultus:* Simili modo. *Scilicet ut hæredi: de quo s. quæst. 3. causa 7. except. 2. repl. 2. dupl. 1.*

## V. QVID, QVANTVMQVE ueniat in actione proposita?

I. Regula: *De rebus quæ deposito accedunt. Hæ quidem depositæ non sunt. quæ regala approbatur l. 1. §. qae depositis. ff. depositi, bis uerbis:* Quæ depositis rebus accedunt, non sunt deposita: utputa si homo uestitus deponatur. Vestis enim non est deposita: nec si equus cum capistro. Nam solus equus depositus est. Veniunt tamen actione depositi restituendæ. *Quæ regula approbatur exemplo d. l. 1. §. si cista signata, bis aerbis:* Si cista signata deposita sit, utrum cista tantùm petatur, an & species comprehendēdæ sint? Et ait Trebatius, cistam repetendam, non singularum rerum depositi agendum. Quòd si & res ostensæ sunt (species fortè uel uestes) & sic depositæ: adijciendas & species & uestes. Labeo autem ait, eum qui cistam deponit, singulas quoque res uideri deponere, Ergo & de rebus agere eum oportet. Quid ergo, si ignorauit is qui depositum suscipiebat, res ibi esse? non multum facere, cum suscepit depositum. Ego & rerum depositi agi posse existimo: quamuis signata cista deposita sit.

II. Regula, *De fructibus, partu & omni causa, proponitur l. 1. §. hanc autem. ff. depositi, bis aerbis:* Hanc actionem bonæ fidei esse, dubitari non oportet. Et ideo fructus in hanc actionem uenire, & omnem causam & partum, dicendum est: ne nuda res ueniat. *Concordat l. 18. §. si possessionem. ff. de usuris & fructib. cuius uerba uide s. lib. 36. cap. 10. quæst. 1. except. 1, replicat. 2.*

III. Regula: *De usuris. Vsuræ in hac actione non ueniunt. quæ regula approbatur l. 24. ff. depositi, bis uerbis:* Lucius Titius Sempronio salutem. Centum numos, quos hac die commendasti mihi, adnumerante seruo Sticho actore, esse apud me, ut

notū haberes, hac epistola manu mea scripta notum tibi facio. Quos quādo uoles, & ubi uoles, cōfestim tibi numerabo. Quęritur propter usurarū incrementum? Papinianus respondit, depositi actionem locum habere. Quid est enim aliud commēdare, quàm deponere? Quod ita uerum est, si id actum assit, ut corpora numorum eadem redderentur. Nam si ut tantundem solueretur, conuenit: egreditur ea res depositi notissimos terminos. In qua quæstione, si depositi actio non teneat, cum conuenit tantundem, non idem reddi: rationem usurarum haberi non facilè dicendum est. Et est quidem constitutum in bonæ fidei iudicijs (quod ad usuras attinet) ut tātundem possit officium arbitri, quātum stipulatio. Sad contra bonam fidem & depositi naturam est, usuras ab eo desiderari temporis ante moram, qui beneficium in suscipienda pecunia dedit. Si tamen ab initio de usuris præstandis conuenit: lex contractus seruabitur. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi de præstandis usuris conuenit. quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Si taman ab initio de usuris præstandis conuenit, lex contractus seruabitur. *Concordat l. 26. §. Lucius Titius. ff. eod. tt. his uerbis:* Lucios Titius ita cauit: *Ἔλαβον, καὶ ἔχω εἰς λόγον παρακαταθήκης τὰ προγεγραμμένα τοῦ ἀργυρίου δηνάρια μύρια: καὶ πάντα ποιήσω συμφωνῶ τε, καὶ ὡμολόγησα, ὡς προγέγραπται. καὶ συνεθέμην χορηγῆσαί σοι τόκον ἑκάστης μνᾶς ἑκάστου μηνὸς ὀβολοὺς τέσσαρας, μέχρι δὲ ἀποδόσεως παντὸς τοῦ ἀργυρίου.* id est: Suscepi habeoque apud me titulo depositi suprascripta denariūm argenti decem milia, meq; ua ad præscriptum omnia præstiturum, & promitto, & profiteor: conuentione scilicet inita, ut quoad omne argentum reddatur, in singulos menses singulasque libras usurarum nomine quaternos tibi obolos subministrem. Quæro, an usuræ peti possunt? Paulus respondit, anm contractum, de quo quæritur, depositæ pecuniæ modum excedere. Ideo secundum conuentionem usuras quoque actione depositi peti possunt. *Altera exceptio est: Nisi mora in deposito restituendo sit facta. Hæc exceptio approbatur l. 25. in fine. ff. depositi, his uerbis:* Qui pecuniam apud se non obsignatam, ut tantundem redderet, depositam ad usus proprios conuertit: post moram in usuras quoque iudicio depositi condemnandus est. *Concordat l. 2. C. depositi. cuius uerba uide ī. lib. 36. cap. 9. quæstion. 1. causa 2. in princip. Tertia exceptio est: Nisi depositarius re deposita usus sit, eamq; in suos usus conuertit. Hæc exceptio approbatur uerbis d. l. 25. in fine, iam propositis hisce:* Ad usus proprios conuertit. *Concordat l. 29. in fine. ff. depositi, his uerbis:* Si permissu meo deposita pecunia is penes quem deposita est, utatur: ut in cæteris bonæ fidei iudicijs, usuras eius nomine præstara mihi cogitur. *Concordat l. 28. ff. eod. tt. his uerbis:* Quintus Cæcilius Candidus ad Paccium Rogatianum epistolam scripsit in uerba infrascripta. Cæcilius Candidus Paccio Rogatiano suo salutem. Viginti quinque numos, quos apud me esse uoluisti, notum tibi hac epistola facio ad ratiunculam meam eos peruenisse: quibus ut primùm prospiciam, ne uacui tibi sint, curæ habebo. Quæsitum est, an ex ea epistola etiam usuræ peti possunt? Scæuola respondit, debere ex bonæ fidei iudicio, siue percepit, siue pecunia in rem suam usus est. *Concordat item l. 3. C. depositi, his uerbis:* Si depositi experiris, non immeritò etiam usuras tibi restitui flagitabis: cùm tibi debeat gratulari, quòd furti eum actione non facias obnoxium. Siquidem qui rem depositam inuito domino sciens prudensq; in usus suos conuerterit, etiam furti delicto succedit. *Concordat item l. 4. C. eod. tt. cuius uerba uide ī. lib. 36. cap. 9. question. 1. exception. generali. 1.*

IIII. *Regula, De re ex pecunia deposita empta, proponitur l. 6. C. de rei uendicat. his uerbis:* Si ea pecunia quam deposueras, is apud quem collocata fuerat, sibi possessiones comparauit, ipsique traditæ sunt: tibi uel omnes tradi, uel quasdam compensationis causa ab inuito in te transferri, iniuriosum est.

V. *Regula, De precio rei depositæ uenditæ, proponitur l. 1. §. fin. cum tribus legibus sequentibus. ff. depositi. quarum legum uerba uide ī. quæstion. 2. causa 7. exception. 1. replication. 2. duplicat. 1.*

VI. *Regula: In simplum regulariter depositi actio competit. quæ regula approbatur, simul & distinguitur edicto prætoris, l. 1. §. 1. ff. depositi, his uerbis:* Prætor ait, Quod neque tumultus, neque incendij, neque ruinæ, neque naufragij causa depositum sit, in simplum: earum autem rerum quæ suprà comprehensæ sunt, in ipsum in duplum: in hæredem eius, quod dolo malo eius factum esse diceretur, qui mortuus sit, in simplum: quod ipsius, in duplum iudicium dabo. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi tumultus, incendij, ruinæ, naufragij causa depositum sit. tunc enim in duplum est actio. quæ exceptio approbatur uerbis edicti iam propositis hisce:* Earum autem

autem rerum, quæ suprà comprehensæ sunt, in ipsum in duplum, &c. *Concordat Inst. de actionibus. §. sequens. ibi: planè si depositi. cuius uerba uide s. lib. 36. cap. 4. quæstion. 2. diuis. 5. Ratio huius exceptionis proponitur d. l. 1. §. meritò, his uerbis:* Meritò has causas deponendi separauit prætor, quæ continent fortuitam causam depositionis ex necessitate descendentem, non ex uoluntate proficiscentem. Hæc autem separatio causarum iustam rationem habet. Quippe cùm quis fidem elegit, nec depositum redditur: contentus esse debet simplo. Cum uerò extante necessitate deponat: crescit perfidiæ crimen, & publica utilitas coercendo uindicanda est. Est enim inciuile, in causis huiusmodi fidem frangere. *Declaratur exceptio proposita d. l. 1. §. cum tamen, his uerbis:* Eum deponere tumultus, uel incendij, uel cæterarum causarum gratia intelligendum est, qui nullam aliam deponendi causam habet, quàm imminens ex causis suprascriptis periculum. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi non aduersus ipsum depositarium, sed aduersus hæredem eius agatur. quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur uerbis edicti s. propositis hisce:* In hæredem eius quod dolo malo eius factum esse dicetur, qui mortuus sit, in simplum: quod ipsius, in duplum iudicium dabo. *Concordat l. 18. ff. eod. tt. his uerbis:* Quod tumultus, incendij, ruinæ, naufragij causa depositum est: in hæredem de dolo mortui actio est, & pro hæreditaria portione, & in simplum, & intra annum quoq;: in ipsum uerò & in solidũ, & in duplum, & in perpetuum datur. *Concordat item Inst. d. uers. Planè si depositi. Altera replicatio est: Nisi iusta ratione uel ignorantia motus, depositum restituere recusauit. quæ replicatio approbatur exemplo l. 25. in prin. ff. depositi. cuius uerba uide s. quæst. 2. causa 7. except. 3.*

VII. Regula, *De in litem iurando, proponitur l. 1. §. in depositi. ff. depositi, his uerbis:* In depositi quoq; actione in litem iuratur.

VIII. Regula: *Pater & dominus depositarij nõ nisi de peculio tenetur. quæ regula approbatur l. 1. §. filiumfamiliâs. ff. d. tt. cuius uerba uide s. quæst. prox. reg. 3.*

IX. Regula: *Duobus deponentibus, & uno ex ijs agente: non nisi pro parte competit actio. quæ regula approbatur, simul & distinguitur l. 1. §. sed si duo. ff. depositi, his uerbis:* Si duo deposuerint, & ambo agant: siquidem sic deposuerunt, ut uel unus tollat totum: poterit in solidum agi. Si uerò pro parte, pro qua eorum interest: tunc dicendum est, in partem condemnationem faciendam. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi ita conuenerit, ut uel uni in solidum res restituatur. quæ exceptio ex uerbis iam propositis constat. Altera exceptio est: Nisi apud sequestrum sit depositum. quæ exceptio approbatur l. 17. in princip. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. lib. 5. cap. 9. de re sequestranda. quæstion. 1. in princip. Tertia exceptio est: Nisi res sit indiuidua. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur d. l. 1. §. si pecunia, in fine. cuius uerba uide s. cap. proxim. quæstion. 3. exception. 10. replicat. 3. duplicat. 3. Quarta exceptio est: Nisi maior pars actorum repetat. quæ exceptio approbatur certo modo l. 14. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. quæstion. 3. regul. 1. exception. 3. Quinta exceptio uidetur: Nisi pecunia obsignata sit deposita. Sed hæc exceptio reprobatur l. 1. §. si pecunia. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. prox. cap. quæst. 3. except. 10. replic. 3. duplicat. 3.*

X. Regula: *Seruo communi deponente, unicuiq; dominorum pro parte competit actio. quæ regula approbatur l. 1. §. si duorum. ff. depositi, his uerbis:* Si duorum seruus sit qui deposuit, unicuiq; dominorum in partem competit actio depositi.

XI. Regula: *Si res apud duos uel plures deposita sit, unusquisque tenetur in solidum. quæ regula approbatur l. 1. §. si apud duos. ff. depositi, his uerbis:* Si apud duos sit deposita res, aduersus unumquenque eorum agi poterit: nec liberabitur alter, si cum altero agatur. Non enim electione, sed solutione liberantur. Proinde si ambo dolo fecerint, & alter quod interest præstiterit: alter non conuenietur, exemplo duorum tutorum. Quòd si nihil alter uel minus facere possit: ad alium peruenietur. Idemque & si alter dolo non fecerit, & idcirco sit absolutus. nam ad alium peruenietur.

XII. Regula: *Hæres pro ea parte qua hæres est, tenetur. quæ regula approbatur, simul & distinguitur s. quæstion. proxim. regul. 2. exception. 2.*

## VI. QVANDO ET QVAMdiu competit actio proposita?

I. Regula: *Vel statim depositum repeti potest. quæ regula approbatur l. 1. §. est autem. ff. depositi, his uerbis:* Apud Iulianum libro XIII. Digestorum scriptum est, eum qui rem deposuit, statim posse depositi actione agere. hoc enim ipso dolo facere eum qui suscepit, quòd reposcenti rem non reddat. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi conditio depositionis nondum existat. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s. quæstion. 2. causa 7. exception. 4. Altera exceptio uidetur: Nisi tempus,*

ad

*ad quod depositum est, nondum uenerit. Hæc exceptio reprobatur d. l. 1. §. penult. his uerbis:* Si sic deposuero apud te, ut post mortem tuam reddas: & tecum & cum hærede tuo possum depositi agere. Possum enim mutare uoluntatem, & ante mortem tuam depositum repetere. Proinde etsi sic deposuero, ut post mortem meam reddatur: potero & ego & hæres meus agere depositi, mutata uoluntate. *Tertia exceptio uidetur: Nisi ita sit depositum, ut si uellet depositarius, deposito uteretur. tunc enim antequam usus sit, non uidetur competere actio. Sed hæc exceptio reprobatur d. l. 1. §. si pecunia apud. cuius uerba uide ĩ. cap. 2. quæstion. 5. regul. 1. exception. 1.*

I I. *Regula: Actio depositi regulariter quidem perpetua est. cuius regulæ exceptio hæc est: Nisi cum tumultus, incendij, ruinæ uel naufragij causa depositum esset: heres ex dolo defuncti conueniatur. tunc enim annalis est actio. quæ exceptio approbatur l. 18. ff. depositi, cuius uerba uide ĩ. quæstion. proxim. regul. 6. exception. 1. replicat. 2.*

## VII. ADIVNCTA PROPOSITÆ actionis.

I. *Regula, De re deposita ab actore designanda, proponitur l. 1. §. si quis argentum. ff. depositi. his uerbis:* Si quis argentum uel aurum depositam petat: utrum speciem, an & pondus complecti debeat? Et magis est, ut utrunque complectatur: scyphum fortè, lancem uel pateram dicendo, & materiam & pondus addendo. Sed etsi purpura infecta sit, uel lana: pondus similiter adijciendum: saluo eo, ut si de quantitate ponderis incertum est, iuranti succurratur. *Concordat l. 6. ff. de rei uendicat. cuius uerba uide ĩ. lib. 21. cap. 5. quæstion. 8. regula 5.*

I I. *Regula: Si cista signata deposita sit, etiam res quæ in ea continentur, peti ac designari possunt. quæ regula approbatur d. l. 1. §. si cista signata. cuius uerba uide ĩ. quæst. 3. reg. 1.*

I I I. *Regula, De probatione depositi, proponitur Nouell. c. 73. §. si quis igitur. cuius uerba uide ĩ. lib. 7. cap. 3. quæst. 4. reg. 5.*

## VIII. EVENTVS HVIVS actionis.

I. *Regula: Condemnatus fit infamis. quæ regula approbatur l. 10. C. depositi, his uerbis:* Qui depositum non restituit, suo nomine conuentus & condemnatus, ad eius restitutionem cum infamiæ periculo urgetur.

I I. *Regula: Litis æstimatione præstita, res fit depositarij. quæ regula approbatur l. 10. ff. depositi, his uerbis:* Si fideiussor pro te, apud quẽ depositum est, litis æstimatione damnatus sit: rem tuam fieri, Neratius lib. 1. Responsorum scribit.

I I I. *Regula, De actionibus reo ab actore cedendis, proponitur l. 12. ff. de re iudicata. de qua re dicetur in Comment. liberationum.*

## IX. ADFINIA REMEDIA.

*Regulariter quidem ex deposito actio tantùm depositi competit, non alia: ut ex supradictis patet. Cuius tamen regulæ exceptio prima hæc est: Nisi merces interuenit. tunc enim ex locato & conducto actio est. quæ exceptio approbatur l. 1. §. si uestimenta. ff. depositi, his uerbis:* Si uestimenta seruanda balneatori data perierint: siquidem nullam mercedem seruandorum uestimentorum accepit: depositi eum teneri, & dolum duntaxat præstare debere puto. Quòd si accepit, ex conducto. *Concordat l. 1. §. si quis seruum, his uerbis:* Si quis seruum custodiendum coniecerit forte in pistrinum: siquidem merces interuenit custodiæ, puto esse actionem aduersus pistrinarium ex conducto. Si uerò mercedem accipiebam ego pro hoc seruo, quem in pistrinum recipiebat: ex locato me agere posse. Quòd si operæ eius serui cum custodia pensabantur: quasi genus locati & conducti interuenit. Sed quia pecunia non dabatur, præscriptis uerbis datur actio. Si uerò nihil aliud quàm cibaria præstabat, nec de operis quidquam conuenit: depositi actio est. In conducto & locato, & in negocio, ex quo diximus præscriptis uerbis dandam actionem: & dolum & culpam præstabit, qui seruum recepit. At si cibaria tantùm dabat, dolum duntaxat sequemur. Tamen (ut Pomponius ait) & quod habuerunt præscriptum, aut quod conuenit: dummodo sciamus, etsi quid fuit præscriptum, dolum tamen eos præstaturos qui receperunt, qui solus in depositum uenit. *Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi te rogauero ut rem meam apud Titium deponas. tunc enim etiam mandati actio est. quæ exceptio approbatur d. l. 1. §. si te rogauero. cuius uerba uide ĩ. quæstione 3. regula 4. Tertia exceptio est: Nisi cum quis rem suam alicui dedisset, Titio dandam ut custodiret, & si Titius non recepisset, is cui data erat eam custodiret: Titius rem non receperit. tunc enim rogatus mandati actione tenetur. Quæ exceptio approbatur d. l. 1. §. quòd si rem, his uerbis:* Quòd si rem tibi dedi, ut si Titius non recepisset, tu custodires, nec eam recepit: uidendum est, utrum depositi tantùm, an & mandati actio sit? Et Pomponius dubitat. Puto tamen

tamen mandati esse actionem: quia plenius fuit mandatum, habena & custodiæ legem. *Quarta exceptio est: Nisi quis rogauerit ut rem suam ab alio recipiat & custodiat. nam & hoc casu mandati, non depositi actio est. quæ exceptio approbatur d. l. 1. §. idem Pomponius, his uerbis:* Pomponius quærit, si tibi mandauero, ut rem ab alio meo nomine receptam custodias, idque feceris: mandati, an depositi tenearia? Et magis probat mandati esse actionem: quia hic est primus contractus. *Quinta exceptio est: Nisi cum quis apud aliquem depositurus, iussus ab eo sit ut apud alium (Titium puta) deponat, apud eum deposuerit. tunc enim aduersus eum qui iußit, etiam mandati actionem habet. quæ exceptio approbatur d. §. idem Pomponius. ibi: idem quærit. cuius uerba uide s̄. question. 4. reg. 4. Sexta exceptio est: Nisi alius, non dominus rem sine eius uoluntate deposuerit. tunc enim dominus rei ad exhibendum actionem, & rei uendicationem habet, non depositi actionem. quæ exceptio approbatur l. 8. C. ad exhibendum. cuius uerba uide s̄. question. 3. regul. 3. Concordat l. 33. ff. depositi, his uerbis:* Si seruus tuus pecuniam cum Titio in sequestro deposuit apud Mæuium ea conditione, ut ea tibi redderetur, si tuam esse probasses: si minus, ut Titio: Labeo posse dixit cum eo apud quem deposita esset, incerti agi: item & ad exhibendum, & exhibitam uindicari: quia seruus in deponendo tuum ius deterius facere non potuisset. *Septima exceptio est: Nisi depositarius eiusúe heres rem poßidere desierit. tunc enim etiam ad exhibendum actio, & rei uindicatio competit. quæ exceptio approbatur l. 1. §. si rem à seruo. ff. depositi. cuius uerba uide s̄. cap. proxim. question. 3. exception. 10. replicat. 1. duplicat. 1. Concordat l. 1. in fine. C. eod. tt. cuius uerba uide s̄. question. 2. causa 7. exception. 1. in princip. Concordat item l. 8. in fine. C. eod. tt. cuius uerba uide s̄. d. question. 2. causa 3. Octaua exceptio est: Nisi depositarius re deposita inuito domino usus sit, & ex eo agatur. tunc enim etiam furti actio competit. quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s̄. question. 2. causa 2. Nona exceptio est: Nisi ex dolo depositarij agatur. tunc enim etiam condictio competit. quæ exceptio approbatur l. 13. in fine. ff. depositi, his uerbis:* Competit etiam condictio depositæ rei nomine, sed non antequam quid dolo admissum sit. Non enim quenquam hoc ipso quòd depositum accipiat, uerùm quod dolum malum admiserit, condictione obligari constat. *Concordat l. 16. ff. de condictione furtiua. cuius uerba uide j. lib. 46. cap. 8. question. 1. caussa 4. Decima exceptio est: Nisi ex eo agatur, quòd depositarius instrumenta deposita alijs legerit, uel aduersario prodiderit. tunc enim etiam iniuriarum actio est. quæ exceptio approbatur l. 1. §. si quis tabulas. ff. depositi. cuius uerba uide s̄. quæstione 2. causa 4. Concordat l. 41. §. sed etsi quis. ff. ad l. Aquiliam, his uerbis:* Si quis tabulas testamenti apud se depositas deleuerit, uel pluribus præsentibus legerit: utilius est in factum & iniuriarum agi, si iniuriæ faciendæ causa secreta iudiciorum publicauerit. *Item falsi accusatio competit. quod approbatur l. 1. §. is qui deposita. ff. ad l. Corneliam de falsis, bisce uerbis:* Is qui deposita instrumenta apud alium, ab eo prodita esse aduersarijs suis dicit: accusare eum falsi potest. *Item eius delicti pœna capitalis proponitur l. 38. §. instrumenta. ff. de pœnis, bisce uerbis:* Instrumenta penes se deposita quicunque alteri altero absente reddiderit, uel aduersario prodiderit: prout personæ conditio est, aut in metallum damnatur, aut in insulam deportatur. *Vndecima exceptio est: Nisi ex eo agatur, quòd depositarius rem deteriorem fecerit, uel tabulas apud se depositas deleuerit. tunc enim etiam legis Aquiliæ actio est. quæ exceptio approbatur l. 42. ff. ad l. Aquiliam. cuius uerba uide s̄. cap. proxim. question. 3. exception. 10. replicat. 4. Concordat l. 18. §. siue autem. ff. commodati. cuius uerba uide s̄. cap. 5. quæstion. 5. exception. 10. Duodecima exceptio est: Nisi seruus ita depositus & custodiendus datus sit, ut operæ eius serui cum custodia pensentur: hoc enim casu præscriptis uerbis actio est. quæ exceptio approbatur l. 1. §. si quis seruum. ibi: quòd si operæ. ff. depositi. cuius uerba uide s̄. exception. 1. Decimatertia exceptio est: Nisi ita pecunia sit deposita, ut Titio sub certa conditione daretur. hoc enim casu præscriptis uerbis actio est. quæ exceptio approbatur l. 19. ff. præscriptis uerbis, in hæc uerba:* Si apud te pecuniam deposuerim; ut dares Titio, si fugitiuum meum reduxisset, nec dederis, quia non reduxit: si pecuniam mihi non reddas, melius est præscriptis uerbis agere. Non enim ambo pecuniam ego & fugitiuarius deposuimus, ut quasi apud sequestrem sit depositum. *Concordat l. 9. §. Labeo. ff. de dolo malo. cuius uerba uide j. lib. 49. cap. 1. question. 4. causa 17. Decimaquarta exceptio est: Nisi sponsionis causa res deposita sit. hoc enim casu præscriptis uerbis actio est. quæ exceptio approbatur l. 18. §. fin. ff. d. tt. his uerbis:* Si quis sponsionis causa annulum accepit, nec reddidit uictori præscriptis uerbis, actio in eum competit. Nec enim recipienda est Sabini opinio, qui condici & furti agi ex hac causa putat. Quemadmodum enim rei nomine, cuius neque possessionem neque dominium uictor habuit, aget furti? Planè si

inho-

in honesta causa sponsionis fuit: sui annuli duntaxat repetitio erit. *Decimaquinta exceptio uidetur: Nisi cùm unus actorum suam partem ex re deposita recepisset, depositarium postea deficerit esse soluendo, uel depositum perdiderit. hoc enim casu uidetur alteri ad communicandam partem receptam aduersus alterum communi diuidundo actio dari. Sed hæc exceptio reprobatur l. ult. C. depositi, his uerbis:* Supernacuam ueterum differentiam de medio tollentes, si quis certū pondus auri uel confecti, uel in massa constituti deposuerit, & plures scripserit hæredes, & unus ex his contingentem sibi portionem à depositario acceperit, alter supersederit, uel aliàs fortuito casu impeditus hoc facere non potuerit, & postea depositarius in aduersam inciderit fortunam, uel sine dolo depositum perdiderit: sancimus non esse cohæredi eius licentiam uenire contra cohæredem suum, & eius ex parte auellere, quod ipse ex sua parte consequi minimè potuit, quasi eo quod cohæres accepit, communi constitutoicùm si certæ pecuniæ depositę fuerint, & suam partem unus ex cohæredibus acceperit, nemini ueniat in dubium, bene eum accepisse partem suam, & non debere aliam partem attingere. Nobis etenim non uidetur esse homo obnoxius neq; in massa, neq; in specie, neq; in pecunia numerata, qui suam partem suscepit: ne industria pœnas desidię soluat. Si enim & alius hæres tempora opportuna, quemadmodum cohæres eius, obseruasset: & suum uterq; reciperet, & sequentibus altercationibus minimè locus relinqueretur. *Decimasexta exceptio est: Nisi quis apud nautam, cauponem uel stabularium res suas deposuerit. hoc enim casu datur actio in factum de receptis. de qua sequitur J. cap. prox.* *Decimaseptima exceptio est: Nisi apud eum qui rem emere uolebat, res relicta sit. hoc enim casu præscriptis uerbis actio est. quæ exceptio approbatur l. 22. §. fin. ff. præscriptis uerbis. cuius uerba uide J. lib. 44. cap. 2. quæst. 2. except. gener. 5.*

## *DE ACTIONE IN FACTUM ADUERSUS NAUTAS, CAUPONES, STABULARIOS, DE RECEPTIS RESTITUENDIS. Cap. IX.*

*QVia hæc actio adfinis est actioni depositi (ut iam est dictum) nec alio loco commodiore tractari potest: de ea nobis hic agendum est.*

I. *Verba edicti, quibus actio proposita introducitur, proponuntur l. 1. in prin. ff nautæ, caupones, stabularij, hæc nimirum:* Ait prætor, Nautæ, caupones, stabularij, quod cuiusq; saluum fore receperint, nisi restituant, in eos iudicium dabo.

II. *Ratio huius actionis proponitur d. l. 1. §. 1. his uerbis:* Maxima utilitas est huius edicti: quia necesse est plerunq; eorum fidem sequi, & res custodiæ eorum committere. Nec quisquam putet grauiter hoc aduersus eos constitutum. Nam est in ipsorum arbitrio, ne quem recipiant. Et nisi hoc esset statutum, materia daretur cum furibus aduersus eos quos recipiūt coeundi: cum ne nunc quidem abstineant huiusmodi fraudibus. *Alia ratio proponitur l. 3. §. ex hoc edicto. ff. eod. tit. his uerbis:* Ex hoc edicto in factum actio proficiscitur. Sed an sit necessaria, uidendum: quia agi ciuili actione ex hac causa poterit. Siquidem enim merces interuenerit, ex locato & conducto. Et si tota nauis locata sit, qui conduxit, ex conducto etiam de rebus quæ desunt, agere potest. Si uerò res perferendas nauta conduxit, ex locato conuenietur. Sed si gratis res susceptæ sunt: ait Pomponius, depositi agi potuisse. Miratur igitur cur honoraria actio sit inducta, cùm sint ciuiles. Nisi fortè (inquit) ideo ut innotesceret, prætorem curam agere reprimendæ improbitatis hoc genus hominū: & quia in locato & conducto culpa, in deposito dolus duntaxat præstatur: at hoc edicto omnimodo qui recepit tenetur, etiamsi sine culpa eius res perierunt, uel damnum datum est: nisi si quid damno fatali contigerit.

### III. GENVS HVIVS Actionis.

*In factum actio est. quæ regula approbatur uerbis d. §. ex hoc, iam propositis hisce:* Ex hoc edicto in factum actio proficiscitur. *Item actio hæc partim ex contractu est, si nautæ, cauponi, stabulario res specialiter sit adsignata: partim ex quasi maleficio, si illud factum non sit. quæ regula approbatur Inst. de obligat. quæ quasi ex delicto nasc. §. item exercitor, his uerbis:* Exercitor nauis aut cauponæ aut stabuli de dolo aut furto, quod in naui aut caupona aut stabulo factum erit, quasi ex maleficio teneri uidetur: si modò ipsius nullum est maleficium, sed alicuius eorum quorum opera, &c. *Concordat ijsdem uerbis l. 4. §. fin. ff. de action. & obligation.*

### IIII. CAVSA HVIVS Actionis, cum suis exceptionibus.

*Si res in naue, caupona, stabulo recepta non restituatur, uel furto sit ablata, aut damnum in ea datum: aduersus exercitorem nauis, cauponæ, stabuli actio datur. Hæc causa approbatur l. 5. ff. nautæ, caupones, stabularij, his uerbis:* Nauta, caupo & stabularius mercedem accipiunt, non pro custodia: sed nauta ut traijciat uectores,

caupo

caupo ut uiatores manere in caopona patiatur, stabularius ut permittat iumenta apud eum stabulari: & tamen custodiæ oomine tenentur. Nam & fullo & sarcinator non pro custodia, sed pro arte mercedem accipiuot: & tamen custodiæ oomioe ex locato teneotur. Quæcuoq; de furto diximus, eadem & de damno debent intelligi. Nō enim dubitari oportet, quin is qui saluam fore recepit, non solùm à furto, sed etiam à damno recipere uideatur. *Concordat l. 1. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide 3. eod. cap. in prin. Huius causæ exceptiones hæ sunt.*

I. EXCEPTIO: *Nisi non ipse exercitor nauis, sed alius in naui recepit. Hæc exceptio approbatur, declaratur, simul & distinguitur d. l. 1. §. qui sint igitur, his uerbis:* Qui sint qui teneaotur, uidendum est. Et ait prætor, Nautæ. Nautam accipere debemus eum qoi nauem exercet: quamuis oautæ appellentur omnes qui nauis nauigandæ causa in naui suot. Sed de exercitore solúmodo prætor sentit. Nec enim debet (inquit Pōponius) per remigem aut mesonaotam obligari: sed per se uel nauis magistrum. Quanqoā si ipse alicoi è naotis committi iussit, sine dubio debeat obligari. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi iussu rei alij res data sit. quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Quanquam si ipse alicui è nautis committi iussit, sine dobio debeat obligari. *Altera replicatio est: Nisi magister nauis receperit. Et hæc replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Sed per se uel nauis magistrum. *Tertia replicatio est: Nisi quis ex iis qui custodiæ gratia naui præpositus est, rem receperit. quæ replicatio approbatur d. l. 1. §. & sunt quidam, his uerbis:* Suot qoidam in nauibus, qui costodiæ gratia nauibus præponūtur, ut *ναυφύλακες*. Si qois igitur ex his receperit, puto in exercitoré dandam actionem: qoia is qoi eos huiusmodi officio præponit, committi eis permittit: qoāquā ipse nauicularius uel magister id faciat, quod Græci *χειρέμβολον* (id est, immissioné manus) appellāt. Sed etsi hoc nō extet: tamé de recepto nauicularius tenebitur. *Quarta replicatio uidetur: Nisi aliquis ex ministris cauponis uel stabularij rem receperit. quæ tamen replicatio reprobatur d. l. 1. §. caupones, his uerbis:* Caupones & stabularios æquè eos accipimus, qui cauponam uel stabulum exercent, institoresúe eorum. Cæterùm si qois opera mediastini fungitur, non continetur: ut puta atriarii & focarij & his similes. *Planè admittitur replicatio proposita, si institori cauponæ uel stabuli sit datum. quæ distinctio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Institoresúe eorum.

II. EXCEPTIO: *Nisi exercitor ratis uel lyntrarius receperit. Hæc exceptio reprobatur l. 1. §. de exercitorib. ff. nautæ, caupones, stabularij, his uerbis:* De exercitoribus ratium, item lyntratijs, nihil cauetur. Sed idem constitui oportere Labeo scribit. Et hoc iure utimur.

III. EXCEPTIO: *Nisi res non sint assignatæ exercitori nauis custodiendæ, sed tantùm in nauem missæ. Hæc exceptio reprobatur l. 1. §. fin. ff. nautæ, caupones, his uerbis:* Recipit saluum fore, utrum si in nauem res missæ ei assignatæ sunt: an etsi non sunt adsignatæ, hoc tamen ipso qood in nauem missæ suot, receptæ uidentur? Vlpianus. Et puto omniom eum recipere custodiam, quæ in nauem illatæ sunt.

IIII. EXCEPTIO: *Nisi nemo custodiæ gratia naui fuerit præpositus. Hæc exceptio reprobatur d. l. 1. §. & sunt quidam. ibi: sed etsi hoc non extet. cuius uerba uide 3. except. 1. repl. 3.*

V. EXCEPTIO: *Nisi nauta prædixerit, ut unusquisq; uectorum res suas seruet, neq; damnum se præstiturum, & uectores consenserint. Hæc exceptio approbatur l. 7. §. 1. ff. eod. tt. his uerbis:* Si nauta prædixerit, ut unusquisq; uectorum res soas seruet, oeq; damnum se præstaturum, & consenserunt uectores prædictioni: non conuenietur.

VI. EXCEPTIO, *sumpta ex re recepta, reprobatur l. 1. §. ait prætor. ff. nautæ, caupones, his uerbis:* Ait prætor, Quod cuiusq; saluum fore receperint: hoc est, quamcuoq; rem siue mercem receperint. Inde apud Iulianum relatū est, ad eas quoq; res hoc edictum pertinere, quæ mercibus accederent: uelnti uestimenta, quibus in nauibus uterentur, & cætera quę ad qootidianum usum habemus. *Concordat l. 4. in fine. ff. eod. tt. his uerbis:* Viuiaoos dixit, etiam ad eas res hoc edictum pertinere, quæ post impositas merces in nauem, collocatasq;, inferentur, etsi earum uectura non debetur: ut oestimentorum, penoris qootidiaoi: qoia hæc ipsa cæterarum rerum locationi accedunt.

VII. EXCEPTIO: *Nisi res non dantis, sed aliena sit recepta. Hæc exceptio reprobatur certa conditione d. l. 1. §. item Pomponius, his uerbis:* Pomponius libro XXXV. scribit, parui referre res nostras, an alienas intulerimus, si tamen nostra intersit saluas esse. Etenim nobis magis quàm qoorum suot, debeot solui. Et ideo si pignori merces accepero: mihi magis quàm debitori nauta tenebitur, si à me eas susceperit.

VIII. EXCEPTIO: *Nisi extra suum negocium caupo uel stabularius rem receperit. Hæc exceptio approbatur l. 3. §. eodem modo. ff. nautæ, caupones, his uerbis:* Eodem modo tenen-

tur & caupones & stabularij, quòd exercentes negocium suum recipiunt. Cæterùm si extra negocium receperint, non tenebuntur.

IX. EXCEPTIO: *Nisi actor gratis nauigauerit, uel in cauponam gratis diuerterit. Hæc exceptio reprobatur l. 6. in prin. ff. d. tt. his uerbis:* Licet gratis nauigaueris, uel in cauponam gratis diuerteris: non tamen actiones tibi in factum denegabuntur, si damnum iniuria passus es.

X. EXCEPTIO: *Nisi nauta nautæ, uel caupo cauponis, uel stabularius stabularij res receperit. Hæc exceptio reprobatur l. 4. §. 1. ff. nautæ, caupones, his uerbis:* Si nauta nautæ, stabularius stabularij, caupo cauponis res receperit: æquè tenebitur.

XI. EXCEPTIO: *Nisi nautæ inter se damnum dederint, uel furtum fecerint. Hæc exceptio approbatur l. 7. §. sed siquidem. ff. d. tt. his uerbis:* Siquidem nautæ inter se damnum dederint, hoc ad exercitorem non pertinet. *Concordat l. 6. §. si seruo meo ibi: sed si damnum. ff. eod. tt. cuius uerba uide ȷ. except. 12. repl. 3. dupl. 2. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi idem nauta sit & mercator, cui damnum datum est. quæ replicatio approbatur d. §. sed siquidem, his uerbis:* Sed si quis sit nauta, & mercator: debebit illi dari. *Altera replicatio est: Nisi mesonauta damnum à nauta passus sit. Hæc replicatio approbatur ibidem his uerbis:* Et quid si quis sit ex ijs quos uulgò μεσοναύτας, Græci ναυτεπιβάτας dicunt? & huic tenetur, & huius factum præstat: cum sit & nauta.

XII. EXCEPTIO: *Nisi aliquis non è familia nautæ, cauponis, stabularij, sed è uectoribus, uel uiatoribus, uel alius quispiam rem abstulit, uel damnum dedit. Hæc exceptio approbatur l. unica. §. penult. & ult. ff. furti aduersus nautas, his uerbis:* Caupo præstat factum eorum qui in ea caupona eius cauponæ exercendæ causa ibi sunt, item eorum qui habitandi causa ibi sunt. Viatorum autem factum non præstat. Nanque uiatorem sibi eligere caupo uel stabularius non uidetur, nec repellere potest iter agentes: inhabitatores uerò perpetuos ipse quodammodo elegit, qui non reiecit: quorum factum oportet eum præstare. In naui quoq; uectorum factum non præstatur. *Concordat l. 6. §. in factum, in fine. ff. nautæ, caupones. cuius uerba uide paulo inferius replicat. 1. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi nautæ, cauponi, stabulario res specialiter sit adsignata & data custodienda. hoc enim casu & aliorum factum præstare tenetur. quæ replicatio approbari uidetur l. 1. §. fin. cum duabus legibus sequentibus. ff. nautæ, caupones, stabularij, his uerbis:* Vlpianus. Puto factum non solùm nautarum eum præstare debere, sed & uectorum: sicut & caupo uiatorum. Et ita de facto uectorum etiam Pomponius libro XXXV. scribit. *Altera replicatio est: Nisi aliquis ex ijs qui in caupona habitant, furtum fecerit, uel damnum dederit. Hæc replicatio approbatur l. 6. §. in factum. ff. nautæ, caupones, his uerbis:* In factum actione caupo tenetur pro his qui habitandi causa in caupona sunt. Hoc autem non pertinet ad eum qui hospitio repentino recipitur: ueluti uiator. *Concordat l. unica. §. caupo. ff furti aduersus nautas. cuius uerba uide ȷ. ead. exception in prin. Tertia replicatio est: Nisi aliquis ex ijs quos nauta nauis uel caupo cauponæ exercendæ causa ibi habet, furtum fecit uel damnum dedit. Hæc replicatio approbatur d. §. caupo. Cui concordat d. l. unica, in prin. his uerbis:* In eos qui naues, cauponas, stabula exercent, si quid à quoquo eorum quos quasúe ibi habebunt, furtum factum esse dicetur, iudicium datur: siue furtum ope & consilio exercitoris factum sit, siue eorum cuius qui in ea naue nauigandi causa esset. Nauigandi autem causa accipere debemus eos qui adhibentur ut nauis nauiget, hoc est, nautas. *Concordat Inst. de obligat. quæ quasi ex del. nasc. §. item exercitor. cuius uerba uide ȷ. quæstion. 3. reg. 2. Item concordat l. 7. in princip. ff. nautæ, caupones, his uerbis:* Debet exercitor omnium nautarum suorum, siue liberi sint siue serui, factum præstare. Nec immeritò factum eorum præstat: cum ipse eos suo periculo adhibuerit. *Huius replicationis duplicatio prima hæc esse uidetur: Nisi nautæ delinquentes liberi, non serui sint. Sed hæc duplicatio reprobatur uerbis iam propositis hisce:* Siue liberi sint, siue serui. *Altera duplicatio uidetur: Nisi seruus actoris, exercitori nauis uel cauponi locatus aut commodatus, actori furtum fecerit, aut damnum dederit. Hæc duplicatio reprobatur l. 6. §. si seruus ff. nautæ, caupones, his uerbis:* Si seruo meo in naui uel in caupona utaris, & damnum mihi det, uel furtum faciat: quanquam furti actio, & damni iniuriæ mecum sit noxalis: hæc tamen actio quæ in factum est, etiam serui mei nomine aduersus te competit. Idem dicetur, etsi communis seruus sit. Tu tamen, quod mihi præstiteris, eius nomine uel communi diuidundo, uel pro socio actione: aut si partem eius, uel totum conduxisti, etiam ex conducto habeabis me obligatum. Sed si damnum in eo datum sit ab alio qui in eadem naui uel caupona est: cum id factum prætor æstimare soleat, non putat Pomponius eiusdem nomine hanc actionem utilem futuram. *Quarta replicatio est: Nisi seruus alicuius ex nautis fecerit. Hæc replicatio approbatur l. 7. §. si seruus. ff. nautæ, caupones, his uerbis:* Si ser-

uus

nus nautæ damnum dederit: licet seruus nauta non sit, æquissimum erit in exercitorem actionem utilem dare. *Quinta replicatio est: Nisi mesonauta fecerit. quæ replicatio approbatur d. l. 7. §. sed siquidem, in fine. cuius uerba uide s. except. prox.*

XIII. EXCEPTIO: *Nisi sine dolo & sine culpa ipsius exercitoris, cauponis uel stabularij furtum factum sit, uel damnum datum. Hæc exceptio reprobatur l. 3. §. ex hoc edicto. ibi: at hoc edicto. ff. nautæ, caupones. cuius uerba uide s. quæstion. 2.*

XIIII. EXCEPTIO: *Nisi fato damnum datum sit, & ut maiore. Hæc exceptio approbatur d. uers. At hoc edicto. Concordat d. l. 3. §. inde Labeo, his uerbis:* Labeo scribit, si quid naufragio, aut per uim piratarum perijt, aut damnum datum est: non esse iniquum exceptionem ei dari. Idem erit dicendum, etsi in stabulo aut in caupona uis maior contigerit.

XV. EXCEPTIO: *Nisi non in naui, sed extrà damnum datum sit, uel furtum factum. Hæc exceptio approbatur l. 7. in prin. ibi: sed non aliâs. ff. nautæ, caupones, his uerbis:* Non aliàs præstat, quàm si in ipsa naue damnum datum sit. Cæterùm si extra nauem, licet à nautis: non præstabit. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi res extra nauem receptæ sint. Hæc replicatio approbatur l. 3. §. 1. ff. nautæ, caupones, his uerbis:* Pomponius ait, etiamsi nondum sint res in nauem receptæ, sed in littore perierint, quas semel recepit: periculum ad eum pertinere. Ait enim prætor: Nisi restituant, in eos iudicium dabo.

XVI. EXCEPTIO: *Nisi alia eo nomine sit actio. Hæc exceptio reprobatur d. l. 3. §. ex hoc edicto. cuius uerba uide s. quæstion. 2. Concordat l. unica. §. & in duplum. in fine. ff. furti aduersus nautas. cuius uerba uide j. quæstion. 7. regula 1.*

XVII. EXCEPTIO: *Nisi eo nomine actum sit. Hæc exceptio approbatur l. 3. §. fin. ff. nautæ, caupones, his uerbis:* Videndum an eiusdem rei nomine & de recepto honoraria actione, & furti agendum sit? Et Pomponius dubitat. Sed magis est, ut uel officio iudicis, uel doli exceptione alterutra contentus esse debeat. *Concordat l. 6. §. possumus. ff. eod. tit. his uerbis:* Possumus furti uel damni iniuriæ actione uti etiam cum nautis, ut certi hominis factum arguamus: sed una contenti esse debemus. Etsi cum exercitore egerimus, præstare ei debemus actiones nostras: quamuis ex conducto actio aduersus eos competat exercitori. Sed si absolutus sit exercitor hac actione, deinde agatur cum nauta: exceptio dabitur, ne sæpius de eiusdem hominis admisso queratur. Et contrà, si de admisso unius hominis actum sit, deinde in factum actione agatur: exceptio dabitur. *Huius exceptionis replicatio uidetur esse: Nisi cum alio actum sit, uel alia actione. Sed hæc replicatio uerbis iam propositis reprobatur.*

XVIII. EXCEPTIO: *Nisi is qui damnum dedit, uel furtum fecit, mortuus sit, annumq; excesserit ab eius morte. Hæc exceptio reprobatur l. 7. §. hæc autem. ff. d. tit. his uerbis:* Hac actione suo nomine exercitor tenetur, culpæ scilicet suæ imputaturus, qui tales adhibuerit: & ideo etsi decesserint, non releuabitur.

## V. QVIBVS DATVR Actio proposita?

*De domino rei & eo qui rem receptori dedit, proponitur regula l. 1. §. item Pomponius. ibi: etenim nobis magis. ff. nautæ, caupones. cuius uerba uide s. quæst. prox. except. 7.*

## VI. ADVERSVS QVOS datur actio proposita?

I. Regula, *De hæredibus, proponitur l. 3. §. hæc autem. ff. d. tit. his uerbis:* Hæc actio rei persecutionem continet, ut Pomponius ait. Et ideo in hæredem, & perpetuò datur. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi res nautæ, cauponi uel stabulario specialiter non sit adsignata uel tradita custodienda. tunc enim tanquam ex maleficio, non ex contractu actio aduersus hæredem non datur. quæ exceptio approbari uidetur l. 7. §. hæc iudicia. ff. eod. tit. his uerbis:* Hæc iudicia quamuis honoraria sint, tamen perpetua sunt: in hæredem autem non dabuntur. *Concordat inst. de obligat. quæ quasi ex delicto. §. fin. cuius uerba uide alibi.*

II. Regula: *Solus exercitor nauis, cauponæ uel stabuli tenetur hac actione, non etiam alij. quæ regula approbatur l. 1. §. qui sint igitur. ff. nautæ, caupones. cuius uerba uide s. quæst. 4. except. 1. Concordat d. l. 1. §. caupones. cuius uerba uide d. except. 1. repl. 4.*

III. Regula, *De patre & domino exercitoris. Hi quoq; hac actione tenentur. quæ regula approbatur l. 3. §. si filiusfamiliâs. ff. nautæ, caupones, his uerbis:* Si filiusfamiliâs aut seruus receperit, & uoluntas patris dominiue interuenerit: in solidum erit conueniendus. Si uerò sine uoluntate exerceant: de peculio dabitur. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi ultra id quod in peculio filij uel serui est, pater dominusue conuentatur. quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Si uerò sine uoluntate exerceant, de peculio dabitur.

bitur. *Cuius replicatio hæc est: Nisi uoluntate domini uel patris seruus aut filius nauem exercuerit. quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Et uoluntas patris dominiue interuenerit, in solidum erit conueniendus. *Concordat l. 7. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis:* Cùm uoluntate domini uel patris seruus uel filius exercet nauem, uel cauponam, uel stabulum: puto etiam hanc actionem in solidum eos pati debere: quasi omnia quæ ab illis contingunt, in solidum receperint. *Ait Iurisconsultus:* Etiam hanc actionem. *Scilicet quæ ex quasi maleficio oritur, quando res specialiter adsignatæ non sunt: non solùm eam quæ ex contractu est, quando scilicet res sunt specialiter adsignatæ exercitori. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi cum res non specialiter seruo exercitori esset adsignata, seruus mortuus sit. tunc enim nec de peculio actio contra dominum datur. quæ exceptio approbatur d. l. 7. §. proinde cùm seruus, his uerbis:* Cùm seruus nauem exercuit, & mortuus est: de peculio non dabitur actio in dominum, nec intra annum. *Huius exceptionis replicatio eadem est, quæ exceptionis præcedentis.*

## VII. QVID VENIAT IN hac actione?

I. *Regula: In duplum est hæc actio. quæ regula approbatur d. l. 7. §. hæc actio, his uerbis:* Hæc actio in factum, in duplum est. *Concordat l. unica. §. & in duplum. ff. furti aduersus nautas, his uerbis:* In duplum actio est. Cùm enim in caupona uel naui res perierit: ex edicto prætoris obligatur exercitor nauis, uel caupo: ita ut in potestate sit eius cuius res subrepta sit, utrum malit cum exercitore honorario iure, an cum fure iure ciuili experiri.

II. *Regula: Rei persecutionem continet, ideóq; pœna simpli est. quæ regula approbatur l. 5. §. hæc autem. ff. nautæ, caupones. cuius uerba uide s. quæst. prox. reg. 1.*

III. *Regula: Pater dominusúe exercitoris de peculio tenentur. quæ regula approbatur, simul & distinguitur s. quæst. prox. reg. 3.*

IIII. *Regula: Si plures sint exercitores, singuli pro parte tenentur. quæ regula approbatur l. 7. §. si plures. ff. nautæ, caupones, his uerbis:* Si plures nauem exerceant, unusquisque pro parte qua nauem exercet, conuenitur.

V. *Regula: Si seruus exercitoris furtum fecerit, uel damnum dederit: non noxalis est actio, sed in solidum. quæ regula approbatur l. 3. §. item si seruus. ff. nautæ, caupones, his uerbis:* Si seruus exercitoris subripuit, uel damnum dedit: noxalis actio cessabit, quia ob receptum dominus suo nomine conuenitur. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi res exercitori specialiter non sit adsignata uel tradita custodienda. tunc enim, quia ex quasi maleficio agitur, noxæ dedendo seruum liberatur. quæ exceptio approbatur l. 7. §. seruorum autem. ff. eod. tt. his uerbis:* Seruorum suorum nomine noxali duntaxat tenetur: nam cum alienos adhibet, explorare eum oportet, cuius fidei, cuius innocentiæ sint: in suis uenia dignus est, si quales quales ad instruendam nauem adhibuerit. *Concordat l. unica. §. serui uerò sui. ff. furti aduersus nautas, his uerbis:* Serui sui nomine exercitor noxæ dedendo se liberat. Cur ergo exercitor non condemnatur, qui seruum tam malum in naue admisit? & cur liberi quidem hominis nomine tenetur in solidum, serui uerò non tenetur? nisi fortè idcirco, quòd liberum quoque hominem adhibens statuere debebat de eo, qualis esset: in seruo uerò suo ignoscendum sit ei, quasi in domestico malo, si noxæ dedere paratus sit. Si autem alienum adhibuit seruum, quasi in libero tenebitur.

## VIII. QVAMDIV COMpetit actio proposita?

*Perpetua est actio. quæ regula approbatur l. 5. §. hæc autem. ff. nautæ, caupones. cuius uerba uide s. quæstion. 6. regul. 1. Concordat l. 7. §. hæc iudicia. ff. eod. tt. cuius uerba uide d. reg. 1.*

## IX. EVENTVS HVIVS actionis.

I. *Regula: Actor reo tenetur suas cedere actiones. quæ regula approbatur l. 6. §. possumus. ibi: & si cum. ff. nautæ, caupones. cuius uerba uide s. quæst. 4. except. 17.*

II. *Regula: Si exercitori specialiter res sit adsignata custodienda: ea ablata exercitori, non domino rei furti actio competit. quæ regula approbatur, simul & distinguitur l. 4. in princip. ff. nautæ, caupones, his uerbis:* Ipsi nautæ furti actio competit, cuius sit periculo: nisi ipse subripuit, & postea ab eo subripiatur, aut alio subripiente ipse nauta soluendo non sit. *Concordat l. unica §. quod si recipit. ff. furti aduersus nautas, his uerbis:* Quod si recipit saluum fore caupo uel nauta: furti actionem non dominus rei subreptæ, sed ipse habet: quia recipiendo periculum custodiæ subijt. *Plura de hac re uide j. lib. 46. cap. 4. reg. 5.*

III. *Regula: Exercitor qui serui communis factum præstitit, eius quod præstitit repetitionem*

*tionem habet uel communi diuidundo, uel pro socio actione, uel ex conducto. quæ regula approbatur l. 6. §. si seruo. ibi: idem dicetur. ff. nautæ, caupones. cuius uerba uide s̄. quæst. 4. except. 12. replicat. 3. duplicat. 2.*

## X. ADFINIA REMEdia.

I. *Regula, De furti & damni iniuriæ actione aduersus eum qui subripuit uel damnum dedit. Hac etiam actor uti potest. quæ regula approbatur l. 6. §. possumus. ff nautæ, caupones. cuius uerba uide s̄. quæst. 4. except. 17. Concordat l. unica. §. & in duplum. ff. furti aduersus nautas. cuius uerba uide s̄. quæstion. 7. regula 1. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi in factum actione sit actum. quæ exceptio approbatur d. §. possumus. Concordat l. 3. §. fin. ff. nautæ, caupones. cuius uerba uide d. except. 17. Altera exceptio est: Nisi exercitori res specialiter sit data custodienda. tunc enim non domino rei subreptæ, sed exercitori furti actio competit. quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s̄. quæst. prox. reg. 2.*

II. *Regula, De locati, conducti & depositi actione, proponitur l. 3. §. ex hoc edicto. ff. nautæ, caupones. cuius uerba uide s̄. quæstion. 2. Hæc de actione in factum aduersus nautas, caupones, stabularios: in qua graues aliquot antinomiæ occurrunt, quas reconciliare sum conatus hoc modo: quòd alia quidem lex loquatur, quando res specialiter exercitori adsignata uel tradita est custodienda: alia uerò quando id factum non est, sed simpliciter res in nauem, cauponam uel stabulum allata: quemadmodum ex prædictis patet. quæ solutio probabilis est, nec uideo qua alia ratione commodius istæ antinomiæ reconciliari possunt. Priore quidem casu actio proposita ex contractu esse dicenda est, posteriore uerò inter actiones ex quasi maleficio descendentes numeratur. de quo s̄. quæstion. 3. dictum est. Quamuis autem ex duplici causa descendat: tamen non duas, sed unam actionem ponere malui: quia eadem utriusq; natura est, paucis exceptis quæ per dictam distinctionem notaui. Nunc igitur ad propositum redeamus.*

LIBRI TRICESIMINONI FINIS.

## *DE CONTRARIA DEPOSIti actione. Cap. X.*

I. *An ex deposito detur contraria actio, definitur l. 5. in prin. ff. depositi, his uerbis:* Ei apud quem depositum esse dicetur, contrarium iudicium depositi datur.

## II. CAVSAE EX QVIBVS datur hæc actio?

I. *Causa: Si depositarius in rem depositam sumptus fecit. Hæc causa approbatur exemplo l. 23. ff. d. tit. his uerbis:* Actione depositi conuentus seruo constituto, cibariorũ nomine apud eundem iudicem utiliter experietur. *Concordat l. 12. in prin ff. eod. tit. cuius uerba in Commēt. liberationum proponentur.*

II. *Causa: Si seruus depositus depositario furtum fecit. Hæc causa approbatur l. 31. in fine. ff. de pignoraticia actione. cuius uerba uide J. lib prox. cap. 10. quæst. 2. causa 11. Concordat l. 63. §. quod uerò ad. ibi: idq; euidentius. ff. de furtis. cuius uerba uide J. lib. 43. cap. 14. quæst. 1. causa 2. Eius causæ exceptio hæc est: Nisi culpa depositarij interueniente, seruus ei furtum fecerit: puta quia nimium ei crediderit. Hæc exceptio approbatur d. §. quod uerò ad. ibi: hæc ita putat uera esse.*

## III. QVID VENIAT IN hac actione?

*In litem non iuratur. quæ regula approbatur l. 5. in prin. ff. depositi, his uerbis:* In hoc iudicio meritò in litem non iuratur. non enim de fide rupta agitur, sed de indemnitate eius qui depositum suscepit. *Hæc de deposito, eiusq; actione tam directa quàm contraria sunt dicta. De sequestratione, quæ & ipsa depositi species est, dictum s̄. lib. 5. cap. ult. Nunc de quarta specie seu causa, qua re contrahitur obligatio, eiusq; actionibus dicendum. De pignore scilicet, cui hypotheca est adfinis: ideoq; ab eo non separanda.*

# DIGESTORVM LIBER QVADRAGESIMVS:

## *DE PIGNORIBVS ET HYPOTHECIS, cum suis actionibus.*

### *DE PIGNORIBVS ET HYpothecis. Cap. I.*

PRIMO, *etymologia pignoris proponitur l.238.§.pignus.ff. de uerb. signif. his uerbis:* Pignus appellatum est à pugno: quia res quæ pignori dantur, manu traduntur. Vnde etiam uideri potest uerum esse, quod quidam putant, pignus propriè rei mobilis constitui.

### II. DIFFERENTIA PIGNORIS & hypothecæ.

*Pignus constituitur traditione, hypotheca uerò nuda conuentione. quæ regula approbatur Inst. de actionibus.§.inter pignus, his uerbis:* Inter pignus & hypothecam (quantum ad actionem hypothecariam attinet) nihil interest. Nam de qua re inter creditorem & debitorem conuenerit, ut sit pro debito obligata: utraque hac appellatione continetur. Sed in alijs differentia est. Nam pignoris appellatione eam propriè rem contineri dicimus, quæ simul etiam traditur creditori, maximè si mobilis sit. At eam quæ sine traditione, nuda conuentione tenetur: propriè hypothecæ appellatione contineri dicimus. *Ait Imperator:* Nihil interest. *Huic concordat l.5.§. fin.ff. de pignoribus & hypoth. his uerbis:* Inter pignus & hypothecam tantùm nominis sonus differt. *Ait insuper Imperator:* Quæ simul etiam traditur creditori. *Huic concordat l.9.§. propriè. ff. de pignorat. actione, his uerbis:* Propriè pignus dicimus, quod ad creditorem transit: hypothecam, cum non transit nec possessio ad creditorem. *Ait denique Imperator:* Maximè si mobilis sit. *Huic concordat l.238.§.pignus.ibi: unde etiam. ff. de uerborum significat. cuius uerba uide 1. quæstion. proxim.*

III. *Diuisio pignoris in conuentionale & prætorium, proponitur l.2.in prin.C.de prætorio pignore. cuius uerba uide J. cap.8. quæstion.1. exception.7.*

### IIII. CAVSAE SEV MODI quibus pignus uel hypotheca constituitur.

*Pignus uarijs modis constituitur. Primùm quidem ipso iure, quam tacitam pignoris obligationem uocant: cuius species hæ sunt. Prima species est in inuectis & illatis. quæ species proponitur & approbatur l.4. in princip. ff. de pactis, hisce uerbis:* Quia conuentiones tacitæ ualent: placet in urbanis habitationibus locandis inuecta, illata pignori esse locatori, etiamsi nihil nominatim conuenerit. *Concordat l.ult. C. in quibus causis pignus tacitè contrah. his uerbis:* Sancimus de inuectis à conductore rebus & illatis, quæ domino pro pensionibus tacitè obligantur, non solùm in utraque Roma & territorio earum hoc ius locum habere, sed etiam in nostris prouincijs. Tali enim iusta præsumptione etiam omnes nostros prouinciales perpotiri desideramus. *Huius speciei seu causæ exceptio prima hæc est: Nisi non in urbana, sed rustica prædia conducta inuecta sint & illata. Hæc exceptio approbatur l.4.ff.ex quib.causis pig tacitè contrab. his uerbis:* Eo iure utimur, ut quæ in prædia urbana inducta, illata sunt, pignori esse credantur, quasi id tacitè conuenerit. In rusticis prædijs contrà obseruatur. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi in stabulum conductum inuecta sint & illata. quæ replicatio approbatur d. l.4.§. stabula, his uerbis:* Stabula quæ non sunt in continentibus ædificijs, quorum ea prædiorum numero habenda sint, dubitari potest? Et quidem urbanorum sine dubio non sunt, cum à cæteris ædificijs separata sint. Quod ad causam tamen taciti pignoris pertinet, non multum ab urbanis prædijs differunt. *Altera replicatio est: Nisi sciente & uolente domino in rustica prædia sint inuecta & illata. quæ replicatio approbatur l.5. C. de locato & conducto, his uerbis:* Certi iuris est, ea quæ uoluntate dominorum coloni in fundum conductum induxerint: pignoris iure dominis prædiorum teneri. Quando autem domus locatur, non est necessaria in rebus inductis uel illatis scientia domini. Nam ea quoque pignoris iure tenentur. *Altera exceptio est: Nisi*

pensio

*pensio si soluta. Hæc exceptio approbatur per ca quæ proponentur* ꝯ*.cap.4.causa 1. Eius autem replicatia prima hæc est: Nisi ex alijs causis locati actio supersit, puta quia deteriorem habitationem fecerit. Hæc replicatio approbatur l.2 ff. ex quibus caus. pig. tacitè contrah. his uerbis:* Pomponius libro XIII. Variarum lectionum scribit, Non solùm pro pensionibus, sed et si deteriocem habitationem fecetit culpa sua inquilinus, quo nomine ex locato cũ eo erit actio: inuecta & illata pignori erunt obligata. *Tertia exceptio: Nisi horreum, diuersorium uel area sit conducta. Hæc exceptio reprobatur l.3. ff. d. tt. his uerbis:* Si horreum fuerit conductum, uel diuersorium, uel area: tacitam conuentionem de inuectis & illatis etiam in his locum habere putat Neratius. Quod uerius est. *Quarta exceptio est: Nisi is cui conductor dominus habitationem concessit, induxerit uel intulerit. Hæc exceptio approbatur l.5. in princip. ff. d. tt. his uerbis:* Pomponius libro XIII. Variarum lectionum scribit, si gratuitam habitationem conductor mihi præstiterit: inuecta à me domino insulæ pignori non esse. Item illud (inquit) uidendum est, an uoluntate domini induci pignus ita posset, ut in partem debiti sit obligatum. *Concordat l.24. §. si colonus. ff. locati & conducti. cuius uerba uide* ꝯ*. specie proxim. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi in eam summam, in quam habitationem conduxit is qui intulit. Hæc replicatio approbatur l.11. §. solutam. ibi: planè in eam. ff. de pignorat. actione. cuius uerba uide* ꝯ*. cap. 4. causa 1. exception. 2. replicat. 5. Quinta exceptio est: Nisi ad tempus, non ut ibi semper sint, illata fuerint. Hæc exceptio approbatur l. 7. §. fin. ff. ex quibus causis pig. tacitè contrah. his uerbis:* Videndum est, ne non omnia illata uel inducta, sed ea sola quæ ut ibi sint, illata fuerunt, pignori sint? quod magis est.

I I. *Species seu causa taciti pignoris: Fructus prædij tacitè domino sunt obligati. Quæ species approbatur l.7. in princip. ff. ex quibus causis pignus tacitè contrah. his uerbis:* In prædijs rusticis fructus qui ibi nascuntur, tacitè intelliguntur pignori esse domino fundi locati, etiamsi nominatim id non conuenerit. *Concordat l.24. §. si colonus. ff. locati & conducti, his uerbis:* Si colonus locauerit fundum, res posterioris conductoris domino non obligantur, sed fructus in causa pignoris manent, quemadmodum etsi primus colonus eos percepisset. *Concordat item l. 53. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide* ꝯ*. libro 43. cap. 2. question. 3. regul. 1. exceptione quarta.*

I I I. *Species: Venditori res uendita pro pretio tacitè pignori est obligata. Quæ species approbatur l.22. ff. de hered. uel act. uendita, his uerbis:* Hæreditatis uenditæ precium pro parte accepi, reliquum emptore non soluente, quæsitum est, an corpora hæreditaria pignoris nomine teneantur? Scæuola respondit, nihil proponi cur non teneantur. *Concordat l.31. §. idem Marcellus. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Venditor pignoris loco quod uẽdidit retinet, quoad emptor satisfaciat.

I I I I. *Species: Res commodata commodatario ob impensas pignoris iure est obligata. Quæ species proponitur l.15. in fine. ff. de furtis. cuius uerba uide* ꝯ*. lib. 46. cap. 3. quæst. 2. except. 18. repl. 5.*

V. *Species: Qui ad refectionem ædificiorum credidit, tacitè ipsa ædificia pignori habet obligata. Quæ species approbatur l.1. ff. ex quib. causis pignus tacitè contrah. cuius uerba cum concordantib. uide* s̄*. lib. 8. cap. 9. reg. 10.*

V I. *Species: Facto pacto quod liceat uendere, intelligitur res pignori obligata. Quæ species approbatur l.3. §. fin. ff. qui potiores in pignore. cuius uerba uide* ꝯ*. cap. 9. reg. 1. except. 10.*

V I I. *Species: Si mater tutrix nuptias iterauerit, bona secundi mariti pupillo pignori sunt obligata. Quæ species approbatur l. 6. C. in quibus causis pignus tacitè contrah. his uerbis:* Si mater legitimè liberorum tutela suscepta, ad secũdas contra sacramentũ præstitum adspirauerit nuptias, antequam eis tutorem alium fecerit ordinari, eisq; quod debetur ex ratione tutelę gestę persoluerit: mariti quoque eius præteritæ tutelæ ratiocinijs bona iure pignoris tenebuntur obnoxia.

V I I I. *Species: Bona debitoris fisci tacitè fisco sunt obligata pignori. Quæ species approbatur l.2. C. d. tt. his uerbis:* Certum est, qui cum fisco contrahit, bona ueluti pignoris titulo obligari: quamuis specialiter id non exprimatur.

I X. *Species: Pro censibus & tributis publicis bona tacitè pignori sunt obligata. Quæ species approbatur l.1. C. d. tt. his uerbis:* Vniuersa bona eorum qui censentur, uice pignorũ tributis obligata sunt. *Concordat l. 1. in fine. C. si propter publicas pensitationes. cuius uerba uide* s̄*. lib. 11. cap. 5. quæst. 6. reg. 1. except. 3.*

X. *Species: Si cum argentarijs contractum sit, contrahentis bona tacitè illis pignori sunt obligata. Quæ species reprobatur Nouell. c.136. §. insuper. ibi: & ut exinde. item ibi: neq; enim temerè. cuius uerba uide* ꝯ*. lib. 48. cap. 3. quæstione 1. exceptione 5.*

X I. *Species est in bonis mariti, quæ uxori pro dote ipso iure pignori sunt obligata. Quæ species approbatur, simul & distinguitur* s̄ *libro 15. capite 5. quæstione 5. regula 2. item libro 8. capite 9. regula 4.*

X I I. *Species est in bonis tutoris, quæ pupillo*

*pro tutelæ rationibus tacitè pignori sunt obligata.* *Quæ species approbatur, simul & distinguitur* *5. lib. 17. cap. 1. quæstion. 8. reg. 7. item d. cap. 9. reg. 5.* *Hæ sunt species in quibus tacitè seu ipso iure pignus constituitur, & causa proposita prima admittitur, quæ alioquin regulariter quidem reprobatur l. 5. C. in quibus causis pig. tacitè contrah. his uerbis:* Si non inducta & illata in fuodum, quem pignoris reneri causa placuerat, mancipia fuisseor, nec hæc specialiter obligata monstrentur: rector prouinciæ ea restitui iubebit. Nec enim prætextu debiri pensionom, restitutionem eorum morari potest: cum si qoid sibi deberi domioa fundi ex peosionibus, uel qoacunque ratiooe probari possit, huius solutionem solenniter fieri conueoiat. *Hæc de prima causa.*

II. *Causa: Constituitur etiam pignus sola æquitatis ratione per exceptionem seu retentionem. Sic maritus ob impensas rem dotalem retinet. De qua specie dictum 5. lib. 15. cap. 4. Sed & aliud proposita causæ exemplum proponitur l. 26. §. si centum, in fine. ff. de condictione indebiti. cuius uerba uide 5. lib. 49. cap. 6. quæstion. 5. reg. 2. except. 2. Aliud exemplum proponitur l. 1. C. si aliena res pignori, his uerbis:* Procurator citra domini noluntatem domum pigoori frustra dedit: si tamen pecuniam creditoris in rem domini oersam constabit, non inutilis erit exceptio, duntaxat qood numeratum est exolui desideranti. *Aliud exemplum proponitur l. 1. in princip. ff. quib. mod. pignus soluatur. cuius uerba uide 5. cap. 8. quæst. 4. reg. 1. except. 5. replicat. 1. Item aliud exemplum uide d. reg. 1. exception. 6. Item aliud l. 1. in princip. ff. de pignorib. & hypothec. cuius uerba uide 5. cap. 3. exception. 40. replication. 8. duplication. 1. item aliud l. unica. C. etiam ob chirograph. cuius uerba uide 5. capite 4. causa 1. exception. 4. replicat. 5. duplicat. 4. Huius causæ exceptio hæc est: Nisi propria authoritate quis rem occupauerit. tunc enim eam repetenti exceptionem propositam frustra opponit. Quæ exceptio approbatur exemplo l. 5. C. in quibus causis pignus tacitè contrahatur. cuius uerba uide suprà causa proxima in fine.*

III. *Causa: Si magistratus alicui ius pignoris tribuat. Hæc causa approbatur l. 26. ff. de pigneraticia actione, his uerbis:* Non est mirum, si ex quacunqoe causa magistratus in possessionem aliqoem miserit, pignus constitoi: cùm testamento quoqoe pignus constitui posse, Imperator noster cum patre sæpissimè rescripserit. *Concordat l. 1. C. si in causa iudicati, his uerbis:* Res ob causam iudicati eius iusso cui ius iubendi fuit, pignoris iure teneri ac distrahi posse, sæpe rescriptum est. Nam in uicem iustæ obligationis succedit ex causa contractus authoritas iubentis. *Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi nondum in possessionem rei missus sit creditor. Hæc exceptio approbatur d. l. 26. in fine, his uerbis:* Sciendum, ubi iussu magistratus pignus constituitur, non aliâs cooftitui, nisi oentum fuerit in possessionem. *Altera exceptio est: Nisi possessio pignoris rursus amissa fit. Hæc exceptio approbatur quidem iure antiquo, reprobatur uerò iure nouo, l. 2. C. de prætorio pignore. cuius uerba uide 5. cap. 8. quæst. 5. except. 7. Tertia exceptio uidetur: Nisi in nominibus ius pignoris magistratus alicui tribuat. Hæc exceptio reprobatur l. 1. C. d. tit. his uerbis:* Si prætorium pignus quicunque iudices dandum alicui prospexerint, non solùm super rebus mobilibus & immobilibus, & se moueoribus, sed etiam super actionibus quæ debitori competunt, præcipimus hoc eis licere decernere. *Quarta exceptio est: Nisi res alterius pro alieno debito pignori capiatur. Hæc exceptio approbatur exemplo l. 1. C. quando fiscus uel priuatus, his uerbis:* Propter æs alienum pupilli, res tutoris qoi nihil ex bonis eius tenet, pignori capi non oportet. *Concordat Nouell. c. 52. in prin. his uerbis:* Illiberales illas pro alijs oppignorationes, & odiosas pro his exactiones cùm multæ aliæ leges detestantur, tum uerò in primis qoæ à nobis sunt propositæ. Sed haud scimns quomodo res tam mulris coercita legibus insuper præsumatur, & usu frequeotetur, & maiorem de se efficaciam præbeat, quàm ipsa nis legum & necessiras. Propterea saocimus, ne qua per nostram omoino rempublicam, siue in cõuentibus & mercatibus publicis (id quod maximè hic attentari deprehendimus) siue in agris, siue in orbibus, siue in pagis, siue inter ciues, siue rusticos, siue qoofcunq; tandem, pro alio facta oppignoratio quocunque modo aut rempore ualeat: sed ut qui sub huiosmodi oppignoratione pro alio forma aurum aliudúe quippiam ab alio ui extorquere præsumpsit, ui oppresso in qnadruplum id restituat: excidat præterea etiã actiooe, quam contra illum alterum habet, cuius noomine tam uiolentam ab alio exactionem fecit. Neqoe enim rationem habet, ut cum alius debitor sit, alius pro hoc exigatur: aut cum quispiam aggressura damnum aut iniuriam intulerit, alter pro alio obturbetur: & qnia ex eodẽ pago, unde ille oriondus est, torqueatur afficiaturq; contumelia, & graue aliquid nollo meriro suo patiatur: aut denique pro altero absque causa legitima qoalem qualem sustineat læsionem. Ad hæc à gentium præsidibus

ludibus in corpore exquisitos etiam cruciatus excipiat: scientibus ijs, quòd si hoc non egerint, sed per prouinciam cui præsident, ulli homini pro alio ingestæ oppignotationes præsumptæ fuerint: nihil tam amplum futurum sit, quod è nostris ipsos manibus eripiet. *Plura de proposita exceptione uide ↄ.cap.8.quæst.6.reg.1.exc.14. Hæc de tertia causa.*

IIII. *Causa*: *Testamẽto quoq; pignus cõstitui potest. Quæ causa approbatur l.26.ff.de pigneraticia actione.cuius uerb.uide s̄.causa prox.in prin.*

V. *Causa*: *Traditio rei pignoris nomine facta. Hæc causa approbatur l.1.in princip.ff.de pignorat. act.cuius uerba uide ↄ.causa prox.*

VI. *Causa*: *Solo etiam consensu pignus uel hypotheca constitui potest. Quæ causa approbatur d.l.1.in prin.his uerbis*: Pignus contrahitur non solùm traditione, sed etiam nuda cõuentione, etsi traditum non est. *Concordat l.4.ff.de pignorib.his uerbis*: Contrahitur hypotheca per pactum conuentum, cum quis paciscatur, ut res eius propter aliquã obligationem sint hypothecæ nomine obligatæ: nec ad rem pertinet, quibus fiat uerbis: sicuti est in his obligationibus quæ consensu contrahuntur. Et ideo & sine scriptura si cõuenit, ut hypothecæ sit, & probari poterit: res obligata erit de qua conuenit. Fiunt enim de his scripturę, ut quod actũ est, postea facilius probari possit. Et sine his auté ualet quod actum est, si habeat probationem: sicuti & nuptiæ sunt, licet testationes in scriptis habitę nõ sint. *Cõcordat item l.17.§.de pignore.ff.de pactis. cuius uerba uide s̄.lib.37.cap.5.in prin.*

## *DE EXCEPTIONIBVS ADuersus pignoris contractum.*

### *Cap. II.*

*HActenus causæ quib.pignus cõstituitur, enumeratæ sunt: quarũ exceptiones generales, præsertim quintæ & sextæ, sunt hæ quæ sequũtur.*

I. EXCEPTIO: *Nisi is qui pignori dat, ius dandi uel obligandi non habeat. Hæc exceptio approbatur, simul & exemplis declaratur l. ult. C. si aliena res pignori data sit, his uerbis*: Nexum non facit prædiorũ, nisi persona quæ iure potuit obligare. Per seruum uerò, aut procuratorem colonumúe, actorem seu conductoré, ullum præiudicium possessioni, inuito uel inscio domino, imponi nõ posse, & iure & legum authoritatibus declaratur. *Huius exceptionis species sunt aliquot exceptiones proximè sequentes.*

II. EXCEPTIO: *Nisi non dominus rem pignori obligauerit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur ↄ.except.40.*

III. EXCEPTIO: *Nisi mulier res suas pro alio pignori obligauerit. Hæc exceptio approbatur senatusconsulto Velleiano. De quo uide ↄ.lib. 45.cap.6.quæst.3.causa 10.*

IIII. EXCEPTIO: *Nisi minor uiginti quinq; annis, uel pupillus res suas pignori obligauerit. Hæc exceptio approbatur l.1.in prin.ff. quæ res pignori oblig.non possunt, his uerbis*: Pupillus sine tutoris authoritate hypothecam dare non potest. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est*: *Nisi tutoris authoritas interuenerit. Quæ elicitur ex uerbis iam propositis hisce*: Sine tutoris authoritate. *Altera replicatio uidetur*: *Nisi in ipsa emptione quam minor fecit, conuenerit ut res empta pignoris iure sit, donec precium soluatur. Hæc replicatio reprobatur l.1.§.fin. cum lege sequente.ff. de rebus eorum qui sub tutela. cuius uerba uide s̄. lib.18.cap.6.quæst.1. except.29. Plura de exceptione proposita eiusq; replicationibus uide d.cap.6.*

V. EXCEPTIO: *Nisi filiusfamiliâs uel seruus pignori obligauerit. De hac duplici exceptione uide ↄ.except.40.repl.15.*

VI. EXCEPTIO: *Nisi inter absentes pignus contractũ sit. Hæc exceptio reprobatur l.23. in fine.ff.de pignorib. & hypoth.his uerbis*: Pignoris obligatio etiam inter absentes recté ex contractu obligatur.

VII. EXCEPTIO: *Nisi cum alio quàm cũ creditore de pignore cõuenerit. Hæc exceptio approbatur l.11.§.per liberã.ff.de pignorat.act.his uerbis*: Per liberã personã pignoris obligatio nobis nõ adquiritur, adeò ut nec per procuratoré plerunq;, nec tutoré adquiratur. Et ideo ipsi actione pignoraticia cõuenientur. Sed nec mutat quod constitutum est ab Imperatore nostro, posse per liberã personam possessioné adquiri. Nam hoc eò pertinebit, ut possimus quidem pignoris nobis obligati possessionem per procuratorem uel tutorem apprehendere: ipsam autem obligationé libera persona nobis non semper adquiret. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est*: *Nisi mandante uel ratũ habente creditore, alius pignus pactus sit. Hæc replicatio approbatur l.21.in prin ff.de pignor & hypoth. his uerbis*: Si inter colonũ & procuratorem meum conuenerit de pignore, uel ratum habente me conuentioné, uel mandante: quasi inter me & colonũ meum cõuenisse uidetur. *Altera replicatio est*: *Nisi actio personalis per alium creditori sit adquisita. tunc enim hypothecaria quoq; per eundè eidẽ potuit adquiri. Quæ replicatio approbatur l.2.C. per quas pers. nob.adquir. cuius uerba uide s̄. lib.proxim.cap.2. quæst.24 reg.1.* *Tertia replicatio uidetur*: *Nisi cum quis sibi aut Titio dari stipulatus esset, Titio pignus sit datum. Hæc replicatio reprobatur l.33 ff de pignor. & hypoth.his uerbis*: Is qui pmisit sibi aut Titio solutum quidẽ Titio repetere nõ potest, sed

ſed pignus ei datum & anto ſolutionem recipit. *Quarta replicatio eſt: Niſi filiofamiliâs contrahente, pater pignus pactus ſit. Hæc replicatio ipſo quidem iure ſubſiſtit, cùm hoc caſu patri actio ſit danda: uerùm eius duplicatio hæc eſt: Niſi cùm filiofamiliâs legatum ſub conditione deberetur, pater pignus pro eo pactus ſit uel accepit, & tempore exiſtentis conditionis filius ſui iuris exiſtat. Quæ duplicatio approbatur l. 28. ff. d. tt. his uerbis:* Si legati conditionalis oomioe relicti filiofamiliâs pater ab hærede rem propriam eius pignori acceperit: & mortuo patro, uel emanciparo filio, conditio legati extiterit: iocipit filio legatum deberi, & neque pater poteſt pignus uindicare, oeque filius qui ounc habere cœpit actionem. Sed nec ex præcedente tempore poteſt quidqoam ioris habere io pignore: ſicut in fideiuſſore dicitor.

VIII. EXCEPTIO: *Niſi pupillo pignus datum ſit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 18. ff. de pignorat. actione, his uerbis:* Pupillo capienti pignus propter metum pignoraticiæ actionis neceſſaria eſt tutoris authoritas.

IX. EXCEPTIO: *Niſi ei qui emere non poteſt, res pignori ſit obligata. Hæc exceptio reprobatur l. 24. ff. de pignorib. & hypothec. his uerbis:* Io quorum finibus emere qnis prohibetur, pignos accipere non prohibetur. *Plura de hac re uide J. except. 23.*

X. EXCEPTIO: *Niſi non pignoris nomine, ſed ex alia cauſa res creditori à debitore ſit data. Hæc exceptio approbatur exemplo l. 27. ff. de pignoraticia actione, his uerbis:* Petonti mutuam pecuniam creditori, cnm præ manu debitor non haberet, ſpecies auri dedit, ut pignori apud alium creditorem pooeret: ſi iam ſolutione liberatas receptasq; eas is qui ſuſceperat, tenet: exhibere iubendus eſt. Quòd ſi etiam nunc apud creditorem creditoris ſuot, uoluotate domini nexæ uidentur. Sed ut liberatæ tradantur domino earum propria actio aduerſus ſuum creditorem competit.

XI. EXCEPTIO, *ſumpta ex ſpecie & qualitate obligationis, pro qua pignus conſtitutum eſt, reprobatur l. 5. ff. de pignor. & hypoth. his uerbis:* Res hypothecæ dari poſſe, ſciendum eſt, pro qoacuoque obligatione, ſine mutua pecunia datur, ſiue dos, ſiue emptio uel oenditio contrahitur, uel etiam locatio & conductio, oel mandatum: & ſiue pura eſt obligatio, oel in diem, uel ſub cõditione: & ſiue io præſenti contractus eſt, ſiue etiam præcedat. Sed & futuræ obligationis nomine dare poſſunt: & non ſolùm ſoluendæ omnis pecuniæ cauſa, uerùm etiam de parte eius: & uel pro ciuili obligatione, oel honoraria, uel tantùm naturali. *Concordat l. 9. §. 1. ff. de pignoratic. action. his uerbis:* Non tantùm ob pecuniam, &c.

XII. EXCEPTIO: *Niſi pro naturali obligatione pignus ſit datum. Hæc exceptio reprobatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Vel tantùm naturali. *Concordat l. 14. in fine. ff. de pignorib. & hypoth. his uerbis:* Ex qoibus caſibus naturalis obligatio conſiſtit, pigous perſeuerare conſtat. *Concordat item l. 13. in prin. ibi: & pignus. ff. de condict. indebiti. cuius uerba uide J. lib. 49. cap. 8. except. 10.*

XIII. EXCEPTIO: *Niſi pro aliena obligatione pignus ſit datum. Et hæc exceptio reprobatur l. 5. §. fin. ff. de pignor. & hyp. his uerbis:* Dare quis hypothecã poteſt, ſiue pro ſua obligatione, ſiue pro aliena.

XIIII. EXCEPTIO: *Niſi pro obligatione in diem uel ſub conditione contracta pignus datum ſit. Et hæc exceptio reprobatur d. l. 5. §. & ſiue pura. cuius uerba uide ſ. exceptione 11.*

XV. EXCEPTIO: *Niſi pro inutili obligatione pignus datum ſit. Hæc exceptio approbatur l. 2. ff. quæ res pignori obligar. non poß. his uerbis:* Si aliqois pro muliere, quæ intercesſit, dederit hypothecam, aut pro filiofamiliâs, cui cootra ſenatuſconſultum creditum eſt: an eis ſuccurratur, quæritur? Et in eo quidem, qui pro muliere obligauit rem ſuam: facilius dicitur ſuccurri ei, ſicut & fideiuſſori mulieris eadem datur exceptio. Sed in eo qui pro filiofamiliâs rem ſuam obligauit, eadem diceoda erunt, quæ tractantur & io fideiuſſore eius. *Ait Iuriſconſultus:* Quæ tractantur. *Scilicet ſ. capite tertio, quæſtione ſecunda, regula quarta. Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi naturaliter ſaltem obligatio teneat. Quæ replicatio approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſ. except. 12.*

XVI. EXCEPTIO: *Niſi pro parte tantùm obligationis pignus detur. Hæc exceptio reprobatur l. 5. ibi: & non ſolùm. ff. de pignoribus & hypoth. cuius uerba uide ſ. exceptione 11. Concordat l. 5. §. item illud. ff. ex quibus cauſis pignus tacitè contrah. cuius uerba uide ſ. ſpecie 1. except. 4.*

XVII. EXCEPTIO: *Niſi uicioſè & inutiliter pignus datum uel conſtitutum ſit. Hæc generalis exceptio, tam præcedentes quàm ſequentes exceptiones ſub ſe comprehendens, approbatur l. 25. ff. de pignoribus & hypothecis, his uerbis:* Cùm uicioſe uel inutiliter contractus pignoris intercedat: retentiooi

tioni locus non est, nec si bona creditoria ad fiscum pertineant. *Huius exceptionis replicatio haec est: Nisi procuratore rem domini inutiliter pignori dante, pecunia in rem domini sit uersa. Haec replicatio approbatur l. 1. C. si aliena res pignori. cuius uerba uide suprà capite proximo, causa 2.*

XVIII. EXCEPTIO, *sumpta ex uerbis quibus pignus constituitur, reprobatur l. 4. ibi: nec ad rem. ff. de pignor. & hypoth. cuius uerba uide ī. cap. proxim. quaest. 4. causa 6. in prin. Concordat l. 4. ff. de fide instrum. his uerbis:* In re hypothecae nomine obligata, ad rem non pertinet, quibus fit uerbis: sicuti est in his obligationibus, quae consensu contrahuntur. Et ideo fine scriptura si conuenit, ut hypothecae sit, & probari poterit: res obligata erit, de qua conuenerunt. Fiunt enim de his scripturae, ut quod actum est, per eas facilius probari possit. Et fine his autem ualet quod actum est, si habeat probationem: sicuti & nuptiae sunt, licet testatio fine scriptis habita est. *Concordat item propositae exceptioni reprobatae l. ultim. C. quae res pignori obligari, his uerbis:* Si quia in cuiuscunque contractus instrumento ea uerba posuerit, Fide & periculo rerum ad me pertinentium: uel, Per earum exactionem satisfieri tibi promitto: sufficeera ea uerba ad rerũ tam earum quas in praesenti debitor habet, quàm futurarum hypotheeam: nec ex prioribus sanctionibus minus habere specialis hypothecae memoriam uideri, cum sit iustum uoluntates contrahentium magis, quàm uerborum conceptiones inspicere. Super qua generali hypotheca illud quoque ad conseruandam contrahentium uoluntatem sancimus, ut si res suas supponere debitor dixerit, non adiecto, Tam praesentes quàm futuras: ius tamen generalis hypothecae etiam ad futuras res producatur. *Concordat item Nouell. c. 156 §. insuper de hoc. ibi; neq; enim temerè: cuius uerba uide ī. lib. 48. cap. 3. quaest. 1. except. 3.*

XIX. EXCEPTIO: *Nisi scriptura non interuenerit. Et haec exceptio reprobatur uerbis d. l. 4. ff. de fide instr. ī. except. prox in princip. propositis. Cui concordant ea quae proposita sunt ī. lib. 37. cap. 3. except. 11.*

XX. EXCEPTIO: *Nisi in epistola non signata, & sine die consuleq; scripta, de pignore conuenerit. Haec exceptio reprobatur l. 35. in prin. ff. de pignor. & hypoth. his uerbis:* Δανεισάμενος παρά σου δηνάρια πεντακόσια, παρεκάλεσά σε, μὴ βιβλιωτὴν, ἀλλὰ ὑποθήκην παρ' ἐμοῦ λαβεῖν. οἶδας γὰρ ἀκριβῶς, ὅτι ἡ ταβέρνα καὶ οἱ δοῦλοί μου οὐδενὶ κατέχονται, ἢ σοί· καὶ ὡς συγχώρει μοι ἀνθρώπῳ ἐπίστευσας. id est: Mutuatus à te quingentos denarios, rogaui ne sponsorem, sed pignus à me acciperes: exactè enim & pro certo nosti, nemini alij tabernam seruosque meos, quàm tibi esse obligatos: & quòd honesto & graui homini fidem habueris. Quaeritur, an pignus contractum sit: an uerò epistola nullius momenti sit, cùm sine die & consule sit? Scaeuola respondit, eum conuenisse de pignoribus uideatur: non idcirco obligationem pignorum cessare, quòd dies & consules additi, uel tabulae signatae non sint.

XXI. EXCEPTIO: *Nisi error interuenerit. Haec exceptio approbatur per ea quae proposita sunt ī. lib. 37. cap. 3. except. 15. Cuius replicatio haec est: Nisi in corpore sit consensum. Haec replicatio approbatur l. 1. ff. de pignor. action. his uerbis:* Si contractum sit pignus nuda conuentione, uideamus si quis aurum ostenderit quasi pignori daturus, & aes dederit: an obligauit aurum pignori? Et consequens est, ut aurum obligetur, non autem aes: quia in hoc non consenserunt. Si quis tamen, cùm aes pignori daret, affirmauit hoc aurum esse, & ita pignori dedit: uidendum erit, an aes pignori obligauit: & nunquid, quia in corpore cõsensum est, pignori esse uideatur? quòd magis est. Tenebitur tamen & pignoratitia contraria actione qui dedit, praeter stellionatum quem fecit.

XXII. EXCEPTIO: *Nisi non in ipso contractu, pro quo pignus datur, sed post uel ante contractum, de pignore conuenerit. Haec exceptio reprobatur l. 5. ibi: & siue in praesenti. ff. de pignorib. & hypothec. cuius uerba uide ī. exceptione 11. Hactenus exceptiones aduersus pignoris contractum, desumptae cùm ex persona eius qui pignori obligauit, tum ex persona eius cui pignori obligatum est, tum demũ ex alijs huiusmodi circumstantijs, propositae sunt. Supersunt adhuc duo exceptionum genera: unum scilicet earum quae sumuntur ex re pignori obligata, alterum earum quae ducuntur ex consequentibus pignoris contractum. De quibus in sequentibus capitibus dicetur.*

## *DE EXCEPTIONIBVS ex re pignori obligata desumptis. Cap. III.*

XXIII. EXCEPTIO: *Nisi rem quam quis emere non potest, pignori acceperit. Haec exceptio approbatur l. 1. §. eam rem. ff. quae res pignori oblig. non poss. his uerbis:* Eam rem quam quis emere non potest, quia commer-

commercium eius non eſt: iure pignoris accipere non poteſt, ut diuus Pius Claudio Saturnino reſcripſit. Quid ergo ſi prędium litigioſum pignori acceperit, an exceptione ſit ſubmouendus? Et Octauenus putat, etiam in his pignoribus locum habere exceptionẽ. Quod ita ait Scæuola lib. III. Variarum quæſtionum procedere, ut & in rebus mobilibus exceptio locum habeat. *Concordat l. 9. §. fin. ff. de pignor. & hypoth. his uerbis:* Quod emptionem uenditionemque recipit, etiam pignorationem poteſt recipere. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi res quidem emi & alienari poßit, perſona autem eam emere prohibeatur. tunc enim ea perſona rem illam pignori accipere non prohibetur, quamuis eam emere non poßit. Quæ replicatio approbatur exemplo l. 24. ff. d. tt. de pignor. his uerbis:* In quorum finibus emere quis prohibetur, pignus accipere non prohibetur.

XXIIII. EXCEPTIO: *Niſi generaliter bona pignori ſint obligata. Hæc exceptio reprobatur l. 1. in prin. ff. de pignor. & hypoth. cuius uerba uide J. except. 40. repl. 8. Concordat l. 29. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. cap. 8. quæſt. 6. reg. 1. except. 5.*

XXV. EXCEPTIO: *Niſi nomen debitoris pignori ſit obligatum. Hæc exceptio reprobatur l. 18. in prin. ff. de pignorat. action. cuius uerba uide ſ. lib. 16. cap. 5. reg. 6. except. 10. Concordat l. 4. C. quæ res pignori oblig. poß. his uerbis:* Nomen quoque debitoris pignorari & generaliter & ſpecialiter poſſe, iam pridem placuit. Quare ſi debitor is ſatis non facit, cui tu credidiſti: ille cuius nomen tibi pignori datum eſt, niſi ei cui debuit, ſoluit, nondum certior à te de obligatione tua factus, utilibus actionibus ſatis tibi facere uſque ad id quod tibi deberi à creditore eius probaueris, compelletur: quatenus tamen ipſe debet.

XXVI. EXCEPTIO: *Niſi taberna pignori ſit obligata. Hæc exceptio reprobatur l. 34. ff. de pignor. & hypoth. his uerbis:* Tabernam debitor creditori pignori dederat: quæſitum eſt, utrum eo facto nihil egerit, an tabernæ appellatione merces quæ in ea erant, obligaſſe uideatur? et ſi eas merces per tempora diſtraxerit, & alias comparauerit, eaſque in eam tabernam intulerit, & deceſſerit: an omnia quæ ibi deprehenduntur, creditor hypothecaria actione petere poſsit: cum & mercium ſpecies mutatæ ſint, & res aliæ illatæ? Scæuola reſpondit, ea quæ mortis debitoris tempore in taberna inuenta ſunt, pignori obligata eſſe uidentur.

XXVII. EXCEPTIO: *Niſi uſusfructus pignori ſit datus. Et hæc exceptio reprobatur l. 11. §. uſusfructus. ff. d. tt. his uerbis:* Vſusfructus an poſsit pignori hypothecæue dari, quęſitum eſt? Et ſcribit Papinianus lib. XI. Reſponſorum: ſiue dominus proprietatis conuenit, ſiue ille qui ſolum uſumfructum habet: tuendum creditorem. Et ſi uelit cum creditore proprietarius agere, Non eſſe ei ius uti frui inuito ſe: tali exceptione eum prætor tuebitur, Si non inter creditorem & eum ad quem uſusfructus pertinet, conuenerit, ut uſusfructus pignori ſit. Nam & cum emptorem uſusfructus tuetur prætor, cur non & creditorem tuebitur? eadem ratione & debitori obijcietur exceptio.

XXVIII. EXCEPTIO: *Niſi ſeruitutes prædiorum pignori dentur. Hæc exceptio approbatur d. l. 11. §. fin. his uerbis:* Iura prædiorum urbanorum pignori dari nõ poſſunt. Igitur nec conueniri poteſt, ut hypothecæ ſint. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi ruſticorum, non urbanorum prædiorum ſeruitutes ſint. Hæc replicatio elicitur ex uerbis iam propoſitis hiſce:* Vrbanorum, &c. *Concordat l. 12. ff. eod. tt. his uerbis:* Sed an uiæ, itineris, actus, aquæductus pignoris conuentio locum habeat, uidendum eſſe Pomponius ait: ut ſi talis pactio fiat, Quamdiu pecunia ſoluta non ſit, his ſeruitutibus creditor utatur, ſcilicet ſi uicinum fundum habet: et ſi intra diem certum pecunia ſoluta nõ ſit, uendere eas uicino liceat. Quę ſententia propter utilitatem contrahentium admittenda eſt.

XXIX. EXCEPTIO: *Niſi ruſtici agros ſuos pignori dederint. Hæc exceptio approbatur Nouell. c. 32. ibi: nemine prorſus audente. Item Nouell. c. 34. & c. 35. Quarum uerba uide ſ. lib. 16. cap. 9. reg. 1. except. 10. & except. 11.*

XXX. EXCEPTIO: *Niſi militia pignori ſit obligata. Hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit: uerum eius replicatio prima hæc eſt: Niſi talis militia ſit, quæ tranſit ad heredes. Altera replicatio eſt: Niſi pro pecunia, quæ in militiam comparandam mutua data eſt, militia pignori ſit obligata. Hæ duæ replicationes approbantur Nouell. c. 53. §. perpulchrum, his uerbis:* Perpulchrum fuerit propter quæſtionem eorum quæ quotidie in controuerſiam adducuntur, & hoc communi lege determinare. Siquidem multæ initio controuerſiæ exortæ fuerunt, utrum militiæ poſsint nexu hypothecæ obſtringi, an uerò his liberas eſſe oporteat? Quæ res lege iam deciſa eſt, & manifeſtæ ſunt militiæ, quæ uendi aut pignori opponi poſsint. Nos uerò eã cauſam paulo altius & diffuſius contemplantes, cognouimus quòd priſcis temporibus

poribus in militijs non hypothecæ ferebantur, sed obsoleta quædam, & prorsus ex usu in talibus sublata nomina. Paulatim postea Imperatores interpellantes creditores miserati hæc præbebant, quanquam omnis militia publica esset, neque aliunde ullum omnino reditum haberet, quàm ex principali liberalitate. Ea igitur de causa sancimus, ut militiæ quæ ex casu uocantur, non cuiuis temerè hypothecæ nomine opponantur, nisi creditor sit qui in hoc mutuam pecuniam dedit, ut ille militia potitetur. Alioquin cæteris creditoribus temerè idipsum non concedimus. Sed ut si filij defuncto sint, aut uxor: omnibus hi modis præferátur, modò nos adeant, & ex iussione nostra hæc auferát, non quasi paternam hæreditatem (si alioqui inops sit) sed quasi principalem liberalitatem, ut tam his qui aliquid in bonis relinquunt, quàm qui nihil relinquunt, conuenienter opem feramus. Certè si nemo illis filius, neque item uxor sit, neque creditor qui ad eam militiam comparandam dederit mutuum: tunc & cæteros creditores in partem horum uocamus, ne quid inhumanum facere, & legem de militijs, non pietatis & Deo placendi studio tulisse uideamur. Priuilegijs quæ specialiter silentiarijs concessa & elargita sunt, in sua firmitate & robore manentibus. *Ait Imperator:* Quæ res lege iam decisa est. *Hac lege, quæcunq; tandem ea fuerit, definitum uidetur, ut militiæ quæ ad heredes transeunt, uendi pignoriúe obligari poßint: ut conijcere licet ex l. ultim. ibi: eam tamen quæ uendi. C. de pignorib. cuius uerba uide J. cap. 8. quæst. 9. reg. 3. except. 1. Ista igitur lege prima propositæ exceptionis replicatio approbata est. Altera eius replicatio ṡ. posita approbatur uerbis iam dictis hisce:* Nisi creditor sit qui in hoc mutuam pecuniam dedit, ut ille militia potiretur. *Tertia replicatio est: Nisi debitor qui militiam pignori dedit, sine uxore & liberis defunctus sit. tunc enim militiæ pignus conualescit. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Certè si nemo illis filius, neq; item uxor sit, neq; creditor, &c.

XXXI. EXCEPTIO: *Nisi quis rem quæ nondum est in rerum natura, pignori obligauerit. Hæc exceptio reprobatur l. 15. in prin. ff. de pignorib. his uerbis:* Et quæ nondum sunt, futura tamen sunt, hypothecæ dari possunt: puta ut fructus pendentes, partus ancillæ, fœtus pecorum, & ea quæ nascuntur, sint hypothecæ obligata. Idque seruandum est, siue dominus conuenerit aut de usufructu, aut de his quæ nascuntur, siue is qui usumfructum habet, sicut Iulianus scribit. *Concordat l. 1. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. except. 40. repl. 8. Planè admittitur exceptio proposita in fructu & partu eius fundi uel ancillæ, qui quæúe contractus tempore debitoris non est. Quæ distinctio approbatur l. 11. §. si de futura re. ff. qui potiores in pignore, his uerbis:* Si de futura re conuenerit, ut hypothecæ sit (sicuti est de partu) hoc quæritur, an ancilla conuentionis tempore in bonis debitoris fuit. Et in fructibus, si conuenit ut pignori sint: æquè quæritur an fundus, uel ius utendi fruendi cõuentionis tempore debitoris fuit.

XXXII. EXCEPTIO: *Nisi quis spem præmij ex uirtute sua athletica consequendi pignori obligauerit. Hæc exceptio approbatur l. 5. C. quæ res pignori, his uerbis:* Spem eorum præmiorum quę pro coronis athletis pensitanda sunt, priuata pactione pignorare, minimè admittendum est. Et ideo nec si generale pactum de omnibus bonis pignori obligandis interuenerit, tenet.

XXXIII. EXCEPTIO: *Nisi locus religiosus pignori sit obligatus. Hæc exceptio approbatur l. 3. C. d. tt. his uerbis:* Si monumento corpus filiæ tuæ intulisti, religiosum idem fecisti. Quo facto obligari à quoquá prohibente iuris religione non posse, in dubium non uenit.

XXXIIII. EXCEPTIO: *Nisi liber homo pignori sit obligatus. Hæc exceptio approbatur l. 6. C. d. tt. his uerbis:* Qui filios uestros uel liberos homines pro pecunia quam uobis credebat, pignoris titulo accepit, dissimulatione iuris se circumuenit: cùm sit manifestum, obligationem pignoris non consistere, nisi in ijs quæ quis de bonis suis facit obnoxia. *Concordat l. 5. ff. quæ res pignori obl. non poß. his uerbis:* Creditor qui sciens filiumfamiliâs à parente pignori accepit, relegatur.

XXXV. EXCEPTIO: *Nisi statuliber pignori sit datus. Hæc exceptio reprobatur l. 13. §. 1. ff. de pignorib. his uerbis:* Statuliber dari hypothecæ poterit, licet conditione existente euanescat pignus.

XXXVI. EXCEPTIO: *Nisi prædium uectigale, uel superficiarium pignori sit datum. Hæc exceptio reprobatur l. 16. §. fin. cum lege sequente. ff. de pignor. actione, his uerbis:* Etiam uectigale prædium pignori dari potest. Sed & superficiarium, quia hodie utiles actiones superficiarijs dantur. Sanè diui Seuerus & Antoninus rescripserunt, ut sine deminutione mercedis soli obligetetur. *Concordat l. 31. ff. de pignor. & hypothec. his uerbis:* Lex uectigali fundo dicta erat, ut si post certum tem-

poris uectigal solutum non esset: ia fundus ad dominum rediret. Postea ia fundus à possessore pignori datus est: quæsitum est, an rectè pignori datus esset? Scæuola respondit, si pecunia intercessisset, pignus esse. Item quæsitum est, si cum in exolutione uectigalis tam debitor, quàm creditor cessassent, & propterea pronunciatum esset, fundum secundum legem domini esse: cuius potior causa esset? Idem respondit, si (ut proponeretur) uectigali non soluto, Iure suo dominus usus esset: etiam pignus iure euanuisse. *Concordat item quoad prædium superficiarium, l.13. §. & in superficiarijs. ff. d.tt. his uerbis:* Et in superficiarijs legitimè consistere creditor potest aduersus quemlibet possessorem: siue tantùm pactum conuentum de hypotheca interuenerit, siue etiam possessio tradita, deinde amissa fuerit. *Concordat item l.15. §. qui potiores in pignore, his uerbis:* Etiam superficies in alieno solo posita, pignori dari potest: ita tamē ut potior causa domini sit soli, si non soluatur ei salarium.

XXXVII. EXCEPTIO: *Nisi res litigiosa pignori data sit. Hæc exceptio approbatur l.1. §. eam rem. ff. quæ res pignori. cuius uerba uide ī. except.23.*

XXXVIII. EXCEPTIO: *Nisi quis rem, quam per sententiam amisit, postea pignori dederit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit per ea quæ proponuntur J. lib. 4a. cap. 17. reg.2. except.4. repl.2. dupl.1. uerùm eius replicatio hæc esse uidetur: Nisi iniustè amiserit. Sed hæc replicatio reprobatur l.3. §. fin. ff. de pignor. & hypoth. his uerbis:* Per iniuriam uictus apud iudicem, rem quam petierat, postea pignori obligauit. Non plus habere creditor potest, quàm habebat qui pignus dedit. Ergo summouebitur rei iudicatæ exceptione: tametsi maximè nullam propriā qui uicit, actionem exercere possit. Non enim quod ille non habuit, sed quod in ea re quæ pignori data est, debitor habuit, considerandum est.

XXXIX. EXCEPTIO: *Nisi res creditoris ei pignori sit data. Hæc exceptio approbatur l.45. ff. de reg. iuris. cuius uerba uide ī. lib.37. cap.3. except.30.*

XL. EXCEPTIO: *Nisi res aliena, non debitoris, pignori sit obligata. Hæc exceptio approbatur l.6. C. si aliena res pignori data sit, his uerbis:* Quæ prædium in filios à se titulo donationis translatum, creditori suo dat pignori: se magis pignoratitio contrario obligat iudicio, quàm quidquam dominis nocet: cùm & Seruiana actio declaret euidenter, iure pignoris teneri non posse, nisi quæ obligantis in bonis fuerint: & per alium rem alienam inuito domino pignori capi non posse, certissimum sit. *Concordat l.7. C. eod. tt. his uerbis:* Si in rem suam accepta pecunia mutua, tutor mancipium tuum pignori dedit, nec huic post perfectam ætatem consensum accommodasti: pignori res obligari non potuit. *Concordat item l.8. C. eod. tt. cuius uerba uide ī. capite proxim. exceptione 1. Concordat item l.2. C. eod. tt. cuius uerba uide J. replic.5. Item concordat l.6. C. quæ res pignori obligari. cuius uerba uide ī. except.34. Concordat item l.13. in fine. C. de donat. inter uirum & uxorem. cuius uerba uide ī. lib.35. cap.2. except. 99. repl.5. dupl.2. Concordat item l.2. ff. de pignor. action. cuius uerba uide ī. lib.37. cap.3. exception. 18. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi sub hac conditione, Si debitoris facta fuerit: res aliena pignori sit obligata. Hæc replicatio approbatur l.16. §. aliena. ff. de pignor. & hypothec. his uerbis:* Aliena res utiliter potest obligari sub conditione, Si debitoris facta fuerit. *Altera replicatio est: Nisi debitor quasi dominium in re pignori obligata habeat. Hæc replicatio approbatur l.18. ff. d.tt. his uerbis:* Si ab eo qui Publiciana uti potuit (quia dominium non habuit) pignori accepi: sic tuetur me per Seruianam prætor, quemadmodum debitorem per Publicianam. *Concordat l.21. §.1. ff. d.tt. his uerbis:* Si debitor seruum quem à non domino bona fide emerat & pignorauerat, teneat: Seruianæ locus est. Etsi aduersus eum agat creditor, doli replicatione exceptionem elidet. Ita Iulianus ait, & habet rationem. *Tertia replicatio est: Nisi uoluntate domini debitor rem eius pignori obligauerit. Hæc replicatio approbatur l.20. in prin. ff. de pignor. act. his uerbis:* Aliena res pignori dari uoluntate domini potest. Sed etsi ignorante eo data sit, & ratum habuerit, pignus ualebit. *Concordat l.27. ibi: quod si etiam nunc. ff. eod. tt. cuius uerba uide ī. except.10. Duplicationem uide J. replicat. proxim. Quarta replicatio est: Nisi dominus pignoris conuentionem ratam habuerit. Hæc replicatio approbatur uerbis iam dictis. Concordat l.16. §.1. ff. de pignor. & hypothec. his uerbis:* Si nesciente domino res eius hypothecæ data sit, deinde postea dominus ratum habuerit: dicendum est, hoc ipsum quod ratum habet, uoluisse eum retrò recurrere ad illud tempus quo conuenit. Voluntas autem ferè eorum demum seruabitur, qui & pignora dare possunt. *Huius & proximè præcedentis replicationis duplicatio hæc est: Nisi dominus consentiens ipse pignori dare non potuisset. Quæ duplicatio approbatur uerbis iam propositis bisice. Vo-*

*sce:* Volnntas autem ferè, &c. *Quinta replicatio est: Nisi dominus sciens in fraudem creditoris dissimulauit. Hæc replicatio approbatur l. 2. C. si aliena res pignori data sit, his uerbis:* Si probaueris prædia uel hortos, de quibus agebatur, tuos esse: intelligis eos obligari creditore ab alio non potuisse, si non sciens hoc agi, in fraudē creditoris ignorantis dissimulasti. *Concordat l. 11. in fine. C. de distract. pignor. cuius uerba uide J. cap. 7. quæst. 1. causa 2. except. 2. Sexta replicatio est: Nisi dominus instrumētum pignoris sua manu scripserit. Hæc replicatio approbatur l. 26. §. pater. ff. de pignor. & hypoth. his uerbis:* Pater Seij emancipato filio facilè persuasit, ut quia mutuam quantitatem acciperet à Septicio creditore, chirographum perscriberet sua manu filius (quòd ipse impeditus esset scribere) sub commemoratione domus ad filium pertinentis pignori dandæ. Quærebatur, an Seius inter cætera bona & hāc domū iure optimo possidere possit, cùm patris se hæreditate abstinuerit: nec metuere debeat ex hoc solo, quòd mandante patre manu sua perscripsit instrumentum chirographi: cum neque consensum suum accommodauerit patri aut signo suo, aut alia scriptura? Modestinus respondit, cùm sua manu pignori domum suam futuram Seius scripserit: consensum ei obligationi dedisse, manifestum est.

*Septima replicatio est: Nisi dominus postea debitori hæres extiterit. Hæc replicatio approbatur l. 22. ff. de pignor. & hypoth. his uerbis:* Si Titio qui rē meā ignotāte me, creditori suo pignori obligauerat, hæres extitero: ex post facto pignus directò quidem non conualescit, sed utilis pignoraticia dabitur creditori. *Concordat l. 41 ff. de pignorat. actione, his uerbis:* Rem alienam pignori dedisti, deinde dominus rei eius esse cœpisti: datur utilis actio pignoraticia creditori. Nō est idem dicendum, si ego Titio qui rem meam obligauerat sine mea uoluntate, hæres extitero. hoc enim modo pignoris persecutio concedenda non est creditori. Neque utique sufficiet ad competendam utilem pignoraticiam actionē, eundem esse dominum qui etiam pecuniam debet. Sed si conuenisset de pignore, ut ex suo mendacio arguatur, improbè resistit, quo minus utilis actio moueatur.

*Octaua replicatio est: Nisi debitor postea rei pignoratæ dominus sit factus. Hæc exceptio approbatur uerbis d. l. 41. iam propositis hisce:* Rem alienam pignori dedisti, deinde dominus rei eius esse cœpisti: datur utilis actio pignoraticia creditori. *Concordat l. 16 §. aliena. ff. de pignor. & hypoth. cuius uerba uide s̄. repl. 1. Item concordat l. 5. C. si aliena res pignori data sit, his uerbis:* Cùm res quæ nec dum in bonis debitoris est, pignori data ab eo, postea in bonis eius esse incipiat: ordinariam quidem actionem super pignore non competere, manifestum est: sed tamen æquitatem facere, ut facilè utilis persecutio exemplo pignoraticiæ detur. *Concordat item l. 7. §. sed si filius f. in fine. ff. ad S. C. Maced. cuius uerba uide s̄. lib. prox. cap. 3. except. 16. Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi cùm sub conditione uel tacita uel expressa, res pignori data esset: pendente conditione debitor dominium rei nactus, eam rursus alienauerit: ita ut nec tempore contractus, nec tempore conditionis existentis in bonis debitoris inueniatur. Hæc duplicatio approbatur, simul & distinguitur l. 9. §. Titia. ff. qui potiores in pignore. cuius uerba uide J. cap. 9. reg. 1. except. 39. repl. 1. Altera duplicatio hæc est: Nisi creditor sciuerit rem alienam esse. Hæc duplicatio approbatur, simul & distinguitur l. 1. in prin. ff. de pignor. & hypoth. his uerbis:* Conuentio generalis in pignore dando bonorum uel postea quæsitorum recepta est. In speciem autem alienæ rei collata conuentione, si nō fuerit ei qui pignus dabat, debita: postea debitori dominio quæsito, difficilius creditori, qui non ignorauit alienum, utilis actio dabitur, sed facilior erit creditori possidenti retentio. *Nona replicatio est: Nisi res debitori fuit debita. Quæ replicatio constat ex uerbis iam propositis hisce:* Si non fuerit ei qui pignus dabat, debita. *Decima replicatio est: Nisi debitor ius in re habuit, quod obligauit. Hæc replicatio approbatur exemplo usufructus, superficiei & prædij uectigalis, s̄. except. 27. & except. 36. item J. repl. 12. Vndecima replicatio est: Nisi cùm debitor rem suam alij pignori obligatam uendidisset, ac tradidisset, alius debitori ad pignus luendum pecuniam crediderit, & eandem rem ab eo pignori acceperit. Hæc replicatio reprobatur l. 2. ff. de pignor. action. cuius uerba uide s̄. lib. 17. cap. 3. except. 28. Duodecima replicatio est: Nisi debitor rem sibi pignori obligatam, alij pignori dederit. Hæc replicatio species est supradictæ decimæ replicationis, & approbatur l. 13. §. cum pignori. ff. de pignor. & hypoth. his uerbis:* Cùm pignori rem pignoratam accipi posse placuerit: quatenus utraque pecunia debetur, pignus secundo creditori tenetur, & tam exceptio quàm actio utilis ei danda est. Quòd si dominus soluerit pecuniam, pignus quoque perimitur. Sed potest dubitari, nunquid creditori numorum solutorum nomine utilis actio danda sit, an non? Quid enim si res soluta fuerit? Et uerum est quod Pomponius libro VII. ad edictum scribit: siquidem pecuniam debet is cuius nomen pignori datum est,

exactam à creditore se compensaturum. Si uerò corpus is debuerit, & soluerit: pignoris loco futurum apud secundum creditorem. *Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi prior debitor seu rei dominus pignus liberauerit. tunc enim secundi creditoris pignus resoluitur. Quæ duplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Quòd si dominus soluerit pecuniam, pignus quoque perimitur. *Concordat l.40.§. fin.ff.de pignor.action.his uerbis:* Soluta pecunia creditor possessionem pignoris quæ corporalis apud eum fuit, restituere debet, nec quidquam amplius præstare cogitur. Itaque si medio tempore pignus creditor pignori dederit: domino soluente pecuniam quam debuit, secundi pignoris neque persecutio dabitur, neq; retentio relinquetur. *Concordat l.2. C.si pignus pignori datum sit, his uerbis:* Si creditor possessionem quæ à parentibus tuis pignoris iure fuerat obligata, nō uendidit, sed alij creditori pignori dedit: examinata fide ueri poteris eam soluto eo quod ex ea causa creditori debetur, interceſſu præsidis prouinciæ recuperare. *Huius duplicationis triplicatio prima hæc est: Nisi secundus creditor rem pignoris nomine datam uendidit. Quæ triplicatio approbatur, simul & distinguitur l.1.C.d.tt.his uerbis:* Etiam id quod pignori obligatum est, à creditore pignori obstringi posse, iamdudum placuit: scilicet ut sequēti creditori detur utilis actio, tamdiuq; eum is qui ius repræsentat, tueatur, quamdiu in causa pignoris manet eius qui dedit. Sed si uos usumfructū possessionis tantummodo pignori dedistis, isq; qui accepit alij eam possessionem, cuius usumfructum nexum habebat, sine uestra uolūtate pignorauit: creditor eius id quo pignoris uinculum non constitit, distrahens dominio uos priuare nequiuit. Quòd si non fuit uestro creditori usufructus, sed ipsa possessio pignorata, & ante exolutam à domino pecuniam creditor secundus pignus acceptum uendidit: non posse uenditionem post solutam pecuniam rescindi, diuorum principum placitis continetur. *Secundæ triplicationis loco notandum, quòd res à priore debitore in solutū data, in locum pignoris resoluti succedat. Quæ triplicatio approbatur l.13.§.cùm pignori, in fine.ff.de pignor. & hypoth. cuius uerba uide s.ead. replic. in prin. Altera duplicatio est: Nisi cum usufructus pignori datus esset, creditor plenum dominium uel proprietatem alij pignori dederit, & ita aliud quàm quod pignoris iure habet. Quæ duplicatio approbatur l.1.§. sed si uos. C. si pignus pignori datum sit. cuius uerba uide s.dupl.prox.tripl.1. Decimatertia replicatio est: Nisi res pignori data, debitori cum alio sit communis. hoc enim casu pro eius parte pignus ualet. Quæ replicatio approbatur l.unica.C. si communis res pignori data sit, his uerbis:* Frater tuus, sicut uobis inuitis portionem uobis competentem obligare non potuit: ita suam dando obligationem creditori quæsiuit. Vnde intelligis, nullum præiudicium dominio uestro contractum eius facere potuisse. *Concordat l.1.in fine.ff. de Saluiano interdicto. cuius uerba uide j. cap. 11. quæst.2. except.2. Item concordat l.7. ibi: in quib. obligatio. C.communia utriusq; iudicij. cuius uerba uide j.lib.42.cap.7.quæst.1.except.generali 4.exēplo 3. Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi quoad partē alterius socij. in ea enim obligatio non subsistit. Quæ duplicatio legibus iam propositis approbatur. Cui concordat l.2.in prin.C.communi diuidundo, his uerbis:* Si probatum fuerit præsidi prouinciæ, fratrem tuum uineas cōmunes pignori dedisse: cum partem tuam quam in uineis habes, creditori obligare non potuerit: præses prouinciæ restitui tibi eam iubebit cum fructibus, quos creditor de parte tua perceperit. *Concordat item l.3.§.fin.in fine.ff.qui potiores in pignore. cuius uerba uide j.cap.9.reg.2.except.10. Huius duplicationis triplicatio prima hæc est: Nisi cùm pars pro indiuiso pignori obligata esset, postea diuisio sit facta. tunc enim utriusq; socij pars pro dimidia parte est obligata, non debitoris pars tantùm. Quæ triplicatio approbatur l. 7. §. fin.ff.quib. mod. pign. soluitur, his uerbis:* Illud tenendum est, si quis communis rei partem pro indiuiso dederit hypothecæ: diuisione facta cum socio, non utique eam partem creditori obligatam esse, quæ ei obtingit qui pignori dedit, sed utriusque partem pro indiuiso pro parte dimidia manere obligatam. *Altera triplicatio uidetur: Nisi socio debitori communi diuidundo iudicio res tota sit adiudicata. Sed hæc triplicatio reprobatur l. 6. §. idem scribit. ff. communi diuidundo. cuius uerba uide infrà libro quadragesimoquarto, capite undecimo, quæstione prima, exception.11. Altera propositæ replicationis duplicatio uidetur esse: Nisi postea res communis alteri socio tota sit adiudicata. Sed & hæc duplicatio reprobatur d.l.6.§. si fundus, his uerbis:* Si fundus cōmunis nobis sit, sed pignori datus à me: uenit quidem in communi diuidundo iudicio, sed ius pignoris creditori manebit, etiamsi adiudicatus fuerit. Nam & si pars socio tradita fuisset, integrum maneret. Arbitrum autem cōmuni diuidundo hoc minoris partem æstimare debere, quòd ex pacto uendere eam rem creditor potest, Iulianus ait. *Hæc de decimatertia replicatione. Decimaquarta replicatio est: Nisi filius rem patris pignori obligauerit. Hæc replicatio reprobatur l.4.*

*tur l. 4. C. ſi aliena res pignori data ſit, his uerbis:* Nec ſi maior annis uiginti quinque fuiſſet filius tuus, qui in poteſtate tua erat, te inuito rem tuam obligare potuit. *Concordat l.7. §. ſed ſi filiusfam. ibi: patris tamen. ff. ad S.C. Macedon. cuius uerba uide ſ. lib. proxim. cap.3. repl. 16. Planè admittitur replicatio propoſita in caſu, de quo ſequitur J. replic. proxima.* *Decimaquinta replicatio eſt: Niſi filiusfamiliâs uel ſeruus liberam peculij adminiſtrationem habent, rem peculiarem pignori obligauerit. tunc enim quamuis domini rei pignoratæ non ſint, ualet tamen pignoris obligatio. Quæ replicatio approbatur l.18. §. fin. cum lege ſequente. ff. de pignorat. actione, his uerbis:* Seruus rem peculiarem ſi pignori dederit, tuendum eſt, ſi liberam peculij adminiſtrationem habuit. nam alienare eas res potuit. Eadem & de filiofamiliâs dicta intelligimus. *Concordat l.13. ibi: & ſi ſeruus. ff. de condictione indebiti. cuius uerba uide J. lib. 49. cap. 8. exc. 10. Huius duplicatio hæc eſt: Niſi filius uel ſeruus non pro ſe, ſed pro alio pignori obligauerit. Quæ duplicatio approbatur l.1. §.1. ff. quæ res pignori, his uerbis:* Si filiusfamiliâs pro alio rem peculiarem obligauerit, uel ſeruus: dicendũ eſt, eam nõ teneri, licet liberam peculij ſui adminiſtrationẽ habeant: ſicut nec donare eis conceditur. Nõ enim uſquequaq; liberã habent adminiſtrationem. Facti tamen eſt quæſtio, ſi quæratur quouſque eis permiſſum uideatur peculium adminiſtrare. *Decimaſexta replicatio eſt: Niſi tutor uel curator rem pupilli uel adulti pignori obligauerit. Hæc replicatio approbatur l.16. in prin. ff. de pignorat. act. his uerbis:* Tutor lege non refragante ſi dederit rem pupilli pignori, tuendum erit, ſcilicet ſi in rem pupilli pecuniam accipiat. Idem in curatore adoleſcentis uel furioſi. *Concordat l. 11. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis:* Si procurator meus uel tutor rem pignori dederit, ipſe agere pignoraticia poterit. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi non in rem pupilli uel adulti, ſed in rem ipſius tutoris uel curatoris pecunia ſit accepta. Hæc duplicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Scilicet ſi in rem pupilli pecuniam accipiat. *Concordat l. 3. C. ſi aliena res pignori, his uerbis:* Curator adulti uel tutor pupilli propriã rem mobilẽ eius cuius negocia tuetur, pignoris iure obligare nõ poteſt, niſi in rem eius pecuniam mutuã accipiat. *Cõcordat item l.7. C. eod. tt. cuius uerba uide ſ. ead. except. in prin.* *Decimaſeptima replicatio eſt: Niſi procurator rem domini pignori obligauerit. Quæ replicatio approbatur l.11. §. fin. cũ lege ſequente. ff. de pignorat. action. his uerbis:* Si procurator meus uel tutor rem pignori dederit: ipſe agere pignoraticia poterit. Quod in procuratore ita procedit, ſi mandatum fuit, ut pignori daret: uel uniuerſorum bonorũ adminiſtratio ei permiſſa eſt ab eo qui ſub pignoribus ſolebat mutuas pecunias accipere. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi procurator ſpeciale mandatum non habuerit, ut pignori daret. Hæc duplicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Quod in procuratore ita procedit, ſi mandatũ fuit, ut pignori daret. *Concordat l.1. C. ſi aliena res pignori. cuius uerba uide ſ. cap.1. quæſt. 4. cauſa 1. Item concordat l.8. C. eod. tt. cuius uerba uide ſ. cap. prox. except. 1. Huius duplicationis triplicatio prima hæc eſt: Niſi uniuerſorum bonorum procurator ſit. Quæ triplicatio approbatur uerbis ſ. propoſitis hiſce:* Vel uniuerſorum bonorum adminiſtratio ei permiſſa eſt, &c. *Altera triplicatio eſt: Niſi dominus ratum habuerit. Quæ triplicatio approbatur l.21. in princip. ff. de pignor. & hypoth. cuius uerba uide ſ. cap. prox. except. 7. repl. 1. Tertia triplicatio eſt: Niſi cùm pecunia in rem domini uerſa eſſet, creditor pignoraticia exceptione utatur. Quæ triplicatio approbatur d. l.1. C. ſi aliena res.* *Decimaoctaua replicatio eſt: Niſi actor reipub. rem eius pro ea pignori obligauit. Hæc replicatio approbatur l.11. in prin. ff. de pignor. & hypoth. his uerbis:* Si is qui bona reipub. iure adminiſtrat, mutuã pecuniam pro ea accipiat: poteſt rem eius obligare. *Decimanona replicatio eſt: Niſi dominus rei pro debitore fideiuſſerit. Hæc replicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur l.5. §. fin. ff. ex quib. cauſis pignor. tacitè contrah. his uerbis:* Si quis fideiubeat, cùm res illius à debitore, pro quo fideiuſsis, pignori data ſit: belliſsimè intelligitur hoc ipſo quòd fideiubet, quodammodo mandare res ſuas obligatas eſſe. Sanè ſi poſtea ſint eius res hypothecæ datæ: non erunt obligatæ. *Vigeſima replicatio eſt: Niſi debitor ſoluto debito pignus repetat. hoc enim caſu ei propoſita exceptio non obſtat. Quæ replicatio approbatur per ea quæ propoſita ſunt J. cap. 12. quæſt. 1. exc. 4. Hàctenus exceptiones aduerſus pignoris cõtractum, quæ quidem ipſi contractui inſunt, enumeratæ ſunt atq; deſcriptæ. Eſt & aliud genus exceptionum, ex conſequentibus cõtractum pignoris deſumptum, quando ſcilicet ab initio quidem contractus pignoris ualet, ſed ex pòſt facto reſoluitur. cuius generis exceptiones in cauſis ſequentibus continentur.*

Replicatio præcedentium exceptionum generalis.

*Planè prædictarum exceptionum replicatio generalis uidetur eſſe talis: Niſi is cui pignus inutiliter obligatum eſt, id poſsideat. hoc enim caſu ad exceptionem ſaltem uidetur pactum prodeſſe. Sed hæc replicatio reprobatur l.25. ff. de pignor. & hypoth. cuius uerba uide ſ. exceptione 17.*

## DE CAVSIS, QVIBVS *pignus uel hypotheca ſoluitur.* *Cap. IIII.*

*CAuſarum, quibus pignoris obligatio tollitur, & pignoraticia competit actio, aliæ circa principalem obligationem, pro qua pignus datum eſt, contingunt: aliæ circa pignoris obligationem acceſſoriam, quando ſcilicet ſalua principali obligatione, pignoris obliga io ſoluitur. De illis quidem in hoc, de his uerò in ſequenti capite tractabitur.*

I. *Cauſa,* De ſolutione debiti. *Tollitur igitur pignoris obligatio ſolutione eius quod debetur, & pro quo pignus fuit obligatum. Quæ cauſa approbatur l.6. in prin. ff. quib. mod. pignus ſoluitur, his uerbis:* Liberatur pignus, ſiue ſolutum ſit debitum, ſiue eo nomine ſatisfactum. Sed et ſi tempore finitum eſt pignus, idem dicere debemus, uel ſi qua ratione obligatio eius finita eſt. *Concordat l.11. §.1. ff. de pignor. & hypoth. cuius uerba uide J. except.5. replic.4. Item concordat l.11. §. ſi in ſortem. ff. de pignor. action. his uerbis:* Si in ſortem duntaxat, uel in uſuras obſtrictum eſt pignus: eo ſoluto propter quod obligatum eſt, locum habet pignoraticia. *Concordat item l.40. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide š. cap. prox. except.40. repl.12. dupl.1. Concordat itē l.20. C. de pignorib. cuius uerba uide š. lib.36. cap.16. reg.2. Item concordat l.3. C. de luitione pignoris, hiſce uerbis:* Si reddita debita quantitate, uel rebus in ſolutum datis, ſiue diſtractis & cōpenſato precio, ſatis ei contra quem ſupplicas, factum eſſe adito præſide probaueris, uel ſi quod reſiduum debetur obtuleris, ac ſi non accepit, depoſueris conſignatum: reſtitui tibi res pacto pignoris obligatas prouidebit: cum etiam edicto perpetuo actione propoſita, pecunia ſoluta creditori: uel ſi per eum factū ſit, quo minus ſolueretur, ad reddēda quę pignori acceperat, iure eū ſatis euidenter urgeri manifeſtum ſit. *Item cōcordat l.9. C. de actione pignor. cuius uerba uide š. lib.36. cap.15. except.4. Concordat item l.10. C. eod. tt. his uerbis:* Pignoris cauſa res obligatas ſoluto debito reſtitui debere, pignoraticiæ actionis natura declarat. Quo iure ſi titulo pignoris obligaſti mancipia, per eandem actionem uti potes: nec creditor extra conuentionem uel præſidialem iuſsionem debiti cauſa res debitoris arbitrio ſuo auferre poteſt. *Planè propoſitæ cauſæ plures ſunt exceptiones, de quibus ſequitur.*

I. EXCEPTIO: *Niſi alius, non debitor ſoluerit. Hæc exceptio reprobatur l.40. ff. de ſolutionib. his uerbis:* Si pro me quis ſoluerit creditori meo, licet ignorante me, adquiritur mihi actio pignoraticia. Item ſi quis ſoluerit legata, debent diſcedere legatarij de poſſeſsione: alioquin naſcetur hæredi interdictum, ut eos deijcere poſsit. *Concordat l.1. in prin. ff. quib. mod. pig. ſoluitur. cuius uerba uide J. cap.8. quæſt.4. reg.1. except.5. repl.1. Concordat item l.12. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis:* Qui pignoris iure rem perſequūtur, à uindicatione rei eos remoueri ſolere, Paulus reſpondit, ſi qualiſcunque poſſeſſor offerre debitum uelit: neque debere quæri de iure poſſeſſoris, cùm ius petitoris remoueatur ſoluto pignore. *Concordat item l.16. §. in uindicatione, ibi: ſi uerò poßideat. ff. de pignor. & hypoth. cuius uerba uide J. cap.8. quæſt.3. exc.1.*

II. EXCEPTIO: *Niſi alij quàm creditori ſolutum ſit. Hæc exceptio approbatur quidē ipſo iure, de quo in Comment. de ſolutionib. dicetur: uerùm eius replicatio prima hæc eſt: Niſi uoluntate creditoris alij ſit ſolutum. Altera replicatio eſt: Niſi ei cui creditor hæres extitit, ſit ſolutum. Tertia replicatio eſt: Niſi procuratori creditoris ſit ſolutum. Quarta replicatio eſt: Niſi ſeruo creditoris pecunijs exigendis præpoſito ſit ſolutū. Quinta replicatio eſt: Niſi creditori creditoris ſit ſolutum. Hæ replicationes omnes approbantur l.11. §. ſolutam. ff. de pignor. act. his uerbis:* Solutam pecuniam accipiendum, non ſolùm ſi ipſi cui obligata res eſt, ſed et ſi alij ſit ſoluta uoluntate eius, uel ei cui hæres extitit, uel procuratori eius, uel ſeruo pecunijs exigēdis præpoſito. Vnde ſi domū cōduxeris, & eius partē mihi locaueris, egoq; locatori tuo penſionē ſoluero: pignoraticia aduerſus te potero experiri. Nam Iulianus ſcribit, ſolui ei poſſe. Et ſi partem tibi, partē ei ſoluero: tantundē erit dicendum. Planè in eam dūtaxat ſummā inuecta mea & illata tenebūtur, in quam cœnaculū cōduxi. Non enim credibile eſt hoc conueniſſe, ut ad uniuerſam penſionē inſulæ friuola mea teneantur. Videtur autē tacitè & cum domino ædium hoc conueniſſe, ut non pactio cœnacularij proficiat domino, ſed ſua propria.

III. EXCEPTIO: *Niſi cùm fideiuſſor pignus poßideret, non creditor principalis: creditori, non fideiuſſori ſit ſolutum. Hæc exceptio reprobatur l.26. in prin. ff. de pignor. & hypoth. his uerbis:* Fideiuſſor imperrauit à poteſtate, ut antequam ſolueret, pignora ipſe poſſideat quaſi ſatisfacturus creditoribus; nec ſatis fecit, modò hæres debitoris paratus eſt ſoluere creditoribus: quæro, an pignora fideiuſſor reſtituere cogendus ſit? Modeſtinus reſpondit, cogendum eſſe.

IIII. EXCEPTIO: *Niſi pars tantùm, nō ſolidū ſit ſolutū. Hæc exceptio approbatur l.9. §.*

*omnis.ff.de pignor.act. his uerbis:* Omnis pecunia exoluta esse debet, aut eo nomine satisfactum, ut nascatur pignoraticia actio. *Concordat l.85.§.item si ita, in fine.ff.de uerb.oblig. cuius uerba uide ī.lib.18.cap.8.reg.19. Concordat item l.2.ibi:nam si uel modicum.C.debitorem uenditionem.cuius uerba uide ].cap.7.quest.1.causa 2.except.4. Item concordat l.25.§.idem iuris.ibi: idem obseruatur.ff.familiæ ercis.cuius uerba uide ].lib.44.cap.9.quest.3.causa 8. Item concordat l.2.in fine.C.de fideiuss.& mandat. cuius uerba uide ].lib.45.cap.1.exception.18. Huius exceptionis replicatio prima hec est: Nisi pluribus rebus pignori datis, debitor quasdam ex ijs luere uelit parte debiti oblata. Hæc replicatio reprobatur l.19 ff.de pignor.& hypoth. his uerbis:* Qui pignori plures res accepit, non cogitur unam liberare, nisi accepto uniuerso quantum debetur. *Altera replicatio est: Nisi debitor pignus à creditore emerit. hoc enim casu, quamuis minoris emerit, non uidetur illi actio pignoraticia deneganda. uerùm replicatio hec reprobatur l.40.in prin.ff.de pignor.action. his uerbis:* Debitor à creditore pignus quod dedit, frustra emit, cùm rei suę nulla emptio sit: nec si minoris emerit, & pignus petat, aut dominium uindicet, ei non totum debitum offerenti creditor possessionem pignoris restituere cogitur. *Tertia replicatio uidetur: Nisi unus hæredum debitoris pro parte hæreditaria soluens, etiam pro parte hæreditaria pignus petat. Sed & hæc replicatio reprobatur l.8.§.si unus ff.de pignor. action. his uerbis:* Si unus ex hæredibus debitoris portionem suam soluerit: tamen tota res pignori data uenire poterit, quemadmodum si ipse debitor portionem soluisset. *Concordat l.1.C.de luitione pignoris, hisce uerbis:* Qui pro parte hæres extitit, nisi totum debitum exoluat, suam portionem ex pignoribus recipere non potest. *Concordat item l.16.C.de distract. pignor. his uerbis:* Vnus ex multis debitoris qui tradiderat pignora, hæredibus, quod ab eo personali actione peti potuit, soluendo, res obligatas distrahendi creditori facultatem non adimit. *Quarta replicatio est: Nisi pars soluatur, pars compensetur. Hæc replicatio approbatur l.12.C.de compensationibus. cuius uerba uide ī.lib.16.cap.13.quæstion.6.regul.1. Huius replicationis duplicationes uide d.cap.13.quæst.3. Quinta replicatio est: Nisi id quod minus solutum est, ex pòst facto debito ob quod pignus datum est, accesserit, uel ex alia causa quàm pro qua pignus datum est, debeatur. Hæc replicatio approbatur exemplo l.16.§.si pluris.ff.de pignor.& hypoth. his uerbis:* Si pluris condemnatus sit debitor non restituendo pignus, quàm computatio sortis & usurarum faciebat: an si tantùm soluat, quantũ debebat, exoneretur hypotheca? quod ego quidem, quãtum ad subtilitatem legis & authoritatem sententiæ, non probo. Semel enim causa transire uidetur ad condẽnationem, & mihi pecunia deberi. Sed humanius est, eum nõ amplius quàm quod reuera debebat dãdo, hypothecã liberare. *Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi usuræ debitum auxerint. quæ duplicatio approbatur per ea quæ proponuntur ]. except. prox. Altera duplicatio est: Nisi pœna commissa debito accesserit. quæ duplicatio approbatur ]. except.6. Tertia duplicatio est: Nisi ob impensas in pignus factas debitum sit auctum. Hæc duplicatio approbatur l.8.§.fin.ff.de pignor.action. his uerbis:* Cùm pignus ex pactione uenire potest, non solùm ob sortem non solutam uenire poterit, sed ob cætera quoq;: ueluti usuras, & quæ in id impensa sunt. *Quarta duplicatio est: Nisi creditor in possessione pignoris sit constitutus. tunc enim per exceptionem pignus etiam eius pecuniæ nomine, quæ sine pignore credita est, retinere potest. quæ duplicatio approbatur l.unica.§.at si in possessione.C.etiam ob chirographariam, his uerbis:* Si in possessione fueris constitutus, nisi quoque ea pecunia tibi à debitore reddatur uel offeratur, quæ sine pignore debetur: eam restituere propter exceptionem doli mali non cogeris. Iure enim contendis, debitores eam solam pecuniam, cuius nomine pignora obligauerunt, offerentes audiri non oportere: nisi pro illa etiam satisfecerint, quam mutuam simpliciter acceperint. Quod in secundo creditore locum non habet: nec enim necessitas ei imponitur chirographarium etiam debitum priori creditori offerre. *Similia exempla uide ī.cap.1.quæst.4.causa 2. Quinta duplicatio est: Nisi secundus creditor pignus à priore liberauit. tunc enim tam in suum quàm in prioris creditoris debitum, quod soluit, pignus retinet. quæ duplicatio approbatur l.12.§.sciendum.ff.qui potiores in pignore, his uerbis:* Sciendum est, secundo creditori rem teneri etiam inuito debitore tam in suum debitum, quàm in primi creditoris, & in usuras suas, & quas primo creditori soluit. Sed tamen usurarum quas creditori priori soluit, usuras non consequetur. Non enim negocium alterius gessit, sed magis suum. Et ita Papinianus libro tertio Respõsorum scripsit, & uerum est. *Concordat l.5.in prin.ff.de distract. pignor. his uerbis:* Cùm secundus creditor, oblata priori pecunia, in locum eius successerit: uenditionem ob pecuniam solutam & creditam rectè facit. *Item concordat l.22.C.de pignor.& hypoth. his uerbis:* Secundus creditor offerendo priori debitum, confirmat sibi pignus, & à

debitore sortem, eiusq; tãtùm usoras quæ fuissent præstandæ, non etiam usurarum usuras perete potest. *Similis duplicatio proponitur l. 12. §. si pignori. ff. de captiuis. cuius uerba uide ȷ. cap. prox. causa 13.* *Sexta duplicatio est: Nisi cùm pro causa transactionis pignus obligatum esset, transactione rescißa ex pristina causa debeatur.* *Hæc duplicatio approbatur exemplo l. ult. ff. ex quibus causis pignus tacitè contrah. his uerbis:* Tutoris hærea cum hærede pupilli trãnsactioue facta, cùm ex ea maiorem partem soluisset, in residuam quantitatem pignus obligauit: quæsitum est, au in ueterem contractum iure res obligata esset? Scæuola respondit, secundum ea quæ proponerentut, obligatam esse. *Hæc de quinta replicatione.* *Sexta replicatio uidetur: Nisi possessor pignoris hypothecaria actione conuentus, pro parte tantùm pignus poßideat. hoc enim casu parte debiti oblata pro rata, uidetur absoluendus. Sed hæc replicatio reprobatur l. 2. C. si unus ex pluribus hæredib. cuius uerba uide s̄. lib. 16. cap. 6. reg. 5. exception. 7. replic. 1.* *Hæc de quarta exceptione eiusq; replicationibus & duplicationibus sint dicta.*

V. EXCEPTIO: *Nisi usuræ non sint solutæ.* *Hæc exceptio approbatur l. 13. §. fin. ff. de pignor. & hypoth. his uerbis:* Propter usuras quoque si obligata sit hypotheca, usuræ solui debent. Idem & in pœna dicemus. *Concordat l. 8. §. fin. ff. de pignor. action. cuius uerba uide s̄. exception. proxim. replicat. 5. duplicat. 3. Concordat item l. 11. §. si in sortem. ff. eod. tt. his uerbis:* Siue usuræ iu stipulatum deductæ sunt, siue non, si tamen pignus & in eas obligatum fuerit: quamdiu quid ex his debetur, pignoraticia cessabit. Alia causa est earum qoas quis sopra licitum modum promisit. Nam hæ penitùs illicitæ sunt. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi specialiter pro usuris pignus non sit obligatum. quæ replicatio elicitur ex uerbis d. l. 13. s̄. propositis bisce:* Propter usuras quoque si obligata sit hypotheca. *Item uerbis d. l. 11. s̄. propositis bisce:* Si ramen pignus & in eas obligatum fuerit. *Item approbatur d. §. si in sortem. in prin. cuius uerba uide s̄. ead. causa in prin. Altera replicatio est: Nisi usuræ sint illicitæ.* *Hæc replicatio approbatur uerbis d. §. si in sortem, iam propositis bisce:* Alia causa est earum quas quis supra licitum modum promisit: uam hæ penitùs illicitæ sunt. *Tertia replicatio uidetur: Nisi de usuris præstandis nudo pacto conuenerit.* *Hæc replicatio reprobatur l. 4. C. de usuris. cuius uerba uide s̄. lib. 36. cap. 9. quæst. 1. causa 1. exception. 1. replicat. 4. Concordat d. 8. si in sortem, uerbis paulo s̄. propositis bisce:* Siue usuræ in stipulatum deductæ sunt, siue uon, &c. *Quarta replicatio est: Nisi creditor pro usuris fructus pignoris percepit.* *Hæc replicatio approbatur l. 11. §. 1. ff. de pignor. & hypoth. his uerbis:* Si ἀντίχρησις facta sit, & in fundum aut in ædes aliquis inducatur: eò usqoe retinet possessionem pignoris loco, donec illi pecunia soluatur: cum in usuras fructus percipiat aut locando, aut ipse percipiendo habitandoque. Itaque si amiserit possessionem, solet in factum actione uti.

VI. EXCEPTIO: *Nisi pœna sub qua debetur, commissa non sit soluta.* *Hæc exceptio approbatur l. 13. §. fin. ff. de pignor. et hypoth. cuius uerba uide s̄. except. prox. in prin.*

VII. EXCEPTIO: *Nisi reprobi numi in solutum sint dati.* *Hæc exceptio approbatur l. 24. §. qui reprobos. ff. de pignor. action. his uerbis:* Qui reprobos numos soluit creditori, an habeat pignorariciam actionem, quasi soluta pecunia, quæritur? & constat neque pignoraticia eum agere, neque liberari eum posse: quia reproba pecunia non liberat soluentem, reprobis uidelicet numis reddendis. *Huius exceptionis replicatio est: Nisi creditor numos quos accepit, non reddat. quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis bisce:* Reprobis uidelicet numis reddendis.

VIII. EXCEPTIO: *Nisi cùm socius unus suam partem pignori dedisset, altero socio ad iudiciũ communi diuidundo prouocante, creditor licitando superauerit, ideoq́ tota res illi fuerit adiudicata, nec debitor illam partem creditori adiudicatã ab eo redimere uelit. tunc enim, quamuis suũ debitũ soluerit, nihilomagis illi pignoraticia actio datur. quæ exceptio approbatur l. 7. §. si debitor. ff. communi diuidundo, his uerbis:* Si debitor communis prædij partem pignori dederit, & uel à domino alterius partis prouocatus creditor eius, aut ab alio creditore alterius debitoris licendo superauerit: & debitor eius cui res fuit adiudicata, uelit partem suam prædij recuperare soluto eo quod ipse debuit: eleganter dicitur, non esse audiendum, nisi & eam partem paratus sit recuperare, quam creditor per adiudicationem emit. Nam etsi partem rei uendideris, & priusquam traderes emptori, communi diuidundo iudicio prouocatus fueris, alteraque pars tibi adiudicata sit: consequenter dicitur, ex empto agi non posse, nisi totam rem paratus fuerit suscipere: quia hæc pars beneficio alterius uenditori accessit. Quinimò & ex uendito posse conueniri emptorem, ut recipiat totum. Solum enim illud spectandum erit, num fortè fraus aliqua uenditoris interuenit. Sed si distracta parte cesserit uictus licitatione

ueuditur: æquè ut precium restituat, ex empto tenebitur. Hæc eadem & in mandatu cæterisq; huius generis iudicijs seruabuntur.

IX. EXCEPTIO: *Nisi ex alia causa quàm pro qua pignus datum sit, solutum sit. Hæc exceptio approbatur exemplo l. ult. ff. quib. mod. pignus soluitur, bis uerbis:* Primi creditoris qui pignori prædia acceperat, & posterioris cui quidam ex ijsdem fundis dati erant, ad eandem personam hæreditas deuenerat: debitor offerebat quantum à posteriore creditore mutuatus fuerat. Scæuola respondit, cogendum accipere, saluo iure pignoris prioris contractus.

X. EXCEPTIO: *Nisi ità conuenerit, ut non soluta intra certam tempus pecunia, pignus creditori addicatur: nec intra tempus statutum solutum sit, sed postea. Hæc exceptio reprobatur l. 3. C. de pactis pignorum, bis uerbis:* Quoniam inter alias captiones præcipuè commissoriæ pignorum legis crescit asperitas: placet infirmari eam, & in posterum omnem eius memoriam aboleri. Siquis igitur tali contractu laborat, hac sanctione respiret, quæ cum præteritis præsentia quoq; repellit, & prohibet futura. Creditores enim re amissa iubemus recipere quod dederunt. *Planè admittitur exceptio proposita, si conuenerit non ut pro debito addicatur pignus creditori, sed iusto precio emptum sit. de qua re uide J. except. prox.*

XI. EXCEPTIO: *Nisi cùm conuenisset, ut intra certum tempus non soluto debito, res pignori obligata creditori iusto precio empta esset: intra tempus statutum non sit solutum, sed postea. Hæc exceptio approbatur l. 16. § . fin. ff. de pignor. & hypoth. bis uerbis:* Potest ita fieri pignoris datio, hypothecæue, ut si intra certum tempus non sit soluta pecunia, iure emptionis possideat rem iusto precio tunc æstimandam. Hoc enim casu uidetur quodammodo conditionalis esse uenditio. Et ita diuus Seuerus & Antoninus rescripserunt. *Concordat l. ult. in princip. ff. de contrah. empt. bis uerbis:* Titius cùm mutuus acciperet tot aureos sub usuris, dedit pignori siue hypothecæ prędia, & fideiussorem Lucium, cui promisit intra triennium proximum se eum liberaturum. Quòd si id non fecerit die suprascripta, & soluerit debitum fideiussor creditori: Iussit prædia empta esse, quæ creditori obligauerat. quæro, cùm non sit liberatus Lucius fideiussor à Titio: an si soluerit creditori, empta haberet suprà scripta prædia? Scæuola respondit, si non ut in causam obligationis, sed ut empta habeantur, sub conditione emptio facta est: & cõtractam esse obligationem.

XII. EXCEPTIO: *Nisi res creditori addicta sit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 3. § . sin autem in tempore. ibi: & postquam hoc. C. de iure dominij impetrando. cuius uerba uide J. cap. 6. regul. 12. Eius replicatio prima hæc est: Nisi post addictionem biennium nondum effluxerit. quæ replicatio approbatur d. uers. & postquam hoc. Altera replicatio est: Nisi creditor post pignus addictum usuras à debitore acceperit. quæ replicatio approbatur l. 2. C. eod. tt. bis uerbis:* Si creditor pignus iure dominij possidere petiit, & post formam rescripti alio anno usuras à uobis accepit: à beneficio impetrato recessisse uidetur. *Plura uide J. d. reg. 12.*

XIII. EXCEPTIO: *Nisi creditor pignus uendiderit. Hæc exceptio approbatur l. 7. C. de distractione pignor. bis uerbis:* Si cessante solutione, creditor non reluctante lege contractus, ea quæ sibi pignori nexa erant, distraxit: reuocari uenditionem iniquum est. Quòd si quid in ea re fraudulenter fecerit: non à te emptor, sed creditor conueniendus est. *Concordat l. 8. in fine. C. eod. tt. cuius uerba uide J. cap. 7. exception. 8. Concordat item l. 2. C. si antiquior creditor, bis uerbis:* Obligata pignoris iure creditore rectè distrahente, pòst debitor emptori precium offerens, uel creditori quod debuit, euincere non potest. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi non iure uendidit creditor. Hæc replicatio approbatur l. 4. C. si uendito pignore agatur, bis uerbis:* Cùm contra bonam fidem uenditionem obligatæ possessionis à creditore factam alleges, non obseruatis quæ in distrahendis pignoribus celebrari consueuerunt: adito præside prouinciæ experire actione competente, non tantùm aduersus creditorem, uerùm etiam aduersus possessorem, si fraudem eom participasse cum creditore poteris docere, ut reuocatis quæ mala fide gesta constiterit, & fructuum ratio & damni, quod irrogatum apparuerit, haberi possit. *Concordat l. 2. C. eod. tt. bis uerbis:* Seruos quos nullo iure à creditore uenisse dicis, pater tuus uel tu (si hæreditas eius ad te pertinet) à possessoribus petere potes. Quòd si usucapti sunt, petat pater tuus precium eorum à creditore, qui non iure eos seruos uendidit. *Concordat item l. 2. C. si propter publicas pensitationes. cuius uerba uide S. lib. 11. cap. 5. quæst. 6. reg. 1. except. 1. Item concordat l. 3. C. si aduersus fiscum. cuius uerba uide J. lib. 49. cap. 4. quæstion. 4. exception. general. 12. Huius replicationis species uide J. cap. 7. Altera replicatio est: Nisi fraudulenter creditor pignus uendidit. Hæc replicatio*

*plicatio approbatur d.l.1. Concordat l.1.C.ſi uendito pignore agatur, bis uerbis:* Præſes prouinciæ aditus, ſi probatum fuerit, tuum crediro- rem cui ius diſtrahendi pignoris fuit, dolo malo fundum uendidiſſe: quanti tua iotereſt, reſtituere tibi iubebit. Quòd ſi de bonis creditoris coodemoati ſolui pecunia non potuerit, & probatum fuerit emptorem mala fide emiſſe: offerente te pecuniam cum uſuris qoanti fundus oenit, reſtituere tibi fondom cum fructibus malæ fidei emptotem iubebit. *Concordat l.4. C.eod.tt. cuius uerba uide ſ. repl. prox. Concordat item l.4. ibi: ſi quid itaq; C.de diſtract.pignor. cuius uerba uide J.cap.7.quæſt.5. Item concordat l.7. in fine. C.eod.tt. cuius uerba uide ſ. ead. except. in prin. Tertia replicatio eſt: Niſi antea conuenerit, ne diſtraheretur pignus. Hæc replicatio approbatur l. 4. in fine. ff. de pignor. action. cuius uerba uide J.cap.7. quæſt.1. cauſa 2. Quarta replicatio eſt: Niſi cùm conueniſſet de certo modo uel tempore diſtrahendi pignoris, creditor contra illud pactum uendiderit. Hæc replicatio approbatur l.1.§. ſancimus. C.de iure dominij impetr. cuius uerba uide J. cap.4. reg.12. Quinta replicatio eſt: Niſi minoris pignus uenditum ſit. Hæc replicatio approbatur l.1. C.ſi uendito pignore agatur, bis uerbis:* Si uxor tua præſidi probauerit, cùm auteos trigiora debe ret, ſeruos ſuos amplioris precij per gratiam aureis uiginti creditorem uenuodediſſe, eumq; ſoluendo non fuiſſe: iubebit emptores recepto precio reſtituere ſeruoa. *Concordat l. 9. ff. de reſcind. uendit. cuius uerba uide J.cap.12. quæſt.7. except. 5. repl.1. Item concordat l.3. C.ſi aduerſus fiſcum. cuius uerba uide J.lib.49.cap.4. quæſt.4. except. gener.12. Sexta replicatio eſt: Niſi creditor ſibi pignus emerit. Hæc replicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur l.10.C. de diſtract. pignorum, bis uerbis:* Et qui ſub imagine alrerius perſonæ, quam ſuppoſuerat, iugirer tenet. cùm ſibi negociũ gerat, alienaſſe non uidetur. Iure enim pignoris obligatum prædium, neq; ſi per ſubiectam perſonam creditor comparauerit, neq; ſi ſibi addixerit, debitori adfert præiudiciũ: ſed in eadem cauſa permanet, io qua fuit ante huiuſmodi colluſionem. Sanè ſi debitore diſtrahenre comparanerit: conſeoſu emptioné perfectam (ſi neq; dolus aduerſarij, neq; metus cauſa geſta arguentur) reuocari exépio graue eſt. Si igitur poteria euidentibua probarionibus monſtrare, creditoré per ſuppoſitá imagioarij emptoris perſonam ſemper poſſeſaionem teouiſſe, nec uendita bona fide prædia poſtea ſynceriter comparaſſe: potes oblata pecunia cum uſuris creditorem ad reſtitutioné cõpellere. *Huius replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi debitore diſtrahente creditor emit. quæ duplicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Sanè ſi debitore diſtrahenre comparaue- rit. &c. *Altera duplicatio eſt: Niſi iudice ex cauſa iudicati rem pignori captam diſtrahente, creditor emerit. Hæc duplicatio approbatur l. 2. C. ſi in cauſa iudicati pignus captum ſit. bis uerbis:* Cùm in cauſa iudicati aliqoa res pigoori capitur: per officium eiua qui ita decreuit, uenuodari ſolet, ooo per eum qui iudicatum fieri poſtulauit: & ſi alio emptore non exiſteore, uel exiſtente quidem, ſed indignum precium offerente, ia cui iudicatua ſatia non fecit, ad licitationẽ ſecũdũ cõſtituta fuerit admiſſus: cuiuslibet alterius uice ex officio emere debet. *Septima replicatio eſt: Niſi ſecundus creditor uel fideiuſſor pignus emerit. Hæc replicatio approbatur l.5. §.fin. ff. de diſtract. pignor. his uerbis:* Si ſecundns creditor uel fideiuſſor ſolnta pecunia pignora ſnſceperunt: rectè eis offertur, quamois emptionia tituio ea tenuetuot. *Concordat l.6. ff. eod. tt. bis uerbis:* Cùm poſterior crediror à priore pignos emir: oõ tam adquireodi dominij, quàm ſeruãdi pignoris ſui cauſa ioteiligitur peconiam dediſſe. Er ideo offerri ei à debitore poteſt. *Concordat item l.59.§.1. ff. mandati, bis uerbis:* Paolus reſpondit, fideiuſſorem qui rem pignoris iore obiigatam, à creditore emit, maodati iudicio cooueneum ab hærede debitoris, oblato omoi debito, reſtituere cnm fructibus cogendum: neque habendum ſimilem exrraneo emptori, cùm in omni cootractu bonam fidem præſtare debeat. *Concordat item l.5. C. de dolo malo, bis uerbis:* Si fideiuſſor à creditore pignora emit: obiata quantitate ſortis & uſurarum, tibi dominium cum fructibus quos bona fide percepit, conſultius reſtituet: ne fidei ruptæ gratia de dolo poſait actio exerceri. *Concordat item l. 59. ff. de fideiuſſoribus, bis uerbis:* Pauloa reſpondit, fideiuſſorem, in qoem pignora à confideiuſſoribus data transiata ſunr: non emproris loco ſubſtitutum uideri, ſed eiua qui pignora accepit. Et ideo rationem fructuum & uſurarum haberi oportere. *Octaua replicatio eſt: Niſi uſufructu pignori dato, proprietas uendita ſit, & ita aliud quàm pignori datum eſt. Hæc replicatio approbatur l.1. C.ſi pignus pignori datum ſit. cuius uerba uide ſ.cap.prox. except. 40. repl.12. dupl.1. tripl.1. Nona replicatio uidetur: Niſi non creditor domini, ſed is cui creditor poſtea rem pignori dedit, eam uendidit. Hæc replicatio reprobatur d.l.1. in fine. Decima replicatio eſt: Niſi pignoris obligatio non ualeat uel ſoluta ſit. Hæc replicatio approbatur exemplo l. 19. §. fin. cum lege ſequente. ff. de rei uendicat. bis uerbis:* Iulianus rectè ſcribit libro VII. Digeſtorum,

storum mulierem, quæ intercedens fundum pignori dedit: quamuis à creditore distractum, posse in rem actione petere. Quia nullum pignus creditor uendidisse uidetur. *De hoc exemplo uide item* ȷ. *cap. 7. quæst. 1. causa 2. except. 2. Huius replicationis species sunt causa proposita cum sequentib. item exceptiones* ŝ. *cap. 3 & 4 propositæ.* *Vndecima replicatio est: Nisi creditor ita uendidit pignus, ut sibi illud redimere liceat. Hæc replicatio approbatur l. 7. in prin. ff. de distract. pignor. his uerbis:* Si creditor pignus uel hypothecam uendiderit hoc pacto, ut liceat sibi reddere pecuniam, & pignus recuperare: an si paratus sit debitor reddere pecuniam, consequi id possit? Et Iulianus lib. XI. Digestor. scribit, rectè quidẽ distractum esse pignus: cæterùm agi posse cum creditore, ut si quas actiones habet, eas cedat debitori. Quod autem Iulianus scribit in pignore, idem & circa hypothecam est. *Duodecima replicatio est: Nisi ita uenditio pignoris facta sit, ut soluto à debitore debito, à uenditione recedatur. Hæc replicatio approbatur d. l. 7. §. illud inspiciendum, his uerbis:* Illud inspiciendum est, an liceat debitori, si hypotheca uenierit, pecunia soluta eã recuperare? Et si quidem ita uenijt, ut si intra certum tempus à debitore pecunia soluta fuerit, emptio rescindatur: intra illud tempus pecunia soluta recipiet hypothecam. Si uerò tempus præterierit, aut si nõ eo pacto res uenierit: non poterit rescindi uenditio, nisi minor annis uiginti quinq; debitor sit, aut pupillus, aut reipub. causa absens; uel in aliqua earum causarum, ex quibus edicto succurritur. *Concordat l. 13. in prin. ff. de pignor. action. his uerbis:* Si cùm uenderet creditor pignus, conuenit inter ipsum & emptorem, ut si solueret debitor pecuniã precij emptori, liceret ei recipere rem suã: scripsit Iulianus & est rescriptum, ob hanc conuentionem pignoraticijs actionibus teneri creditorẽ, ut debitori mandet ex uendito actionem aduersus emptorẽ. Sed & ipse debitor aut uindicare rem poterit, aut in factum actione aduersus emptorem agere. *Decimatertia replicatio est: Nisi debitor tempore uenditionis fuerit minor uiginti quinq; annis, uel reipub. causa absens, uel ex alijs causis in integrũ restitui possit. Hæc replicatio approbatur uerbis d. l. 7. iam propositis hisce:* Nisi minor annis uiginti quinq; debitor sit, aut pupillus, aut reipub. causa absens, uel in aliqua earũ causarum, ex quib. edicto succurritur. *Plura de hac replicatione uide* ȷ. *lib. 49. cap. 4. quæst. 4. causa 10.* *Decimaquarta replicatio est: Nisi cùm ex causa iudicati pignora capta essent, debitor aduersus rem iudicatam in integrũ sit restitutus. Hæc replicatio approbatur l. 9. in prin. ff. de minorib. uiginti quinq; annis, hisce uerbis:* Si ex causa iudicati pignora minoris capta sint, & distracta: mox restitutus sit aduersus sententiã præsidis uel procuratoris Cæsaris: uidẽdũ an ea quæ sunt distracta, reuocari debeant? Nã illud certũ est, pecuniã ex causa iudicati solutã ei restituendã. Sed si interest ipsius corpora potius habere: puto interdũ permittendum: id est, si grande damnum sit minoris. *Decimaquinta replicatio est: Nisi à uenditione pignoris recessum sit, uel res redhibita. Hæc replicatio approbatur l. 10. §. fin. ff. quib. mod. pig. soluitur, his uerbis:* Creditor si pignus distraxerit, & à uenditione recessum fuerit, uel homo redhibitus: dominium ad debitorem reuertitur. Idemq; est in omnibus alijs, quibus concessum est rẽ alienam uẽdere. Non enim quia dominiũ transferunt, ideo ab emptore ius recipiũt, sed in pristinam causam res redit resoluta uenditione. *Decimasexta replicatio uidetur: Nisi debitor non debitum pro quo res pignori fuit obligata: sed precium quo res uendita est, emptori offerat. Hæc replicatio reprobatur l. 2. C. si antiquior creditor. cuius uerba uide* ŝ. *ead. except. in prin. Concordat l. 1. C. si propter publicas pensitationes. cuius uerba uide* ŝ. *lib. 11. cap. 5. quæst. 6. reg. 1. except. 3. Hactenus an uendito pignore debitori ad illud recuperandum detur actio, discussum est. Aduersus quos autem detur actio ista, item quid in ea ueniat, uide* ȷ. *cap. 7 quæstion. 6. reg. 13. cum regulis duabus sequentibus.*

XIIII. EXCEPTIO: *Nisi creditor rẽ alij pignori dederit. Hæc exceptio reprobatur per ea quæ proposita sunt* ŝ. *cap prox. except. 40. repl. 12. dupl. 1. Hæc de prima causa liberandi pignoris eiusq; exceptionibus sunt dicta. Sed & plura de istis exceptionibus, item plures eiusmodi exceptiones, uide in Comment. liberationum de solutionibus.*

II. *Causa, De consignatione & depositione debiti, si per creditorem stat, quo minus ei soluatur, proponitur l. 20. §. si per. ff. de pignor. action. his uerbis:* Si per creditorem stetit, quo minus ei soluatur, rectè agitur pignoraticia. *Concordat l. 20. C. de pignor. & hypoth. cuius uerba uide* ŝ. *lib. 36. cap. 16. reg. 2. Item concordat l. 1. ibi: ac si non accepit. C. de luitione pignoris. cuius uerba uide* ŝ. *causa prox. in prin. Item concordat l. 9. ibi: uel his non accipientib. C. de pignor. action. cuius uerba uide* ŝ. *lib. 36. cap. 15. except. 4. Concordat item l. 11. C. eod. tit. cuius uerba uide d. exception. 4. Item concordat l. 19. C. de usuris. cuius uerba uide* ŝ. *lib. 36. cap. 9. quæst. 1. except. 4. repl. 1. Concordat item l. 11. §. fin. ff. qui potiores in pignor. cuius uerba uide* ȷ. *cap. 9. reg. 1. except. 41. repl. 3.*

III. *Causa, De compensatione debiti, proponitur l. 4. in fine. ff. qui potiores in pignore, his uerbis:* Non interest exoluerit, an compensauerit. *cuius reliqua uerba uide* ȷ. *cap. 9. reg. 1. exception. 38.*

qué

*quæ autem compensanda sint, & in debitum computanda? uide* ſ.*cap.12.quæst.1.& quæst.4.*

IIII.*Causa: De satisfactione. Si creditori alia ratione quàm per solutionem satisfactum sit, liberatur pignus. quæ causa approbatur l.52. ff. de solutionib. his uerbis:* Satisfactio pro solutione est. *Concordat l.6.in prin.ff.quib.mod.pignus soluitur. cuius uerba uide* ſ*.causa 1. in prin. Item concordat l.13. §.etiamsi. ibi: aut satisfactum. ff. de pignor.& hypoth.cuius uerba uide* ſ.*causa 6.except.2. Item concordat l.9.§.omnis.ff.de pignor.action. cuius uerba uide* ſ*.causa 1.except.4. Declaratur hæc causa definitione satisfactionis, d.§.omnis, hisce uerbis:* Satisfactum accipimus, quemadmodum uoluit creditor, licet non sit solutum. Siue enim alijs pignoribus sibi caueri uoluit, ut ab hoc recedat, siue fideiussoribus, siue reo dato, siue precio aliquo, uel nuda conuentione: nascitur pignoraticia actio. Et generaliter dicendum erit, quoties recedere uoluit creditor à pignore: uideri ei satisfactum, si is, ut ipse uoluit, sibi cauit: licet in hoc deceptus sit. *Planè huius causæ exceptio prima hæc esse uidetur: Nisi creditor sit deceptus. Sed hæc exceptio reprobatur uerbis iam propositis hisce:* Licet in hoc deceptus sit. *Altera exceptio est: Nisi creditor satisfactionem non admittat. Hæc exceptio constat ex iam proposita definitione satisfactionis. Cui concordat l.6.§.qui paratus.ff.quib.modis pignus soluitur, his uerbis:* Qui paratus est soluere, meritò pignus uidetur liberasse. Qui uerò non soluere, sed satisfacere paratus est: in diuersa causa est. Ergo satisfecisse proderit: quia sibi imputare debet creditor, qui satisfactionem admiserit uice solutionis. At qui non admisit satisfactionem, sed solutionem desiderat: culpandus non est. *Concordat l.10.ff. de pignor.act. his uerbis:* Si non soluere, sed alia ratione satisfacere paratus est, fortè si expromissorem dare uult: nihil ei prodest. *Tertia exceptio est: Nisi fideiussores uel aliam cautionem creditor admisit quidem, sed non eo animo, ut à pignore recedat. Hæc exceptio constat ex uerbis d.§.omnis,* ſ*. propositis hisce:* Vt ab hoc recedat. *Concordat l.6.§.fin.ff.quib.mod.pig.soluat. his uerbis:* In satisdatione non utimur Atilicini sententia, qui putabat, si satisdetur alicui certæ personæ, recedere eum à pignoribus debere. *Concordat l.13.§.etiamsi. ibi: licet is mihi. ff. de pignor.& hypoth. cuius uerba uide* ſ.*causa 6.except.2.*

V. *Causa: Si acceptolatum sit debitum uel remissum. Hæc causa approbatur l.5.in prin. ff.quib. mod pig. soluitur, his uerbis:* Soluitur hypotheca et si ab ea discedatur, aut paciscatur creditor, ne pecuniam petat: nisi quis dicat pactum interpositum esse, ut à persona non petatur. Et quid si hoc actum sit, cùm fortè alius hypothecam possideat? Sed cùm pactum conuentum exceptionem perpetuam pariat: eadem in hoc casu possunt dici, ut & ab hypotheca discedatur. *Concordat d.l.5.§.si paciscatur, cuius uerba uide* ſ*. cap.8.quæst.7.reg 4. Concordat itē l.11.§.1.ibi: idēq;. ff.de pignor.action. his uerbis:* Si quasi daturus tibi pecuniam pignus accepero, nec dedero: pignoraticia actione tenebor, & nulla solutione facta. Idemq; etsi acceptolata sit pecunia, uel conditio defecerit, ob quam pignus contractum est: uel si pactum cui standum est, de pecunia non petenda factum est. *Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi pactum sit personale. Sed hæc exceptio reprobatur uerbis d.l.5.in prin. paulo superius propositis hisce:* Nisi quis dicat pactum interpositum esse, ut à persona nō petatur. Et quid si hoc actum sit, &c. *Altera exceptio est: Nisi pactum uel acceptilatio inutilis sit. Hæc exceptio approbatur l.5.C.de remissione pignoris, hisce uerbis:* Debitum cuius meministi, quod per pacti conuentionem inutiliter factam remisisti, etiam nunc petere non uetaris, & usitato more pignora uindicare. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi cùm debitum inutiliter remitteretur, pignus utiliter remitti poterat. hoc enim casu propter inutilem debiti remissionem non uitiatur utilis pignoris remissio, quamuis tacita. Hæc replicatio (teste Accursio) approbatur l.1.§.1. ff. quib.mod. pignus.soluatur, his uerbis:* Cùm uenditor numerata sibi parte precij, prædiū quod uenierat, pignori accepisset, ac postea residuum precium emptori literis ad eum missis donasset, eoque defuncto donationem quibusdam modis inutilem esse constaret: frustra fiscum qui in locum uenditoris successerat, petere prædium iure pignoris apparuit, cuius solutum esse pactum prima uoluntate donatoris constabat. Quoniam inutilem pecuniæ donationē lex facit, cui nō est locus in pignore liberando. *Tertiæ exceptionis loco notandū, quòd si debitum nudo pacto remittatur, pignus quoq; non nisi exceptionis ope tollatur. quæ exceptio approbatur l.17.§.de pignore.ff.de pactis, hisce uerbis:* De pignore iure honorario nascitur ex pacto actio: tollitur autem per exceptionē, quoties paciscar ne petam.

VI. *Causa: Si nouatio debiti sit facta. Hæc causa approbatur l.11.in prin.ff.de pignor. act. his uerbis:* Nouata debiti obligatio pignus perimit: nisi conuenit ut pignus repetatur. *Concordat l.18 ff.de nouationibus, his uerbis:* Nouatione legitimè facta, & hypothecæ liberantur, & pignus, & usuræ non currunt. *Concordat item l.30.ff.eod.tit.his uerbis:* Paulus respondit, Si creditor à Sempronio nouandi animo stipulatus esset, ita ut à prima ob

ligatione

ligationis in uniuersum discederetur: rursus eas easdem res à posteriore debitore sine consensu prioris obligari non posse. *Concordat item l.unica. in prin. C. etiam ob chirographar.pcn.pign.teneri,his uerbis:* Pignus intercidit, si nouatione facta in alium ius obligationis transtulisti, nec ut ea res pignoris nomine teneretur, cautum est. Quòd si pactum inter te & eum qui postea dominus fundi constitutus, nouam obligationem susceperat, intercessit, ut idem tibi pignoris nomine teneretur: quamuis personali actione expertus feceris condemnationẽ, pignoris tamen habes persecutionem. *Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi nominatim cõuenerit, ut res pignoris iure maneret obligata. quæ exceptio uerbis d.l.unica, & d.l.11.in prin.iam propositis approbatur. Altera exceptio est: Nisi per litis contestationem uel rem iudicatam nouatio facta sit: per eam enim nouationem pignus non intercidit. quæ exceptio approbatur uerbis d.l.unica, iam propositis hisce:* Quamuis personali actione expertus feceris condemnationem, &c. *Concordat d.l. 11. in prin. his uerbis:* Solutum non uidetur, si lis contestata cum debitore sit de ipso debito, uel si fideiussor conuẽtus sit. *Concordat item l.13.§.etiamsi. ff. de pignor.& hypoth.his uerbis:* Etiamsi creditor iudicatum debitorem fecerit, hypotheca manet obligata: quia suas conditiones habet hypothecaria actio, id est, si soluta est pecunia, aut satisfactum: quibus cessantibus, tenet. Nam si, cum in personam egero cum defensore, licet is mihi satisdederit, & damnatus sit: æquè hypotheca manet obligata: multo magis ergo si in personã actum sit siue cum reo, siue cum fideiussore, siue cum utrisq; pro parte, licet damnati sunt, hypotheca manet obligata. nec enim per hoc uidetur satisfactum creditori, quòd habet iudicati actionem. *Concordat item l.8 . C. de pignor. & hypoth.his uerbis:* Quamuis personali actione expertus aduersus reum, uel fideiussores, seu eius mãdatores feceris condemnationem: pignoris tamen adhuc habes persecutionem. *Tertia exceptio est: Nisi nouatio inutilis sit. Hæc exceptio elicitur ex l. 18. ff. de nouationib. cuius uerba uide s̄.ead. causa, in prin.*

V II. *Causa: Si principalis causa in iudicium deducta sit, & eo nomine condemnatio facta. Hæc causa reprobatur per ea quæ proposita sunt s̄.causa prox. except.2.*

V I I I. *Causa: Si principalis actio pro qua pignus datũ est, sit sublata uel denegata creditori. Hæc causa ipso quidem iure subsistit iuxta regulam uulgarem, Principali non subsistente, nec accessorio locum esse.cuius exemplum etiam est s̄. causa 5 & 6. item j. causæ sequentes . uerùm eius exceptio prima hæc est: Nisi creditore in detentione pignoris constituto, naturale debitum manserit, ut creditori non quidem actio detur, sed exceptio non denegetur. hoc enim casu per exceptionem pignus retinet. quæ exceptio approbatur l. 2. C. de luitione pignoris, hisce uerbis:* Intelligere debes uincula pignoris durare, personali actione submota. *Huius exemplum est, si creditori principali actione agenti obstat præscriptio temporis. quod proponitur l.30.§.1.ff.ad l.Aquiliam. cuius uerba uide j. lib.46. cap.12.quæst.1.reg.2.except.6. Altera exceptio est: Nisi ex eo agatur, quòd debitor rem pignori obligatam deteriorem fecerit ideoq; minoris creditor uendiderit. hoc enim casu, quamuis principali actione creditor ceciderit, non tamen ex ea causa actio illi denegatur. quæ exceptio approbatur l.27. ff. de pignor.& hypoth. cuius uerba uide j. cap.10. quæst.2. causa 9. Tertia exceptio est: Nisi cùm fideiussor in suam obligationem pignus dedisset, debitor fideiussori hæres extiterit. hoc enim casu, quamuis fideiussoria obligatio, pro qua pignus datum est, tollitur, l.93.§.fin.ff. de solut. pignoris tamen obligatio durat. quæ exceptio approbatur l. 38. §. fin. ff. d. tit. his uerbis:* Qui pro te apud Titium fideiusserat, pignus in suam obligationem dedit: pòst idem hæredem re, &c.

I X. *Causa: Si debitor delato sibi iureiurando iurauerit, se non debere. Hæc causa approbatur l.13.ff. quibus mod. pignus soluitur, his uerbis:* Si deferente creditore iurauit debitor se dare non oportere, pignus liberatur: quia perinde habetur, atque si iudicio absolutus esset. Nam et si à iudice (quamuis per iniuriam) absolutus sit debitor: tamen pignus liberatur. *Concordat l. 40 . ff. de iureiurando. cuius uerba uide s̄ . lib.7. cap.7. in prin.*

X. *Causa: Si debitor à iudice sit per sententiam absolutus. Hæc causa approbatur uerbis d.l.13. iam propositis.*

X I. *Causa: Si conditio principalis obligationis defecerit. Hæc causa approbatur l . 5. §. penult. ff. de pignor. & hypoth. his uerbis:* In conditionali obligatione non aliàs obligamur, nisi conditio extiterit. *Huius elegans exemplum proponitur l.a ff. de nautico fœnore, his uerbis:* Fœnerator pecuniam usuris maritimis mutuam dando, quasdã merces in naui pignori accepit. Ex quib. si nõ potuisset totum debitum exolui: aliarum etiam merciũ, alijs nauib. impositarũ, proprijsq; fœneratoribus obligatarum, si quid super fuisset, pignori accepit. Quæsitũ est, naue propria perempta, ex qua totum solui potuit, an id damnum ad creditorem pertinet, intra præstitutos dies amissa naue: an ad cæterarum nauium superfluum admitti possit? Paulus respondit: Aliàs quidem pignoris deminutio ad damnum debitoris, non etiam ad creditorem pertinet.

Sed cùm traiectitia pecunia ita datur, &c.

XII. *Causa: Si tempus conductionis, pro qua pignus datum est, finitum sit. Hæc causa ipso quidem iure subsistit, uerùm eius exceptio hæc est: Nisi conductor finito tempore in eadem locatione permanserit. quæ exceptio approbatur l.16. in fine. C. de locato & conducto, his uerbis:* Si tempus in quod fundus locatus fuerat, sit exactum, & in eadem locatione conductor permanserit: tacito consensu eandem locationē unà cum uinculo pignoris renouare uidetur. *Concordat l.13. §. qui impleto. ff. locati & conducti, his uerbis:* Qui impleto tempore conductionis remansit in conductione: non solùm reconduxisse uidebitur, sed etiam pignora uidētur durare obligata. Sed hoc ita uerum est, si non alius pro eo in priore conductione res obligauerat. Huius enim nouus cōsensus erit necessarius. Eadem causa erit, etsi reipub. prædia locata fuerint. Quod autē diximus tacitornitate utriusq; partis colonum reconduxisse uideri, ita accipiendum est, ut in ipso anno quo tacuerunt, uideantur eandem locationem renouasse, non etiam in sequentib. annis: etsi lustrū fortè ab initio fuerat conductioni præstitutum. Sed si secundo quoq; anno post finitum lustrum nihil fuerit contrarium actū: eandem uideri locationem & in illo anno permāsisse. hoc enim ipso quòd tacuerūt, consensisse uidentur. Et hoc deinceps in unoquoq; anno obseruandum est. In urbanis autem prædijs alio iure utimur, ut prout quisq; habitauerit, ita obligetur: nisi in scriptis certum tempus conductionis cōprehensum est. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi alterius, non conductoris res pignori fuerit obligata. quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur uerbis iam propositis, bisce:* Sed hoc ita uerum est, si non alius pro eo, &c.

XIII. *Causa: Si pecunia, propter quam pignus datum est, numerata non sit. Hæc causa approbatur l.1. C. si pignoris conuent. numer. pecuniæ, his uerbis:* Si pecuniam tibi non esse numeratam, atq; ideo frustra cautionem emissam, & pignus datum probaturus es: in rem experiri potes. Nā intentio dati pignoris, neq; redditæ pecuniç non aliter tenebit, quàm si de fide debiti constiterit. Eademq; ratione ueritas seruetur, si te possidēre pignus aduersarius tuus agere cœperit. *Concordat l.2. C. eod. tit. his uerbis:* Si (ut nunc adseueras) nihil creditor numerauit uxori tuæ quæ pignus dedit, sed inanem extorsit cautionem: mendaci scriptura contra fidem ueritatis obligari res eius non potest. *Concordat item l.11. §.2. ff. de pignor. action. cuius uerba uide s. causa 5. in prin.*

XIIII. *Causa: Si cùm ob euictionem pignus datum esset, euictio cesset. Hæc causa approbatur l.2. C. de pactis pignor. his uerbis:* Si fundi nomine quem uendideras emptori, ab alio mota proprietatis quæstione, alterum fundum pro eius euictione pignoris hypothecæ titulo emptionis instrumentis ea lege dedisti, ut quem secundo tradideras, si is quem uendideras, euictus nō fuerit, obtineas: de hoc contra eum qui mouerat quæstionem lata sententia, emptori parata securitate circa eum quem obligaueras, testituendum conuentionis fidem impleri (si negocium integrum est) præses iubebit.

XV. *Causa: Si creditor debitori heres extiterit. Hæc causa ipso quidem iure subsistit: uerùm eius exceptio hæc est: Nisi pro parte tantùm heres extiterit. quæ exceptio approbatur l.1. C. de actionib. hered. cuius uerba uide s. lib. 48. cap. 18. reg. 2. exception. 6.*

XVI. *Causa: Si creditor debitoris negocia gessit, sibiq; soluere potuit. Hæc causa reprobatur l.14. §. illum autem. ff. de negocijs gestis, bisce uerbis:* Illum non credimus teneri ad reddendum pignus, qui gerit negocia debitoris: cùm pecunia ei debeatur, nec fuerit quod sibi possit exoluere.

## DE CAVSIS QVIBVS PIGNUS uel hypotheca soluitur, circa ipsam pignoris obligationem accessoriam contingentibus.

### Cap. V.

HActenus *causæ pignoris corrumpentes, quæ quidem circa principalem obligationem, cui pignus accessit, contingunt, enumeratæ sunt: quanquam earum plures enumerari possunt. nam tot ferè sunt tollendi pignoris causæ, quot exceptiones sunt aduersus actionem principalem peremptoriæ. restant nunc enumerandæ causæ, quæ contingunt circa ipsam pignoris obligationem accessoriam.*

I. *Causa: Si pignoris obligatio finita est. Hæc causa generalis approbatur l.6. in prin. ff. quib. mod. pignus soluitur. cuius uerba uide s. cap. proxim. causa 1. in princip.*

II. *Causa: Si pignus remissum sit, & conuenit ut ab eo recedatur. Hæc causa approbatur l.25. C. de pignor. & hypoth. his uerbis:* Maior annis uiginti quinq; pignoris conuentionem remissam, cùm hoc solum pactum uel iurisdictio secundum ipsius uoluntatem tueatur, persequi non potest. *Concordat l.2. in fine. C. de remissione pignoris, bisce uerbis:* Obligatio pignoris consensu & contrahitur & dissoluitur. *Concordat item l.9. in fine. C. eod. tit. his uerbis:* Cùm ex causa mandati pro socero tuo te fœnebrem pecuniam exoluisse proponas: curabit præses prouinciæ in

in restituends pecunia, quam pro eo exoluisti, nec non etiam usuris eius, indemnitati tuæ prospicere. Nam si recepra à creditore mancipia, quæ pignori fuerant data, hac mente socero tuo tradidisti, ut pignoria uinculum tuum dissolnatur: obligatio semel extincta instaurari non potest. *Concordat item l.9.§.& generaliter.ff.de pignor.actione.cuius uerba uide s. cap.prox.causa 4. Item concordat l.17.§.de pignore.ff.de pactis.cuius uerba uide s.cap.prox.causa 5. except.3. Item concordat l.5. in prin.ff.quib.mod.pignus soluitur.cuius uerba uide s. d. causa 5. in prin.* *Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi alius, non debitor pactum de remittendo pignore fecerit. quæ exceptio ipso quidem iure subsistit: uerum eius replicatio prima hæc est: Nisi procurator debitoris pactus sit pignus remitti. quæ replicatio approbatur l.7.§. sed si cum.ff.quib. mod.pig.soluitur.his uerbis:* Si cum debitoris procuratore conuenerit, ne res sit obligata: dicendum est, id debitori per doli exceptionem prodesse. Cùm autem cum seruo eius conuenit: per ipsam pacti conuenti exceptionem prodesse debet. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi procurator in rē suam pactus sit. Sed hæc duplicatio reprobatur l. 8. §. si procurator. ff. d. tt. cuius uerba uide J.except. prox.repl.1.* *Altera replicatio hæc est: Nisi seruus debitoris pactum fecerit. quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Cùm antem cum serno eius conuenir, &c. *Tertia replicatio est: Nisi cùm hæredi debitoris pactum factum esset, hæreditas ex senatusconsulto sit restituta. nam & huic cui restituta hæreditas est, pactum proderit. quæ replicatio approbatur l.8.§.1.ff. quib. mod. pignus soluitur. cuius uerba uide s.lib.17.cap.6.reg.1. exception.4.* *Altera exceptio est: Nisi alius quàm creditor debitori pactum de remittendo pignore fecerit. quæ exceptio ipso quidem iure subsistit: uerùm eius replicatio prima hæc est: Nisi procurator creditoris pactum fecerit. quæ replicatio approbatur l.8.§.si procurator.ff.d.tt.his uerbis:* Si procurator debiroris in rem suam sit: non puto dubirari debere, quin pactum noceat credirori. Itemqne etsi à parte creditoria procuraror in rem suam extirerit: paciscendo inutilem sibi faciet hypothecariam actionem: in tantum ur putem rectè dici, & dominis litis hoc casu nocere hác exceprionem. *Tertia exceptio uidetur: Nisi filiusfamiliâs uel seruus creditor pactus sit, ne pignus petatur.* *Hæc exceptio reprobatur sub conditione d.l.8.§.an pacisci poßint, his uerbis:* An pacisci posaint filinsfamiliâs & seruus, ne res pignori sit, quam peculiariter hypothecæ acceperint, & habent liberam pecullj administrarionem: uideamus, an quemadmodum donare non possunt, ita nec pacisci, ne pignori sit, posaint? Sed dicendum est, ut concedere posaint: scilicet si precium pro pactione accipiant, quasi nendant. *Quarta exceptio est: Nisi ne pars pignori sit conuenit, & cum altero possessorum agatur.* *Hæc exceptio reprobatur d.l.8. §. si conuenerit, his uerbis:* Si conuenerit ne pars dimidia pro indiuiso pignori sit, quæcunqne eiua fundi pars à quolibet possessore petatur, dimidia non rectè petitur. *Quinta exceptio est: Nisi cùm, ne pars pignori esset, conuenisset, tota res à pignoris nexu eximatur.* *Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio hæc est: Nisi cùm plures rem pignori dedissent, singuli pro sua parte, quam in re habebant: uni ex ijs pignoris obligatio sit remissa, qui rem in solidum poßidet. huic enim uidetur pactum in solidum prodesse.* *Sed hæc replicatio reprobatur d.l.8.§.si plures, his uerbis:* Si plures dederint pro indiuiso, & cum uno creditor paciscatur ne hypothecæ sit, deinde ab eo petat: etiamsi hic, cum quo pactus est, solidũ fundum posaideat pro indiuiso: quia de parte conuenisset, non repellet eum à toto.

III. *Causa: Si creditor cautionem super pignore debitori reddidit.* *Hæc causa approbatur l.7.C. de remißione pignoris, hisce uerbis:* Creditricem patrui tui sub obligatione fundi, qui per chirographum nexus pignori fuerat, iubentem eandem caurionem reddi: pignoris etiam ius remisisse uideri, manifestum est.

IIII. *Causa: Si aliud pignus, uel fideiussor pro pignore datus sit.* *Hæc causa approbatur l.5. §.si conuenerit. ff. quib. mod. pign. soluit.his uerbis:* Si conuenerir ut pro hypotheca fideiussor daretur, & datus sit: satisfactum esse uidebitur, ut hypotheca liberetnr. Aliud est, si ius obligarionis uendiderit creditor, & pecuniam acceperit. tunc enim manent omnes obligationea integræ: quia precij loco id accipitur, non solutionis nomine. *Concordat l.14.ff. eod. tt. his uerbis:* Cum colono tibi connenit, ut inuecta, importata pignori essenr, donec merces tibi soluta, aut sarisfactnm esset: deinde mercedis nomine fideiussorem à colono accepisti: satisfactum tibi uideri existimo. Et ideo illata pignori esse desijsse. *Concordat item l.50.in fine.ff. de iure dotium. cuius uerba uide s. lib.25. cap. 5. quæstion.5. regul.7. Concordat item l.9.§. omnis. ff. de pignor. actione. cuius uerba uide s. cap. proxim. causa 4. Sed & propositæ causæ exceptiones uide d. causa 4.*

V. *Causa: Si tempus pignoris finitum sit.* *Hæc causa approbatur l.6.in princip.ff.quibus mod. pignus soluitur. cuius uerba uide s.cap. proxim. causa 1.in prin.*

VI. Causa: Si conditio pignoris defecerit. Hæc causa approbatur l. 11. §. si quesi. ff. de pignor. action. cuius uerba uide s. cap. proxim. causa 5. Huius exemplum proponitur l. 1. C. de pactis pignor. cuius uerba uide ā. cap. prox. causa 14.

VII. Causa: Si delato iureiurando debitor iurauit, rem non esse pignori obligatam. quæ causa approbatur l. 5. §. fin. ff. quib. mod. pig. soluitur, his uerbis: Satisfactum creditori intelligitur, etsi iusiurandum delatum datum est, hypothecæ non esse rem obligatam.

VIII. Causa: Si cùm pater legati nomine quod filiofamilias sub conditione relictum erat, pignus pactus esset, filius pendente conditione sui iuris sit factus. Hæc causa approbatur l. 28. ff. de pignor. & hypoth. cuius uerba uide ā. cap. 2. except. 7. repl. 4. dupl. 1.

IX. Causa: Si rem pignori obligatam creditor alij pignori dederit: soluente primo debitore, utrunque pignus euanescit. quæ causa approbatur per ea quæ proposita sunt s. cap. 3. exception. 40. replicat. 12. duplicat. 1.

X. Causa: Si fundo uectigali à possessore pignori dato, fundus ob non solutam pensionem pleno iure ad dominum redierit. Hæc causa approbatur l. 31. ff. de pignor. & hypoth. cuius uerba uide s. cap. 3. except. 36.

XI. Causa: Si statulibero pignori dato, conditio libertatis extiterit. Hæc causa approbatur l. 13. §. 1. ff. de pignor. & hypoth. cuius uerba uide ā. cap. 9. except. 35.

XII. Causa: Si seruus pignori datus manumissus sit. Hæc causa approbatur, simul & distinguitur s. lib. 19. cap. 6. except. 18.

XIII. Causa: Si seruus pignori datus ab hostibus captus sit. Hæc causa reprobatur l. 12. §. si pignori. ff. de captiuis, his uerbis: Si pignori seruus datus fuerat ante captiuitatem: post dimissum redemptorem in ueterem obligationem reuertitur: et si creditor obtulerit ei qui redemit, quanti redemptus est: habet obligationem & in priorem debiti causam, & in eam summam qua eum liberauit, quasi ea obligatione quadam constitutione inducta, ut cùm posterior creditor priori satisfacit confirmandi sui pignoris causa: nisi quod in hoc conuersa res est, & posterior qui apud nos esset prior, quia eum seruum, ut apud nos esset, effecit: ab eo qui tempore prior fuit, ut infirmior dimittendus est.

XIIII. Causa: Si ususfructus pignori datus extinctus sit. Hæc causa approbatur l. 8. in prin. ff. quib. mod. pig. soluitur, his uerbis: Sicut re corporali extincta, ita & ususfructu extincto pignus hypothecaue perit.

XV. Causa: Si res pignori data extincta sit. Hæc causa approbatur uerbis iam propositis. Cui concordat l. 1. §. cùm prædium. ff. de pignor. & hypoth. cuius uerba uide j. cap. 8. quæst. 6. reg. 3. except. 1. Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi res non in totum perierit, sed in aliam speciem sit mutata. Hæc exceptio approbatur l. 16. §. si res. ff. d. tt. his uerbis: Si res hypothecæ data, postea mutata fuerit, æquè hypothecaria actio competit: ueluti de domo data hypothecæ, & horreo facto. Item si de loco conuenit, & domus facta sit. Item de loco dato, deinde uineis in eo positis. Altera exceptio est: Nisi res sit restituta, uel noua in locum eius facta. Hæc exceptio approbatur exemplo l. 29. §. domus. ff. de pignor. & hypoth. his uerbis: Domus pignori data, exusta est, eamque aream emit Lucius Titius, & extruxit. Quæsitum est de iure pignoris? Paulus respondit, pignoris persecutionem perseuerare. Et ideo ius soli superficiem secutam uideri: id est, cum iure pignoris. Sed bonæ fidei possessores non aliter cogendos creditoribus ędificiũ restituere, quàm sumptus in extructionem erogatos, quatenus preciosior res facta esset, reciperent. Concordat l. ult. ff. eod. tt. his uerbis: Si insula quam tibi ex pacto conuento licuit uendere, combusta est, deinde à debitore tuo restituta: idem in noua insula iuris habes. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi sumptus bonæ fidei possessori non restituantur. quæ replicatio approbatur uerbis d. §. domus, s. propositis hisce: Sed bonæ fidei possessores, &c. Tertia exceptio est: Nisi alia res in locum eius quæ perijt, sit substituta. Hæc exceptio approbatur exemplo l. 13. in prin. ff. de pignor. & hypoth. his uerbis: Grege pignori obligato, quæ postea nascuntur, tenentur. Sed et si prioribus capitibus decedentibus totus grex fuerit renouatus: pignori tenebitur. Concordat l. 34. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. cap. 3. except. 26. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi non in genere, sed specialiter res in pignore constituendo sint designatæ. quæ replicatio (Accursio teste) approbatur l. 26. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis: Lucius Titius prædia & mancipia quæ in prædijs erant, obligauit: hæredes eius prædijs inter se diuisis, illis mancipijs defunctis alia substituerunt. Creditor postea prædia cum mancipijs distraxit. quæritur, an ipsa mancipia quæ sunt modò in prædijs constituta, hoc est, in hypothecis, emptor uindicare rectè possit? Modestinus respondit, si neque pignorata sunt ipsa mancipia, neque ex pignoratis ancillis nata: minimè creditoribus obligata esse. Quarta exceptio est: Nisi aliquid ex re pignori obligata supersit. hoc enim in pristina pignoris causa manet. quæ exceptio approbatur

batur exemplo areæ, cuius domus pignori obligata exusta fuit, l.29.§.domus. ff. de pignor. & hypoth. uerbis s̄.except.2.propositis hisce: Paulus respôdit, pignoris persecutionem perseuerare. Et ideo ius soli superficiem secutam uideri, id est, cum iure pignoris. Concordat l.21. ff.de pignor.action.cuius uerba uide j.cap.8. quæst. 6.reg.10. Quintæ exceptionis loco notandû, quòd si dolo uel culpa debitoris res perierit, ad exhibendû teneatur. quæ exceptio approbatur l. 27. ff. de pignor. & hypoth. cuius uerba uide j.cap.10.quæst.1. causa 9.

XVI. Causa: Si creditor ancillam pignori obligatam prostituit, uel aliud improbatum facere coegit. Hæc causa approbatur l.24.§.fin.ff. de pignor. act. his uerbis: Si creditor prostituit ancillam, uel aliud improbatum facere coegit: illico pignus ancillæ soluitur.

XVII. Causa: Si creditor pignus uendidit. Hæc causa approbatur quidem ipso iure, uerùm eius exceptio prima hæc est: Nisi à uenditione postea recedatur. quæ exceptio approbatur l. 10. §. fin. ff. quib. mod.pignus soluitur. cuius uerba uide s̄. cap.prox. causa 1.except.13.repl.15. Altera exceptio est: Nisi ita uendidit creditor, ne discedat à pignore, antequam sibi satisfiat. quæ exceptio approbatur l.4.§. sed si ipse.ff.eod.tt.cuius uerba uide j.causa 21. distinct.1. Tertia exceptio est: Nisi non pignus, sed principalem obligationem, pro qua pignus datum est, uendiderit. Hæc exceptio approbatur l. 5. §. si conuenerit. ibi: aliud est. ff. d.tt. cuius uerba uide s̄. causa 4. Quarta exceptio est: Nisi quoad alium creditorem, cui eadem res pignori fuit obligata. huic enim non obstat uenditio pignoris ab alio creditore facta. quæ exceptio approbatur l.1. ff. de distractione pignor. his uerbis: Creditor qui prædia pignori accepit, & post alium creditorem qui pignoris conuentionem ad bona debitoris contulit, ipse quoq; simile pactum bonorum ob alium aut eundem contractum interposuit. Ante secundum creditorem dimissum, nullo iure cætera bona titulo pignoris uendidit. Sed ob eam rem in personam actio contra eum creditori qui pignora sua requirit, non competit. Sed nec utilis danda est. Nec furti rerum mobilium gratia rectè conuenietur: quia propriam causam ordinis errore ductus persecutus uidetur: præsertim cum alter creditor furto possessionem quæ non fuit apud eum, non amiserit. Ad exhibendum quoque frustra litem excipiet: quia neq; possidet, neque dolo fecit, ut desineret possidere. Sequitur ut secundus creditor possessores interpellare debeat. Concordat l.1. C. de his qui in priorum creditor. locum succed. his uerbis: Cùm pro patre, in cuius potestate non eras, pecuniam fisco intuleris, & iure priuilegio eius successisti, & eius locum cui pecuniam numerasti, consecutus es: nec ij creditores patris tui qui personalem habuerunt actionem, uel cum eo postea sub pignoribus contraxerunt, pignora tua te ignorante distrahendo iuri tuo aliquid derogauerunt. Vnde intelligis, si quid tuo nomine te absente ab actoribus tuis solutum est, ut in debitum numeratum restitui, pignoraque tibi nexa persequi te posse. Concordat item l.17. C. de distractione pignor. his uerbis: Rei creditor obligatæ generali siue speciali conuentione, per creditorem alium cui non fuerat nexa, uenundatæ non amittit persecutionem. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi creditor qui uêdidit, potior fuerit in pignore. quæ replicatio approbatur l.3.C.si antiquior creditor, his uerbis: Quo minus creditor qui antea pignus accepit, distrahat: non offerendo secundus priori debitum interpellare non potest. Concordat l.6. C. qui potiores in pignore. cuius uerba uide s̄. lib.8. cap.9.reg.17. Concordat item l.6.C.de obligationib. & actionib. his uerbis: Si in solutum nomen debitoris sui debitor tibi dedit, ac te in rem tuã procuratorem fecit: pignora quæ specialiter uel generaliter habes obligata, persequere. Quòd si ab his quibus fuerant obligata, cum priores erant, distracta probentur: emptoribus a nocari non posse, perspicis. Concordat l. 7. C. eod. tt. his uerbis: Si à creditore nomen comparasti: ea pignora quæ uenditor nominis persequi posset, apud præsidem prouinciæ uindica. Nam si debitum ex eius persona res obligatas tenentes non transferant: iure communi pignora distrahere non prohiberis. Sanè si creditoribus in ordine pignorum antecedentibus uenundantibus, qui possident comparauerunt, uel longi temporis præscriptione muniti perhibentur: pignorum distrahẽdorum facultatem te non habere perspicis. Concordat itẽ l.1.in prin.C.si antiquior creditor. cuius uerba uide j.causa 21.distinct.6. Altera propositæ exceptionis replicatio hæc est: Nisi res usucapta sit. Hæc replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce: Vel longi temporis præscriptione muniti perhibentur. Tertia replicatio est: Nisi alius creditor admonitus ius suum persequi noluit. quæ replicatio approbatur l. 6. C. de remissione pignoris. cuius uerba uide j. causa 21. distinct.4 & 9. Quintæ exceptionis loco notandum, quòd quãuis uenditione à creditore facta pignus esse desinat: tamen pignoraticia actio debitori nõ negetur. de qua re dictum s̄.cap.prox.causa 1.except.11.

XVIII. Causa: Si res in eum casum deuenerit, quo ab initio pignori obligari non potuisset. Hæc causa approbatur exemplo l.penult.in fine.ff.de except.rei iudicatæ, his uerbis: Illud me mouet,

nunquid pignoris ius extinctum sit dominio adquisito. Neq; enim potest pignus perseuerare domino constituto creditore. *Huius causæ species, sed & exceptiones uide in causis sequentib.*

XIX. *Causa: Si cùm res pignori data debitori sub certa conditione addicta esset, existente illa conditione res illi auferatur. Hæc causa approbatur, simul & distinguitur l. 5. ff. quib. mod. pignus soluitur, his uerbis:* Si res distracta fuerit sic. Nisi intra certum diem meliorem conditionem inuenisset: fueritq; tradita, & fortè emptor, antequam melior conditio offerretur, hâc rem pignori dederit: Marcellus lib. V. Digestor. ait, finiri pignus, si melior conditio fuerit allata. quáquam ubi sic res distracta est, Nisi emptori displicuisset: pignus finiri non putet. *Concordat l. 4. §. sed & Marcellus. ff. de in diem addict. cuius uerba uide J. lib. prox. cap. 5. quæst. 4. reg. 1.*

XX. *Causa: Si debitor rem pignori datam in iudicio amisit. Hæc causa reprobatur l. 3 ff. de pignor. & hypoth. cuius uerba cum legibus concordantib. uide J. lib. 48. cap. 17. regul. 2. exception. 4. replication. 2.*

XXI. *Causa: De alienatione rei pignoratæ à debitore facta. Hæc causa regulariter reprobatur l. 18. §. si fundus. ff. de pignoraticia actione, his uerbis:* Si fundus pignoratus uenierit, manere causam pignoris constitit: quia cum sua causa fundus transeat, sicut in partu ancillæ, qui post uenditionem natus sit. *Concordat l. 14. C. de pignor. & hypoth. his uerbis:* Distractis à debitore pignoribus, creditores in potestate habere, utrum'ne personali obligatos sibi, an pignora possidentes in rem actione conuenire uelint, non est iuris incerti. *Concordat item l. 15. C. eod. tt. his uerbis:* Debitorem neq; uendentem, neque donantem, neq; legantem, uel fideicommissum relinquentem, posse deteriorem facere creditoris conditionem, certissimum est. Vnde si tibi obligatam rem probare posse confidis: pignora persequi debes. *Concordat item l. 3. C. de remissione pignoris. cuius uerba uide ī. lib. 8. cap. 9. reg. 1. except. 1. Item concordat l. 10. C. eod. tt. his uerbis:* Res pignori hypothecæúe iure creditoribus obnoxias, citra consensum eorum debitores alienantes præcedentem non dissoluunt obligationem. *Item concordat l. 12. C. de distractione pignor. his uerbis:* Si debitor rem tibi iure pignoris obligatam, te non consentiente, distraxit: dominium cum sua causa transtulit ad emptorem. *Concordat item Nouell. c. 112. §. ab hac uerò. ibi: sin debitor hoc. cuius uerba uide ī. lib. 5. cap. 9. de re litigiosa. quæstion. 1. exception. 1. replicat. 3. Planè admittitur causa proposita, primùm quidem, si consensu creditoris rem pignori obligatam debitor alienauit. quæ distinctio approbatur l. 4. §. 1. ff. quib. modus pignus soluitur, his uerbis:* Si in uenditione pignoris consenserit creditor, uel ut debitor hanc rem permutet, uel donet, uel in dotem det: dicendum erit pignus liberari, nisi salua causa pignoris sui consenserit: nam multi solent salua causa pignoris sui consentire. Sed etsi ipse uendiderit creditor, sic tamen uenditionem fecerit, ne discederet à pignore, nisi ei satisfiat: dicendum erit, exceptionem ei non nocere. Sed etsi non concesserit pignus uenundari, sed ratam habuerit uenditionem: idem erit probandum eum uelle. *Concordat l. 9. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. distinct. 2. Item concordat l. 11. ff. eod. tt. his uerbis:* Lucius Titius, cùm esset uxoris suæ Caiæ Seiæ debitor sub pignore siue hypotheca prædiorum, eadem prædia cum uxore sua Septitiæ communis filiæ nomine Sempronio marito eius futuro in dotem dedit. Postea defuncto Lucio Titio, Septicia filia abstinuit hæreditate paterna: quæro, an mater eius hypothecam persequi possit? Paulus respondit, pignoris quidem obligationem prædiorũ Caiam Seiam, quæ uiro pro filia communi in dotem eadem danti consensit, cùm communis filiæ nomine darentur, remisisse uideri: obligationẽ autem personalem perseuerasse. Sed aduersus eam quę patris hęreditate abstinuisset, actionem non esse dandam. *Concordat item l. 12. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. cap. 9. reg. 1. except. 23. Item concordat l. 158. ff. de reg. iuris, bisce uerbis:* Creditor qui permittit rem uenire, pignus dimittit. *Item concordat l. 2. C. de remissione pignoris, bisce uerbis:* Si probaueris te fundum mercatũ, possessionemq; eius tibi traditam, sciente & consentiente ea quæ sibi eum à uẽditore dicit obligatum: exceptione eam remouebis. Nam obligatio pignoris consensu & contrahitur & dissoluitur. *Concordat item l. 4. C. eod. tt. his uerbis:* Cùm te à debitore mercatum proponas eam rem quæ alij pignorata erat, si sciente eo, ac pignus suum remittente, eam mercatus es: cùm consensu nexus pignoris euanuerit (si non noua uoluntas intercessit, quę denuò obligationem pignoris restitueret) ea res uelut obstricta non potest uindicari. *Planè propositæ distinctionis exceptio prima hæc est: Nisi postea rursus conuenerit, ut res pignori eidem obligata esset. tunc enim præcedens consensus ei non obest. quæ exceptio approbatur uerbis d. l. 4. iam propositis bisce:* Si non noua uoluntas intercessit, quæ denuò obligationem pignoris restitueret. *Altera exceptio est: Nisi credi-*

*creditor consentiens ius pignoris sibi reseruauerit. Hæc exceptio approbatur l.4.§.1.ff.quib.mod.pig. soluitur, uerbis ĩ.ead.distinct.in prin.propositus hisce:* Nisi salua causa pignoris sui cõsenserit. *Concordat l.12.§.si tecum, in fine.ff.qui potiores in pig. cuius uerba uide J. cap.9. reg.1. exceptioñ.24. Tertia exceptio est: Nisi uenditio non ualeat. Hæc exceptio approbatur d.l.4.§.fin.bis uerbis:* Quæritur, si fortè uenditio rei specialiter obligatæ non ualeat: an nocere hæc res creditori debeat, quòd consensit: utputa si qua ratio iuris uenditionem impediat? dicendum est, pignus ualere. *Quarta exceptio est: Nisi uenditio consensum non sequatur. Hæc exceptio approbatur l.8.§.si uoluntate.ff.quib.mod.pig.soluatur, bis uerbis:* Si uoluntate creditoris fundus alienatus est, inuerecundè adplicare sibi eum creditor desiderat: si tamen effectus sit secutus uenditionis. Nã si non uenierit: non est satis ad repellendum creditorem, quòd uoluerit uenire. *Concordat d.l.8.§.superuacuum. cuius uerba uide J.except.prox.repl.1. Quinta exceptio est: Nisi uenditio postea rescindatur, debitorq́; rem receperit. Hæc exceptio approbatur l.10.in prin.ff.eod.tit. bis uerbis:* Voluntate creditoris pignus debitor uendidit, & postea placuit inter eum & emptorem, ut à uenditione discederetur: ius pignorum saluum erit creditori. Nam sicuti debitori, ita & creditori pristinum ius restituitur. Neq; enim omnimodo creditor pignus remisit, sed ita demum, si emptor rem retineat, nec reddat uenditori. Et ideo si iudicio quoque accepto uenditor absolutus, uel quia non tradebat, in id quod interest condemnatus sit: saluum fore pignus creditori, dicẽdum est. Hæc enim accidere potuissent, etiamsi non uoluntate creditoris uendidisset. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi uenditione salua debitor rem postea redemerit, uel alio modo nactus sit. Hæc replicatio approbatur l.ult.C.de remißione pignoris, bisce uerbis:* Solita puidentia utimur etiã de pignoribus uel hypothecis rerum quæ quibusdam creditoribus suppositæ, postea à debitoribus uenduntur, uel alio modo transferuntur, creditore suum cõsensum contractui prębente, & quodam legitimo modo postea res ad priorem dominum reuertuntur. In hoc enim casu diuersæ sententiæ legum prudentibus habitæ sunt: quibusdam dicentibus, ius pignoris creditori renouari propter uerbum Futurarum rerum, quod in generalibus hypothecis poni solitum est: alijs, penitùs extingui. Nobis autem uisum est, eum qui semel consensit alienationi hypothecæ, & hoc modo suum ius respuit; indignum esse eandem rem, utpote ab initio ei suppositam, uindicare, uel tenentem inquietare. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi dubitetur, utrum ob rescissam uenditionem, an ex alia causa rem debitor receperit, utputa precio nondum soluto. tunc enim præsumitur ex rescissa uenditione rem à debitore teneri. Quæ duplicatio approbatur l.8.§.superuacuum.ff.quib.mod.pig.soluitur, bis uerbis:* Superuacuum est quærere agrum specialiter hypothecæ datum permissu creditoris uenisse, si ipse debitor rem possideat: nisi quod potest fieri, ut debitor permissu creditoris uendiderit, deinde postea bona fide redemerit ab eodem uel ab alio, ad quem per successionem ea res pertinere cœpisset: aut si ipse debitor emptori hęres extiterit. Veruntamẽ cùm pecunia soluta non sit: doli mali suspicio inerit, translata ad præsens tempus, ut possit creditor replicationem doli mali obijcere. *Sexta exceptio est: Nisi hæres debitoris rem uenditam poßideat. eius replicatio hæc est: Nisi non hæreditario, sed alio iure hæres rem à debitore uel ab alio acceperit. Hæc replicatio approbatur, simul & distinguitur d.l.8.§.illud uideamus, bis uerbis:* Illud uideamus, si Titius debitor uoluntate creditoris sui uendiderit Mæuio, uel ei à quo Mæuius emerat: & postea Mæuius Titio hæres extiterit, & creditor ab eo petat: quid iuris sit? Sed iniquum est, auferri ei rem à creditore qui non successionis iure, sed alio modo rem nactus est. Potest tamen dici, cùm Titij dolus in re uersetur, ne creditor à possessore pecuniam recipiat: iniquissimum esse ludificari eum. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi in fraudem creditoris debitor hæredi rem uendiderit potius, quàm hæreditario iure ei reliquerit. Quæ duplicatio constat ex uerbis iam propositis hisce:* Potest tamen dici, &c. *Cuius triplicatio hæc est: Nisi hæres rem alij obligauerit. tunc enim quamuis dolus debitoris interuenerit, nihilominus priori creditori obstat exceptio. Quæ triplicatio approbatur d.l.8.§.quòd si is fundus, bis uerbis:* Quòd si is fundus alicui à Męuio obligatus possideatur, cui nondũ satisfactũ fuerit: tunc rursus æquum erit excipi, Si non uoluntate creditoris uenijt. Licet enim dolus malus debitoris interueniat, qui non soluit: tamen secundus creditor qui pignori accepit, potior est. Tutius tamen est, si debitor à creditore petat, ut ei permittat pignus uendere, quo magis satisfaciat: antea cautionẽ accipere ab eo qui rem empturus erit, ut preciũ rei uenditæ usq; ad summam debiti creditori soluat. *Septima exceptio est: Nisi cùm creditor cõsensisset ita, ut ex precio rei uenditæ debitum reciperet, debitum*

non receperit. *Quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur uerbis iam propositis hisce:* Tutius tamen est, &c. *Concordat d. l. 8. §. sed si permiserit. cuius uerba uide ‡. except. 11. Eius replicatio hæc est: Nisi dicta cautio non sit ab emptore præstita. tunc enim ob non seruatam fidem debitoris non datur hypothecaria aduersus emptorem, ut ex uerbis iam dictis constat. Octaua exceptio est: Nisi consensu creditoris non uendita sit res pignorata, sed alio modo alienata. Hæc exceptio reprobatur d. l. 8. §. uenditionis, hisce uerbis:* Venditionis appellationem generaliter accipere debemus: ut etsi legare permisit, ualeat quod concessit. Quod ita intelligemus, ut et si legatum repudiatum fuerit, conualescat pignus. *Concordant propositæ exceptioni reprobatæ ea quæ proposita sunt ‡. ead. distinct. 1. in princip. Nona exceptio est: Nisi cùm debitor consensu creditoris pignus alij legasset, legatum sit repudiatum. Quæ exceptio approbatur uerbis d. §. uenditionis, iam propositis hisce:* Quod ita intelligemus, ut & si legatum repudiatum fuerit, conualescat pignus. *Decima exceptio est: Nisi debitor rem ex causa uenditionis nondum tradiderit, uel precium rei nondum sit consecutus. Hæc duplex exceptio reprobatur d. l. 8. §. si debitor, his uerbis:* Si debitor uendiderit rem, nec tradiderit: an non repellatur creditor, quasi adhuc res in bonis sit debitoris: an uerò, cùm teneatur ex empto, pignus extinguatur? quod magis est. Sed quid si precium uenditor consecutus non sit, nec paratus sit emptor dare? tantundem potest dici. *Vndecima exceptio est: Nisi alia specie alienationis consensit creditor rem alienari, quàm est alienata. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur d. l. 8. §. sed si permiserit, his uerbis:* Si permiserit creditor uendere, debitor uerò donauerit: an exceptione illum submoueat? an facti sit magis quæstio? nunquid ideo uenire uoluerit, ut precio accepto ipsi quoque res expediat? quo casu non nocebit consensus. Quòd si in dotem dederit: uendidisse in hoc casu rectè uidetur propter onera matrimonij. In contrarium, si concesserit donare, & uendiderit debitor, repelletur creditor: nisi quis dicat ideo concessisse donari, quòd amicus erat creditori is cui donabatur. *Duodecima exceptio est: Nisi non eo precio quo consensit creditor, res sit uendita. Et hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur d. l. 8. §. quòd si cõcesserit, his uerbis:* Quòd si concesserit decem uendere, ille quinque uendiderit: dicendum est, non esse repellendum creditorem. In contrarium, non erit quærendum quin rectè uendat, si pluris uendiderit quàm concessit creditor. *Decimatertia exceptio est: Nisi cùm debitori concessisset pignus uendere creditor, alius nouus possessor uendiderit. Hæc exceptio approbatur d. l. 8. §. si debitor, his uerbis:* Si debitor fortè concessa uenditione rem desierit possidere, & nouus possessor uendiderit: an duret pignus, quasi personæ permiserit creditor? quod magis est. Nam si nouo possessori, non debitori, à quo hypothecam accepit, concessit creditor uendere: dicendum est, nocere ei exceptionem. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi cùm debitori concessisset, hæres debitoris uendiderit. Quæ replicatio approbatur d. l. 8. §. si debitori, his uerbis:* Si debitori concessum sit, & hæres eius uendiderit: potest facti quæstio esse, quid intellexerit creditor: sed rectè uenisse, dicendum est. Hæ enim subtilitates à iudicibus non admittuntur. *Decimaquarta exceptio: Nisi non debitor, sed alius consensu creditoris uendiderit. Hæc exceptio reprobatur uerbis d. §. si debitor, ‡. propositis hisce:* Nam si nouo possessori, non debitori, &c. *Decimaquinta exceptio est: Nisi non eo tempore quo creditor concessit, sed alio pignus uenditum sit. Hæc exceptio approbatur d. §. si debitor, in fine, his uerbis:* Si intra annum aut biennium concesserit creditor uendere, post hoc tempus uendendo non aufert pignus creditori. *Decimasexta exceptio est: Nisi debitor uenditi actione ad rem tradendam conuentus absolutus sit, uel ad id quod interest condemnatus re non tradita. Hæc exceptio approbatur l. 10. in princip. ff. quib. mod. pig. soluitur. cuius uerba uide ‡. excep. 5. Decimaseptima exceptio est: Nisi creditor qui consensit, pupillus sit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 7. in princip. ff. quibus mod. pign. soluitur, his uerbis:* Si consensit uenditioni creditor, liberatur hypotheca. Sed in his pupilli consensus non debet aliter ratus haberi, quàm si præsente tutore consenserit, aut etiam ipse tutor: scilicet si commodum aliquod, uel satis ei fieri ex eo iudex existimauerit. *Decimaoctaua exceptio est: Nisi non creditor, sed alius eius nomine consenserit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur d. l. 7. §. 1. his uerbis:* Videbimus, si procurator omnium bonorum consenserit, uel seruus actor cui & solui potest, & in id præpositus est: an teneat consensus eorum? Et dicendum est, non posse, nisi specialiter hoc eis mandatum sit. *Prima propositæ exceptionis replicatio uidetur esse: Nisi alius cui solui potest, consenserit. Sed hæc replicatio uerbis iam propositis reprobatur. Altera replicatio est: Nisi alius qui consensit, speciale eius mandatum habuerit. Hæc replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Nisi specialiter

cialiter hoc eis mandatum sit. *Tertia replicatio est: Nisi tutor creditoris consenserit. Quæ replicatio approbatur l.7. in princip. ff. quib. mod. pignus soluitur. cuius uerba uide s. except. proxim. Decimanona exceptio est: Nisi in partem tantùm rei alienandam creditor consenserit. hoc enim casu reliquam partem persequi non prohibetur. Quæ exceptio approbatur d. l.7. §. si conueniet, his uerbis*:. Si conueniet de parte pro indiuiso alienanda, si certa res est quæ uenit, potest dici de reliqua parte ab initio agi oportere, nec obstare exceptionem. *Vicesima exceptio est: Nisi creditor deceptus consenserit. Hæc exceptio approbatur l. 8. §. non uidetur, in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide j. distinction. proxim. Hæc de prima propositæ causæ reprobatæ distinctione, eiusq; exceptionibus sunt dicta. Secundò admittitur causa proposita, si creditor instrumento uenditionis subscripserit. Hæc distinctio approbatur l. 8. §. non uidetur. ibi: sed si subscripserit. ff. quibus mod. pignus soluitur, his uerbis*: Si subscripserit fortè in tabulis emptionis creditor, consensisse uidebitur: nisi manifestè appareat eum deceptũ esse. Quod obseruari oportet & si sine scriptis consenserit. *Concordat l.9. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis*: Titius Seio pecuniam sub pignore fundi dederat. is fundus, cùm esset reipublicæ ante obligatus, secundus creditor pecuniam reipub. exoluit. Sed Mæuius extitit, qui dicebat, ante rempub. sibi fundum obligatum fuisse. Inueniebatur autem Mæuius instrumento cautionis cum repub. antea facto à Seio, interfuisse & subscripsisse: quo cauerat Seius fundũ nulli alij fuisse obligatum. quæro an actio aliqua in rem Mæuio competere potest? Modestinus respondit, pignus cui is de quo quæritur, consensit: minimè eum retinere posse. *Tertiò admittitur causa proposita, si creditor alienationem pignoris à debitore factam, ratam habuit. Hæc distinctio approbatur l.4. ibi: sed etsi non. ff. quib. mod. pignus soluitur. cuius uerba uide s. distinct. 1. in prin. Quartò admitti uidetur causa proposita, si sciente & non contradicente creditore debitor pignus alienauerit. Sed hæc distinctio reprobatur l.8. §. non uidetur. ff. d. tt. his uerbis*: Non uidetur consensisse creditor, etsi sciente eo debitor rem uendiderit: cùm ideo passus est uenire, quòd sciebat ubique pignus sibi durare. *Planè admittitur distinctio proposita, si non debitore, sed alio creditore uel iudice rem distrahente, creditor admonitus ius suum persecutus non sit. Quæ distinctio approbatur l.6. C. de remißione pignoris, hisce uerbis*: Si eo tempore quo prædium distrahebatur, programmate admoniti creditores, cùm præsentes essent, ius suum executi non sunt: possunt uideri pignoris obligationem amisisse. *Cõcordat j. distinct. 9. Quintò admittitur causa proposita, si debitor antequam pecunia sibi numeraretur, rem pignori obligatam alienauit. Quæ distinctio approbatur l.4. ff. quæ res pignori obligari non poss. his uerbis*: Titius cùm mutuam pecuniam accipere uellet à Mæuio, cauit ei, & quasdam res hypothecæ nomine dare destinauit, deinde postquam ex his rebus quasdã uendidisset, accepit pecuniam: quæsitum est, an & prius res uenditæ creditori tenerentur? Paulus respondit, cùm in potestate fuerit debitoris post cautionem interpositam pecuniam non accipere: eo tempore pignoris obligationem contractám uideri, quo pecunia numerata est. Et ideo inspiciendum quas res in bonis debitor numeratæ pecuniæ tempore habuerit. *Concordant ea quæ proposita sunt s. cap. 3. except. 40. in prin. Sextò admitti uidetur causa proposita, si debitor rem alij obligatam, creditori suo uel potiori alienauerit. Sed hæc distinctio reprobatur l.1. C. si antiquior creditor, his uerbis*: Si uendiderit qui antè pignus accepit, persecutio tibi hypothecaria superesse non potest. Cùm autem debitor ipse priori creditori eadem pignora in solutum dederit, uel uendiderit: non magis tibi persecutio adempta est, quàm si alij easdem res debitor uenndedisset. Sed ita persequens res obligatas audieris, si quod eidem possessori propter præcedentis contractus authoritatem debitum est, obtuleris. *Concordat l. 20. in fine. ff. de solut. cuius uerba uide j. lib. 48. cap. 9. except. 20. Septimò admittitur causa proposita, si debitor duabus creditoribus, quibus pignori obligauerat, eandem rem uendiderit. hoc enim casu neutri aduersus alterum pignoris persecutio cõpetit. Quæ distinctio approbatur l.9. in prin. ff. quibus mod. pign. soluitur, his uerbis*: Titius Semptonio fundũ pignori dedit, & eundem postea Caio Seio: atque ita idem Titius & Sempronio & Caio Seio eundem fundum in assem uendidit, quibus pignori dederat antea in solidum singulis. quæro an uenditione interposita ius pignoris extinctum sit, ac per hoc ius solum emptionis apud ambos permanserit? Modestinus respondit, dominium ad eos de quibus quæritur, iure emptionis pertinere: & cùm consensum mutuò uenditioni dedisse proponantur, inuicem pignoraticiam actionem eos non habere. *Octauò admitti uidetur causa proposita, si debitor rem quam pignori obligauerat, uenditori redhibuerit. Sed hæc distinctio reprobatur l.4. in princip. ff. quib. mod. pignus soluitur, his uerbis*: Si debitor cuius res pignori obligatæ erant, seruum quem emerat, redhi-

redhibuerit: an desinat Seruianæ locus esse? & magis est, ne desinat: nisi ex uoluntate creditoris hoc factum est. *Concordat l.43.§. pignus.ff.de ædilitio edicto, his uerbis:* Pignus certè manebit obligatum, etiamsi redhibitus fuerit seruus: quemadmodum & si eum alienasset, aut usumfructum eius: nec rectè redhibebit, nisi redemptum & pignori liberatum redhibeat. *Nonò admittitur causa proposita, si non debitor, sed fiscus uel alius potior creditor uendiderit. Quæ distinctio approbatur l. 8. C. de remißione pignoris, hisce uerbis:* Si hypothecas fisco distrahente, creditores silentio tradiderunt negocium: palàm est etiam actionem suam amisisse eos, quam in rem habebant. Nam fiscalis hastæ fides facilè conuelli non debet. *Concordat l. 6. C. eod. tt. cuius uerba uide s̄. distinct. 4. Concordat item l. 1. C. si propter publicas pensitat. cuius uerba uide s̄. lib. 11. cap. 5. quæstion. 6. reg. 1. except. 3. Concordant item ea quæ proposita sunt s̄. causa 17. exception. 4. replicat. 1. Decimò admittitur causa proposita, si cum debitor rem alienam sub conditione tacita uel expressa pignori dedisset, pendente conditione rem nactus eam alienauerit. Quæ distinctio approbatur l. 9. §. fin. ff. qui potiores in pignore. cuius uerba uide J. cap. 9. reg. 1. exceptione 39. replication. 1. Postremò admittitur causa proposita, si res à debitore alienata sit usucapta, uel præscripta. De qua re uide J. capite 8. quæstione octaua. item s̄. libro 22. capite 1. quæstione tertia.*

XXII. *Caussa: Si creditor dominium rei pignoratæ nactus sit. Hæc caussa approbatur l. 29. ff. de pignor. action. cuius uerba uide s̄. lib. 22. cap. 5. except. 46. in fine. Concordant ea quæ proponuntur J. cap. 12. quæst. 1. except. 8.*

## *DE IVRE TAM DEBItoris quàm creditoris in pignore. Cap. VI.*

*HActenus quinque locos pignoris absoluimus: etymologiam uidelicet pignoris, differentiam, diuisionem & causas pignoris tam contrahendi quàm dissoluendi, seu efficientes & corrumpentes, cum suis exceptionibus. Supersunt effectus pignoris, seu iura tam debitori quàm creditori in re pignori obligata competentia. Qui locus etiam actionem hypothecariam, pignoratitiam directam & contrariam, earumq; adfinia remedia cõplectitur. De quibus actionibus dicetur, si prius reliquos pignoris effectus proposuerimus.*

I. Regula: *Res pignori data manet in dominio debitoris. Quæ regula approbatur l. 35. §. fin. ff. de pignor. action. his uerbis:* Pignus, manente proprietate debitoris, solam possessionem transfert ad creditorem. Potest tamen & precariò, & pro conducto debitor re sua uti. *Concordat l. 5. C. eod. tt. cuius uerba uide J. cap. 12. quæst. 1. except. 1.*

II. Regula: *Poßeßio pignoris ad creditorem pertinet. Quæ regula approbatur uerbis iam propositis hisce:* Solam possessionem transfert ad creditorem. *Huius regulæ exceptio prima uidetur esse: Nisi creditor rem debitori locauerit. Sed hæc exceptio reprobatur l. 37. ff. d. tt. his uerbis:* Si pignus mihi traditum locassem domino, per locationem retineo possessionem: quia antequam cõduceret debitor, non fuerit eius possessio: cùm & animus mihi retinendi sit, & conducenti non sit animus possessionem adipiscẽdi. *Altera exceptio est: Nisi quoad usucapionem. hoc enim casu debitori sua poßeßio non est interrupta. Quæ exceptio cum alijs similibus tractatur s̄. lib. 22. cap. 5. except. 42. repl. 3.*

III. Regula: *Debitor rem nihilominus uendere potest. Quæ regula approbatur l. 6. ibi: melius. ff. de pignor. action. cuius uerba uide J. cap. proxim. quæst. 5. reg. 1. Concordat Nouell. c. 112. §. ab hac uerò. ibi: integrum quidem. cuius uerba uide s̄. lib. 5. cap. 9. membr. 2. quæst. 1. except. 1. replic. 1. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi conuenerit, ne uendat. Quæ exceptio approbatur l. 7. §. fin. ff. de distract. pignor. cuius uerba uide s̄. lib. 37. cap. 5. except. 21. repl. 2.*

IIII. Regula: *Debitor seruum alij pignoratum manumittere non potest. Quæ regula approbatur, simul & distinguitur s̄. lib. 19. cap. 6. except. 13.*

V. Regula: *Commodum & incommodum pignoris ad debitorem pertinet, non ad creditorem. Quæ regula approbatur l. 21. §. quidquid. ff. de pignor. & hypoth. his uerbis:* Quidquid commodi siue incommodi fortuitò pignori accessit, id ad debitorem pertinet.

VI. Regula: *Potest debitor rem à creditore precariò rogare, & conducere. Quæ regula approbatur l. 35. §. fin. ff. de pignor. action. cuius uerba uide s̄. reg. 1.*

VII. Regula: *Nec debitor, nec eius filius, rem à creditore emere potest. Quæ regula approbatur l. 40. in princip. ff. de pignorat. action. cuius uerba uide s̄. cap. 4. causa 1. except. 4. replicatione 2. Concordat d. l. 40. §. 1. his uerbis:* Debitoris filius qui manet in patris potestate, frustra pignus à creditore patris peculiaribus numis comparat. Et ideo si patronus debitoris contra tabulas eius possessionem acceperit: dominij partem obtinebit. Nam pecunia quam filius ex re patris in precium dedit, pignus liberatur.

VIII. Regula: *Creditor pignus à debitore emere*

*emere potest. Quæ regula approbatur l.12.in prin. ff.de distract. pignor. his uerbis:* Rescriptum est ab Imperatore libellos agente Papiniano, creditorem à debitore pignus emere posse: quia in dominio manet debitoris. *Concordat l.9. in prin. ff. quib. mod. pignus soluitur. cuius uerba uide s̄.cap.prox.caus.21.dist.7. Concordat itē l.10.ibi: sanè si debitore. C.de distract. pignor. cuius uerba uide s̄.cap.4.causa 1.except.13. replic. 6.*

I X. *Regula: Creditor locare pignus potest. Quæ regula approbatur l 23. in prin. ff. de pignor. & hypoth. his uerbis:* Creditor prædia sibi obligata ex causa pignoris locare rectè potuit.

X. *Regula: Creditor pignus usucapere non potest. Quæ regula approbatur in loco usucapionis s̄.lib.22.*

X I. *Regula: Nomine pignori obligato, creditori utilis competit actio. Quæ regula approbatur l. 20. ff. de pignor. & hypoth. his uerbis:* Cùm conuenit ut is qui ad refectionem ædificij credidit, de pensionibus iure pignoris ipse creditum recipiat: etiam actiones utiles aduersus inquilinos accipiet cautionis exemplo, quam debitor creditori pignori dedit. *Concordat l.13.§.cum pignori. ff. ff.eod.tt. cuius uerba uide s̄. cap. 3. exception. 40. replication.12.*

De addictione pignoris.

X I I. *Regula: Creditori pignus pro debito addicendum non est. Quæ regula approbatur, simul & distinguitur l. 3. C. de iure dominij impetrando, his uerbis:* Vetustissimam obseruationem, quæ nullatenus in ipsis rerum claruit documentis, penitus esse duximus imputandam, imò magis clarioribus remedija corrigendam. Igitur in pignoribus quæ iure dominij possidere aliquis cupiebat, proscriptio publica & annus luitionis antiquitùs introducti sunt. Pignus autem publicè proscriptum neq; uidimus, neq; (nisi tantummodo ex librorum recitatione) audiuimus. Sancimus itaq;, si quis rem creditori suo pignorauerit, siquidem in pactiona cautum est, quemadmodum debeat pignus distrahi, siue in tempore siue in alijs conuentionibus: ea obseruari de quibus inter creditorem & debiroré conuentum est. Sin autem nulla pactio intercesserit, licentia dabitur fœneratori ex denunciatione uel ex sentētia iudiciali post biennium ex quo attestatio missa, uel sententia prolata est, numerandum, eam uendere. Sin autem nemo est qui eam comparare maluerit, & necessarium fiat creditori saltem sibi eam iure dominij possidere: in huiusmodi casibus causam esse obseruandam censemus, ut siue præsens sit debitor, ei denunciatio, scilicet post biennium mittatur: siue absfuerit, prouinciala tribunal creditor petat, & iudicem certiorare festinet, quatenus ille eum requisierit, certo tempore super hoc ab eo statuēdo: ut fiat debitori manifestum per apparitionem iudicis, quod à creditore petitum est: & certum tempus statuatur, intra quod si fuerit iouentua debitor, debitum qui pecunias creditas accepit, debet offerre, & pignus recuperare. Sin autem nullatenus fuerit inuentus, iudex certum tempus definiat, iotra quod licentia ei dabitur sese manifestare, & offerre pecunias, & pignus à pignoratione liberare. Sin autem io rempore statuto uel minimè fuerit inuentus, uel creditam pecuniam totam offerre noluerit: tunc creditor adeat culmen principale, & precibus porrectis iure dominij eandem rem expecat, habeatq; ex diuino oraculo eam in suo dominio: & postquam hoc fuerit subsecutum, pietatia intuitu habeat debitor intra biennij tempus in rem suam humanum regrassum, ex die sacri oraculi numerandum. Et liceat ei creditori qui iam dominus factus est, offerre debitum cum usuris, & cum damnis uicio eius creditori illatis, quorum quantitatem creditor debet suo iuramenro manifestare, & suum pignus recuperate. Sin antem biennium fuerit elapsum, plenissimè habeat rem creditor, idemq; dominus iam irreuocabilem factam. Sed siquidem minus in pignora, plus in debito inueniatur: in hoc quod noscitur abundatē, sit creditori omnis ratio integra. Sin autem ex utraque parte quantitas æqua inueniatur: sine omni dubitstione totam rem antea pignoratam retineat. Sin autem minus io debito, amplins autem in pignora fiat: tunc in hoc quod debitūm excedit, debitori omnia iura integra, nostra lege seruabuntur. Creditoribus quidem fœnaratoris non suppositum, alijs autam debitoria creditoribus uel ipsi debitori setuatum. Et ne ex communione fiat aliqua difficultas, licentis dabitur creditori seu domino, æstimationem superflui debitori, uel creditori debitoris cum competenti cantela in eum exponenda offerre. Sin nerò creditor, postquā iure dominij hoc possideat, nendere hoc maluerit, liceat quidem ei hoc facere: si quid autem superfluum sit, debitori seruare. Sin autem dubitatio exorta fuerit

pro

pro uenditione: utputa uiliore precio facta: sacramenti religionem creditor præstare compellatur, quòd nullo machinatione uel circumscriptione usus est, sed tanti uendidit rem, quanti potuit uenire: & hoc tantummodo reddi debitori, quod ex iuramento superfluum fuerit uisum. Sin autem ex iureiurando etiam minus habuisse creditor inueniatur: in residuum habeat integram actionem. Aestimationem autem pignoris, donec apud creditorem, eundemq; dominum permanent: siue amplioris, siue minoris quantitatis est, quantum ad debitum, iudicialis esse uolumus disceptationis: ut quod iudex super hoc statuerit, in æstimatione pignoris obtineat. *Hac constitutione regula proposita approbatur, simul & distinguitur: scilicet quòd pignus creditori pro debito addicendum non sit, nisi alius emptor inueniri non queat, alijsq; obseruatis, de quibus in sequentib. dicetur.* *Concordat regulæ propositæ l. 3. C. si in causa iudicati pignus captū sit, his uerbis:* In causa iudicati pignora ex authoritate præsidis capta, potius distrahi, quàm iure dominij possideri censuerunt. Si tamen per calliditatem condemnati emptor inueniri non potest, tunc authoritate principis dominium creditori addici solet. *Concordat item l. 10. ibi: neq; si sibi addixerit. C. de distract. pignor. cuius uerba uide s̄. cap. 4. causa 1. except. 13. repl. 6. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi emptor inueniri non possit. tunc enim pignus creditori potest addici. Quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur uerbis d. l. 3. C. de iure dom. impetr. s̄. propositis hisce:* Sin autem nemo est, qui comparare eam maluerit, &c. *Concordat d. l. 3. C. si in caus. iudicati, uerbis iam propositis hisce:* Si tamen per calliditatem condemnati emptor inueniri non potest, tunc authoritate principis dominium creditori addici solet. *Concordat item l. 2. C. eod. tt. cuius uerba uide s̄. cap. 4. causa 1. except. 13. repl. 6. dupl. 2. Cōcordat item l. 15. §. si pignor. ff. de re iudicata. cuius uerba uide s̄. lib. 8. cap. 5. de execut. quæst. 6. reg. 3. Concordat item l. 3. C. de execut. rei iudicatæ. cuius uerba uide d. reg. 3. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi solennia creditor non impleuerit. Hæc replicatio approbatur l. 1. C. de iure dominij impetr. his uerbis:* Dominij iure pignora possidere desiderans, nomina debitorū, quos in solutione cessare dicis, exprimere, & an solennis peregeris significare debuisti: dummodo scias omnia bona debitoris quæ pignori dedit, ut uniuersa dominio tuo generaliter addicantur, impetrare te non posse. *Declaratur replicatio proposita definitione solennium, quæ ante addictionem sunt implenda, l. 3. §. sin autem nulla pactio, cum sequentibus. C. eod. tt. cuius uerba uide s̄. ead. reg. in prin. Solennia autem ista sunt, primùm quidem ut debitori, siquidem præsens est, denuncietur: sin autem absens, per sententiam declaretur, pignus, nisi luatur, uenditum iri: deinde hac denunciatione facta, uel sentētia interposita, expectandū biennium: quo finito, tertio loco, si debitor pignus non liberauerit, pignus uendendū, aut si emptor inueniri non possit, ut addicatur creditori petendū: quo facto, quarto loco id debitori præsenti denunciandum, uel absenti per sententiam manifestandum, certumq; tempus ad liberandum, pignus statuendum. Sin autem absens nō fuerit inuentus: tunc quinto loco aliud tempus tam ad requirendum debitorem, quàm ad pignus liberandum, statuendum erit: quo tempore finito, si non fuerit inuentus debitor, uel inuentus pignus non liberauerit, sexto loco petenti creditori pignus à principe addicendum est. Hæ sunt solennitates, quibus omissis prima replicatione exceptio proposita eliditur. Altera replicatio est: Nisi post addictum pignus intra biennium debitor paratus sit pignus liberare. tunc enim etiam addictum pignus creditori auferendum est. Quæ replicatio approbatur d. l. 3. §. & postquam hoc. Tertia replicatio est: Nisi creditor id in quo debitum pignore amplius est, non remittat debitori. Hæc replicatio approbatur l. 15. §. si pignora. ibi: addicantur autem. ff. de re iudicata. cuius uerba uide s̄. lib. 8. cap. 5. de execut. quæst. 6. reg. 3. Sed iure nouo replicatio hæc mutatur ac reprobatur d. l. 3. §. sed siquidem minus in pignore. Quarta replicatio est: Nisi creditor id in quo pignus debito amplius est, debitori non restituat, uel æstimationem eius præstet. Hæc replicatio approbatur d. l. 3. §. sin autem minus quidem. Quinta replicatio est: Nisi post addictum pignus debitor usuras à debitore acceperit. Hæc replicatio approbatur l. 2. C. de iure dominij impetrando. cuius uerba uide s̄. cap. 4. causa 1. except. 12. repl. 2. Sexta replicatio est: Nisi omnia bona debitoris, pignori sibi obligata, creditor addici sibi petat. Hæc replicatio approbatur l. 1. in fine. C. d. tt. cuius uerba uide s̄. repl. 1. Hæc de prima propositæ regulæ exceptione, eiusq; replicationib. sint dicta. Secūda exceptio est: Nisi emptor qui existit, indignū precium præstare pro re uelit, & minus quàm est debitum, pro quo est obligatum pignus. Hæc exceptio approbatur l. 2. C. si in causa iudicati pignus. cuius uerba uide s̄. cap. 4. causa 1. exc. 13. repl. 6. dupl. 2. Tertia exceptio est: Nisi debitor creditori pignus uendiderit. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s̄. reg. 8. Quarta exceptio uidetur: Nisi inter debitorē & creditorem conuenerit, ut non soluto intra certum tempus debito, creditor pignus iure dominij retineat. Sed hæc exceptio reprobatur per ea quæ proposita sunt s̄. cap. 4. causa 1. exceptione 10.*

## DE DISTRACTIONE PIgnorum. Cap. VII.

### I. CAVSAE EX QVIBVS creditori pignus uendere licet.

PRima causa: *Si inter debitorem & creditorem de pignore uendendo conuenerit, id seruabitur. Quæ causa approbatur l. 4. in prin. ff. de pignor. actione, his uerbis:* Si conuenerit de distrehendo pignore (siue ab initio siue postee) non rentùm uenditio ualet, uerùm incipit emprot dominiũ rei hebere. *Concordat l. 3. §. sancimus. C. de iure dominij impetr. cuius uerba uide s. cap. prox. reg. 12. in prin. Sed & huius causæ exceptiones uide j. causa prox.*

II. Causa: *Si non soluatur debitum, etiam ipso iure creditor pignus uendere potest. Quæ causa approbatur d. l. 4. his uerbis:* Etsi non conuenerit de distrehẽdo pignore, hoc iure utimur, ut liceet distrehere: si modò non cõuenit, ne liceet. Vbi uerò conuenit ne distreheretur, creditor, si distrexerit, furti obligetur: nisi ei ter fuerit denunciatum ut soluet, & cesseuerit. *Concordat l. 1. C. de pactis pignorum, his uerbis:* Qui pectus est, nisi intra certum tẽpus pecuniam quem mutuem eccepit, solueret, cessurum creditoribus hypothecæ nenditionem: non contrexit, sed id cõprehendit, quod iure suo creditor in edipiscendo pignore hebiturue eret. Communi itaque iure creditor hypothecam uendere debet. *Concordat item l. 9. C. de distractione pignor. cuius uerba uide j. quest. 5. reg. 1. Item concordat l. 14. C. eod. tt. his uerbis:* Si in hoc quod iure tibi debetur, setisfactum non fuerit: & debitoribus ree obligates tenentibus, editus præsee prouinciæ tibi distrahendi facultatem fieri iubebit. *Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi inter debitorem & creditorem conuenerit, ne pignus distraheretur. Quæ exceptio approbatur l. 4. ff. de pignor. actione, uerbis paulo superius propositis hisce:* Si modò non conuenit, ne liceat: ubi uerò conuenit, &c. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi cùm debitor in solutione cessaret, ter illi denunciatum sit, nec tamen soluerit. tunc enim creditori etiam contra pactum uendere licet. Quæ replicatio approbatur d. l. 4. uerbis s. propositis hisce:* Nisi ei ter fuerit denuncietum ut soluet, & cesseuerit. *Altera replicatio est: Nisi cùm posterior creditor pactum de non uendendo pignore fecisset, is postea pignus à priore creditore liberauerit, & ius eius fuerit consecutus. Quæ replicatio approbatur l. 3. §. fin. ff. quæ res pign. oblig. non poss. his uerbis:* Si antiquior creditor de pignore uendendo cum debitore pactum interposuit, posterior autem creditor de distrahendo omisit, non per obliuionem, sed cum hoc egeretur ne posset uẽdere: uideemus en dici possit, huc usque trensire ad eum ius prioris, ut distrehere pignus ei liceet. Quod admittendum existimo. Sępe enim quod quis ex sue persone non hebet, hoc per extraneum habere potest. *Altera propositæ causæ exceptio est: Nisi mulier pro alio pignus dederit. Hæc exceptio approbatur l. 11. C. de distract. pignor. his uerbis:* Mulier licet ree specialiter pignori dederit pro elio, creditor ees distrehẽdi non haber feculteatem: nisi dissimuleratione merito obligente ueius propries, creditorie ignorantiem circumscripserit. *Concordat l. 39. §. fin. cum lege sequente. ff. de rei uendicat. cuius uerba uide s. cap. 4. causa 1. exception. 13. repl. 10. Tertia exceptio est: Nisi eadem res alij quoq; pignori sit obligata. Quæ exceptio approbatur l. 8. C. qui potiores in pignore. his uerbis:* Diuersis temporibus eedem rè duobus iure pignoris obligata, eũ qui prior mutue dere pecunie pignus eccepit, potiorem heberi, certi & manifesti iuris est. Nec aliàs secundum distrahendi potestatem huius pignoris consequi, nisi superiori creditori debita fuerit soluta quantitas. *Concordat l. 1. ff. de distract. pignor. cuius uerba cum alijs huc pertinentib. uide s. cap. 5. causa 17. except. 4. Planè huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi is qui uendit, prior seu potior sit creditor. Quæ replicatio approbatur l. 12. §. Papinianus. ff. qui potiores in pignore. cuius uerba uide j. cap. 9. reg 1. except. 31. Quarta exceptio uidetur: Nisi debitor prohibuerit ne uenderetur. Hæc exceptio approbatur l. 1. C. debitor. uendit. pign. imped. non posse, his uerbis:* Si sunt qui emere prædie tibi obligere nelint: non impediuntur scripture restementi, que complexus est debitor, nulie è se prædie nenunderi, & pœnem addidit ut fisci fierẽt. Nec enim potuisse eum huiusmodi lege ius creditoris facere deterius, menifestùm est. *Concordat l. 2. C. eod. tt. his uerbis:* Debitoris denuncietio, qui creditori suo, ne sibi rem pignori obligetem distrehet, uel ijs qui eb eo nolunt comperare, denuncietit e demum efficax est, si nniuersum tam sortis quàm usurarum offeret debitum creditori: eoque non eccipiente, idonea fide probetionie (ite ut oporter) depositum ostender. Nem si uel modicum de sorte uel usurie in debito perseueret, distrectio rei obligatæ non potest impediri: neque ea ratione emptor, temetsi sciet interpositam à debitore creditori denunciationem, mala fide sit possessor. *Quinta exceptio uidetur: Nisi non creditor, sed debitor pignus possideat. Sed hæc exceptio reprobatur l. 14. C. de distract. pignor. cuius*

*uerba uide s. ead. causa, in princip.* *Sexta exceptio uidetur: Nisi debitor rem precario à creditore rogauerit.* *Sed & hæc exceptio reprobatur l. 2. C. eod. tit. cuius uerba uide s. lib. 5. cap. 9. de re litigiosa, quæst. 2. except. 1. replic. 2.* *Septima exceptio est: Nisi ex fructibus creditor debitum sit consecutus.* *Hæc exceptio approbatur l. 1. C. eod. tit. his uerbis:* Fundum pignori obligatum, si creditor ex fructibus debitum consecutus est: cùm ipso iure pignus ab obligatione liberatum sit, distrahere minimè potest. *Octaua exceptio est: Nisi debitor soluit, uel soluere debitum sit paratus.* *Hæc exceptio approbatur l. 5. C. de distract. pignor. his uerbis:* Si residuum debiti paratus es soluere, præses prouinciæ dabit tibi arbitrum, apud quem, quantum superest ex debito, examinabitur: & siue aduersa pars ad iudicem uenire cessauerit, siue oblato superfluo ad uenditioné prosiluerit; improba alienatio proprietatis tuæ ius non auferet. *Concordat l. 8. C. eod. tit. his uerbis:* Si priusquam distraheretur pignorata possessio, pecuniam creditori obtulisti, eoque non accipiente, contestatione facta eam deposuisti, & in eadem causa hodie quoque permanet: pignoris distractio non ualet. Quòd si priusquam offerres, legem uenditionis exercuit: quod iure substitit, reuocare non debes. *Concordat item l. 2. ibi: si uniuersum. C. debitorem uendit. pignor. cuius uerba uide s. except. 4.* *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi non solidum quod debetur, offerat uel soluatur.* *Quæ replicatio approbatur l. 6. C. de distract. pignor. his uerbis:* Quamdiu non est integra pecunia creditori numerata, etiamsi pro parte maiore eam consecutus sit: distrahendi rem obligatá non amittit facultatem. *Concordat l. 8. §. si annua. ibi: sed omnib. ff. de pignor. action. cuius uerba uide s. quæstion. 4. reg. 3.* *Concordant item ea quæ proposita sunt s. cap. 4. causa 1. except. 4.* *Sed & alias huius exceptionis replicationes uide d. exception. 4.* *Hæc de exceptionibus propositæ causæ distrahendi pignoris.* *Sed & plures uide s. cap. 2. cum tribus capitibus sequentibus.* *Ex quibus enim causis pignus uel ab initio in utiliter contrahitur, uel utiliter contractum ex pòst facto dissoluitur: ex ijsdem etiam pignoris uenditio inhibetur.* *Item inter exceptiones propositæ causæ numerari possunt ea quæ proposita sunt s. cap. 4. causa 1. except. 13. repl. 2. cum sequentibus.*

## II. QVIBVS IVS VENdendi pignoris competat?

I. Regula: *De priore & secundo creditore, quibus ambobus res pignori fuit obligata, uide s. cap. 5. causa 17. except. 4.*

II. Regula, *De hærede creditoris, proponitur l. 8. §. de uendendo. ff. de pignor. action. his uerbis:* De uendendo pignore in rem pactio concipienda est, ut omnes contineátur. Sed etsi creditoris duntaxat persona fuerit comprehensa, etiam hæres eius iure uendet, si nihil in contrarium actum sit. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi aliud actum sit.* *Quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Si nihil in contrarium actum sit. *Altera exceptio est: Nisi pro parte hæres, in solidum uendiderit.* *Quæ exceptio ipso quidem iure approbatur, uerùm eius replicatio hæc est: Nisi nomen debitoris pro parte hæredi, in solidum sit adiudicatum.* *Quæ replicatio approbatur l. 11. ff. de distraction. pignor. his uerbis:* Arbiter diuidendæ hæreditatis, cùm corpora hæreditaria diuisisset, nomina quoque communium debitorum separatim singulis in solidum adsignauit: quæsitum est, an debitoribus cessantibus, pro solido pignus uendere quisq; possit? Scæuola respondit, posse.

III. Regula, *De alio quàm cui pignus obligatum est, proponitur exemplo l. 19. C. de distraction. pignorum, his uerbis:* Si maritus tuus mutuam pecuniam (licet tuam) dedit, eorum quæ pignoris titulo accepit, si ei non successisti, distrahendi nomine tuo nullam habes facultatem.

IIII. Regula: *Ex causa iudicati pignus captum, nō à creditore, sed à iudice distrahitur.* *Quæ regula approbatur l. 2. C. si in causa iudicati pignus capt. sit. cuius uerba uide s. cap. 4. causa 1. except. 13. repl. 6. dupl. 2.*

## III. QVID ET QVANtum uendendum?

I. Regula: *Quamuis pars debiti soluta sit, nihilominus totum pignus distrahi potest.* *Quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt s. capite 4. causa 1. except. 4. in princip.* *Concordat l. 11. §. si creditori. ff. de pignor. actione, his uerbis:* Si creditori plures hæredes extiterint, & uni ex his pars eius soluatur: non debent cæteri hæredes creditoris iniuria affici: sed possunt totum fundum uendere, oblato debitori eo quod cohæredi eorum soluit. Quæ sententia non est sine ratione.

II. Regula: *Ex pluribus pignoribus potest unum quod uult, creditor uendere.* *Quæ regula approbatur l. 8. ff. de distractione pignorum, his uerbis:* Creditoris arbitrio permittitur, ex pignoribus sibi obligatis quibus uelit distractis, ad suum commodum peruenire.

III. Regula, *De peculio serui pignori obligati non distrahendo, proponitur l. 1. §. seruo. ff. de pignor.*

*pignor. & hypoth. his uerbis:* Seruo pignori dato, peculium eius creditor citra conuentionem specialiter super eo conceptam frustra distrahit, nec interest quando seruus domino peculium adquisierit. *Plures propositæ quæstionis regulas uide ȷ.cap.proxim.quæst.6.*

IIII. QVANDO IVS VENdendi pignoris competat? item antecedentia.

I. Regula, *De biennio postquam debitori denunciatum est, uel sententia debitore absente interposita, proponitur l.3.§.sancimus ibi: sin autē nulla. C. de iure dominij impetr. cuius uerba uide ī. cap. prox.reg.12. in prin.*

II. Regula: *Non ante diem quo pecunia soluenda est, pignus uendi potest. Quæ regula approbatur l.4.ff.de distract.pign.his uerbis:* Cùm soluendæ pecuniæ dies pacto confertur, conuenisse uidetur ne prius uendendi pignoris potestas exerceatur.

III. Regula: *Si annua, bima, trima die stipulatus pignus acceperit, non nisi omnibus pensionibus præteritis pignus uendere potest. Quæ regula approbatur, simul & distinguitur l.8.§.si annua.ff.de pignor. actione, his uerbis:* Si annua, bima, trima die stipulatus acceperim pignus, pactusque sim, ut nisi sua quaque die pecunia soluta esset, uendere eam mihi rem liceret: placet, antequam omnium pensionum dies uenisset, nō posse me pignus uendere: quia ijs uerbis omnes pensiones demonstrentur: nec uerum est, sua quaque die non solutam pecuniam, antequam omnes dies ueniant. Sed omnibus pensionibus præteritis, etiamsi una portio soluta non sit, pignus potest uenire. Sed si ita scriptum sit, Si qua pecunia sua die soluta non erit: statim competit ei pacti conuentio.

IIII. Regula, *De denunciando prius debitori, uel sententia interponenda de pignorum distractione, proponitur l.3.§. sancimus, cum sequentib. C. de iure dominij impetrando. cuius uerba uide ī. cap.prox.reg.12. Concordat l.4. in prin. C.de distract.pignor. cuius uerba uide ȷ.reg.prox.*

V. QVOMODO PIGNOra uendenda?

I. Regula, *Vt solenniter & bona fide uendantur, proponitur l.9. C.de distract. pignor.his uerbis:* Quæ specialiter nobis obligata sunt, debitoribus detrectantibus solutionem, bona fide debetis & solenniter uendere. Ita enim patebit, an ex precio pignoris debito satisfieri possit. Quòd si quid deerit, non prohibemini etiam cætera bona iure conuentionis consequi. *Concordat l.4.C.eod.tit.his uerbis:* Creditor hypothecas siue pignus cùm proscribit, notum debitori facere, & sibi bona fide rem gerere, & quando licet testatò dicere debet. Si quid itaq; per fraudem in pignore nullæ uenditę commissum probare potes: ut inferatur actio, quæ eo nomine competit, adi eum cuius de ea re notio est. *Declaratur regula proposita definitione solennitatis, in pignore uendendo adhibendæ, l.3. C. de iure dominij impetr. cuius uerba uide ī.cap.prox.reg.12. Quoad solennitatem istam attinet, eius exceptio hæc est: Nisi aliud de pignore uendendo inter debitorem & creditorem conuenerit. Quæ exceptio approbatur d.l.3. §. sancimus.*

II. Regula, *Vt pactio in uendendo pignore seruetur, proponitur d.§.sancimus. Cui concordat l.4.in fine, cum lege sequente. ff. de pignor.actione, his uerbis:* Vbi conuenit, ne distraheretur: creditor, si distraxerit, furti obligatur: nisi ei ter fuerit denunciatum ut soluat, & cessauerit. Idque iuris est, siue omnino fuerint pacti ne ueneat: siue in summa, aut cōditione, aut loco contra pactionem factum sit.

III. Regula: *Ad pignus uendendum creditor inuitus cogi non potest. Quæ regula approbatur l.6.in prin.ff.de pignor.action.his uerbis:* Quamuis cōuenerit, ut fundum pignoraticium uendere tibi liceret: tamen nihilo magis cogendus es uendere, licet soluendo non sit is qui pignus dedit: quia tua causa id caueatur. Sed Atilicinus ex causa cogendum creditorem esse ad uendendum, dicit. Quid enim si multo minus sit quod debeatur, & hodie pluris uenire possit pignus, quàm postea? Melius autem est dici, eum qui dedit, pignus posse uendere, & accepta pecunia soluere id quod debeatur: ita tamen ut creditor necessitatem habeat ostendere rem pignoratam. Si mobilis sit, prius idonea cautela à debitore pro indemnitate ei præstanda. Inuitum enim creditorem cogi uendere, satis inhumanum est. *Concordat l.51. §. creditor. ff. de fideiussoribus, his uerbis:* Creditor pignus distrahere nō cogitur, si fideiussorem simpliciter acceptum omisso pignore uelit conuenire.

VI. EVENTVS ET CONsequentia pignoris uenditionem.

I. Regula: *Vendito pignore, creditori actio personalis denegatur. Quæ regula approbatur, simul & distinguitur ȷ.lib.48.cap.22.caussa 1.*

II Regula: *Venditor pignoris emptori de euictione non tenetur. Quæ regula approbatur l.11. §.sententiam.ff.de action.empt. & uenditi, his uerbis:* Sententiam Iuliani uerissimam esse arbitror in pignoribus quoque. Nam si iure creditoris uendiderit, deinde hæc

fuerint euicta: non tenetur, hec ad preciū restituendum, ex empto actione creditor. Hoc enim multis constitutionibus expressum est. Dolum planè uenditor præstabit. Denique etiam repromittet de dolo. Sed etsi non repromiserit, sciens tamē sibi non obligatum, uel non esse eius qui sibi obligauit, uendiderit, tenebitur ex empto: quia dolum eum præstare debere ostendimus. *Ait Iurisconsultus*: Sententiam Iuliani. *Hæc sententia continetur d.l.11.§.denique. cuius uerba uide 3.lib.42.cap.7.quæst.1.except.14. repl.1. Concordat l.50.ff. de euictione, his uerbis*: Si pignora ueneant per apparitorea prætoris extra ordinem sententiam exequētes, nemo unquam dixit dandam in eos actionem re euicta. Sed si dolo rem uiliore precio proiecerint, tunc de dolo actio datur aduersus eos domino rei. *Concordat item l. 1. C. creditorem euictionem non debere, his uerbis*: Cùm iure creditoris propter fisci debita prædium obligatum procurator meus uenundedit, euictio non debetur: quia & priuatus creditor eodem iure utitur, nisi nominatim hoc repromissum à priuato fuerit creditore. Si tamen fiscus in iua alterius creditoris successit, emptori non iusta nomine fisci mouetur controuersia: siue quia potior fuerat, quādo uendebat: siue infirmior. Quoniam hoc utiq; præstare debet, qui pignoria iure uendit, potiorem se cæteris esse creditoribus. *Concordat item l.10. in prin. ff. de distract. pignor. cuius uerba uide 3. lib.21. cap.4. causa 1. except. 1. repl.11. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi cùm secundus creditor pignus uendidisset, prior creditor id euincat. Quæ exceptio approbatur uerbis d.l.1. iam propositis hisce*: Quoniam hoc utique præstare debet qui pignoris iure uendit, potiorem se cæteris esse creditoribus. *Altera exceptio est: Nisi creditor euictionem se præstaturum cauit. Et hæc exceptio approbatur uerbis d.l.1. iam propositis hisce*: Nisi nominatim hoc repromissum à priuato fuerit creditore. *Concordat l.1.C.eod.tit. his uerbis*: Si à creditrice iure pignoris fundos pater tuus comparauerat, euictis prædijs ita demum petitionem aduersus creditricem habere potes, si uel cùm uendidit, de euictione rei promisit: uel etiam dolo, cùm sciret prudensq; esset rem sine uicio non esse, eam patri tuo cui successisti, uenundedit. Nam sicuti genus eiusmodi contractus insciumn creditorem uinculo euictionis non adstringit: ita eum qui fraudem admisit uel decepit, non excusat. *Tertia exceptio est: Nisi creditor sciens rem sibi obligatam non esse, uel debitoris non esse, uendiderit. Quæ exceptio approbatur uerbis d.l. 2. iam propositis hisce*: Vel etiam dolo, cùm sciret prudensque, &c. *Concordat l.11. §. sententiam. ibi: dolum planè. ff. de action. empti. cuius uerba uide 3. ead. reg. in princip. Quartæ exceptionis loco notandum, quòd creditor ad actionem pignoraticiam contrariam aduersus debitorem emptori teneatur. Quæ exceptio approbatur l.38. ff. de euictione, his uerbis*: In creditore qui pignus uendidit, tractari potest, an re euicta uel ad hoc teneatur ex empto, ut quā habet aduersus debitorem actionem, eam præstet (habet autem contrariam pigneraticiam actionem) & magis est ut præstet. Cui enim non æquum uidebitur uel hoc saltem consequi, emptorem, quod sine dispendio creditoris futurum est? *Quinta exceptio est: Nisi per exceptionem creditori precium petenti euictio opponatur. quæ exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio hæc est: Nisi conuenerit ne quid euictionis nomine præstetur. Quæ replicatio approbatur l.68. ff.d.tit. his uerbis*: Cùm ea conditione pignus distrahitur, ne quid euictione secuta creditor præstet: quamuis precium emptor non soluerit, sed uenditori cauerit: euictione secuta, nullam emptor exceptionem habebit, quo minus precium soluat.

III. *Regula: Creditor pignus uendens, emptori ius suum quod habet, cedere tenetur. Quæ regula approbatur l. ultim. ff. de distraction. pignor. his uerbis*: Creditor qui iure suo pignus distrahit, ius suum cedere debet: & si pignus possidet, tradere utique possessionem. *Concordat l.38. ff. de euictione. cuius uerba uide 3. reg. prox. except. 4.*

IIII. *Regula: Creditor pignus quod uendidit, euincere non potest. Quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt 3. lib. 21. cap. 4. causa 1. except. 1. repl. ij.*

V. *Regula: Emptor pignoris rei dominium consequitur, quamuis id non habuerit uenditor. Quæ regula approbatur l.12.C. de distraction. pignor. his uerbis*: Qui à creditore pignori obligatum prædium iure emit, de proprietate uinci non potest. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi res emptori tradita non fuerit. Quæ exceptio approbatur l 13. C. eod. tit. his uerbis*: Qui prædium obligatum à creditore comparauit, si in uacuam possessionem inductus non est: nullam in rem actionem habet.

De superfluo debitori restituendo.

VI. *Regula: Si pluris quàm sibi debetur, creditor pignus uendidit, id quod plus est debitori restituendum. Quæ regula approbatur l. penultim. ff. de pignor. act. his uerbis*: Creditor iudicio quod de pignore dato proponitur, ut superfluum precij cum usuris restituat, iure

iure cogitur, nec audiendua erit, si uelit emptorem delegare: cùm in uenditione quæ ritè est facta, suum creditor negocium gerat. *Concordat l.1. §. fin autem minus. C.de iure dominij impetr. cuius uerba uide s̄. cap. prox.reg.12. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi precium ab emptore creditor nondum acceperit. Hæc exceptio approbatur l.24. §. si uendiderit.ff. de pignor.action.his uerbis:* Si ueudiderit quidem creditor pignus pluris quàm debitum erat, nōdum autem precium ab emptore exegerit: an pignoraticio iudicio conuenini possit ad superfluum reddēdum: an uerò expectare debeat quoad emptor soluat, uel suscipere actionem aduersus emptorem? Vlpianus. Et arbitror non esse urgendum ad solutionem creditorem, sed aut expectare debitorem debere: aut si non expecter, mandandas ei actiones aduersus emptorem, periculo tamen uenditoris. Quòd si accepit iam pecuniam, nec superfluum reddit, in pignoraticio judicio uenit: quemadmodum & si res pignori datas malè tractauit creditor, uel seruos debilitauit. Quanquam si pro maleficijs suis coercuir, uel uinxit, uel obtulit præfecturæ uel præsidi: dicendum est, pignoraticia creditorem non teneri. *Altera exceptio uidetur: Nisi creditor emptorem debitori delegare malit. Hæc exceptio reprobatur l.penult.ff.eod.tt.cuius uerba uide paulo s̄. ead. reg. in princip. Planè admittitur exceptio proposita, si debitor, donec precium soluatur, expectare nolit. Quæ distinctio approbatur uerbis d.§. si uendiderit, paulo superius propositis hisce:* Sed aut expectare debitorem debere, aut si non expectet, mandādas ei actiones aduersus emptorem, periculo tamen uenditoris.

V I I. Regula: *Etiam usuras superflui creditor tenetur restituere. Quæ regula approbatur l.40. ff. de usuris, hisce uerbis:* In eum diem quo creditor pignora distraxit, rectè usuræ fiet computatio. *Concordat l.penultim. ff. de pignor. action. cuius uerba uide s̄. reg. proxim. in princip. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi creditor superfluo usus non sit, sed tantùm apud se depositum habuerit. Quæ exceptio approbatur l. 6. §.fin.ff.d.tt.de pignor.action. his uerbis:* Si creditor pluris fundum pignoratum uendiderit, & id fœneret: usuras eius pecuniæ præstare debet ei qui dedit pignus. Sed etsi ipse usus sit ea pecunia, usuras præstare oportet. Quòd si eam depositam habuerit, usuras non debet. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi moram in restituendo superfluo creditor fecerit. Quæ replicatio approbatur l. 7. ff. eod. tt. his uerbis:* Si autem tardius superfluum restituat creditor quod apud eum depositum est, ex mora usuras debitori hoc nomine præstare cogendus est.

V I I I. Regula, *De re ex superfluo precio comparata. Hæc non uenit restituenda, sed ipsum precium. Quæ regula approbatur l. 20. C. de distract. pignor. his uerbis:* Secundum placiti fidem, si nihil specialiter conuenit, pignoribus à creditore maiore quàm ei debebatur precio distractis, licet ex eo fundus comparatus sit: non super hoc in rem, sed in personam, id est, pignoraticiis superflui competit actio.

I X. Regula: *Aduersus quos actio superflui cōpetat? Non emptor, sed creditor eiusue hæres hac actione tenetur. Quæ regula approbatur l.5. C. si uendito pignore agatur, his uerbis:* Si creditore pignus, priusquam satisfieret, distrahente, non per collusionem emptor comparauit: successor eius de superfluo, non emptoris hæres qui rem possidet, conueniendus est.

X. Regula: *Quæ de superfluo competat actio? Pignoraticia. Hæc regula approbatur l. 20. C. de distract. pignor. cuius uerba uide s̄. reg. 8. Concordat l. 24. §. si uendiderit. ibi: quòd si accepit. ff. de pignor. act. cuius uerba uide s̄. reg. 6. except. 1.*

X I. Regula: *Si uiliori precio distraxit executor pignus prætorium, de dolo tenetur. Quæ regula approbatur l. 50. in fine. ff. de euictione. cuius uerba uide s̄. reg. 3.*

X I I. Regula: *Si contra pactum creditor pignus distraxit, furti actione tenetur. Quæ regula approbatur l. 4. §. fin. cum lege sequente. ff. de pignor. actione. cuius uerba uide s̄. quæst. prox. reg. 2.*

De actione qua debitor pignus à creditore uenditum repetit.

X I I I. Regula: *Ex quibus causis hæc actio cōpetit? Regulariter quidem debitori actio ad reuocandum pignus uenditum non competit: sed habet regula hæc suas exceptiones & casus, quibus illi datur actio. De quibus uide s̄. cap. 4. causa 1. exceptione 13.*

X I I I I. Regula: *Aduersus quos actio proposita competat? Aduersus creditorem, non emptorem seu possessorem datur pignore non rectè distracto actio. Quæ regula approbatur l. 7. in fine, C. de distract. pignor. uerbis s̄. d. except. 13. in prin. propositis hisce:* Quòd si quid in ea te fraudulenter fecerit, non à te emptor, sed creditor conueniendus est. *Concordat l. 1. in prin. C. si uendito pignore agatur. cuius uerba uide s̄. d. except. 13. repl. 2. Concordat item l. 5. C. eod. tt. cuius uerba uide s̄. reg. 9. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi emptor fraudem cum creditore participauerit. Quæ exceptio approbatur d. l. 1. in fine. Concordat l. 4. C. eod. tt. cuius uerba uide d. except. 13. repl. 1. Altera exceptio est: Nisi creditor non sit soluendo. Quæ exceptio ap-*

*probatur d. l. 1. ibi: quòd si de bonis.* Cui concordat *l. 3. C. eod. tit. cuius uerba uide s. d. except. 13. replic. 5.* Tertia exceptio est: *Nisi creditor ius distrahendi pignoris non habuerit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 2. C. si uendito pignore agatur. cuius uerba uide d. except. 13. repl. 4. Huius exemplum proponitur l. ult. §. 1. in fine. ff. ad S. C. Velleianum, his uerbis:* Si mulier rem à se pignori datam per intercessionem recipere uelit, fructus etiam liberos recipit. Et si res deterior facta fuerit eo nomine, magis est ut æstimetur. Sed si creditor qui pignus per intercessionem accepit, hoc alij uendidit, uera est eorum opinio qui petitionem ei dandam putant etiam aduersus bonæ fidei emptionem: ne melioris conditionis emptor, &c.

X V. *Regula: Quid ueniat in actione proposita? Regulariter id quod interest, uel rei preciũ à creditore, non res ipsa ab emptore est restituenda. Quæ regula approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s. reg. prox.*

## *DE ACTIONE HYPOthecaria. Cap. VIII.*

*SVpersunt actiones, quæ tam creditori quàm debitori ex pignoris contractu competunt. De quibus nunc dicetur, & primùm quidem de ijs actionibus quæ creditori: hinc de ijs quæ debitori competunt, agetur. Creditori autem competit primùm quidem ad persequendum pignus actio in rem, quam hypothecariam appellant: deinde actio personalis pigneratitia, contraria dicta: tertiò interdictum Saluianum.*

I. *Genus propositæ actionis, & definitio proponitur Inst. de actionib. §. item Seruiana, his uerbis:* Seruiana & quasi Seruiana (quæ etiam hypothecaria uocatur) ex ipsius prætoris iurisdictione substantiam capiunt. Seruiana autem experitur quis de rebus coloni, quæ pignoris iure pro mercedibus fundi ei tenentur. Quasi Seruiana autem est, qua creditores pignora hypothecasue persequuntur. *Actio in rem est. Quæ regula approbatur l. 17. ff. de pignor. & hypoth. his uerbis:* Pignoris persecutio in rem parit actionem creditori. *Concordat l. 18. C. eod. tit. his uerbis:* Pignoris uel hypothecæ persecutio in rem est.

I I. *Species cognata propositæ actionis est Seruiana actio. quæ proponitur uerbis Inst. paulò s. propositis.*

## III. CAVSA EX QVA Actio proposita competit?

*Si res creditori pignori sit obligata, eam à quocunque possessore persequi potest. Quæ causa seu regula approbatur l. 16. §. in uindicatione. ff. de pignor. & hypoth. cuius uerba uide j. except. proxim. Concordat l. 2. C. si unus ex plurib. hered. cuius uerba uide s. lib. 36. cap. 6. reg. 5. except. 7. repl. 1. Huius causæ seu regulæ exceptio prima hæc est: Nisi reus rem non possideat. Quæ exceptio approbatur d. §. in uindicatione, his uerbis:* In uindicatione pignoris quæritur, an rem de qua actum est, possideat is cum quo actum est. Nam si non possidet, nec dolo fecit quo minus possideat: absolui debet. Si uerò possideat, & aut pecuniam soluat, aut rem restituat: æquè absoluendus est. Si uerò neutrum horum faciat, condemnatio sequetur. Sed si uelit rem restituere, nec possit, fortè quia res abest, & longè est, ueluti in prouincijs: solet cautionibus res explicari. Nam si cauerit se restituturum, absoluitur. Si uerò dolo quidem desijt possidere, summa autem ope nisus non possit rem ipsam restituere: tanti condemnabitur, quanti actor in litem iurauerit, sicut in cæteris in rem actionibus. Nam si tanti condemnatus esset, quantum deberetur: quid prodesset in rem actio, cum in personam agendo idem consequeretur? *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi dolo desierit reus possidere. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Nec dolo fecit, quo minus possideat. *Item hisce:* Si uerò dolo quidem desijt possidere, &c. *Altera exceptio est: Nisi rei restituendæ facultatem reus non habeat. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur uerbis d. §. in uindicatione, iam propositis hisce:* Sed si uelit rem restituere, nec possit, &c. *Tertia exceptio est: Nisi & reo res pignori sit obligata. Hæc exceptio approbatur l. 10. ff. de pignor. & hypoth. cuius uerba uide j. quæst. 6. reg. 20. Concordat item l. 1. § si colonus. & l. 2. ff. de Saluiano interdicto. cuius utriusque legis uerba uide j. cap. 11. quæst. 2. except. 1. Huius replicatio prima hæc est: Nisi singulis pro parte res sit obligata. Quæ replicatio approbatur d. l. 10. Altera replicatio hæc est: Nisi actor prior uel potior sit in pignore. Quæ replicatio approbatur l. 12. in princip. ff. qui potiores in pignore, his uerbis:* Creditor qui prior hypothecam accepit, siue possideat eam, & alius uindicet hypothecaria actione: exceptio priori utilis est. Si non mihi antè pignori hypothecæue nomine sit res obligata. Siue alio possidente prior creditor uindicet hypothecaria actione, & ille excipiat; Si non conuenit ut sibi res sit obligata: hic in modum suprà relatum replicabit. Sed si cum alio possessore creditor secundus agat: rectè agit, & adiudicari poterit ei hypotheca: ut tamen prior cum eo agendo ei rem auferat. *Quarta exceptio uidetur: Nisi res alij ante actorem fuerit obligata.*

quæ tamen exceptio reprobatur uerbis Iam propositus hisce: Sed si cum alio possessore creditor secundus agat, rectè agit, &c. Quinta exceptio est: Nisi reus antea ab alio creditore conuentus, litis æstimationem præstitit. Hæc exceptio approbatur d. l. 12. §. si quoniam, his uerbis: Si quoniam non restituebat rem pignoratam possessor condemnatus ex præfatis causis, litis æstimationem exoluerit: an perinde secundo creditori teneatur, ac si soluta sit pecunia priori creditori, quæritur? & rectè puto hoc admittendum esse. Sexta exceptio est: Nisi reus rem à potiore creditore emerit. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt §. cap. 5. causa 17. exception. 4. replicat. 1. Septima exceptio uidetur: Nisi actor in possessione rei fuerit, eamq; amiserit. Hæc exceptio reprobatur l. 2. C. de prætorio pignore, his uerbis: Veteris iuris dubitationem decidentes, ad duplum genus hypothecarum respeximus: unum quidem quod ex conuentionibus & pactis hominum nascitur: aliud quod à iudicibus datur, & prætorium nuncupatur. Et cùm inuenimus in conuentionalibus pignoribus uel hypothecis non solùm tenentem creditorem adiuuari: sed etiamsi ab ea possessione cadat, siue sua culpa, siue non, siue fortuito casu: humanius perspeximus & in prætorio pignore dare recuperationem creditori, quocunque modo possessionem amittat, siue culpa sua, siue non, siue fortuito casu. Licet enim debuerat incumbere suo pignori, ne aliquam patiatur iacturam: tamen ne quid amarum in creditoribus consequatur, benignius causam interpretamur, & ei recuperationem donamus. Concordat l. 11. §. 1. ibi: itaq; si amiserit. ff. de pignor. & hypoth. cuius uerba uide §. cap. 4. causa 1. exception. 5. replicat. 4. Item concordat l. 13. §. & in superficiarijs. ff. eod. tit. cuius uerba uide §. cap. 3. exception. 36. Octaua exceptio est: Nisi cùm possessor rem emisset, preciumq; eius ad potiorem creditorem peruenisset: actor posterior creditor precium cum usuris reo non restituat. Hæc exceptio approbatur l. 3. ff. de distract. pignor. cuius uerba uide J. cap. 9. regul. 1. exception. 41. replicat. 4. Concordant ea quæ proposita sunt J. d. regul. 1. exception. 22. Nona exceptio est: Nisi actor reo impensas non restituat. Hæc exceptio approbatur l. 44. §. fin. ff. de damno infecto, his uerbis: Damni infecti nomine in possessionem missus possidendo dominium cepi, deinde creditor eas sibi pignori obligatas persequi uult: non sine ratione diceretur, nisi impensas quas in refectione fecerim, mihi præstare sit paratus, inhibendam aduersus me persecutionem. Cur ergo non emptori quoque id tribuendum est? Si fortè quis insulam pignoratam emerit. Non rectè hæc inter se comparabuntur: quando is qui emit, sua uoluntate negotium gerat: ideoque diligentius à uenditore sibi caueri & possit & debeat: quod non æquè & de eo cui damni infecti non promittatur, dici potest. Ait iurisconsultus: Cur ergo non emptori, &c. Hisce uerbis uidetur exceptio proposita regulariter reprobari. Sed ijs contradicit l. 29. §. domus, in fine. ff. de pignor. & hypoth. cuius uerba uide §. cap. 5. causa 15. exception. 2. Decima exceptio est: Nisi reus actori litis æstimationem præstet. quæ exceptio approbatur l. 19. ff. qui potiores in pignore. cuius uerba uide J. quæstion. proxim. regul. 1. exception. 6. Vndecima exceptio est: Nisi semel actum sit. quæ exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio prima hæc est: Nisi propter exceptionem aliquam dilatoriam, quæ nunc cessat, antea reus sit absolutus. quæ replicatio approbatur exemplo l. 13. §. si sub. ff. de pignor. & hypoth. cuius uerba uide §. capite 8. quæstion. 7. regul. 1. Altera replicatio est: Nisi antea reus fuit condemnatus. quæ replicatio approbatur l. 16. §. creditor. ff. eod. tit. his uerbis: Creditor hypothecam sibi per sententiam adiudicaram, quemadmodum habiturus sit, &c. Hæc de exceptionibus propositæ regulæ. Sed & plures eiusdem exceptiones uide §. capite 2. cum tribus capitibus sequentibus.

## IIII. QVIBVS COMpetit actio proposita?

1. Regula: Alijs quàm ei qui pignus paciscitur, hypothecaria actio competere non potest. quæ regula ipso quidem iure subsistit, uerùm eius exceptio prima hæc est: Nisi alterius nomine quis pecuniam crediderit, pignusq; pactus sit. hoc enim casu ei cuius nomine pecunia credita est, actio competit etiam ad pignus persequendum: quæ exceptio approbatur l. 2. C. per quas pers. nobis adquir. cuius uerba uide §. lib. proxim. capite 2. quæstion. 2. regul. 1. Altera exceptio uidetur: Nisi aliena pecunia creditor quis pignus pactus sit: hoc enim casu domino pecuniæ pignoris persecutio uidetur danda. Sed hæc exceptio reprobatur l. 16. C. de pignor. & hypoth. his uerbis: Etsi frater tuus non suam, sed ad te pertinentem pecuniam suo nomine dedit, ac pignus accepit: tamen tibi pignoris obligationem quærere non potuit. Concordat l. 19. C. de distract. pignor. cuius uerba uide §. cap. proximo, quæstione secunda, regula tertia. Tertia exceptio est: Nisi quis nomen debitoris à creditore, qui pignus pactus est, com-

*peraucrit.* *Hæc exceptio approbatur l. 6. C. de obligation. & action. cuius uerba uide ī. cap. 5. causa 17. exception. 4. replicat. 1. Concordat l. 7. C. eod. tt. cuius uerba uide d. replicat. 1.* *Quarta exceptio est: Nisi creditor qui pignus pactus est, id alij pignori dederit: huic enim pignoris persecutio non est deneganda. quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt ī. cap. 3. exception. 40. replicat. 11.* *Quinta exceptio est: Nisi alius pro debitore soluerit, & ius pignoris à creditore redemerit.* *Hæc exceptio approbatur l. 2. C. de his qui in priorum creditor. locum succed. cuius uerba uide ī. cap. 5. causa 17. exception. 4. in princip. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi is qui pro debitore soluit, specialiter sibi pignus pactus non est. quæ replicatio approbatur l. 1. C. eod. tt. his uerbis:* Noo omnimodo succedunt in locum hypothecarij creditoris hi, quorum pecunia ad creditorem transit. Hoc enim tunc obseruatur, cùm is qui pecuniam postea dat, sub hoc pacto credat, ot idem pignus ei obligetur, & in locum eius succedat. Quod cum in tua persona factum non sit (iudicatum est enim te pignora non accepisse) frustra putas tibi auxilio opos esse constitutionis nostræ ad eam tem pertineotis. *Concordat l. 21. C. de pignor. & hypoth. his uerbis:* Res obligatas exterus debito soluto liberaodo, datum petere, noo earum dominium adipisci potest. *Concordat item l. 1. in princip. ff. quib. mod. pignus soluitur, his uerbis:* Debitoris absentis amicus negocia gessit, & pignora citra emptionem pecuoia sua liberauit: ius pristinom domino restitutum oidetur. Igitur qui negociom gessit, utilem Setuianam dari sibi non rectè desiderabit. Si tamen possideat, exceptione doli defenditur. *Concordat item l. 3. in princip. ff. quæ res obligar. non poss. his uerbis:* Aristo Neratio Prisco scripsit, Etiamsi ita contractum sit, ot antecedens dimittetur: non aliter io ius pignoris succedit, nisi conuenerit, ot sibi eadem res pignori obligata esset. Neque enim io ius pignoris succedere debet, qui ipse oihil conuenit de pignore. Quo casu emptoris causa melior efficitur. *Planè propositæ replicationis duplicatio hæc est: Nisi is qui pro debitore soluit, & pignus liberauit, ipse pignus possideat. tunc enim, quamuis nihil de pignore conuenerit, per exceptionem tamen defenditur. quæ duplicatio approbatur uerbis d. l. 1. in princip. paulo superius propositis, hisce:* Si tameo possideat, exceptione doli defenditur. *Concordant ea quæ proposita sunt ī. cap. 4. causa 2.* *Sexta exceptio est: Nisi possessor pignoris à creditore conuentus, litis æstimationem præstiterit. hic enim in ius pignoris succedit. quæ exceptio approbatur l. 2. ff. quibus mod. pignus soluitur, his uerbis:* Si creditor Seruiaoa actione pignos à possessore petierit, & possessor litis æstimationem obtulerit, & ab eo debitor rem uindicet: noo aliter hoc facere conceditur, oisi prius debitum ei offerat. *Concordat l. 19. ff. qui potiores in pignore, his uerbis:* Mulier in dotem dedit marito prædium pignori obligatum, & testamento maritum, & liberos ex eo natos, item ex alio, hæredes instituit. Creditor, cum posset hæredes conuenire idoneos, ad fundum uenit: quæro, an si ei iustus possessor offerat, compellendus sit ius nominis cedere? Scæuola respondit, posse uideri noo iniustum postulare. *Septima exceptio est: Nisi heres eius qui pignus pactus est, agat. quæ exceptio sine cuiusquam contradictione est iusta. Hæc igitur de prima propositæ quæstionis regula, eiusq́; exceptionibus sint dicta.*

II. *Regula: Si eadem res duobus uel pluribus pignori sit obligata: prior tempore potior est iure. De hac regula eiusq́; exceptionibus uide J. capite proxim.*

## V. ADVERSVS QVOS competat?

*Persecutio pignoris in rem est. de quo ī. quæstion. 1. ergo aduersus quemuis possessorem pignoris competit: item aduersus eum qui dolo desijt possidere. de quo ī. quæstion. 3. exception. 1. replication. 1.*

## VI. QVID VENIAT io actione proposita?

I. *Regula: Si uniuersa bona pignori obligata sunt: regulariter quidem quidquid debitor habet, pignoris iure creditori tenetur, & actione proposita peti potest. quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt ī. cap. 3. exception. 24. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi cùm eidem primùm quidem res aliqua specialiter esset obligata, postea uniuersa bona obligentur, resq́; specialiter obligata sufficiat debito. tunc enim omnium bonorum persecutio inhibetur. quæ exceptio approbatur l. 2. C. de pignor. & hypoth. his uerbis:* Quamuis constet, specialiter quædam, & uniuersa bona generaliter aduersarium tuum pignori accepisse, & æquale ius in omnibus habere: iurisdictio tamen temperanda est. Ideoque si certum est, posse eum ex ijs quæ nominatim ei pignori obligata sunt, uniuersum debitum redigere: ea quæ postea ex eisdem bonis pignori accepisti, interim noo auferri præses prouiociæ iubebit. *Altera exceptio est: Nisi ea bona quæ post pignoris contractum*

ctum debitor adquisierit. Hæc exceptio reprobatur l. 9. C. quæ res pignori obligari. cuius uerba uide s̄. cap. 2. except. 18. Concordat l. 15. §. quod dicitur. ff. de pignor. & hypoth. cuius uerba uide J. quæstion. 9. reg. 2. Tertia exceptio est: Nisi res quam sibi pignori obligatam creditor debitorem alienare passus est. hæc enim, quamuis eam postea debitor ex aliqua causa receperit, in generali tamen hypotheca non continetur. quæ exceptio approbatur l. 11. C. de remißione pignoris. cuius uerba uide s̄. cap. 5. causa 21. distinct. 1. except. 5. replicat. 1. Quarta exceptio est: Nisi eæ res quas neminem credibile est specialiter pignori daturum fuisse. Hæc exceptio approbatur, simul & exemplis declaratur l. 6. cum tribus legibus sequentibus. ff. de pignor. & hypoth. his uerbis: Obligatione generali rerum quas quis habuit habiturusúe est, ea non continebuntur, quæ uerisimile est quenquam specialiter obligaturum non fuisse: utputa supellex, item uestis relinquenda est debitori: & ex mancipijs quæ in eo usu habebat, ut certum sit eum pignori daturum non fuisse. Proinde de ministerijs eius perquàm ei necessarijs, uel quæ ad affectionem eius pertinent, uel quæ in usum quotidianum habentur: Seruiana non competit. Denique concubinam, filios naturales, alumnos constitit generali obligatione non contineri: et si qua alia sunt huiusmodi ministeria. Sed & quod ad eas res quas eo tempore quo paciscebatur, in bonis habuit: idem obseruari debet. Concordat l. 1. C. quæ res pignori obligari possunt, his uerbis: Alumnos tuos cæterasque res quas neminem credibile est pignori specialiter daturum fuisse, generali pacti conuentione quæ de bonis tuis facta est, in causa pignoris non fuisse, rationis est. Quinta exceptio est: Nisi ea quæ non ab ipso debitore, sed ab hærede eius sunt comparata. Hæc exceptio approbatur l. 29. in prin. ff. de pignor. & hypoth. his uerbis: Paulus respondit, generalem quidem conuentionem sufficere ad obligationem pignorum: sed ea quæ ex bonis defuncti non fuerunt, sed postea ab hærede eius ex alia causa adquisita sunt, uindicari non posse à creditore testatoris. Sexta exceptio uidetur esse: Nisi seruus debitoris, qui consensu domini omnia eius bona obligauit. Sed hæc exceptio reprobatur d. l. 29. §. fin. his uerbis: Si sciente & consentiente domino, seruus, ut omnia bona domini pignori obligata essent, conuenit: ipsum quoque qui cauit, obligatum esse pignoris iure, Paulus respondit. Septima exceptio est: Nisi cùm omnia quæ in prædium inducta, inuecta, importata essent, pignori essent obligata: quædam ad tempus, quædam ut ibi perpetuò essent, sint inducta. Hæc exceptio approbatur l. 32. ff. de pignor. & hypoth. his uerbis: Debitor pactus est, ut quæcunque in prædia pignori data inducta, inuecta, importata, ibi nata ortaúe essent, pignori essent: eorum prædiorum pars sine colonis fuit, eaque actori suo colenda debitor tradidit, adsignatis ei etiam seruis culturæ necessarijs. Quæritur, an & Stichus uillicus, & cæteri serui ad culturam missi, & Stichi uicarij obligati essent. Scæuola respondit, eos duntaxat, qui hoc animo à domino inducti essent, ut ibi perpetuò essent, non temporis causa accommodarentur, obligatos. Octaua exceptio est: Nisi pecunia quam debitor ab alio mutuam accepit. Hæc exceptio reprobatur l. 15. §. fin. ff. de pignor. & hypoth. his uerbis: Creditor pignori accepit à debitore quidquid in bonis haberet, habiturusúe esset. Quæsitum est, an corpora pecuniæ, quam idem debitor ab alio mutuauit, cùm in bonis eius facta sint, obligata creditori pignori esse cœperint? Scæuola respondit, cœpisse. Nona exceptio est: Nisi res à debitore redhibita. Hæc exceptio reprobatur l. 4. in princip. ff. quibus mod. pignus soluitur. cuius uerba uide s̄. cap. 5. causa 21. distinct. 8. Decima exceptio est: Nisi res quæ specialiter obligari non potuit. hæc enim nec in generali hypotheca continebitur. quæ exceptio approbatur exemplo l. 5. C. quæ res pignor. obligari possunt. cuius uerba uide s̄. cap. 1. exception. 32. Huius etiam species est J. exceptio proxima. Vndecima exceptio est: Nisi militia. hæc enim non continetur in generali hypotheca, ratione exceptionis præcedentis. cuius replicatio hæc est: Nisi militia creditoris nummis sit comparata, uel comparata esse præsumatur. quæ replicatio approbatur l. 27. C. de pignor. & hypoth. de qua re uide J. quæstion. 9. regul. 3. Duodecima exceptio est: Nisi instrumenta agriculturæ. Hæc exceptio approbatur l. 7. cum lege sequente. C. quæ res pignori obligar. possunt. cuius uerba uide s̄. lib. 9. cap. 5. quæstion. 6. regul. 2. exception. 8. Decimatertia exceptio est: Nisi dos, mariti bonis obligatis. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur s̄. libro 8. capite 9. regula 4. Decimaquarta exceptio est: Nisi res quæ in dominio debitoris non sunt. Hæc exceptio approbatur exemplo l. 1. C. de priuilegio fisci. cuius uerba uide s̄. d. cap. 9. regul. 1. exception. 2. item approbatur per ea quæ proposita sunt s̄. capite 1. quæstion. 4. causa 3. exception. 4. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi res mariti, cuius uxor liberis prioris matrimonij ratione tutela gestæ est obligata cum bonis suis. quæ replicatio approbatur l. 6 C. in quib. causis pignus tacitè cōtrah. cuius uerba uide s̄. cap. 1. quæst. 4. specie 7.

Alterá

*Altera replicatio est: Nisi res fideiussorum & mandatorum debitoris. Hæc replicatio approbatur Nouell. c. 4. §. enimuerò. ibi: simulae uerò. cuius uerba uide J. quæst. prox. reg. 2. Hæc de prima propositæ quæstionis regula.*

II. *Regula, De ijs quæ ex animalib. pignori obligatis nascuntur. Hæc quoq; in proposita actione ueniunt petenda. quæ regula approbatur l. 29. §. 1. ff. de pignor. & hypoth. his uerbis:* Si mancipia in causam pignoris ceciderunt: ea quoq; quæ ex his nata sunt, eodem iure habeuda sunt. *Concordat l. 13. in prin. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. cap. 5. causa 15. except. 5. Item concordat l. 1. C. de partu pignoris, hisce uerbis:* Paetus ancillæ pignoeatæ in pari causa qna matrem esse, olim placuit. *Concordat item l. 1. in prin. ff. de Saluiano interd. cuius uerba uide J. cap. 11. quæst. 4. reg. 1. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi apud bonæ fidei possessorem nata sint, cuius efficiantur. Hæc exceptio approbatur d. l. 29. §. 1. his uerbis:* Quod diximus, etiam nata teneri, siue specialiter de his conuenerit, siue non: ita procedit, si dominium eorum ad eum peruenit qui obligauit, uel hæredem eius. Cærerùm apud alium dominum non erunt obligata.

III. *Regula, De fructibus rei pignoratæ. Hi quoq; in actione proposita ueniunt. quæ regula approbatur l. 3. C. in quib. causis pignus tacitè contrah. cuius uerba uide J. reg. prox. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi fructus sint consumpti. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. cùm prædium. ff. de pignor. & hypoth. his uerbis:* Cùm prædium pignori daretur, nominatim ut fructus quoq; pignori essent, conuenit: eos consumptos bona fide emptor utili Seruiana restituere non cogetur. Pignoris etenim causam nec usucapione perimi placuit: quoniam quæstio pignoris ab intentione dominij separatur. Quod in fructibus dissimile est, qui nunquam debitoris fuerunt. *Huius exceptionis replicatio est: Nisi post litem contestatam fructus sint percepti. Hæc replicatio approbatur l. 16. §. interdum. ff. eod. tit. his uerbis:* Interdum etiam de fructibus arbitrari debet iudex, ut ex quo lis inchoata fuit, ex eo tempore etiam de fructibus condemnet. Quid enim si minoris sit prædium, quàm quod debetur? Nam de antecedentibus fructibus nihil potest pronunciare, nisi res extent.

IIII. *Regula, De ijs quæ ex fructibus pignoris comparata sunt. Hæc non ueniunt in actione proposita. quæ regula approbatur l. 3. C. in quibus causis pignus tacitè contrah. his uerbis:* Quamuis fructus pignori datorum prædiorum (etsi id apertè non sit expressum) & ipsi pignori credantur tacita pactione esse: prædia tamen quæ emuntur ex fructuum precio, ad eandem causam uenire, nulli prudentum placuit.

V. *Regula, De ijs quæ ex pecunia pignorata empta sunt. Hæc quoq; pignorata sunt. quæ regula approbatur l. 7. §. fin. ff. qui potiores in pignore, his uerbis:* Si tibi quæ habiturus sum, obligauerim, & Titio specialiter fundum, si in dominium meum peruenerit, mox dominium eius adquisiero: putat Marcellus, concurrere utrunque creditorem in pignore. Nec enim multum facit, quòd de suo numos debitor dederit: quippe cùm res ex numis pignoratis empta, nunc sit pignorata ob hoc solùm, quòd pecunia pignorata erat.

VI. *Regula, De re, in quam res pignorata mutata est. Et hæc pignoris iure est obligata. quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt s. cap. 5. causa 15. exception. 1. cum duabus sequentibus.*

VII. *Regula, De naui ex sylua obligata facta. Hæc obligata non est. quæ regula approbatur l. 18. §. si quis. ff. de pignor. action. his uerbis:* Si quis cauerit ut sylua sibi pignori esset: nauem ex ea materia factam non esse pignori, Cassius ait: quia aliud sit materia, aliud nauis. Et ideo nominatim in dando pignore adijciendum esse ait: Quæque ex sylua facta nata sint.

VIII. *Regula: Vsusfructus qui proprietati pignori obligatæ accessit, ipse quoq; obligatus est. quæ regula approbatur d. l. 18. §. si nuda, his uerbis:* Si nuda proprietas pignori data sit: ususfructus qui postea adcreuit, pignori cedit. Eadem causa est alluuionis.

IX. *Regula: Quod prædio pignorato per alluuionem accessit, ipsum quoq; pignoratum erit. quæ regula approbatur uerbis iam propositis hisce:* Eadem causa est alluuionis. *Concordat l. 16. in princip. ff. de pignor. & hypoth. his uerbis:* Si fundus hypothecæ datus sit, deinde alluuione maior factus: totus obligabitur.

X. *Regula: Domo uel area pignori obligata, quid ueniat, definitur l. 21. ff. de pignor. action. his uerbis:* Domo pignori data, & area eius tenebitur. Est enim pars eius. Et contrà, ius soli sequitur ædificium. *Concordat l. 29. §. domus. ff. de pignor. & hypoth. cuius uerba uide s. cap. 5. causa 15. except. 2.*

XI. *Regula: Taberna pignori obligata, quid ueniat, definitur l. 34. ff. de pignor. & hypoth. cuius uerba uide s. capite tertio, exceptione 16.*

XII. *Regula: Inductis & illatis pignori obligatis, ea quæ ad tempus illata sunt, non tenentur. quæ regula*

gulæ approbatur l.32.ff.d.tit.cuius uerba uide s.reg. 1.except.7.

XIII. Regula: Instrumentis emptionum pignori obligatis, ipsæ res emptæ obligatæ creduntur. quæ regula approbatur l.2. C. quæ res pignori obligar. non poss. his uerbis: Cùm constet, pignus consensu contrahi, non dubitemus, eum qui emptiones agrorum suorum pignori posuit, de ipsis agris obligandis cogitasse.

XIIII. Regula: Si nomen debitoris pignori datum sit, quid & quantum ueniat, definitur l.4. C. quæ res pignori obligar. poss. cuius uerba uide s. cap.3. except.25.

XV. Regula: Si pars rei pro indiuiso pignori data sit: quid ueniat re inter socios diuisa, definitur l.7.§.fin.ff.quib.mod pignus soluitur. cuius uerba uide s.cap.3.except.40.repl.13.dupl.1.tripl.1.

XVI. Regula: Si cùm de auro obligando conuenisset, æs datum sit: uel ære dato, affirmatum sit id aurum esse: utrum æs an aurum pignori obligatum sit, definitur l.1.ff.de pignor.action. cuius uerba uide s.cap.2.except.21.repl.2.

XVII. Regula, De in litẽ iurando. In hac quoq; actione in litem iurandum. quæ regula approbatur l.16.§. in uindicatione. ibi: si uerò dolo. ff. de pignor. & hypoth. cuius uerba uide s. quæstion. 1. except.1.

XVIII. Regula, De litis æstimatione. Reus litis æstimationem præstando liberatur: de quo s. quæst.3.except.9. quanti autem lis sit æstimanda, definitur l.21.§.fin.ff.de pignor. & hypoth. his uerbis: Si res pignorata non restituatur, lis aduersus possessorem erit æstimanda. Sed utiq; aliter aduersus debitorem, aliter aduersus quemuis possessorem. Nam aduersus debitorem non pluris quàm debet: quia non pluris interest. Aduersus cæteros possessores etiam pluris: quia quod amplius debito consecutus creditor fuerit, debitori restituere debet pignoratitia actione.

XIX. Regula: Si res absit, ad cautionem præstandam reus tenetur. quæ regula approbatur d.§.in uindicatione. ibi: sed si uelit.

XX. Regula: Si pluribus res sit pignori obligata simul, unicuiq; in solidum competit actio. quæ regula approbatur, simul & distinguitur l.10. ff. de pignor. & hypoth. hisce uerbis: Si debitor res suas duobus simul pignori obligauit, ita ut utrique in solidum obligatæ essent, singuli in solidum aduersus extraneos Seruiana utentur: inter ipsos autem si quæstio moueatur, possidentis melior est conditio. Dabitur enim possidenti hæc exceptio: Si non conuenit, ut eadem res mihi quoque pignori esset. Si autem id actum fuerit, ut pro partibus res obligarentur: utilem actionem competere & inter ipsos & aduersus extraneos, per quam dimidiam partem possessionis adprehendant singuli, in confesso est. Concordat l.14.§. si duo. ff. eod. tit. his uerbis: Si duo pariter de hypotheca paciscantur: in quantum quisque obligatam hypothecam habeat, utrum pro quantitate debiti, an pro partibus dimidijs, quæritur? Et magis est, ut pro quantitate debiti pignus habeant obligatum. Sed uterque si cum possessore agat, quemadmodum? utrum de parte quisq;, an de toto, quasi utriq; in solidum res obligata fuerit? quod erit dicendum, si eodem die pignus utrique datum est separatim. Sed si simul illi & illi: si hoc actum est, uterque rectè in solidum aget: si minus, aget unusquisque pro parte. Concordat item l.1.§. si colonus. ff. de Saluiano interdicto. cuius uerba uide j.cap.11.quæst. 2.except.1. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi unus aduersus alium, cui eadem res pignori obligata est, agat. tunc enim in nullam partem competit actio. de qua re dictum s. quæstion. 3. exception. 3. Altera exceptio est: Nisi singulis pro parte, non in solidum res sit obligata. quæ exceptio approbatur uerbis d.l.10. s. propositis hisce: Si autem id actum fuerit, ut pro partibus res obligarentur: utilem actionem competere & inter ipsos & aduersus extraneos, per quam dimidiam partem possessionis adprehendant singuli, in confesso est. Concordat d.§. si duo, uerbis paulo superius propositis hisce: Si minus, aget unusquisque pro parte. Item concordat d.l.1.§. si colonus. Item concordat l.15.§.fin. ff. de pignor. & hypoth. cuius uerba uide j. proximè. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi cùm uni res pignori in solidum esset obligata, postea alteri obligetur in id quod res prioris creditoris debitum excedit: uel quæ à primo creditore fuerit liberata. tunc enim alteri in solidum est obligata. quæ replicatio approbatur d.l.15.§.fin. his uerbis: Qui res suas iam obligauerunt, & alij secundo obligant creditori: ut effugiant periculum, quod solent pati, qui sæpius eandem rem obligant: prædicere solent alij nulli rem obligatam esse, quàm fortè Lucio Titio: ut in id quod excedit priorem obligationem, res sit obligata: aut in solidum, cùm primo debito liberata res fuerit. De quo uidendum est, utrum hoc ita se habeat, si & conueniat: an etsi simpliciter conuenerit de eo quod excedit, ut sit hypothecæ, & solida res inesse conuentioni uideatur, cùm à primo creditore fuerit liberata, an adhuc pars? Sed illud magis est, quod prius diximus. Tertia exceptio uidetur: Nisi eiusdem creditoris plures sint hæredes. hoc enim casu singulis non nisi pro parte

*hæreditaria uidetur actio competere.* *Sed hæc exceptio reprobatur l. 1. C. si unus ex plurib. hæredib. cuius uerba uide s. lib. 36. cap. 5. reg. 7. exception. 7. replicat. 1.*

## VII. QVANDO COMPETAT actio hypothecaria? & antecedentia eius quæ sint?

I. Regula, *De denunciando prius debitoribus ut soluant, proponitur l. 10. C. de pignor. & hypoth. his uerbis:* Debitores præsentes prius denunciationibus conueniendi sunt. Igitur si cō usuri debito satis non fecerint: persequenti tibi pignora seu hypothecas, quas instrumento specialiter comprehensas esse dicis, competentibus actionibus Rector prouinciæ authoritatis suæ auxilium impertire non dubitabit.

II. Regula: *Prius actio personalis tam aduersus reum, quàm aduersus intercessores instituenda. quæ regula approbatur Nouell. c. 4. §. enimuerò, his uerbis:* Neq; ad res debitorum, si ab alijs detineantur, prius perueniet, quàm personali actione contra mandatores, & fideiussores, & constitutæ pecuniæ reos experiatur. Simulac uerò ad res principalis debitoris, quamuis ab alijs detineantur, progressus, earumq; detentatoribus negocio facto satis illi ex ijs factum non fuerit: tunc etiam fideiussorum, aut mandatorum, aut reorum constitutæ pecuniæ res aggrediatur. Idem dicere licebit, etsi omnes hi aliquos sibi obligatos habent, qui de hypothecarijs actionibus teneri queūt. Certè contra principalem debitorem & res quas penes se habere dinoscitur, omnem illi facultatem damus, siue personalibus extemplò, siue hypothecarijs, siue utrisq; actionibus uti uoluerit: prædictam à nobis rationem & ordinem in alijs quoq; tum personis tum casibus obtinere sancientes. Neq; hoc tantùm in creditoribus dicimus, sed etiam si quis quid emat ab aliquo, deinde fideiussorem ob euictionē accipiat, quem auctorem secūdum appellant, & pro parte res empta euincatur, nata contra uenditorem actione: non protinus ad auctorem secundum emptor procedet, neq; ad detentatorem rerum uenditoris: sed prius ad uēditorem ipsum, mox ad auctorem secundum, & deniq; ad detentatorem. Eadem uidelicet distinctione & in præsentibus & absentibus existente, quam antè tam in fideiussoribus & mādatoribus, & constitutæ pecuniæ reis, quàm etiam ijs qui mutuum contraxerūt, sanciuimus. Consimiliter hoc obtinente & in aliis contractibus, ubi fideiussores aliqui, aut mandatores, aut constitutæ pecuniæ rei assumuntur, & in ipsis utrinq; principalibus, necnon hæredibus & successoribus eorum. Ac uetus quidem lex rursus ea fini obtineat, subditosq; nostros iusticia & hac cīne distinctione refocillet. *Concordat proposita regulæ l. 47. ff. de iure fisci. cuius uerba uide s. lib. 11. cap. 3. quæst. 8. except. 4. Contradicit l. 14. & l. 24. C. de pignor. & hypoth. quorum uerba uide j. quæst. 11. reg. 1. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi aduersus ipsum debitorem eiusue hæredes, non aduersus extraneos hypothecaria agatur. quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Certè contra principalem debitorem, & res quas penes se habere dinoscitur, omnem illi facultatem damus, siue personalibus extemplò, siue hypothecarijs, siue utrisque actionibus uti uoluerit. *Altera exceptio est: Nisi personali actione conuenien di sint absentes. Hæc exceptio approbatur uerbis iā propositis hisce:* Eadem uidelicet distinctione & in præsentibus & absentibus existente, quam antè tam in fideiussoribus, & mādatoribus, & cōstitutę pecuniæ reis, quàm etiam ijs qui mutuum contraxerunt, sanciuimus. *Ait Imp.* Quam antè sanciuimus. *Scilicet ead const. 4. §. 1. cum sequentib. cuius uerba uide j. lib. 45. cap. 3. quæst. 6. reg. 2. Tertia exceptio est: Nisi res aliqua specialiter sit obligata, non uniuersa debitoris bona. tūc enim ad rem istam persequendam, etiam ante personalem actionem motā actio datur. quæ exceptio approbatur Nouell. c. 112. §. ab hac uerò. cuius uerba uide s. lib. 5. de re litigiosa, quæst. 1. except. 1. repl. 3.*

III. Regula: *Si pro conditionali debito pignus obligatum sit, non nisi existente debiti conditione hypothecaria datur actio. quæ regula approbatur l. 13. §. si sub. ff. de pignor. & hyp. his uerbis:* Si sub conditione debiti nomine obligata sit hypotheca, dicendum est ante conditionem non rectè agi: cum nihil interim debeatur. Sed si sub conditione debiti conditio euenerit: rursus agere poterit.

IIII. Regula: *Si pro debito in diem contracto pignus obligatum sit, etiam ante diem pignoris persecutio datur. quæ regula approbatur exemplo l. 14. ff. de pignor. & hypoth. his uerbis:* Quæsitum est, si nondum dies pensionis uenit, an & medio tempore persequi pignora permittendum sit? Et puto dandam pignoris persecutionem: quia interest mea. Et ita Celsus scribit. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi cùm debitum purè esset contractum, postea conuenerit ne intra diem certum petatur. nam interim nec pignus peti potest. quæ exceptio approbatur l. 5. §. si paciscatur. ff. quib. mod. pignus soluitur, his uerbis:* Si paciscatur creditor, ne intra annum pecuniam petat: intelligitur de hypotheca quoq; idem pactus esse.

V. Regula: *Si hypotheca sub conditione contracta sit, ante conditionem existentem non datur actio.*

quæ

*quæ regula approbatur l.13.§. si sub. ibi: sed si præsens. ff. de pignor. & hypoth. his uerbis:* Si præsens sit debitum, hypotheca uerò sub conditione, & agatur ante conditionem hypothecaria: uerum quidem est, pecuniam solutam non esse, sed auferri hypothecam iniquum est. Ideoq; arbitrio iudicis cautiones interponendæ sunt, si condirio extiterit, nec pecunia soluatur: restitui hypothecam, si in rerum natura sit.

## VIII. QVAMDIV ACTIO HYpothecaria competit?

I. *Regula: Hypothecariæ actioni non nisi quadraginta annorum præscriptio obstat. quæ regula approbatur, simul & distinguitur l. 7. in prin. C. de præscript. 30 uel 40 annor. his uerbis:* Cùm notissimi iuris sit, actionem hypothecariam in extraneos quidem suppositæ rei detentatores annorum triginta finiri spacijs: si non interruptum erit silentium, ut lege cautum est, id est, etiam per solam conuentionem, aut si ætas impubes excipienda monstretur: in ipsos uerò debitores aut hæredes eorum primos uel ulteriores nullis expirare lustrorum cursibus: nostræ prouisionis esse perspeximus, hoc quoque emendare, ne possessores eiusmodi propè immortali timore teneantur. Quamobrem iubemus hypothecarum persecutionem, quæ rerum mouetur gratia uel apud debitores consistentium, uel apud debitorum hæredes, non ultra quadraginta annos, ex quo competere cœpit, prorogari: nisi conuentio aut ætas, sicut dictum est, intercesserit: ut diuersitas utriusq; rerum persecutionis, quæ in debitorem aut hæredes eius, quæque mouetur & in extraneos, sit in solo annorum numero. Verùm in alijs omnibus ambæ similes sint. In actione scilicet personali ijs custodiendis, quæ prisca constitutionum sanxit iusticia. *Ait Imp.* Nullis expirare lustrorum cursibus. *Huic concordat l. 1. C. si aduersus creditor. præscript. oppon. cuius uerba uide §. except. prox. Est enim propositæ regulæ prima exceptio hæc: Nisi non aduersus debitorem eiusúe hæredes, sed aduersus extraneos hypothecaria agatur. tunc enim decem uel uiginti annorum præscriptio agenti obstat. quæ exceptio approbatur d. l. 1. his uerbis:* Diuturnum silentium longi temporis præscriptione corroboratum, creditoribus pignus persequentibus inefficacem actionem constituit: præterquam si debitores uel qui in eorum iura successerunt, obligatæ rei possessioni incumbant. *Concordat l. 2. C. eod. tit. his uerbis:* Si debitori hæres non extitisti, sed iusta uiginti annorum possessione collata in te donatio corroborata est: neque personali actione (quia debitori non successisti) conueniri te, iuris ratio non permittit: nec data prædia pignori post interuallum longi temporis tibi auferenda sunt: quando etiam præsentibus creditoribus decem annorum præscriptionem opponi posse, tam rescriptis nostris, quàm priorum principum statutis prolatum sit. *Plura de proposita exceptione seu præscriptione decem uel uiginti annorum, uide §. lib. 22. cap. 1. quæst. 3. effectu 1. exception. 2. Planè huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi aduersus malæ fidei possessorem agatur, & eum qui sciuit rem alij obligatam esse. quæ replicatio ipso quidem iure subsistit, quoad dictam decem uel uiginti annorum præscriptionem. uerùm eius duplicatio hæc est: Nisi triginta annorum præscriptio obijciatur. Nam hæc etiam malæ fidei possessori extraneo prodest. quæ duplicatio approbatur l. 3. in prin. ibi. eodem etiam. C. de præscript. 30 annor. cuius uerba uide §. lib. 36. cap. 15. in princip. Concordat l. 7. in princip. C. eod. tit. cuius uerba uide §. ead. regul. in princip. Altera propositæ exceptionis replicatio hæc est: Nisi extraneus pignoris iure rem à debitore possideat. tunc enim ei non nisi quadraginta annorum præscriptio prodest. quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur d. l. 7. §. sed cùm illud. his uerbis:* Cùm illud etiam in forensibus controuersijs uentilabatur, an creditor anteriora iura prætendens, potest posteriorem creditorem hypothecam tenentem etiam ultra triginta annos inquietare: utpote imaginem debitoris obtinentem, eique possidentem: necessarium duximus & hoc dirimere: & sancimus, donec communis debitor uiuit, non posse creditori anteriori triginta annorum exceptionem opponi, sed locum esse quadraginta annorum præscriptioni: quia dum ille uiuit, meritò anterior creditor confidit: utpote apud debitorem eius possessione per posteriorem creditorem constituta. Ex quo autem in fata sua debitor decesserit: ex eo quasi suo nomine possidentem posteriorem creditorem meritò posse triginta annorum opponere præscriptionem. Et secundum hanc distinctionem computationem temporum adhibendam, ut ex persona quidem sua posterior creditor triginta annos, quo ipse post mortem debitoris possedit, opponat. Sin uerò coniungere uoluerit suæ possessioni, quam post mortem debitoris habuit, etiam tempus quo uiuente debitore uel ipse creditor uel communis debitor detinuit: tunc quadraginta annorum exceptionis iura tractari, & quantum deest ad quadraginta annorum possessionem, per quam & ipse debitor cre-

ditorem repellere poterat, hoc se posse disse ostendat. Eodem iute pto temporum computatione obseruando, etsi posterior creditot anteriori offerte debitum paratus est, & is creditor longæuam præscriptionem possessionis ei opponete conatur. *Hæc de prima propositæ regulæ exceptione.* *Altera exceptio est: Nisi hæres debitoris rem pignoratam non iure hæreditario accepit, sed uel ab extraneo comparauit, uel etiam ab ipso debitore, antequam ei hæres existeret. tunc enim præscriptione triginta annorum perinde ac extraneus possessor defenditur. quæ exceptio approbatur l. 5. §. fin. ff. de diuers. temp. præscript. his uerbis:* Ex facto propositum est, quendam cùm tem pignori dedisset, eandem distraxisse, hæredemque eius tedemisse: quæritur, an hæres aduersus pignoris persecntionem exceptione longæ possessionis uti possit? Vlpianus. Dicebam, hunc hætedem qui pignns ab extraneo tedemit, posse exceptione uti. Quia in extranei locum succesait, non in eius qui pignori dederat: qnemadmodum si antè redemisset, & sic deinde hæres extitisset. *Hæc de prima regula.*

I I. *Regula: Nisi ergo intra decem, uiginti, triginta uel quadraginta annos secundum casus prædictos. hypothecaria actio mota sit, postea agenti temporis præscriptio nocebit. quæ regula ut ex præcedentibus constat: ita eius aliquot exceptiones obiter sunt propositæ, nimirum ex l. 7. in prin. C. de præscript. 30 annorum, hæ scilicet: Nisi actor minor ætate fuerit. Item: Nisi res in iudicium antea fuerit deducta, uel conuentio facta. De quibus, alijsq; exceptionibus similibus uide ſ. libro 36. capite 15.*

## IX. ADIVNCTA, SEV DE ptobationibus & præsumptionibus actionis hypothecariæ.

I. *Regula: Creditori incumbit probatio debiti. quæ regula approbatur l. 9. in fine. C. de actione pignor. his uerbis:* Vt creditor pignoris defensione se tueri posait, extorquetur ei necesaitas ptobandi debiti: uel si tu teneas, per uindicationem pignoris hoc idem inducitut. Et tibi non erit difficilis nel solutione uel oblatione atque solenni depositione pignoris libetatio.

I I. *Regula: Si dubitetur utrum res pignori obligata tempore obligationis in bonis debitoris fuerit, nec'ne? creditori probatio incumbit. quæ regula approbatur, simul & distinguitur l. 15. §. quod dicitur. ff. de pignor. & hypoth. his uerbis:* Quod dicitnr creditorem probate debete, cùm conueniebat, tem in bonis debitoris fuisse: ad eam conuentionem pertinet, quæ specialiter facta est, non ad illam quæ quotidie solet cautionibus inseri, ut specialiter rebus hypothecæ nomine datis, cæteræ etiam bona debitoris teneantur: quæ nunc habet, & postea adquisierit; perinde atque specialiter hæ res fuissent obligatæ.

I I I. *Regula: Quoniam militia in generali hypotheca non continetur, nisi actoris pecunia sit comparata, de quo ſ. quæstion. 6. regul. 1. exception. 1. dictum est: actori militiam ex generali pignoratione uindicanti, incumbit probatio eam sua pecunia comparatam esse. quæ regula ut ipso iure subsistit, ita recipit duas exceptiones: quarum prima hæc est: Nisi debitor argentarius sit, uel negociator, qui sibi uel filijs suis alijsue militiam comparauit. hæc enim actoris pecunia præsumitur comparata: nisi contrarium probetur. quæ exceptio seu præsumptio approbatur l. ult. C. de pignor. & hypoth. his uerbis:* Supet hypothecis quas argenti distractores, nel metaxarij, uel alij quarumcunque specierum negociatotes pecunias sibi credentibus dare solent, hoc specialiter super amputanda omni machinatione sancimus: ut si post huiusmodi conttactum liberis suis, uel alio modo cognatis, quamcunque militiam ijdem negociatores adquisierint: (eam tamen quæ uendi, nel ad hæredes sub certa definitione transmitti potest) liceat creditoribus eotum, etiam non probantibus ex pecunijs eorundem negociatorum libetos eorum uel cognatos militasse (dum tamen conttarium non probetut, alios è suo patrimonio dedisse pecunias) creditum ab ijs qui militarint exigere, uel tantùm eos efflagitare, quanti uendi eadem militia posait. Quod ita obtinete sancimus, etsi extraneis quibusdam ijdem negociatores de suis pecunijs militiam adquisijsse ptobentur: ut quod genetalitet in ipsis debitoribus militantibus talem militiam quæ uendi, uel ad hæredes transmitti potest, permissum est, ut liceat creditoribus & adhuc niuentium debitorum hypothecæ uindicare militias, nisi sibi satisfiat: & post mortem eotum exigere, quód pro ijsdem militijs pro tenore communis militantium placiti, uel diuinæ sanctionis tale præstantis beneficium dari solet: hoc in negociatotum personis, licet ipsi militantes obnexij minimè debito sint, integrum creditoribus seruetur. Quod scilicet in futuris militijs, non etiam in ijs quas liberi uel cognati eorundem negociatotum, uel extranei pecunijs eorum meruerunt, tenete sancimus. *Altera exceptio est: Nisi argen-*

tarij

*tarij debitor timúe filius militiam comparauerit. Hæc exceptio approbatur Nouell. c. 136. §. secundum his uerbis:* Secundum argentarijs capitulum de altera illa exceptione erat, quam pridem fecimus, cùm quis argentariæ mensæ præpositus militet, aut filios suos militare faciat, ut nequeant eo militantes ipsorum filij uti, quasi non ex paternis, nec aliunde quæsitis pecunijs militent, sed creditorum: & petierunt ut aut neque in ipsis huiusmodi locum haberet præsumptio, aut ipsis quoque eadem suppeterent, ut si quis mutuo ab ipsis sumpto militet, aut etiam eius filij, neque debitum possit aliunde dissolui, uel ex istiusmodi militiæ eius aut filiorum exactione satis ipsis fiat. Nos igitur cùm neque simpliciter legem proposuerimus, sed cum certa cautela, neque facilè subuerti ipsam sustineamus: facimus, ut sacra constitutione ualente, neque hac præsumptione, quæ secundum sacram constitutionem contra ipsos prætenditur, sublata, quandoquidem multi cùm contrahunt, non suis omnia pecunijs facere uideantur: habeant & ipsi hoc priuilegium, ut si quis militet, aut eius filij, ipsiua quidem militia omnibus modis obnoxia teneatur, si de numero earum sit quæ uendi solent: consimiliter & filiorum: nisi manifestissimè ab ipsis comprobetur, quòd uèl ex maternis filiorum bonis, uel ex principali largitate militia ipsis accesserit. Nam si debitum aliunde dissoluere nequeánt: tunc argentariæ mensæ præpositis etiam ex filiorum militis satisfiat. Siquidem ipsorum gratia hanc legem proponimus, opponentes eam præsumptioni, quæ ex constitutione nata est. Et quemadmodum illa prædictam contra ipsos præsumptionem effecit: ita & nos contrarium ipsi remedium addentes, his solummodo qui de prædicto consortio sunt, liberalitatem nostram explicamus propter communem ipsorum utilitatem, quam in contractibus exhibent, dum multis se periculis immiscent, ut ingruentibus aliorum necessitatibus medeantur.

## X. EVENTVS HYPOTHECARIÆ actionis.

I. Regula: *Possessori, qui litis æstimationem actori offert, actio cedenda. quæ regula approbatur l. 19. ff. qui potiores in pignore. cuius uerba uide s. quæst. 4. reg. 1. except. 6.*

II. Regula: *Possessor, qui litis æstimationem creditori præstitit, aduersus debitorem rem uindicantem exceptione defenditur: nisi ei debitum soluatur. quæ regula approbatur l. 2. ff. quibus mod. pignus soluitur. cuius uerba uide s. d. exception. 6.*

III. Regula: *Creditor, qui hypothecaria agens succubuit, personalem nihilominus actionem saluam habet. quæ regula approbatur l. 1. in fint. C. si aduersus cred. præscript. his uerbis:* Vbi creditori à possessore longi temporis præscriptio obijcitur: personalis actio aduersus debitorem salua ei competit. *Concordat l. 25. C. de pignor. & hypoth. his uerbis:* Seruo, qui fuerat pignori obligatus, defuncto, debiti permanet integra petitio.

## XI. ADFINIA REmedia.

I. Regula: *In arbitrio creditoris est, utrum hypothecaria, an personali actione agere uelit. quæ regula approbatur l. 14. C. de pignor. & hypoth. his uerbis:* Distractis à debitore pignoribus, creditores in potestate habere, utrum ne personali obligatos sibi, an pignora possidentes in rem actione conuenire uelint: non est iuris incerti. *Concordat l. 24. C. eod. tit. his uerbis:* Persecutione pignoris omissa, debitores actione personali conuenire creditor urgeri non potest. *Concordat item l. ult. C. de obligat. & action. his uerbis:* Est in arbitrio uestro, personali debitoris hæredes actione, an eum qui ab his distracta, sibique tradita pignora tenet, in rem Seruiana (si non longi temporis præscriptione munitus sit) an utrosque conueniatis. *Planè hæc quodammodo iure nouo sunt mutata. de qua re uide s. quæstion. 7. regula 2.*

II. Regula: *Propria authoritate creditor pignus occupare non potest, etiamsi ita conuenit. quæ regula approbatur l. 10. in fint. C. de pignor. action. cuius uerba uide s. cap. 4. causa 1. in princip. Concordat l. 3. C. de pignor. & hypoth. cuius uerba uide s. lib. 4. cap. 2. quæstion. 1. in fine, exception. gener. 5. Item concordat l. 11. C. eod. tit. his uerbis:* Nominatori pignori capere sine præsidis authoritate res nominati non licet.

III. Regula: *Si conuenit ut creditor de pensionibus ipse creditum percipiat, utilem in personam actionem habet. quæ regula approbatur l. 20. ff. de pignor. & hypoth. cuius uerba uide s. cap. 6. regula 11.*

IIII. Regula: *Nomine pignori obligato, creditori utilis in personam competit actio. quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt d. regula 11.*

V. Regula: *Ex prætorio pignore ad recuperandam possessionem actio in factum competit. quæ regula approbatur l. 12. §. 1. ff. de pignor. & hypoth. cuius uerba uide s. cap. 4. causa 2. ex-*

ception.5. replicat.4. Sed de hac re uide item ī.lib. 23.cap.7.

VI. *Regula: Si secundus creditor pignus uendiderit. quae potiori creditori competat actio, definitur l.1.ff. de distract. pignor. cuius uerba uide ī. cap.5.causa 17.except.4.*

VII. *Regula: Si creditori pignus furto sit ablatum, etiam furti actionem habet. de qua re in actione furti dicetur.*

VIII. *Regula: Etiam exceptio datur creditori ad pignus retinendum, interdum etiam hypothecaria actione deficiente. quae regula approbatur per ea quae proposita sunt ī. cap.1. quaestion.4. causa 2.*

IX. *Regula: Si debitor dolo in pignore uersatus est, uel rem deteriorem fecerit: datur actio pignoraticia contraria. de qua J.cap.10.*

X. *Regula: Si colonus rem pignoris nomine in fundum inductam alienauit, Saluianum competit interdictum. de quo J.cap.11.*

XI. *Regula: Si missus in possessionem uim patiatur: datur illi eo nomine interdictum, Ne uis fiat possidenti: & actio in factum. de qua re uide ī. lib.23. cap.7.*

## *QVI POTIORES IN PIgnore uel hypotheca habeantur. Cap. IX.*

P*Endet hoc caput ex quaest. 4. reg. 2. capitis proxime praecedentis. Eiusq; prima regula generalis haec est: quod si eadem res duobus uel pluribus pignoris iure sit obligata, prior tempore potior sit iure quae regula approbatur l.11. in princip. ff. qui potiores in pignore, his uerbis:* Potior est in pignore, qui prius credidit pecuniam, & accepit hypothecam. *Concordat l.2.C.eod.tt. his uerbis:* Si decreto Praetoris, qui de fideicommisso ius dixit, in possessionem fundi haereditarij fideicommissi conditionalis seruandi gratia prius inducti estis, quàm aduersarius uester in causam iudicati. eiusdem fundi pignus occupauit eius iussu, qui iure sententiam exequebatur: tempore potiores estis. Nam cum de pignore utraq; pars cõtendit, praeualet iure qui praeuenit. *Item concordat l.3. C.eod.tt. his uerbis:* Si fundum pignori accepisti, antequam respub. obligaretur: sicut prior es tempore, ita potior es iure. *Concordat item l.4. C. eod. tt. cuius uerba uide ī. lib.8. cap.9.reg.14.except.1.Item concordat l.8.C.eod.tt. cuius uerba uide ī cap.7. quaest. 1. causa 2. except.3. Item concordat l.2. C.de priuilegio fisci. cuius uerba uide ī.lib.8.cap.9.reg.1.exception.3.replicat.1.Item concordat l.3. C.ut in possessionem legatorum. cuius uerba uide ī.lib.33.cap.23.quaestion.4.regul.10. Huius regulae exceptio prima haec est: Nisi duobus uel plurib. simul & eodem tempore eadem res sit obligata. Haec exceptio approbatur l.20.§.2.ff. de pignor. action. his uerbis:* Si pluribus res simul pignori detur: aequalis omnium causa est. *Huius exceptionis replicatio prima haec est: Nisi unius debiti dies prius uenerit, quàm alterius. quae replicatio approbatur l.13. ff. qui potiores in pignore, his uerbis:* Insulam tibi uendidi, & dixi prioris anni pensionem mihi, sequentium tibi accessuram, pignorumque ab inquilino datorum ius utrunque consecuturum. Nerua, Proculus. Nisi ad utramque pensionem pignora sufficerent, ius omnium pignorum primum ad me pertinere: quia nihil apertè dictum esset, an communiter ex omnibus pignoribus summa pro rata seruetur. Si quid superesset, ad te. Paulus. Facti quaestio est. Sed uerisimile est id actum, ut primam quanque pensionem pignorum causa sequetur. *Altera replicatio est: Nisi alter ex ijs rem possideat. hic enim per exceptionem alterum petentem remouet. quae replicatio approbatur, simul & distinguitur l.10. ff. de pignor. & hypoth. cuius uerba uide ī. capite proxim. quaestion. 6. regula 20.*

II. EXCEPTIO: *Nisi eodem die duobus eadem res sit obligata. Haec exceptio approbatur l.16. §. si duo, in fine. ff. de pignor. & hypoth. cuius uerba uide ī. cap. proxim. quaestion. 6. regula 20.*

III. EXCEPTIO: *Nisi priusquam debitor à creditore pecuniam accepisset, rem alij etiã obligauerit. Haec exceptio approbatur l.11. in prin. ff. qui potiores in pig. his uerbis:* Potior est in pignore, qui prius credidit pecuniam, & accepit hypothecã: quamuis cum alio antè conuenerat, ut si ab eo pecuniam accepisset, res esset obligata, & ab hoc postea acceperat. Poterat enim, licet antè conuenit, non accipere ab eo pecuniam. Videamus an idem dicendum sit, si sub conditione stipulatione facta, hypotheca data sit: qua pendente alius credidit purè, & accepit eandem hypothecam: tunc deinde prioris stipulationis existat conditio: ut potior sit qui postea credidit? Sed uereor num hic aliud sit dicendum. Cum enim semel conditio extitit: perinde habetur ac si illo tempore, quo stipulatio interposita est, sine conditione facta esset. Quod & melius est. *Concordat propositae exceptioni l.1. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. replication. proxim. est enim huius exceptionis replicatio haec: Nisi prior creditor partem pecuniae prius numerarit. tunc enim, quamuis posterior creditor pecuniam dederit, & hypothecam acceperit, antequam prior reliquũ numeraret: nihilominus prior potior est. quae replicatio approbatur d. l.1. his uerbis:* Qui dotem pro muliere promisit,

promisit, pignus siua hypothecam de restituenda sibi dote accepit: subsecuta deinde pro parte numeratione, maritus eandem rem pignori alij dedit, mox residuæ quantitatis numeratio impleta est. Quærebatur de pignore? cùm ex causa promissionis ad uniuersæ quantitatis exolutionem, qui dotem promisit, compellitur: non utique solutionum obseruanda sunt tempora, sed dies contractæ obligationis: nec dici potest in potestate eius esse, ne pecuniam residuam redderet: ut minus dotata mulier esse uideatur. Alia causa est eius qui pignus accepit ad eam summam, quam intra diem certum numerasset: ac fortè prius quam numeraret, alij res pignori data est.

IIII. EXCEPTIO: *Nisi ante diem prioris debiti cedentem, res alij etiam pignori sit obligata. Hæc exceptio reprobatur l. 9. ff. qui potiores in pignore, his uerbis:* Qui balineum ex calendis proximis cõduxerat, pactus erat ut homo Eros pignori locatori esset, donec mercedes soluerentur. Idem ante calendas Iulias eundem Erotem alij ob pecuniam creditam pignori dedit. Consultus, an aduersus creditorem petentem Erotem, locatorem tueri Prætor deberet? respondi. debere. Licet enim eo tempore homo pignori datus esset, quo nondum quidquam pro conductione deberetur: quoniam tamen iam tunc in ea causa Eros esse cœpisset, ut inuito locatore ius pignoris ioeo solui non posset: potiorem eius causam habendam. Amplius etiam sub conditione creditorem tuendum putabam aduersus eum, cui postea quidquam deberi cœpisset: si modò non ea conditio esset, quæ inuito debitore impleri non posset. Sed etsi hæres ob legata quæ sub conditione data erant, de pignore rei suæ conuenisset, & postea eadem ipsa pignora ob pecuniam creditam pignori dedisset, ac pòst conditio legatorum extitisset: hic quoq; tuendum eum cui prius pignus datum esset, existimaui. *Concordat l. 11. in prin. ibi: an idem dicendum sit. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. exception. proxim. in princip. Concordat item l. 2. C. qui potiores in pignore. cuius uerba uide s. ead. regul. in princip.*

V. EXCEPTIO: *Nisi prior creditor qui sine hypotheca credidit, post secundum demum creditorem pignus accepit. Hæc exceptio approbatur l. 12. ff. si primus. ff. qui potiores in pignore, his uerbis:* Si primus qui sine hypothéca credidit, post secundum qui utrunq; fecit, hypothecam accepit: sine dubio posterior in hypotheca est. Vnde si in diem de hypotheca conuenit: dubium non est quin potior sit, licet ante diem cum alio creditore purè de eadem re conuenerit.

VI. EXCEPTIO: *Nisi is qui posteriore loco pignus accepit, priore loco credidit. Hæc exceptio reprobatur per dicta s. exception. proxim.*

VII. EXCEPTIO: *Nisi cùm in diem de hypotheca conuenisset, ante diem uenientem alij hypotheca obligata sit. Hæc exceptio reprobatur l. 12. §. si primus. ibi: unde si in diem. ff. qui potiores in pignor. cuius uerba uide s. exception. 5.*

VIII. EXCEPTIO: *Nisi prior post secundum aliam pecuniam credidit. Hæc exceptio approbatur d. l. 12. §. si idem bis, his uerbis:* Si idem bis, id est, ante secundum, & post eum crediderit: in priore pecunia potior est secundo, in posteriore tertius est. *Concordat d. l. 12. §. Papinianus. ibi: ut primam tantùm. cuius uerba uide 3. except. 12. Item concordat l. 19. ff. eod. tt. his uerbis:* Quærebatur, si post primum contractum tuum, antequam aliam tu pecuniam crederes, eidem debitori Seius credidisset quinquaginta, & hypothecam huius rei quæ tibi pignori data esset, debitor obligasset: dehinc tu eidem debitori crederes fortè quadraginta, quod plus est in pretio rei, quàm primo credidi sti: utrum Seio ob quinquaginta, an tibi in quadraginta cederet pignoris hypotheca? finge Seium paratum esse offerre tibi summam primo ordine creditam. Dixi, consequens esse ut Seius, &c.

IX. EXCEPTIO: *Nisi prior creditor à non domino pignus acceperit, posterior autem ab eodem iam domino facto idem acceperit pignus. Hæc exceptio reprobatur sub conditione l. 3. §. 1. ff. qui potiores in pig. his uerbis:* Cùm ex causa mandati prædium Titio, cuius negocium fuerat gestum, deberetur: priusquam ei possessio traderetur, id pignori dedit. Post traditam possessionem idem prædium alij denuò pignori dedit. Prioris causam potiorem esse apparuit, si non creditor secundus precium ei qui negocium gesserat, soluisset. Verùm in ea quantitate quam soluisset, eiusq; usuris potiorem fore constitit: nisi fortè prior ei pecuniam offerat. Quòd si debitor pecuniam aliunda soluisset: priorem præferendum.

X. EXCEPTIO: *Nisi creditor prior partem pro indiuiso, alter partem eandem pro diuiso pignori à socio acceperit. Hæc exceptio approbatur d. l. 3. §. fin. his uerbis:* Post diuisionem regionibus factam inter fratres conuenit,

uenit, ut si frater agri portionem pro indiuiso pignori datam, à creditore suo non liberasset, ex diuisione quæsitæ partis partem dimidiam alter distraheret: pignus intelligi contractum existimani. Sed priorem secundo non esse potiorem: quoniam secuodum pigous ad eam partem directum uidebatur, quam ultra partem suam, frater non consentiente socio oon potuit obligare.

XI. EXCEPTIO: *Nisi priori & posteriori res sub eadem conditione sit obligata. tunc enim existente conditione, in pignore concurrunt. quæ exceptio approbatur l. 7. §. fin. ff. qui potiores in pignore. cuius uerba uide ī. cap. prox. quæst. 6. regula 5.*

XII. EXCEPTIO: *Nisi cùm conuenisset ut inducta pignori essent, rem aliquam postea alij pignori obligauerit, deinde induxerit. Hæc exceptio approbatur l. 11. §. si colonus. ff. qui potiores in pignore, his uerbis:* Si colonus conuenit, ut inducta in fundum, illata, ibi nata pignori esseor, & antequam inducat, alij rem hypothecæ nomioe obligauerit, tunc deinde eam in fundum induxerit: potior erit qui specialiter purè accepit: quia non ex conuentione priori obligatur, sed eo quòd inducta res est, quod posterius factum est.

XIII. EXCEPTIO: *Nisi priori tacitè, posteriori expreßè res pignori fuerit obligata. Hæc exceptio reprobatur exemplo l. 15. ff. qui potiores in pignore. cuius uerba uide ī. cap. 5. except. 36.*

XIIII. EXCEPTIO: *Nisi fisco posteriori loco res cœperit esse obligata. Hæc exceptio reprobatur l. 8. ff. qui potiores in pignore. cuius uerba cum concordantibus uide ī. lib. 8, cap. 9. reg. 1. exception. 5.*

XV. EXCEPTIO: *Nisi reipub. res posteriore loco cœperit esse obligata. Hæc exceptio reprobatur per ea quæ proposita sunt ī. d. cap. 9. regula 5.*

XVI. EXCEPTIO: *Nisi mulieri ex causa dotis posteriore loco res mariti cœperit esse obligata. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt ī. d. cap. 9. reg. 4. except. 6.*

XVII. EXCEPTIO: *Nisi posterior ex causa damni infecti rem habere cœperit obligatam, & in eius possessionem sit missus. Hæc exceptio approbatur l. 12. ff. de damno infecto. cuius uerba uide ī. d. capite 9. regula 14. exception. 3.*

XVIII. EXCEPTIO: *Nisi posterior ex causa iudicati rem obligatam habere cœperit. Hæc exceptio reprobatur l. 10. ff. qui potiores in pignore. cuius uerba uide d. capite 9. regula 18.*

XIX. EXCEPTIO: *Nisi priori generaliter, posteriori specialiter res sit obligata. Hæc exceptio reprobatur l. 2. ff. d. tit. his uerbis:* Qui generaliter bona debitoris pignori accepit: eo potior est, cui postea prædium ex his bonis pignori datur: quamuis ex cæteris pecuniam suam redigere possit. Quòd si ea coouentio prioris fuit, ut ita demum cætera bona pigoori habereotur, si pecunia de his quę specialiter (alij generaliter) accepit, seruari non potuisset: deficieote secunda conueotiooe, secuodus creditor io pignore postea dato nòo tam potior, quam solus inuenietur. *Concordat l. 6. C. qui potiores in pignore. cuius uerba uide ī. lib. 8. cap. 9. reg. 17. Planè admittitur exceptio proposita primum, si priori cui generaliter omnia bona sunt obligata, etiam quædam specialiter obligata sint, ex quibus illi satisfieri poßit. tunc enim ad alia alijs specialiter obligata non admittitur. quæ distinctio approbatur l. 2. C. de pignor. & hypoth. cuius uerba uide ī. cap. proxim. quæstion. 6. regul. 1. exception. 11. Deinde admittitur exceptio proposita, si ex generali hypotheca quibusdam exceptis conuenit, ut excepta non aliter pignori essent obligata, quàm si ex cæteris creditori satisfieri non poßit. tunc enim in exceptis alij obligatis postea, prior creditor non admittitur conditione deficiente. quæ distinctio approbatur uerbis d. l. 2. ff. qui potiores in pignore, ī. propositis hisce:* Quòd si ea coouentio prioris fuit, ut ita demum, &c.

XX. EXCEPTIO: *Nisi posterior de pignore uendendo conuenerit, prior non. Hæc exceptio reprobatur l. 12. §. fin. ff. qui potiores in pignore, his uerbis:* Si priori hypotheca obligata sit, nihil uerò de ueoditione conuenerit, posterior etiam de hypotheca uendenda cooueoerit: uerius est, priorem potiorem esse. Nam in pignoro placet, si prior conuenerir de pignore, licet posteriori res tradatur, adhuc potiorem esse priorem.

XXI. EXCEPTIO: *Nisi posteriori pignus traditum sit. Hæc exceptio reprobatur uerbis iam propositis hisce:* Nam in pignore, &c.

XXII. EXCEPTIO: *Nisi posterioris pecunia pignus ab anteriore debito sit liberatū. Hæc exceptio approbatur d. l. 12. §. à Titio, his uerbis:* À Titio mutuatus pactus est cum illo, ut ei prædium suum pignori hypothecæue esset: deinde mutuatus est pecuoiam à Mæuio, & cum eo pactus, ut si prędium desierit Titio teneri, ei teoeatur. Tertius deinde aliqois dat mutoam pecuniā, ut Titio solueret, & paciscitur, ut idem prædiū sibi pignori hypothecæue sit, & locū eius subeat. Nū hic Mæuius tertio prior sit, qui pactus est ut Titio soluta pecunia impleatur

tur conditio: & tertius de sua negligétia queri debeat? Sed tamé & hic tertius creditor secundo præferandus est. *Concordat l.16. ibi: planè cum tertius. ff. eod. tt. cuius uerba uide ṡ. exception. 15.* *Concordat item l. 6. ff. eod. tt. cuius uerba uide ṡ. lib. 8. cap. 9. reg. 10.* *Item concordat l. ultim. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide d. cap. 9. regul. 13. exception. 4.* *Item concordat l. 17. ff. eod. tt. cuius uerba uide ṡ. except. 34.* *Item concordat l. 3. ff. de distract. pignor. cuius uerba uide ṡ. except 41. replicat. 4.* *Item concordat l. 3. C. de his qui in priorum cred. his uerbis:* Si potiores creditores pecunia tua dimissi sunt, quibus obligata fuit possessio, quam emisse te dicis, ut precium perueniret ad eosdem priores creditores: in ius eorum successisti, & contra eos qui inferiores illis fuerunt, iusta defensione te tueri potes.

XXIII. EXCEPTIO: *Nisi posteriori consensu eius qui priore potior erat, res fuerit obligata. Hæc exceptio reprobatur l. 12. in princip. ff. quibus mod. pignus soluitur, his uerbis:* Paulus respondit, Sempronium antiquiorem creditorem cõsentientem, cùm debitor eandem rem Titio creditori obligaret, ius sui pignoris remisisse uideri, non etiam tertium in locum eius successisse. Et ideo medij creditoris meliorem causam effectam. Idem obseruandum est, etsi respub. tertio loco crediderit.

XXIIII. EXCEPTIO: *Nisi posteriori consensu prioris res pignori sit obligata. Hæc exceptio approbatur l. 12. §. si tecum. ff. qui potior. in pignor. his uerbis:* Si tecum de hypotheca paciscatur debitor, deinde cum alio tua uoluntate: secundus potior erit. Pecunia autem soluta secundo, an rursus teneatur tibi, rectè quæritur? Erit autem facti quæstio agitanda, quid inter eos actum sit: utrum ut discedatur ab hypotheca in totum, cùm prior concessit alij obligari hypothecam: an ut ordo seruetur, & prior creditor secundo loco constituatur. *Concordat l. 9. §. fin. ff. quibus modus pignus soluitur. cuius uerba uide ṡ. cap. 5. causa 21. distinct. 2.* *Concordant ea quæ proposita sunt d. causa 21. distinction. 1.* *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi uxor, cùm maritum sub pignore haberet obligatum, patiatur idem pignus alij obligari. Hæc replicatio reprobatur l. 17. §. si mulier. ff. ad S. C. Velleianum. cuius uerba uide ṡ. except. 41. repl. 7.* *Concordat l. 8. in prin. ff. eod. tt. de quo alibi.*

XXV. EXCEPTIO: *Nisi in rem priori obligatam conseruandam uel reficiendam posterior crediderit. Hæc exceptio approbatur per ea quæ habentur ṡ. libro 8. capite 9. regula 10.*

XXVI. EXCEPTIO: *Nisi posterior pignus ab hostibus redemit. Hæc exceptio approbatur l. 12. §. si pignori. ff. de captiuis & postlim. cuius uerba uide ṡ. cap. 5. causa 11.*

XXVII. EXCEPTIO: *Nisi rès posterioris creditoris pecunia sit comparata. Quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt ṡ. lib. 8. cap. 9. reg. 13.*

XXVIII. EXCEPTIO: *Nisi à non domino rès utrique creditori sit obligata. Hæc exceptio reprobatur l. 14. ff. qui potiores in pign. his uerbis:* Si non dominus eandem rem duobus diuersis temporibus pignorauerit: prior potior est, quamuis si à diuersis non dominis pignus accipimus, possessor melior sit.

XXIX. EXCEPTIO: *Nisi ab alio posterior rem pignori acceperit, eiusq; possessionem nactus sit. Hæc exceptio approbatur in casu uerbis iam dictis hisce:* Quamuis si à diuersis non dominis, &c.

XXX. EXCEPTIO: *Nisi posterior creditor publicum sui pignoris instrumentum habeat, prior priuatam tantum scripturam. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 11. C. qui potiores in pignore, his uerbis:* Scripturas, quæ sæpe adsolent à quibusdam secretò fieri interuenientibus amicis, nec non transigendi, uel paciscendi, seu fœnerandi, uel societatis coeundæ gratia, seu de alijs quibuscunque causis uel contractibus conficiuntur, quæ ἰδιόχειρα græcè appellantur: siue tota series earum manu contrahentium, uel notarij aut alterius cuiuslibet scripta fuerit, ipsorum tamen habeant subscriptiones: siue testibus adhibitis, siue non: licet conditionales sint quos uulgò tabularios appellant, siue non: quasi publicè scriptas, si personalis actio exerceatur, suum robur habere decernimus. Sin autem ius pignoris uel hypothecæ ex huiusmodi instrumentis uindicare quis sibi contenderit: eum qui instrumentis publicè confectis nititur, præponi decernimus, etiamsi posterior his contineatur: nisi fortè probatæ atque integræ opinionis trium uel amplius uirorum subscriptiones eisdem contineantur. tunc enim quasi publicè confecta accipiuntur.

XXXI. EXCEPTIO: *Nisi prior post secundũ, debitum suũ & pignus nouauit. Hæc exceptio reprobatur l. 3. in prin. ff. qui potiores in pignore, his uerbis:* Creditor acceptis pignoribus, quę in secũda cõuentione secũdus creditor pignori acceperat, ea noua-

tione facta postea prioris addidit: superioris temporis ordinem manere primo creditori, placuit, taoquam in suum locũ succedenti. *Concordat l. 12. §. Papinianus. ff. eod. tt. his uerbis:* Papinianus libro XI. Responsorum scribit, si prior creditor postea nouatione facta, eadem pignora cum alijs accepit, in suum locum eum succedere. Sed si secuodus non offerat pecuniam, posse priorem oendere, ut primam tantùm pecuniam expensam ferat, oon etiam quam postea credidit: & quod superfluũ ex anteriore credito accepit, hoc secundo restituat.

XXXII. EXCEPTIO: *Nisi posterior creditor pignus possideat. Hæc exceptio reprobatur l. 12. in princip. ff. qui potiores in pignore. cuius uerba uide s. cap. proxim. quæstion. 3. exception. 1. replicat. 1. Concordat s. except. 21. Planè admittitur exceptio proposita primùm quidem, si eadem res duobus simul, non diuersis temporibus sit obligata in solidum. tunc enim possessor potior est, l. 10. ff. de pignor. & hypothec. cuius uerba uide s. d. except. 1. in princip. Deinde si eadem res à diuersis non dominis pignori sit obligata, l. 14 in fine. ff. qui potiores in pignore. cuius uerba uide s. except. 28.*

XXXIII. EXCEPTIO: *Nisi posterior non à priore, sed ab alio pignus petat. hoc enim casu illi, quòd alius potior in pignore sit, obstare non debet. Quæ exceptio approbatur l. 12. §. si simpliciter. ff. qui potiores in pignore, his uerbis:* Si simpliciter conuenisset secuodus creditor de hypotheca, ab omni possessore eam auferre poterit, præter priorem creditorem, & qui ab eo emit. *Concordat d. l. 12. in princip. ibi: sed si cum alio. cuius uerba uide s. cap. proxim. quæstion. 3. exception. 3. replication. 1. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi alius possessor à priore creditore rem emit. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Et qui ab eo emit. *De qua re plura uide s. lib. 8. cap. 9. reg. 17.*

XXXIIII. EXCEPTIO: *Nisi posterior pignus à debitore emit. Hæc exceptio reprobatur l. 17. ff. qui potiores in pignore, his uerbis:* Qui à debitore prædiom obligatum comparauit, eatenus tuendum, quatenus ad priorem creditorem ex precio pecunia perueoit. *Concordat l. 3. ff. de distractione pignorum. cuius uerba uide j. exceptione 41. replicatione 4.*

XXXV. EXCEPTIO: *Nisi posterior creditor eum qui priore creditore potior erat, in iudicio uicerit. Hæc exceptio reprobatur l. 16 ff. qui potiores in pignore, his uerbis:* Claudius Fœlix eundem fundum tribus obligauerat, Eutychianæ primùm, deinde Turboni, tertio loco alij creditori. Cùm Eutychiana de Iure suo doceret, superata apud iudicem à tertio creditore ooo prouocauerat. Turbo apod alium uictus appellauerat: quærebatur, utrum tertius creditor etiam Turbonem superare deberet, qui primam creditricem expoleratt an ea remota Turbo tertium excluderet? Planè cùm tertios creditor primum de sua pecuoia dimisit, in locum eius substituitur in ea quantitate, quam superiori soluit. Fueruut igitur qui dicerent, hic quoque tertinm creditorem potiorem esse debere. Paulus. Mihi nequaquam hoc iustum esse uidebatur. Pone primam creditricem in iodicio conoenisse tertium creditorem, & exceptione alioúe quo modo à tertio superatam. Nunquid aduersua Turbonem qui secnndo loco crediderat, tertius creditor qui primam uicit, exceptione rei iudicatæ uti poterit? aut contrà, si post primum indiciũ, in quo prima creditrix superata est à tertio creditore, secundus creditor tertium obtiouerit: poterit oti exceptiooe rei indicatæ aduersus creditricem? oullo modo, ut opinor. Igitor nec tertius crediror successit in eius locnm, qnem exclusit: nec inter alios res iudicata alij prodesse aut nocere solet: sed sioe præiudicio prioris sententiæ totum ius alij creditori integrum relinquitur.

XXXVI. EXCEPTIO: *Nisi posterior creditor pignora sua distrahi permittat, ut pecunia ei qui priore creditore potior erat, soluta, in eius locum succedat. Hæc exceptio approbatur l. 12. §. penultim. ff. qui potiores in pignore, his uerbis:* Si tertius creditor pigoora sua distrahi permittat ad hoc, ut priori pecunia soluta, In aliud pignos priori succedat: successurum eom, Papinianos libro XI. Respoosorum scripsit: & omnioo secundus creditor nihil alind iuria habet, nisi ut soluat priori, & loco eius succedat.

XXXVII. EXCEPTIO: *Nisi uoluntate prioris creditoris rei uendita sit à debitore. Hæc exceptio approbatur l. 8. §. illud uideamus. ibi: quòd si is fundus. ff. quibus mod. pignus soluitur. cuius uerba uide suprà capite quinto, causa 21. distinction. 1. exception. 6. replication. 1. duplicat. 1.*

XXXVIII. EXCEPTIO: *Nisi prioris creditoris debitum sit compensatum. Hæc exceptio approbatur l. 4. ff. qui potiores in pignore, his uerbis:* Debitor antequam à priore cre-

re creditore pignus liberaret, idem illud ob pecuniam creditam alij pignori dederar, & antequam utrique creditori solueret debitum, rem aliam priori creditori uendiderat, créditumq; pensaoerat cum precio rei uendiræ. Dicendum est, perinde haberi debere, ac si priori creditori pecunia solura esset. Nec enim interest exoluerit, an compensauerit. Et ideo posterioris creditoris causa est potior.

XXXIX. EXCEPTIO: *Nisi priori creditori debitum sit solutum. Hæc exceptio constat ex uerbis iam propositis. Cui concordat l.12.§. si tecum.ff.qui potiores in pignore. cuius uerba uide s.excepl.24. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi pignus in posterioris creditoris persona ex alia causa non subsistat. Quæ replicatio approbatur exemplo l.9.§.Titia.ff.eod.tt.bis uerbis:* Titia prædium elienum Titio pignori dedir, pòst Mæuió, deinde domios eius pignoris facta, mariro suo in dotem æstimatum dedit. Si Titio soluta sit pecunia, non ideo magis Mæuij pignus conualescere placebat. tunc enim priore dimisso, seqoentis pignus confirmatur, cum res io bonis debitoris inocoiatur. In proposiro autem maritus emptoris loco est, atque ideo quia neque tuoc, cùm Mæuio obligaretur, neque cum Titio soloeretur, in bonis mulieris fuit: nullom tempus inueniri, quo pigous Mæuió conualescere possit. Hæc tamon ira, si bona fide in dotem æstimatum prædium maritus accepit: id est, si ignorauit Mæuio obligatum esse.

XL. EXCEPTIO: *Nisi prior creditor pignus persecutus, litis æstimationem perceperit. Hæc exceptio approbatur l.12.§. si quoniam. ff.qui potiores in pignore. cuius uerba uide s.cap. prox.quæst.3.excepl.5.*

XLI. EXCEPTIO: *Nisi posterior creditor priori debitum offerat. Hæc exceptió approbatur l.1.C.qui potiores in pignore, bis uerbis:* Qui pignos secundo loco accepit, ita ius suum confirmare porest, si priori creditori debitam pecuniam solueriri aût cum obtulisset, isque accipere noluisset: obsignauit & deposuit, nec in usus suos cõuertit. *Concordat l.5. C. eodem titul. bis uerbis:* Prior quidem creditor compelli noo potest tibi, quì posteriore loco pignus accepisti, debitum offerre: sed si tu illi ómne quod debetur, solúeris: pignoris rui causa firmabitur. *Concordat item l.22. C. de pignor. & hypothec. cuius uerba uide s.cap.4. causa 1.except.4.repl.5. dupl.5. Concordat item l.8. C qui potiores in pignor. cuius uerba uide s.cap.7.quæst. 1. causa 2. except.3. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi creditori qui offert debitum potiori, pignus non fuerit obligatum. Hæc replicatio approbatur l.10.in fine. C. qui potiores in pignore, bis uerbis:* Cùm tibi pro dote, quam acceperat maritos, res obligauit: eo mortuo hi quibus easdem pignori dederat, non offerentes debirum, nulla possunt pertequi ratione. Nam chirographarios creditores nec in rem, nec in personam eos qui debitori non probantur successisse, ulla ratione conuenire posse, manifestum est. *Altera replicatio est: Nisi respub. priore loco res fuerit obligata. Hæc replicatio reprobatur l.ult. C.de bis qui in priorum creditor. bis uerbis:* Si prior respub. contraxit, fundusque ei obligatus est: tibi secundo crediroti offerenti pecuniam potestas est, ut succedas etiam in ius reipublicæ. *Tertia replicatio est: Nisi is cui offertur, oblatum accipere nolit. Hæc replicatio reprobatur l.11.§. fin. ff qui potiores in pignore; bis uerbis:* Si paratus est posterior creditor priori ereditori soluere quod ei debetur: oidendom est, an competat ei hypothecaria actió, nolente priore creditore pecuniam accipere? Caius. Et dicimus priori crediroti inutilom esse actionem, cum per eum fiat, ne ei pecunia soluatur. *Concordat l.1. C. eod. tt. cuius uerba uide s.ead.except. in princip. Quarta replicatio est: Nisi prior creditor pignus uendiderit. Hæc replicatio approbatur l.3. ff. de distract. pignor. bis uerbis:* Cùm prior creditor pignos iure conuentionis uendidir, secundo creditóri non superesse ius offerendæ pecuniæ conuenit. Si tamen debitor, non interoeuiente creditoro, pignos uendiderit, eiusque precium priori crediroti soluerit: emptori poterir offerri, & quoad alium creditorem de numis eius peroenit, & usuræ medij temporis. Nihil enim interest, debitor pignus datum uendiderit, an denuò pignori obliget. *Concordat l.1. in prin. C. si antiquior credit. cuius uerba uide s.cap.5. causa 11. distinct.6. Concordant item ea quæ proposita sunt s. cap.5. causa 17. exception. 4. replicat. 1. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi fideiussori uendidit. Hæc duplicatio approbatur l.2. ff.de distract. pignor. bis uerbis:* Fideiussor conuentus officio iudicis adsecutus est, ut emptionis titulo prædium creditori pignori datum susciperet: nihilominus alteri crédirori qui postea sub eodem pignore contraxit, offerendæ pecuniæ, quam fideiussor dependit, cum usuris medij temporis faculras erit. Nam huiusmodi uendirio transferendi pignoris causa necessitate iuris fieri solet. *Concordant ea quæ proposita sunt suprà capite 4. causa 1.except.13.replication.7. Quinta replicatio uis*

*tio uidetur: Nisi debitor priori creditori pignus uendidit. Sed hec replicatio reprobatur l. 1. C. si antiquior creditor. cuius uerba uide s̄. cap. 5. causa 11. distinct. 6.* *Sexta replicatio est: Nisi non totum quod debetur, priori creditori offeratur. Hæc replicatio approbatur per ea quæ proposita sunt s̄. cap. 4. causa 1. exc. 4.* *Septima replicatio est: Nisi id etiam quod sine pignore priori creditori debetur, offeratur. Hæc replicatio reprobatur l. unica. in fine. C. etiam ob chirograph. pecuniam. cuius uerba uide s̄. cap. 4. causa 1. except. 4. replicat. 5. duplicat. 4.* Concordat l. 17. §. si mulier. ff. ad S. C. Velleianum, *his uerbis:* Si mulier dixisset, sibi rem dotis nomine obligatam, & creditor curasset ei pecuniam dotis solui, quòd idem pignus acciperet: & cùm mulieri etiam pecunia credita deberetur, possessor creditor aduersus eam Seruiana agentem exciperet, Si non uoluntate eius pignus datum esset: replicationem mulieri senatusconsulti non profuturam: nisi creditor scisset, etiam aliam pecuniam ei deberi. *Octaua replicatio est: Nisi non usuræ etiam debiti seu precij, quo potior creditor rem liberauit uel redemit, offerantur. Hæc replicatio approbatur l. 2. ff. de distract. pignor. cuius uerba uide s̄. replic. 4. duplic. 1.* Concordat *l. 3. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. d. repl. 4. in prin.*

In quibus rebus prior creditor alteri potior sit?

*Hactenus an prior creditor posteriori potior sit in pignore, discussum est: nunc in quãtum potior sit dispiciendum.*

II. Regula: *Si prior creditor post secundum aliam pecuniam eidem debitori credidit, in ea potior non est. Quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt suprà regula proxima, exceptione octaua.*

III. Regula: *Etiam in eo credito prior creditor potior est, cuius dies cedit, postquam res secundo pignori est obligata. Quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt s̄. except. 4. eiusq; exemplum proponitur l. 18. ff. qui potiores in pignore, his uerbis:* Lucius Titius pecuniam mutuam dedit sub usuris, acceptis pignoribus, eidemque debitori Mæuius sub ijsdem pignoribus pecuniam dedit. Quæro, an Titius non tantùm sortis, & earum usurarum nomine quæ accesserunt antequam Mæuius crederet: sed etiam earum quæ postea accesserunt, potior esset? Scæuola respondit, Lucium Titium in omne quod ei deberetur, potiorem esse.

Quomodo ius quod potior sit, proponendum?

IIII. Regula: *Per exceptionem si possideat, & per replicationem si agat potior creditor suum ius proponere potest. Quæ regula approbatur l. 12. in princip. ff. qui potiores in pignore. cuius uerba uide s̄. cap. proxim. quæst. 3. exception. 3. replic. 1. Hæc de eo, qui potiores in pignore habeantur. Sed & alias huius quæstionis regulas uide suprà libro octauo, cap. nono, de priuilegijs creditorum.*

## *DE CONTRARIA PIGNORATICIA ACTIONE. Cap. X.*

*Altera actio quæ creditori ratione pignoris datur, est actio pignoraticia contraria. De qua nunc agendum.*

I. CAVSAE EX QVIBVS hæc actio competit?

I. *Causa: Si debitor creditorem in contrahendo pignore deceperit. Hæc causa approbatur l. 54. ff. de fideiussoribus, his uerbis:* Si in pignore contrahendo deceptus sit creditor qui fideiussorem pro mutuo accepit, aget contraria pignoraticia actione. In quam actionem uenit quod interest creditoris. Sed ea actio fideiussorem onerare non poterit. Non enim pro pignore, sed pro pecunia mutua fidem suam obligat. *Concordat l. 9. in prin. ff. de pignor. act. cuius uerba uide j. causa 3.*

II. *Causa: Si debitor rem alij obligatam pignori dedit. Hæc causa approbatur l. 16. §. 1. ff. de pignor. actione, his uerbis:* Contrariam creditori pignoraticiam actionem competere certum est. Proinde si rem alienam, uel alij pignoratam, uel in publicum obligatam dedit, tenebitur: quamuis & stellionatus crimen cõmittat. Sed utrum ita demum, si scit, an & si ignorat? Et quantũ ad crimen pertinet, excusat ignorantia: quantum ad contrarium iudicium, ignorantia non excusat, ut Marcellus lib. VI. Digestor. scribit. Sed si sciens creditor accipiat uel alienum, uel obligatum, uel morbosum: contrarium ei non competit. *Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi debitor ignorans rem alij obligatam pignori dederit. Hæc exceptio reprobatur uerbis iam propositis hisce:* Quantum ad contrarium iudicium, ignorantia non excusat. *Altera exceptio est: Nisi creditor sciuerit rem alij obligatam esse. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Sed si sciens creditor accipiat uel alienum, uel obligatum, uel morbosum: contrarium ei non competit. *Tertia exceptio est: Nisi pignus utrique debito persoluendo sufficiat. Hæc exceptio approbatur l. 36. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide infrà causa 7.*

III. Cau-

III. Causa: *Si rem alienam pignori dederit debitor. Hæc causa approbatur uerbis d.l.16. §.1. s. causa proxim. propositis hisce:* Proinde si rem alienam, &c. *Concordat d.l. 36. ibi: sed & si quis. Concordat item l. 9. in princip. ff. de pignor. action. his uerbis:* Si rem alienam mihi debitor pignori dederit, aut maliciosè in pignore uersatus sit: dicendum est, locum habere contrarium iudicium. *Concordat item l.22. ff. de pignor. & hypoth. cuius uerba uide s. cap.3. except. 40. repl.7. Item concordat l.6. C. si aliena res pignori data sit. cuius uerba uide s. d. except. 40. in prin. Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi debitor ignorauit rem esse alienam. Sed hæc exceptio reprobatur l.16. §.1. ff. de pignor. action. cuius uerba uide s. causa prox. in prin. Altera exceptio est: Nisi creditor sciens rem esse alienam. Hæc exceptio approbatur d. l.16. §.1. ibi: sed si sciens. Concordat l.1. in prin. ff. de pignor. & hypoth. cuius uerba uide s. cap.3. except.40. repl.8. dupl.1. Tertia exceptio uidetur: Nisi debitor sit soluendo. Hæc exceptio reprobatur l.32. ff. de pignor. action. his uerbis:* Cum debitore qui alienam rem pignori dedit, potest creditor cõtraria pignoraticia agere, etsi soluendo debitor sit.

IIII. Causa: *Si creditor ob euictionem pignoris uenditi conuentus atq; condemnatus est. Hæc causa approbatur, simul & distinguitur l.22. §. fin. cum lege sequente. ff. de pignor. action. his uerbis:* Si creditor, cùm uenderet pignus, duplam promisit (nam usu hoc euenerit) conuentus ob euictionem & condemnatus, an habeat regressum pignoraticiæ cõtrariæ actionis: & potest dici esse regressum, si modò sine dolo & culpa sic uendidit, & ut paterfamiliâs diligens id gessit. Si uerò nullum emolumentum talis uenditio attulit, sed tanti uendidit, quanti uendere potuit: etiamsi hæc non promisit, regressum non habere. Nec enim amplius à debitore, quàm debiti summa est, consequi poterit. Sed si stipulatus usuras fuerat, & post quinquennium fortè quàm precium ex re obligata consecutus est, uictus eam emptori restituat: etiam medij temporis usuras à debitore petere potest: quia nihil ei solutum esse pro euictione, ut auferri non possit, palàm factum est. Sed si simplum præstitit, doli exceptione repellendus erit ab usurarum petitione: quia habuit usum pecuniæ precij, quod ab emptore acceperat.

V. Causa: *Si, cùm creditori pignus addictum esset, id ei sit euictum. Hæc causa approbatur l. 24. in prin. ff. de pignor. action. his uerbis:* Vlpianus. Elegãter apud me quæsitum est, si impetrasset creditor à Cæsare, ut pignus possideret, idque euictum esset: an habeat pignoraticiam contrariam? Et uidetur finita esse pignoris obligatio, & à contractu recessum. Imò utilis ex empto accommodanda est, quemadmodũ si pro soluto ei res data fuerit, ut in quantitatem debiti ei satisfiat, uel in quantum eius interfit. Sed & cõpensationem habere potest creditor, si fortè pignoraticia, uel ex alia causa cum eo agetur.

VI. Causa: *Si debitor pignus quod conduxit, uel precario rogauit, creditori non restituat. Hæc causa approbatur l.22. §. si post. ff. de pignor. action. his uerbis:* Si post distractum pignus debitor qui precario rogauit uel conduxit, pignoris possessionem non restituat: contrario iudicio tenetur.

VII. Causa: *Si debitor in dando pignore pro auro æs subiecit: uel cùm æs pignori daret, affirmauit id aurum esse. Hæc causa approbatur l. 36. ff. de pignor. action. his uerbis:* Si quis in pignore dando pro auro æs subiecisset creditori, qualiter teneatur, quæsitum est? in qua specie rectissimè Sabinus scribit: si quidem auro dato æs subiecisset, furti teneri. Quòd si in dando æs subiecisset, turpiter fecisse, non furem esse. Sed hic puto pignoraticium iudicium locum habere, & ita Pomponius scribit. Sed & extra ordinem stellionatus crimine plectetur, ut est sæpissime rescriptum. Sed et si quis rem alienam mihi pignori dedit sciens prudensque, aut alij obligatam mihi obligauit, nec me de hoc certiorauit: eodem crimine plectetur. Planè si ea res ampla est, & ad modicum æris fuerit pignorata: dici debebit cessare non solùm stellionatus crimen, sed etiam pignoraticiam, & de dolo malo actionem: quasi in nullo captus sit, qui pignori secundo loco accepit. *Concordat causæ propositæ l. 1. in fine. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. cap.2. except. 21. repl.1. Item concordat l.20. in princip. ff. de furtis. cuius uerba uide j. lib.46. cap.3. quæst.2. caussa 28. Huius causæ exceptio hæc est: Nisi id quod pignori datum est, sufficiat debito soluendo. Quæ exceptio approbatur uerbis d. l.36. iam propositis hisce:* Planè si ea res ampla est, & ad modicum æris fuerit pignorata, &c.

VIII. Causa: *Si quasi soluturus pecuniam debitor pignus receperit, nec soluat. Hæc causa approbatur l. 3. ff. de pignor. action. his uerbis:* Si quasi recepturus à debitore tuo cominus pecuniam, reddidisti ei pignus, isque per fenestram demisit, excepturo eo quem de industria ad id posuerat: Labeo ait, furti te agere cũ debitore posse, & ad exhibendũ: & si agẽte te pignoraticia cõtraria excipiat debitor de pignore sibi reddito, replicabitur de dolo & fraude, p quã nec redditũ,

sed

sed per fallaciam ablatum id intelligitur.

I X. *Causa: Si debitor seruum pignori obligatum debilitauerit, uinxerit, occiderit. Hæc causa approbatur, simul et distinguitur l. 27. ff. de pignor. & hypoth. his uerbis:* Seruum quem quis pignori dederat ex leuissima offensa, mox soluit: & quia debito non satisfaciebat, creditor minoris seruum uendidit: an aliqua actio creditori in debitorem cõstituenda sit, quia crediti ipsius actio non sufficit ad id quòd deest persequendum: quid si eum interfecisset, aut eluscasset? Vbi quidem interfecisset, ad exhibẽdum tenetur: ubi autem eluscasset, quasi damni iniuriæ dabimus actionem ad id quanti interest, quod debilitando aut uinciendo persecutionem pignoris exinanierit. Fingamus nullam nomine crediti actionem esse (quia fortè causa ceciderat) non existimo indignam rem animaduersione & auxilio prætoris. Vlpianus notat: Si ut creditori noceret uinxit, tenebitur: si merentem, non tenebitur.

X. *Causa: Si debitor seruum pignori obligatum ad fugam solicitauit. Hæc causa ipso quidem iure subsistit, uerùm eius exceptio hæc est: Nisi postquam creditor seruum uendidisset ac tradidisset, debitor eum ad fugam solicitauit. Quæ exceptio approbatur l. 15. C. de distract. pignor. his uerbis:* Obligatis pignori mancipijs à creditore distractis ac traditis, si pòst debitor quondam hæc solicitauerit: non creditori, sed emptori contra possidentem in rem competit actio.

X I. *Causa: Si seruus pignori obligatus creditori furtum fecerit. Hæc causa approbatur, simul & distinguitur l. 31. ff. de pignor. act. his uerbis:* Si seruus pignori datus creditori furtum faciat, liberum est debitori seruum pro noxæ dedito relinquere. Quòd si sciens furem mihi pignori dederit, etsi paratus fuerit pro noxæ dedito apud me relinquere, nihilominus habiturum me pignoraticiam actionem, ut indemnem me præstet, Africanus ait. Eadem seruanda esse Iulianus ait, etiam cum depositus uel commodatus seruus furtum facit. *Concordat l. 61. §. his etiam illud. ff. de furtis, his uerbis:* Si is seruus quem mihi pignori dederis, furtum mihi fecerit: agendo pignoraticia cõtraria consequor, ut damnum decidas, aut pro noxæ dedito hominem relinquas. Idem dicendum de eo quem conuenisset in causa redhibitionis esse, ut quemadmodum accessiones & fructus emptor restituere cogitur: ita & econtrariò uenditor quoque uel damnum decidere, uel pro noxæ dedito hominẽ relinquere cogetur: nisi quid in his amplius sit. Quòd si sciens quis ignorãti furem pignori dederit, omnimodo præstare damnum cogendum esse: id enim bonæ fidei conuenire. Sed in actione empti præcipuè spectandum esse, qualem seruum uenditor promiserit. *Huius causæ exceptio hæc est: Nisi debitor seruum pro noxæ dedito relinquat. Hæc exceptio uerbis iam propositis approbatur, simul & distinguitur. Distinguitur hoc modo: Nisi debitor sciens furem pignori dederit. Quæ distinctio seu replicatio approbatur uerbis d. l. 31. iam propositis hisce:* Quòd si sciens furem mihi pignori dederit, &c. *Concordat d. l. 61. uerbis iam propositis hisce:* Quòd si sciens quis ignoranti furem pignori dederit, &c.

X I I. *Causa: Si creditor seruum pignori obligatum artificijs instruxit. Hæc causa approbatur, simul & distinguitur l. 25. ff. de pignor. act. his uerbis:* Si seruos pignoratos artificijs instruxit creditor, si quidẽ iam imbutos, uel uoluntate debitoris: erit contraria actio. Si uerò nihil horum intercessarit, si quidem artificija necessarijs, erit actio contraria: non tamen sic, ut cogatur seruis carere ꝑ quantitate sumptuum debitor. Sicut enim negligere creditorem dolus & culpa quam præstat, non patitur: ita nec talem efficere rem pignoratam, ut grauis sit debitori ad recipiendum. puta saltum grandem pignori datum ab homine qui uix luere potest, nedum excolere: tu acceptũ pignori excoluisti sic, ut magni precij faceres. Alioqui non est æquum aut quærere me alios creditores, aut cogi distrahere, quòd uelim receptum, aut penuria coactum derelinquere me tibi. Igitur hæc à iudice erunt dispicienda, ut neque onerosus creditor audiatur, neque delicatus debitor.

X I I I. *Causa: Si sumptus in rem uel ob rem pignori datam fecerit creditor. Hæc causa approbatur l. 8. in prin. ff. de pignor. action. his uerbis:* Si necessarias impensas fecerim in seruum aut in fundum quem pignoris causa acceperam: non tantùm retentionem, sed etiã contrariã pignoraticiã actionem habebo. finge enim, medicis, cum ægrotaret seruus, dedisse me pecuniam, & eum decessisse. Item insulam fulcisse uel refecisse, & postea deustam esse, nec habere quod possem retinere. *Concordat l. 6. in fine. C. de act. pignor. his uerbis:* Creditor necessarios sumptus quos circa res pignoraticias fecit, exigere non prohibetur. *Concordat item l. 6. C. de pignor. & hypoth. his uerbis:* In summa debiti computabitur etiam id quod propter possessiones pignori datas ad collationem uiarum muniendarum, uel quodlibet

libet aliud necessarium obsequium præstitisse creditorem constiterit. *Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi sumptus debitori onerosos creditor fecit, quos si debitor restituere cogeretur, re cariturus est. Hæc exceptio approbatur l. 21. ff. de pignor. act. cuius uerba uide ī. causa prox. Altera exceptio est: Nisi non necessarios sumptus creditor fecit. Hæc exceptio elicitur ex uerbis d. l. 8. ī. propositis hisce:* Si necessarias impensas, &c. *De qua re uide plura ī. lib. 21. cap. 8. reg. 7. item lib. 15. cap. 4. quæst. 1. except. 2. Hæc de causis propositæ actionis.*

II. ADVERSVS QVOS datur?

*Aduersus fideiussorem crediti non datur. Quæ regula approbatur l. 54. ff. de fideiussorib. cuius uerba uide ī. quæst. prox. causa 1.*

III. QVID VENIAT IN actione proposita?

I. *Regula, De eo quod actoris interest, proponitur d. l. 54.*

II. *Regula, De usuris, proponitur l. 23. ff. de pignor. act. cuius uerba uide ī. quæst. 1. causa 4.*

IIII. ADFINIA HVIVS actionis remedia.

*Pignoratitia contraria actio plura & uaria adfinia habet remedia, pro uarietate causarum, ex quibus cōpetit. De quibus uide ī. singulas huius actionis causas quæst. 1.*

## DE SALVIANO INTERDICTO. Cap. XI.

SVperest tertia actio, *quæ creditori ratione pignoris competit, ea scilicet quæ ex interdicto competit Saluiano.*

I. *Genus huius interdicti proponitur Inst. de interdict. §. interdictum quoq; his uerbis:* Interdictum quod appellatur Saluianū, adipiscendæ possessionis causa comparatum est: eoq; utitur dominus fundi de rebus coloni, quas is pro mercedibus fundi pignori futuras pepigisset.

II. CAVSA HVIVS INTERDICTI.

*Hoc interdicto dominus persequitur res coloni in fundum inductas, & pignori sibi obligatas. Quæ causa approbatur uerbis iā propositis hisce:* Eoq; utitur dominus fundi de reb. coloni, &c. *Concordat l. 1. §. si colonus. ff. de Saluiano interdicto. cuius uerba uide ȷ. except. prox. Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi & possessori eadem res sit obligata. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur d. §. si colonus, his uerbis:* Si colonus res in fundum duorum pignoris nomine intulerit, ita ut utrique in solidum obligatæ essent: singuli aduersus extraneos Saluiano interdicto recte experiētur. Inter ipsos uerò si reddatur hoc interdictum, possidentis conditio melior erit. At si id actum fuerit, ut pro partibus res obligaretur: utilis actio & aduersus extraneos, & inter ipsos dare debebit, per quam dimidias partes possessionis singuli adprehendāt. Idē seruari conuenit, etsi colonus rem quam cum alio communem habebat, pignoris nomine induxit: scilicet ut pro parte dimidia pignoris persecutio detur. *Concordat l. 2. ff. eod. tit. his uerbis:* In Saluiano interdicto, si in fundum communem duorum pignora sunt ab aliquo inuecta, possessor uincet, & erit eis descendendum ad Seruianum interdictū. *Concordat item l. 10. in prin. ff. de pignor. & hyp. cuius uerba uide ī. cap. 8. quæst. 6. reg. 20. Sed & plura de exceptione proposita uide d. cap. 8. quæst. 3. except. 3. Altera exceptio est: Nisi rem communem, non propriam colonus pignoris nomine in fundum intulerit. Hæc exceptio pro parte quam colonus in re habet, reprobatur uerbis d. §. si colonus. ī. propositis hisce:* Idē seruari conuenit, etsi colonus rem quam cum alio cōmunem habebat, pignoris nomine induxit: scilicet ut pro parte dimidia pignoris persecutio detur. *Plura de hac exceptione uide ī. cap. 3. except. 40. repl. 11.*

II. ADVERSVS QVOS competit?

*Aduersus debitorem duntaxat, non etiam aduersus alium possessorē competit. Quæ regula approbatur l. 1. C. de precario, his uerbis:* Si te non permittente pignus, debitor tuus ea quæ tibi obnoxia sunt, uenundedit: integrum tibi ius est ea persequi, nō interdicto Saluiano (id enim tantūmodo aduersus cōductorem debitoremúe cōpetit) sed Seruiana actione, uel quæ ad exemplū eius instituitur utilis, aduersus emptorem exercenda. *Cōcordat l. 2. in fine. ff. de Saluiano interd. cuius uerba uide ī. quæst. prox. exc. 1. Huius regulæ exceptio hæc est: quòd utile interdictum etiam aduersus extraneum possessorem detur. Quæ exceptio approbatur l. 1. in prin. ff. de Saluiano interd. cuius uerba uide ȷ. quæst. proxim. Cōcordat d. l. 1. §. si colonus, cuius uerba uide ī. quæst. prox. except. 1.*

IIII. QVID VENIAT IN actione proposita?

*De partu ancillæ pignoratæ proponitur l. 1. in prin. ff. de Saluiano interd. his uerbis:* Si colonus ancillam in fundum pignoris nomine induxerit, & eā uendiderit: quod apud emptorē ex ea natum est, eius adprehendēdi gratia utile interdictū reddi oportet. *Plura de hac regula uide ī. cap. 8. quæst. 6. reg. 2.*

V. *Adfine remedium huius propositæ actionis est actio hypothecaria. Quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt paulo superius quæst. 3. Hæc de tribus actionibus quæ creditori nomine pignoris competunt: nunc eæ actiones sunt proponendæ, quæ eiusdē pignoris nomine cōpetunt debitori: qualis est*

*actio pignoraticia directa, & ea quæ competit ex interdicto demigrando.*

## *DE PIGNORATICIA Actione directa. Cap. XII.*

### I. CAVSAE EX QVIBVS hæc actio competit?

PRima causa: *Si soluto debito pignus creditor nõ restituat. Hæc causa cum alijs similibus approbatur, simul & distinguitur* s̃. *cap. 4. causa 1. cum sequentibus. Concordat l. 1. §. creditor quoq;. ff. de act. & obligat. his uerbis:* Creditor qui pignus accepit, re tenetur: qui & ipse de ea ipsa re quam accepit, restituenda tenetur.

II. *Causa: Si rem pignori datam deteriorem fecerit creditor. Hæc causa approbatur l. 6. C. de act. pignor. his uerbis:* Creditor qui fundos & domos pignori uel hypothecæ accepit, damnum in decidendis arboribus, domibusq; destruendis ab eo datum in rationem deducere cogitur. Etsi dolo uel culpa rem suppositam deteriorem fecerit, eo quoq; nomine pignoraticia actione tenebitur, ut talem restituat, qualis fuerit tempore obligationis. *Concordat l. 2. in fine. C. eod. tt. his uerbis:* Si agrum deteriorem constituit, eo quoq; nomine pignoraticia actione obligatur.

III. *Causa: Si res pignori acceptas malè tractauit creditor, seruos debilitauit uel uinxit. Hæc causa approbatur, simul & distinguitur l. 24. §. fin. ff. de pignor. action. cuius uerba uide* s̃. *cap. 7. quæst. 6. reg. 6. except. 1.*

IIII. *Causa: Si creditor instrumentum pignori datum, debitori ad probandam suam causam non exhibuit. Hæc causa approbatur l. ult. in prin. ff. de pignor. action. his uerbis:* Pignori creditori locum purum obligauit, eiq; instrumentum emptionis tradidit: & cùm eum locũ inædificare uellet, mota sibi controuersia à uicino de latitudine (quod aliâs probare non poterat) petijt à creditore ut instrumentũ auctionis à se traditum exhiberet. Quo non exhibente, minorem locũ ædificauit, atq; damnũ passus est. Quæsitũ est, an si creditor pecuniam petat, uel pignus uendicet: doli exceptione opposita iudex huius damni rationem habere debeat? Scæuola respõdit, si operam nõ dedisset, ut instrumenti facultate subducta debitor caperetur: posse debitorem, si pecuniam soluat, pignoraticia agere. Opera autem in eo data, tunc & ante pecuniam solutã in id quod interest, cum creditore agi.

V. *Causa: Si creditor, recepto ab alio quàm debitore debito, pignus ei cesserit, uel uendiderit. Hæc causa reprobatur l. 31. in prin. ibi: creditor. ff. de negocijs gestis. cuius uerba uide* J. *quæst. 7. exc. 9.*

VI. *Causa: Si creditor rem pignoratã pluris uendidit quàm ei debetur, ad id quod amplius est, debitori restituendũ actione pignoraticia conueniri potest. Quæ causa approbatur, simul & distinguitur* s̃. *cap. 7. quæst. 6. reg. 6. cum sequentibus.*

VII. *Causa: Si creditor seruitutes prædij non utendo amisit. Hæc causa approbatur l. 15. ff. de pignor. act. cuius uerba uide* J. *quæst. 4. reg. 8.*

VIII. *Causa: Si creditor in re pignori obligata dolo uel culpa sit uersatus. Hæc causa approbatur* J. *except. prox.*

### De exceptionibus præcedentium causarum generalibus.

I. EXCEPTIO: *Nisi casu, sine dolo malo creditoris, res pignori obligata perierit, uel deterior sit facta. Hæc exceptio approbatur Inst. quib. mod. re contrah. oblig. §. fin. his uerbis:* Creditor qui pignus accepit, re obligatur: quia & ipse de ea re quam accepit, restituẽda tenetur actione pignoraticia. Sed quia pignus utriusque gratia datur, & debitoris, quo magis pecunia ei credatur, & creditoris, quo magis ei in tuto sit creditum: placuit sufficere, si ad eam rem custodiendã exactã diligentiã adhibeat, quam si præstiterit, & aliquo fortuito casu rem amiserit, securũ esse, nec impediri creditũ petere. *Cõcordat l. 5. C. de act. pignor. his uerbis:* Quæ fortuitis casib. accidũt, cum præuideri nõ potuerant (in quibus etiam aggressura latronũ est) nullo bonæ fidei iudicio pręstãtur. Et ideo creditor pignora quæ ex huiusmodi causa interierint, pręstare nõ cõpellitur, nec à petitione debiti submouetur: nisi inter cõtrahentes placuerit, ut amissio pignorũ liberet debitorẽ. *Cõcordat item l. 7. C. eod. tt. his uerbis:* Si nulla culpa seu segnitia creditori imputari potest, pignorum amissorũ dispendiũ ad periculũ eius minimè pertinet. Sanè si simulata amissione etiamnum eadẽ pignora (ut adseueras) à parte diuersa possidẽtur: aduersus eum experiri potes. *Concordat itẽ l. 8. C. eod. tt. his uerbis:* Pignus in bonis debitoris permanere, ideoq; ipsi perire, in dubium non uenit. Cùm igitur adseueras in horreis pignora deposita: cõsequens est secundũ ius perpetuũ, pignoribus debitori pereuntibus (si tamen in horreis, quibus & alij solebant publicè uti, res depositæ sint) personalem actionem debiti reposcẽdi causa integram te habere. *Huius exceptionis exemplum proponitur l. ult. §. fin. ff. de pignor. action. his uerbis:* Titius pecuniam mutuã accepit à Caio Seio sub pignore culleorum. Istos culleos cum Seius in horreo haberet, missus ex officio annonæ cẽturio culleos ad annonã sustulit, postea instantia Caij Seij creditoris recuperati sunt: quæro, intertri-

turam

turam quæ ex opeña facta est, utrũ Titius debitor, an Seius creditor agnoſcere debeat? Scæuola reſpondit, ſecundũ ea quæ proponerentur, ob id quod eo nomine incertrimenti accidiſſet, non teneri. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi culpa & negligentia creditoris res perierit, uel deterior facta ſit. Hæc exceptio approbatur l.13.§. fin. cum lege ſequente. ff. de pignor. action. his uerbis:* Venit In hanc actionem & dolus & culpa, ut in cõmodato: uenit & cuſtodia. Via maior non uenit. Ea igitur quæ diligens paterfamiliãs in ſuis rebus præſtare ſolet, à creditore exiguntur. *Concordat Inſt. quib. mod. re cõtrah. obligat. §. fin. cuius uerba uide ſ. ead. except. in prin. Item concordat l.5.§. nunc uidendum. ibi: ſed ubi utriuſq;. ff. commodati. cuius uerba uide ſ. lib. prox. cap.5. quæſt.1. except.1. repl.2. Item concordat l.19. C. de pignor. & hypoth. his uerbis:* Sicut uim maiorem pignorũ creditor præſtare neceſſe non habet: ita dolum, & culpam, & cuſtodiá exhibere cogitur. *Concordat item l.4. C. de actione pignor. his uerbis:* Si creditor ſine uicio ſuo argentum pignori datum perdidit, reſtituere id non cogitur. Sed ſi culpæ reus deprehenditur, uel non probat manifeſtis ꝓbationibus ſe perdidiſſe: quanti debitoris intereſt, condemnari debet. *Huius replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi prætorium pignus eſt, & non ex conuentione, ſed iudicis authoritate creditor in poſſeſſionem ſit miſſus. hoc enim caſu dolum ſolum, non etiam culpam præſtat. Quæ duplicatio approbatur l.9.§. eſt præterea. ff. de reb. iudicis auth. poſſidendis. cuius uerba cum concordantib. uide ſ. lib.8. cap.7. act. 2. quæſt.1. except.1. Altera duplicatio uidetur: Niſi fideiuſſor qui ſoluta pecunia pignus à creditore ſuſcepit, ad illud reſtituendum conueniatur. Sed hæc duplicatio reprobatur l.2. ff. de pignor. & hypoth. his uerbis:* Fideiuſſor qui pignora uel hypothecas ſuſcepit, atq; ita pecunias ſoluit: ſi mandati agat, uel cum eo agatur, exemplo creditoris etiam culpam æſtimari oportet. Cæterùm iudicio quod de pignore dato proponitur, cõueniri nõ poteſt. *Hæc de prima replicatione. Altera replicatio eſt: Niſi de periculo quoq; à creditore præſtando conuenerit. Quæ replicatio approbatur l.5. in fine. C. de action. pignor. cuius uerba uide ſ. ead. exc. in prin. Tertia replicatio eſt: Niſi non ex cõſenſu debitoris, ſed ſua authoritate creditor pignus acceperit, uel per denunciationem debitori ſui debitoris factam ſibi pignus conſtituerit. Hæc replicatio approbatur l.30. ff. de pignor. action. his uerbis:* Qui ratiario crediderat, cùm ad diem pecunia non ſolueretur, ratem in flumine ſua authoritate detinuit: poſtea flumen creuit, & inde ratem abſtulit: ſi inuito ratiario retinuiſſet, eius periculo ratem fuiſſe, Paulus reſpondit. Sed ſi debitor ſua uoluntate conceſsiſſet, ut retineretur: culpam duntaxat ei præſtandá, non uim maiorem. *Concordat Nouell. c.88. his uerbis:* Audientiam nuper nobis in cauſa præbentibus (id quod publicè præſidentes in palatio ſæpenumero facimus) certa quædam exorta eſt quæſtio, quam protinus quidẽ diremimus. Sed quia compertum habemus ſæpius iſtiuſmodi incidere, iuſtum exiſtimauimus communi & generali ea lege definire. Si quis enim ab aliquo uel aurum, uel certas res depoſiti titulo ſub certis conditionibus accipiat, deinde hæ impleantur: habeto ſanè neceſsitatem ſemel impletis conditionibus aurum aut eas res reſtituere: nulla omnino licentia ſubſiſtente, ut extraneis utatur aliquis denunciationibus, & depoſiti reſtitutionẽ remoretur, cui pleraq; alia quoq; priuilegia data ſunt tam à præcedentibus nos legislatoribus, quàm à nobis ipſis. Nam ut maximè eum cuius fidei depoſitum concreditum eſt, is qui reſtitutionem impedit, non obturbet: licentiam tamẽ habebit ei qui id aurum uel res recepturus eſt, de rebus cum illo controuerſis & dictare iudicium, & iuris atque legis obtinere beneficium: non autem per hanc cauſam ei qui atteſtationem ſuſcepit, magna inducat diſpendia, compellatq; eum aut defenſiones expetere, aut res apud ſe detinere, ut neque ſi uelit, poſsit ſe erga eum qui depoſuit, præbere benignum. Quod ſi tale aliquid egerit (omnino enim oportet nõ ſolùm nos delictorum prohibitione contentos eſſe, ſed etiam transgreſſoribus metum incutere) iuſtum eſt, ſiue intercidere eas res aut pecuniam contigerit, & hoc probetur, ſiue fortuitus aliquis caſus exiſtat: ut hoc ipſum eum reſpiciat qui atteſtationem emiſit. Agnoſcat inſuper ab eo etiam tempore, ex quo atteſtatio facta eſt, pro pecunia trientes uſuras legitimæ centeſimæ ſoluendas ei qui ſua recipere prohibitus fuit. Neque id tantùm ſi aurum ſcilicet ſit, quod depoſitum prohibetur reſtitui, ſed etiã ſi aliæ res: quo magis huius metu homines à uanis illis, & ſummam præ ſe inuidiam ac degenerem animum ferentibus, detentionibus deſiſtant.

Quin potius totum illum de interdictis & denunciationibus tractatum penitius cõtemplari, & in legem conijcere nobis uiſum eſt. Admodum enim crebrò cernimus hoc incidere, & maximè in regia hac urbe, ut aliqui his qui publicas erogant annonas, aut etiam teſſeras fru-

metarias à præfecto annonæ percipiunnt, per denunciationē interdictum mittunt, uolentes suspēdere ciuiliū panum erogationem: & hunc qui (ut probabile est) ex his solis alimentum habet, eorum subministraiione defraudare, ex qua totius illi uitæ ratio sustentatur. Sed multo adhuc molestius & incommodius est, quòd pleriqne dominis ædium in alma hac urbe inuidentes, cùm ab inqnilinis locatarum ędium pensiones percepturi sunt, damno illos innoluunt, testatò inquilinos conne nientes, ne qnid illis exoluant: qni deinde attestationibus istis lubenti animo susceptis, partim ipsas pensionea proprer inopiam fortè deuerāt, partim ab ampla hac profugiunt urbe, ut omnino pensionum præstatio intercidat his qui (ut apparet) uel solùm exinde (ut & de ciuilibus annonis diximus) sustentationem & alimēta habent. Nemini igitur huius licentiam præbemus, neque si quia contrà sibi obnoxium aliquam habet actionem aut causam, huic indormito, & illiberales, exque omni parte inuidia plenas attestationes excogitato, aut cognoscito si quid tale egerit, & per hanc causam uel suppeditatio ciuilium pannm, uel pensionū præstatio interciderit, qnod ipse eius rei periculum sustinebit, si inquilinos, aut ciuilia panis erogatores testatò conueniat, aut annonæ suppeditationem suspendat. Nihil enim horum fieri uolumus, sed ex quo tempore attestationem interposuit, ex eo sancimus, ut & omne damnum rerum domino resarciat: & insuper trientes usuras legitimæ centesimæ agnoscat pto pecunia, quam per attestationes ab eo factas recipere is qui hoc modo iniuria affectus est, non naluit. Neque aliquia defensionea opponiro, qnòd ei qui reperendi ius habet, si uel depositi nel aliorum nomine defensionem offerat, liceat sua recipere. Siquidem non omnibus in promptu & facile est de defendendo fideiussorem dare: cùm leges nostræ nullam omnino defensionem idoneam & alicuius interpretentur esse precij, quæ fideiussore subnixa non sit. Ad manum uerò semper & in parato habere fideiussorem, neque facile cuiuis, neque possibile admodum est. Propterea ad securitatem subditorū nostrorum uolumus ista obseruari iam inde in omne pòst futurum æuum, ut huius nostræ legislationis in republica usus immortalis sit, exploratum & perspectum nobis in animo habentibus, quòd præsena hæc lex in commune subditis nostris utilitatem allatura sit. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram exprimuntur legem, &c. *Hæc de prima exceptione generali sunt dicta.*

II. EXCEPTIO: *Nisi debitum solutum non sit. Hæc exceptio approbatur quidem ipso iure, uerùm eius replicatio prima hæc est: Nisi post acceptum iudicium debitum offeratur. Quæ replicatio approbatur l. 9. §. fin. ff. de pignor. act. his uerbis:* Qui ante solutionem egit pignoraticia, licet non rectè egerit: tamen si offerat in iudicio pecuniam, debet rem pignoratam, & quod sua interest, consequi. *Altera replicatio uidetur: Nisi debitor pro debito alia ratione satisfacere sit paratus. Hæc replicatio reprobatur l. 10. ff. eod. tt. cuius uerba cum concordantibus uide s. cap. 4. causa 4. except. 2. Tertia replicatio est: Nisi inter debitorem & creditorem conuenerit, ut alia res pro pignore detur. Hæc replicatio approbatur l. 50. in fine. ff. de iure dotium. cuius uerba uide s. lib. 15. cap. 5. quæstion. 5. reg. 7. Quarta replicatio est: Nisi cùm creditor data opera instrumentum pignori obligatum, debitori ad causam suam probandam non exhibuisset, debitor inde damnum sit passus. hoc enim casu & ante solutum debitum competit actio. Quæ replicatio approbatur l. ultim. in princip. ff. de pignor. action. cuius uerba uide s. causa 4. Planè possunt hic replicationum loco recenseri omnes causæ seu modi, quibus præter solutionem pignus liberatur. De quibus uide s. cap. 4. & cap. 5.*

III. EXCEPTIO: *Nisi solutio non sufficiat ad liberandum pignus. Huius exceptionis species uide s. cap. 4. causa 1. except. 1. cum sequentibus.*

IIII. EXCEPTIO: *Nisi aliena, non debitoris res pignori sit data. Hæc exceptio reprobatur l. 9. §. penultim. ff. de pignor. action. his uerbis:* Is quoque qui rem alienam pignori dedit, soluta pecunia solet pignoraticia experiri. *Concordat l. 22. §. si prædo. ff. eod. tt. cuius uerba uide j. quæstion. 4. reg. 3. exception. 1. Concordat item l. 12. §. sed & cum. ff. de distract. pignor. his uerbis:* Cùm per iniuriam iudicis dominotem quæ debitoris non fuisset, abstulisset creditor qoasi obligatam sibi: & quæreretur, an soluto debito restitui eam oporteret debitori? Scænola noster restituendā putauit. *Planè admittitur exceptio proposita in casu, de quo j. except. proxim.*

V. EXCEPTIO: *Nisi res creditoris ei pignori sit data. Hæc exceptio approbatur l. 45. ff. de reg. iuris. cuius uerba uide s. libro 17. cap. 3. exceptione 30.*

VI. EXCEPTIO: *Nisi creditor pignus uendidit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s. capite 4. causa 1. except. 13.*

VII. EXCEPTIO: *Nisi conuenerit,*

*ut non*

*ut non soluto intra certum tempus debito, creditori pignus uendere liceret. Hæc exceptio reprobatur l. 1. C. de action. pignor. his uerbis:* Pactum uulgare quod proposuistia, ut si intra certum tempus pecunia soluta non fuisset, prædia pignori uel hypothecæ data uendere liceret: non adimit debitori aduersus creditorem pignoraticiam actionem.

VIII. EXCEPTIO: *Nisi debitor creditori pignus uendiderit. Hæc exceptio approbatur l. 20. §. fin. ff. de pignor. act. his uerbis:* Interdum etsi soluta sit pecunia, tamen pignoraticia actio inhibenda est: ueluti si creditor pignus suum emerit à debitore. *Concordat l. 34. ff. eod. tit. his uerbis:* Titius cùm credidisset pecuniam Sempronio, & ob eam pignus accepisset, futurúmq; esset ut distraheret id creditor, quia pecunia non solueretur, petijt à creditore ut fundum certo precio emptum haberet: & cum impetrasset, epistolam qua se uendidisse fundum creditori significaret, emisit. quæro, an hanc uenditionem debitor reuocare posit offerendo sortem & usuras quæ debentur? Marcellus respondit, secundum ea quæ proposita essent, reuocare non posse. *Concordat item l. 10. ibi: sanè si debitore. C. de distract. pignor. cuius uerba uide s. cap. 4. causa 1. except. 13. repl. 6. Concordant denique ea quæ proposita sunt s. cap. 6. regul. 2.*

IX. EXCEPTIO: *Nisi creditori pignus in solutum sit datum. Hæc exceptio approbatur l. 11. C. de pignor. & hypothec. his uerbis:* Cùm dominam non minorem quinque & uiginti annis ea quæ obligauerat tibi, iure dominij possidere permisisse, & in solutum dedisse, precibus significes; dominæ contractus & uoluntas ad firmitatem tibi sufficit.

X. EXCEPTIO: *Nisi debitor rem pignoratam creditori legauerit. Hæc exceptio approbatur l. 16. C. de legatis, his uerbis:* Creditor si à debitore suo rem quam pignoris nomine susceperat, legatam sibi contendit: etiam debito ab hæredibus eius oblato quo minus restituat, defendi potest.

XI. EXCEPTIO: *Nisi creditori res pignorata sit addicta. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s. cap. 4. causa 1. except. 12.*

XII. EXCEPTIO: *Nisi cum creditor rem sibi pignori obligatam, in testamento suo alij legasset, & adiecisset eam rem se emisse, debitor testamentum illud signauerit. Hæc exceptio reprobatur l. 39. ff. de pignor. action. his uerbis:* Caius Seius ob mutuam pecuniam fundum suum Lucio Titio pignori dedit, postea pactum inter eos factum est, ut creditor pignus suum in compensationem pecuniæ suæ certo tempore possideret. Verùm ante expletũ tempus creditor cùm suprema sua ordinaret, testamento cauit ut alter ex filijs suis haberet eum fundum: & addidit, Quem à Lucio Attio emi: cum non emisset. hoc testamentum inter cæteros signauit & Caius Seius qui fuit debitor. quæro, an ex hoc quòd signauit, præiudicium aliquod sibi fecerit: cùm nullum instrumentum uenditionis proferatur, sed solum pactum, ut creditor certi tẽporis fructus caperet? Herennius Modestinus respondit, contractui pignoris non obesse, quòd debitor testamentũ creditoris, in quo se emisse pignus expressit, signasse proponitur.

XIII. EXCEPTIO: *Nisi creditores pignus inter se diuiserunt, uel illud in diuisione uni creditorum sit aßignatum. Hæc exceptio reprobatur l. 7. §. inter eos. ff. communi diuid. his uerbis:* Inter eos qui pignus acceperunt, talis diuisio fieri debet, ut non uero precio æstimetur pars, sed in tantum duntaxat, quantum pro ea parte debetur. Etsi adsignetur quidem pignus uni ex creditoribus, licentia tamen non denegetur debitori debitũ offerre, & pignus suum luere. Idemq; dicitur, etsi possessor pignoris litis æstimationem pignoraticia in rem agenti offerat.

XIIII. EXCEPTIO: *Nisi possessor pignoris creditori hypothecaria agenti litis æstimationem præstitit. Hæc exceptio reprobatur uerbis iam propositis hisce:* Idemque dicitur, &c.

XV. EXCEPTIO: *Nisi creditor rem pignori sibi obligatam, alij pignori dederit. Hæc exceptio reprobatur per ea quæ proposita sunt suprà capite 3. exceptione 40. replicatione 12. duplicatione 1.*

XVI. EXCEPTIO: *Nisi ἀντίχρησις sit: hoc est, res pignori obligata, ut ea creditor pro pecunia utatur. Hæc exceptio reprobatur l. 11. ff. de pignor. action. his uerbis:* Si pecuniam debitor soluerit, potest pignoraticia actione uti ad recuperandam ἀντίχρησιν. Nam cùm pignus sit, hoc uerbo poterit uti.

XVII. EXCEPTIO: *Nisi cum creditor pignoris nomine se obligasset, et non caueatur eo nomine eum indemnem fore. Hæc exceptio approbatur. l. 8. §. 1. ff. de pignor. action. his uerbis:* Si pignori plura mancipia data sint, & quædam certo precio ita uendiderit creditor, &c. *Hæc de exceptionibus propositarum causarum generalioribus. Sed & plu-*

res huiusmodi exceptiones uide suprà capite quarto, causa 1.

## II. QVIBVS ACTIO PIgnoraticia competit?

Alij quàm debitori actio proposita non competit. Quæ regula ipso quidem iure subsistit, uerùm eius exceptio prima hæc est: Nisi procurator uel tutor debitoris rem pignori dederit. tunc enim ipsi procuratori uel tutori datur actio. Quæ exceptio approbatur l. 11. §. fin. cum lege sequente. ff. de pignor. action. cuius uerba uide s. capite 5. exception. 40. replication. 17. Altera exceptio est: Nisi hæres debitoris agat. Hæc exceptio approbatur l. 12. C. de pignor. & hypothec. his uerbis: Si uxor tua pro pecunia quam accepit mutuò, res proprias obligauit pignori, eique tu successisti: licet instrumento eius facti testimonium collatum non sit, soluto tamen debito, creditorem de ijs tibi reddendis solenni iure conuenies. Tertia exceptio uidetur: Nisi alius pro debitore soluit. huic enim uidetur actio proposita competere. Hæc exceptio reprobatur per ea quæ proposita sunt suprà cap. 8. quæstion. 4. regul. 1. exception. 5. replication. 1. Planè per exceptionem possessor hypothecaria conuentus si soluat, impetrare potest ut sibi pignoris ius cedatur. De qua re dictum s. d. reg. 1. except. 6. Quarta exceptio est: Nisi alius pignus à debitore comparauerit. Hæc exceptio quoad personalem pignoraticiam actionem reprobatur, approbatur autem quoad actionem in rem seu rei uendicationem, l. 9. C. de pignor. & hypothec. his uerbis: Si dominium eius possessionis quæ pignori data esset, à debitrice domina ad te translatum est, eamque postea creditor uel eius hæredes detinere cœperunt: uindicare eam potes, præside prouinciæ curante, ut fructuum deducta ratione, residuoque à te oblato, si fuerit satisfactum, ea possessio tibi reddatur.

## III. ADVERSVS QVOS Actio proposita competit?

Regulariter quidem non nisi aduersus creditorem eiusq; hæredes actio proposita competit. cuius tamen regulæ exceptio prima hæc est: Nisi procurator uel tutor creditoris pignus acceperit. Quæ exceptio approbatur l. 11. §. per liberam. ibi: & ideo ipsi. ff. de pignorat. action. cuius uerba uide s. cap. 2. except. 7. Altera exceptio est: Nisi seruus crediderit. tunc enim aduersus dominum pignoraticia actio competit. Quæ exceptio approbatur l. 28. §. fin. ff. d. tt. his uerbis: Si seruus peculiari nomine pignus acceperit, actio pignoraticia aduersus dominum debitori competit. Tertia exceptio est: Nisi alius soluto debito pignus à creditore acceperit. Hæc exceptio quoad actionem pignoraticiam reprobatur, quoad rei uendicationem uel mandati aduersus fideiussorem approbatur l. 2. ff. de pignor. & hypothec. cuius uerba uide s. quæst. 1. except. 1. replic. 1. duplic. 2. Concordant ea quæ habentur j. quæst. 7. reg. 1. except. 8 & 9.

## IIII. QVID VENIAT IN actione proposita?

I. Regula, De ipsa re pignori obligata restituenda. Regulariter quidem ipsa res pignorata uenit hac actione restituenda. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi creditor rem uendiderit. Quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s. cap. 4. causa 1. except. 13. Sed & eius replicationes uide d. except. 13. item cap. 7. quæstion. 6. reg. 6. cum sequentibus. Altera exceptio est: Nisi creditor rem perdiderit. tunc enim ad id quod debitoris interest, tenetur. Quæ exceptio approbatur l. 4. C. de action. pignor. cuius uerba uide s. quæst. 1. except. 1. repl. 1.

II. Regula, De usuris. Regulariter quidē creditor ad usuras rei pignoratæ præstandas non tenetur. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi quis sine consensu debitoris propria authoritate per denunciationem uel attestationem nomen debitoris pignori sibi constituerit. hic enim ad trientes usuras centesimæ tenetur. Quæ exceptio approbatur Nouell. c. 11. §. agnoscat insuper. & §. nemini igitur. ibi: & insuper. cuius uerba uide s. quæst. 1. except. 1. repl. 3. Altera exceptio est: Nisi fideiussor qui pignus à creditore liberauit, ad illud restituendum conueniatur. Quæ exceptio approbatur l. 59. in fine. ff. de fideiussorib. cuius uerba uide s. cap. 4. causa 1. except. 13. repl. 7. Concordat l. 59. §. 1. ff. mandati. cuius uerba uide d. repl. 7.

III. Regula, De fructibus rei pignoratæ. Ad hos restituendos uel in sortem eiusq; usuras compensandas reus tenetur. Quæ regula approbatur l. 2. C. de partu pignoris & omni causa, his uerbis: Cùm pignoris titulo mancipia obligasse uos pro mutua quam accepistis pecunia proponatis: horum mancipiorū operis quas creditor accepit, uel quas percipere potuit, in usuras computatis, & pòst in sortem, extenuato debito residuū offerentibus: uel si non accipiat, consignatum deponentibus, mancipia uobis præses prouinciæ restitui iubebit. Concordat l. 1. C. de distract. pignor. cuius uerba uide s. cap. 4. quæst. 1. causa 2. except. 7. Concordat item l. 1. C. de action. pignor. his uerbis: Quod ex operis ancillæ, uel ex pensionibus domus, quam pignori detineri dicis, perceptum est, debiti quantitatem releuabit. Concordat l. 2. C. eod. tt. his uerbis: Creditor qui prędiū pignori nexū detinuit, fructus quos percepit, uel percipere debuit, in rationē exonerādi debiti cōputare necesse habet. Cōcordat itē l. 11. C. eod. tt. cuius uerba uide s. lib. 10. cap. 15.

*cap.15.exception.4. Concordat item l. 11. C.de usuris, hisce uerbis:* Ex prædijs pignori obligatis creditor post oblatam sibi iure pecuniam, quam non suscepit, si fructus accepit: exonerari sortis debitum, certum est. *Concordat item l.11.§.1.ff. de pignor. & hypoth. cuius uerba uide s. cap.4. causa 1.exception.5. replicat.4. Concordat item l.12.§.si aliena. ibi: nam etsi maiores. ff. de distract. pignor. cuius uerba uide J.lib.48. cap. 22. caussa 1. except. 4. Concordat item l.59.in fine.ff de fideiussorib. cuius uerba uide s.d.causa 1.exception.13.replicat.7. Concordat item l.59.§.1.ff.mandati.cuius uerba uide d.repl.7. Huius regulæ exceptio uidetur esse talis: Nisi debitor non suam, sed alienam rem pignori dederit. Hæc exceptio reprobatur l.22.§.si prædo.ff. de pignor. action.his uerbis:* Si prædo rem pignori dederit, competit ei & de fructibus pignoraticia actio, quamuis ipse fructus suo a non fecit. A prædone enim & fructus uindicari extantes possunt, & consumpti condici. Proderit igitur ei, quòd creditor bona fide possessor fuit.

IIII. Regula, *De omni commodo quod pignori accessit restituendo, proponitur l.21. §. quidquid. ff.de pignor. & hypoth.cuius uerba uide s. cap. 6. regula 5.*

V. Regula, *De thesauro à creditore in fundo pignorato inuento, proponitur l.63. §. quòd si creditor.ff.de adq.rer.domin.his uerbis:* Quòd si creditor thesaurum inuenerit, in alieno uidebitur inuenisse. Partem itaq; sibi, partem debitori præstabit: nec recepta pecunia restituet, quod iure inuentoris, non creditoris ex thesauro apud eum permansit, Quę cùm ita sint, & cùm ex principis authoritate creditor ut proprium agrum tenere cœperit iure dominij: intra constitutum tēpus luendi pignoris causa uertitur. Post transactum autem tempus thesaurum in eo inuentum ante solutam pecuniam, totum tenebit: oblato uerò intra constitutum tempus debito (quoniam uniuersa præstantur, atq; ut in simplici pignore reuocantur) restitui debebit, sed pro parte sola: quia dimidium inuentori semper placet relinqui. *Plura de hac re uide s. lib. 21.cap 1.*

VI. Regula, *De eo quod occasione hypothecariæ actionis uel alterius hypothecæ nomine institutæ creditor percepit. hoc quoq; debitori restituendum, uel debito compensandum. quæ regula approbatur l.21. §.fin.in fine.ff.de pignor. & hypoth.cuius uerba uide s.cap.8. quæst.6. reg.18. Concordat l.8.§. fin.ff. quib.mod. pig. soluitur. cuius uerba uide J. lib. 48. cap.22.caussa 6.Item concordat l.22.in prin.ff.de pignor.act.his uerbis:* Si pignore subrepto furti egerit creditor: totum quidquid percepit, debito imputari, Papinianus cōfitetur: & est uerum, etiamsi culpa creditoris furtum sit factum. Multo magis hoc erit dicendū in eo quod ex condictione cōsecutus est. *Concordat item l.15 in prin.ff.de furtis, hisce uerbis:* Creditoris cui pignus subreptum est, non creditotenus interest, sed omnimodo in solidum furti agere potest. Sed & pignoraticia actione id quod debitum excedit, debitori præstabit. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi creditor à debitore, non ab alio pœnæ nomine quid sit consecutus. quæ exceptio approbatur d.l. 22.§.1.his uerbis:* Sed quod ipse debitor furti actione præstitit creditori, uel condictione, an debito sit imputandum, uideamus? Et quidē non oportere restitui ei id quod ipse ex furti actione præstitit, peræquè relatum est & traditum. Et ita Papinianus libro VIII. Quęstionum ait. Idem, etsi metus causa seruum pignoratum debitori tradiderit, quem bona fide pignori acceperat. Nam si egerit quod metus causa factū est, & quadruplum sit consecutus: neq; restituet ex eo quod cōsecutus est, nec debito imputabit. *Concordat l.74.ff.de solution. his uerbis:* Modestinus respondit, Id quod pœnę nomine à debitore exactum est, lucro debere creditoris cedere. *Concordat item l. 42. ff.de condict.indebiti, his uerbis:* Pœnæ non solent reperi, cum depensæ sunt. *Concordat item l.81.ff.de furtis, hisce uerbis:* Si debitor pignus subripuit, quod actione furti soluerit, nullo modo recipit. *Cōcordat deniq; l.46. ff.de reg.iuris, hisce uerbis:* Quod à quoquam pœnæ nomine exactum est, id eidem restituere nemo cogitur.

VII. Regula, *De cedēda debitori actione ad rē persequendā, proponitur l.13.in prin.ff.de pignor.act.cuius uerba uide s.cap.4.causa 1.except.13.repl.12.*

VIII. Regula, *De cautionibus à creditore præstādis, proponitur l.15. ff. de pignor.action.his uerbis:* Creditor cùm pignus reddit, de dolo debet debitori repromittere: & si prædium pignoratum est, etiam de iure eius repromittendum: ne fortè seruitutes, cessante uti creditore, amissæ sint.

## V. QVANDO ET QVAMdiu competit actio pignoraticia?

I. Regula: *Non nisi soluto debito competit. quæ regula approbatur, simul & distinguitur s. quæst.1. except.gener.2.*

II. Regula: *Perpetua est actio. de qua re uide s. lib.36.cap.15.except.4.*

## VI. ADIVNCTA, SEV DE PRObationibus in hac actione.

I. Regula: *Creditor dicens se rem perdidisse, illud tenetur probare. quæ regula approbatur l.4. C.de action.pignor. cuius uerba uide s. quæst.1. except.1. replicat.1.*

*II. Regula. De eo si creditor scripsit se rem emisse probando, proponitur l. 19. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. d. quæst. 1. except. 12.*

## VII. ADFINIA REmedia.

*Regulariter debitori ex causis supradictis pignoraticia, non alia competit actio, ut ex iis quæ s̄. proposita sunt patet. uerùm eius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi & certi condictio generalis. quæ exceptio approbatur l. 4. §. res pignori. ff. si certum petatur, his uerbis:* Res pignori data, pecunia soluta, condici potest. *Altera exceptio est: Nisi celandi animo creditor rem retineat. tunc enim etiam furti actio competit. quæ exceptio approbatur l. 53. §. eum creditorem. ff. de furtis, hisce uerbis:* Eum creditorem qui post solutam pecuniam pignus non reddat, furti teneri Mela ait, si celandi animo retineat. Vlpianus. Quod uerum esse arbitror. *Tertia exceptio est: Nisi pignore dato pecunia debitori numerata non sit. tunc enim rei uindicatio competit. quæ exceptio approbatur l. 1. C. si pignoris conuentionem numer. pecun. secuta non sit. cuius uerba uide s̄. cap. 4. causa 13. Concordat l. 1. C. de non numerata pecunia: cuius uerba uide J. lib. 48. cap. 3. quæst. 7. reg. 1. except. 1. Quarta exceptio est: Nisi cùm creditor opus haberet pecunia, debitor cùm non posset soluere, rem suam ei dedit alij obligandam. Hæc exceptio approbatur l. 27. ff. de pignor. action. cuius uerba uide s̄. cap. 2. except. 10. Quinta exceptio est: Nisi creditor pignus alienauerit. tunc enim in rem actio competit. quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s̄. cap. 4. causa 1. exception. 13. replicat. 1. cum repl. sequentibus: item s̄. cap. 7. quæstion. 6. regul. 14. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi debitor possessori precium rei quod creditori soluit, cum usuris non restituat. Hæc replicatio approbatur l. 28. in princip. ff. de pig. action. his uerbis:* Si creditor qui rem pignori acceperat, amissa eius possessione, & Seruiana actione petierit, & litis æstimationem consecutus sit: postea debitor eandem rem petens exceptione submouetur: nisi offerat ei debitor, quod pro eo solutum est. *Concordat l. 1. in fine. C. si uendito pignore agatur. cuius uerba uide d. except. 13. repl. 2. Item concordat l. 9. ff. de rescind. uendit. his uerbis:* Fundus qui Lucij Titij erat, ob uectigal rei pub. uenit. Sed cùm Lucius Titius debitor professus esset, paratum se esse uectigal exoluere solidum: cum minoris uenisset fundus, quàm debita summa esset: præses prouinciæ rescidit uenditionem, eumque restitui iussit Lucio Titio. quæsitum est, an post sententiam præsidis, antequam ei restitueretur, in bonis Lucij Titij fundus emptus esset? Scæuola respondit, non priusquam emptori precium esset illatum: uel si precium nondum esset ab emptore solutum, in uectigal satisfactum esset. *Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi creditor iure pignus uendidit. quæ replicatio approbatur per ea quæ proposita sunt s̄. cap. 4. causa 1. exception. 13. in princip. item cap. 7. quæstion. 6. regul. 14. Huius duplicationes uide d. exception. 13. item d. exceptioni. 14. Sexta exceptio est: Nisi ex eo agatur, quòd apparitor prætoris pignus captum uiliore precio uendiderit. tunc enim de dolo actio locum habet. quæ exceptio approbatur l. 50. in fine. ff. de euictione. cuius uerba uide s̄. cap. 7. quæst. 6. regul. 3. Septima exceptio est: Nisi is cui debitor rem alienauit, agat. huic enim in rem actio competit. quæ exceptio approbatur l. 9. C. de pignor. & hypoth. cuius uerba uide s̄. quæst. 2. except. 4. Octaua exceptio est: Nisi fideiussor soluto debito pignus suscepit. hic enim non pignoraticia, sed mandati actione tenetur. quæ exceptio approbatur l. 2. ff. de pignor. & hypoth. cuius uerba uide s̄. quæstion. 1. exception. 1. repl. 1. dupl. 2. Nona exceptio est: Nisi alius quàm fideiussor soluto debito pignus in se suscepit. hic enim negociorum gestorum actione tenetur. quæ exceptio approbatur l. 31. in prin. ff. de negocijs gestis, his uerbis:* Fideiussor imperitia lapsus alterius quoque contractus, qui personam eius non contingebat, pignora uel hypothecas suscepit, & utranque pecuniam creditori soluit, existimans indemnitati suæ confusis prædijs consuli posse. Ob eas res iudicio mandati frustra conuenietur, & ipse debitorem frustra conueniet: negociorum autem gestorum actio utrique necessaria erit: in qua lite culpam æstimari satis est, non etiam casum: quia prædo fideiussor non uidetur. Creditor ob id factum ad restituendum iudicio, quod de pignore dato redditur (cum uideatur ius suum uendidisse) non tenebitur. *Decima exceptio est: Nisi ex eo quòd creditor rem contra pactum distraxerit, agatur. hoc enim casu furti actio competit. quæ exceptio approbatur l. 4. §. fin. cum lege sequente. ff. de pignor. action. cuius uerba uide s̄. cap. 7. quæstion. 5. reg. 2. Vndecima exceptio est: Nisi legatarius legatorum seruandorum causa in possessionem missus sit. hic enim cautione præstita, uel legato soluto, per interdictum de possessione deijcitur. quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s̄. lib. 33. cap. 13. quæstion. 1. causa 1. exception. 4. Duodecima exceptio est: Nisi inquilinus sola pensione prohibeatur inducta illata abducere. hoc enim casu interdictum de migrando datur. de quo J. cap. prox. Hactenus igitur de actione pignoraticia.*

## DE MIGRANDO INTERDI-ctum. Cap. XIII.

PRimò, *uerba huius interdicti proponuntur l.1. in prin. ff. de migrando, his uerbis:* Prætor ait, Si is homo quo de agitur, non est ex his rebus de quibus inter te & actorem conuenit, ut quæ in eam habitationem qua de agitur, introducta, importata, ibi nata factaue essent, ea pignori tibi pro mercede eius habitationis essent: siue ex his rebus est, & ea merces tibi soluta, eoue nomine satisfactum est, aut per te stat, quo minus soluatur: ita quo minus ei qui pignoris nomine eum induxit, inde abducere liceat, uim fieri ueto.

### II. CAVSA HVIVS INTERdicti cum eius exceptionibus.

*Si inquilinus inducta illata in habitationem abducere à domino ædium prohibeatur, competit interdictum de migrando: ut ex uerbis interdicti iam propositis constat. Cuius causæ exceptio prima hæc est: Nisi merces seu pensio habitationis non sit soluta. Hæc exceptio elicitur ex uerbis iam propositis hisce:* Et ea merces tibi soluta, &c. *Ergo non aliter interdictum hoc competit, nisi mercede uel pensione domus soluta. Cuius replicatio prima hæc est: Nisi eo nomine sit satisfactum. quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Eoue nomine satis factum est. *De qua re uide plura s̄. cap. 4. causa 4. Altera replicatio est: Nisi per dominum domus stet, quo minus ei soluatur. Et hæc replicatio approbatur uerbis interdicti s̄. propositis hisce:* Aut per te stet, quo minus soluatur. *De qua re uide s̄. ca. 4. causa 2. Tertia replicatio est: Nisi res abducenda non sit ex ijs rebus quæ pignori pro mercede sunt obligatæ. quæ replicatio approbatur uerbis interdicti s̄. propositis hisce:* Si is homo quo de agitur, non est ex his rebus, de quibus inter te & actorem conuenit, &c. *Concordat l.1. §. illud notandum. ff. de migrando, his uerbis:* Illud notandum est, prætorem hoc non exegisse, ut in bonis fuerit conductoris, nec ut sit pignori res illata, sed ut pignoris nomine inducta sit. Proinde etsi aliena sint, & sint talis quæ pignori teneri non potuerint, pignoris tamen nomine introducta sint: interdicto huic locus erit. Quòd si nec pignoris nomine inducta sint: nec retineri poterunt à locatore. *Sanè quæ res sint tales, ut pignori non sint obligatæ, quamuis inductæ uel illatæ sint, uide s̄. cap. 1. quæst. 4. causa 1. specie 1. except. 1. cum sequentibus. Quarta replicatio est: Nisi pensio nondum debeatur. Hæc replicatio reprobatur d. l. 1. §. si pensio, his uerbis:* Si pensio nondum debestur, ait Labeo interdictum hoc cessare: nisi paratus sit eam pensionẽ soluere. Proinde si semestrem soluerit, & semestris debeatur, inutiliter interdicet, nisi soluerit & sequentis semestris: ita tamen, si cõuentio specialis facta est in conductione domus, ut non liceat ante finitum annum uel certum tempus migrare. Idem est, & si quis in plures annos conduxerit, & nondũ præterierit tempus: Nam cùm in uniuersam cõductionem pignora sunt obligata, consequens erit dicere, interdicto locum non fore, nisi liberata fuerint. *Quinta replicatio est: Nisi gratis inquilinus habitet. Hæc replicatio approbatur d. l. 1. §. si tamen gratuitam, his uerbis:* Si gratuitam quis habitationem habet, hoc interdictum utile ei competit. *Hæc de prima exceptione. Secunda exceptio est: Nisi res abducendæ inquilini nõ sint. Hæc exceptio reprobatur l. 2. ff. de migrando, his uerbis:* Hoc interdictum inquilino etiam de his rebus quæ non ipsius sunt, sed fortè commodatæ ei, uel locatæ, uel apud eum depositæ sunt, utile esse non dubitatur. *Concordat l. 1. §. illud notandum. ff. eod. tit. cuius uerba uide s̄. except. prox. repl. 3. Tertia exceptio est: Nisi non inquilinus, sed colonus abducere ea quæ in fundum intulit, prohibeatur. Hæc exceptio approbatur d. l. 1. §. 1. his uerbis:* Hoc interdictum proponitur inquilino, qui soluta pensione uult migrare. Nam colono non competit. Cui rei etiam extraordinẽ subueniri potest. Ergo infrequens est hoc interdictum.

### III. QVIBVS ET ADVERSVS quos competit?

*Heredibus & in heredes datur. quæ regula approbatur l. 1. §. fin. ff. de migrando, his uerbis:* Hoc interdictum perpetuum est, & in successores & successoribus dabitur.

### IIII. QVAMDIV COMpetit?

*Perpetuum est. quæ regula approbatur uerbis d. §. fin. iam propositis hisce:* Hoc interdictum perpetuum est.

V. *Adfine remedium est, extraordinarium auxilium: quod proponitur d. l. 1. §. 1. cuius uerba uide s̄. quæst. 2. except. 3. Hæc de actionibus quæ debitori ratione pignoris competunt. Sed & interdum pignore uendito ad id recuperandum debitori actio datur: de qua dictum s̄. cap. 7. quæst. 6. reg. 13. cum sequentibus. Hactenus igitur de pignoribus & hypothecis sit dictum.*

## *DE EMPTIONE ET VENditione.*

*Cum hucusq; de obligationibus & actionibus, quæ re, item de ijs quæ verbis contrahuntur, sit dictum: consequens est ut de ijs nunc dicamus, quæ solo contrahuntur consensu, quorum definitio, species & proprietates proposita sunt ſ. lib. 36. cap. 2. diuis. 4. in fine. Inter has autem primum obtinet locum obligatio & actio empti & uenditi.*



### *DE EMPTIONE ET VENditione. Cap. I.*

#### I. CAVSA ET ORIGO HVIVS contractus quæ sit?

PRIMA regula: *Origo emendi uendendiq; à permutationib. cœpit. quæ regula approbatur l. 1. in prin. ff. de contrah. empt. his uerbis:* Origo emendi uendendiq; à permutationibus cœpit. Olim enim non ita erat nummus: neq; aliud merx, aliud preciũ uocabatur: sed unusquisq; secundum necessitatem temporum ac rerum utilibus inutilia permutabant: quando plerunq; euenit, ut quod alteri superest, alteri deest. Sed quia non semper nec facilè cõcurrebat, ut cùm tu haberes quod ego desiderarẽ, inuicem ego haberem quod tu accipere uelles: electa materia est, cuius publica ac perpetua æstimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis subueniret. Ea materia, forma publica percussa, usum dominiumq; non tam ex substantia præbet, quàm ex quantitate: nec ultrà merx utrunque est, sed alterum precium uocatur.

II. Regula: *Contractus emptionis & uenditionis iure gentium consistit. quæ regula approbatur d. l. 1. ſ. fin. his uerbis:* Emptio est iuris gentium. Et ideo consensu peragitur: & inter absentes contrahi potest. & per nuncium, & per literas. *Concordat l. 5. ff. de iusticia & iure. cuius uerba uide ſ. lib. 1. cap. 8. de iure gentium, reg. 2.*

III. Regula: *Solo consensu emptio & uenditio peragitur. quæ regula approbatur uerbis iam propositis hisce:* Et ideo consensu peragitur. *Concordat Inst. de obligat. ex consensu. cuius uerba uide ſ. lib. 36. cap. 2. diuis. 4. in fine.*

#### II. DEFINITIO NOminis.

I. Regula: *Veteres emptione & uenditione in appellationibus promiscuè utebantur. quæ regula approbatur l. 19. ff. de action. empti & uenditi, his*



*uerbis:* Veteres emptione uenditioneq; in appellationibus promiscuè utebantur. Idem est in locatione & conductione.

II. Regula: *Emptionis uocabulo lex XII. Tabul. omnem alienationem complexa est. quæ regula approbatur l. 29. ſ. fin. ff. de statuliberis. cuius uerba uide ſ. lib. 19. cap. 9. except. 42.*

#### III. SPECIES EMPTIONIS & uenditionis.

I. Regula: *Rerum permutatio, uenditio non est. quæ regula approbatur l. 1. ſ. sed an sine, usq; ad ſ. fin. ff. de contrah. empt. his uerbis:* An sine nummis uenditio dici hodie quoq; possit, dubitatur: ueluti si ego togam dedi, ut tunicam acciperẽ. Sabinus & Cassius esse emptionem & uenditionem putant. Nerua & Proculus permutationem, non emptionem hoc esse. Sabinus Homero teste utitur, qui exercitum Græcorum ære, ferro, hominibusq; uinum emere refert illis uersibus Græcis:

*Ἔνθεν ἄρ᾽ οἰνίζοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοί,*
*Ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ᾽ αἴθωνι σιδήρῳ,*
*Ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ᾽ αὐτοῖσι βόεσσιν,*
*Ἄλλοι δ᾽ ἀνδραπόδεσσιν.* id est:

*Hinc sibi certatim gentis de more comati*
*Vina parant Graij, ære dato, fulgenteq; ferro,*
*Tergoribusq;, bubus sed & ipsis, mancipijsq;.*

Sed hi uersus permutationẽ significare uidentur, non emptionem, sicut & illi:

*Ἔνθ᾽ αὖτε Γλαύκῳ Κρονίδης φρένας ἐξέλετο Ζεύς,*
*Ὃς πρὸς Τυδεΐδην Διομήδεα τεύχε᾽ ἄμειβε,*
*Χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι᾽ ἐννεαβοίων.* id est:

*Iuxtà animum Glauco Saturnius eximit, ut uel*
*Cum Diomede uecors auro radiantia mutet*
*Arma, idq; ære laboratis, capiatq; nouenis*
*Aestimata bubus pro fortè ualentibus centum.*

Magis autem pro hac sententia illud diceretur, quod aliàs idem poeta dicit:

*Τήν ποτε Λαέρτης πρίατο κτεάτεσσιν ἑοῖσι,*
*Πρωθήβην ἔτ᾽ ἰοῦσαν, ἐεικοσάβοια δ᾽ ἔδωκεν.* id est:

*Olim Laertes hanc appetente redemit*
*Pubertate, boues pendens de parte peculi*
*Viginti.*

Sed

Sed uerior eſt Neruæ & Proculi ſententia. Nam ut aliud eſt uẽdere, aliud emere: alius emptor, alius uenditor: ſic aliud eſt preciũ, aliud merx. Quod in permutatione diſcerni non poteſt: neq; uter emptor, nec uter uenditor ſit. *Concordat Inſt. de empt. & uendit. §. item precium. his uerbis:* Precium in numerata pecunia conſiſtere debet. Nã in cęteris rebus an precium eſſe poſſet, ual de quærebatur: ueluti an homo, aut fundus, aut toga alterius rei precium eſſe poſſet? Et Sabinus & Caſsius etiam in alia re putabant precium poſſe conſiſtere. Vnde illud eſt quod uulgò dicebatur: permutatione rerum emptionem & uenditionem contrahi, eamq; ſpeciem emptionis & uẽditionis uetuſtiſsimam eſſe: argumentoq; utebantur Græco poeta Homero, qui aliquam partem exercitus Achiuorum uinum ſibi comparaſſe ait, permutatis quibuſdam rebus, his uerbis:

*Ενθεν ἄρ᾽ οἰνίζοντο, &c. ut ī.*

Diuerſæ ſcholæ authores contrà ſentiebant: aliudq; eſſe exiſtimabant permutationem rerum, aliud emptionem & uenditionem. alioqui non poſſe rem expediri, permutatis rebus, quæ uideatur res ueniſſe, & quæ precij nomine data eſſe. Nam utranq; uideri & ueniſſe, & precij nomine datam eſſe, rationem non pati. Sed Proculi ſententia, dicentis permutationem propriam eſſe ſpeciem contractus à uenditione ſeparatam, meritò præualuit: cum & ipſe alijs Homericis uerſibus adiunabatur, & ualidioribus rationibus argumentabatur: quod & anteriores diui principes admiſerunt, & in noſtris Digeſtis latius ſignificatur. *Concordat item propoſitæ regulæ l. 5. §. & ſi quidem. ibi: quia non placet. ff. de præſcriptis uerbis. cuius uerba uide ȷ. lib. 44. cap. 1. quæſt. 1. cauſa 4.*

I I. *Regula: Litis æſtimatio uenditionis ſpecies eſt. quæ regula approbatur l. 1. ff. pro emptore, his uerbis:* Poſſeſſor qui litis æſtimationem obtulit, pro emptore incipit poſsidere. *Concordat l. 3. ff. eod. tit. his uerbis:* Litis æſtimatio ſimilis eſt emptioni.

I I I. *Regula: Si res in dotem æſtimata datur, uenditio eſt. quæ regula approbatur l. 9. §. fin. ibi: in propoſito. ff. qui potiores in pignore. cuius uerba uide ī. lib. prox. cap. 9. reg. 1. except. 39. repl. 1. Concordat l. 10. §. ſi ante. ibi: ſecutis igitur. ff. de iure dotium. cuius uerba uide ī. lib. 15. cap. 6. except. 23. repl. 1. duplic. 1. Concordat item l. 69. §. penult. ff. eod. tit. cuius uerba uide ī. lib. 15. cap. 10. regul. 1. exception. 3. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi quoad euictionem præſtandam. quæ exceptio approbatur d. l. 69. §. cùm res. cuius uerba uide ī. lib. 15. cap. 3. quæſtion. 1. except. 2.*

I I I I. *Regula: Conſentire uenditioni non eſt uendere. quæ regula approbatur l. 120. in prin. ff. de reg. iuris, hiſce uerbis:* Aliud eſt uendere, aliud eſt uendenti conſentire.

V. *Regula: Si res ita uendita ſit, ne dominium eius ad emptorem tranſeat, uenditio non eſt. quæ regula approbatur l. 80. §. fin. ff. de contrah. empt. his uerbis:* Nemo poteſt uideri eam rem uendidiſſe, de cuius dominio id agitur, ne ad emptorẽ tranſeat: ſed hoc aut locatio eſt, aut aliud genus contractus.

V I. *Regula: Si res æſtimata uendenda datur, non eſt uenditio. quæ regula approbatur l. 1. in prin. ff. de æſtimatoria. cuius uerba uide ȷ. lib. 43. cap. 6. quæſt. 5. except. 5.*

V I I. *Regula: Venditio ſimulata, uenditio non eſt, ſed donatio. quæ regula approbatur l. 36. ff. de contrah. empt. his uerbis:* Cùm in uenditione quis precium rei ponit, donationis cauſa non exacturus: non uidetur uendere. *Concordat l. 3. C. eod. tit. his uerbis:* Si donationis cauſa, uenditionis ſimulatus contractus eſt, emptionis deficit ſubſtantia. Sanè ſi in poſſeſsionem rei, &c. *Reliqua uerba uide ī. lib. 35. cap. 1. quæſt. 5. Concordat item l. 9. in fine. C. eod. tit. his uerbis:* Et ſi donationis gratia prædij factam uenditionem traditio ſequatur: actione precij nulla competente, perficitur donatio. *Plura de hac re uide ȷ. cap. 1. except. 28.*

V I I I. *Regula: Si rem aliquam fieri nobis uelimus, & nihil aliud quàm pecuniam damus: emptio eſt, non conductio. quæ ſpecies approbatur per ea quæ proponuntur ȷ. lib. 43. cap. 5. quæſt. 1. except. 1. eiuſq; exemplum proponitur l. 65. ff. de contrah. empt. his uerbis:* Conuenit mihi tecum, ut certum numerum tegularum mihi dares, quas tu faceres: utrum emptio eſt, an locatio? Iabolenus. Reſpondi: Si ex meo fundo tegulas tibi factas ut darem conuenit: emptionem puto eſſe, non conductionem. Toties enim conductio alicuius rei eſt, quoties materia, in qua aliquid præſtatur, in eodem ſtatu eiuſdem manet: quoties uerò & immutatur & alienatur, emptio magis quàm locatio intelligi debet.

I X. *Regula: Si inſulam tibi uendidi certa pecunia, & ut aliam meam inſulam reficias: item ſi uendita area conuenit, ut ea ædificata, pars eius mihi redderetur: emptio & uenditio eſt, non locatio. quæ ſpecies approbatur l. 6. §. 1. ff. de action. empti, his uerbis:* Si uendidi tibi inſulam certa pecunia, & ut aliam inſulam meam reficeres, agam ex uendito ut reficias. Si autem hoc ſolùm ut reficias eam conuenit: non intelligitur emptio & uẽditio facta, ut Neratius ſcribit. Sed ſi areã tibi uẽdidi certo precio,

& tra-

& tradidi, ita ut iusula ædificata partem dimidiam mihi retradas: uerum eſt, ut ædifices, agere me poſſe ex uendito, & ut ædificatam mihi rerradas. Quamdiu enim aliquid ex te ueudira apud te ſupereſt: ex uendito me habece actionem conſtat. *Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi nulla pecunia interueniente, tantum pro precio conuenit, ut aliam meam inſulam reficeres. tunc enim contractus eſt innominatus, ex quo præſcriptis uerbis agendum. quæ exceptio approbatur l.6.ff.de præſcriptis uerbis, in hæc uerba:* Inſulam hoc modo, ut aliam inſulam ceficetes, uendidi. Neratius reſpondit, nullam eſſe uendirionem. ſed ciuili intentione incerti agendum. *Plura de regula propoſita uide j.lib.prox. cap.9. quæſt.1. cauſſa 3.except.2.*

IIII. EVENTVS VENDItionis.

I. *Regula: Venditor non habet neceſſe rem emptoris facere. quæ regula approbatur l.25.ff.de contrah.empt.his uerbis:* Qui uendidir, noo habet neceſſe fundum emptoris facece: ut cogituc qui fundum ſtipulanti ſpopoodit. *Ait Iuriſconſultus:* Vt cogituc qui fundum ſtipulanti ſpopondit. *De hac re uide ſ.lib.18. cap.8.reg.11. Concordat propoſitæ regulæ l. 11. in prin.ibi: quæ res.ff.de action.empti. cuius uerba uide j.lib.prox.cap.1.quæſt.1. cauſa 3. Item concordat l.30.§.fin.ibi: quamuis enim.ff.eod.tt. cuius uerba uide j.lib.prox.cap.7. quæſt.1. except.3.repl.1. Item concordat l.1.in prin.ibi: uenditori.ff. de rerum permutat.cuius uerba uide j.cap.10.quæſt.2.reg.1.*

II. *Regula: Emptor neceſſe habet numos uenditoris facere. quæ regula approbatur d.l.1.in prin. ibi: emptor enim. Concordat d. l. 11. uerſ. quæ res, in fine, his uerbis:* Emptoc numos ueuditoris facece cogituc.

III. *Regula: Alienatio cùm fit, cum ſua cauſa dominium ad alium tranſit. quæ regula approbatur l. 67.ff.de contrah.empt.cuius uerba cum concordantib.uide ſ. lib.22. cap.8. quæſt. 4. reg.1. Concordat item l.13.in prin. C. de act.empti. cuius uerba uide j. lib.prox.cap.2. reg.1. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi aliquid nominatim ſit exceptum. quæ exceptio approbatur d.l.67.in fine. Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi in præiudicium tertij aliquid conuenit: utputa ut uenditor, non emptor onus ſeu tributum prædij ſuſtineat. hoc enim tertio non nocet. quæ replicatio approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſ.lib.11.cap.9.quæſt.3.reg.7.except.2. item lib.37.cap.7.in prin. Altera exceptio eſt: Niſi obligatio ſit perſonalis. quæ exceptio approbatur exemplo l.ult.§.fin.ff.de contrah.empt.his uerbis:* Lucius Titius pcomiſit de fundo ſuo centum millia modiorum frumenri auoua præſtace pro prædijs Caij Seij. Poſtea Lucius Titius uendidit fundum, additis uerbis his: Quo iure quæq; cõditioue ea prædia Lucij Titij hodie ſunt, ita ueneăt, itaque habebuutur. Qoæco, au emptor Caio Seio ad præſtationem fcumeoti ſit obnoxius? Scæuola reſpoodit, emptorem Caio Seio ſecundom ea quæ proponerentuc, obligatum non eſſe. *Aliud exemplum proponitur l. 9. C. de locato & conducto. cuius uerba cum concordantibus uide j.reg. 6. Plura de regula propoſita uide d.quæſt.4.reg.1.*

IIII. *Regula: Emptori uenditoris iura proſunt, ideoq; eius defenſionibus uti poteſt. quæ regula approbatur l.198.§.penult.ff. de reg. iuris, hiſce uerbis:* Pleruoq; emptoris eadem debet eſſe cauſa cicca petendom ac defendẽdum, quæ fuit autoris. *Concordat l.76.§.cum qui. ff.de contrab.empt.cuius uerba uide ſ. lib.22. cap.5. except.34.repl.2.exemplo 1. Concordat item l.28.C. de euictionib.his uerbis:* Emptori etiam uenditoris iura pcodeſſe, non ambigitut. Si igitur oobis pcopter cei pcoprierarem mota fuerit quæſtio: tam pcoprijs qoàm uenditoris defenſionibos oti poteriris.

V. *Regula: Neq; nocere neq; prodeſſe emptori dolus uenditoris debet. quæ regula approbatur l.17. ff.de action.empt.his uerbis:* Sicur æquum eſt, bonæ fidei emprori alterius dolum non nocece: ita non eſt æquum, eidem perſonæ uenditoris ſui dolum prodeſſe. *Concordat l.3.C.de periculo & com.rei uenditæ, his uerbis:* Dolum auctoris bonæ fidei emptori nou nocece, certi iuris eſt. *Plura de hac re uide j.cap.prox.except.18.*

VI. *Regula: Emptor non habet neceſſe ſtare colono cui uenditor locauit, niſi ea lege emit. quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur l.9. C.de locato & conducto, his uerbis:* Emptorem quidem fundi neceſſe non eſt ſtace colono, cui prioc domiuus locauit: uiſi ea lege emit. Verùm ſi probetuc aliquo pacto conſeoſiſſe, ut io eadem coodunctione maneat, quamuis ſine ſcripto: booæ fidei iodicio ei quod placuir, parêre cogituc. *Concordat l.25.§.qui fundum.ff.eod.tt.his uerbis:* Qoi fuudum fcuendum uel habitationem alicui locauir: ſi aliqua ex cauſa fundum uel ædes ueodat, curare debet ut apod emptorem quoq; eadem pactione & colono fcui, & inquilino habitare liceat. Alioqoin is pcohibitus aget cum eo ex coudocto. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi ea lege emptor fundum emit, ne colonum expellat. quæ exceptio approbatur uerbis d.l.9.iam propoſitis hiſce:* Niſi ea lege emit. *Concordat d.§.qui fundum, uerbis iam propoſitis hiſce:* Corace debet, ut apod emptorem, &c. *Altera exceptio eſt: Niſi emptor alia ratione, quàm pacto, locationi uenditoris conſenſerit. Et hæc exceptio approbatur uerbis d.l.9.ſ. propoſitis hiſce:* Verùm ſi probetur aliquo pacto conſenſiſſe, &c. *Tertia*

*exceptio*

*exceptio est: Nisi emptor sit fundi patrimonialis. hic enim tenetur stare colono. quæ exceptio approbatur l. 3. C. de mancip. & colonis patrimon. cuius uerba uide ī. lib. 11. cap. 9. quæst. 3. reg. 6.*

Euentus rescissæ uenditionis.

VII. Regula: *Si arra data, alter sine alterius consensu à contractu emptionis & uenditionis nondum perfecto recedat: siquidem emptor sit, perdit id quod arræ nomine datum est: sin autem uenditor sit, duplum alteri præstare cogitur. quæ regula approbatur l. 16. §. fin. C. de fide instrument. his uerbis:* Sancimus ut in posterum, si quæ arræ super facienda emptione cuiuscunque rei datæ sunt, siue in scriptis, siue sine scriptis: licet non sit specialiter adiectum, quid super his arris non procedente contractu oporteat fieri: tamen & qui uendere pollicitus est, uenditionem recusans, in duplum eas reddere cogatur: & qui emere pactus est, ab emptione recedens, datis à se arris cadat, repetitione earũ deneganda. *Concordat Inst. de empt. & uendit. §. ita tamen. cuius uerba uide J. cap. 4. exception. 1.*

VIII. Regula: *Rescissa uel non rescissa uenditione, arra emptori restituenda. quæ regula approbatur l. 11. §. is qui uinum, cum sequent. ff. de action. empti, his uerbis:* Is qui uinum emit, arræ nomine certam summam dedit. Postea conuenerat, ut emptio irrita fieret. Iulianus ex empto agi posse ait, ut arra restituatur, utilemque esse actionem ex empto etiam ad distrahendam (inquit) emptionem. Vlpianus. Ego illud quæro, si anulus datus sit arræ nomine, & secuta emptione, precioque numerato, & tradita re, anulus non reddatur: qua actione agendum sit? utrum condicatur, quasi ob causam datus, & causa finita sit: an uerò ex empto agendum sit? Et Iulianus dicit, ex empto agi posse. Certè etiam condici poterit: quia iam sine causa apud uenditorem est anulus. *Concordat l. 2. C. quando liceat ab empt. disced. his uerbis:* Perfectam emptionem atq; uenditionem re integra tantùm pacto & consensu posse dissolui, constat. Ergo siquidem arræ nomine aurum datum sit: potes hoc solùm secundum fidem pacti recuperare. Sin uerò partem precij persoluisti, ad ea quæ uenditorem oportet ex uenditione præstare, magis actionem, quàm ad precij quantitatem, quam te dedisse significas, habes. *Concordat item l. 3. C. de action. empti & uenditi, his uerbis:* Ex arrali pacto personalis duntaxat actio paciscentibus præparatur. *Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi emptor nolit stare emptioni, uenditore stare parato. quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt ī. reg. prox. Altera exceptio est: Nisi cùm inter emptorem & uenditorem conuenisset, ut non soluto intra certum tempus precio, emptor arras perderet: intra statutum tempus precium solutum non sit. Hæc exceptio approbatur l. 1. C. de pactis inter empt. & uenditor. his uerbis:* Si ea lege prædium uendidisti, ut nisi intra certum tempus precium fuisset exolutum, emptrix arras perderet, & dominium ad te pertineret: fides contractus seruanda est.

IX. Regula, *De precio soluto repetendo, si uenditio uel inutilis est, uel alia ratione rescissa, proponitur l. 22. cum lege sequente. ff. de contrah. empt. his uerbis:* Hanc legem uenditionis, Si quid sacri uel religiosi est, eius nihil uenit: superuacuam dicimus non esse, sed ad loca modica pertinere. Cæterùm si omne religiosum uel sacrum uel publicum uenierit, nullam esse emptionem: & quod soluerit eo nomine, emptor condicere potest. *Concordat l. 16 ff. eod. tit. cuius uerba uide J. cap. 3. except. 17. Item concordat l. 41. §. fin. ff. eod. tit. his uerbis:* Massam argento coopertam mihi ignoranti pro solido uendidisti imprudens: nulla est emptio, & pecunia quæ eo nomine data est, condicetur. *Concordat item l. 52. ibi: planè si mihi precium. ff. eod. tit. cuius uerba uide ī. lib. 22. cap. 11. reg. 5. Concordat item l. 57. ff. eod. tit. cuius uerba uide J. cap. 3. except. 18. Item concordat l. 7. ff de hæred. uel action. uend. cuius uerba uide J. cap. 7. regul. 1. exception. 2. Item concordat l. 8. §. quòd si pendente. ff. de periculo & commodo rei uenditæ. cuius uerba uide J. cap. prox. exception. 1. Item concordat l. 11. §. si quis uirginem. ff. de action. empti. cuius uerba uide J. lib. proxim. cap. 1. causa 19. Item concordat l. 24. in prin. ff. eod. tit. cuius uerba uide J. d. cap. 1. quæstion. 2. regul. 4. exception. 1. replicat. 3. Planè propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi soluto precio, nudo pacto conuenerit, ut ab emptione recedatur. tunc enim ad preciũ repetendum actio non datur. quæ exceptio approbatur l. 2. C. quando liceat ab empt. disced. cuius uerba uide ī. regul. proxim. Concordant ea quæ proposita sunt ī. lib. 37. cap. 3. exception. 47. replication. 1.*

X. Regula: *Rescissa uenditione, fructus medio tempore percepti uenditoris sunt, non emptoris. quæ regula approbatur l. 6. C. de pactis inter emptor. & uenditor. his uerbis:* Cùm te fundum tuum, certæ rei contemplatione inter uos habita, exiguo precio in alium transtulisse commemores: poterit tibi ea res non esse fraudi: quando non impleta promissi fide, dominij tui ius in suam causam reuerti conueniat. Et ideo aditus competens iudex fundum, cuius mentionem facis, restitui tibi cum fructibus suis sine ulla ludificatione, sua authori-

tate perficiet: præcipuè cum & aduersa pata, receptis numis suis, nullam passa posit uideri iniuriam. *Concordat l. 8. §. quòd si pendente. ff. de periculo & commodo rei uenditæ. cuius uerba uide J. cap. proxim. exception. 1.*

X I. *Regula: Periculum & commodum rei uenditæ regularuer ad emptorem pertinet. quæ regula approbatur, simul & distinguitur J. cap. proxim.*

X I I. *Regula: Ex emptione & uenditione actio empti & uenditi oritur. de quibus cum adsinibus earum remedijs dicetur J. lib. prox.*

X I I I. *Regula: Exceptio quoq; rei uenditæ hinc oritur. quæ regula approbatur, simul & distinguitur l. 1. §. fin. ff. de except. rei uenditæ. his uerbis:* Si quis rem emerit, non autem fuerit ei tradita, sed possessionem sine oicio fuerit nactus, habet exceptionem contra uenditorem: nisi fortè uenditor iustam caussam habeat, ut rem uindicet. nam etsi tradiderit possessionem, fuerit autem ei iusta caussa uindicandi: replicatiooe aduersus exceptionem utetor. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi iusta ratione uenditio sit inutilis. quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Nisi fortè uenditor, &c. *Cuius species uide J. in exceptionibus cap. 3. cum sequentibus propositis. Quibus autem & aduersus quos exceptio proposita competat, definitur l. ult. ff. de except. rei uenditæ, his uerbis:* Exceptio rei uenditæ & traditæ non tantùm ei cui res tradita est, sed & successoribus eius & emptori secundo (etsi res ei non fuerit tradita) proderit. Interest enim emptoris primi, secundo rem non euinci. Pari ratione uenditoris etiam successoribus nocebit: siue in uniuersum ius, siue in eam duntaxat rem successerint.

## *DE PERICVLO ET commodo rei uenditæ.*
## *Cap. II.*

P*ericulum rei uenditæ regulariter ad emptorem, non ad uenditorem pertinet: ergo & commodum. quæ regula approbatur Inst. de empt. & uendit. §. cùm autem, his uerbis:* Cùm emptio & uenditio contracta est (quod effici diximus, simolatque de precio conuenerit) cum sine scriptura res agitur: periculum rei uenditæ statim ad emptorem pertinet, tametsi adhuc ea res emptori tradita non sit. Itaque si homo mortuus sit, uel aliqua parte corporis læsus fuerit, aut ædes totæ uel aliqua ex parte incendio consumptæ fuerint, aut fundus ui fluminis totus uel aliqua ex parte ablatus sit, siue etiam inondatione aquæ, aut arboribus rorbine deiectis longè minor aut deterior esse cœperit: emptoris damnum est, cui necesse est, licet rem non fuerit nactus, preciom soloere. Quidquid enim sine dolo & culpa uenditoris accidit, in eo uenditor securus est. Sed etsi post emptionem fundo aliquid per allouionem accesserit: ad emptoris commodum pertiuet. Nam & commodum eius esse deber, cuius periculum est. *Concordat l. 7. in princip. ff. de periculo & commodo rei uenditæ, his uerbis:* Id qood post emptionem fundo accosait per alluuionem, uel perijt: ad emptoris commodum incommodomq́oe pertinet. Nam ut si totus ager post emptionem flumine occupatus sit, periculum esset emptoris: sic igitur & commodom eius esse deber. *Concordat item l. 8. in princip. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. exception. proxim. Item concordat l. 1. C. de periculo & commodo rei uenditæ, his uerbis:* Post perfectam uenditionem omne commodum & incommodum, quod rei uenditæ contingit, ad emptorem pertinet. Auctor enim ex his tantùm causis suo ordine tenetur, quæ ex præcedente tempore causam eoictionis paranr: & ita si ei denunciatum est, ut causæ agendæ adesset, & non absente emptore contra eum pronunciatum est. *Item concordat l. 5. C. eod. tt. his uerbis:* Cùm speciem uenditam per uiolentiam ignia absomptam dicas: si uenditionem nulla conditio sospenderat, amissæ rei periculom te non adstriugit. *Concordat item l. 12. C. de action. empti & uenditi. cuius uerba uide J. lib. proxim. cap. 2. reg. 11. Item concordat l. 39. in fine. ff. de solutionib. cuius uerba uide J. lib. 40. cap. 19. except. 11. repl. 3. dupl. 1. Planè proposita regula plures recipit exceptiones, de quib. sequitur.*

I. EXCEPTIO: *Nisi emptio nondum fuerit perfecta. Hæc exceptio cùm ex præcedentibus constat, tum approbatur etiam, simul & declaratur l. 8. in princip. ff. de periculo & commodo rei uenditæ, his uerbis:* Necessariò sciendum, quando perfecta sit emprio. tunc enim scimus cuius periculum sit. Nam perfecta emptione periculum ad emptorem respiciet. Et quidem si id quod uenierit, appatet quid, quale, quantum sit, & preciom, & porè uenit: perfecta est emptio. Quòd si sub conditioue res uenierit, siquidem defecerit conditio: nulla est emprio, sicuti nec stipulatio. Quòd si extiterit, Proculus & Octauenus emptoris esse periculom aiunt. Idem Pomponius libro nono probat. Quòd si penden-

te conditione emptor uel uenditor decesserit: constat, si extiterit conditio, hæredes quoq; obligatos esse, quasi iam contracta emptione in præteritum. Quòd si pendente conditione res tradita sit, emptor non poterit eam usucapere pro emptore. Et quod precij solutum est repetetur, & fructus medij temporis uenditoris sunt, si pendente conditione res fuerit extincta. Perimitur enim emptio, sicuti & stipulationes, & legata conditionalis perimuntur. Sanè si extat res, licet deterior effecta: potest dici esse damnum emptoris. *Concordat l. 57. ff. de contrah. empt cuius uerba uide j. cap. prox. except 18. repl. 1. Sanè propositæ exceptionis species, nec non replicationes uide in exceptionibus sequentibus.*

II. EXCEPTIO: *Nisi conditio emptionis nondum extiterit. Hæc exceptio approbatur uerbis d. l. 8. iam propositis hisce:* Quòd si extiterit, Proculus & Octauenus emptoris esse periculum aiunt. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi conuenit, ut etiam pendente conditione ad emptorem periculum spectet. quæ replicatio approbatur l. 10. in prin. ff. de periculo & com. rei uenditæ, his uerbis:* Si in uenditione conditionali hoc ipsum conuenisset, ut res periculo emptoris seruaretur: puro pactum ualere. *Altera replicatio est: Nisi ante existentem conditionem res emptori tradita sit. Hæc replicatio reprobatur l. 8. §. quòd si pendente. ibi: & fructus medij. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. except. prox. Tertia replicatio est: Nisi sub contrarijs conditionibus emptio sit contracta, puta siue nauis ex Asia uenerit, siue non uenerit. Hæc replicatio approbatur d. l. 8. §. si ita res, his uerbis:* Si ita res uenierit, Esto seruus ille emptus siue nauis ex Asia uenerit, siue non uenerit: Iulianus putat statim perfectam esse uenditionem, quoniam certum sit eam contractam. *Quarta replicatio est: Nisi res non in totum extincta sit, sed tantùm deterior facta. quæ replicatio approbatur d. §. quòd si pendente, in fine. Plura de proposita exceptione uide j. cap. 4. except. 5.*

III. EXCEPTIO: *Nisi cùm res illa aut illa empta esset, nondum electio facta sit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 34. §. si emptio. ff. de contrab. empt. his uerbis:* Si emptio ita facta fuerit, Esto mihi emptus Stichus aut Pamphilus: in potestate est uenditoris, quem uelit dare, sicut in stipulationibus. Sed uno mortuo, qui superest dandus est. Et ideo prioris periculum ad uenditorem, posterioris ad emptorem respicit. Sed et si pariter decesserint: precium debebitur. unus enim utiq; periculo emptoris uixit. Idem dicendum est, etiamsi emptoris fuit arbitrium, quem uellet habere: si modò hoc solum arbitrio eius commissum sit, ut quem uoluisset emptor haberet: non etiam illud, an emptum haberet.

IIII. EXCEPTIO: *Nisi res emptori nondum fuerit tradita. Hæc exceptio reprobatur l. ult. C de periculo & commodo rei uenditæ, his uerbis:* Mortis casus ancillæ distractæ etiam ante traditionem sine mora uenditoris dilatam, non ad uenditorem, sed ad emptorem pertinet: & hac non ex præterito uicio rebus humanis exempta, solutionem precij emptor non rectè recusat. *Concordat l. 4. C. eod. tit. his uerbis:* Cùm inter emptorem & uenditorem contractu sine scriptis inito de precio conuenit, moraq; uenditoris in traditione non intercessit: periculo emptoris rem distractam esse, in dubium non uenit. *Item concordat l. 62. §. fin. in fine. ff. de contrab. empt. cuius uerba uide j. exception. 8. Item concordat Institut. de empt. §. cùm autem. cuius uerba uide s. eod. capite in princip. Item concordat l. 14. in princip. ibi: & sanè. ff. de furtis. cuius uerba uide j. exception. 19.*

V. EXCEPTIO: *Nisi uenditor in mora tradendi fuerit. Hæc exceptio elicitur ex uerbis d. l. 4. C. de periculo & commodo rei uenditæ, s. exception. proxim. propositis hisce:* Moraque uenditoris in traditione non intercessit. *Item uerbis d. l. 6. C. eod tit. s. d. except. propositis hisce:* Sine mora uenditoris dilatam. *Concordat l. 12. cum duabus legibus sequentibus. ff. eod. tit. his uerbis:* Lectos emptos ædilis, cùm in uia publica positi essent, concidit: si traditi essent emptori, aut si per eum stetisset, quo minus traderentur: emptoris periculum esse placet. Eumque cum ædili, si id non iure fecisset, habiturum actionem legis Aquiliæ: aut certè cum uenditore ex empto agendum, ut is actiones suas quas cum ædili habuisset, ei præstaret. Quòd si neque traditi essent, neque emptor in mora fuisset, quo minus traderentur: uenditoris periculum erit. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi per emptorem quoq; mora accipiendi sit facta. Hæc replicatio approbatur l. 51. in princip. ff. de action. empti & uenditi, his uerbis:* Si & per emptorem & uenditorem mora fuisset, quo minus uinum præberetur, & traderetur: Labeo perinde esse ait, quasi si per emptorem solum stetisset. Non enim posse uideri moram per uenditorem emptori factam esse, ipso emptore posteriorem moram faciente.

VI. EXCEPTIO: *Nisi uinum emptum nondum sit degustatum.* *Hæc exceptio approbatur l. 4. §. difficile autem est. ff. de periculo & commodo rei uenditæ, his uerbis:* Difficile est ut quisquam sic emat, ut neque degustet. Quare si dies degustationi adiectus non erit: quandocunque degustare emptor poterit, & quoad degustauerit, periculum acoris & mucoris ad uenditoram partinebit. Dies autem degustationi præstitutus meliorem conditiooem emptoris facit. *Concordat l. 34. §. alia caussa. ff. de contrab. empt. his uerbis:* Alia caussa degustandi est, alia metiendi. gustus enim ad hoc proficit, ut improbare liceat: mensura uerò non eo proficit, ut aut plus aut minus ueneat, sed ut appareat quantum ematur. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi non ita uinum uenit, ut degustaretur. Hæc replicatio approbatur d. l. 4. §. ex hoc apparet, his uerbis:* Apparet, si oon ita uinum oenit, ot degustaretur: neque acorem oequa mutorem uenditorem præstare debere, sed omne periculum ad emptorem pertinere. Difficile autem est, ut quisquam sic emat, ut neque degustet. *Concordat l. 1. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide* ℐ. *except. 11. Altera replicatio est: Nisi cùm dies degustationi esset præstitutus, intra illum diem emptor non degustauerit. quæ replicatio ipso quidem iure subsistit: nec obstant uerba paulo superius proposita hæc:* Dies autem degustationi præstitutos meliorem conditionem emptoria facit. *Quod enim ait Iurisconsultus*, Meliorem: *intellige, quàm esset, si nihil de degustando esset dictum. ita interpretatur Accursius. Replicatio itaq; proposita ipso quidem iure subsistit, uerùm eius duplicatiò hæc est: Nisi per uenditorem steterit, quo minus intra statutum diem uinum degustaretur. quæ duplicatio approbatur d. l. 4. in prin. his uerbis:* Si quis uioa ueodiderit, & intra diem certum degustanda dixerit: deiode per ueoditorem steterit, quo minus degustareotur: utrum præteritum duntaxat periculum acoris & mucoria uenditor præstare debeat, an uerò etiam die præterito: ut si fortè corrupta sint postea quàm dies degustandi præterijt, periculum ad emptorem pertinaat: an uarò magis emptio sit soluta, quasi sub conditione oenierit, hoc est, si ante diem illum fuissent degustata? & intererit quid actum sit. Ego autem arbitror, si hoc in occulto sit: debere dici emptionem manere: periculom aotem ad ueoditorem respicere, etiam oltra diem degustando præfinitum: quia per ipsum factum est. *Tertiæ replicationis loco notandum, quòd exceptio proposita in periculo acoris & mucoris tantùm obtineat locum. de isto enim periculo d. l. 4. specialiter loquutur, ut ex uerbis hactenus propositis constat. Aliud igitur præter acoris & mucoris periculum (utputa si uinum effusum sit, uel per uim ablatum) etiam ante degustationem post perfectam emptionem non ad uenditorem, sed ad emptorem pertinebit: nisi uenditor periculum in se susceperit. quæ replicatio cum sua distinctione seu duplicatione approbatur l. 1. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide* ℐ. *except. 11. Concordat l. 15. §. in his quæ. ff. de contrab. empt. cuius uerba uide* ℐ. *except. proxim.*

VII. EXCEPTIO: *Nisi ea quæ pondere, numero uel mensura constant, uendita nondum sint adpensa, admensa uel adnumerata. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 15. §. in his quæ. ff. de contrab. empt. his uerbis:* In his qoæ pondere, oumero, mensura constant (oeluti frumeoto, uino, oleo, argento) modò ea seruantur quæ in cæteris, ut simulatqoe de precio cooueneærit, uideatur perfecta oenditio: modò ut etiamsi da ptecio conuenerit, non tamen alitar uideatur peifecta oandirio, quàm admeosa, adpeosa, adoumerata siot. osm si omne uinom, uel oleum, oel frumentum, uel argentum (qoantumcunqoa esset) ono precio uenierit: idem iuris est quod io cætaris rebus. Quòd si uenierit uinum ita, ot in singulas amphoraa: item oleum, ut io singnlas metretas: item frumentum, ut io singulos modios: item argentom, ot io siogulas libras certum preciom diceretor, quæritor quando oideatut emptio perfici? Quod similiter scilicet quæritur & de his qoæ numero coostant, si pro numero corporum preciom fuerit statutum. Sabinus & Cassios tunc perfici emprioo em existimant, cùm adoumerata, admansa, adpensa sint: quia oenditio qoasi sub hac conditione uidetur fieri, ot in singulaa metretas, aut in singuloa modios, qoos quasúe admeosus aris: aot in singulas libras, quas adpeoderis: aut io singula eorpora, quæ adnumeraueris. Ergo & si grex uenierit, siquidem uniuersaliter uno precio: perfecta uidetur, postquam de precio conuenerit. Si uerò singula corpora certo ptecio: eadem erunt quæ proximè tractauimos. Sed etsi ex doliario pars uini uenierit (ueluti metretæ centum) oerissimum est (qood & constare uidetur) anteqoam admetiatur, omoe periculum ad uenditorem pertinere: nec interest, otrum omnium ceotum metretarum semel dictom sit, an in singulas metretas. *Concordat l. 1. §. sed & custodiam. ff. de*

*periculo*

*periculo & commodo, his uerbis:* Custodiam ad diem mensuræ oenditor præstare debet: priusquam enim admetiatut uloum, quasi nondum uenit. Post mensutam factam uendiroria definit esse periculum. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi non ad mensuram, numerum, uel pondus sit uenditum: sed omne uinum, uel omne frumentum quod ibi est. tunc enim etiam antequam admensa, adpensa uel adnumerata sunt, periculum ad emptorem pertinet. quæ replicatio approbatur uerbis d. §. in his quæ, iam propositis hisce:* Nam si omne uioum, uel oieum, uel frumentum, uel argentum (quantumcunque esset) uoo precio uonierit: idem iuria est, quod in cæteria rebus. *Item uerbis ibidem propositis hisce:* Ergo etsi grex uenierit, siquidem uniuersaliter uno precio: perfecta uidetur, postquam de precio coouenerit. *Concordat d. l. 1. §. sed etsi ante, his uerbis:* Et ante monsutam periculo uenditor liberatur, si non ad mensuram ueodidit: fortè amphoras, uel etiam singula dolia. *Item concordat l. 2. C. de periculo & commodo rei uenditæ, his uerbis:* Cùm conueoit ot siogulæ amphoræ oini certo precio ueneant: antequam tradantur, imperfecta etiam tunc uenditione: periculom uini mutati emptoria qui moram mensuræ faciendæ non interposuit, oō fuit. Cùm autem oniuersum quod iu horreia erat positum, uenisse sine mensura, & clauea emptoribua traditas allegaa: post perfectam ueoditionem, quod uino mutato damnum accidit, ad emptorō pertinet. Hæc omnia locum habent, non solùm si uinū, &c. *Altera replicatio est: Nisi in nondum admensis, adpensis, uel adnumeratis uis maior contigerit sine culpa uenditoris. Hæc replicatio approbatur l. 2. §. fin. ff. de periculo & commodo rei uenditæ, his uerbis:* Custodiam ante admetiendi diem qualem uenditotem præstate oporteat: utrum pienam, ut & diligentiā præstet: an uerò dolum duotaxat, uideamuat & puto eam diligentiam uenditorō exhibero debere: ut tamen fatale damoō, uei uis magna eum excuset. *Tertia replicatio est: Nisi per emptorem steterit, quo minus sibi admetiatur, adpendatur, uel adnumeretur. Hæc replicatio approbatur l. 5. ff. de periculo & commodo rei uenditæ, his uerbis:* Si per emptorem steterit, quo minua ad diem uinum tolleret: postea nisi quod dolo malo uenditoria intetceptum est, non debet ab eo præstari. Si (uetbi gratia) amphoræ centum ex eo uino quod in cella esset, uenieriot: si id admensum est, donec admetiatur, omne periculum uenditoria est: nisi id per emptotem fiat. *Quarta replicatio est: Nisi res immobilis, utputa fundus, ad mensuram uendatur. Hæc replicatio approbatur l. 10. in fine ff. de periculo & commodo rei uenditæ, his uerbis:* Vt lib. VI. Digestotum Iuliani Scæuola notat, fundi nomine emptor agere non potost: cùm, priusquam mensura fieret, inuodatione aquatum, aut chasmate, aiiove quo casu pars fundi interierit. *Hæc replicatio in casu proposito uidetur supradictæ 2. replicationis species esse.*

VIII. EXCEPTIO: *Nisi ea quæ auersione ueneunt, nondum sint auecta uel sublata. Hæc exceptio reprobatur l. 62. §. fin. ff. de contrah. empt. his uerbis:* Rea auersione empta, si non dolo uenditoria factum sit, ad periculum emptoris pertinebit: etiamsi adsignata non sit. *Planè admittitur exceptio proposita primùm, si dolo uenditoris factum sit. hoc enim periculum ad uenditotem, non emptorem spectat. quæ distinctio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Si oon dolo oenditoria factum sit. *De qua uide plura* J. *exception. 18. Secundò admittitur exceptio proposita, si culpa uenditoris damnum datum sit, uel negligentia. quæ distinctio approbatur l. 4. §. si auersione. ff. de periculo & commodo rei uenditæ, his uerbis:* Si auersiono uioum oenit, custodia tamen præstanda est. *Huius distinctionis replicatio hæc est: Nisi post tempus auersioni constitutum, damnum contigerit. quæ replicatio approbatur, simul & declaratur definitione temporis, quo auehi uinum debet, d. l. 4. §. uino, his uerbis:* Vino per auersionem ueodito, finia custodiæ est auehendi tempua. Quod ita etit accipieodum, si additum tempua est. Cæterùm si ooo sit additum: uidendum ne in infinitum custodiam non debeat uenditor? Et est uerioa, secundum ea quæ suprà ostendimus, aut interesso quid de tempore actum sit: aut denuociate oi, ut tollat uinum. Certè antequam ad uindomiam fuerint dolia necessaria, debet auehi uinum. *Ait Iurisconsultus:* Secundum ea quæ suprà ostendimua. *Scilicet ead. l. 4. in prin. cuius uerba uide* $\bar{s}$. *except. 6. repl. 2. duplic. 1. Concordat propositæ replicationi l. 5. in princip. ff. eod. tit. cuius uerba uide* $\bar{s}$. *exception. proxim. repl. 3. Plura de distinctione proposita uide* J. *exception. 19. Tertiò admittitur exceptio proposita, si cùm sua natura uinum uenditum corruptum esset, uenditor de bonitate eius adfirmauit: uel cum intelligeret bonitatem uini non duraturam, emptori id non indicauit. Hæc distinctio approbatur l. 15 ff. de periculo & commodo rei uenditæ, his uerbis:* Si uina qoæ in dolijs etant, uenierint, eaque antequam ab emptore tolierenrut, sua natura corrupta fuerint: si quid de bonirate eorum adfirmauit uenditor, tenebitur emptori. Quòd si nihil adfirmauit, emptoris erit periculum: quia siue non degustauit,

fine degustando malè probauit, de se queri debet. Planè si cum intelligeret uenditor, bonitatem eorum non duraturam usq; ad eum diem, quo tolli deberent, nec admonuit emptorem: tenebitur ei quanti eius interesset, admonitum fuisse.

IX. EXCEPTIO: *Nisi dies, in quem res uendita emptori addicta est, nondum uenerit.* *Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 2. cum duabus legibus sequentibus. ff. de in diem addictione, his uerbis:* Quotiès fundus in diem addicitur, utrum pura emptio est, sed sub conditione resoluitur: an uerò conditionalis est magis emptio, quæstionis est? Et mihi uidetur uerius, interesse quid actum sit. Nam siquidem hoc actū est, ut meliore allata conditione, discedatur ab emptione: erit pura emptio, quæ sub conditione resoluetur. Sin autem hoc actū est, ut perficiatur emptio, nisi melior conditio adferatur: erit emptio conditionalis. Vbi igitur, secundum quod distinximus, pura uenditio est: Iulianus scribit, hunc cui res in diem addicta est, & usucapere posse, & fructus & accessiones lucrari, & periculum ad eum pertinere, si res interierit: quoniam post interitum rei iam nec adferri possit melior conditio. Vbi autem cōditionalis uenditio est: negat Pomponius usucapere eum posse, nec fructus ad eum pertinere. *Concordant propositæ exceptioni ea quæ proposita sunt s. except. 2.* *Planè huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi emptio purè contracta sit, sub conditione autem resoluenda. quæ replicatio uerbis iam propositis approbatur, simul & declaratur. Cui concordat l. 4. §. fundo. ff. d. tt. his uerbis:* Fundo in diem addicto: & commodum & incommodum omne ad emptorem pertinet, antequam uenditio transferatur. Et ideo si quid tunc ui aut clam factum est (quamuis melior conditio allata fuerit) ipse utile interdictum habebit: sed eam actionem, sicut fructus quos perceperit, uenditi iuditio præstaturus est.

X. EXCEPTIO: *Nisi precium nondum sit solutum.* *Hæc exceptio reprobatur l. 2. in fine. ff. de contrah. empt. his uerbis:* Sine precio uenditio nulla est. Non autèm precij numeratio, sed conuentio perficit sine scriptis habitam emptionem. *Concordat Institut. de empt. & uendit. in princip. cuius uerba uide s. cap. 4. in princip. Concordat item l. 9. C. de contrahen. empt. cuius uerba uide s. cap. 4. exception. 4.*

XI. EXCEPTIO: *Nisi emptor seruum emptum conduxerit, donec precium soluatur.* *Hæc exceptio reprobatur l. 16. ff. de periculo & commodo rei uenditæ, his uerbis:* Serui emptor, si eum conductum rogauit, donec precium solueret, nihil per eum seruum adquirere potuit: quoniam non uidetur traditus is cuius possessio per locationem retinetur à uenditore: & periculum eius serui ad emptorem pertinet: quod tamen sine dolo uenditoris interuenerit.

XII. EXCEPTIO: *Nisi emptio inutilis sit.* *Hæc exceptio approbatur exemplo l. 8. in princip. ibi: siquidem defecerit. ff. de periculo & commodo. cuius uerba uide s. exceptione 1.*

XIII. EXCEPTIO: *Nisi uenditor in se periculum recepit.* *Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 1. in prin. ff. de periculo & commodo rei uenditæ, his uerbis:* Si uinum uenditum acuerit, uel quid aliud uicij sustinuerit, emptoris erit damnum: quemadmodum si uinum esset effusum, uel uasis contusis, uel qua alia ex causa. Sed si uenditor se periculo subiecit: in id tempus periculum sustinebit, quoad se subiecit. Quòd si non designauit tempus: eatenus periculum sustinere debet, quoad degustetur uinum: uidelicet quasi tunc plenissimè ueneat, cum fuerit degustatum. Aut igitur conuenit quoad periculum uini sustineat, & eatenus sustinebit: aut non conuenit, & usque ad degustationem sustinebit. Sed etsi non sint degustata, signata tamen ab emptore uasa uel dolia: consequenter dicemus, adhuc periculum esse uenditoris: nisi aliud conuenisset. *Huius exceptionis exemplum proponitur l. 78. §. fin. ff. de contrahen. emption. his uerbis:* Frumenta quæ in herbis erant, cùm uendidisses, dixisti te, si quid ui aut tempestate factum esset, præstaturum: ea frumenta niues corruperunt. Si immoderatæ fuerunt, & contra consuetudinem tempestatis: agi tecum ex empto poterit. *Prima propositæ exceptionis replicatio hæc est: Nisi consueto modo damnum datum sit, non inopinato. hoc enim damnum ad uenditorem qui periculum suscepit, non pertinet: quæ replicatio approbatur (teste Accursio) uerbis d. §. fin. iam propositis hisce:* Contra consuetudinem tempestatis. *Altera replicatio est: Nisi cùm uenditor periculum uini uenditi suscepisset, uinum sit degustatum. Quæ replicatio approbatur uerbis d. l. 1. in princip. s. propositis hisce:* Quòd si non designauit tempus, eatenus periculum sustinere debet, quoad degustetur uinum, &c. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi tempus sit designatum ulterius.*

Quæ

*Quæ duplicatio approbatur ibidem uerbis s̄.propositis hisce:* In id tempus periculum sustinebit, quoad se sublecit,&c. *Tertia replicatio est: Nisi cùm uenditor usq; ad certum tempus periculum suscepisset, tempus illud sit finitum. Hæc replicatio uerbis iam dictis approbatur.* *Quarta replicatio uidetur: Nisi cùm uenditor uini uenditi periculum suscepisset, uasa ab emptore sint signata. Hæc replicatio reprobatur uerbis d.l.1.s̄. propositis hisce:* Sed etsi non sint degustata, signata tamen ab emptore uasa uel dolia: consequenter dicemus, adhuc periculum esse uenditoris, nisi aliud conuenisset.

XIIII. EXCEPTIO: *Nisi uenditor custodiam rei uenditæ promiserit, uel ipso iure debeat. Hæc exceptio approbatur Inst.de empt.& uendit.§.quòd si fugerit,his uerbis:* Quòd si fugerit homo qui uenit, aut subreptus fuerit, ita ut neque dolus neque culpa uenditoris interuenerit: animaduertendum erit, an custodiam eius usq; ad traditionē uenditor susceperit Sanè enim, si susceperit, ad ipsius periculum is casus pertinet: si non susceperit, securus est. Idem & in cæteris animalibus cæterisq; rebus intelligimus. Vtiq; tamē uindicationem rei & condictionē exhibere debebit emptori: quia sanè qui nondum rem emptori tradidit, adhuc ipse dominus est. Idem etiam est de furti & de damni iniuriæ actione. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ui maiore & casu fortuito damnum contigerit. hoc enim uenditor non præstat, quamuis custodiam debeat. Quæ replicatio approbatur l.31. in prin. ff. de action.empti,his uerbis:* Si ea res, quam ex empto præstare debebam, ui mihi adempta fuerit: quamuis eam custodire debuerim, tamen propius est, ut nihil amplius quàm actiones persequendæ eius præstari à me emptori oporteat: quia custodia aduersus uim parum proficit. Actiones autem eas non solùm arbitrio, sed etiam periculo tuo præstare debebo, ut omne lucrum ac dispendium te sequatur. *Concordat l.2.§. fin. ff.de periculo & commodo rei uenditæ. cuius uerba uide s̄.except.7. replic.2.* *Concordat l.11. ff. eod.tit. his uerbis:* Si uendita insula combusta esset, cùm incendium sine culpa fieri non possit: quid iuris sit? Alfenus respondit: Quia sine patrisfamiliâs culpa fieri potest: neque si seruorum negligentia factum esset, continuò dominus in culpa erit. Quamobrem si diligentiam uenditor eam adhibuisset in insula custodienda, quam debent homines frugi & diligentes præstare: si quid accidisset, nihil ad eum pertinebit. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi uel leuißima uenditoris culpa damnum contigerit, uel non maiorem quàm in suis rebus diligentiam in re custodienda præstiterit. Quæ duplicatio elicitur ex uerbis iam propositis hisce:* Si diligentiam uenditor eam adhibuisset in insula custodienda, quam debent homines frugi & diligentes præstare. *Concordat l.3. ff.eod.tit.his uerbis:* Custodiam uenditor talem præstare debet, quam præstant hi quibus res commodata est: & ut diligentiam præstet exactiorem, quàm in suis rebus adhiberet. *Concordat item l.35. §. si res uendita. ff. de contrah. empt. cuius uerba uide J. except.19. Plura de hac exceptione uide J. except.19. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi res tradita sit emptori. tunc enim à custodia præstanda uenditor liberatur. De qua replicatione alijsq; similibus uide J.d.except.19.*

XV. EXCEPTIO: *Nisi cùm seruus emptus fugisset, uenditor illum non uiciosum futurum antea promiserit. Hæc exceptio approbatur l.3.C.de ædilitijs actionibus,his uerbis:* Si apud priorem dominum fugisse mancipiū non doceatur, fuga post uenditionem interueniens ad damnum emptoris pertinet. Sin autem uenditor non uiciosum etiam in posterum fieri seruum temerè promiserit, quamuis hoc impossibile esse uideatur: tamen secundum fidem antecedentis, uel in continenti secuti pacti experiri posse non ambigitur. Posteriores enim casus nō uenditoris, sed emptoris periculum expectant. Verùm cùm seruum quem comparaueras, ad eum qui distraxerat, redijsse contēdis: competens iudex perspectis omnibus pro repertæ rei qualitate proferre curabit sententiam.

XVI. EXCEPTIO: *Nisi seruus emptus fugiens, ad uenditorem redijt. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Verùm cùm seruum quem cōparaueras, ad eum qui distraxerat,&c.

XVII. EXCEPTIO: *Nisi ex uicio præterito damnum in re uendita datum sit. Hæc exceptio approbatur l.ult.C.de periculo & commodo rei uenditæ,uerbis s̄.exception.4.propositis hisce:* Et hac non ex præterito uicio rebus humanis exempta. *Concordat l.1. in fine.C. eod. tit. cuius uerba uide s̄.eod. cap.in prin. Item concordat l.3.in prin.C. de ædilitijs actionib. uerbis s̄.except.15.propositis hisce:* Si apud priorem dominum fugisse mancipium non doceatur,&c. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi uinum emptum sua natura corruptum fuerit. Quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur l.15. ff. de periculo & commodo rei uenditæ. cuius uerba uide s̄.except.8.distinct.3.*

XVIII. EXCEPTIO: Nisi dolo uenditoris damnum uel lucrum contigerit. Hæc exceptio approbatur l. 5. C. de periculo & commodo rei uenditæ, his uerbis: Dolum auctoris bonæ fidei emptori non nocere, certi ioris est. Cōcordat Inst. de empt. & uendit. §. cum autem emptio. ibi: quidquid enim sine dolo. cuius uerba uide s̄ eod. cap. in prin. Item concordat Inst. eod. tt. §. quòd si fugerit. cuius uerba uide s̄. except. 14. Item concordat l. 5. ibi: nisi quod dolo malo uenditoris interceptum est. ff. de periculo & commodo rei uenditæ. cuius uerba uide s̄. except. 7. repl. 3. Item concordat l. 16. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. except. 11. Concordat quoad lucrum l. 17. ff. de action. empt. cuius uerba uide s̄. cap. proxim. quæst. 4. reg. 5.

XIX. EXCEPTIO: Nisi culpa uel negligentia uenditoris interuenerit. Hæc exceptio approbatur l. 16. ff. de act. empti, his uerbis: Vendiror domus, antequam eam tradat, damni infecti stipulstionem interponere debet: quia anreqoam uacuam possessioné tradat, custodiam & diligeotiam præstare debet: & pars est diligétiæ, custodiæq;, hanc interponere stipulstionem. Et ideo si id oeglexerit, tenebitut emptori. Concordat Inst. de empt. & uendit. §. cum autem. ibi: quidquid enim. cuius uerba uide s̄. eod. cap. in prin. Item concordat l. 15. in fine. ff. de periculo & commodo rei uenditæ. cuius uerba uide s̄. except. 8. distinct. 3. Item concordat l. 14. in prin. ibi: & sanè. ff. de furtis, hisce uerbis: Pericolum rei ad emptorem pertioet, dommodo uenditor custodiam ante traditionem præstet. Concordant item ea quæ proposita sunt s̄. except. 14. repl. 1. dupl. 1. Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi res emptori fuerit tradita. hoc enim casu nec culpam nec custodiam amplius uenditor præstat. Quæ replicatio approbatur l. 14. in fine. ff. de periculo & commodo rei uenditæ, his uerbis: Materia empta si furto perijsset, postquam tradita esset, emptoris esse periculum, Paulos respōdit: sio minus, uenditoris. Concordat l. 12. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. except. 5. Altera replicatio est: Nisi res ab emptore sit signata. Hæc replicatio approbatur d. l. 14. in fine, his uerbis: Paolus respondit, uideri trabes rraditas, quas emptor signasset. Contradicit l. 1. §. si dolium. ff. eod. tt. de periculo & commodo, his uerbis: Si dolium signatum sit ab emptore, Trebarius ait, traditū id uideri. Labeo contrà. Quod & oerum est. Magis enim ne submitteretur, signari solere, quàm ut traditū uideatur. Contradicit item d. l. 1. §. aut igitur. ibi: sed etsi non sint. cuius uerba uide s̄. except. 13. Tertia replicatio est: Nisi per emptorem stet quo minus res ei tradatur. Hæc replicatio approbatur per ea quæ proposita sunt s̄. except. 5. in prin. Quarta replicatio est: Nisi uenditor eam præstiterit diligentiam, quam bonus paterfamiliâs in rebus suis solet præstare. Hæc replicatio approbatur l. 15. §. si res uendita. ff. de contrah. empt. cuius uerba uide j. except. prox. Concordant ea quæ proposita sunt s̄. except. 14. repl. 1. dupl. 1.

XX. EXCEPTIO: Nisi res furto uenditori sit ablata. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, ratione exceptionis præcedentis. uerùm eius replicatio prima hæc est: Nisi uenditor eam diligentiam, quam bonus paterfamiliâs adhibere solet, in re custodienda adhibuerit. Quæ replicatio approbatur d. §. si res uendita, his uerbis: Si res uendita per furtū perierit, prius animaduerteodum erir, quid inter eos de custodia rei conuenit. Si nihil apparet conuauisse, talis custodia desideranda est à ueoditore, qualem boous paterfamiliâs suis rebus adhibet. Quam si præstitit, & tamé rem perdidit: securus esse debet, tantùm ut uindicationem rei & condictionem exhibeat emptori. Vnde uidebimus in persona eius qui alieoam rem uendiderit, cùm is nullsm uindicationem aot cōdictionem habere possit. Certè ob id ipsum damnandos est, qoia si suam rem uendidisset, potuisset eas actiones ad emptorem transferre. Concordat l. 14. in prin. ff. de furtis. cuius uerba uide j. lib. 46. cap. 4. reg. 21. except. 1. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi uenditor emptori actiones suas, quas ad rem persequendam habet, non præstet. Quæ duplicatio approbatur uerbis d. §. si res uendita, iam propositis hisce: Tantùm ut uindicationam rei & condictionem exhibeat emptori, &c. Altera replicatio est: Nisi custodia rei uenditori per pactum sit remissa. Quæ replicatio approbatur uerbis d. §. si res, iam propositis hisce: Prius animadoerteodum erit. quid inter eos de custodia rei conuenit.

XXI. EXCEPTIO: Nisi culpa uel negligentia seruorum uenditoris damnum acciderit. Hæc exceptio reprobatur l. 11. ff. de periculo & commodo rei uenditæ. cuius uerba uide s̄. except. 14. repl. 2.

XXII. EXCEPTIO: Nisi iussu uenditoris seruus emptus aliquid fecit, quo damnum patitur. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 54. in princip. ff. de action. empti & uenditi, his uerbis: Si seruos tuus quem uendideras, iussu tuo aliquid fecit, & ex eo crus fregit: ita demum ea res pariculo tuo non est, si id imperasti, quod solebar ante uenditionem facera: et si id imperasti, quod erism non oendito seruo imperaturus eras. Patlus: Minimè. Nam si periculosam rem ante uaodi-

uenditionem facere solitus est, culpa tua id factum esse uidebitur: puta enim eum fuisse seruum, qui per κατάλγεμον γεφαίρ descendere, aut in cloacam demitti solitus esset. Idem iuris erit, si eam rem imperare solitus fueris, quam prudens & diligens paterfamiliâs imperaturus ei seruo non fuerit. Quid si hoc exceptum fuerit? tamen potes ei seruo nouam rem imperare, quam imperaturus non fuisses, si nō uenisset: ueluti si ei imperasti, ut ad emptorem iret, qui peregrè esset. Nam certè ea ratione tuo periculo esse non debet. Itaque tota ea res ad dolum malum duntaxat, & culpam uenditoris dirigenda est.

XXIII. EXCEPTIO: *Nisi uenditor actiones suas quas habet, quòd res uel perijt uel deterior facta est, emptori non præstet. Hæc exceptio approbatur l.35.§. si res uendita. ibi: tantùm ut uindicationem ff. de contrah. empt. cuius uerba uide s. except.20. repl.1. Concordat l.31. in prin. ff. de action. empti. cuius uerba uide s. except.14. replicat.2. Item concordat Inst. de empt. & uendit. §. quòd si fugerit. ibi: utiq; tamen. cuius uerba uide s. d. except.14. in princip. Item concordat l.14. in princip. ff. de furtis. cuius uerba uide j. lib.46. cap. 4. reg.21.*

XXIIII. EXCEPTIO: *Nisi res aliena uendita sit. Hæc exceptio approbatur d.§. si res uendita. ibi: unde uidebimus.*

XXV. EXCEPTIO: *Nisi ex re uēditoris aliquid rei uenditæ accesserit. Hæc exceptio approbatur l.13.§. sed etsi quid, in fine. ff. de actione empti. cuius uerba uide j. lib. proxim. cap. 1. reg. 5.*

XXVI. EXCEPTIO: *Nisi res uendita publicata sit. Hæc exceptio approbatur l.33. in princip. ibi: nam etsi uendideris. ff. locati & conducti. cuius uerba uide j. lib. 43. cap.1. except.20. Sed & plures huiusmodi exceptiones uide j. lib. 48. cap.19. Hæc de exceptionibus aduersus regulam propositam. Sed & plures huiusmodi exceptiones uide j. cap. prox. cum sequentibus.*

## *DE EXCEPTIONIBVS ADuersus contractum emptionis & uenditionis. Cap. III.*

*QVanquam regulariter ex contractu emptionis & uenditionis obligatio & actio hinc inde nascatur, & alia de quibus hactenus dictum est, & de quibus infrà libro proximo dicetur, eueniant: tamen regulæ illæ plures recipiunt exceptiones, desumptas partim ex ijs quæ emptioni & uenditioni insunt, puta ex eius circumstantijs: partim etiam ex ijs quæ emptionem & uenditionē utiliter contractam sequuntur. quas exceptiones nunc ordine enumerabimus. Prius tamen leges quibus regula proposita approbatur, proponemus. Approbatur igitur regula proposita l.3. C. de rescind. uendit. his uerbis:* De contractu uenditionis & emptionis iure perfecto, alterutro inuito, nullo recedi tempore bona fides patitur, nec ex rescripto nostro. Quo iure fiscum nostrum uti, sæpe constitutum est. *Concordat l.7. C. eod. tit. his uerbis:* Ratas manere semper factas iure uenditiones, uestra etiam interest. Nam si oblato precio rescindere uēditionem facilè permittatur: eueniet, ut si quid uos de laboribus uestris à fisco nostro, uel à priuato comparaueritis, eadem lege cōueniamini, quam uobis tribui postulatis. *Concordat item l.54. ff. de cōtrah. empt. his uerbis:* Res bona fide uendita, propter minimā caussam inempta fieri non debet. *Huius regulæ & aliarum s. propositarum exceptiones hæ sunt.*

I. EXCEPTIO: *Nisi inter patrem & filium emptio sit contracta. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.2. in princip. ff. de contrah. empt. his uerbis:* Inter patrem & filium contrahi emptio non potest: sed de rebus castrensibus potest.

II. EXCEPTIO: *Nisi furiosus emerit uel uendiderit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.2. C. de contrah. empt. his uerbis:* Emptionem & uenditionem consensum desiderare, nec furiosi ullum esse consensum, manifestum est. Intermissionis autem tēpore furiosos maiores uiginti quinque annis uenditionem, & alios quoslibet contractus posse facere, non ambigitur.

III. EXCEPTIO: *Nisi is cui bonis interdictum est, uendiderit. Hæc exceptio approbatur l.26. ff. de contrah. empt. his uerbis:* Si sciens emam ab eo cui bonis interdictum sit, uel cui tempus ad deliberandum de hæreditate ita datum sit, ut ei deminuendi potestas non sit: dominus non ero. Dissimiliter atq; si à debitore sciens creditorem fraudari emero.

IIII. EXCEPTIO: *Nisi pupillus emerit uel uendiderit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.13.§. si quis à pupillo. ff. de action. empti, hisce uerbis:* Si quis à pupillo sine tutoris authoritate emerit, ex uno latere constat contractus. Nam qui emit, obligatus est pupillo: pupillum sibi non obligat. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi quoad eum qui cum pupillo contraxit. hic enim pupillo obligatur, nec proposita exceptione defenditur. Quæ replicatio ex uerbis iam propositis constat. De qua uide plura s. libro 36. cap. 3. except. 1. replicat.5. Altera replicatio est: Nisi pupillus tutore authore emerit uel uendiderit.*

*rit. Quæ replicatio elicitur ex uerbis iam propositis hisce:* Sine tutoris authoritate. *De qua uide plura d. except. 1. repl. 1. Tertia replicatio est: Nisi postea rursus cum eodem pupillo eiusdem rei nomine tutoris authoritate interueniente contractum sit. Quæ replicatio approbatur l. 7. §. 1. ff. de rescind. uendit. his uerbis:* Si popilli persona interueniat, qui antè sine tutoris authoritate, deinde tutore authore emit: qoamuis uenditor iam ei obligatus fuerit, tamen pupillus non tenebatur, renouata uenditio efficit, ut inuicem obligati sint. Quòd si ante tutoris authoritas interuenit, deinde sine tutore authore emit: nihil actum est posteriore emptione.

V. EXCEPTIO: *Nisi minor uiginti quinq; annis emerit, uel uendiderit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio prima hæc est: Nisi minor in integrum non sit restitutus. De qua re dicetur alibi in restitutionibus in integrum. Altera replicatio est: Nisi qaoad eum qui cum minore contraxit. hic enim minori est obligatus, quamuis minor aduersus eum in integrum restitui posit. Quæ replicatio approbatur per ea qaæ proposita sunt s. except. proxim. repl. 1. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi minor in integrum restitui petat. tunc enim alter qaoq; in integrum est restituendus. Quæ duplicatio approbatur l. 13. §. si quis colludente. ff. de action. empti, his uerbis:* Si quis colludente procuratore meo ab eo emerit, an posit agere ex empto? Et puto hactenus, ut aot stetur emptioni, aut discedatur. Sed etsi quis minorem uiginti quinque annis circumuenerit, & huic hactenus dabimus actioné ex empto, ut diximus in superiore casu. *Minor igitur uiginti qainq; annis emens aut uendens, ipso quidem iure obligatur, perinde ac maior qui cum eo cõtraxit: sed ut in integrũ restituatur aduersus illum contractum, petere potest: quod maior qui cum minore contraxit, non potest. Si autem minor in integrum aduersus contractum restitui uelit: tunc & is qui cum eo contraxit, idem petere potest: ut patet ex uerbis duplicationis propositæ. De qua re alibi in restitutionib. minorum dicetur copiosius.*

VI. EXCEPTIO: *Nisi filiusfamiliâs emerit, uel uendiderit. Hæc exceptio reprobatur l. 6. §. si filiusfamiliâs. ff. de action. empt. his uerbis:* Si filiusfamiliâs rem uendiderit mihi, & tradiderit: sicut paterfamiliâs tenebitur. *Cõcordant ea qaæ proposita sunt s. libro 36. cap. 3. except. 4.*

VII. EXCEPTIO: *Nisi seruus emerit uel uendiderit. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s. d. cap. 3. except. 1. item l. 10. C. quod cum eo qui in aliena potest. cuius uerba uide j. repl. 3. Eius replicatio prima hæc est: Nisi quoad personam domini. nam ex contractu serui domino datur actio, ut patet ex iis quæ proposita sunt s. lib. 36. cap. 5. reg. 2. Sed & contra dominum datur actio de peculio, de in rem uerso, quod iussu, institoria, tributoria & exercitoria. de quibus alibi. Altera replicatio est: Nisi seruus liber factus rem emptam posidere cœperit. hoc enim casu ipsi seruo manumisso emptio exceptionem in factũ præstat. Quæ replicatio approbatur l. 1. §. si seruus. ff. de except. rei uendita, his uerbis:* Si seruus meus peculiariter emerit, deinde dominus eum, priusquam proprietatem rerum nancisceretur, testamẽto liberum esse iusserit, eiq; peculium prælegauerit, & uenditor à seruo merces petere cœperit, exceptio in factum locum habebit: quia is tunc seruus fuisset, cùm contraxisset. *Tertia replicatio est: Nisi seruus habens liberam peculij administrationem, rem peculiarem uendiderit. tunc enim in solidum contractus ualet. Quæ replicatio approbatur l. 10. C. quod cum eo qui in aliena potest. his uerbis:* Si liberam peculij administrationem habentes, equas de peculio cum fœtu serui uendiderunt: reprobandi contractum dominus nullam habet facultaté. Qood si non habentes liberam peculij administrationem, rem dominicam eo ignorante distraxeront: neqoe dominium quod nõ habent, in alium transferre possunt: neque conditionem eorum seruilem scientibus, possessionis iustom adferunt initiom. Vnde non immeritò nec temporis præscriptionem huiusmodi possessoribus prodesse, manifestum est. Ideoq; res mobiles ementes etiam furti actione tenentur.

VIII. EXCEPTIO: *Nisi tutor rem pupilli emat, uel curator eius cuius curam gerit, uel procurator domini res. Hæc exceptio approbatur l. 34. §. fin. ff. de contrah. empt. cuius uerba cum alijs huc pertinentibus uide s. lib. 18. cap. 7. quæst. 2. reg. 1. except. 5. item lib. 17. cap. 1. quæst. 4. Planè quod de procuratore dictum est, eius replicatio est talis: Nisi procurator ex auctione domini rem eius emat. Quæ replicatio approbatur l. 2. §. procuratorem. ff. pro emptore. cuius uerba uide s. lib. 22. cap. 6 pro emptore, except. 10.*

IX. EXCEPTIO: *Nisi is qui officium aliquod in prouincia administrat uel militat, quid in ea comparauerit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur s. lib. 2 cap. 2. reg. 4. item lib. 11. cap. 11. reg. 36.*

X. EXCEPTIO: *Nisi quis non sibi, sed alij emerit. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s. lib. 37. cap. 3. except. 26. Cuius replicatio prima hæc est: Nisi quis mandatu alterius illi emerit. Qaæ replicatio approbatur l. 7. C. si quis alteri uel sibi, his uerbis:* Cùm per eos qui negocia tua, &c. *Altera replicatio hæc est: Nisi quis sibi & alij emerit. Quæ replicatio approbatur l. 64.*

*tur l. 64. ff. de contrab. empt. bis uerbis:* Fundus ille est mihi & Titio emptus: quæro, utrum in partē, an in totum uenditio consistat, an nihil actum sit? Iabolenus respōdit, personam Titij superuacuò accipiendam: ideoq; totius fundi emptionem ad me pertinere. *Plura de exceptione proposita uide d. except. 26. Hactenus exceptiones desumptæ ex persona tam emptoris quàm uenditoris, nec non eius cui emptio facta est, propositæ sunt: sequuntur nunc exceptiones ex re empta desumptæ.*

XI. EXCEPTIO: *Nisi sine re emptio facta sit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 8. ff. de cōtrab. empt. bis uerbis:* Nec emptio, nec uenditio sine re quæ ueneat, potest intelligi: & tamen fructus & partus futuri rectè emũtur: ut cum editus est partus, iam tunc uenditio facta intelligatur. Sed si id egerit uenditor, ne nascatur, aut ne fiat: ex empto agi potest. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi fructus & partus futuri emantur. Quæ replicatio uerbis iam propositis approbatur. Altera replicatio est: Nisi captus piscium, uel auium, uel missilium ematur. Quæ replicatio approbatur d. l. 8. §. aliquando, bis uerbis:* Aliquando & sine re uenditio intelligitur, ueluti cum quasi alea emitur. Quod fit, cùm captus piscium, uel auium, uel missilium emitur. Emptio enim contrahitur, etiamsi nihil inciderit: quia spei emptio est. Et quod missilium nomine eo casu captum est, si euictum fuerit: nulla eo nomine ex empto obligatio contrahitur, quia id actum intelligitur. *Concordat l. 11. §. fin. ibi: ueluti cum futurum. ff. de action. empt. cuius uerba uide 3. lib. prox. cap. 7. quæst. 1. except. 15.*

XII. EXCEPTIO: *Nisi non appareat quid, quale & quantum uenditum sit. Hæc exceptio similis præcedenti approbatur l. 8. in prin. ff. de periculo & commodo rei uenditæ. cuius uerba uide 3. cap. prox. except. 1. Concordat l. 9. in prin. C. de contrab. empt. bis uerbis:* Empti fides ac uenditi sine quantitate nulla est.

XIII. EXCEPTIO: *Nisi res cuius commercium non est, empta sit. Hæc exceptio approbatur l. 6. in prin. ff. de contrab. empt. bis uerbis:* Celsus filius ait, hominem liberum, scientem te emere non posse, nec cuiusquam rei, cuius scias alienationem prohibitā esse: ut sacra aut religiosa loca, aut quorum commercium non sit: ut publica, quæ non in pecunia populi, sed in publico usu habentur: ut est campus Martius. *Concordat l. 34. §. omnium. ff. eod. tt. bis uerbis:* Omnium rerũ quas quis habere, uel possidere, uel persequi potest: uenditio rectè fit. Quas uerò natura uel gentium ius, uel mores ciuitatis commercio exemerunt: earum nulla uēditio est. *Propositæ exceptionis species sunt exceptiones aliquot proximè sequētes. Sed & replicationes uide in ijsdem.*

XIIII. EXCEPTIO: *Nisi res sacra, sancta, religiosa uel publica empta sit, uel homo liber. Hæc exceptio approbatur uerbis d. l. 6. iam propositis. Cui concordat l. 22 ff. eod. tt. cuius uerba uide 3. replic. 2. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi quis ignorans rem sacram, religiosam, publicam, uel liberum hominem emerit. Hæc replicatio approbatur l. 4. cum lege sequente. ff. de contrab. empt. bis uerbis:* Et liberi hominis, & loci sacri & religiosi, qui haberi nō potest: emptio intelligitur, si ab ignorante emitur: quia difficile dignosci potest liber homo à seruo. *Concordat l. 62. §. 1. ff. eod. tt. bis uerbis:* Qui nesciens loca sacra, uel religiosa, uel publica pro priuatis comparauit: licet emptio non teneat, ex empto tamen aduersus uenditorem experietur, ut cōsequatur quod interfuit eius ne deciperetur. *Concordat item l. 70. ff. eod. tt. bis uerbis:* Liberi hominis emptionem contrahi posse, plerique existimauerunt, si modò inter ignorantes id fiat. Quod idē placet, etiamsi uenditor sciat, emptor autem ignoret. Quòd si emptor sciens liberum esse emerit, nulla emptio contrahitur. *Concordat denique l. 4. ibi: respondit. ff. quib. ad libertatem proclamare non licet. cuius uerba uide 3. lib. 19. cap. 0. except. 25. Concordat item Inst. de empt. & uendit. §. fin. bis uerbis:* Loca sacra uel religiosa, item publica (ueluti forum, basilicam) frustra quis sciens emit. Quæ tamen si pro profanis uel priuatis deceptus à uenditore quis emerit, habebit actionem ex empto; quod non habere ei liceat: ut consequatur quod sua interest, eum deceptum non esse. Idem iuris est, si hominem liberum pro seruo emerit. *Planè duplicationis loco hic notandum, quòd in casu proposito non ad ipsam rem tradendam agi posit: sed tantùm ad id quod interest emptoris, deceptum se non esse. Quæ duplicatio approbatur uerbis iam propositis. Altera replicatio est: Nisi res sacra, religiosa uel publica alij rei quæ uenire potest, & uendita est, accedat. Quæ replicatio approbatur l. 22. cum duab. legib. sequentib. ff. de contrab. empt. bis uerbis:* Hanc legem uenditionis, Si quid sacri uel religiosi est, eius nihil uenit: superuacuam dicimus non esse, sed ad loca modica pertinere. Cæterùm si omne religiosum, uel sacrum, uel publicum uenierit: nullam esse emptionem. Et quod soluerit eo nomine, emptor condicere potest. In modicis autem ex empto esse actionem: quia non specialiter locus sacer uel religiosus uenijt, sed emptioni maioris partis accessit. *Tertia replicatio est: Nisi liber homo*

*uel res*

*uel res sacra sub hac conditione, Cùm seruus erit, uel res prophana erit: uendatur.* Hæc replicatio reprobatur *l.14. §. liberum. ff. de cōtrab. empt. his uerbis:* Liberum hominem scientes emere non possumus. Sed nec talis emptio aut stipulatio admittenda est, Cùm seruus erit: quamuis diximus futuras res emi posse. Nec enim fas est eiusmodi casus expectare. *Concordant ea quæ habentur ī. lib. 37. cap. 3. except. 33. repl. 2.* Quarta replicatio est: *Nisi æde sacra diruta, area eius uendita sit.* Hæc replicatio approbatur *l. 73. in prin. ff. de cōtrab. empt. his uerbis:* Aede sacra terræmotu diruta, locus ædificij non est profanus. Et ideo uenire non potest. Quinta replicatio est: *Nisi quædam loca profana religiosis uenditis accedāt. in his enim accessorijs nihilominus uenditio ualet, quamuis in principali non ualeat.* Quæ replicatio approbatur *d. l. 72. in fine, his uerbis:* Intra materiam sepulchrorum hortis uel cæteris culturis loca pura seruata, si nihil uenditor nominatim exceperit, ad emptorem pertinent. Sexta replicatio est: *Nisi ius quod quis priuatum in publico habet, uendiderit.* Hæc replicatio approbatur exemplo *l. 32. ff. d. tt. his uerbis:* Qui tabernas argentarias, uel cætera quæ in solo publico sunt, uēdidit: non solum, sed ius uendidit: cùm istæ tabernæ publicæ sunt, quarum usus ad priuatos pertinet.

XV. EXCEPTIO: *Nisi res alienari prohibita, uendita sit.* Hæc exceptio approbatur *l. 7. C. de rebus alienis non alienandis, cuius uerba uide ī. lib. 21. cap. 4. causa 1. except. 8.* Huius exceptionis eadem sunt replicationes quæ præcedentis.

XVI. EXCEPTIO: *Nisi res aliena uendita sit.* Hæc exceptio reprobatur *l. 28. ff. de cōtrab. empt. his uerbis:* Rem alienam distrahere quem posse, nulla dubitatio est. Nam emptio est & uenditio: sed res emptori auferri potest. *Concordat l. 25. ff. eod. tt. cuius uerba cum concordantib. uide ī. cap. 1. quæst. 4. reg. 1. Planè hoc casu ex empto quidem actio nascitur, ut ī suo loco dicetur: sed dominium rei non transfertur. De qua re uide ī. lib. 21. cap. 4. causa 1. except. 1. Idq; primæ distinctionis loco notandum.* Altera *distinctio, qua exceptio proposita admittitur, hæc est: si emptor rem sciat alienam esse.* Quæ distinctio approbatur *l. 14. §. item si & emptor. ff. de cōtrab. empt. his uerbis:* Si & emptor & uenditor scit furtiuum esse quod uenit: à neutra parte obligatio cōtrahitur. Si emptor solus scit, non obligabitur uenditor. Nec enim ex uendito quidquam consequitur, nisi ultrò, quod conuenerit, præstet. Quòd si uenditor scit, emptor ignorauit: utriuq; obligatio contrahitur. Et ita Pomponius quoq; scribit.

XVII. EXCEPTIO: *Nisi socius rem communem uendiderit.* Hæc exceptio reprobatur *l. 3. & l. 4. C. de communi rerum alienatione. De qua re uide ī lib. 21. cap. 4. causa 1. except. 1. repl. 14.*

XVII. EXCEPTIO: *Nisi rem suam quis emerit.* Hæc exceptio approbatur *l. 16. cum lege sequente. ff. de contrab. empt. his uerbis:* Suæ rei emptio non ualet, siue sciens siue ignorans emit. Sed si ignorans emi, quod soluero, repetere potero: quia nulla obligatio fuit. Nec tamen emptioni obstat, si in ea re usufructus duntaxat ementis sit. Officio tamen iudicis precium minuetur. *Concordat l. 45. ff. de reg. iuris. cuius uerba uide ī. lib. 37. cap. 3. except. 30. Item concordat l. 10. C. de contrab. empt. his uerbis:* Si mater tua uelut ex patris tui bonis prædium suum comparauit, cùm rei propriæ non cōsistat emptio, & hanc simulatam proponas: huiusmodi placitum mutare substantiam ueritatis, & ei nocere non potuit. *Concordat item l. huiusmodi. 81. §. qui seruum. ff. de leg. 1. cuius uerba uide ī. lib. 12. cap. 10. causa 57. except. 1.* Huius exceptionis replicatio prima hæc est: *Nisi usufructus duntaxat emētis sit. hoc enim casu emptio proprietatis ualet.* Quæ replicatio approbatur uerbis *d. l. 16. ī. propositis hisce:* Nec tamē emptioni obstat, si in ea re usufructus duntaxat ementis sit, &c. Altera replicatio est: *Nisi possessio rei alienæ sit. hoc enim casu, quoad possessionem rei suæ, emptio ualet.* Quæ replicatio approbatur *l. 34. §. rei suæ. ff. de contrab. empt. his uerbis:* Rei suæ emptio tunc ualet, cùm ab initio id agitur, ut possessionem emat, quam fortè uenditor habuit, ut in iudicio possessionis potior esset. Tertia replicatio est: *Nisi sub conditione quis rem suam emerit, & tempore existentis conditionis sua esse desierit.* Hæc replicatio approbatur *l. 61. ff. d. tt. his uerbis:* Existimo posse me id quod meum est, sub cōditione emere: quia fortè speratur meum esse desinere. Quarta replicatio est: *Nisi pars rei aliena sit. pro ea enim parte emptio ualet.* Quæ replicatio approbatur *l. 18. in prin. ff. de contrab. empt. his uerbis:* Si communis res emptori cum alio sit, dici debet, scisso precio ꝑ portione, pro parte emptionem ualere, pro parte non ualere. Quinta replicatio est: *Nisi causa ex qua emptor rem nactus est, inutilis sit, & res emptori possit auocari. hoc enim casu emptio ualet.* Quæ replicatio approbatur *l. 4. C. de contrab. empt. his uerbis:* Cùm res tibi donatas ab hærede donatricis tibi distractas esse proponas, intelligere debueras duplicari tibi titulum possessionis non potuisse: sed ex donatione & traditione dominum factū frustra emisse, cùm rei propriæ emptio nō possit cōsistere. At tunc demum tibi profuit, si ex donatione te non fuisse dominum demōstretur. Sanè quoniam omnia

bona

bona tibi ab ea donata & tradita dicis: ad hoc & à filio facta uenditio rerum maternatum adferre, perfecta etiam donatione, poterit defensionem, ne uel exemplo inofficiosi testamenti posit hoc auocare. *Sexta replicatio est: Nisi pendente conditione, sub qua res emptori legata est, emptio rei legatæ à legatario facta sit. Hæc replicatio reprobatur l. 29. ff. de action. empt. his uerbis:* Cui res sub conditione legata erat, is eam imprudens ab hærede emit: actione ex empto poterit consequi emptor precium, quia non ex causa legati rem haberet. *Septima replicatio est: Nisi debitor pignus à creditore emerit. Hæc replicatio reprobatur l. 19. in prin. ff. de contrab. empt. his uerbis:* Si debitor rem pignoratam à creditore redemerit, quasi suæ rei emptor actione ex uendito non tenetur, & omnia integra sunt creditori. *Concordat l. 40. in prin. ff. de pignor. action. cuius uerba uide s. lib. prox. cap. 4. causa 1. except. 4. repl. 2.*

XVIII. EXCEPTIO: *Nisi res empta in rerum natura non sit, uel perierit. Hæc exceptio approbatur l. 15. in prin. ff. de contrab. empt. his uerbis:* Etsi consensum fuerit in corpus, id tamen in rerum natura ante uenditionem esse desierit: nulla emptio est. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi pars rei superfit. Hæc replicatio approbatur, simul & distinguitur l. 57. ff. de contrab. empt. his uerbis:* Domum emi, cum eam & ego & uenditor combustam ignoraremus. Nerua, Sabinus, Cassius nihil uenisse, quāuis area maneat: pecuniamq; solutā condici posse aiunt. Sed si pars domus maneat, Neratius ait, in hac quæstione multum interesse, quanta pars domus incendio cōsumptæ permaneat. Vt siquidem amplior domus pars exusta sit: non compellatur emptor perficere emptionē: sed etiam quod forte solutum est, ab eo repetat. Sin uerò uel dimidia pars, uel minor quàm dimidia exusta fuerit: tunc coartandus est emptor uenditionem adimplere, æstimatione boni uiri arbitratu habita: ut quod ex precio propter incendium decrescere fuerit inuentum, ab huius præstatione liberetur. Sin autem uenditor quidem sciebat domum esse exustam, emptor autem ignorabat: nullam uenditionem stare, si tota domus ante uenditionem exusta sit. Sin uerò quantacunq; pars ædificij remaneat: & stare uenditionem, & uenditorē emptori quod interest restituere. Simili quoq; modo ex diuerso tractari oportet, ubi emptor quidem sciebat, uenditor autem ignorabat. Et hic enim oportet & uēditionem stare, & omne precium ab emptore uenditori, si non depensum est, solui: uel si solutum sit, non repeti. Quòd si uterq; sciebat, & uenditor & emptor, domum esse totam exustam, uel ex parte: nihil actum fuisse, dolo inter utranque partem compensando: & iudicio, quod ex bona fide descendit, dolo ex utraq; parte ueniente, uenditionem stare non concedente. *Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi minor pars rei uenditæ superfit. Quæ duplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Vt siquidem amplior domus pars exusta sit, &c. *Huius duplicationis triplicatio hæc est: Nisi uenditor sciuerit rem perijsse, ignorante emptore: uel contrà emptor sciuerit, ignorante uenditore. Quæ triplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Sin autem uenditor quidem sciebat domum esse exustam, &c. *Altera duplicatio est: Nisi contēplatione eius partis quæ perijt, res sit empta. tunc enim, quamuis maior pars superfit, tamen emptio non ualet. Quæ duplicatio approbatur, simul & distinguitur l. 58. ff. eod. tit. his uerbis:* Arboribus uento deiectis, uel igne absumptis, dictum est emptionem fundi non uideri esse contractam, si contemplatione illarum arborum (uelut olifueti) fundus comparabatur, siue sciente siue ignorante uenditore. Siue autem emptor sciebat, uel ignorabat, uel uterque eorum: hæc obtinent quæ in superioribus casibus de ædibus dicta sunt. *Tertia duplicatio est: Nisi duabus rebus emptis, altera ante uenditionem perijt. Quæ duplicatio approbatur exemplo l. 44. ff. eod. tit. his uerbis:* Si duos quis seruos emerit pariter uno precio, quorum alter ante uēditionem mortuus est: neque in uiuo constat emptio. *Quarta duplicatio est: Nisi domo empta, area tantùm superfit. Quæ duplicatio approbatur uerbis d. l. 57. in prin. s. propositis hisce:* Domum emi, cùm eam & ego & uenditor combustam ignoraremus. Nerua, Sabinus, Cassius nihil uenisse, quamuis area maneat, &c. *Hæc de prima replicatione. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi fructus uel partus futuri emantur. Quæ replicatio approbatur l. 8. in prin. ff. de cōtrab. empt. cuius uerba uide s. except. 11.*

XIX. EXCEPTIO: *Nisi res quæ est apud hostes, uendatur. Hæc exceptio reprobatur l. ult. ff. de act. empti. cuius uerba uide s. lib. 37. cap. 3. except. 54. repl. 2.*

XX. EXCEPTIO: *Nisi uenenū uenditum sit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 35. §. ueneni. ff. de contrab. empt. his uerbis:* Veneni mali quidam putant emptionem non contrahi, quia nec societas aut mandatum flagitiosæ rei ullas uires habeat. Quæ sententia potest sanè uera uideri de his quæ nullo modo adiectione

alterius materiæ usui nobia esse possunt. De his uerò quæ mista alijs materijs adeò nocandi naruram deponunr, ut ex his antidoti & alia quædam salubria medicamenta conficiantur, aliud dici potest. *Cōcordat l 3. in prm. ff. ad legem Cornelium de sicarijs. cuius uerba uide* ȿ. *lib. 4. cap. 4. quæst. 1. causa 3. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi uenenum adiectione alterius materia medicamento esse possit. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propositus hisce:* Quæ sententia potest sanè uera uideri, &c.

XXI. EXCEPTIO: *Nisi res incorporalis empta sit, puta seruitus. Hæc exceptio reprobatur exemplo l. 80. §. 1. ff. de contrab. empt. his uerbis:* Huius rei emptionem posse fiari dixi, scilicet, Quæ ex meis ædibua in tuas ædes proiecta sunr, ut ea mihi ita habere liceat. deq;, ea re ex empto agi.

XXII. EXCEPTIO: *Nisi iter uenditum sit ei qui fundum uicinum non habet. Hæc exceptio approbatur l. a. §. si tibi. ff. de action. empti, his uerbis:* Si tibi iter uendidero, ita demum auctorem me landare poteris, si tuus fuerit fundus, cui adquirere seruitutem uolueris. Iniquum est enim teneri me, si propter hoc adqnirere seruitutem non porueris, quia dominus uicini fundi non sueris. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi iter cum fundo uicino simul eidem ueneat. Quæ replicatio approbatur ibidem, his uerbis:* Sed si fundum tibi uendidero, & ei fundo iter accessurum dixero 1 omnimodo tenebor itineris nomine, quia utriusq; rei quasi unus uenditor obligatus sum.

XXIIII. EXCEPTIO: *Nisi res maior minori accedens uendatur. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 44. in prin. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Iustissimè ædiles noluerunt hominem ei rei, quæ minoris esset, accedere: ne qoa fraus aut edicto, aut iuri ciuili fieret (ut air Pedius) propter dignitatem hominum. Alioqnin eandem tarionem fuisse & in cæteris rebns. Ridiculum nanq; esser, fundum tunicæ accedere. Cęteium hominis uenditioni quiduis licet adijcere. Nam & plerunq; plos in peculio est, quàm in seruo: & noonunquam uicarius qui accedit, pluris est quá is seruus qui uenit. *Huius exceptiona replicatio hæc est: Nisi alia res maior preter hominem minori accedat. Quæ replicatio approbatur uerbis iam dictis hisce:* Cæterùm hominis uenditioni quiduis licet adijcere, &c. *Cōcordat l. 34. in prin. ibi: nec refert. ff. de contrab. empt. his uerbis:* Non refert quanti sit accessio, siue plus in ea sit quàm in ipsa re coi accedit, an minus. Plerasque enim res aliquando propter accessiones emimua; sicuti cum domus propter mármora, & statuas, & tabulas pictas emitor. *Hactenus exceptiones aduersus emptioaem & uenditionem, tam ex personis contrahentium, quàm ex rebus emptis desumptæ, propositæ sunt: nunc tertium genus sequitur, earum scilicet quæ sumuntur ex re seu precio quo res empta est. Ratio autem precij elegans proponitur l. 1. §. sed quia non semper. ff. de contrab. empt. cuius uerba uide* ȿ. *cap. 1. in prin.*

XXIIII. EXCEPTIO: *Nisi nullum precium interuenerit. Hæc exceptio approbatur l. 2. in fine. ff. d. tt. his uerbis:* Sine precio uenditio nulla est. *Concordat Inst. de empt. & uendit. §. precium autem, his uerbis:* Precium constirui oportet. Nam nulla emptio sine precio esse potest. *Item concordat l. 9. in prin. C. de contrab. empt. cuius uerba uide* ȿ. *exc. 12.*

XXV. EXCEPTIO: *Nisi incertum sit precium. Hæc exceptio approbatur Inst. d. §. precium, his uerbis:* Et certum esse preciū debet. Alioqui si inter aliquos ita conuenerit, ut quanti Titius rem æstimauerit, tanti sit empta: inter ueteres satis abnndeq; hoc dubitabatur, constaret'ne uenditio, an non? Sed nostra decisio ita hoc constituit, ut quoties sic composita sit uenditio, Quanti ille æstimauerit: sub hac conditione staret contractus, ut siqnidem ille qui nominatua est, precinm definierit: tunc omnimodo secundum eius æstimationē & precium persoluatur, & res tradatur, & uenditio ad effectum perducatur: emptore quidem ex empto actione, uenditore ex uendito agente. Sin autem ille qui nominatus est, uel noluerit uel non potuerit precium definire: tunc pro nihilo esse nenditionē, quasi nullo precio statuto. Quod ius cum in uenditionibus nobis placuit, non est absurdum & in locationibus & in cōductionibus trahere. *Ait Imperator:* Nostra decisio. *Hæc decisio habetur l. fin. C. de contrab. empt. his uerbis:* Super rebua uenundādis, si quis ita rem comparauerit, ut res uendita esset, quanti precij Titius æstimauerit magoa dubitatio exorta est multis antiquæ prudentię cultoribus: quam decidentes, censemus, cum huiusmodi conuentio super uenditione procedar, qnanti ille æstimsuerit, sub hac conditione stare uenditionem: nt siquidem ipse qui nominatus est, precium definierit: omnimodo secundum æstimationē & precia persolui, & uenditionem ad effectom peruenire, siue in scripris siue sine scriptis contractus celebretur: scilicet si huiusmodi pactum, cum in scriptis fuerit redactum, secundum nostræ legia definitionem per omnia completum & absolutum sit. Sin autem uel ipse noluerit, uel non potuerit

precium

preciũ definire: tunc pro nihilo esse uenditioné, qoasi oollo precio statuto: nulla coniectura, imò magis diuiuatione io posterum seruanda, otrum in personam certam, an in oiri boni arbitrium respicientes contrahentes ad hæc pacta uenerunt: quia hoc penitùs impossibile esse credentes, per huiusmodi sanctioné expellimus. Quod etiam in huiusmodi locatione locum habere censemus. *Cõcordat item propositæ exceptioni l.8.in prin.ff.de periculo & commodo rei uenditæ.cuius uerba uide s̄.cap. prox. except. 1. Huius exceptionis exemplum proponitur l.35.§.1.ff.de contrah.empt.his uerbis:* Illud cõstat, imperfectum esse negocium, cum emere uolenti sic uenditor dicit, Quanti uelis, quanti æquum putaueris, habebis emptum. *Aliud exemplum proponitur l.37.ff. eod.tt.his uerbis:* Si quis fuudom iure hæreditario sibi delatum ita uendidisset, Erit tibi emptus, quanti à testatore emptus est: mox inueniatur uon emptus, sed donatus testatori: oidetur quasi sine precio facta uenditio. Ideoq; similis erit sub conditione factæ uenditioni, quæ nulla est, si conditio defecerit. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi cùm precium in tertij arbitrium esset collatũ, is fuerit arbitratus, preciumq; suo arbitrio definierit. Quæ replicatio approbatur uerbis Inst.de empt. & uendit.§.precium.& l.ult. C. de contrah.empt.s̄.ead.except. in prin.propositis. Altera replicatio est: Nisi in rei ueritate certum sit.tunc enim quamuis cõtrahentib. sit ignotum, ualet tamen uenditio. Hæc replicatio approbatur l.7.§.huiusmodi. ff.de contrah.empt.his uerbis:* Huiusmodi emptio, Quanti tu eom emisti: uel, Quátum precij in arca habeo: ualet. Nec enim incertum est precium in tam euidenti uenditiooe. Magis enim ignoratur quanti emptus sit, quàm in rei ueritate incertum est. *Tertia replicatio est: Nisi pro parte certum sit precium.tunc enim, quamuis pro parte incertum sit, non obstat. Hæc replicatio approbatur d.l.7.§.fin.his uerbis:* Si quis ita emerit, Esto mihi fondus emptus centum, & quanto pluris eum uendidero: ualet ueuditio, & statim impletur. Habet eoim certum precium centum: eogebitur autem precium, si pluris emptor fundum uendiderit. *Quarta replicatio est: Nisi in cõtractu aliquo conuenerit, uel in testamento legatum sit, ut res iusto precio uendatur. hoc enim casu nihilominus ut uendatur, agi potest. Quæ replicatio approbatur in contractu quidem, l.16.§.fin.ff.de pignor.& hypoth.cuius uerba uide s̄. lib.40. cap.4. caussa 1.except.12. In legato autem approbatur l.etsi æquo.65.ff.de leg.1. cuius uerba uide s̄.lib.34. cap. ultim. in prin.*

XXVI. EXCEPTIO: *Nisi in alia re quàm in numerata pecunia preciũ sit constitutũ. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s̄.cap.1.quæst.3.reg.1.*

XXVII. EXCEPTIO: *Nisi minoris uel pluris uera æstimatione res uẽdita sit. Hæc exceptio reprobatur l.16.§.idem Pomponius. ff.de minorib.uiginti quinq; annis, hisce uerbis:* Pomponius ait, In precio emptioois & uenditionis uaturaliter licere cootrahentib. se circumuenire. *Concordat l.22.§.fin.ff.locati & conducti.cuius uerba uide j.lib.41.cap.1.quæst.5. except.5. Item concordat l.4.C.de rescind.uendit. his uerbis:* Ad rescindeudam ueuditioné, & malæ fidei probatioué, hoc solum oon sufficit, quòd magno precio fuodũ comparatum minoris distractum esse cõmemoras. *Item concordat l.8.C. eod.tt.his uerbis:* Si uoluntate tua fundom tuum filius tuus uenundedit, dolos ex calliditate arque insidijs emptoris argoi debet, uel metus mortis, uel cruciatus corporis imminens detegi, ne habeatur rata uenditio. Hoc enim solum, quòd paulo mioore precio fuudum ueouu datum significas, ad rescindẽdam ueuditioné inualidum est. Quòd si uidelicet contractus emptioois atq; uẽditionis cogitasses substantiam, & qoòd emptor uiliore comparandi, oenditor cariore distrahẽdi uotum gereotes, ad hunc coutractom accedant, uixq; post moltas coutentiones paulatim uenditore de eo quod petierat detrahente, emptore auté huic quod obtuierat addente, ad certum coosentiaot precium: profectò perspiceres neq; bonam fidé, qoæ emptionis atq; uenditionis coouentionem tuetur, pati, neq; ullam rationem concedere resciodi propter hoc consensu finitum contractũ, uel statim, uel post precij quátitatis disceptationé: nisi minus dimidia iusti precij, quod foeret tempore uenditionis, datum esset, electioue iam emptori præstita seruanda. *Concordat item l.10.C.eod.tt.cuius uerba uide j.except.31. Item concordat l.12.C.eod.tt. cuius uerba uide d.except.31.repl.2. Item concordat l.15.C.eod.tt. his uerbis:* Quisquis maior ætate prædia etiam procul posita distraxerit, paulo uilioris precij nomine repetitionis rei uenditæ copiam minimè consequatur: neque enim inanibus immorari sinetur obiectis, aut uires locorũ sibimet causetur incognitas, qui familiaris rei scire uires uel merita atq; emolumenta antè debuerat. *Planè admittitur exceptio proposita primùm quidem, si minoris dimidio iusti precij res sit uendita. Quæ distinctio approbatur uerbis d. l.8.in fine, s̄.propositis hisce:* Nisi minus dimidia iosti precij, quod fuerat tempore uenditionis, datum esset, electione iam

emptori præstita seruanda. *Concordat l. 2. C. eod. titul. de rescindenda uenditione, his uerbis:* Rem maioris precij, si tu uel pater tuus minore precio distraxerit: humanum est ut uel preciũ te restituente emptoribus, fundum uenditum recipias authoritate iudicis intercedente: uel si emptor elegerit, quod deest iusto precio recipios. Minus autem precium esse uidetur, si nec dimidia pars ueri precij soluta sit. *Huius distinctionis replicatio prima hæc est: Nisi emptor malit offerre quod uero precio deest. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Vel si emptor elegerit quod deest iusto precio, recipies. *Concordat d. l. 8. in fine, uerbis s. propositis hisce:* Electione iam emptori præstita seruanda. *Altera primæ distinctionis replicatio est: Nisi precium rei post uenditionem sit auctum. hoc enim uenditori non proderit. Quæ replicatio approbatur uerbis d. l. 8. in fine, s. propositis hisce:* Nisi dimidia iusti precij quod fuerat tempore uenditionis, &c. *Tertia replicatio est: Nisi donationis causa minoris uenditum sit. Quæ replicatio approbatur l. 38. ff. de cõtrah. empt. cuius uerba uide j. except. 28. repl. 1. Hæc de prima propositæ exceptionis reprobata distinctione eiusq; replicationibus. Secundò admittitur exceptio proposita, si emptor dolo affirmans minimam esse hereditatem, eam ab herede minoris emerit. Quæ distinctio approbatur l. 4. C. de hered. uendita. cuius uerba uide j. cap. 7. reg. 1. except. 4. Concordat l. 9. in prin. ff. de dolo malo. cuius uerba uide j. lib. 49. cap. 3. quæst. 4. caussa 5. Tertiò admittitur exceptio proposita, si eum dominus alij mandasset rem suam certo precio uendendam, ille minoris uendiderit. Quæ distinctio approbatur l. 1. §. Celsus. ff. de except. rei uenditæ. cuius uerba uide s. lib. 23. cap. 4. causa 1. exception. 1. replicat. 1. Quartò admittitur, si fiscus uel creditor iure pignoris uel subhastationis res debitoris minoris uendiderit. Quæ distinctio approbatur per ea quæ proposita sunt s. lib. proxim. cap. 4. causa 1. except. 13. replication. 5. item lib. 8. cap. 8. quæstion. 7. reg. 7. exception. 2. Quintò admittitur exceptio proposita, si minor annis, eiusue curator rem eius decreto interposito minoris uendidit. Hæc distinctio approbatur l. 11. in fine. C. de prædijs & alijs rebus minor. cuius uerba uide s. lib. 18. cap. 6. quæstion. 1. exception. 3. replication. 8. Hactenus de precio quoq; emptionis & uenditionis, nunc de exceptionibus desumptis ex causa & modo, alijsq; huiusmodi circumstantijs emptionis & uenditionis.*

XXVIII. EXCEPTIO: *Nisi imaginaria sit uenditio, uel simulata. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s. lib. 36. cap. 2. exception. 7. Item s. hoc libro, cap. 1. quæstion. 3. regul. 7. Huius exceptionis exemplum est, si donationis causa uenditio sit simulata. Quod exemplum proponitur l. 36. ff. de contrah. empt. cuius uerba cum conco: rdantibus uide s. d. cap. 1. quæstion. 3. reg. 7. Planè exceptionis propositæ in exemplo proposito replicatio hæc est: Nisi donationis causa minoris uenditio sit facta. hoc enim casu uenditio ualet. Quæ replicatio approbatur l. 38. ff. de contrah. empt. his uerbis:* Si quia donationis causa minoris uendat, uenditio ualet. Toties enim dicimus in totum uenditionem non ualere, quoties uniuersa uenditio donationis causa facta est. Quoties uerò uiliore precio res donationis causa distrahitur, dubium nõ est uenditionem ualere. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi inter uirum & uxorem uiliore precio donationis causa facta sit. Quæ duplicatio approbatur ibidem, his uerbis:* Hoc inter cæteros. Inter uirum uerò & uxorem donationis causa uenditio facta precio uiliore nullius momenti est. *Plura de hac duplicatione eiusq; triplicationibus uide s. lib. 35. capite 8. Hæc de prima replicatione. Altera replicatio est: Nisi precium uenditor acceperit. hoc enim casu proposita exceptione amplius non defenditur. Quæ replicatio approbari uidetur l. 16. ff. de reg. iuris, his uerbis:* Imaginaria uenditio non est precio accedente.

XXIX. EXCEPTIO: *Nisi debitor in fraudem creditorum res suas uendiderit. Hæc exceptio reprobatur l. 26. in fine. ff. de contrah. empt. cuius uerba uide suprà except. 5. Planè hoc casu creditoribus actio datur ad reuocanda ea quæ in fraudem eorum sunt alienata. De quâ alibi.*

XXX. EXCEPTIO: *Nisi quis in fraudem munerum bona sua uendiderit. Et hæc exceptio reprobari potest argumento d. l. 26. in fine. Sed emptor hoc casu precio mulctatur, l. 17. C. de rescind. uendit. his uerbis:* Hi qui imposita munera ciuitatum fuga destituunt, uel ineundos furtim existimant esse contractus: intelligant sibi nihil hæc profutura esse commenta, & precio emptorem fugæ conscium mulctandum esse, quod dederit.

XXXI. EXCEPTIO: *Nisi sumptibus necessarijs uel debito urgentibus, dominus rem suam uendidit. Hæc exceptio reprobatur l. 12. C. de rescind. uend. his uerbis:* Non idcirco minus uenditio fundi, quòd hunc ad minus sumptibus necessarijs urgentibus non uilioris precij, uel urgente debito te distraxisse contendis, rata manere debet. Ab illicitis itaque petitionibus abstinendo, ac precium, si non integrum solutum est, petendo facies consultius.

XXXII. EXCEPTIO: *Niſi uimetuúe cauſa emit uel uendidit. Hæc exceptio approbatur l.11.C.de contrab.empt.bis uerbis:* Inuitum comparare uel diſtrahere poſtulantia deſideriū iuſtam cauſam non continet. *Concordat l.1.C.de reſcind.uendit.bis uerbis:* Si pater tuus per uim coactus domū uendidit, ratum non habebitur, quod non bona fide geſtum eſt. Malæ fidei enim emptio irrita eſt. Aditus itaq; nomine tuo pręſes prouincię, authoritaté ſuam interponet. maximè cum paratum te proponas id quod precij nomine illatum eſt, emptori refundere. *Concordat item l.8.in princip.C.eod.tt.cuius uerba uide ſ.except.27.*

XXXIII. EXCEPTIO: *Niſi dolus aduerſarij interuenerit. Hæc exceptio approbatur d.l.9. in princip. Cui concordat l. 5. C. eod. tt.bis uerbis:* Si dolo aduerſarij deceptum uenditionem prædij te feciſſe pręſea prouinciæ aditus animaduerterit, ſciens contrarium eſſe dolum bonæ fidei, quæ in huiuſmodi maximè contractibus exigitur: reſcindi uenditionem iubebit. Quòd ſi iure perfecta uenditio eſt à maiore uiginti quinque annis, intelligere debes conſenſu mutuo perfectam uenditionem reſolui non poſſe. *Concordat item l.10.C.eod.tt.bis uerbis:* Dolus emptoris qualitate facti, non quantitate precij æſtimatur. Quem ſi fuerit interceſsiſſe probatū, non aduerſus eum in qué emptor dominium tranſtulit, rei uendicatio uenditori, ſed contra illum cum quo contraxerat, in integrum reſtitutio competit. *Propoſitæ exceptionis replicatio prima hæc eſt: quòd uēditio dolo facta ipſo quidem iure ualeat, & nō niſi per in integrum reſtitutionē reſcindatur. Quæ replicatio ex uerbis d.l.10.iam propoſitis cōſtat. Ideoq; niſi intra quadrienniū in integrū reſtitutio ſit petita, contractus ſaluus manet. De quo in reſtitutionib.in integrum dicetur. Altera replicatio eſt: Niſi uenditor qui ſe deceptum dicit, tempore contractus ſciuit factum illud, de cuius dolo poſtea cōqueritur. Hæc replicatio approbatur l.11.C.eod.tt.bis uerbis:* Venditor factū emptoris quod eum tempore contractus latuit; pòſt arguendo, nō quod eo tēpore ſciuerit, quo id ageretur, & cōſenſit: de dolo queri poteſt. Igitur cum patrem tuum, ut maius comprehenderetur inſtrumento preciū, quàm rei quæ diſtrahebatur, conuenerit, conceſsiſſe profitearis: propter hoc ſolum de circumſcriptione fruſtra quæritur. Sanè ſi placitum precium non probetur ſolutum, uel in quantitatem debiti per errorem facti compenſari cautum fuit: hoc reddi rectè poſtulatur.

XXXIIII. EXCEPTIO: *Niſi error interuenerit. Hæc exceptio approbatur l.9.in prin.ff.de contrab.empt.bis uerbis:* In uenditionibus & emptionibus conſenſum debere intercedere, palàm eſt. Cæterùm ſiue in ipſa emptione diſſentiant, ſiue in precio, ſiue in aliquo alio: emptio imperfecta eſt. Si igitur ego me fundum emere putarem Cornelianum, tu mihi te uendere Sempronianum putaſti: quia in corpore diſſenſimus, emptio nulla eſt. Idem eſt, ſi ego me Stichum, tu Pamphilum abſenté uendere putaſti. Nam cum in corpore diſſentiamus, apparet nullam eſſe emptionē. *Aliud propoſitæ exceptionis exemplum proponitur l.5.ibi: ſed ſi falſò.ff.de action.empti, bis uerbis:* Si falſò exiſtimans hæres ſe eſſe damnatum uendere, uendiderit: dicendū eſt, agi cum eo ex empto non poſſe: quoniā doli mali exceptione actor ſubmoueri poteſt. Quēadmodum etſi falſò exiſtimans ſe damnatum dare promiſiſſet, agentem doli mali exceptione ſubmoueret. Pomponius etiā incerti condicere eum poſſe ait, ut liberetur. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi non in corpore, ſed in nomine ſit erratū. Hæc replicatio approbatur d.l.9.§.planè, bis uerbis:* Planè ſi in nomine diſſentiamus, uerùm de corpore conſtet: nulla dubitatio eſt, quin ualeat emptio & uenditio: nihil enim facit error nominis, cum de corpore cōſtat. *Altera replicatio eſt: Niſi non in corpore, ſed in materia uel in genere ſit erratum. Hæc replicatio ipſo quidem iure reprobatur, admittitur autem in caſu d. l.9.§.inde quæritur, cum lege ſequente 11. in prin. bis uerbis:* Quæritur, ſi in ipſo corpore nō erretur, ſed in ſubſtantia error ſit: utputa ſi acetum pro uino ueneat, aut æs pro auro, aut plumbum pro argento, uel quid aliud argento ſimile: an emptio & uenditio ſit? Marcellus ſcripſit lib. VII. Digeſtorū, emptionem eſſe & uenditioné, quia in corpus conſenſum eſt, etſi in materia ſit erratum. Vlpianus. Ego in uino quidem conſentio, quia eadem prope οὐσία eſt, ſi modò uinum acuit. Cæterùm ſi uinum nō acuit, ſed ab initio acetum fuit, ut embamma: aliud pro alio ueniſſe uidetur. In cæteris autem nullam eſſe uenditionē puto, quoties in materia erratur. Alioquin quid dicemus, ſi cæcus emptor fuit, uel ſi in materia erretur à minus perito diſcernendarum materiarum? in corpus eos conſenſiſſe dicemus? & quemadmodum conſenſit qui non uidit? *Ait Vlpianus:* In cæteris autem nullam eſſe uenditionem puto. *Hiſce uerbis propoſita replicatio reprobatur. Cui concordat l.41.§.fin.ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. cap. 1. quæſt.4. reg.9. Planè admittitur exceptio propoſita primùm quidem, ſi acetum pro uino ue-*

*neat. quæ distinctio uerbis iam propositis approbatur. Deinde admittitur replicatio proposita, si in materia & qualitate simul ambo errarint. Quæ distinctio approbatur l. 24. ff. eod. tt. his uerbis:* Quid tamẽ dicemus, si in materia & qualitate ambo errarint? utputa si & ego me uendere aurum putarim, & tu emere, cùm æs esset? utputa cum cohæredes uiriolam, quę aurea dicebatur, precio exquisito uni hæredum uendidissent, eaq; inuenta esset magna ex parte ænea? uenditionem esse constat ideo, quia auri aliquid habuit. Nã si inauratum aliquid sit, licet ego aureum putem, ualet uenditio. Si autem æs pro auro ueneat, non ualet. *Contradicit d. l. 41. §. fin. Tertiò admittitur replicatio proposita, quoad actionem ad id quod interest. hoc enim casu ualet emptio & uenditio ad actionem istam perducendam. Quæ distinctio approbatur l. 21. §. quamuis. ff. de action. empt. his uerbis:* Quamuis suprà diximus, cùm in corpore consentiamus, de qualitate autem dissentiamus, emptionem non esse: tamen uenditor teneri debet, quanti interest emptoris se deceptũ non esse, etiamsi uenditor quoq; nesciets ueluti si mensas quasi citrias emat, quæ non sunt. *Ait Iurisconsultus:* De qualitate. *hoc est, de materia uel genere. nam de ijs suprà erat dictum. Alioquin si qualitatem accipiamus hic pro accidente, contradicet ijs quæ ponuntur ʒ. repl. prox. Concordat l. 45. ff. de contrab. empt. cuius uerba uide ʒ. lib. prox. cap. 1. quæst. 1. causa 16. Tertia propositæ exceptionis replicatio est: Nisi non in corpore, sed in qualitate rei sit erratum. Hæc replicatio approbatur l. 10. ff. de contrab. empt. his uerbis:* Nullam esse uenditionẽ puto, quoties in materia erratur: aliter atque si aurum quidem fuerit, deterius autem quàm emptor existimatet: tunc enim emptio ualet. *Concordat l. 11. in fine. ff. eod. tt. his uerbis:* Quòd si ego me uirginem emere putarem, cùm esset iam mulier: emptio ualebit. In sexu enim non est erratum. Cæterùm si cùm ego mulierem uenderem, tu puerum emere existimasti: quia in sexu error est, nulla emptio, nulla uenditio est. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi in sexus qualitate sit erratum. Quæ duplicatio uerbis iam propositis approbatur. Quarta replicatio est: Nisi non in re principali, sed in accessione error interueniat. Hæc replicatio approbatur l. 34. in prin. ff. de contrab. empt. his uerbis:* Si in emptione fundi dictum sit accedere Stichum seruum, neque intelligatur quis ex pluribus accesserit, cùm de alio emptor, de alio uenditor senserit: nihilominus fundi uenditionem ualere constat. Sed Labeo ait, eum Stichum deberi, quem uenditor intellexerit: nec refert quanti sit accessio, siue plus in ea sit, quàm in ipsa re, an minus, &c. *Reliqua uerba uide ʒ. except. 23. replicat. 1. Quinta replicatio est: Nisi supina ignorantia uel error sit. Hæc replicatio approbatur l. 15. §. ignorantia. ff. de contrab. empt. his uerbis:* Ignorantia emptori prodest, quæ non in supinum hominem cadit. *Sexta replicatio est: Nisi alius cui adquiritur, actio empti uel uenditi sciuerit, eo qui contraxit ignorante. Hæc replicatio reprobatur l. 12. ff. de contrab. empt. his uerbis:* In huiusmodi quæstionibus personæ ementium & uendentium spectari debent, non eorum quibus adquiritur ex eo contractu actio. Nam si seruus meus uel filius qui in mea potestate est, me præsente suo nomine emat: non est quærendum quid ego existimem, sed quid ille qui contrahit. *Plura de hac replicatione uide ʒ. lib. proxim. cap. 4. quæst. 1. except. gener. 10. Septima replicatio est: Nisi is qui contraxit, sciuerit, eo cui actio adquiritur ignorante. Hæc replicatio approbatur uerbis d. l. 12. iam propositis. De qua re itẽ uide plura d. except. 10. Hæc de erroris exceptione, de qua uide plura ʒ. lib. 37. cap. 3. except. 15.*

XXXV. EXCEPTIO: *Nisi inter absentes emptio & uenditio sit contracta. Hæc exceptio reprobatur l. ult. C. si quis alteri, uel sibi sub alterius, his uerbis:* Illud manifestè constitutum, ut inter absentes per mediã personam, ueluti per nuncium, uel per epistolam talis contractus perfici possit. *Cõcordat l. 1. §. fin. ff. de contrab. empt. cuius uerba uide ʒ. cap. 1. quæst. 1. reg. 2.*

XXXVI. EXCEPTIO: *Nisi sub conditione, uel in diem emptum uel uenditum sit. Hæc exceptio reprobatur Inst. de empt. & uendit. §. penult. his uerbis:* Emptio tam sub conditione, quàm purè cõtrahi potest. Sub cõditione, ueluti: Si Stichus intra certum diẽ tibi placuerit, erit tibi emptus aureis tot. *Aliud exemplum, quo in diem facta est uenditio, proponitur l. 80. §. sylua. ff. de contrab. empt. cuius uerba uide ʒ. lib. prox. cap. 2. reg. 1. except. 2.*

XXXVII. EXCEPTIO: *Nisi sub cõditione hac, Si uolam: uel, Si uoles: emptio sit contracta. Hæc exceptio approbatur l. 13. C. de contrab. empt. his uerbis:* In uendentis uel ementis uoluntatem collata conditione cõparandi, quæ non adstringit necessitate cõtrahentes, obligatio nulla est. Idcirco dominus inuitus ex huiusmodi conuentione rem propriã, uel quilibet alius distrahere non compellitur. *Concordat l. 7. in prin. ibi: nam si in arbitriũ. ff. eod. tt. cuius uerba uide ʒ. cap. prox. except. 5. in prin. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi ita uenditio sit facta, ut si displicuisset, res esset inempta. Quæ replicatio approbatur l. 3. ff. de contrab. empt. his uerbis:* Si res ita distracta sit, ut si displicuisset, inẽpta esset, constat

constat non esse sub conditione distractam, sed resolui emptionem sub conditione. *Concordat l. 4. in prin. C. de aedilitijs actionib. cuius uerba cum alijs concordantib. uide 3. lib. prox. cap. 4. quaest. 3. causa 10.*

XXXVIII. EXCEPTIO: *Nisi ita ut cum bestijs pugnet, dominus seruum uēdidit. Hec exceptio approbatur l. 42. ff. de contrab. empt. his uerbis:* Domini neq; per se, neq; per procuratores suos possunt saltem criminosos seruos uendere, ut cum bestijs pugnent. Et ita diui fratres rescripserunt.

XXXIX. EXCEPTIO: *Nisi alibi, quàm ubi res est, uenditio facta sit. Hec exceptio reprobatur l. 1. C. de contrab. empt. his uerbis:* Venditiones, etsi in alio loco quàm in quo possessiones constitutae sunt, fiant: non ideo irritae esse creduntur. *Concordat l. 15. C. de rescind. uendit. cuius uerba uide 3. except. 27.*

XL. EXCEPTIO: *Nisi socer uenditoris emptori denunciauit, ne compararet. Hec exceptio reprobatur l. 13. C. de rescind. uendit. his uerbis:* Si maior annis uiginti quinq; fundum distraxisti: propter hoc solùm, quòd ementi, ne compareret, socer tuus denunciauit: emptionem factam à te rescindi bona fides non patitur.

XLI. EXCEPTIO: *Nisi ita ut dominium rei penes uenditorem maneat, uenditio facta sit. Hec exceptio approbatur l. 80. §. fin. ff. de contrahen. emption. cuius uerba uide 3. cap. 1. quaest. 1. regula 5.*

XLII. EXCEPTIO: *Nisi arra data nulla sit. Hec exceptio reprobatur l. 35. in prin. ff. de contrab. empt. his uerbis:* Quod saepe arrae nomine pro emptione datur: non eò pertinet, quasi sine arra conuentio nihil proficiat: sed ut euidentius probari possit conuenisse de precio. *Concordat Inst. de empt. & uendit. in princip. cuius uerba uide 3. cap. proxim. exception. 1.*

## *DE EXCEPTIONIBVS desumptis ex consequentibus emptionem & uenditionem.*

### *Cap. IIII.*

*HActenus exceptiones aduersus emptionis & uenditionis contractum, desumptae ex ijs quae ipsi contractui insunt, enumeratae sunt: supersunt ea quae contractum sequuntur, de quibus in hoc capite dicetur.*

I. EXCEPTIO: *Nisi cùm conuenisset ut instrumentum emptionis & uenditionis conficeretur, instrumentum illud non sit conscriptum. Hec exceptio approbatur Inst. de empt. et uendit. in prin. his uerbis:* Emptio & uenditio contrahitur, simulatq; de precio cōuenerit, quamuis nondum precium numeratum sit, ac ne arra quidem data fuerit. Nam quod arrae nomine datur, argumentum est emptionis & uenditionis contractae. Sed haec quidem de emptionibus & uenditionibus, quae sine scriptura consistunt, obtinere oportet. Nam nihil è nobis in huiusmodi emptionibus & uenditionibus innouatum est. In ijs autem quae scriptura conficiuntur, non aliter perfectam esse uēditionem & emptionem constituimus, nisi & instrumenta emptionis fuerint conscripta uel manu propria contrahentium, uel ab alio quidem scripta, à contrahentibus autem subscripta: & si per tabellionem fiunt, nisi & cōpletiones acceperint, & fuerint partibus absoluta. Donec enim aliquid deest ex his, & poenitentiae locus est, & potest emptor uel uenditor sine poena recedere ab emptione & uenditione. Ita tamen impunè eis recedere concedimus, nisi iam arrarū nomine aliquid fuerit datum. hoc enim subsecuto, siue in scriptis, siue sine scriptis uenditio celebrata est; is qui recusat adimplere contractum, si quidem est emptor, perdit quod dedit. Si uerò uenditor: duplum restituere compellitur, licet super arris nihil expressum est: *Ait Imperator:* Constituimus. *scilicet l. 16. C. de fide instrument. cuius uerba uide 3. lib. 7. cap. 3. quaest. 5. except. 2. Huius exceptionis replicatio haec est: Nisi non nominatim in ipso contractu de instrumento conficiendo conuenerit. Hac replicatio approbatur uerbis iam propositis his:* Sed haec quidem de emptionibus & uenditionibus, quae sine scriptura consistunt, obtinere oportet. *Concordat l. 12. C. de contrab. empt. his uerbis:* Non idcirco minus emptio perfecta est, quòd emptor fideiussorem non accepit, uel instrumentum testationis uacuae possessionis omissum est. Nam secundum consensum auctoris in possessionem ingressus, rectè possidet. Precium sanè, si eo nomine satisfactum non probetur, peti potest. Nec enim licet in continenti facta poenitentiae contestatione consensu finita rescindi.

II. EXCEPTIO: *Nisi cùm conuenisset ut instrumentum emptionis & uenditionis cōficeretur: instrumentum illud à contrahentibus non sit scriptū, uel saltem subscriptum, & ab eodem tabellione completum, omnibusq; partibus absolutum. Et haec exceptio approbatur uerbis Inst. 3. except. proxim. in prin. propositis. Cui concordat d. l. 16. C. de fide instrumentorum.*

III. EXCEPTIO: *Nisi fideiussor euictionis nomine non sit acceptus. Hec exceptio reprobatur l. 12. in prin. C. de contrab. empt. cuius uerba uide 3. except. 1. repl. 1.*

IIII. EXCEPTIO: *Nisi precium*

*on sit numeratum.* *Hæc exceptio reprobatur l.9. C.de contrab.empt. bis uerbis:* Placiro precio oon oumereto, sed solùm tradita possessione, istiusmodi contractus non hebetur irritus: nec idcirco is qui compareuit, minus rectè posidet, quòd soluta summe, quem dari conuenerar, negetur. *Concordant ea quæ proposita sunt* $\bar{s}$ *.cap.2. exception.10.*

V. EXCEPTIO: *Nisi conditio contractus defecerit, uel nondum sit impleta.* *Hæc exceptio approbatur l.7.in prin.ff.de contrab. empt.bis uerbis:* Hæc ueoditio serui, Si retiones domini computesset erbitrio i conditionelis est. Conditionales autem uenditiones tunc perficiontur, cùm impleta fuerit conditio. Sed utrum hæc est uenditionie conditio, si ipse dominos compotasset suo arbitrio: an uerò si erbitrio uiri boni? Nam si arbitrium domini eccipiamua, nulla est uenditio: quemadmodum si quis ita uendiderit, Si noluerir: oel stipulanti sic respoodeat, Si uoluero, decem dabo. Neque enim debet io arbitrium rei conferri, en sit obstrictua. Placuit iteque ueteribus, magis in uiri boni erbitrium id collocatum uideri, quàm io domini. Si igitur rationes potuit accipere, oec accepit: uel eccepit, fingit autem se non eccepisse: impleta conditio emptionis est, & ex empto uenditor conueniri potest. *Concordat propositæ exceptioni l.17.in fine.ff. eod. tt. cuius uerba uide* $\bar{s}$*.cap.proxim. exception. 25. Item concordat l. 8. in princip. ibi: quod si sub. ff. de periculo & commodo rei uenditæ. cuius uerba uide* $\bar{s}$ *. cap.2. exception.1.* *Huius exceptionis replicatio prima bec est: Nisi per eum cuius interest conditionem non impleri, steterit, quo minus impleatur.* *Hæc replicatie approbatur exemplo d.l.7. in prin. uerbis iam propositis bisce:* Si igitur rationes potuit accipere, nec accepit: impleta conditio amptionie est. *Concordat l. 50. ff. de contrab.empt.bis uerbis:* Lebeo scribit, si mihi bibliotbecam ita uendideris, Si decuriones Cempani locum mihi ueodidissent, io quo eem ponerem: & per me stet quo minue id à Cempanis impetrem: oon esse dobitandom, quin præscriptis uerbis agi posit. Vlpianus. Ego etiam ex uendito egi posse puto, quasi impleta conditiooe: cum per emptorem stet, qoo minus impleatur. *Altera replicatio est: Nisi cùm conditio in alicuius arbitrium esset collata, is aliter ac uir bonus arbitratus sit. quæ replicatio approbatur exemplo l.7.in prin.ff.de contrab. empt. cuius uerba uide* $\bar{s}$*.ead.exception. in prin. Concordat l. 22. §. generaliter.ff.de reg.iuris.cuius uerba uide J.lib.50. cap.4.in uerbo, Arbitratu alicuius.* *Tertia replicatio est: Nisi ita, Sine nauis ex Asia uenerit, siue non uenerit: uenditio sit contracta.* *Hæc replicatio approbatur l. 8. §. si ita res. ff. de periculo & commodo rei uenditæ. cuius uerba uide* $\bar{s}$*. cap.2. except. 2.repl.3.* *Quarta replicatio est: Nisi non sub conditione uenditio sit contracta, sed in defectum conditionis sit resoluta: utputa, si melior conditio fuerit allata, ut ab emptione discedatur. hoc enim casu etiam meliore conditione allata, nibilominus perfecta uenditio est, sed resoluitur. quæ replicatio in dicto exemplo approbatur l 2.ff. de in diem addictione.cuius uerba uide* $\bar{s}$*.cap.2. except.9. Concordat l. 2. §. si in diem.ff.pro emptore.cuius uerba uide J.cap. prox. quæst.2.* *Aliud exemplum est, si ita sit contracta uenditio, ut si displicuisset, res sit inempta. de quo uide* $\bar{s}$*.cap.proxim.exception.37.repl.1.* *Tertium exemplum est, si ita contracta sit uenditio, ut nisi intra certum tempus precium solutum esset, res inempta esset. quod exemplum proponitur l.1.ff.de lege commissoria, bis uerbis:* Si fundus commissorie lege uenierir: magie est ut sub conditione resoluì emptio, quàm sub conditione conrrahi uideatur. *Quinta replicatio est: Nisi sub hac conditione, Si uenditor fundum uenditum alij pignori obligatum ante calendas liberasset: uenditio sit contracta.* *Hæc enim uerba non conditionem faciunt, sed modum. quæ replicatio approbatur l.41. ff. de contrab. empt. bis uerbis:* Cùm ab eo qui fundum elij obligatum habebat, qoidem sic emptum rogasset: ut esset sibi emptua, si eum liberaret, dommodo ente calendes Iulies liberaret: quæsitum est, eo utiliter agere posset ex empto io boc, ut uenditor eum liberaret? Iulienus respoodit: Videamua qoid inter ementem & uendentem actum sit. nam si id ectum est, ut omoimodo intra calendae Iulias oenditor fundum liberaret: ex empto erit ectio, ut liberet, nec sob conditione emptio fecte intelligetur: ueluti etsi emptor hoc modo interrogaoerit, Erit mibi fundus emptus ita, ut eum intra celendes Iulies liberes: uel ita, Vt eũ intre calendes Iulies à Titio redimas. si uerò sub cooditione fecte est emptio: nõ poterit agi, ut cooditio impleatur. *Sexta replicatio est: Nisi consensu utriusq; postea conditio sit immutata. Hæc replicatio approbatur l. 6. §. fin. ff. de contrab.empt. cuius uerba uide J. exception. 14. in princip.*

VI. EXCEPTIO: *Nisi causa uenditionis non sit secuta, uel modus non impletus.* *Hæc exceptie reprobatur l. 14. C. de rescind. uendit. bis uerbis:* Ea conditione distractie prædija, ut quod reipublicæ debebetur, qui comparauit restitueret: uendiror à se celebrata solutiooe, quanti interest ex periti potest: non ex eo qoòd emptor non satis cõuentioni fecit, contractus irritua coostituitur. *Planè admittitur exceptio proposita, si modus*

*dus adiectas causam dedit contractui, & minoris ob id uenditio facta est. quæ distinctio approbatur l. 6. C. de pactis inter emptor. & uenditor. cuius uerba ui de s. cap. 1. quæst. 4. reg. 10.*

VII. EXCEPTIO: *Nisi emptor uel uenditor pendente contractus conditione decesserit. Hæc exceptio reprobatur l. 8. §. quod si sub condit. ibi: quod si pendente. ff. de periculo & commodo rei uenditæ. cuius uerba uide s. cap. 2. except. 1.*

VIII. EXCEPTIO: *Nisi inter uenditorem & emptricem postea nuptiæ sint secutæ, hasq; diuortium. Hæc exceptio reprobatur l. 6. C. de contrah. empt. his uerbis:* Si Gaudentius in matrem tuam titulo uenditionis sine quadam fraude dominium mancipij transtulit: non idcirco quòd postea inter eos matrimonium & diuortium secutum dicitur, iuri eius quidquem derogatum est. Quod uindicare te, matri tuæ successisse probans, minimè prohiberis.

IX. EXCEPTIO: *Nisi res uendita interierit. De hac re uide s. cap. 2.*

X. EXCEPTIO: *Nisi cùm fiscus uel creditor rem pignoris iure uendidisset, debitor postea debitum offerat. De hac re uide s. lib. prox. cap. 45. causa 1. except. 13.*

XI. EXCEPTIO: *Nisi proximior uenditoris cognatus oblato precio rem retrahat. Hæc exceptio reprobatur l. 14. C. de contrah. empt. his uerbis:* Dudum proximis consortibusq; concessum erat, ut extraneos ab emptione remouerent, neq; homines suo arbitratu uendenda distraherent. Sed quia grauis hæc uidetur iniuria, quæ inani honestatis colore uelatur, ut homines de rebus suis facere aliquid cogantur inuiti: superiore lege cassata, unusquisq; suo arbitratu quærere uel probare possit emptorem, nisi lex specialiter quasdam personas hoc facere probibuerit.

XII. EXCEPTIO: *Nisi uel emptor uel uenditor statim perfecta uenditione de pœnitentia sua sit contestatus. Hæc exceptio reprobatur l. 12. in fine. C. de contrah. empt. cuius uerba uide s. exception. 1. repl. 1.*

XIII. EXCEPTIO: *Nisi uenditor pœnitentia ductus duplum precium emptori restituere sit paratus. Hæc exceptio reprobatur l. 6. C. de rescind. uendit. his uerbis:* Non est probabilis causa, propter quam rescindi consensu factam uenditionem desideras. Quãtis enim duplum offeras precium emptori: tamen inuitus ad rescindendam uenditionem urgeri non debet.

XIIII. EXCEPTIO: *Nisi postea in contrarium conuenerit. Hæc exceptio approbatur l. 3. in prin. ff. de rescind. uendit. his uerbis:* Emptio & uenditio sicut consensu contrahitur, ita contrario consensu resoluitur, antequam res fuerit secuta. *Concordat l. 6. §. fin. ff. de contrab. empt. his uerbis:* Conditio quæ initio contractus dicta est, postea alia pactione immutari potest: sicut etiam abiri à tota emptione potest, si nondum impleta sunt, quæ utrinque præstari debuerunt. *Concordat item l. 7. §. adeò autem. ff. de pactis. cuius uerba uide s. lib. 37. cap. 3. except. 12. repl. 4. duplicat. 1. triplicat. 3. Item concordat Inst. quibus mod. toll. obligat. §. fin. cuius uerba uide d. cap. 3. exception. 47. Item concordat l. 8. C. de pactis inter empt. & uenditor. his uerbis:* Tempore contractus inter emptorem & uenditorem habitam conuentionem integram seruari, si ab ea posteriore pacto non recedatur, certum est. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi re non integra in contrarium emptor & uenditor paciscantur. quæ replicatio ex legibus iam allegatis constat. Concordat l. 2. ff. de rescind. uendit. his uerbis:* Si quam rem à te emi, eandem rursus pluris minorisúe emero: discessimus à priore emptione. Potest enim dum res integra est, conuentione nostra infecta fieri emptio: atque ita consistit posterior emptio, quasi nulla præcesserit. Sed non poterimus eadem ratione uti post precium solutum emptione repetita: cum post precium solutum infectam emptionem facere non possumus. *Concordat item l. 1. C. quando liceat ab empt. disced. his uerbis:* Re quidem integra ab emptione & uenditione utriusq; partis consensu recedi potest. Etenim quod consensu cõtractum est, contrariæ uoluntatis admiuiculo dissoluitur. Sed enim post traditionem interpositam nuda uoluntas nõ resoluit emptionem, si non actus quoq; priori similis retrò agens uenditioni intercesserit. *Concordat item l. 2. C. eod tt. cuius uerba uide s. cap. 1. quæst. 4. reg. 8. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi re secuta in integrum restituta in contrarium conuenerit. quæ duplicatio approbatur uerbis d. l. 1. iam propositis hisce:* Si non actus quoque priori similis retrò agens uenditioni intercesserit. *Concordat l. 57. ibi: Aristoni. ff. de pactis. cuius uerba uide s. lib. 37. cap. 3. except. 47. repl. 2. dupl. 1. Altera propositæ exceptionis replicatio hæc est: Nisi post interitum rei uenditæ in contrarium conuenerit. quæ replicatio approbatur l. 5. §. emptio. ff. de rescind. uendit. his uerbis:* Emptio nuda conuentione dissoluitur, si res secuta non fuerit. Mortuo autem homine perinde habenda est uenditio, ac si tradita fuisset: utputa cùm uenditor liberetur, & emptori homo pereat. Quare nisi iusta conuentio interuenerit: actiones ex empto & uendito manebunt. *Tertia replicatio uidetur: Nisi postquã emptor fideiussorẽ accepit, uel*

res

*res in stipulationem deducta sit, in contrarium conuenerit. Hæc replicatio reprobatur l.2. ff. de rescind. uendit. his uerbis:* Emptio & uendirio sicut consensu contrahitur, ita contrario cõsensu resoluitur, antequá res fuerit secuta. Ideoq; quæsitum est, si emptor fideiussorem acceperit, uel uenditor stipulatus fuerit, an nuda uoluntate resoluatur obligatio? Iulianus scripsit, ex empto quldem agi non posse: quia bonæ fidei iudicio exceptiones pacti insunt. An autem fideiussori utilis sit exceptio, uidendum est? Et puto, liberato reo & fideiussorem liberari. Item uenditorem ex stipulatu agentem exceptione submoueri oportet. Idemque iuris est, si emptor quoq; rem iu stipulationem deduxerit. *Quarta replicatio uidetur: Nisi alter tantùm alteri accepto tulerit. hoc enim casu uidetur accepto ferentem nihilominus ei cui accepto tulit, obligatum manere. Sed hæc replicatio reprobatur l.5. in prin. ff. de rescind. uendit. his uerbis:* Cùm emptor uenditori, uel uenditor emptorl acceptum facit: uoluntas utriusq; ostenditur ld agentia, ut à uegocio discedatur: & perinde hebetur ac si conuenisset inter eos, ot neuter ab altero quidquam peteret: sed ut euidentius appareat, ecceptilatio in hec causa non sue natura, sed potestate conuentionis ualet. *Concordat l. ult. ff. de acceptilat. cuius uerba uide J. lib. 41. cap. 13. quæst. 8. except. 3. Contradicit l. si conuenerit. 57. ff. de pactis. cuius uerba uide s̄. lib. 57. cap. 6. reg. 1. Quinta replicatio est: Nisi cùm illa aut illa res empta esset, postea conuenit, ne alterutrius emptio maneat. hoc enim casu nihilominus unius emptio manet. quæ replicatio approbatur l. 4. ff. de rescind. uendit. his uerbis:* Si emptio contracta sit togæ (puta) aut lencia: & pactus sit uenditor, ne alterutrius emptio maneat: puto resolui obligationem huius rei nomine duntaxat. *Sexta replicatio est: Nisi conditio adijciatur uenditioni. Hæc replicatio approbatur l. 7. in prin. ff. d. tt. his uerbis:* Si id quod purè emi, sub coudltione rursus emam: uihil egitur posteriore emptione. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi cùm antea sub conditione contractum esset, conditio ista postea mutetur. quæ duplicatio approbatur l. 6. §. fin. ff. de contrah. empt. cuius uerba uide s̄. ead. except. in prin. Septima replicatio est: Nisi alius quàm emptor uel uenditor postea in contrarium pactus sit. Hæc replicatio ipso quidem iure approbatur, uerùm eius duplicatio prima hæc est: Nisi filio contrahente pater eius in contrarium pactus sit. quæ duplicatio approbatur l. 2. ff. de rescind. uendit. his uerbis:* Celsus filios putabet, si uendidisset mihi filius familiâs rem peculiarem, & conueniat ut ebeatur eb sa uenditione: inter patrem, & filium, & me conuenire debere: ne si cum patre solo pactus sim, filius non possit liberari. Sed quæritur, utrum ne nihil egatur ex ea pactione: an uerò ego quidem liberer, filius maneat obligatus: sicuti & si pupillos sine tutoris authoritate pacifcatur, ipse quidem liberatur, non etiam qoi cum eo pactus est? Nam quod Aristo dixit, posse ita pacisci, ut unus maneet obligatus: non est uerum. Quia pro une parte contrahentium abiri pacto ab emptione non potest. Et ideo si ab una parte renouatus sit contractus, dicitur non ualere eiusmodi pactionem. Sed dicendum est, patre paciscente & liberato aduersario, filium quoq; obiter liberari. *Altera duplicatio est: Nisi cùm alius rem uendidisset, dominus rei pactus sit ut ab emptione discedatur. hoc enim casu tam uenditori, quàm domino pacisenti exceptio pacti obstat. quæ duplicatio approbatur l. 16. §. fin. ff. de pactis. cuius uerba uide s̄. lib. 57. cap. 7. except. 7. Octaua replicatio est: Nisi cùm emptori duo heredes extitissent, uenditor cum uno tantùm pactus sit, ut ab emptione recedatur. Hæc replicatio reprobatur l. 7. §. unde illud. ff. de pactis. cuius uerba uide J. repl. prox. Nona replicatio uidetur: Nisi pro parte tantùm à priore contractu recedatur. Sed hæc replicatio reprobatur d. §. unde illud. his uerbis:* Non reprobo quod Pomponius libris Lectionum probat, posse in partem recedi ab emptione, quasi repetita pertis emptione. Sed & cùm duo hæredes emptori extiterint, si uenditor cum altero pactus est ut ab emptione recederetur: ait Iulianus ualere pactionem, & dissolui pro parte emptionem: quoniam & ex alio contractu paciscendo alter ex hæredibus adquirere sibi exceptionem potuisset. Vtrunq; itaq; placet, & quod Iulianus, & quod Pomponius ait. *Concordat d. l. 7. §. adeò autem. cuius uerba uide s̄. lib. 17. cap. 10. exception. 12. replication. 2. duplication. 4. triplicat. 9. Decima replicatio est: Nisi pupillus postea sine tutoris authoritate in contrarium pacifcatur. Hæc replicatio approbatur l. 7. §. fin. ff. de rescind. uendit. his uerbis:* Potest quæri, si sine tutoris authoritate pupillus pactus fuerit, ut discedatur ab emptione: an perinde sit atque si ab initio sine tutoris authoritate emisset: ut scilicet ipse non teneatur, sed agente eo retentiones competeut? Sed nec illud sine ratione dicetur, quum initiò emptio rectè sit contracta: uix bonæ fidel conuenire, eo pacto stari, quod alteri captiosum sit: & maximè si iusto errore sit deceptus. *Concordat l. 2. ibi 1 sicuti, etsi pupillus. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. replication. 7. duplication. 1. Vndecima replicatio est: Nisi alius quàm qui pactum fecit, pacti exceptione utatur. Hæc replicatio approbatur*

*batur per ea quæ proposita sunt* ¯s. *lib. 37. cap.6. reg.1. in prin.* *Huius autem replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi patre paciscente, filius pacti exceptione utatur. quæ duplicatio approbatur d. l.1. in fine.* *Altera duplicatio est: Nisi reo principali paciscente, fideiussor pacti exceptione utatur. quæ duplicatio approbatur l.3. ibi: an autem. ff. eod. tit. cuius uerba uide* ¯s. *repl.3. Sed & plura de replicatione proposita eiusq; duplicationibus uide d. cap 6. reg.1. item plura de exceptione proposita eiusq; replicationibus uide* ¯s. *lib.37. cap.3. except.13. repl.4. dupl.1. item except.47.* *Hactenus exceptiones aduersus emptionem & uenditionem tam eæ quæ contractui insunt, quàm quæ contractum sequuntur, ordine sunt enumeratæ atq; descriptæ.*

## *DE IN DIEM ADDIctione. Cap. V.*

*CVm hactenus de emptione & uenditione in genere sit actum, nunc de quibusdam emptionis & uenditionis speciebus specialiter agendum erit. Nam de actionibus empti & uenditi, quæ & ipsæ ad generalem tractatum pertinent, dicetur* J. *libro prox. Species autem emptionis & uenditionis nunc describendæ sunt hæ: In diem addictio: Lex commissoria, Hæreditatis & actionis uenditio, Venditio mancipij ita ut exportetur, uel ne manumittatur, uel ne prostituatur: item Permutatio species emptionis & uenditionis uetustissima, quanquam hodie peculiare genus contractus est.*

I. *Definitio in diem addictionis proponitur l.1. ff. de in diem addictione, his uerbis:* In diem addictio ita fit, Ille fundus centum esto tibi emptus: nisi quis intra calendas Ianuarias proximas meliorem conditionem fecerit, quò res à domino abeat.

II. GENVS.

*Pura est uenditio, quæ sub conditione resoluitur. quæ regula approbatur l.2. §. si in diem. ff. pro emptore, his uerbis:* Si in diem addictio facta sit, id est, nisi quis meliorem conditionem attulerit: perfectam esse emptionem, & fructus emptoris effici, & usucapionem procedere, Iulianus putabat. Alij & hanc sub conditione contractam esse: ille non contrahi, sed resolui dicebat. Quæ sententia uera est. Sed & illa emptio pura est, ubi conuenit, ut si displicuerit, intra diem certom inempta sit. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi ita sit contracta uenditio: ut perficiatur, nisi melior conditio adferatur. quæ exceptio approbatur l.2. ff. de in diem addictione. cuius uerba uide* ¯s. *cap.2. except 9.*

III. CAVSA, EX QVA PROposita uenditionis species resoluitur.

*Si melior conditio fuerit allata, resoluitur hæc uenditio. quæ regula approbatur l.4. §. cum igitur. ff. de in diem addict. cuius uerba uide* J. *except.11.* *Declaratur regula hæc definitione melioris conditionis d. l.4. §. fin. cum lege sequente, his uerbis:* Melior autem conditio adferri uidetur, si precio sit additum. Sed etsi nihil precio addatur, solutio tamen offeratur facilior precij, uel maturior: melior conditio adferri uidetur. Propterea si locus opportunior soluendo precio dicatur, æquè melior conditio allata uidetur: & ita Pomponius libro V. ad Sabinum scribit. Idem ait, etsi persona idoneor accédat ad emptionem, æquè uideri conditionem meliorem allatam esse. Proinde si quis accedat eiusdem precij emptor, sed qui leuioribus emat conditionibus, uel qui satisdationem nullam exigat: melior conditio allata uidebitur. Ergo idem erit dicendum, etsi uiliore precio emere sit paratus: eá tamen remittat, quæ uenditori grauia erant in priore emptione. Quidquid enim ad utilitatem uenditoris pertinet, pro meliore conditione haberi debet. *Planè habet proposita regula etiam suas exceptiones, quarum prima hæc est: Nisi cùm duobus res uendita esset, unus ex illis emptoribus meliorem conditionem offerat. Hæc exceptio reprobatur l.18. ff. de in diem addictione, his uerbis:* Cum in diem duobus socijs fundus sit addictus, uno ex his precium adijciente, etiam pro ipsius parte à priore uenditione discedi, rectius existimatur. *Altera exceptio est: Nisi unus ex pluribus uenditoribus meliorem conditionem offerat. Hæc exceptio reprobatur l.13. §. fin. ff. d. tit. his uerbis:* Verum est, uel unum ex uenditoribus posse meliorem adferre conditionem. Emere enim cum tota re etiam nostram partem possumus. *Tertia exceptio est: Nisi pupillus sine tutoris authoritate meliorem conditionem offerat.* *Hæc exceptio reprobatur l.14. §. sed & si pupillus. ff. eod. tit. his uerbis:* Si pupillus postea sine tutoris authoritate pluris emerit, cõsentiente uenditore abibitur à priore emptione. Idem & in seruo alieno. Aliter atq; si seruo suo uel filio, quem in potestate habeat, uel domino rei per errorẽ id addixerit: quia non est emptio his casibus. *Quarta exceptio est: Nisi seruus alienus meliorem conditionem offerat.* *Hæc exceptio reprobatur uerbis iam propositis hisce:* Idem & in seruo alieno. *Quinta exceptio est: Nisi seruus uel filius uenditoris meliorem conditionem offerat.* *Hæc exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Aliter atque si seruo suo uel filio, quem in potestate habeat, uel domino rei. &c. *Sexta exceptio est: Nisi dominus rei meliorẽ cõditionem offerat. Hæc exceptio approbatur uerbis iã propositis hisce:* Vel domino rei per errorem id addixerit, &c. *Septima exceptio est: Nisi seruus qui liber putatur, meliorem* conditionem

*conditionem offerat. Hæc exceptio reprobatur d. §. sed etsi pupillus, in fine, his uerbis:* Quòd si alieno seruo, quem putauerit liberum esse, addixerit: contra se habebit. Erit enim is egenti emptori similis, qui meliorem conditionem attulerit. *Octaua exceptio est: Nisi is qui meliorem conditionem offert, soluẽdo non sit. Hæc exceptio reprobatur d. l. 14. §. sed si neuter, his uerbis:* Si neuter subiecit emptorem, maiore autem precio addictum est prædium ei qui soluendo non esset: abitũ est à priore emptione, quia ea melior intelligitur, quam uenditor cõprobauit, cui licuit non addicere. *Concordat d. l. 14. §. sed si pupillus, in fine. cuius uerba uide s. except. prox. Huius exceptionis reprobatæ distinctio uidetur esse: Nisi prior emptor eum qui soluendo non est, subiecerit. Sed hæc distinctio reprobatur d. l. 14. §. 1. his uerbis:* Si emptor alium nõ idoneum subiecit, eiq; fundus addictus est: nõ uideo (Paulus inquit) quemadmodum priori sit emptus, cùm alia uẽditio & uera postea subsecuta sit. Sed uerum est, uenditorem deceptum ex uendito actionem habere cum priore emptore quanti sua intersit id non esse factũ: per quem actionem & fructus, quos prior emptor perceperat, & quòd deterior res culpa uel dolo malo eius facta sit, recipiet uẽditor. Et ita Labeoni & Neruæ placet. *Nona exceptio uidetur: Nisi emptor alium subiecerit, qui meliorem conditionem offerat. Hæc exceptio reprobatur uerbis d. l. 14. §. 1. iam propositis. Decima exceptio est: Nisi posterior emptor non adferat meliorem conditionem. Hæc exceptio approbatur l. 4. §. cùm igitur, in fine. ff. de in diem addict. his uerbis:* Si existat aliquis emptor, meliorem tamen conditionem non adferat: æquè dicendum erit, perinde haberi ac si non extiteret. *Concordat l. 14. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Si uenditor simulauerit meliorẽ conditionem allatam, cùm minoris uel etiam tantidem alij uenderet: utriq; emptori in solidum erit obligatus. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi faciliorem precij solutionem, uel maturiorem adferat, uel leuiorib. conditionib. emat. tunc enim, quamuis precio nihil adijciat, meliorem tamen conditionem adferre uidetur. quæ replicatio approbatur l. 4. §. melior. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. ead. quæst. in prin. Altera replicatio uidetur esse: Nisi fructus à priore emptore percepti, ad uenditorem redierint. Hæc replicatio reprobatur l. 14. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis:* Præter corpus nihil sequitur quod uenierit. Non tamen ideo, si tantundem precium alius det: hoc ipso quòd fructus eum non sequũtur, qui secuturi essent, &c. *Vndecima exceptio est: Nisi falsus emptor sit subiectus. Hæc exceptio approbatur l. 4. §. cùm igitur. ff. de in diem addict. his uerbis:* Cùm tunc recedatur ab emptione, ubi purè contrahitur: uel tunc non impleatur, ubi sub conditione fit, cùm melior conditio sit allata: si falsus emptor subiectus sit, eleganter scribit Sabinus, priori rem esse emptam: quia non uideatur melior conditio allata esse, non existente uero emptore. *Duodecima exceptio est: Nisi uenditor aliam rem in posteriore uenditione adiecit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 15. §. si fundus. ff. de in diem addict. his uerbis:* Si fundus in diem addictus fuerit pluris, ut quædem ei accedãt, quæ non accesserint priori emptori: si non minoris sint hæ res, quàm quo pluris postea fundus uenierit: uenditio prior ualet, quasi melior conditio allata non sit. Si minoris, non. Idemq; existimandum, si dies longior precij soluendi data fuerit: ut quæratur, quantum ex usura eius temporis capi potuerit. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi alia res priori rei uenditæ adiecta minoris sit, quàm id quod posterior emptor precio adiecit. quæ replicatio uerbis iam propositis approbatur. Altera replicatio est: Nisi uenditor sine dolo malo aliam rem priori postea adiecit. quæ replicatio approbatur l. penult. ff. eod. tt. his uerbis:* Fundo in diem addicto, si postea precium adauctũ sit, & uenditor alio fundo applicato, eum ipsum fundum posteriori emptori addixerit, & id sine dolo malo fecerit: priori emptori obligatus non erit. Nam quamuis non id tantùm quod in diem addictum erat, sed aliud quoq; cum eo uenierit: tamen si uenditor dolo caret, prioris emptoris causa absoluta est. Id enim solum intuendum est, an priori uenditori bona fide facta sit adiectio. *Decimatertia exceptio est: Nisi posteriori emptori res etiam in diem sit addicta. Hæc exceptio reprobatur l. 11. in prin. ff. de in diem addict. his uerbis:* Quod Sabinus scribit, fundum in diem addici rursus nõ posse, qui semel fuerit in diẽ addictus, ratione eiusmodi defendit: quia prioris (inquit) emptoris statim fit: scilicet quasi non uideatur melior conditio allata, si non securè secundo emptori fundus addicetur, sed alia licitatio prospicitur. Sed Iulianus lib. XIII. Digest. scripsit, interesse multum quid inter contrahentes actum sit: nec impedire quidquã, uel hoc egi ut sæpius collocetur, dum uel prima, uel secunda, uel tertia addictione res à uẽditore discedat. *Decimaquarta exceptio est: Nisi posteriori dies longior ad soluendum precium sit data. Hæc exceptio approbatur l. 15. §. fin. ff. d. tt. cuius uerba uide s. except. 12. Decimaquinta exceptio est: Nisi mortuo uenditore melior conditio adferatur. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur d. l. 15. in prin. his uerbis:* Si prædio in diem addicto, uenditor ante diem mortuus sit: siue post diem

hæres

hærca ei exiſtat, ſiue omnino non exiſtat: priori emprori prædium emptum eſt: quia melior conditio allata, quæ domino placeat, iorelligi non poteſt: cùm is qui uendat, non exiſtat. Quòd ſi intra diem addictionis hæres exiſtat, melior condirio ei adferri poteſt. *Decimaſexta exceptio eſt: Niſi pars tantùm rei uenditæ poſteriori emptori addicatur, uel unus uenditorum poſteriori ſuam partem addicere nolit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 11. §. fin. cum duab. legib. ſequentib. ff. de in diem addictione, his verbis:* Quod Sabinus air, Si tribus uendentibus duo poſteriori addixerint, unus non admiſerit addictionem, huius partem priori emptori, duorum poſteriori emptam: ira demum uerum eſt, ſi uarijs precijs partes ſuas diſtraxerunt, etſi diſpares partes uendentium fuerint. Quòd ſi uno precio uendiderunt, dicendum eſt totam priori emptam manere: quemadmodum ſi quis mihi totú fundum in diem addixiſſet, poſtea uerò adiecto precio dimidiũ alij addixerit. Celſus quoq; libro VIII. Digeſtor. refert, Mutiũ, Brutum, Labeonẽ, Sabinum ita exiſtimaſſe: ipſe quoq; Celſus idẽ probat, & adijcit, mirari ſe à nemine animaduerſum, ſi prior emptor ita contraxit, ut niſi totum fundũ emptum nollet habere: non habere eum ne eam quidem partem emptam, quam unus ex ſocijs poſteriori emptori addicere noluit. *Decimaſeptima exceptio eſt: Niſi res uendita ante allatam meliorem conditionem perierit. Hæc exceptio approbatur l. 1. ff. de in diem addiction. cuius uerba uide ſ. cap. 2. except. 9. Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi aliquid ſuperſit ex re uendita. tunc enim meliore conditione allata, nihilominus prior emptio reſolui poteſt. quæ replicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 4. §. item Iulianus. ff. de in diem addict. his uerbis:* Iulianus libro XV. quærit, ſi res in diem addicta interciderit, uel ancilla deceſſerit: an partus uel fructus eius nomine addictio admitti poſsit? & negat admittendam addictionem: quia alterius rei, quàm eius quæ diſtracta eſt, non ſolet addictio admitti. Idem Iulianus eodem libro ſcribit, ſi ex duobus ſeruis uiginti uenditis, & in diem addictis, alter deceſſerit: deinde unius nomine qui ſupereſt, emptor extiterit, qui ſupra uiginti promitteret: an diſcedatur à priore contractu? & ait, diſsimilem eſſe hanc ſpeciem partus ſpeciei. Et ideo hic diſcedi à priore emptione, & ad ſecũdam perueniri. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi fructus tantùm ſuperſit ex re uendita uel partus. quæ duplicatio approbatur uerbis iam propoſitis. Decimaoctaua exceptio eſt: Niſi prior emptor paratus ſit adijcere precio, quod poſterior adiecit. Hæc exceptio approbatur l. 7. cum lege ſequente. ff. de in diem addict. his uerbis:* Licet uenditori meliore allata conditione addicere poſteriori: niſi prior paratus ſit plus adijcere. Neceſſe autem habebit uenditor, meliore conditione allata, priorem emptorem certiorem facere, ut quod alius addidit, ipſe quoque adijcere poſsit. *Decimanona exceptio eſt: Niſi cùm duæ res ſeparatim in diem addictæ eſſent, & utraq; ſimul à poſteriore emptore ſit empta aucto precio: non appareat utrius precio ſit additum. Hæc exceptio approbatur l. 17. ff. de in diem addictione, his uerbis:* Cùm duo ſerui duobus ſeparatim denis in diẽ addicti ſint, & extiterit qui pro utroque triginta det: refert unius precio decem, an ſingulorum quina adijciat. Secundum ſuperiorem adiectionem is ſeruus inemptus erit, cuius precio adiectio facta fuit: ſecundum poſteriorem uterq; ad poſteriorem emptorem pertinebit. Quòd ſi incertum ſit, an ad utriuſq; precium addiderit: à priore emptione non uidetur eſſe diſceſſum. *Viceſima exceptio eſt: Niſi uenditor nolit priorem emptionem reſolui. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 9. ff. d. tt. his uerbis:* Sabinus ſcripſit, licere uenditori meliorem conditionem oblatam abijcere, & ſequi primam quaſi meliorem: & ita utimur. Quid tamen ſi hoc erit nominatim actum, ut liceret emptori reſilire meliore conditione allata? dicendum erit, diſſolutam prioram emptionem, etiamſi uenditor ſequentem non admittat. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi ita conuenit, ut allata meliore cõditione liceret emptori reſilire. quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Quid tamen ſi hoc erit, &c. *Altera replicatio eſt: Niſi creditor pignus in diem addixerit. Hæc replicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 10. ff. eod. tt. his uerbis:* Sed etſi proponatur, à creditore pignus in diem addictum: non poteſt uideri bona fide negocium agi, niſi addictio recipiatur. Quid ergo ſi inops eſt emptor, & impediendæ tantummodo uenditionis cauſa interuenit? poteſt creditor ſine periculo priori emptori addicere. *Tertia replicatio eſt: Niſi duob. uel plurib. uendentib. unus ex ijs nolit emptionem pro ſua parte reſolui. Hæc replicatio reprobatur l. 11. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. exception. 16. Quarta replicatio eſt: Niſi uno uel pluribus uendentib. meliore conditione allata pro parte emptionem reſolui nolint, pro parte uelint. Hæc replicatio approbatur l. 13. ff. eod. tt. cuius uerba uide d. except. 16. Viceſimaprima exceptio eſt: Niſi pluribus rebus ſeparatim uenditis, unius precio adiectum ſit, alterius precio adiectum non ſit. tunc enim eius emptio cuius precio adiectum nõ eſt, manet. quæ exceptio approbatur l. 17. ff. d. tt.*

*cuius uerba uide s.except.19.Hæc de exceptionibus propositæ regulæ.*

## IIII. EVENTVS IN DIEM addictionis.

I. *Regula:Re in diem addicta,emptor medio tempore dominus rei est.eamq; uindicare potest,& pignori dare. quæ regula approbatur l. 4. §. sed & Marcellus.ff.de in diem addict. his uerbis:* Mercellus lib.V.Digestor.scribit, purè uédito, & in diem addicto fuudo, si melior condirio allata sit, rem pignori esse desinere, si emptor eum fundum pignori dedisset. Ex quo colligitur, quòd emptor medio tempore dominus est: alioqoin nec pignus teneret. *Concordat l.41.in prin.ff.de rei uendicat. cuius uerba uide s. lib. 21. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi melior conditio sit allata. quæ exceptio approbatur d. l. 41. in prin.Cui concordat d. §. sed Marcellus,uerbis iam propositis.*

II. *Regula:Emptor medio tempore rem usucapere poterit, fructus lucratur, & periculum ad eum pertinet.quæ regula approbatur,simul & distinguitur l.2.cum duab.legib.sequentib. ff. de in diem addictione.cuius uerba uide s.cap.2.except.9.Concordat l.4.§.fundo.ff.eod.tt.cuius uerba uide d.except. 9.repl.1.*

III. *Regula : Emptor medio tempore interdicto Quod ui aut clam,uti potest. quæ regula approbatur d.l.4.§. idem Iulianus, his uerbis:* Iulianus libro XLVIII. Digestor. scribit,eum qui emit fundum in diem addictum:inter dicto Quod ui aut clem,oti posse. Ná hoc interdictum ei competir,cuius interest opus non esse factum.

IIII. *Regula:Meliore conditione allata,uenditor eius priorem emptorem certiorare debet.quæ regula approbatur l.8.ff.de in diem addiction.cuius uerba uide s.quæst.prox.except.18.*

V. *Regula:Meliore conditione allata,prior emptor fructus perceptos uenditori restituere tenetur. quæ regula approbatur, simul & distinguitur l.6. ff.de in diem addict. his uerbis:* Quod dictum est,fructns inrerea capros emprorem priorē sequi: toties uerum est, quoties nullus empror existir, qui meliorem conditionē adferet, uel felsus existat. Si uerò exritit emptor posterior, fructue refundere priorem debete constat uendirori. Et ita Iulianus lib.XLVIII.Digest.scripsit. *Concordat l.14.§.1.ff.eod.tt.cuius uerba uide s.quæst.prox.except.8.distinct.1.Concordat item d.l.14. §. fin. cuius uerba uide s.quæst.3.except.10.repl.2.Item concordat l.4.§.fundo aūt.ff.eod.tt.cuius uerba uide s.cap. 2.except.9.Huius regulæ exceptio prima hæc est:Nisi melior conditio allata non sit. quæ replicatio approbatur uerbis d.l.6.iam propositis hisce:* Quod dictum est,fructus inrerea captos emptorem priorem sequi, &c. *Ait Iurisconsultus,* Quod dictum est : *scilicet l.2.in fine.ff.eod.tt.cuius uerba uide s.cap.2. except.9.* *Altera exceptio est:Nisi prior emptor precio adijciat tantum,quantū adiecit emptor posterior,& ita emptio prior non resoluatur. Hæc exceptio reprobatur d.l.6.§.si quis,hisce uerbis:* Si quia exr•:erit,qui meliorē cōditionem adferat:deiode prior emptor aduersus eum liciratus sit,& penes eum emptoió manserit:dubitari poterit,utrum fructus ipse habear,quesi nulle meliore conditione allata:ao uerò uēditoris sint, licet eedem sit persona quæ meliorem cō ditionem attulerit? quod rerio facere uiderur. Intereiit temen qnid actum sit.Et ira Pomponius scribit. *Cōcordat l.ult.ff.de iure fisci. cuius uerba uide j.proximè. Planè admittitur exceptio proposita,si utraq; addictio intra tempus messis uel uindemiarum sit facta.quæ distinctio approbatur d.l. ult.his uerbis:* Valerius Perronius procureror Imperatoris Fleuio Statilio prædia certo precio addixerat: deinde fecta licitatione idem Srarilius recepte ea licitatione obtinuerat,& in uecuam possessionē inductus erat.De fructibus medio tempoie perceptis quærebatur?Petronius fisci esse uolebat.Plenè si medio tempore inter primā licitetionem & sequentem eddictionē percepti fuissent,ad uēditorē pertinere:sicut solet dici,còm in diē eddictio facte est,deinde melior cō dirio ellate.Nec moueri debemus,quòd idē fuisset, cui & primo addicte fuerant prædia.Sed cum utreq; addictio intra tēpus uindemiarū facta fuisset: recessum est ab hoc trectatu. Iteq; placebet,fructus emptoris esse. Papinienus & Mesiius nouā sententiā induxerūt. Quia sub colono erenr prædia, iniqoū esse fructus ei auferri uniuersos. Sed colonū qdē percipere eos debere:emptorē uerò pēsionem eius anni accepturū,ne fiscus colono teneretur,quod ei frui non licuisset,atq; si hoc ipsum in emeodo conuenisset.Pronūcieuit temen secundū illorum opinionē: quòd si quidē à domino colerētur,uniuesos fructus heberet:si uerò sub colono,pēsionem acciperet.Triphonino suggerente qoid putarem de fructibus aridie,qui entè percepri in prædijs fuisseot: respondi,si nondū dies pensionis uenisset,cùm addictæ sunt: eos quoq; emptorē ecceptururn.

VI. *Regula:Meliore conditione allata, priorem ptor actionem quam rei emptæ nomine habet,uenditori restituere tenetur.quæ regula approbatur exemplo l.4.§.fundo.ff.de in diem addiction.cuius uerba uide s.cap.2.except.9.repl.2.Cōcordat l.41.in prin. ff.de rei uendicat.*

VII. *Regula : Meliore conditione allata,prior emptor uenditori de dolo & culpa tenetur, l.14.§.2. ff.de in diem addict.cuius uerba uide s.quæst. prox. except.8.distinct.2.*

VIII. Regula:

VIII. *Regula: Sed & meliore conditione allata, uēditor priori emptori de sumptibus factis tenetur. quæ regula approbatur l.16.ff.de in diem addict. his uerbis:* Imperator Seuerus rescripsit: Sicut fructus in diē addictæ domus, cum melior conditio fuerit allata, uenditori restitui necesse est: ita rursus quę prior emptor medio tēpore necessariò probauerit erogata, de reditu retineri: uel si non sufficiāt, solui æquum est. Et credo sensisse Principem de ompti & ueniti actione.

IX. *Regula: Meliore conditione allata, prior emptor de precio quod soluit, sibi restituendo actionē habet non aduersus posteriorem emptorem, sed aduersus uenditorem. quæ regula approbatur l. ult. ff. de in diem addiction. his uerbis:* Prior emptor post conditionem meliorem allatam, ob pecuniam in exordio uenditori de precio solutam, contra secundum emptorem citra delegationē iure stipulationis interpositam agere non potest.

X. *Regula: Meliore conditione allata, prior emptor furti nomine, quod seruus emptus fecit, actionē aduersus uenditorē non habet. quæ regula approbatur l.69 §.cū seruus. ff de furtis, hisce uerbis:* Cùm seruus inemptus factus sit, non posse emptorem furti agere cum uenditore ob id quod is seruus post emptionem, antequā redderetur, subripuisset.

XI. *Regula: Præter rem uenditam nihil posteriorem emptorem sequitur. quæ regula approbatur l. 14. §. fin. ff. de in diem addictione. cuius uerba uide s̄. quæst. prox. except. 10. repl. 2.*

## *DE LEGE COMMISSORIA. Cap. VI.*

### I. GENVS HVIVS EMPTIONIS.

*Non est conditionalis uenditio, sed pura, quæ sub conditione resoluitur. quæ regula approbatur l.1. ff. de lege commissoria. cuius uerba uide s̄. cap.4. except. 5. repl. 4. Concordat l.2. §. Sabinus. ff. pro emptore. cuius uerba uide s̄. lib. 22.*

### II. CAVSA, EX QVA HAEC species uenditionis resoluitur.

*Si cùm res uendita esset hoc pacto, ut non soluto intra certum diem precio, res esset inempta: pecunia intra diem statutum soluta non sit. Hæc regula ipso quidem iure subsistit: uerùm eius exceptio prima hæc est: Nisi non stet per emptorem, quo minus ad diem pecunia soluatur. Hæc exceptio approbatur l. 22. in fine. ff. de action. & obligat. cuius uerba uide s̄. lib. 18 cap. 6. except. 6. repl. 1. Huius exemplum proponitur l. ult. ff. de lege commissoria, his uerbis:* Mulier fundos a Caio Seio uendidit, & acceptis arræ nomine certis pecunijs, statuta sunt tempora solutionis reliquæ pecuniæ: quibus si non paruisset emptor, pacta est ut arram perderet, & inemptæ uillæ essent. Die statuto emptor testatus est, se pecuniam omnem reliquam paratum fuisse exoluere, & sacculum cum pecunijs signatorum signis obsignasse, defuisse autem uenditricem. Posteriore autem die nomine fisci testatò conuentus emptor est, ne antè pecuniam mulieri exolueret, quàm fisco satisfaceret. Quæsitum est, an fundi non sint in ea causa, ut à uenditrice uindicari debeant ex conuentione uenditionis? Scæuola respondit, secundum ea quæ proponerentur, non commisisse in legem uenditionis emptorem. *Sunt etiam propositæ exceptionis species & exempla exceptiones aliquot proximè sequentes. Planè propositæ exceptionis replicatio hæc est: Nisi cùm antea per uenditorem factum esset, quo minus pecunia sua die solueretur, postea uenditore accipere parato emptor in mora sit. Hæc replicatio approbatur, simul & distinguitur l. 51. §. quòd si fundum. ff. de action. empti. cuius uerba uide ǰ. lib. prox. cap. 9. quæst. 2. except. gener. 1. repl. 1. Secunda exceptio est: Nisi nemo sit cui soluatur. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Defuisse autem uenditricem. *Concordat l. 4. §. fin. ff. eod. tit. cuius uerba uide ǰ. except. 4. Tertia exceptio est: Nisi emptori à fisco denunciatum sit ne solueret. Et hæc exceptio approbatur uerbis d. l. ult. ff. de lege cōmissoria, s̄. except. 1. propositis. Quarta exceptio est: Nisi emptor ut solueret, non fuerit interpellatus. Hæc exceptio reprobatur d. l. 4. §. fin. his uerbis:* Marcellus libro XX. dubitat, cōmissoria utrū tūc locum habeat, si interpellatus nō soluat: an uerò si nō obtulerit? & magis arbitror offerre eum debere, si uult se legis commissoriæ potestate soluere. Quòd si nō habet cui offerat, posse securū esse. *Quinta exceptio est: Nisi intra diem mortuo uenditore, emptor filijs eius impuberib. tutor sit datus. Hæc exceptio reprobatur l. 10. in prin. ff. de rescind. uendit. his uerbis:* Seius à Lucio Titio emit fundum lege dicta, ut si ad diem pecuniam non soluisset, res inempta fieret. Seius parte precij præsente die soluta, defuncto uenditore filijs eius pupillaris ætatis & ipse tutor cum alijs datus, neque contutoribus precium secundum legem numerauit, nec rationibus tutelæ retulit. Quæsitum est, an irrita emptio facta esset? Scæuola respondit, secundum ea quæ proponerentur, inemptam uideri. *Sexta exceptio est: Nisi cùm conuenisset etiam, ut non antè precium soluatur, quàm uenditor de euictione satisdedisset, uenditor non satisdederit. Hæc exceptio approbatur d. l. 10. §. emptor, his uerbis:* Emptor prædiorum, cùm suspicaretur Numeriam & Semproniam ei controuersiam moturas, pactus est cum uenditore, ut ex pre-

cio aliqua summa apud se remaneret, donec emprori fideiussor daretur à uenditore. Postea uenditor eam legem inseruit, ut si ex die pecunnia omnis soluta non esset, & uenditor ea prædia uenisse nollet, inuendita essent. Interea de aduersarijs alteram mulierem uenditor superauit, cum altera tiansegit: ita ur sine ulla quæstiooe emptor prędia posaideret. Quæsitum est, cùm neq; fideiussor datus, neq; omnis pecunia secundum legem suis diebus soluta sit: an prædia inuendita sint? Scæuola respondit, si conuenisset ut nõ prius pecunia solueretur, quàm fideiussor uenditi causa daretur: nec id factum esset, cùm per emptorem oon staret, quo minns fieret, non posse posteriorem legis partem exerceri. *Septima exceptio est: Nisi non multo post morã emptor precum offerat. Hæc exceptio reprobatur l. 22. in fine. ff. de act. & oblig. cuius uerba uide s. lib. 18. cap. 6. except. 6. repl. 2.* *Octaua exceptio est: Nisi post commissam legem uenditor precium uel precij usuras petierit. Hæc exceptio approbatur l. 7. ff. de lege commissoria, his uerbis:* Post diem cõmissoriæ legi præstitutũ, si nenditor preciũ petat: legi commissoriæ renunciatũ oidetur, nec uariare, & ad hanc redire potest. *Concordat l. 4. C. de pactis inter emptorem, his uerbis:* Commissoriæ uenditionis legẽ exercere non potest, qui post pręstitutum precij soluendi diem non uindicationẽ rei eligere, sed nsurarũ precij petitionẽ sequi maluit. *Cõcordat itẽ l. 18. §. dicebã. ff. de minor. 25 annis. cuius uerba uide j. lib. 49. cap. 4. quæst. 4. causse 7. Nona exceptio est: Nisi post commissam legem uẽditor partem precij acceperit. Hæc exceptio approbatur l. 6. §. fin. ff. de lege commissoria, his uerbis:* Post diẽ lege commissoria comprehensum neoditor partẽ reliquæ peeuuiæ aceepit. Scæuola respondit, si post statutum diem reliquę pecuniæ uenditor legẽ dictam non exercuisset, sed partẽ reliqui debiti accepisset: uideri recessum à commissoriis. *Decima exceptio est: Nisi uẽditor malit ualere uẽditionẽ, quàm resolui. Hæc exceptio approbatur l. 2. cum lege sequẽte. ff. de lege commissoria, his uerbis:* Cùm uenditor fundi in lege ita caoerit, Si ad diem pecunia soluta non erit, fundus inemptus sit: ita accipitur inemptũ esse fundũ, si uenditor eũ inemptũ essẽ uoluit: quia id uẽditoris causa caueretur. Nã si aliter acciperetur, exusta uilla in potestate emptoris foturũ, ut non dando pecuniã inemptũ faceret fundũ, qui eius pericolo fuisset. Nã legẽ commissoriã quę in nenditionib. adijcitur, si nolet uenditor exercebit, non etiã inuitus. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi uenditor commissoriã legẽ semel elegit, uel nõ statim cõstituat, utrum eã legem exercere, uel preciũ petere uelit. Hæc replicatio approbatur l. 4. §. eleganter. ff. eod. tt. his uerbis:* Eleganter Papinianus libro III. Responsorum scribit, statim atq; commissa lex est, statuere uenditorem debere, utrum commissoriam nelit exercere, an potius precium petere. Nec posse, si cõmissoriam elegit, postea uariare.

## III. EVENTVS RESOLVTAE oenditionis.

I. *Regula: Res fit inempta, et id quod ab emptorẽ datũ est, apud uenditorẽ manet. quæ regula approbatur l. 6. in prin. ff. de lege cõmissoria, his uerbis:* Scæuola de lege cõmissoria interrogatus, ita respõdit: Si per emptorẽ factũ sit, quo minus legi pareretnr, & ea lege uti uenditor uelit: fundos inemptos fore, & id quod arræ uel alio nomine datũ esset, apud uenditorẽ remansurũ. *Concordat l. 4. §. sed quod. ibi: cum preciũ ff. eod. tt. cuius uerba uide j. reg. 6. exc. 1.*

II. *Regula: Furti nomine, quod seruus inemptus factus emptori fecit, actio aduersus uenditorẽ non datur. quæ regula approbatur l. 69. §. cum seruus. ff. de furtis. cuius uerba uide s. cap. prox. quæst. 4. reg. 10.*

## DE ACTIONE QVAE VENditori resoluta uenditione competit.

### Causæ ex qnibus hæc actio competat?

III. *Regula: Si intra diem cõstitutum emptor precium non soluat, ex pacto uenditori ad rem uenditam recuperandam datur actio. quæ regula cum suis exceptionibus proponitur s. quæst. 2.*

IIII. *Regula: Si res apud emptorem deterior sit facta, eo quoq; nomine emptor uenditori tenetur. quæ regula approbatur l. 4. in prin. ff. de lege commissoria. cuius uerba uide j. reg. 8.*

V. *Regula: Si res postea minoris uendita est, hoc quoq; (ex pacto tamen speciali) emptor uenditori præstabit. quæ regula approbatur d. l. 4. §. in commissoria, his uerbis:* In commissoria etiam hoc solet connenire, nt si uenditor eundem fundum uenderet, qoanto minoris uendiderit, id à priore emptore exigat. Erit itaque aduersus eum ex oendito actio. *Concordat l. 6. §. si fundus. ff. de contrab. empt. cuius uerba uide j. reg. 8.*

### QVID VENIAT IN ACTIOne proposita?

VI. *Regula, De fructibus restituendis, proponitur l. 5. ff. de lege commissoria, his uerbis:* Legẽ fundo oendito dicta, ut si intra certũ tempus precium solutũ non sit, res inempta esset: de fructibns qnos interim emptor percepisset, hoc agi intelligendum est, nt emptor interim eos sibi suoq; iure percipiat. Sed si fundus reoenisset, Aristo existimabat, oenditori de his iudiciũ in emptorẽ dandum esse: quia nihil penes eum residere oporteret ex re, in qua fidem fefellisset.

lisset. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi emptor aliquam precij partem soluit. quæ exceptio approbatur l. 4. §. sed quod ait. ff. eod. tt. his uerbis:* Quod ait Neratius, habet rationem, ut interdum fructus lucretur, cum preciũ quod numerauit perdidit. Igitur sententia Neratij tũc habet locũ (quæ est humana) quando emptor aliquam partem precij dederit.

VII. *Regula: Nec in eo quod accessurum rei uenditæ dictum est, emptio consistit. quæ regula approbatur l. 6. §. idem resp. ff. de lege commiss. his uerbis:* Scæuola respondit, si ex lege inempti sint fundi: nec id quod accessurum dictum est, emptori deberi.

QVAE EX PROPOSITIS CAVSIS competat actio, quæq; eius adfinia sint remedia?

VIII. *Regula: Ex uendito actio competit. quæ regula approbatur l. 6. §. si fundus. ff. de contrah. empt. his uerbis:* Si fundus annua, bima, trima die ea lege uenisset, ut si in diem statutum pecunia soluta non esset, fundus inemptus foret: & ut si interim emptor fundum coluerit, fructusq; ex eo perceperit, eos inempto fundo facto restitueret, & quanti minoris postea alij uenisset, ut id emptor uenditori præstaret: ad diem pecunia non soluta, placet uenditori ex uendito eo nomine actionem esse. Nec conturbari debemus eo quòd inempto fundo facto dicatur, actionem ex uendito futuram esse. In emptis enim & uenditis potius id quod actum, quàm quod dictum fuit, sequendum est. Et cum in lege id dictum sit: apparet hoc duntaxat actum esse, ne uenditor emptori, pecunia ad diem non soluta, obligatus esset: non ut omnis obligatio empti & uenditi utrinque solueretur. *Concordat l. 4. in prin. ff. de lege commiss. his uerbis:* Si fundus lege commissoria uenierit, hoc est, ut nisi intra certum diem precium exolutũ sit, inemptus fiat: uideamus quemadmodum uenditor agat tam de fundo, quàm de his quę ex fundo percepta sunt. Itemq; si deterior fundus effectus sit facto emptoris? Et quidem finita est emptio: sed iam decisa quæstio est, ex uendito actionem competere, ut rescripto Imperatoris Antonini & diui Veri declaratur. *Concordat item l. 3. C. de pactis inter emptorem, his uerbis:* Qui ea lege prædium uendidit, ut nisi precium reliquum intra certum tempus restitutum esset, ad se reuerteretur: si non precariam possessionem tradit, rei uendicationem non habet, sed actionem ex uendito.

IX. *Regula: In uenditoris arbitrio est, utrum commissoria lege uti, an precium petere uelit. quæ regula approbatur, simul & distinguitur ĩ. quæst. 2. exceptione excepti. 10.*

## *DE HAEREDITATE VENDITA. Cap. VII.*

### I. DE ACTIONE EMPTI, SI *hæreditas uendita sit.*

Causæ ex quibus hęc actio competit.

PRima *regula: Si hæreditas uendita sit, emptori ad eam tradendam empti actio competit. quæ regula approbatur l. 14. cum lege sequente. ff. de hæred. uendita, his uerbis:* Si hæreditas ueneat, uenditor res hæreditarias tradere debet. Quanta autem hæreditas est, nihil interest: nisi de substantia eius adfirmauerit. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi uiuentis hæreditas uenierit. Hæc exceptio approbatur l. 1. ff. de hæred. uendita, his uerbis:* Si hæreditas uenierit eius qui uiuat, aut nullius sit: nihil est actum, quia in rerũ natura non sit quod uenierit. *Secunda exceptio est: Nisi eius qui non est, nec fuit unquã, hæreditas uenierit. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propositis bisce:* Aut nullius sit. *Concordat l. 7. ff. eod. tt. his uerbis:* Cùm hæreditatem aliquis uendit: esse debet hęreditas, ut sit emptio. Nec enim alea emitur, ut in uenatione & similibus, sed res: quæ si non est, non contrahitur emptio. Et ideo precium condicetur. *Concordat item l. 8. ibi: si nulla est. ff. eod. tt. cuius uerba uide ĵ. reg. 3. Tertia exceptio est: Nisi hæreditas uendita ad uenditorem nõ pertineat. Hæc exceptio reprobatur d. l. 8. Quarta exceptio est: Nisi nondum certus de quantitate hæreditatis, persuasus ab emptore eam tanquam exiguam uendidit, cùm esset magna. Hæc exceptio approbatur l. 4. C. de hæred. uel act. uendita, his uerbis:* Qui nondũ certus de quantitate hæreditatis, persuadente emptore quasi exiguam quantitatem eam uendidit: bonæ fidei iudicio conueniri, ut res tradat, uel actiones mandet, non compellitur. nam suo quoq; iure eorum persecutionem habet. *Quinta exceptio est: Nisi precium nondum sit solutum. Hæc exceptio approbatur l. 22. ff. de hæred. uendita. cuius uerba uide ĩ. lib. prox. cap. 1. quæst. 4. specie 3. Hæc de prima causa.*

II. *Regula: Si uenditor quasi hæres hæreditatem uendidit, cùm sibi ex Senatusc. Trebell. esset restituta: ad id quod emptoris interest, tenetur. quæ regula approbatur l. 16. ff. de hæred. uendita, his uerbis:* Si quasi hæres uendideris hæreditatem, cùm tibi ex Senatusc. Trebelliano restituta esset hæreditas: quanti intersit emptoris, teneberis.

III. *Regula: Si uenditor alienam hæreditatem uendidit, ad se non pertinentem, eius æstimationem debet, & in id quod emptoris interest, tenetur. quæ regula approbatur l. 8. cum lege sequente. ff. de hæ-*

*hæred.uend.his uerbis:* Quòd si nulla hæreditas ad uenditorem pertinuit, quantũ emptori præstare debeat, ita distingui oportebit: ut si quidem est aliqua hæreditas, sed ad uenditorem non pertinet: ipsa æstimetur. Si nulla est, de qua actum uideatur: hic uerò (quia uenditio non ualet) precium duntaxat, & si quid in eam rẽ impensum est, emptor à uenditore consequatur, & si quid emptoris interest. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi ita uenditio facta sit, ut quod iuris esset uenditori, id ueniret. quæ exceptio approbatur l.10.cum lege sequente. ff. eod. tt. his uerbis:* Quòd si in uenditione hæreditatis id actũ est, si quid iuris esset uẽditori, uenire, nec postea quidquam præstitum iri: quamuis ad uenditorem hæreditas non peruenerit, nihil tamen præstabitur: quia id actum esse manifestum est, ut quemadmodum emolumentum negociationis, ita & periculum ad emptorem pertineat. Nam hoc modo admittitur esse uenditionem, si quasi hæreditas tibi empta est, aut quasi spes hæreditatis: ut ipsum incertum rei ueneat, sicut in retibus. *Concordat l.13.ff.eod.tt.his uerbis:* Quòd si sit hæreditas, etsi non ita conuenit, ut quod iuris haberet uenditor, emptor haberet: tamen hæredem sa esse præstare debebit. Illo uerò adiecto, liberatur uenditor, si ad eum hæreditas non pertineat. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi uenditor sciens nihil ad se pertinere, ita uendiderit. Hæc replicatio approbatur l.12. ff. eod.tt. his uerbis:* Hoc sic intelligendum est, nisi sciens ad se non pertinere, ita uendidit. Nam tunc ex dolo tenebitur.

QVID AT QVANTVM VENIAT IN actione proposita?

IIII. Regula: *Quanta est hæreditas, tanta præstanda. quæ regula approbatur, simul & distinguitur l.14. in fine, cum lege sequente. ff. de hæred. uendita: cuius uerba uide ĩ. reg. 1. in prin.*

V. Regula: *Id quod tempore uenditionis in hæreditate est, uidetur uenisse. quæ regula approbatur; simul & distinguitur l. 2. §. 1. ff. de hæred. uend. his uerbis:* In hæreditate uendita utrum ea quantitas spectatur, quæ fuit mortis tempore: an ea quæ fuit, cùm adiretur hæreditas: an ea quæ fuit, cùm hæreditas uenundaretur, uidendum erit? Et uerius est, hoc esse seruandum quod actum est. Plerunq; autem hoc agi uidetur, ut quod ex hæreditate peruenit in id tempus quo uẽditio fit, id uideatur uenisse.

VI. Regula: *Id de quo actum est, uendita hæreditate debetur. quæ regula approbatur uerbis d. §. 1. iam propositis hisce:* Et uerius est, hoc esse seruandum quod actum est. *Concordat l.15.ff.eod.tt. cuius uerba uide ĩ. reg. 1. in prin. Item cõcordat l.ult.ff.eod.tt. cuius uerba uide ĩ. reg. prox. except. 4.*

VII. Regula: *Id quod ad uenditorem occasione hæreditatis uendita peruenit, debetur. quæ regula approbatur l.2.§.1.ff.de hæred.uendita. cuius uerba uide ĩ. reg.4. Declaratur regula proposita d. l.2. §. peruenisse, his uerbis:* Peruenisse ad uenditorem hæreditatis quomodo uideatur, quæritur? Vlpianus. Et ego puto, antè quidem quàm corpora rerum hæreditariarũ nactus uenditor fuerit: hactenus ad eũ peruenisse uideri, quatenus mãdare potest earum rerum persecutionẽ, actionesq; tribuere. Enimuerò ubi corpora nactus est, uel debita exegit: plenius ad eũ uideri peruenisse. Sed etsi rerũ uenditarũ ante hæreditatẽ uenditam precia fuerit consecutus: palàm est, precia rerum ad eũ peruenisse. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi cùm institutus hæres etiã impuberi testatoris filio substitutus esset, & hæreditatem testatoris uendidisset: ex impuberis hæreditate ad eũ peruenerit. Hæc exceptio approbatur l.2.§.illud potest.ff.de hæred.uend.his uerbis:* Illud potest quæri, si etiã impuberi sit substitutus is qui uendidit hæreditatẽ testatoris: an id etiã quod ex impuberis hæreditate ad eũ qui uendidit hæreditatem, peruenit, ex empto actioni locũ faciat? & magis est, ne ueniat: quia alia hæreditas est. Licet enim unũ testamentũ sit, alia tamẽ atq; alia hæreditas est. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi aliud cõuenerit. quæ replicatio approbatur ibidem his uerbis:* Planè si hoc actũ sit, dicendũ erit etiã impuberis hæreditatẽ in uenditionẽ uenire: maximè si iã ei delata impuberis hæreditate uenierit hæreditas. *Altera exceptio est: Nisi uenditor hæreditatis indebitũ exegit. Hæc exceptio approbatur d.l.2.§.solet quæri, his uerbis:* Solet quæri, an etiã si quid lucri occasione hęreditatis uẽditor senserit, emptori restituere id debeat? Et est apud Iulianũ quęstio hęc tractata libro VI. Digestorũ. Et ait, quod nõ debitũ exegerit, retinere hæredẽ: & quod nõ debitũ soluerit, nõ reputare. Nã hoc seruari, ut hæres emptori nõ præstet quod non debitũ exegerit: neq; ab eo cõsequatur, quod nõ debitũ præstiterit. *Tertia exceptio est: Nisi ob uim sibi, uel furtũ in re hæreditaria factum uenditor pœnam sit cõsecutus. Hæc exceptio approbatur l.2.§.fin.ff.de hæred.uend. his uerbis:* Si aut ui deiectus, uel propter furti actionem duplum abstulero: nihil hoc ad emptorem pertinẽbit. Nam si sine culpa desijt possidere uẽditor, actiones suas præstare debebit, non rem: & sic & æstimationem quoq;. Nam & aream tradere debet exusto ædificio; *Quarta exceptio est: Nisi fundi hæreditarij occasione, quẽ in uẽditione hæreditatis excepit uẽditor, ad-*

quisiuit,

*quisiuit.* *Hæc exceptio reprobatur l.ult. ff. d.tt. his uerbis:* Si excepto fundo hæreditario neneat hæreditas, deinde eius fundi nomine uenditor aliquid adquisierit: debet id præstare emptori hæreditatia. Paulus. Imò semper quæritur in ea re quid actum fuerit. Si autem id non apparebit, præstare eam rem debebit emptori uenditor. Nam idipsum ex ea hæreditate ad eum peruenisse uidebitur, non secus ac si eum fundum in hæreditate uendenda non excepisset. *Quinta exceptio uidetur : Nisi post uenditam hæreditatem ad uenditorem peruenerit. Hæc exceptio reprobatur l. 2. §. non tantùm. ff. de hæred.uendita. cuius uerba uide J. reg. proxim.except.1.* *Sexta exceptio est : Nisi uenditor id quod ad se peruenit, rursus perdidit uel alienauit. Hæc exceptio approbatur d. l. 2. §. illud tenendum, his uerbis:* Illud tenendum est, cum effectu uideri peruenisse, non prima fronte. Ideireo quod legatorum nomine quis præstitit, non uidetur ad eum peruenisse. Sed etsi quid æris alieni est, uel cuiua alterius oneris hæreditarij: peruenisse meritò negabitur. *Concordat d.l.2. §. non tantùm, in fine, his uerbis:* Depetdita & deminuta sine dolo malo uenditoris non præstabuntur. *Concordat item l. 3. ff. eod. tt. his uerbis:* Si uenditor hæreditatia exactam pecuniam sine dolo malo uel culpa perdidisset, non placet eum emptori teneri. *Item concordat l. 21. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. except. 3. Huius exceptionis replicatio prima hæc est : Nisi dolo uel culpa uenditoris res perierit. Quæ replicatio elicitur ex uerbis iam propositis hisce:* Sine dolo malo uel culpa, &c. *Concordat d. §. non tãtùm. ibi: sed etsi quid. cuius uerba uide J. reg. prox. except. 2. item ibi: sed etsi non dolo malo, his uerbis:* Etsi non dolo malo, sed lata culpa amiserit aliquid uẽditor: utiq; tenebitur. *Altera replicatio est: Nisi non debitum soluerit uenditor. Hæc replicatio approbatur d.l. 2. §. solet quæri: cuius uerba uide s. exc. 2. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi condemnatus indebitum soluerit. Quæ duplicatio approbatur d. §. solet quæri, in fine, his uerbis:* Si cõdẽnatus præstiterit, hoc solum hæredi sufficit, esse se cõdemnatũ sine dolo malo suo: etiãsi maximè creditor nõ fuerit is cui cõdemnatus est hæres. Quæ sentẽtia mihi placet. *Tertia replicatio est: Nisi uendidit aliquid ex hæreditate uẽditor. hoc enim casu nihilominus tenetur. Quæ replicatio approbatur l. 21. ff. de hæred. uẽdit. cuius uerba uide J. reg. 11.* *Concordat l. 6. C. eod. tt. his uerbis:* Qui tibi hæreditatẽ uendidit, antequã res hæreditarias traderet, dominus earũ pseuerauit. Et ideo uendẽdo eas alijs dominiũ trãsferre potuit. Sed quoniã cõtractus fidẽ fregit, ex empto actione cõuentus, quãti tua interest, pręstare cogitur. *Huius replicationis duplicatio uidetur esse: Nisi ante uenditã hæreditatẽ res à uenditore uendita sit. Hæc duplicatio rẽpbatur l. 2. §. peruenisse, in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. ead. reg. in prin.* *Quarta replicatio est: Nisi donauit uenditor. Hæc replicatio ap pbatur d. l. 2. §. illud tenendũ, in fine, his uerbis:* Et rerũ ante uenditionẽ donatarũ precia pręstari, ęquitatis ratio suggerit. *Quinta replicatio est: Nisi aliquid ex re quæ perijt superfit. hoc enim præstandum. Quæ replicatio approbatur exẽplo l. 21. §. fin. ff. de hæred. uendita. cuius uerba uide s. except. 3.*

VIII. Regula, *De eo quod ad uenditorẽ nõ peruenit. Id nõ debetur. Quæ regula ipso quidẽ iure subsistit, uerùm eius exceptio prima hæc est: Nisi ad hæredẽ uenditoris peruenerit. Hæc exceptio approbatur l. 2. §. nõ tãtùm. ff. de hæred. uendita. his uerbis:* Nõ tãtùm quod ad uẽditorẽ hęreditatis, sed & quod ad hęredẽ eius ex hęreditate peruenit, emptori restituẽdũ est: & nõ solùm quod iam peruenit, sed & quod quandoq; peruenerit, restituẽdũ est. *Altera exceptio est: Nisi dolo malo uenditoris factũ sit, quo minus ad eũ perueniret. Quæ exceptio ap pbatur d. §. nõ tantùm, his uerbis:* Sed etsi quid dolo malo eorũ factũ est, quo minus perueniret ad eos: & hoc emptori pręstandũ est. Fecisse aũt dolo malo quo minus perueniat, uidetur: siue alienauit aliquid, uel etiã accepto quẽ liberauit: siue egit dolo malo, ne de hęreditate adquireretur, uel ne possessionẽ adipisceretur, quã posset adipisci. *Tertia exceptio est: Nisi culpa uenditoris factũ sit, quo minus ad se perueniret. Hæc exceptio approbatur d. §. non tantùm, in fine. cuius uerba uide s. reg. prox. exc. 6. repl. 1.* *Cõcordat itẽ l. 21. ibi: at cum hæreditas, in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. reg. 11.* *Quarta exceptio est: Nisi actiones suas uenditor quas habet, nõ præstat. Quæ exceptio approbatur d. l. 2. §. peruenisse. cuius uerba uide s. reg. prox. in prin. De qua re uide plura J. reg. px.*

IX. Regula, *De actionib. quas uenditor habet, emptori præstãdis, proponitur d. §. peruenisse. Cõcordat l. 21. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. reg. 7. exc. 3. Huius regulæ exceptio uidetur esse : Nisi uenditor ipse adquisierit actiones. Sed hæc exceptio reprobatur d. l. 2. §. non solùm, his uerbis:* Non solùm hęreditarias actiones, sed etiã eas obligationes, quas ipse hæres cõstituit, dicẽdũ erit præstare emptori eũ debere. Itaq; etsi fideiussorẽ accepit ab hęreditario debitore: ipsam hãc actionẽ, q̃ habet hæres, pstare debebit. Sed etsi nouauerit, uel in iudiciũ deduxerit actionẽ: præstare debebit emptori hãc ipsam actionẽ q̃ nacta est.

X. Regula, *De eo quod uenditor defuncto uel hæreditati debuit, præstando, proponitur l. 20. ff. de hæred. uendita, his uerbis :* Si hæreditatem mihi uendideris Lucij Titij, ac post debitori eiusdem hæres existas: actio-

ne ex empto teneberis. Quod ſimplicius etiam in illa propoſitione procedit, cùm quia ipſe creditori ſuo hærea extiterit, & hæreditaté uendiderit. *Concordat l.2.§.illud quæſitum.ff.eod.tt.bis aerbis:* Quæſitum eſt, an uenditor hęreditatia ob debitũ à filio ſuo qoi in poteſtate eius eſſet, ſeruoúe ei cuius hæreditaté oédidiſſet: prę̨ſtare debeat emptori? & uiſum eſt, quidquid duntaxat de peculio filij ſeruiúe, aut in ſuá rem uerſom inueniatur, præſtare eom debere.

X I. Regula, *De ipſa re bæreditaria, & precio eius: utrum debeatur? Regulariter quidem ipſa res, non rei precium debetur.* Q*ue regala approbatur, ſimul & diſtinguitur l.21. ff. de bæred.uendita, bis uerbis:* Venditor ex hæreditate, interpoſita ſtipulatione, rem hæreditariá perſecutua, alij uendidit: quæritur, quid ex ſtipulatione prę̨ſtare debeat? nam bis utiq; non cómittitur ſtipulatio, ut & rem & preciũ debeat. Et quidé ſi poſteaquá hæres rem uédidit, iotercesſit ſtipolatio: credimus precium in ſtipulationé ueniſſe. Quòd ſi antecesſait ſtipulatio, deinde rem nactus eſt: tunc tem debebit. Si igitur hominem uendiderit, & is deceſſerit: an preciom eiuſdé debeat? non enim deberet Srichi ꝓmiſſor (ſi eum uendidiſſet) mortuo eo, ſi nulla mora præcesſiſſet. Sed ubi hæteditaté, & poſtea rem ex ea oendidi: poteſt uideri ut tam ipſius negoció agam, quàm hęreditatis. Sed hoc in re ſingulari nó poteſt dici. Nam ſi eundé bominé tibi uendidero, & nec dum tradito eo, alij quoq; uédidero, preciũq; accepero: mortuo eo, uideamos, ne nihil tibi debeá ex empto, qui moram in tradédo non feci. Preciũ enim hominis uenditi nó ex re, ſed ꝓpter negociationé percipitur: & ſic fit quaſi nó alij uendidiſſem. Tibi enim rem debebá, non actioné. At cum hæreditas uenit, tacitè hoc agi oidetur, ut ſi quid tanqoá hæres feci, id prę̨ſtem emptori, qoaſi illios negoció agam: quéadmodũ fundi uenditor fructus præſtaret bonæ fidei ratione: quamuia ſi neglexiſſet ut alienũ, nihil ei imputari poſſit, niſi culpa eiua argoeretur. *Planè buius regulæ exceptio bæc eſt: Niſi uenditor alij rem bæreditariam uendidit. tunc enim non rem, ſed precium debet.* Q*ue exceptio approbatur uerbis iam propoſitis biſce:* Et quidem ſi poſtea. *Concordat l.2.§.perueniſſe, in fine. ff. eod.tt. cuius uerba uide ſ.reg.7. in prin. Huius exceptionis replicatio bæc eſt: Niſi non ante, ſed poſt bæreditatem uenditam rem bæreditariam uendidit. tunc enim non precium, ſed rem ipſam debet, uel id quod emptoris intereſt.* Q*ue replicatio approbatur uerbis ſ. propoſitis biſce:* Quòd ſi antecesſait ſtipulatio, deinde rem nactua eſt: tunc rem debebit. *Concordat d.l.21.§.quid ſi rem, bis uerbis:* Quid ſi rem quam uendidi, alio poſsidente pe-tij, & litis æſtimationem accepi? utrũ precium illi debeo, an rem? utiq; rem. Non enim actioné ei, ſed rem præſtare debeo. *Concordat item l.6.C.eod.tt. cuius uerba uide ſ. regul.7.except.6.repl.1.*

## II. RELIQVI EVENTVS bæreditatia oenditæ.

*Hactenus de actione empti, que uendita bæreditate cõpetit, eſt dictum: ſequuntur nunc reliqui buius aenditionis effectus.*

X I I. Regula: *Si uenditor bæreditatis nomine quid præſtitit, boc impatare emptori poteſt, uel ab eo repetere.* Q*ue regula approbatur quidem ipſo iure, uerùm eius exceptio prima bæc eſt: Niſi indebitum quid uenditor ſolaerit. Hæc exceptio approbatur l.2.§.ſolet.ff.de bæred.uẽdita. cuius uerba uide ſ.reg.7.exc.2. Huius exceptionis replicationẽ uide d.§.ſolet, in fine. cuius uerba poſai ſ.d.reg.7.except.6.repl.2.dupl.1. Altera exceptio eſt: Niſi uenditor ex ſuo facto condemnatus præſtitit, non tanquam bæres: puta ex uenditione quam fecit. Hæc exceptio approbatur d.l.2. §. deniq; ſi rem, bis uerbis:* Si rem hæreditariam hęrea oendiderit, ac per hoc fuerit condemnatua: non habet contra emptorem actionem. Qoia non ideo condemnatur, qoòd hærea ſit, ſed quòd uendiderit. *Concordat l.18. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide J.except.10. Huius exceptionis replicatio bæc eſt: Niſi precium rei uenditæ emptori bæreditatis ſit ſolutum. Hæc replicatio approbatur d.§.deniq; bis uerbis:* Sed ſi precium rei diſtractæ emptori hæreditatis dedit, uideamus an locua ſit ex oẽdito actiooi? Et puto, locum eſſe. *Tertia exceptio eſt Niſi alius, non uenditor præſtitit. Hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit, uerùm eius replicatio bæc eſt: Niſi alius nomine uenditoris præſtitit.* Q*ue replicatio approbatur d.l.2.§.ſiue ipſe, bis uerbis:* Siue ipſe oenditor dederit aliqoid pro hæreditate, ſiue ꝓcurator eios, ſioe alioa quis pro eo, dum negociom eius gerit: locus erit ex uendito actioni, dummodo aliqoid abſit uenditori hæreditatis. Cæterùm ſi nihil abſit uenditori, cóſeqoena erit dicere, nõ competere ei hanc actioné. *Qaarta exceptio eſt: Niſi aẽditori nihil abſit.* Q*ue exceptio uerbis iam propoſitis approbatur. Quinta exceptio eſt: Niſi eius rei nomine quam uenditor in uenditione bæreditatis excepit, quid præſtitit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur exemplo d.l.2. §. apud Iulianũ, bis uerbis:* Apud Iulianum ſcriptum eſt, ſi ueoditor hæreditatis excepe-rit ſeruum ſine peculio, & eius nomine cum eo fuerit actum de pecolio, & de in rem uerſo: id dũtaxat eum cóſequi, quod præſtiterit eius peculij nomine, quod emptorem ſequi debet, aut qood in rem de-

functi

functi uersum est. His enim casib. æs alienum emptoris soluit, ex cęteris ceusis suo nomine cōdemnatur. Quid ergo si seruū cum peculio exceperit uenditor hæreditatis, conuentusq; de peculio præstiterit? Marcellus lib. VI. Digestorum non perere eum scripsit, si modò hoc actū est, ut quod superfuisset ex peculio, hoc haberet. At si contrà actum est, rectè petere eum posse eit. Si uerò nihil expressim inter eos cōuenit, sed tentūmodo peculij mentio facta est: cessare ex uendito actionem constat. *Aliud exemplum proponitur d. l. 2. §. si uenditor, his uerbis:* Si uenditor hæreditetis ædes sibi exceperit, quarum nomine damni inuecti promissum fueret: interest quid ectum sit. Nem si ite excepisset, ut damni quoq; infecti stipuletionis onus sustineret: nihil eb emptore cónsequetur. Si uerò id actum erit, ut emptor hoc æs alienum exolueti ad illum onus stipulationis pertinebit. Si non apperebit quid ectum sit; uerisimile erit id actum, ut eius quidem demni nomine, quod ante uenditionem datum fuerit, onus ed emptorem, alterius temporis ed hæredem pertineat. *Sexta exceptio uidetur esse: Nisi cùm uenditor hæreditatis emptori quoq; postea heres extitisset, eiusq; etiā hereditatem uendidisset: prioris hereditatis nomine quid præstitit. Hæc exceptio reprobatur d. l. 2. §. si Titius, his uerbis:* Si Titius Mæuij hæreditatem Seio uendiderit, & à Seio hæres institutus, eam hęreditetem Attio uendiderit: an ex priore uenditione hæreditatis cùm Attio agi possit? Et ait Iulianus, quod uenditor hæreditatis petere à quolibet extraneo hærede potuisset, id ab hæreditetis emptore consecututum. Et certè si Seio alius hęres extitisset: quidquid uenditor Mæuianæ hæreditetis nomine præstitisset, id ex uendito ectione consequi eb eo potuisset. Nem etsi duplem hominis è Seio stipulatus fuissem, & hæres ei extitissem, eamque hæreditatem Attio uendidissem: euicto homine rem ab Attio seruarem. *Septima exceptio uidetur: Nisi publici uectigalis uel tributorum nomine præstitit. Hæc exceptio reprobatur d. l. 2. §. si quid publici, his uerbis:* Si quid publici uectigalis nomine præstiterit uenditor hęreditetis, consequens erit dicere, egnoscere emptorem hoc debere. Nenque hæreditariæ onera hæc sunt. Et si fortè tributorum nomine aliquid dependet, idem erit dicendum. *Octaua exceptio uidetur: Nisi in funus testatoris uenditor impendit. Et hæc exceptio reprobatur d. l. 2. §. quid si funere, his uerbis:* Quid si funere facto hæres uendiderit hæreditetem, an impensam funeris eb emptore consequetur? Et ait Labeo, emptorem impensem funeris debere præstare: quia & ea (inquit) impensæ hæreditariæ sit. Cuius sententiam & Iabolenus putat uerem, & ego erbitror. *Nona exceptio uidetur: Nisi uenditor nondum præstiterit, sed se obligauerit tantùm. Hæc exceptio reprobatur d. l. 2. §. fin. his uerbis:* Sed etsi quidem uenditor nondum præstiterit, sed quoquo nomine obligetus sit propter hæreditetem: nihilominùs agere potest cum emptore. *Decima exceptio uidetur: Nisi cum pro parte hæres in solidum æs alienum hæreditarium soluisset, & hæreditatem uendidisset: non à cohæredibus, sed ab emptore hæreditatis id quod soluit, repetat. Et hæc exceptio reprobatur l. 18. ff. de hæred. uendita, his uerbis:* Si ex pluribus hæredibus unus, antequam cæteri adirent hæreditatem, pecuniem quæ sub pœna debebatur à testatore, omnem soluerit, & hæreditatem uendiderit, nec à cohæredibus suis propter egestetem eorum quidquam seruare poterit: cum emptore hæreditatis uel ex stipulatu, uel ex uendito rectè experietur. Omnem enim pecuniam hæreditario nomine datam eo manifestius est, quòd in iudicio familiæ erciscundæ deducitur: per quod nihil amplius à cohæredibus suis cōsequi potest, quā quod tanquem hæres impenderit.

XIII. *Regula: Si defunctus uenditori quid debuit, hoc ab emptore potest repetere. Quæ regula approbatur, simul & distinguitur l. 2. §. cùm quis. ff. de hæred. uendit. his uerbis:* Cùm quis debitori suo hæres extiterit, confusione creditor esse desinit. Sed si uendiderit hæreditatem, æquissimum uidetur emptorem hæreditatis uicem hæredis obtinere. Et idcirco teneri uenditori hæreditetis (siue cum moritur testator debuit, quemuis post mortem debere desijt adire à uēditore hæreditate: siue quid in diem debebetur, siue sub conditione, & postea conditio extitit) ita tamen, si eius debiti aduersus hæredem actio esse poterat: ne fortè etiem ex his ceusis, ex quibus cum hærede actio non est, cum emptore agetur. Et si seruitutes amisit hæres institutus adita hæreditate, ex uendito poterit experiri aduersus emptorem, ut seruitutes ei restituātur. *Concordat d. l. 2. §. si Titius, in fine. cuius uerba uide ī. reg. prox. except. 6. Item concordat l. 24. ff. eod. tit. his uerbis:* Hæreditatem Cornelij uendidisti, deinde Titius cui à te hærede Cornelius legauerat, priusquam legatū ab emptore

ptore perciperet, te fecit hæredem. Rectè puto ex uendito te acturum, ut tibi præstetur: quaodo minus hæreditas uenierit, ut id legatum pręstaret emptor: nec quicquam intersit, utrum Titio qui te hæredem fecerit, pecunia debita sit, ao legata. *Concordat item l. 45. ff. de cōdict. indebiti. cuius uerba uide* J. *lib. 49. cap. 7. caussa 7. specie 12.*

XIIII. *Regula: Seruitutes per aditionē uenditoris confusæ, uenditori ab emptore sunt restituendæ. Quæ regula approbatur l. 2. §. cum quis, in fine. ff. de hered. uendita. cuius uerba uide* ṡ. *regula proxima.*

XV. *Regula: Sicut lucrum, ita damnum & onus hereditariū omne ad emptorem pertinet. Quæ regula approbatur l. 2. §. sicuti. ff. de hered. uendita, his uerbis:* Sicuti lucrum omne ad emptorem hæreditatis respicit, ita damnum quoque debet ad eondem respicere. *Planè propositæ regulæ exceptio hæc est: quòd uenditor hæres actiones hereditarias excipere debeat, quamuis uenditi actione consequi poßit, ut id quod eo nomine præstitit, sibi ab emptore restituatur. Quæ exceptio approbatur l. 2. C. eod. tit. his uerbis:* Ratio ioris postulat, ut creditoribus hæreditarijs & legatarijs seu fideicommissarijs te conuenire uolentibus respondeas: & cum eo cui hęreditatem uenundedisti, tu experiaris suo ordine. Nam ut satis tibi detur, serò desideras: quoniam eo tempore, qoo oenundabatur hæreditas, hoc nō est comprehensum. Qoamois enim ea lege emerit, ut creditoribus hæreditarijs satisfaciat: excipere tamen actiones hæreditarias inoitus cogi non potest. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi in uenditione nominatim conuenerit, ut emptor creditorib. hereditarijs satisfaceret. Hæc replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Quamuis enim ea lege emerit, &c. *Altera replicatio est: Nisi fiscus hereditatem uendiderit. Quæ replicatio approbatur l. 1. C. eod. tit. his uerbis:* Aes alienum hęreditate oomine fisci uendita, ad onus emptoris bonorū pertinere, oec fiscum creditoribus hæreditarijs respondere, certum & absolutum est.

XVI. *Regula: Neq; plus neq; minus iuris emptor habet, quàm heres uenditor. Quæ regula approbatur l. 2. in prin. ff. de hered. uendita. cuius uerba uide* J. *lib. prox. cap. 1. causa 51. except. 4. Concordat l. 5. C. eod. tit. his uerbis:* Emptor hæreditatis actionibus mādatis eo iure uti debet, quo is cuius persona fungitur: quāuis utiles etiam aduersus debitores hæreditarios actiones emptori tribui placuit.

XVII. *Regula: Emptor suo sumptu & periculo res hereditarias à possessorib. persequitur. Quæ regula approbatur l. 1. C. de euictionibus. cuius uerba uide* J. *lib. prox. cap. 7. quæst. 1. exc. 41.*

## *DE ACTIONE VENdita. Cap. VIII.*

### I. CAVSAE, EX QVIBVS actione uendita empti datur actio?

PRima causa: *Si nomen uenditum sit, ad actionem cedendā agi potest. Quæ causa ipso quidē iure subsistit, uerùm eius exceptio prima hæc est: Nisi in diem uel sub cōditione debitor sit is cuius nomen uenit. Hæc exceptio reprobatur l. 17. ff. de hered. uendita, his uerbis:* Nomina eorū qui sub conditione uel in diē debent, & emere & uēdere solemus. Ea enim res est, quæ emi & uenire potest. *Concordat l. 19. ff. eod. tit. his uerbis:* Multū interest, sub condítione aliqua obligatio ueneat: an cum ipsa obligatio sub cōditione cōtracta sit, purè oeneat. Priore casu deficiente cōditiooe, nullam esse uenditionē: posteriore, statim uēditionem cōsistere. Nam si Titius tibi decē aureos sub conditione debeat, & ego aba te nomeo eius emam: cōfestim ex empto & uendito agere potero, ut uel acceptū ei facias. *Altera exceptio est: Nisi cum sub cōditione uenditio facta esset, cōditio defecerit. Hæc exceptio approbatur uerbis d. l. 19. iā propositis hisce:* Priore casu deficiēte conditione, nullā esse uēditionē, &c. *Tertia exceptio est: Nisi is cuius nomē uenit, uenditioni non cōsentiat. Hæc exceptio reprobatur l. 3. C. de hered uendita, his uerbis:* Nominis uēditio etiā ignorāte uel iouito eo, aduersus quē actiones mādantur, cōtrahi solet. *Cōcordat ijsdē uerbis l. 3. in fine. C. de nouat. & delegat. Quarta exceptio est: Nisi actio sit litigiosa quæ uenit. Hæc exceptio appbatur, simul & distinguitur* ṡ. *lib. 36. cap. 5. reg. 6. except. 2. repl. 4.*

II. *Causa: Si is cuius nomē uenit, uenditoris debitor non sit, uel exceptione defendi poßit. Hæc causa approbatur l. 4. cū lege sequēte. ff. de hered. uel act. uēdita, his uerbis:* Si nomē sit distractū, Celsus lib. IX. Digest. scribit, locupletē esse debitorē nō debere pręstari: debitorē autē esse præstari, nisi aliud cōuenit. Et qdē sine exceptione quoq;, nisi in cootrariū actū sit. Sed si certę summę debitor dictus sit, in eā summā tenetur uēditor: si incertæ, & nihil debeat, quāti iotersit emptoris. *Concordat l. 74. §. fin. ff. de euictione. cuius uerba uide* J. *causa prox. Concordat item l. 4. §. quòd si is. ff. de doli mali except. cuius uerba uide* ṡ. *lib. 36. cap. 5. reg. 6. except. 2. repl. 7. dupl. 1.*

III. *Causa: Si is cuius nomē uenit, soluēdo nō sit. Hæc causa reprobatur uerbis d. l. 4. in prin.* ṡ. *causa prox. propositis. Cōcordat d. l. 74. §. fin. his uerbis:* Qui nomē quale fuit uēdidit: dūtaxat ut sit, nō ut exigi etiā aliqd posit, sed & dolum pręstare cogitur. *Cōcordat item l. 30. ff. de pignor. & hypoth. his uerbis:* Periculum pignorū nominis uenditi ad emptorē pertinere: si tamē probetur, eas res obligatas fuisse,

fuisse, Paulus respondit. *Planè admittitur causa proposita primùm quidem, si uenditor sciens nomen non esse soluendo, id uendiderit eo dißimulato. Quæ distinctio approbatur uerbis d. l. 74. §. fin. iam propositis hisce:* Sed & dolum præstare cogitur. *Deinde admittitur causa proposita, si conuenit ut uenditor præstet, si nomen soluendo non sit. Quæ distinctio approbatur uerbis l. 4. ī. causa prox. propositis hisce:* Nisi aliud conuenit.

### II. QVID VENIAT IN empti actionem nomine uendito?

I. Regula: *Omne ius quod uenditor habet tam aduersus reum, quàm aduersus intercessores eius, emptori cedere tenetur. Quæ regula approbatur l. 23. in princip. ff. de hered. uendita, his uerbis:* Venditor actionis quam aduersus ipsum principalem reum habet, omne ius quod ex ea causa ei competit, tam aduersus ipsum reum, quàm aduersua intercessores huius debiti, cedere debet: nisi aliud actum est. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi aliter conuenit. Quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Nisi aliud actum est.

II. Regula: *Etiam pignus & eius persecutio emptori præstanda. Quæ regula approbatur l. 6. ff. d. tit. his uerbis:* Emptori nominis etiam pignoris persecutio præstari debet, eius quoque quod postea uenditor accepit. Nam beneficium uenditoris prodest emptori. *Concordat l. 8. C. eod. tit. cuius uerba uide ī. lib. 36. cap. 5. regul. 6. exception. 2. replicat. 2. duplicatione 1.*

III. Regula: *Filijfamiliàs nomine uendito, etiam aduersus patrem actio cedenda est. Quæ regula approbatur l. 14. in prin. ff. de hered. uendita, his uerbis:* Qui filijfamiliàs nomina uendidit, actiones quoq; quas cum patre habet, præstare debet.

IIII. Regula: *Quidquid à debitore consecutus est uenditor uel exactione uel compensatione, id emptori restituere compellitur. Quæ regula approbatur l. 23. §. fin. ff. de hered. uendita, his uerbis:* Nominia uenditor quidquid uel compensatione uel exactione fuerit consecutua, integrum emptori restituere cōpellitur.

### III. EVENTVS RELIQVI actionis uenditæ.

I. Regula: *Emptori aduersus debitorem cuius nomen emit, competit actio. Quæ regula approbatur, simul & distinguitur ī. lib. 36. cap. 5. reg. 6. except. 2.*

II. Regula: *Periculum pignorum nominis uenditi ad emptorem pertinet. Quæ regula approbatur l. 30. ff. de pignor. & hypoth. cuius uerba uide ī. quæst. prox. causa 3.*

## *SI MANCIPIVM ITA uenierit, ut exportetur, &c. Cap. IX.*

### I. CAVSA ACTIONIS VENditi, si seruus ita ut exportetur, uenierit.

*Si cum seruus ut exportetur, uel in aliquo loco moretur, uenierit, cōtra legem uenditionis facti ex uendito competit actio, uel manus iniectio. Quæ causa seu regula approbatur quidem ipso iure, uerùm eius exceptio prima hæc est: Nisi uenditor legem uenditionis remiserit. Quæ exceptio approbatur l. 1. ff. de seruis exportandis, hisce uerbis:* Si fuerit distractus seruus, ne aliquo loci moretur: qui uendidit, in ea conditione est, ut possit legem remittere, & Romæ ipsum retinere: quod & Papinianus libro tertio respoodit. Propter domini enim (inquit) securitatem custoditur lex, ne periculum subeat. *Concordat l. 2. in fine. C. si seruus exportandus ueneat. cuius uerba uide ī. quæst. prox. reg. 2. except. 2. Altera exceptio est: Nisi seruus qui exportandus uenit, manumissus sit. Hæc exceptio reprobatur l. 1. & l. 3. C. eod. tit. cuius utriusq; legis uerba uide ā. lib. 19. cap. 6. except. 21. Tertia exceptio est: Nisi seruus contra uoluntatem emptoris in locum interdictum fugerit. Hæc exceptio approbatur l. 9. in prin. ff. de seruis exportandis, hisce uerbis:* Titius seruum ueodidit ea lege, ut si Romæ moratus esset, liceret manus inijcere. Emptor eadem lege alij uendidit, & seruus fugit à secundo emptore, & Romæ moratur. Quæro, an sit manus iniectio, & cui? Paulus respondit: In fugitiuo non est dubitandum, nihil cootra legem factum uideri: quia nec domino auferre se potest, nec qui in fuga est, ibi moratur. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi uoluntate secundi emptoris seruus in locum interdictum fugerit. Hæc replicatio approbatur ibidem, his uerbis:* Quòd si uoluntate secundi emptoris contra legem moratus sit, potior habendus est is qui author fuit legis, nec posterior qui magis admoneodi emptoris, & liberaodi se gratia eandem legem repetierit: poterit aliquo modo auferre legem sui uenditoris, cuius conditio extitit. Nam etsi pœnam promisisset, teneretur: licet ipse quoque stipulatus esset. Sed in pœna promissa datæ actiones sunt. Manus autem iniectio in seruum competit. Quòd si prior ita uendidit, ut prostituta libera esset: posterior, ut manum liceret iniicero: potior est libertas, quàm manus iniectio. Planè si prior lex manus habet iniectionem, posterior liber-

libertatem: fauorabilius dicetur liberam fore. Quoniam utraq; conditio pro mancipio additur. Et sicut manus iniectio, ita libertas eximit eam ab iniuria. *Quarta exceptio est: Nisi sine stipulatione de pœna præstanda conuenit, si aliter factum fuerit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 7. ff. de seruis exportandis, hisce uerbis:* Seruus ea lege uenit, ne in Italia esset. Quòd si aliter factum esset, conuenit citra stipulationem, ut pœnam præstaret emptor. Vix est, ut eo nomine uindictæ ratione uēditor agere possit: actorus otiliter, si non seruata lege in pœnā quam alij promisit, inciderit. Huic coosequens erit, ut hactenus agere possit, quatenus alij prestare cogetur. Quidquid enim excedit, pœna est, non rei persecutio. Quòd si ut manumitteretur, uel oe pœnæ causa exportaretur, conuenit: etiā affectionis ratione rectè agetur. Nec uidentur hæc inter se contraria esse, cùm beneficio affici hominem, intersit hominis. Enimuerò pœnæ non irrogatæ indignatio solam duritiam continet. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi paciscentis intersit. Quæ replicatio approbatur uerbis iam dictis hisce:* Actutus utiliter, si non seruata lege. &c. *Altera replicatio est: Nisi in gratiam serui uenditor pactus sit. Et hæc replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Quòd si ut manomitteretur, &c. *Quinta exceptio est: Nisi alibi quàm unde exportandus uenit, seruus moretur. Quæ exceptio approbatur exemplo l. 2. ff. de seruis exportandis, hisce uerbis:* Exportandus ab Italia si uenierit, io prouincia morari potest: nisi specialiter prohibitū fuit. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi à minoribus exportandus in maiorib. moretur. Hæc replicatio approbatur exemplo l. 5. ff. eod. tt. his uerbis:* Cui pacto uenditionis pomerio cuiuslibet ciuitatis interdictum est, urbe etiam interdictum esse uidetur. Quod quidem cum aliàs principum mandatis præciperetur, etiam naturalem habet intellectum: ne scilicet qui careret minoribus, frueretur maioribus. *Aliud exemplum proponitur l. ult. C. si seruus exportandus ueneat, his uerbis:* Qui exportandus à domino de ciuitate sua uenit, nec in urbe Roma morari debet. Qui autem de prouiocia certa, nec in Italia. Si itaque contra legem coostitutam factum probare potes, utere iure qood propterea tibi competit. *Sexta exceptio est: Nisi prior uenditor manus iniectionem, si contrà fiat, pactus sit, alter libertatem. hoc enim casu libertas præualet manus iniectioni. Quæ exceptio approbatur l. 9. §. fin. ff. de seruis exportandis. cuius uerba uide s. except. 3. repl. 1.*

## II. QVIBVS COMPETIT actio uel manus iniectio?

I. Regula, *De priore & posteriore uenditore, utri competat, definitur l. 9. §. quòd si uoluntate. ff. de seruis exportandis. cuius uerba uide s. quæst. prox. except. 3. repl. 1. Vide item j. lib. prox. cap. 9. quæst. 2. except. 2.*

II. Regula, *De uenditore & fisco. Regulariter quidem uenditori, nō fisco, competit iniectio manum, si contra uenditionem factum sit: ut ex s. propositis cōstat. Verùm eius exceptio prima hæc est: Nisi cùm seruus exportandus uenisset, is manumissus sit, postquam eo loco unde exportandus erat, moretur. hoc enim casu non uenditori, sed fisco manus iniectio competit. Quæ exceptio approbatur l. 1. C. si seruus exportādus ueneat. cuius uerba uide s. lib. 19. cap. 6. exc. 21. repl. 1. Altera exceptio est: Nisi uēditor pœnam, non manui iniectionē pactus sit. tunc enim uenditori quidem pœnæ persecutio, fisco autem manus iniectio competit. Quæ exceptio approbatur l. 2. C. eod. tt. his uerbis:* Si ut manus iniectionem haberes cauisti tibi, iure tuo uti potes. Quòd si hoc omisisti, & pœnam stipulatus es: homo quidem fisco commissus est, tu uerò nactus es ex stipulatu actionem. In omnibus autem quæritur, an domini uoluntate in locum prohibitum uenerit. *Hæc de uenditione sub modo, ut exportetur, facta: de uenditione autem, ut manumittatur, uide s. lib. 19. cap. 8. except. 29. Postremò de uenditione, ne ancilla uendita prostituatur, & alijs similibus uide j. lib. prox. cap. 9. quæst. 2. causa 3. item s. lib. 19. cap. 4. causa 16.*

# *DE RERVM PERMVTATIONE. Cap. X.*

## I. GENVS PERMVTAtionis, & simile.

PRima regula: *Species emptionis & uenditionis uetustißima est permutatio. Quæ regula approbatur Inst. de empt. & uendit. §. item precium. ibi: unde illud. cuius uerba uide s. cap. 1. quæst. 3. reg. 1. Planè permutatio hodie uenditionis species non est, sed contractus peculiaris & innominatus, ut patet per ea quæ proponuntur j. quæst. prox. itē per ea quæ dicta sunt s. d. reg. 1.*

II. Regula: *Permutatio uicina est emptioni. Quæ regula approbatur l. 2. ff. de rerum permutat. cuius uerba uide j. quæst. 3. causa 2.*

III. Regula: *Permutatio uicem emptionis obtinet, estq; bonæ fidei. Quæ regula approbatur l. 2. C. de rerum permutat. his uerbis:* Permutationem, utpote reipsa bona fide constitutā, sicut commemoras, uicem emptioois obtinere, non est iuris incogniti.

IIII. Regula: *Permutatio emptioni similis est. Quæ regula approbatur l. ult. ff. quib. ex causis in possess. eatur, his uerbis:* Is qui rem permutatam

taram accepit, emptori similis est. Item is qui rem in solutũ accepit, uel qui lite æstimara retinuit, uel ex causa stipulationis, non ob liberalitatem consecutus est.

### II. DIFFERENTIAE EMptionis & permutationis.

I. Regula: *In emptione & uenditione alius emptor est, alius uenditor: in permutatione non item. Quæ regula approbatur l. 1. in prin. ff. de rerũ permutat. his uerbis:* Sicut aliud est uendere, aliud emere: alius emptor, alius uenditor: ita aliud precium, aliud merx. At in permutatione discerni non potest, uter emptor, uel uter uenditor sit: multumq; differunt eorum præstationes. Emptor enim, nisi fecerit numos accipientis, tenetur ex uendito: uenditori sufficit ob euictionem se obligare, possessionemq; tradere, & purgari de dolo malo. Itaq; si res euicta non sit, nihil debet. In permutatione uerò si utrunq; precium est, utriusque rem fieri oportet: si merx, neutrius. Sed cũ debeat & res & precium esse, non potest discerni quid eorum sit precium, & quid ueneat: nec ratio patitur ut una eademq; res & ueneat, & precium sit emptionis. Vnde si ea res quam acceperim uel dederim, postea euincatur: in factum dandam actionem respondetur. *Concordat regulæ propositæ l. 1. §. sed uerior. ff. de contrah. empt. cuius uerba uide s. cap. 1. quæst. 2. reg. 1.*

II. Regula: *In emptione & uenditione aliud precium est, aliud merx: in permutatione utrunque aut precium aut merx est. Quæ regula approbatur uerbis d. l. 1. iam propositis hisce:* Sed cùm debeat & res & precium esse, non potest discerni quid eorum sit precium, & quid ueneat, &c. *Concordat d. §. sed uerior. Item concordat Inst. de empt. & uendit. §. item precium. cuius uerba uide d. reg. 1.*

III. Regula: *In emptione & uenditione emptor quidem necesse habet precium uenditoris facere, uenditor autem non habet necesse rem emptoris facere. In permutatione uerò aut utriusq; rem fieri oportet, si utrunq; precium sit: aut neutrius fieri potest, si utrunq; merx sit. Quæ regula approbatur l. 1. §. multumq; differunt. ff. de rerum permutat. cuius uerba uide s. reg. 1.*

IIII. Regula: *Emptio & uenditio solo consensu perficitur, permutatio uerò non nisi re tradita. Quæ regula approbatur d. l. 1. §. item emptio ac uenditio. cuius uerba uide s. lib. 17. cap. 3. except. 12. in prin.*

### III. CAVSAE, EX QVIbus re permutata competit actio?

I. Causa: *Si aduersarius rem non tradat, competit actio. Quæ causa approbatur d. l. 1. §. fin. his uerbis:* Ex altera parte traditione facta, si alter rem nolit tradere: non in hoc agemus utiq;, quod interest nostra illam rem accepisse, de qua conuenit: sed ut res nostra contrà nobis reddatur, condictioni locus est quasi re non secuta. *Concordãt ea quæ proposita sunt j. quæst. 5.*

II. Causa: *Si seruus datus non sit sanus, uel furtis noxijsq; non solutus, uel fugitiuus sit. Quæ causa approbatur l. 2. ff. de rerum permutat. his uerbis:* Aristo ait, quoniam permutatio uicina est emptioni, sanum, furtis quoque noxijsque solutum, & non esse fugitiuum seruum præstandum, qui ex ea causa daretur.

III. Causa: *Si res data euicta sit. Hæc causa approbatur l. 1. §. unde si ea res. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. quæst. proxim. reg. 1. Concordat l. 1. C. eod. tt. his uerbis:* Si cùm patruus tuus uenalem possessionem haberet, pater tuus precij nomine, licet non taxata quantitate, aliam possessionem dedit, idque quod comparauit, non iniuria iudicis, nec patris tui culpa euictum est: ad exemplum ex empto actionis non immeritò id quod tua interest (si in patris iura successisti) consequi desideras. At enim, si cum uenalis possessio non esset, permutatio facta est, idque quod ab aduersario præstitum est, euictum est: quod datum est (si hoc elegeris) cum ratione restitui postulabis. *Concordat item l. 29. C. de euictionibus. cuius uerba uide j. lib. proxim. cap. 7. quæst. 1. except. gener. 4. Item concordat l. 5. §. sed si dedi. ff. de præscriptis uerbis. cuius uerba uide j. lib. 44. cap. 1. quæstion. 1. causa 4.*

Exceptiones præcedentium causarum generales.

I. EXCEPTIO: *Nisi nudo pacto sine traditione uel stipulatione de rebus permutandis cõuenerit. Hæc exceptio approbatur l. 3. C. de rerum permutat. his uerbis:* Ex placito permutationis nulla re secuta, constat nemini actionem competere: nisi stipulatio subiecta ex uerborũ obligatione quæsierit partibus actionem. *Concordat l. 1. §. item emptio. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. lib. 17. cap. 3. except. 12. in prin.*

II. EXCEPTIO: *Nisi res aliena sit permutata. Hæc exceptio approbatur d. l. 1. §. ideo Pedius, his uerbis:* Pædius ait, alienam rem dantem nullam contrahere permutationem.

III. EXCEPTIO: *Nisi res permutata perierit. Hæc exceptio approbatur l. 5. §. & siquidem. ibi: sed si scyphos. ff. de præscriptis uerbis. cuius uerba uide j. lib. 44. cap. 1. quæst. 1. causa 4.*

### IIII. ADVERSVS QVOS re permutata competit actio?

*De herede eius cui res permutationis causa tradita est, & singulari successore, proponitur l. 4. C. de rer. permutat his uerbis:* Cùm precibus tuis expresseris, placitũ inter te & aliũ permutationis intercesßisse, eumq́; fundũ à te datum uendidisse: contra emptorem quidẽ te nullã habere actionẽ perspicis, cum ab eo susceperit dominiũ cui te tradidisse titulo permutationis non negas. Sed si secundum fidem placiti stipulatio subiecta est, successores eiusdem, cum quo contractum habuisti, conuenire non prohiberis. Si uerò nulla stipulatio intercesßit, præscriptis uerbis actio est, ut uel fides placiti tibi seruetur: uel quod alterius accipiendi fundi gratia dedisti, causa non secuta, restituatur.

### V. QVID VENIAT IN actione proposita?

*Non quantum actoris interest, sed ut uel placitis stetur, uel res tradita reddatur. Quæ regula approbatur uerbis d. l. 4. iam propositis hisce:* Si uerò nulla stipulatio intercesßit, præscriptis uerbis actio est, ut uel fides placiti tibi seruetur, &c. *Cõcordat l. 5. C. eod. tt. his uerbis:* Quoniam adseueras patrẽ tuum ei, contra quẽ preces fundis, hac cõditione dedisse fundum, ut inuicẽ domũ certã acciperet: aditus præses ꝓuinciæ placitis eum parẽre: uel si causam ꝓpter quã fundus datus est, sequi nõ perspexerit: cõdictionis ratione datũ à te restituere, sicut postulas, iubebit. *Cõcordat item l. 7. C. eod. tt. his uerbis:* Emptionẽ rebus fieri nõ posse, pridem placuit. Igitur cum frumenti certã modiationẽ Callimacho & Achamato te dedisse, ut tibi repræsentent olei designatum pondus, adseuerẽs: si placitis citra stipulationis solennitatem non exhibeant fidem: quantum non dedisti, causa non secuta, condicere pro desiderio tuo potes. *Concordat item l. 1. §. fin. ff. de rerum permutat. cuius uerba uide s. quæst. 3. causa 1. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi res permutationis causa accepta, uenalis fuerat, eaq́; sit euicta. tunc enim ad interesse actio datur. Quæ exceptio approbatur l. 1. C. de rerum permutat. cuius uerba uide s. quæst. 3. causa 5. Altera exceptio est: Nisi actor ad interesse, quàm ad rem ipsam agere malit. Quæ exceptio approbatur l. 5. §. & siquidẽ. ibi: in qua actiõr. ff. de præscriptis uerbis. cuius uerba uide j. lib. 44. cap. 1. quæst. 1. causa 4.*

### VI. QVAE COMPETAT Actio, quæq́; eius adfinia sint remedia?

I. *Regula: Ex permutatione regulariter præscriptis uerbis uel in factum actio competit. Quæ regula approbatur d. §. & siquidem. Cui concordat l. 1. §. unde si ea res. ff. de rerum permutat. cuius uerba uide s. quæst. 2. reg. 1. Item concordat l. 4. in fine. C. eod. tt. cuius uerba uide s. quæstione 4.*

II. *Regula: Si stipulatio interuenit, ex stipulatu actio est. Quæ regula approbatur d. l. 4.*

III. *Regula: In rem actio non competit. Quæ regula approbatur d. l. 4.*

IIII. *Regula: Etiam condictio datur ob causam dati, causa non secuta. Quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt s. quæst. prox. Hæc de emptione & uenditione tam in genere quàm in specie sint dicta. Sequuntur nunc actiones exinde competentes.*

# DIGESTORVM LIBER QVADRAGESIMVSSECVNDVS:

## DE ACTIONIBVS EMPTI ET *uenditi, cum adfinibus remedijs.*

### DE ACTIONE EMPTI. Cap. I.

### I. CAVSAE, EX QVIBVS empti actio competit.



*Causas actionis ex empto hic intellige non ipsam emptionem, de qua s. lib. proxim. satis est dictum: sed ea quæ uenditor emptori ratione emptionis debet præstare. Nam ijs non præstitis, ex empto actio competere incipit, l. 11. in prin. ff. de actionib. empti. cuius uerba uide j. causa prox.*

I. *Causa: Si aliquid inter ementem uendentemq́; cõuenit, ad hoc præstandũ uẽditor ex empto actione potest cõueniri. Quæ causa approbatur l. 11. in prim. ff. de action. empti, his uerbis:* Ex empto actione is qui emit, utitur. Et in primis sciendum est, in hoc iudicio id demũ deduci, quod præstari conuenit. Cùm enim bonæ fidei iudicium sit, nihil magis bonæ fidei congruit, quàm id præstari quod inter cõtrahentes actum est. Quòd si nihil conuenit, tunc ea præstabuntur, quæ naturaliter insunt huius iudicij potestate. *Concordat l. 2. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Si in emptione mo-

ne modus dictus est, & non præstatur: ex empto actio est. *Concordat item l.6.§.penult. ff.eod.tt.cuius uerba uide J.causa prox.*

I I. *Causa: Si uenditor dolo egit, & contra bonã fidem. Hæc causa approbatur d.§. penult.bis uerbis:* Si dolo malo aliquid fecit uenditor in re uendita, ex empto eo nomine actio emptori competit. nam & dolum malum eo iudicio æstimari oportet, ut id quod præstaturum se esse pollicitus sit uenditor, emptori præstare oporteat. *Concordat l.19.in fine.ff.eod.tt. cuius uerba uide J. causa 5. Item concordat l.68.§.ferè aliqui.ff.de contrah.empt. cuius uerba uide J.causa 41. Declaratur causa proposita definitione doli mali, l.41.§.fin.ff.de contrab. empt. bis uerbis:* Dolum malum à se abesse præstare uẽditor debet, qui nõ tantùm in eo est, qui aliquid fallendi causa obscurè loquitur: sed etiam qui insidiosè obscurè dissimulat. *Huius exemplum proponitur l.1.§.1. ff. de action. empt. cuius uerba uide J. causa 6. Item aliud exemplum proponitur l.11. §. denique ad.ibi:qui autem alienum.ff.eod.tt.cuius uerba uide J.cap.7.quæst.1.causa 1. Huius causæ exceptio hæc est: Nisi nihil intersit emptoris. Hæc exceptio approbatur exemplo l.7. ff.eod.tt. cuius uerba uide J.cap.prox.reg.7.except.1.*

I I I. *Causa: Si uenditor rem uenditam non tradat. Hæc causa approbatur l.1.in prin.ff.de action. empt.bis uerbis:* Si res uendita non tradatur, in id quod interest agitur: hoc est, quanti rem habere emptoris interest. hoc autẽ interdum precium egreditur, si pluris interest, quàm res ualet uel empta est. *Concordat l.11.§.1. ff.eod.tt.bis uerbis:* In primis ipsam rem præstare uenditorem oportet (id est, tradere) quæ res, siquidẽ dominus fuit uenditor, facit emptorem dominum. Si non fuit, tãtùm euictionis nomine uenditorem obligat: si modò precium est numeratũ, aut eo nomine satisfactũ. Emptor autem numos uenditoris facere cogitur. *Concordat item d.l.11. §. & ex empto. cuius uerba uide J.causa 51.*

I I I I. *Causa: Si uenditor rem uenditam suo tẽpore non tradat. Hæc causa approbatur l.10. C. de action.empt.bis uerbis:* Cùm uenditorẽ carnis, fide cõuentionis rupta, tempore placito hanc nõ exhibuisse proponas: ex empto actione eum, quanti interest tua, si tũc tibi præstita fuisset, apud præsidẽ prouinciæ conuenire potes.

V. *Causa: Si uenditor rei conditionem uel uitiũ dissimulat, aut obscurè loquitur. Hæc causa approbatur l.41.§.fin.ff.de cõtrah.empt.cuius uerba uide J.causa 2. Huius proponitur exemplum l.21.§.1.ff. act.empt.bis uerbis:* Si prædij uenditor non dicat de tributo, sciens tenetur ex empto. Quod si ignorãs nõ prędixerit, quòd forte hęreditarium prædium erat: non tenetur. *Aliud exemplum proponitur l.13.§.idem Iulianus.ff.eod.tt.bis uerbis:* Iulianus dolum solere à uenditore præstari etiam in huiusmodi specie ostẽdit, Si cùm uenditor sciret fundum pluribus municipijs legata debere, in tabula quidem scripserit, uni municipio debere: uerùm postea legem consignauerit, si qua tributorum aut uectigalis, indictionisue quidem nomine, aut ad uiæ collationẽ præstare oporteret: id emptorem dare, facere, præstare oportere: respõdit ex empto eum teneri, quasi decepisset emptorem. Quæ sententia uera est. Sed cùm in facto pponeretur, tutores hoc idẽ fecisse, qui rem pupillarem uendebant: quæstionis fuisse ait, an tutorum dolum pupillus præstare deberet? Et siquidẽ ipsi tutores uẽdiderunt, ex empto eos teneri, nequaquam dubium est. Sed si pupillus authoribus eis uendidit, in tantum tenetur, in quantum locupletior ex eo factus est: tutoribus in residuum perpetuò condemnandis: quia nec transfertur in pupillum post pubertatem, licet quid dolo tutorum factum est. *Aliud propositæ causæ exemplum proponitur l.39.ff.eod.tt.his uerbis:* Quæro, si quis fundũ ita uendiderit, ut id uenundatum esse uideatur, quod intra terminos ipse possedit: sciens tamen aliquam partẽ certam se non possidere, non certiorauerit emptorem: an ex empto iudicio teneatur, cùm hæc generalis adiectio ad ea quæ specialiter nouit qui uendidit, nec excepit, pertinere non debeat? ne alioquin emptor capiatur, qui fortasse si hoc cognouisset, uel empturus non esset, uel minoris empturus esset, si certioratus de loco certo fuisset: cùm hoc & apud ueteres sit relatum in eius persona, qui sic exceperat: Seruitutes, si quæ debentur, debebuntur? Etenim iuris authores responderunt, si certus uenditor quibusdam personis certis certas seruitutes deberi non admonuisset emptorem, ex empto eum teneri debere: quandò hæc generalis exceptio non ad ea pertinere debeat, quæ uenditor nouit, quæ specialiter excipere & potuit & debuit: sed ad ea quæ ignorauit, & de quibus emptorem certiorare nequiuit. Herennius Modestinus respondit, si quid circumueniendi emptoris causa uenditor in specie, de qua quæritur, fecit: ex empto actione conueniri posse. *Aliud exemplum proponitur l.9. in fine. ff. de periculo & commodo rei uenditæ. cuius uerba uide J.cap. proxim. reg. 10. Aliud exemplum proponitur l.38. §. idem refert Ofilium. ff. de ædilitio edicto. cuius uerba uide J.cap. 4. quæst.3. causa 6. except.1. Huius*

*causæ species sunt causæ aliquot sequentes. Sed & de ea uide plura j.cap.4.*

V I. Causa: *Si seruitutem quæ prædio uendito debetur, uenditor non indicauit, uel obscurè indicauit, uel negauit. Hæc causa approbatur l. 1. §. uenditor. ff. de action. empti, his uerbis:* Venditor si, cùm sciret deberi seruitutem, celauit: non euadet ex empto actionem: si modò eam rem emptor ignorauit. Omnia enim quæ contra bonam fidem fiunt, ueniunt in empti actionem. Sed scire uenditorem & celare sic accipimus, non solùm si non admonuit, sed & si negauit seruitutem istam deberi, cùm esset ab eo quæsitum. Sed & si proponas eum ita dixisse, Nulla quidem seruitus debetur: uerùm ut emergat inopinata seruitus, non teneor: puto eum ex empto teneri, si seruitus debebatur, & sciuit. Sed si id egit ne cognosceret emptor aliquam seruiturem deberi, opinor eum ex empto teneri. Et generaliter dixerim, si improbato more uersatus est in celanda seruitute, deberi eum teneri: non si securitati suæ prospectum uoluit. Hæc ita uera sunt, si emptor ignorauit seruitutem: quia non uidetur esse celatus, qui scit: nec certiorari debuit, qui non ignorauit. *Concordat l. 66. §. si cùm seruitus. ff. de contrah. empt. his uerbis:* Si cùm seruitus uenditis prædijs deberetur, nec commemorauerit uenditor, sed sciens esse reticuerit, & ob id per ignorantiam rei emptor non utendo per statutum tempus eam seruitutem amiserit: quidam rectè putant uenditorem teneri ex empto ob dolum. *Concordat item l. 69. §. sed & si quis. ibi: sic & qui fundum. ff. de euictione. cuius uerba uide j. causa 21. Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi uenditor ignorauit seruitutem prædio deberi. Quæ exceptio elicitur ex uerbis d. §. uenditor, s. propositis hisce:* Cùm sciat deberi seruitutem, celauit. *Concordat l. 21. §. 1. ff. de action. empti. cuius uerba uide s. causa proxim. in princip. Altera exceptio est: Nisi emptor sciuit prædio seruitutem deberi. Quæ exceptio approbatur uerbis d. §. uenditor, s. propositis hisce:* Si modò eam rem emptor ignorauit. *Item hisce:* Hæc ita uera sunt, si emptor ignorauit seruitutem: quia non uidetur esse celatus, qui scit: nec certiorari debuit, qui non ignorauit.

V I I. Causa: *Si seruitutem uel præstationem, quæ à prædio uendito debetur, uenditor non indicauit, uel obscurè indicauit. Hæc causa approbatur l. 35. ff. de action. empti & uenditi, his uerbis:* Si quis fundum emerit, quasi per eum fundum eundi agendi ius non esset, & interdicto de itinere actuque uictus sit: ex empto habebit actionem. Licet enim stipulatio de euictione non committitur, quia non est de iure seruitutis in rem actione pronunciatum: tamen dicendum est, ex empto actionem competere. *Concordat l. 19. ibi: cùm hoc & apud ueteres. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. causa 5. Concordat item l. 41. ff. eodem tt. his uerbis:* In uenditione super annua pensatione propter aquæductum infra domum Romæ constitutum, nihil commemoratum est: deceptus ob eam rem ex empto habebit actionem. Itaque si conueniatur ob precium ex uendito, ratio improuisi oneris habebitur. *Concordat item l. 16. §. hæc lex. ff. de seruitut. urbanor. præd. cuius uerba uide j. quæst. 5. reg. 2.*

V I I I. Causa: *Si uenditor fines & iura fundi uenditi non ostendit, uel instrumenta de ijs non exhibet. Hæc causa approbatur l. 48. ff. de action. empti, his uerbis:* Titius heres Sempronij fundum Septicio uendidit ita, Fundus Sempronianus, & quidquid Semproniani iuris fuit, erit tibi emptus tot numis: uacuamque possessionem tradidit, neque fines eius demonstrauit. Quæritur, an empti iudicio cogendus sit ex instrumentis hæreditarijs, & quid iuris defunctus habuit, & fines ostendere? Scæuola respondit, id ex scriptura præstandum, quod sensisse intelliguntur. Quod si non appareat, debere uenditorem & instrumenta fundi & fines ostendere. hoc etenim contractui bonæ fidei consonans esse. *Concordat l. 52. in princip. ff. eod. tt. his uerbis:* Creditor fundum sibi obligatum, cuius chirographa tributorum à debitore retrò solutorum apud se deposita habebat, uendidit ea lege Mænio, ut si quid tributorum nomine debitum esset, emptor solueret. Idem fundus ob causam eorum tributorum quæ iam soluta erant, à conductore saltus, in quo idem fundus est, uenit: eumque idem Mæuius emit, & precium soluit. Quæsitum est, an empti iudicio uel aliqua actione emptor à uenditore consequi posit, ut solutionum suprascriptarum chirographa dentur? Scæuola respondit, posse emptorem empti, &c.

I X. Causa: *Si uenditor in uendendo fundo confinem celauit. Hæc causa approbatur l. 35. §. fin. ff. de contrah. empt. his uerbis:* Si quis in uendendo prædio confinem celauerit, quem emptor si audijsset, empturus non esset: teneri uenditorem dicimus. *Planè causa proposita in specie quidem proposita admittitur, si scilicet emptor certioratus prædium empturus non fuisset: alioquin regulariter reprobatur l. 61. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis:* Demonstratione fundi facta, confines nominari superuacuum

cuum est. Si autem nominentur, etiam ipsum uenditorē nominati oportet, si fortè alium agrum confinem possidet.

X. *Causa: Si uenditor in uenditione serui nationem eius non indicauit. Hæc causa approbatur l. 31. §. qui mancipia. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Qui mancipia uendunt, nationem cuiusque in uenditione pronunciare debent. Plerunque enim natio serui aut prouocat aut deterret emptorem. Idcirco interest nostra scire nationem. Præsumptū etenim seruos bonos esse, quia nationis sunt non infamatæ: quosdam malos uideri, quia ea natione sunt, quæ magis infamis est. Quòd si de natione ita pronunciatum non erit, iudicium emptori, omnibusque ad quos ea res pertinebit, dabitur, per quod emptor redhibet mancipium.

X I. *Causa: Si uenditor sciens rem alienam uendidit. Hæc causa approbatur, simul & distinguitur* J. *cap. 7.*

X I I. *Causa: Si creditor quasi rem sibi pignoris iure obligatam uendiderit, quæ obligata non est. Hæc causa approbatur l. 11. §. sententiam. ibi: dolum planè. ff. de action. empti, & l. 2. ibi: uel etiam dolo. C. creditorem euictionem, &c. De qua re uide* s̄. *lib. 40. cap. 7. quæstion. 6. reg. 2. exceptione 3.*

X I I I. *Causa: Si rem sacram, sanctam, religiosam, publicam, uel liberum hominem quis sciens uendiderit. Hæc causa approbatur l. 62. §. qui nesciens ff. de contrah. empt. cuius uerba uide* s̄. *lib. proxim. cap. 3. except. 14. replicat. 1. Concordat inst. de empt. & uendit. §. fin. cuius uerba uide d. replic. 1. Concordat item l. 8. §. 1. ff. de religiosis, his uerbis:* Si locus religiosus pro puro uenisse dicetur, Prætor in factum actionem in eum dat ei, ad quem ea res pertinet. Quæ actio & in hæredem competit, cum quasi ex empto actionem contineat.

X I I I I. *Causa: Si rem emptoris, uel emptori debitam quis sciens ei uendat. Hæc causa approbatur l. 29. ff. de action. empti. cuius uerba uide* s̄. *lib. proxim. cap. 3. except. 17. repl. 6. Concordat l. huiusmodi. 81. §. qui seruum. ff. de leg. 1. cuius uerba uide* s̄. *lib. 32. cap. 10. causa 17. except. 1.*

X V. *Causa: Si res non integra uendita sit, uel tradita. Hæc causa approbatur l. 6. §. si uas. ff. de action. empti, his uerbis:* Si uas aliquod mihi uendideris, & dixeris certam mensuram capere, uel certum pondus habere: ex empto tecum agam, si minus præstes. Sed si uas mihi uendideris, ita ut adfirmares integrum: si id integrum non sit, etiam id quod eo nomine perdiderim, præstabis mihi. Si uerò non id actum sit, ut integrum præstes: dolum malum duntaxat præstare te debere quidam putant. Labeo contrà, & illud solum obseruandum, ut (nisi in contrarium quid actum sit) omnimodo integrum præstari debeat. Et est uerū: quod & in locatis dolijs præstandum, Sabinum respondisse Minutius refert. *Concordat l. 27. ff. eod. tt. his uerbis:* Quidquid uenditor accessurum dixerit, id integrum ac sanum tradi oportet. Veluti si fundo dolia accessura dixit: non quassata, sed integra dare debet. *Item concordat l. 54. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide* J. *except. 2. Concordat item l. 33. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Pomponius ait, iustam causam esse, ut quod in uenditione accessurum esse dictum est: tam integrum præstetur, quàm illud præstari debuit, quod principaliter uenit. Nam iure ciuili, ut integra sint, quæ accessura esse dicta fuerunt, ex empto actio est. Veluti si dolia accessura fundo dictum fuerit. Sed hoc ita, si certum corpus accessurum fuerit dictum. Nam si seruus cum peculio uenierit, ea mancipia quæ in peculio fuerint, sana esse præstare uenditor non debet: quia non dixit certum corpus accessurum, sed peculium tale: & quemadmodum certam quantitatem peculij præstare non debet, ita nec hoc. Eadem ratione fieri Pomponius ait, ut etiamsi hæreditas aut peculium serui uenierit: locus edicto ædilium non sit circa ea corpora, quæ sunt in hæreditate aut in peculio. Idem probat, & si fundus cum instrumento uenierit, & in instrumento mancipia sint. Puto hanc sententiam ueram, nisi aliud specialiter actum esse proponatur. *Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi non certum corpus, sed hæreditas, peculium uel quid simile uenierit. hoc enim casu res hæreditariæ uel peculiares tales præstandæ, quales sunt. Quæ exceptio uerbis d. l. 33. iam propositis approbatur. Altera exceptio est: Nisi conuenit, ut qualiscunque res sit, præstetur. Hæc exceptio approbatur l. 54. §. fin. ff. de action. empti & uenditi, his uerbis:* Si dolia octoginta accedere fundo, quæ in fossa essent, dictum erit: & plura erunt, quàm ad eum numerum: dabit emptori ex omnibus quæ uult, dummodo integra det. Si sola octoginta sint, qualiacunque sunt, emptorem sequentur: nec pro non integris quidquam ei uenditor præstabit.

X V I. *Causa: Si uenditor interpolata pro nouis uendidit, uel orichalcum pro auro. Hæc causa approbatur l. 45. ff. de contrah. empt. his uerbis:* Labeo libris posteriorum scribit, si interpola quis pro nouis emerit, Trebatio placere ita emptori præstandum

quod interest, si ignorans interpola emerit. Quam sententiam & Pomponius probat: in qua & Iulianus est, qui ait, si quidem ignorabat uenditor, ipsius rei nomine teneri. Si sciebat, etiã damni quod ex eo cõtingit: quamadmodum & si quis aurichalcum pro auro uendidit ignorans, tenetur ut aurum, quod uendidit, præstet.

X V I I. *Causa: Si uenditor partum ex ancilla sterili uel annosa uendiderit. Hæc causa approbatur l. 21. in princip. ff. de action. empti, his uerbis:* Si sterilis ancilla sit, cuius partus uenit, uel maior annis quinquaginta, cùm id emptor ignorauerit: ex empto tenetur uenditor.

X V I I I. *Causa: Si quis seruum furem, fugitiuum uel noxium uendiderit. Hæc causa approbatur l. 4. in princip. ff. de action. empti, his uerbis:* Si seruum mihi ignoranti sciens furem uel noxium esse uẽdideris: quamuis duplam promisatis, teneris mihi ex empto, quanti mea interest scisse: quia ex stipulatu eo nomine agere tecum non possum, antequam mihi quid absit. *Concordat l. 11. §. etiamsi. ff. eodem titul. his uerbis:* Etiamsi ignorans uendiderit, fugitiuum non esse præstare emptori oportere, Neratius ait. Idam Neratius, etsi alienum seruum uendiderit, furtis noxijsque solutum præstara debere, ab omnibus receptum ait. *Concordat item l. 13. §. item qui furem ff. eodem titul. cuius uerba uide infrà cap. proxim. regul. 11. exception. 2. Huius causæ exceptio prima hæc uidetur: Nisi emptor serui nomine noxali iudicio conuentus, cum non defenderit. Hæc exceptio reprobatur d. l. 11. §. idem libro, his uerbis:* Siue defendat noxali iudicio, siue non: quia manifestum fuit noxium seruum fuisse, nihilominus uel ex stipulatu, uel ex empto agere potest. *Altera exceptio est: Nisi alienus seruus sit, qui uenditus est. Sed & hæc exceptio reprobatur uerbis d. §. etiamsi, paulo superius propositis hisce:* Idem Neratius, etsi alienum seruum uendiderit, furtis noxijsque solutum præstare debere, ab omnibus receptum ait. *Concordat l. 44. §. fin. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* In radhibitoria uel æstimatoria potest dubitari, an quia alienum seruum uendidit, & ob euictionem, & propter morbum forrè uel fugam simul teneri posait? Nam potest dici, nihil interesse emptoris sanum esse, fugitiuum non esse eum qui euictus est. Sed interfuit emptoris sanum possedisse propter operas, neque ex pòst facto decrescit obligatio. Statim enim ut seruus traditus est, committitur stipulatio, quanti interest emptoris. *Concordant item ea quæ proposita sunt J. cap. 4. quæst. 3. except. gener. 5. Plura de causa proposita eodẽ J. cap. 4. quæst. 3. causa 2. cum sequentibus.*

X I X. *Causa: Si mulier pro uirgine uenierit. Hæc causa approbatur l. 11. §. si quis uirginem. ff. de action. empti, his uerbis:* Si quis uirginem se emere putarit, cum mulier uenisset, & sciens eum in errore uenditor passus sit: redhibitionem quidem ex hac causa non esse, Vlpianus ait: uerumtamen ex empto competere actionem ad resoluendam emptionem, ut precio restituto mulier reddatur.

X X. *Causa: Si cùm seruo uendito fideicommissaria libertas deberetur, uenditor emptori id non indicauit. Hæc causa approbatur, simul & distinguitur l. 43. cum duab. legib. sequentib. ff. de action. empti. cuius uerba uide s̄. lib. 19. cap. 10. quæst. 6. reg. 2. except. 2.*

X X I. *Causa: Si uenditor in uendendo statulibero conditionem, sub qua libertas illi relicta est, non indicauit. Hæc causa approbatur l. 69. §. sed etsi quis. ff. de euictione, his uerbis:* Si quis in uenditione statuliberum persusoriè dixerit, conditionem autem libertatis celauerit: empti iudicio tenebitur, si id nescierit emptor. Hic enim exprimitur, eum qui dixit statuliberum, & nullam conditionem pronunciauerit: euictionis quidem nomine non teneri, si conditione impleta seruus ad libertatem peruenerit: sed empti iudicio teneri, si modò conditionem, quam sciabat propositam esse, celauit. Sic & qui fundum tradiderit, & cum sciat certam seruitutem deberi, persusoriè dixerit: itinera, actus, quibus sunt, ut ita sint, rectè recipit: & euictionis quidem nomine se liberat, sed quia decepit emptorem, empti iudicio tanetur. *Concordat l. 9. §. 1. ff. de statuliberis. cuius uerba uide s̄. libro 19. capite 10. quæstion. 6. regul. 2. Plura de hac causa uide J. capite septimo, causa 4.*

X X I I. *Causa: Si uenditor statuliberum sub conditione decem dandorum uenditum, dixerit uiginti dare iussum. Hæc causa approbatur l. 10. ff. de statuliberis, hisce uerbis:* Si hæres decem dare iussum uendiderit, & tradiderit, dixeritque adscriptum libertati, si uiginti dedisset: ex empto erit actio cum uenditore: aut si dupla promissa est ob euictionem, duntaxat duplæ repetitio erit, & ex empto ob mandacium. *Concordat l. 42. in fine. ff. de action. empti. cuius uerba uide J. causa 24. except. 2.*

X X I I I. Cau-

XXIII. *Causa: Si uenditor mentitus est, quo pluris rem uenderet. Hæc causa approbatur l.13.§.si uenditor.ff.de action.empti.his uerbis:* Si uenditor dolo fecit, ut pluris uenderet: puta de artificio mentitus, aut de peculio emptieum iudicio teneri, Iulianus scribit, ut præstet emptori quanto plutis seruum emisset, si ita peculiatus esset, uel eo artificio instructus. *Huius causæ exceptio hæc est: Nisi id quod uẽditor dixit, palàm appareat falsum. Hæc exceptio approbatur l.43.in prin.ff.de contrah.empt.his uerbis:* Ea quæ commendandi causa in uenditionibus dicuntur, si palàm esse appareent, uenditorem non obligant: ueluti si dicat seruum speciosum, domum bene ędificatam. At si dixerit hominem literatum, uel artificem: præstare debet. Nã hoc ipso pluris uendidit. *Plura de causa proposita uide j.cap.4.qui est.3.causa 9.*

XXIIII. *Causa: Si modus agri uenditi minor inuenietur, quàm dixit uenditor. Hæc causa approbatur l.2.in prin.ff.de action.empti, his uerbis:* Si in emptione modus dictus est, & non pręstatur: ex empto actio est. *Concordat l.4.§.si modus.ff.eod.tt.his uerbis:* Si modus agri minor inuenietur, pro numero iugerum author obligatus est: quia ubi modus minor inuenitur, non potest ęstimari bonitas loci qui non extat. Sed non solùm si modus totius agri minor est, agi cum uenditore potest: sed etiam de partibus eius. utputa si dictũ est, uineæ iugera tot esse, uel oliueti, & minus inuenietur. Ideo his casibus pro bonitate loci fiet æstimatio. *Concordat item l.45.ff.de emtione, his uerbis:* Qui fundum tradiderat iugerum centum, fines multo ampliores emptori demonstrauerat. Si quid ex ijs finibus euinceretur, pro bonitate eius emptori præstandum ait: quamuis id quod relinqueretur, centum iugera haberet. *Concordat item l.69.§.fin.ff.eod.tt. his uerbis:* In fundo uendito cùm modus pronunciatus deest: sumitur portio ex precio, quod totum colligendũ est ex omnibus iugeribus dictis. *Concordat item l.6.§.si uas.ff.de action. empti. cuius uerba uide s̃. causa 11. Planè propositæ causæ exceptio prima hæc est: Nisi uẽditor ignorauerit minorem agri modum esse. Hæc exceptio reprobatur l.6.in prin.ff.de action. empti, his uerbis:* Tenetur ex empto uenditor, etiamsi ignorauerit minorem fundi modũ esse. *Planè admittitur exceptio proposita in casu l.13.§.si Titius, in fine.ff.eod.tt.cuius uerba uide j. except.prox. Altera exceptio est: Nisi post uenditionem id quod modo dicto deest, per alluuionem adcreuerit. Hæc exceptio reprobatur quidem, sub conditione tamen, d.§.si Titius, his uerbis:* Si Titius fundum, in quo nonaginta iugera erant, uendidit, & in lege emptionis dictum est, in fundo centum esse iugera: & antequã modus manifestetur, decem iugera alluuione adcreuerint: placet mihi Neratij sententia existimantis, ut si quidẽ sciens uendidit, ex empto actio competat aduersus eum, quamuis decem iugera adcreuerint: quia dolo fecit, nec dolus purgatur. Si uerò ignorans uendidit, ex empto actio non cõpetat. *Tertia exceptio est: Nisi cùm duos fundos uendidisset uenditor, dixerit alterius modum maiorem, alterius minorem: ut nihilominus modus duorum fundorum concurrat cum eo quem dixit. Hæc exceptio approbatur l.42.ff.eod.tt. his uerbis:* Si duorum fundorum uẽditor separatim de modo cuiusq; pronunciauerit, & ita utrunq; uno precio tradiderit, & alteri aliquid desit: quamuis in altero exuperet (fortè si dixerit unum centum iugera, alterum ducenta habere) non proderit ei quòd in altero ducenta decem reperiantur, si in altero decem desint. Et de hie ita apud Labeonem relatum est. Sed an exceptio doli mali uenditori profutura sit? Et potest dubitari: utique si exiguus modus syluæ desit, & plus in uineis habeat, quàm repromissum est: an non faciat dolo qui iure perpetuo utitur? nec enim hoc quod amplius in modo agri inuenitur, quàm alioquin dictum est, ad compendium uenditoris, sed emptoris pertinet: & tunc tenetur uenditor, cùm minor modus inuenitur. Videamus tamen, ne ulla querela sit emptoris in eodem fundo; si plus inuenietur in uinea, quàm in prato: cùm uniuersus modus cõstet. Similis quęstio esse potest ei quæ in duobus fundis agitata est, et si quis duos statuliberos uno precio uendat, & dicat unũ decẽ dare iussum, qui quindecim dare debuerat: alterũ decẽ, qui quinq; debebat. Nam & hic tenebitur ex empto actione: quãuis emptor à duob. uiginti accepturus sit. Sed rectius est in omnib. suprascriptis casib. lucrũ cum dãno cõpẽsari, & si quid deest emptori siue ꝑ modo siue pro qualitate loci, hoc ei resarciri. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi in deteriore fundo plus sit quàm dictũ est, minus autem in fundo meliore. Hæc replicatio approbatur l.22.ff.eod.tt.his uerbis:* Si in qualitate fundi uẽditor mentitus sit, nõ in modo eius: tenetur tamẽ emptori. Pone enim, dixisse eũ quinquaginta iugera uineæ esse, & quinquaginta prati: & in uinea minus, in prato plus inueniri: esse tamen omnia centum iugera. *Concordat d.l.42.in fine, uerbis paulo superius propositis hisce:* Et si quid deest emptori siue pro modo siue pro qualitate loci, hoc ei resarciri. *Concordat item l.34.ff.eod.tt.his uerbis:* Si fundo uendito in qualita-

te iugerum captio est: ex empto erit actio. *Quarta propositæ causæ exceptio est: Nisi cùm inter emptorem & uenditorem conuenisset, ut emptor intra certum tempus fundum metiretur, & de modo eius renunciaret: post tempus de minore modo renunciet. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.40.in prin.ff.de contrah.empt.his uerbis:* Qui fundũ uendebat, in lege ita dixerat: ut emptor in diebus triginta proximis fundum metiretur, & de modo renũciaret: & si ante eam diem non renunciasset, ut uenditoris fides soluta esset. Emptor intra diẽ mensuræ, quo minorem fundum esse credidit, renunciauit, & pecuniã pro eo accepit. Postea eum fundũ uendidit, & cùm ipse emptori suo admetiretur, multò minorẽ agri modum, quàm putauerat, inuenit. Quærebatur, an id quod minoris esset, cõsequi à suo uenditore posset? Paulus respondit, interesse quemadmodũ lex diceretur. Nã si ita dictũ esset, ut emptor in diebus triginta proximis fundũ metiatur, & domino renũciet intra id tẽpus, quãto modus agri minor sit: quod post tricesimũ diẽ renũciasset, nihil esse ei profuturum. Sed si ita pactum esset, ut emptor in diebus proximis fundum metiatur, & de modo agri renunciet: & si in diebus triginta non renũciasset, minorem modum agri esse: quamuis multis postea annis posse eum, quo minoris modus agri fuisset, repetere. *Huius exceptionis replicatio hæc est; Nisi mensuræ quidem faciendæ certum tempus sit præstitutum, non autem renunciationi. quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Sed si ita pactum esset, ut emptor, &c.

XXV. *Causa: Si minor fundi capitatio à uenditore est dicta. Hæc causa approbatur, simul & distinguitur l.9.C.de action.empti, his uerbis:* Si minor à uẽditore (siue sciente siue ignorãte) dicebatur capitatio prædij uenditi, & maior inuenta sit: in tantum conuenitur, in quãtum, si scisset emptor ab initio, minus daret precij. Sin uerò huiusmodi onus & grauamen functionis cognouisset: nullam aduersus uenditorem habet actionem.

XXVI. *Causa: Si in qualitate iugerum captio est. Hæc causa approbatur l.34.ff.de action. empti, cuius uerba cum concordantibus uide s. causa 24. except.2.repl.1.*

XXVII. *Causa: Si uenditor decipiendi emptoris causa imaginarium colonum supposuit. Hæc causa approbatur l.49.in prin.ff.de action. empti, his uerbis:* Qui per collusionem imaginarium colonum: circumueniendi emptoris causa supposuit, ex empto tenetur: nec defenditur, si quo facilius excogitata fraus occultetur, colonum & quinquennij pensiones in suam fidem recipiat.

XXVIII. *Causa: Si id quod uenditor rei uenditæ accessurum dixit, non accedat. Hæc causa approbatur l.11.§.si quis rem.ff.de action.empti, his uerbis:* Si quis rem uendiderit, & ei accessurũ quid dixerit: omnia quidem quę diximus in re distracta, in hoc quoq; sequenda sunt: ut tamen euictionis nomine non in duplum teneatur, sed in hoc tantùm obligetur, ut emptori rem habere liceat: & non solùm per se, sed per omnes. *Concordat l.26.ff.eod.tit. his uerbis:* Si quis, cùm fundũ uenderet, dolia centum, quæ in fundo esse affirmabat, accessura esse dixisset: quamuis ibi nullũ dolium fuisset, tamen dolia emptori debebit. *Itẽ concordat l.27.ff.eod.tit. cuius uerba uide s. causa 15. Itẽ concordat l.6.§.si tibi iter, in fine.ff.eod.tit. cuius uerba uide s. lib.prox. cap.3. exc.22.repl.1.*

XXIX. *Causa: Si uenditor seruum prædiũ tradidit, quod liberum tradere debebat. Hæc causa approbatur l.8.ff.de action.empti, his uerbis:* Si seruum prædium in traditione fecero, quod liberum tibi tradere debui: ex empto habebis actionẽ remittendæ eius seruitutis gratia, quam pati non debebas. *Concordat l.7.§.non solùm.ff.de dolo malo. cuius uerba uide s. lib.49.cap.3.quæst.4.except.general.10.repl.6. Huius causæ exceptio hæc est: Nisi uenditor prædiũ seruum fore dixerit. quæ exceptio approbatur l.6.§. si in uenditione.ff.cõmunia prædiorum, his uerbis:* Si in uenditione quis dixerit seruas fore ædes, quas uendidit: necesse non habet liberas tradere. Quare uel suis ædibus eas seruas facere potest, uel uicino concedere seruitutem, scilicet ante traditionem. Planè si Titio seruas fore dixit: siquidẽ Titio seruitutem concesserit, absolutũ est: si uerò alij concesserit, ex empto tenebitur.

XXX. *Causa: Si uenditor emptorem minoribus ponderibus circũscripsit. Hæc causa approbatur l.32.ff.de act.empti, his uerbis:* Si quis à me oleum, quod emisset, adhibitis iniquis põderib. accepisset, ut in modo me falleret: uel emptor circũscriptus sit à uenditore ponderibus minorib. Põponius ait, posse dici uenditorẽ sibi dari oportere quod plus est petere: Quod habet rationẽ. Ergo & emptor ex empto habebit actionẽ, qua contentus esse possit. *Concordat l.32.§.si uenditor. ff. ad legem Cornel.de falsis. cuius uerba uide s.lib.4.cap.8.quæst.1.causa 25.*

XXXI. *Causa: Si iactu empto uenditor rete iactare, uel id quod extraxit, emptori dare nolit. Hæc causa approbatur l.12.ff.de action.empti, his uerbis:* Si iactum retis emero, & rete iactare piscator noluit: incertum huius rei æstimandum est. Si quod extraxit piscium, reddere mihi noluit: Id æstimari debet, quod extraxit.

XXXII. *Causa: Si uenditor conditionẽ, sub qua uenditio*

uenduio facta est, implere nolit. Hæc causa reprobatur l.42.ff.de contrab.empt. bis uerbis: Si sub cōditione facta est emptio, nó poterit agi ut cōditio impleatur. Planè admittitur in casu, de quo d.l. 41. cuius reliqua uerba uide s̄. lib.prox. cap.4.except.5.repl.5.

XXXIII. Causa: Si dolo uel culpa uenditoris res empta perierit, uel deterior sit facta. Hæc causa approbatur per ea quæ proposita sunt s̄. lib.prox. cap.2.except.18.cum exceptionib.sequentibus.

XXXIIII. Causa: Si uenditor uinū uenditum effudit. Hæc causa approbatur quidem ipso iure, uerùm eius exceptio hæc est: Nisi emptor uinū non auferat. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.1.§.licet.ff.de periculo & cōmodo rei uenditæ, bis uerbis: Licet ueuditori uel effundere uinum, si diem ad metiendū præstituit, nec intre diem admensum est: effundere euté nou statim poterit, priusquē testatò denūciet emptori, ut aut tollat uinū, eut sciat futurū, ut uinum effunderetur. Si temé cum posset effundere, nó effudit: laudandus est potius. Eeptoptet mercedē quoq; doliorū potest exigere. Sed ita demū, si interfuit eiua inanie esse uasa, in quibus uinū fuit: ueluri si loceturus ea fuit, uel si necesse hebuit elia conducere dolie. Cōmodius est auté conduti uasa, nec reddi uinū, nisi quá ti cōduxerit, ab emptore reddatur: aut uēdere uinum bone fide: id est, quentū sine ipsius incōmodo fieri potest, operá date, ut quàm minimè detrimento sit ea res emptori. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi dolia ad uindemiā uenditori nondū sint necessaria. Hæc replicatio approbatur d l.1. §. si doliare, bis uerbis: Si doliate uinum emeria, nec de tredendo quicquá conuenerit: id uidetut ectum, ut antè euacuatentut, quàm ed uindemiā opera eorū futura sit necessaria. Quòd si nō sint euscueta, faciendū quod ueteres puteuerūt, per corbé uēditoré mensuré fecere, & effundere, ueterea enim propter hoc mēsutam sueserūt, si quéta mensute esset non appateet: uidelicet ut appeteret quātū emptori uini perierit. Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi de certo tempore admetiendi & tradendi uini inter emptorē & uenditorem cōuenerit. quæ duplicatio elicitur ex uerbis iā propositis bisce: Nec de tredendo quicquam conuenerit. Cōcordat d.l.1.§.licet.cuius uerba uide paulò superius. Secunda duplicatio est: Nisi intersit uenditoris uacuata esse uasa. quæ duplicatio approbatur d.§.licet.ibi: sed ita demum si intersit. Concordat l.2.in prin.ff. eod.tt.bis uerbis: Hoc ite uerùm est, si ia est uenditor, cui sine noua uindemia non sint ista uesa necessatie. Si uerò mercator est, qui emere uina, & uēdere solet: ia dies spectandus est, quo ex commodo uenditoris tolli posint.

XXXV. Causa: Si uenditor seruum uenditū manumisit. Hæc causa approbatur l.21.C.de action.empti, bis uerbis: Si ancillam tibi ex causa uenditionis traditem uenditor manumisit, libertaté alienæ fectæ præstare non potuit. Quòd si post uēditionem ante traditionē manumisit, pleno iure dominua constitutus ciué Romenā facere nō prohibetur: tībi personali propter rupté fidé cōtre uēditoré ectione cōpetente. Cōcordat l.23.ff.eod. tt.cuius uerba uide J. cap.prox. reg.26.except.1.

XXXVI. Causa: Si damnum in re uendita uenditor dedit. Hæc causa approbatur l. 7. §. non solùm. ff. de dolo malo. cuius uerba uide J. lib. 49. cap.3. quæst.4.except.general.10.repl.6.

XXXVII. Causa: Si fructu uel partu futuro empto, uenditor faciat ne nascatur. Hæc causa approbatur l.8. in prin. ibi: sed si id egerit. ff. de contrab. empt.cuius uerba uide s̄.lib.prox.cap.3.except.21.

XXXVIII. Causa: Si uenditor rem alij obligatā non liberat. Hæc causa approbatur l.52.§.prædiū. ff.de action.empti, bis uerbis: Prædiū æstimetū in dotem à patre filiæ suę nomine detum, obligatum creditori deprehenditur. Quæsitum est, en filius qui hæreditatem patris retinet (cum ab ee se filia abstinuisset dote contente) actione ex empto teneatur, ut à creditore luetet, & marito liberū prædiū præstatet? Scæuola respōdit, teneri. Concordat l.5.C.de euictionib.bis uerbis: Ex prędijs quę mercata es, si elique à uēditore obligata, & necdum tibi tredita sunt: ex empto actione consequeris, ut ee à creditore liberentut. Id etiem fiet, si eduersus uenditoré, ex uendito actione precium petentem, doli exceptionem opposueris. Concordat item l.41.ff.de cōtrab.empt.cuius uerba uide s̄. lib.prox. cap.4.except.5.repl.5.

XXXIX. Causa: Si cùm prædio uendito uenditor mercedem à conductore præstandam accessuram dixisset, & à se exigendam: dolo uel culpa in ea mercede exigenda sit uersatus. Hæc causa approbatur l.48.in prin.ff.de contrab.empt.bis uerbis: Si cùm fundum uenderes, in lege dixisses, quod mercedia nomine à conductore exegisses, id emptori accessurum esse: existimo te in exigendo non solùm bonam fidem, sed atiam diligentiem præstere debere: id est, non solùm ut à te dolue malus absit, sed etiam ut culpe. Concordat l.13.§. in his.ff.de action.empti, bis uerbis: Iu his quæ cum re empta præstari solent, nou solùm dolum, sed & culpam præstendem arbitror. Nam & Celsus libro IX. Digestor. scripsit, Cum conuenerit ut uēditor prætertitam mercedem exigat, & emptori præstet: non solùm dolum, sed etiam culpam eum præstare debere.

XL. Causa: Si loco sepulchri uendito, uēditor propius

*pius eum locum ædificet.* *Hæc causa approbatur l. 6.§.si locum.ff.de action.empti,bis uerbis:* Si locũ sepulchri emeris, & propius eum locum, antequam mortuus ibi inferatur,ędificatũ à uenditore fuerit: poteris ad eum reuerti.

X L I. *Causa: Si per uenditorem factum sit, quo minus emptor rem poßideat. Hæc causa approbatur l.68.§.ferè.ff.de contrah.empt. bis uerbis:* Ferè aliqui solent hæc uerba adijcere, Dolus malus à uenditore aberit: qui tamen, etsi adiectum non est, abesse debet. Nec uidetur abesse, si per eum factũ est aut fiet, quo minus emptor fundum possideat. Erit ergo ex empto actio, non ut uenditor uacuã possessionem tradat (cùm multis modis accidere potest, ne tradere possit) sed ut, si quid dolo malo fecit aut facit, dolus malus eius æstimetur.

X L II. *Causa: Si res empta emptori euincatur, uel poßeßio auocetur. Hæc causa approbatur l.3. in prin.ff.de action.empti,bis uerbis:* Ratio possessionis quæ à uenditore fieri debet, talis est, ut si quis eam possessionem iure auocauerit, tradita possessio non intelligatur. *Plura de hac re uide J.cap.7 & 8.*

X L I I I. *Causa: Si res empta ante traditionem fuerit publicata. Hæc causa approbatur l.33. §. nam etsi uendideris.ff.locati.cuius uerba uide J.lib.prox.cap. 1.quæst.5.except.20.repl.1.*

X L I I I I. *Causa: Si alius in poßeßionem rei emptæ missus sit. Hæc causa approbatur l.2.ff.de action. empti,bis uerbis:* Vacua possessio emptori tradita non intelligitur, si alius in ea legatorum fideicommissorumúe seruandorũ causa in possessione est, aut creditores bona possident. Idem dicendum est, si uenter in possessione sit. Nam & ad hoc pertinet uacui appellatio.

X L V. *Causa: Si uenditor emptorem in poßeßione potiorem non præstet. Hæc causa approbatur l.11. §.idem Neratius.ff.de action.empti,bis uerbis:* Neratius ait, uenditorẽ in re tradenda debere præstare emptori, ut in lite de possessione prior sit. Sed Iulianus libro X V. Digestor. scribit, nec uideri traditum, si superior in possessione futurus non sit. Erit igitur ex empto actio, nisi hoc præstetur. *Concordat l. 1. §. fin. C.creditorem euictionem non debere. cuius uerba uide s̄.lib.40 cap.7.quæst.6.reg.1.*

X L V I. *Causa: Si emptor serui empti nomine noxali iudicio conuentus & condemnatus sit. Hæc causa approbatur l.11.§.idem libro. ff. de action.empti, bis uerbis:* Neratius libro secundo Responsorum ait, emptorẽ noxali iudicio cõdemnatum, ex empto actione id tantùm consequi, quanti minimo defungi potuit. Idemq; putat, etsi ex stipulatu aget.

X L V I I. *Causa: Si cùm uenditor inquilino habitationem, uel colono ad tempus usumfructum prædij excepisset, is colonus uel inquilinus emptori damnum in re dederit. Hæc causa approbatur l.13. §. penult.ff.de action.empti, bis uerbis:* Si uenditor habitationem exceperit, ut inquilino liceat habitare, uel colono ut perfrui liceat ad certum tempus: magis esse Seruius putabat, ex uendito actionem. Deniq; Tubero ait, si isto colonus damnum dederit, ex empto emptorem agentem cogere posse uenditorem, ut ex locato cum colono experiatur, ut is quidquid fuerit consecutus, emptori reddat.

X L V I I I. *Causa: Si ante domus traditionem uenditor damni infecti nomine stipulationem non interposuerit. Hæc causa approbatur l.36.ff. de act.empt. cuius uerba uide s̄.lib.prox.cap.2.except.19.*

X L I X. *Causa: Si cùm boues quis uendidisset ea lege, ut experiundos daret: seruus emptoris in experiundo à boue percussus sit. Hæc causa reprobatur sub conditione l.52.§.quidam boues. ff. ad legem Aquiliam,bis uerbis:* Quidam boues uendidit ea lege, ut daret experiũdos: postea dedit experiũdos. Emptoris seruus in experiundo percussus ab altero boue cornu est: quęrebatur, num uenditor emptori damnum præstare deberet? Alphenus respondit, Si emptor boues emptos haberet, non debere pręstare. Sed si non haberet emptos: tũc si culpa hominis factum esset, ut à boue feriretur, non debere præstari: si uicio bouis, debere.

L. *Causa: Si uenditor arram emptori non reddat. Hæc causa approbatur per ea quæ proposita sunt s̄. lib.prox. cap.1.quæst.4.reg.9.*

L I *Causa: Si cum res empta esset ita, ut si displicuisset emptori, esset inempta, & displicuerit: uenditor rem restituto precio recipere nolit. Hæc causa approbatur l.6.ff.de rescind.uendit.bis uerbis:* Si conuenit ut res quæ uenit, si intra certum tẽpus displicuisset, redderetur: ex empto actio est (ut Sabinus putat) aut proxima empti actioni in factum datur.

L I I. *Causa: Si cùm res in ea causa sit, ut redhiberi debeat. uenditor eã recipere nolit. Hæc causa approbatur l.11.§.redhibitionẽ.ff.de act.empti, bis uerbis:* Redhibitionem quoq; contineri empti iudicio, Labeo & Sabinus putant, & nos probamus.

DE CAVTIONIBVS À VENDITORE PRÆSTANDIS.

L I I I. *Causa: Si uenditor emptori de euictione cauere nolit: ut caueat, empti actione cogi potest. quæ causa approbatur l.37.in prin.ff.de euictione,bis uerbis:* Emptori duplã ꝓmitti à uẽditore oportet, nisi aliud cõuenit: nõ tamen ut satisdetur (nisi specialiter id actũ proponatur) sed ut repromittatur. *Concordat l.11.§. & ex empto ff.de action.empti, bis uerbis* Neratius ait, & ex empto actionẽ esse, ut habere licere emptori

emptori caueatur. Sed & ut tradatur ei possessio. *Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi aliter inter emptorem & uenditorem conuenerit. quæ exceptio approbatur uerbis d.l.37.§.propositus hisce:* Nisi aliud cõuenit. *Altera exceptio est: Nisi res minus preciosa uenierit: Hæc exceptio approbatur d.l.37.§.1.his uerbis:* Quòd diximus duplum promitti oportere, sic erit accipiẽdum, ut nõ ex omni re id accipiamus, sed de his rebus quæ preciosiores sunt: si fortè margarita aut ornamenta preciosa, uel uestis serica, uel quid aliud non contemptibile uenierit. *Tertia exceptio uidetur: Nisi seruus uenierit. Hæc exceptio reprobatur d.l.37.§.per edictum, his uerbis:* Per edictum Curulium etiam de seruo cauere uenditor iubetur. *Concordat l.31.§.quia assidua. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Quia assidua est duplæ stipulatio: idcirco placuit etiam ex empto agi posse, si duplæ uenditor mancipij non caueat. Ea enim quæ sunt moris & consuetudinis, in bonæ fidei iudicijs debent uenire. *Quarta exceptio est: Nisi hæreditas uenierit. Hæc exceptio approbatur l.2.in prin.ff.de hæred.uendita, his uerbis:* Venditor hæreditatis satisdare de euictione non debet, cum id inter ementẽ & uendentẽ agatur, ut neq; amplius neq; minus iuris emptor habeat, quàm apud hæredẽ futurũ esset. Planè de facto suo uẽditor satisdare cogendus est. *Quinta exceptio est: Nisi uenditor non spontè, sed à magistratu iussus, uel ex officio uendiderit. Hæc exceptio approbatur l.49.§.1.ff. familiæ erciscundæ. cuius uerba uide J. lib.44. cap.9 quæst.3.causa 10.except.1. repl.3. Concordat l.14.§.cauere.ff.de condict.furtiua. cuius uerba uide J.lib.46.cap.8 quæst.6. Sexta exceptio est: Nisi de euictione cautum sit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio prima hæc est: Nisi simplam pro dupla emptor sit stipulatus. Hæc replicatio approbatur l.37.§.fin.ff.de euictione, his uerbis:* Si simplam pro dupla per errorẽ emptor stipulatus sit: re euicta consecuturũ eũ ex empto, Neratius ait, quanto minus stipulatus sit: si modò omnia fecit emptor, quæ in stipulatione cõtinentur. Quòd si nõ fecerit: ex empto id tamen consecuturũ, ut ei promittatur, quod minus in superiorẽ stipulationẽ deductũ est. *Altera replicatio est: Nisi ita ut conuenit, cautũ nõ sit. Hæc replicatio approbatur l.16.in prin.ff de euictione, his uerbis:* Si dictum fuerit in uẽdendo, ut simpla promittatur, uel triplũ, aut quadruplũ: ex empto perpetua actione agi poterit: non tamen (ut uulgus opinatur) etiam satisdare debet, qui duplam promittit, sed sufficit nuda repromissio: nisi aliud cõuenerit. *Concordat l.74. in prin.ff.eod.tt.cuius uerba uide J.cap.7. quæst.4. reg.1.except.1. Tertia replicatio est: Nisi nõ ex more regionis, in qua emptio facta est, de euictione cautũ sit. Hæc replicatio approbatur l.6.ff. de euictione, his uerbis:* Si fundus uenierit, ex cõsuetudine eius regionis, in qua negociũ gestũ est, pro euictione caueri oportet. *Quarta replicatio est: Nisi repromisit saltẽ uẽditor, nõ etiã satisdedit. Hæc replicatio reprobatur uerbis d.l.56. §. repl. 2. propositus hisce:* Non tamẽ (ut uulgus opinatur) etiã satisdare debet, qui duplã promittit, sed sufficit nuda repromissio: nisi aliud cõuenerit. *Concordat l.4.in prin ff.eod. tt.his uerbis:* Illud quæritur, an is qui mancipium uendidit, debeat fideiussorẽ ob euictionem dare, quem uulgò auctorem secũdum uocant? Et est relatum, nõ debere: nisi hoc nominatim est actum. *Concordat item l.37.in prin.ff.eod.tt.cuius uerba uide §.ead.causa in prin. Planè admittitur replicatio proposita, si ita conuenit ut satisdetur. quæ distinctio legibus iam allegatis approbatur. Hæc de 53.causa. Planè si non caueatur de euictione, quid ueniat præstandum, uide J.cap. prox.reg.11.except.3.*

LIIII. *Causa: Debet insuper uenditor emptori cauere, animalia uẽdita sana præstari, esse, bibere, ut oportet. quæ causa approbatur l.11.§. animalium.ff. de action.empti, his uerbis:* Animalium quoq; uenditor cauere debet ea sana præstari: & qui iumenta uendidit, solet ita promittere, esse, bibere, ut oportet.

L V. *Causa: Debet insuper uenditor cauere seruũ uenditũ sanum esse: fugitiuum, erronẽ non esse: noxa solutũ esse. quæ causa approbatur l.14.C. de action. empti, his uerbis:* Emptor seruorũ certè de his tradendis, & de eorũ fuga, itemq; sanitate, erronesq; non esse, aut noxa solutos, repromitti sibi rectè postulat.

## DE EXCEPTIONIBVS PRAECEDENtium causarum generalibus.

*Hactenus causæ actionis ex empto enumeratæ sunt: quarum exceptiones communes hæ sunt.*

I. EXCEPTIO: *Nisi uẽditor ignorans sine dolo malo fecit contra id quod facere cum iura uolunt. Hæc exceptio reprobatur l.6.in prin. ff. de act. empti. cuius uerba uide §.causa 24.exc.1. Concordat l.11.§.etiãsi.ff.eod.tt.cuius uerba uide §.causa 18. Cõcordat itẽ l.13.§.in his aũt.ff.eod.tt.cuius uerba uide §.causa 39. Itẽ cõcordat l.21 §.quãuis.ff.eod.tt.cuius uerba uide §.lib.prox.cap.3.exc.34.repl.2.distinct.3. Planè admittitur exceptio proposita primùm, si prædij uẽditor de tributo nõ dixit ignorãs. quæ distinctio approbatur d.l.21.§.1 cuius uerba uide §.causa 5. Deinde admittitur exceptio proposita in quantitate cõdemnationis, l.13.in prin.ff.eod.tt.cuius uerba uide J. cap.prox.reg.11.exc.1. Tertiò admittitur exceptio proposita, si uẽditor ignorãs seruũ furẽ esse, id nõ indicauit. quæ distinctio approbatur d.l.13.§.1.cuius uerba uide d. exc. 1. Huius distinctionis replicatio hæc est: Nisi uẽditor ignorãs nõ solùm non indicauit furẽ esse, sed eũ etiã cõmẽdauit. q̃ replicatio approbatur d. l.13.§.qd tamẽ si ignorauit. cuius uerba uide d.exc.1.*

II. EX-

II. EXCEPTIO: Nisi emptor sciuerit. Hæc exceptio approbatur l.1.§.uenditor,ibi:si modò.item d.l.1.§.fin.ff.de action.empti.cuius uerba uide s̄.causa 6. Concordat l.9. in fine. C.eod.tt.cuius uerba uide s̄.causa 25. Item concordat l 43. in prin. ff.de contrab.empt.cuius uerba uide s̄.causa 21.except.1. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi de aliquo præstando conuenit:puta seruum frugitiuum non esse.tunc enim,quamuis emptor sciuerit seruum fugitiuum esse,nibilominus illi actio competit. quæ replicatio approbatur l.4.§. item Labeo. ff. de doli mali except.his uerbis: Labeo scribit, si quis fugitiuum esse sciens emerit seruum,& stipulatus fuerit fugitiuum non esse: deinde agat ex stipulatu,non esse eum exceptione repellendum.Quoniam hoc conuenit: quamuis ex empto actionem nō haberet. Sed si non conuenisset,exceptione repelletetur. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi in genere,non in specie de aliquo præstando conuenit:puta seruum sanum esse, quem emptor cæcum esse non ignorat. hoc enim casu uenditor de cæcitate serui præstanda non tenetur.quæ duplicatio approbatur l.43.§.1.ff.de contrab.empt.his uerbis: Quædam etiam pollicitationes uenditorē non obligant,si ita in promptu res sit,ut eā emptor non ignorauerit:ueluti si quis hominem luminibus effossis emat, & de sanitate stipuletur. Nam de cætera parte corporis potius stipulatus uidetur, quàm de eo in quo se ipse decipiebat.

III. EXCEPTIO: Nisi in uenditione clausula hæc, Dolum malum abesse: non sit adiecta. Hæc exceptio reprobatur l.43.§.2. ff. de contraben. empt.cuius uerba uide s̄.causa 41.

IIII. EXCEPTIO: Nisi pupillus authore tutore uendidit. Hæc exceptio approbatur,simul & distinguitur l.13.§.sed cum in facto. ff. de action empti.cuius uerba uide s̄.causa 5.

V. EXCEPTIO: Nisi contractus emptionis inutilis sit. Hæc exceptio ipso iure subsistit,eiusq; species, sed & replicationes uide s̄. lib. prox. cap.3. cum sequentib.

VI. EXCEPTIO: Nisi emptor ex duple stipulatione litis æstimationem sit consecutus. Hæc exceptio approbatur l.11.§.Cassius.ff.de action. empti,his uerbis: Cassius ait,eum qui ex duplæ stipulatione litis æstimationem consecutus sit:aliarum rerum nomine, de quibus in uenditionibus caueri solet, nihil consequi posse.

VII. EXCEPTIO: Nisi aliter inter emptorem & uenditorem conuenit. Hæc exceptio approbatur l.41 ff.de pactis.cuius uerba cum concordantibus uide s̄.lib 37.cap.3.except.17.repl.1.

VIII. EXCEPTIO: Nisi cùm socius suam partem uendidisset, posteaq; iuditio communi diuidundo prouocatus totam rem ex adiudicatione acceperit: emptor totam rem emptam habere nolit. Hæc exceptio approbatur l.7.§. si debitor. ibi: nam etsi partem.ff.communi diuidundo. cuius uerba uide s̄.lib 40.cap.4.causa 1. except.8. Concordat l.13.§. idem Celsus. ff. de action. empti. cuius uerba uide s̄. cap.prox.reg.23.

IX. EXCEPTIO: Nisi cùm socius partem uendidisset, postea à socio licitatione uictus sit, eiq; partem uenditam dederit. Hæc exceptio reprobatur d.l.7.in fine.cuius uerba uide d.except.8.

X. EXCEPTIO: Nisi precium nondum sit solutum. Hæc exceptio approbatur l.13.§.offerri. ff.de action.empti,his uerbis: Offerri precium ab emptore debet,cùm ex empto agitor. Et ideo si partem precij offerat, nondum est ex empto actio ad rem adquirendam: uenditor enim quasi pignus retinere potest eam rem quam uendidit. Concordat l. 8.in fine.C.eod.tt.his uerbis: Si te ex empto ad inducendum eum in uacuam possessionē prædij præses prouinciæ perspexerit conueniri, existimabit an precium sit solutū. Et si repererit non esse precio satisfactum, hoc restitui tibi prouidebit. Item concordat l.31.§.seruum. ibi: sed adijcere.ff. si certum petatur. cuius uerba uide s̄.lib.21.cap.9.reg.9. Huius exceptionis replicatio prima uidetur esse: Nisi emptor aliqua lege precium debere desijt. Hæc replicatio reprobatur l.50.ff.de action.empti,his uerbis: Bona fides non patitur, ut cum emptor alicuius legis beneficio pecuniam rei uenditæ debere desijsset,antequam res ei tradatur: uēditor tradere compellatur, & re sua carere. Possessione autem tradita,futurum est ut rem uenditor eam amittat: utpote cùm petenti eam rem emptor exceptionem rei uenditæ & traditæ objiciat: ut perinde habeatur,ac si petitor ei neq; uēdidisset,neq; tradidisset. Altera replicatio uidetur: Nisi pars precij sit soluta. Sed & hæc replicatio reprobatur uerbis d.§.offerri,s̄.propositis hisce: Et ideo si partem precij offerat, nondū est ex empto actio ad rem adquirendam. Concordat l.31. §. idem Marcellus. ff. de ædilitio edicto, his uerbis: Marcellus ait,non posse alterum ex dominis consequi actionem ex empto, ut sibi pro parte uenditor tradat,etsi pro portione precium dabit. Et hoc in emptoribus seruari oportere ait. Nam uenditor pignoris loco quod uēdidit,retinet,quoad emptor satisfaciat. Concordat item l.57. in prin. ff.eod.tt.his uerbis: Si seruos mancipium emit,& dominus redhibitoria agat: non aliter ei uenditor daturus est, quàm si omnia præstiterit,quæ hac actione continentur: & quidem solida, non peculiotenus. Nam etsi ex empto dominus agat: nisi precium totum soluerit, nihil consequitur. Concordat item l.78. §. qui fundum. ff. de contrab. empt.his uerbis: Qui fundum ea lege emerat,

rac, ut soluta pecunia traderetur ei possessio, duobus hæredibus relicta decessit. si unus omnem pecuniam soluerit, partem familiæ erciscundæ iudicio seruabit: nec si partem soluat, ex empto cum uenditore aget: quoniam ita contractum æs alienum diuidi non potuit. *Planè pertinet replicatio proposita ad ea quæ proponentur ĩ. lib. 48. cap. 9. exc. 15. repl. 1. ubi sextæ duplicationis loco est posita. Hactenus causas ex empto actionis cum suis exceptionibus enumerauimus. Sequuntur nunc reliqui huius actionis loci.*

## II. QVIBVS EX EMPTO Actio competit?

I. *Regula: Si duobus diuersis temporibus eadē res ab eodem uēdita est, utriq; competit empti actio. quæ regula approbatur l. 14. in prin. ff. de in diem addictione. cuius uerba uide s̄. lib. prox. cap. 3. except. 10. Planè is cui primùm res tradita est, dominus rei efficitur, quamuis posterior emerit: de qua re uide s̄. lib. 21. cap. 3. quæst. 1. reg. 1. except. 1.*

II. *Regula: Si quis sibi & alij rem emerit, soli emptori, non etiam alteri actio empti competit. quæ regula approbatur l. 64. ff. de contrah. empt. cuius uerba uide s̄. lib. prox. cap. 1. except. 10.*

III. *Regula: Si quis aliena pecunia rem emerit: non ei cuius pecunia est, sed ipsi emptori adquiritur actio. quæ regula approbatur l. 8. C. si quis alteri, uel sibi sub alterius. cuius uerba cum concordantibus uide s̄. lib. 21. cap. 3. quæst. 4. reg. 3.*

IIII. *Regula: Si seruus emerit, domino empti actio competit. quæ regula approbatur quidem ipso iure, uerùm eius exceptio prima hæc est: Nisi ususfructus alterius sit, tunc enim usufructuario serui, non domino cōpetit actio. quæ exceptio & ipsa iure subsistit per ea quæ proposita sunt s̄. lib. 21. cap. 2. reg. 5. uerùm eius replicatio prima hæc est: Nisi nondum solutum sit precium. quæ replicatio approbatur l. 43. §. fin. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Interdum etiamsi pura sit uenditio, propter iuris conditionem in suspenso est: ueluti si seruus, in quo alterius ususfructus, alterius proprietas est, aliquid emerit. Nam dum incertum est, ex cuius re precium soluat: pendet cui sit adquisitum. Et ideo neutri eorum redhibitoria competit. *Altera replicatio est: Nisi ex re proprietarij precium sit solutum. quæ replicatio elicitur ex uerbis iam propositis hisce:* Nam dum incertum est, ex cuius re precium soluat, &c. *De quo plura uide d. reg. 5. except. 1. Tertia replicatio est: Nisi ante precium solutum is qui in seruo usumfructum habet, capite sit deminutus, & ita ususfructus extinctus. Hæc replicatio approbatur l. 24. in prin. ff. de action. empti, his uerbis:* Si seruus, in quo ususfructus tuus erat, fundum emerit, & antequam pecunia numeraretur, capite minutus fueris: quamuis precium solueris, ex empto actionem non habebis, propter talem capitis deminutionem: sed indebiti condictionem aduersus uenditorem habebis. Ante capitis autem deminutionem nihil interest tu soluas, an seruus ex eo peculio quod ad te pertinet. Nam utroque casu actionem ex empto habebis. *Plura de exceptione proposita uide d. reg. 5. Secunda propositæ regulæ exceptio est: Nisi seruus qui emit, ab alio bona fide possideatur. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s̄. lib. 21. cap. 2. reg. 6. uerùm eius replicatio hæc est: Nisi ex peculio quod ad dominum pertinet, non ex re possessoris precium sit solutum. Hæc replicatio approbatur d. l. 24. §. seruum. cuius uerba cum concordantibus uide s̄. lib. 21. cap. 9. regul. 9.*

V. *Regula: Procuratore emente, domino utilis ex empto actio competit. quæ regula approbatur l. 13. §. si procurator, in fine. ff. de action. empti. cuius uerba uide ĩ. quæst. prox. in prin.*

## III. ADVERSVS QVOS ex empto actio competit?

I. *Regula: De alio quàm qui uendidit. Alius quàm qui uendidit, hac actione non tenetur. quæ regula approbatur quidem ipso iure, uerùm eius exceptiones hæ sunt. Prima exceptio est: Nisi procurator uendiderit. hoc enim casu aduersus dominum eius utilis datur actio. quæ exceptio approbatur d. §. si procurator, his uerbis:* Si procurator uendiderit, & cauerit emptori: quæritur, an domino uel aduersus dominum actio dari debeat? Et Papinianus libro tertio Responsorum putat, cum domino ex empto agi posse utili actione ad exemplum institoriæ actionis, si modò rem uendendam mandauit: Ergo & per contrarium dicendum est, utilem ex empto actionem domino competere. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi colludente procuratore quis ab eo emerit. quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur d. l. 13. §. si quis colludente. cuius uerba uide s̄. lib. prox. cap. 5. exception. 5. replicat. 1. duplicat. 1. Secunda exceptio est: Nisi filiusfamiliâs uendiderit. Hæc exceptio approbatur l. 6. §. si filiusfamiliâs. ff. de action. empti. cuius uerba uide s̄. d. cap. 3. exception. 6. Planè hoc casu etiam cum patre de peculio actio est. de qua re alibi dicetur. Tertia exceptio est: Nisi tutores uendiderint. hoc enim casu aduersus pupillum empti actio datur. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s̄. libro 7. cap. 1. quæst. 9. reg. 5. Inter eius autem replicationes numeratur & hæc: Nisi ex dolo tutoris agatur. de qua uide d. reg. 9. exception. 8. Huic concordat l. 13. §. sed cum in facto ff. de action. empti. cuius uerba uide s̄. quæst. 1. causa 5. Quarta exceptio est: Nisi uenditor mortuus sit. tunc enim aduersus eius heredes empti actio datur. quæ exce-*

*ptio approbatur l.52. §. prædium. ff. de action. empti. cuius uerba uide s. quæst. 1. causa 38. Cōcordat l. 47. ff. eod. tit. cuius uerba uide j. cap. prox. reg. 14. Item concordat l. 7. ff. de euictionibus, his uerbis:* Qui à pupillo substitutum ei seruum emerit, agere cum substituto ex empto, & ex stipulatu de euictione potest: cùm neutram earum actionum aduersus pupillum habere potuerit.

II. *Regula: Duobus uel pluribus uendentibus, aduersus unum eorum in solidum non competit actio. quæ regula approbatur l. 47. ff. locati & conducti, his uerbis:* Cùm apparebit, emptorem conductoremúe pluribus uendentibus uel locantibus singulorum in solidum intuitum personam, ita demum ad præstationē partis singuli sunt cōpellendi, si cōstabit omnes esse soluendo. Quanquam fortasse iustius sit (etiamsi soluendo omnes erunt) electionem conueniendi quam uelit, non auferendā actori, si actiones suas aduersus cæteros præstare non recuset. *Concordat l. 44. §. proponitur, in fine. ff. de ædilitio edicto. cuius uerba uide j. cap. 4. quæst. 5. reg. 5. Ait Iurisconsultus:* Quanquam fortasse iustius sit, &c. *Hoc sublatum est Nouell. c. 99. cuius uerba uide s. lib. 38. cap. 22. except. 19.*

IIII. QVANDO ET QVAMdiu empti actio competit?

I. *Regula: Ante conditionem contractus existentē non competit actio empti. Hæc regula approbatur l. 41. §. si sub conditione. ff. de ædilitio edicto. cuius uerba uide j. cap. 4. quæst. 7. reg. 1. Plura de hac regula uide s. lib. prox. cap. 4. except. 5.*

II. *Regula: Empti actio perinde ac alia quæuis triginta annorum præscriptione submouetur per ea quæ dicta sunt s. lib. 36. cap. 15. in prin. eius autem exceptio prima hæc est: Nisi re post multos annos euicta, ex causa euictionis agatur. quæ exceptio approbatur l. 21. C. de euictionib. his uerbis:* Empti actio longi temporis præscriptione nō submouetur, licet post multa spacia rem euictam emptori fuerit comprobatū. Si itaq; ea quem te comparasse commemoras, tūc in libertatem proclamet: interpellare uenditorem siue successorem eius debes, ut tibi adsistat, causamq; instruat. Quem si liberum esse, uel seruum non esse pronūciatum, nec te cautione remisisse periculum euictionis fuerit comprobatum: præses prouinciæ (si res integra est) quanti tua interest, restitui tibi prouidebit. *Altera exceptio est: Nisi ex eo quòd non caueatur, agatur. tunc enim intra sex menses tantùm cōpetit. quæ exceptio approbatur l. 28. ff. de ædilitio edicto. cuius uerba uide j. cap. 4. quæst. 7. reg. 2. except. 5. Plures propositæ regulæ exceptiones uide d. cap. 15.*

V. ADIVNCTA ACTIONVM empti & uenditi.

I. *Regula: In re dubia interpretatio contra uenditorem est facienda. quæ regula approbatur l. 21. ff. de contrab. empt. his uerbis:* Labeo scribit, obscuritatem pacti nocere potius debere uenditori, qui id dixerit, quàm emptori: quia potuit re integra apertius dicere. *Concordat l. 172. in prin. ff. de reg. iuris, hisce uerbis:* In contrahenda uenditione ambiguum pactum contra uenditorem interpretandum est. *Concordat item l ueterib. 39. ff. de pactis. cuius uerba uide s. lib. 38. cap. 9. reg. 3. Huius regulæ exemplum proponitur l. 33. ff. de contrab. empt. his uerbis:* Cùm in lege uenditionis ita sit scriptum, Flumina & stillicidia uti nunc sunt, ut ita sint: nec adijcitur quæ flumina, uel stillicidia: primùm spectari oportet, quid actū sit. si id nō appareat, tūc id accipitur, quod uēditori nocet. Ambigua enim oratio est. *Aliud exemplū proponitur l. 10. §. hæc lex. ff. de seruit. urbanorum prædior. his uerbis:* Hæc lex traditionis, Stillicidia uti nūc sunt, ut ita sint: hoc significat, impositam uicinis necessitatem stillicidiorum excipiendorum: non illud, ut etiam emptor stillicidia suscipiat ædificiorum uicinorum. Hæc igitur pollicetur uenditor: sibi quidem stillicidiorum seruitutem deberi, se autem nulli debere. Quę de stillicidio scripta sunt, etiam in cæteris seruitutibus accipienda sunt: si in cōtrarium nihil nominatim actum est. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi cùm in uenditione dictum esset accedere Stichum seruum, non appareat de quo Sticho actum sit. tunc enim is debebitur, quē uenditor intellexerit. quæ exceptio approbatur l. 34. in prin. ff. de contrab. empt. cuius uerba uide s. lib. prox. cap. 3. except. 14. repl. 4. Altera exceptio est: Nisi cùm uerba contractus clara sint & aperta, emptor aliud actum esse dicat. quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s. lib. 38. cap. 9. reg. 3. except. 1.*

II. *Regula: In emptis & uenditis potius mens contrahentium, quàm uerba sunt spectanda. quæ regula approbatur l. 6. §. 1. ibi: in emptis enim. ff. de contrab. empt. cuius uerba uide s. lib. prox. cap. 4. quæst. 3. reg. 8.*

VI. ADFINIA REMEDIA.

*Regulariter ex causis suprà propositis non nisi ex empto actio competit. cuius tamen regulæ exceptio prima hæc est: Nisi redhibitoria actione actor agere malit. quæ exceptio approbatur l. 19. §. dictū. ibi: nam qui ex. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Qui ex empto potest conueniri, idem etiā redhibitorijs actionibus conueniri potest. *Sanè de redhibitoria actione uide j. cap. 4. Altera exceptio est: Nisi emptori stipulanti promissum sit. tunc enim etiā ex stipulatu actio est. quæ exceptio approbatur d. §. dictum. ibi: secundum quod. cuius uerba uide*

uide J. cap.4. quæstion. 3. causa 9. Tertia exceptio est: Nisi hæres testamento uendere iussus uendiderit. hic enim etiam ex testamento conueniri potest. quæ exceptio approbatur l. 5. in prin. ff. de action. empti, his uerbis: Si hæres testamento quid uendere damnatus sit, & uendiderit: de reliquis quæ per consequentiam emptionis propria sunt, uel ex empto uel ex testamento agi cum eo poterit. Quarta exceptio est: Nisi emptor uenditi actione conueniatur. tunc enim ex supradictis causis exceptio illi cõpetit. quæ exceptio approbatur l.25. ff. de action. empti, his uerbis: Qui pendentem uindemiam emit, si uuam legere prohibeatur à uenditore: aduersus eum petentem precium, exceptione uti poterit, si ea pecunia, de qua agitur, non pro ea re petitur quæ uenit, neque tradita est. Cæterùm post traditionem: siue lectam uuam calcare, siue mustum euehere prohibeatur: ad exhibendum uel iniuriarum agere poterit, quemadmodum si quilibet alius eum rem suam tollere prohibeat. Ait Iurisconsultus: Si ea pecunia, &c. Hæc sunt uerba exceptionis, quam emptor uenditori precium petenti obijcit. Concordat exceptioni propositæ l. 41. in fine, ff. eod. tt. cuius uerba uide ē. quæstion. 1. causa 7. Item concordat l. 5. C. de euictionibus. cuius uerba uide ē. quæstion. 1. causa 38. Quinta exceptio: Nisi emptor ex eo quòd empta uindemia & tradita, uuas legere uel calcare, aut mustum euehere à uenditore prohibeatur. agat. tunc enim ad exhibendum, & iniuriarum actio est. quæ exceptio approbatur uerbis d. l. 25. ē. exception. proxim. propositis hisce: Cæterùm post traditionem, &c. Sexta exceptio est: Nisi ita res empta esset, ut si displicuisset, redderetur. tunc enim etiam in factum actio est. quæ exceptio approbatur l. 6. ff. de rescind. uendit. cuius uerba uide ē. quæstion. 1. causa 51. Concordat l. 31. §. si quid ita. ff. de ædilitio edicto. cuius uerba uide J. cap. 4. quæst. 3. causa 10. Septima exceptio est: Nisi ex eo quòd locus religiosus pro puro uenierit, agatur. tunc enim etiam in factum actio est. quæ exceptio approbatur l. 8. §. 1. ff. de religiosis. cuius uerba uide ē. d. quæstion. 1. causa 13. Octaua exceptio est: Nisi perfecta emptione arra repetatur. tunc enim condictio etiam competit causa dati causa finita. quæ exceptio approbatur l. 11. §. ego illud. ff. de action. empti. cuius uerba uide ē. lib. proxim. cap. 1. quæstion. 4. reg. 8. Nona exceptio est: Nisi rescissa emptione precium uel arra repetatur. tunc enim condictio causa dati causa non secuta locum habet. quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt ē. d. quæst. 4. reg. 8 & 9. Decima exceptio est: Nisi cùm seruus alicuius aliquid emisset apud alium constitutus, uenditor rogatu serui rem uenditam alij tradiderit. hoc enim casu dominus serui mandati actionem habet aduersus eum cui res est tradita. quæ exceptio approbatur l. 22. §. fugitiuus. ff. mandati, his uerbis: Fugitiuus meus, cùm apud furem esset, pecuniam adquisijt, & ex ea seruos parauit, eosq; Titius per traditionem à uenditore accepit. Mela ait, mandati actione me consecuturum, ut restituat mihi Titius: quia seruus meus mandasse Titio uidetur, ut per traditionem acciperet: si modò rogatu serui hoc fecerit. Quòd si sine uolũtate eius uenditor Titio tradiderit: tunc posse me ex empto agere, ut mihi eos uenditor traderet: uenditoremq; per cõdictionem à Titio repetiturũ, si seruos tradiderit Titio, quos non debuerit, cùm debere se existimaret. Vndecima exceptio est: Nisi liber homo pro seruo se uenire patiatur. hic enim etiam in factum actione tenetur de qua uide J. cap. 8. Sed & plures huiusmodi exceptiones & actionis ex empto adfinia remedia uide J. cap. 4. cum sequentibus. Hæc de adfinib. remedijs. Superest adhuc unus actionis ex empto locus, de re scilicet, quæ per eam sit petẽda: Quid scilicet, quantum & quale in eam ueniat. de quo sequitur in duob. capitib. proximis.

## QVID VENIAT IN EMPTI actione? Cap. II.

PRima regula, De fructibus rei uenditæ, proponitur l. 38. §. ex causa. ff. de usuris & fructibus, his uerbis: Ex causa emptionis fructus restituendi sunt. Concordat l. 13. §. si fructus ff. de action. empti, his uerbis: Si fructibus iam maturis ager distractus sit, etiam fructus emptori cedere, nisi aliud conuenit, exploratum est. Sin is ager locatus fuit, pensiones utique ei cedent, qui locauerat. Idem & in prædijs urbanis, nisi quid nominatim conuenisse proponatur. Concordat itẽ l. 3. §. si emptor, in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide ē. lib. 36. cap. 10. quæst. 1. except. 1. replicat. 3. dupl. 1. Item concordat l. 21. §. at cùm hæreditas. ibi: quemadmodum. ff. de hæreditate uendita. cuius uerba uide ē. lib. proxim. cap. 7. regul. 11. Item concordat l. 13. in princip. C. de action. empti, his uerbis: Fructus post perfectum iure contractum emptoris spectare personam conuenit, ad quem & functionum grauamen pertinet. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi ante contractam uel perfectam emptionem fructus sint percepti. Hæc exceptio elicitur ex uerbis iã propositis hisce: Post perfectum iure contractum. Concordat l. 2. in fine. C. eod. tt. cuius uerba uide J. cap. 9. quæst. 1. causa 16. Secunda exceptio est: Nisi sylua cædua ad tempus uendita sit. hoc enim casu glans non debetur emptori. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 80. §. sylua. ff. de contrah. empt. his uerbis: Sylua cædua in quinquennium uenierat: quærebatur, cùm glans decidisset, utrius esset? Scio Seruium respondisse: primùm sequendum esse, quid appareret actum esse. Quòd si in obscuro esset: utcunq;

cunq; glane ex his arboribus quæ cæsæ non essent, cecidisset, uenditoris esset: ea autem quæ in arboribus fuisset eo tempore, cum hæ cæderentur, emptoris. *Tertia exceptio est: Nisi aliter inter emptorem & uenditorem conuenerit. quæ exceptio approbatur uerbis d. §. si fructib s. ead. reg. in prin. propositis hisce:* Nisi aliud conuenit. *Hæc de prima regula. Plane quæ fructuum appellatione contineantur, uide s. lib. 16. cap. 10. quæst. 2.*

II. *Regula, De pensionibus quæ ex prædio uendito debentur, proponitur l. 13. §. si fructibus. ibi: sin is ager. ff. de action. empti. cuius uerba uide s. reg. prox. in prin.*

III. *Regula. De partu ancillæ uenditæ, proponitur l. 4. §. fin. ff. de usuris & fructibus. cuius uerba ut de s. lib. 16. cap. 10. quæst. 1. except. 1. repl. 3.*

IIII. *Regula, De fœtu pecoris uenditi, proponitur l. 16. C. de action. empti. his uerbis:* Post perfectam quidem uenditionem fœtus quidem pecorum emptori, uenditori uerò sumptus, si quos bona fide fecerit, restitui debere, notissimum est.

V. *Regula, De eo quod post perfectam emptionem rei uenditæ accessit, & omni commodo, proponitur l. 13. §. sed & si quid. ff. de action. empti. his uerbis:* Si quid rei uenditæ nocitum est: actio emptori præstanda est, dâni fortè infecti, uel aquæ pluuiæ arcêdæ, uel Aquiliæ, uel interdicti Quod ui aut clàm. Item si quid ex operis seruorum, uel uecturis iumentorum uel nauium quæsitũ est, emptori præstabitur. Sed & si quid de peculio eorũ accessit, non tamen si quid ex re uenditoris. *Plura de regula proposita uide s. lib. prox. cap. 2.*

VI. *Regula, De eo quod rei uenditæ accessurum uenditor dixit, proponitur l. 6. §. si tibi iter, in fine. ff. de action. empti, his uerbis:* Si fundum tibi uendidero, & ei fundo iter accessurum dixero: omnimodo tenebor itineris nomine, quia utriusq; rei quasi unus uenditor obligatus sum. *Concordat l. 13. §. si quis rem. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. cap. proxim quæst. 1, causa 28. Item concordat l. 16 ff. eod. tt. cuius uerba uide d. causa 28. Item concordat l. 27. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. d. quæst. 1. causa 15.*

VII. *Regula, De ijs quæ excepit uenditor. Hæc non debentur emptori. quæ regula approbatur l. 43. ff. de pactis. cuius uerba uide s. lib. 17. cap. 3. except. 17. repl. 1. Concordat l. 2. C. finium regundorum, his uerbis:* Regionem certam fundi, proprijs finibus eius mutatis, dominus eius distrahere, ac residuum retinere nõ prohibetur: nec amplius emptor, quàm quod ratione secundum uenditionis fidem ad se peruenit, uindicare potest prætextu terminorũ temporis antecedentis uenditionẽ. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi cùm uenditor usumfructũ exciperet, dixisset eum Titij esse, usufructus Titij non sit. Hæc exceptio reprobatur l. 7. ff. de act. empti, his uerbis:* Fundum mihi cùm uenderes deducto usufructu, dixisti usumfructũ Titij esse, cùm is apud te remãsurus esset: si cœperis eũ usumfructũ uendicare, reuerti aduersus te non potero, donec Titius uiuat, nec in ea causa esset cœperit, ut etiã si eius usus fructus esset, amissurus eũ fuerit. Nã tũc, id est, si capite deminutus uel mortuus fuerit Titius, reuerti potero ad te uẽditorem. Idemq; iuris est, si dicas, eũ usumfructũ Titij esse, cùm sit Seij. *Altera exceptio est: Nisi excepto usufructu, is extinctus sit. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Nam tunc. id est, si capite deminutus, &c. *Tertia exceptio est: Nisi cùm frumenta sata excepta essent, quædam frumenta nascantur non manu, sed casu sata. Hæc exceptio approbatur l. 40. §. fundi. ff. de contrah. empt. his uerbis:* Fundi uenditor frumẽta manu sata exceperat: in eo fundo ex stipula seges erat nata: quæsitũ est, an pacto contineretur? Paulus respondit, maximè referre quid actum esset. Cæterùm secundum uerba non esse actum, quod ex stipula nasceretur: nõ magis quàm si qd ex eo quod de sacco saccarij, aut quod auibus ex ore cecidisset, natum esset. *Quarta exceptio est: Nisi publica re excepta, fisci rem emptor petat. Hæc exceptio approbatur l. 72. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis:* Lege uẽditionis ita factæ, Si quid sacri, aut religiosi, aut publici est, eius nihil uenit: si res non in usu publico, sed in patrimonio fisci erit, uenditio eius ualebit: nec uenditori proderit exceptio, quæ non habuit locum. *Quinta exceptio est: Nisi lapidicinis exceptis, post uenditionem lapidicinæ repertæ sunt: hæ enim exceptæ non censentur. quæ exceptio approbatur l. 77. ff. eod. tt. his uerbis:* In lege fundi uendendi lapidicinæ in eo fundo, ubicunq; essent, exceptæ erant: post multum temporis in eo fundo repertæ erant lapidicinæ. Eas quoq; uenditoris esse, Tubero respondit. Labeo, referre quid actũ sit. Si non appareat: non uideri eas lapidicinas esse exceptas. Neminem enim nec uendere, nec excipere quod non sit: & lapidicinas nullas esse, nisi quæ appareãt, & cædentur. Aliter interpretantibus, totum fundũ lapidicinarum fore, si fortè in toto eo sub terra esset lapis. Et hoc probo. *Sexta exceptio est: Nisi manu satis exceptis, quædam in perpetuum sint sata: puta uites, arbores, &c. Hæc exceptio approbatur l. 80. in prin. ff. d. tt. his uerbis:* Cùm manu sata in uenditione fundi excipiuntur, non quæ in perpetuum sata sunt, excipi uidentur: sed quæ singulis annis seri solent, ita ut fructus eorum tollantur. Nam aliter interpretantibus, uites & arbores omnes exceptæ uidebuntur. *Se-*

*pıma exceptio est: Nisi uuls exceptis, uua quedam umi caussa babeantur. bæ enim exceptæ non uidentur. quæ exceptio approbatur l. 205. ff. de uerb. signif. cuius uerba uide J. lib. 50. cap. 4. in uerbo Vua. Octaua exceptio est: Nisi cùm emptoris, non uenditoris causa exceptum esset, emptor postea exceptum petat. Hæc exceptio reprobatur l. 6. ff. de periculo & commodo rei uenditæ, bis uerbis:* Si uins emerim exceptis acidis & mucidis, & mihi expediat acida & mucida quoq; accipere: Proculus ait, quamuis id emptoris causa exceptum sit, ramen acida & mucida non uenisse. Nanq; sicut inuitus emptor accipere non cogeretur: ita iniquum esse, ooo permitti uenditori uel alij ea uendere.

VIII. *Regula: Rutis cæsis exceptis, quid contineatur bis uerbis, definitur l. 17. §. si ruta. ff. de action. empti. cuius uerba uide J. reg. 31.*

IX. *Regula, De eo quod uenditor rem uenditam persequendo consecutus est, emptori præstando, proponitur l. 14. in prin ff. de furtis. cuius uerba uide J. lib. 46. cap. 4. reg. 21. except. 2.*

X *Regula, De instrumentis rei uenditæ. Hæc non debentur: attamen cum opus erit, emptori sunt exbibenda. quæ regula approbatur argumento l. 24. C. de fideicommißis. cuius uerba uide ȳ. lib. 33. cap. 4. de fundo legato, reg. 1. Concordant ea quæ proposita sunt ȳ cap. prox. quæst. 1. causa 8.*

XI. *Regula, De eo quod emptoris interest. Si non præstet uenditor quod præstare debet, regulariter ad id quod emptoris interest id præstitum esse, tenetur. quæ regula approbatur l. 1. in prin. ff. de actiton. empti, bis uerbis:* Si res ueodita non tradatur, in id quod interest agitur: hoc est, quanti rem habere emptoris interest. Hoc autem interdum precium egreditur, si plus interſit, quàm res ualet, uel empta est. *Concordat l. 11. §. idem ait. ff. eod. tt. bis uerbis:* Neratius air, noo tradentem quanri interſit condemnari: ſatis autem non dantem, quanti plurimi auctorem peri clitari oportet. Idem Neratius air, propter hæc omnia ſatis esse, quod plurimum est, præstari: id est, ut ſequentibus actionibus, deducto eo quod præstitum est, lis æstimetur. Idem rectè air, Si quid horum non præstetur, cùm cætera facta ſint: oullo deducto condemnariooem faciendam. *Concordat item l. 4. C. eod. tt. bis uerbis:* Si traditio rei uenditæ iuxta emptionis contractum procacia uenditoris non fiat: quanti interesse complexi emptionē fuerit arbitratus præses prouinciæ, tantum in condemnationis raxationem deducere curabit. *Concordat item l. 10. C. eod. tt. cuius uerba uide ȳ. cap. proxim. quæstion. 1. causa 4. Item concordat l. 12. in fine. C. eod. tt. bis uerbis:* Sicut periculum uini mutati, quod certum fuerat comparatum, ad emptorem: ita commodum aucti precij pertinet. Vtque hoc uerùm est, sic certæ qualitatis ac menſuræ distracto uino, fidem placitis ſeruandam esse cooueniri. Quo non restituto, non precij quanritatis, ſed qoanti intereſt emptoris, competit actio. *Concordat item l. 68. §. fin. in fine. ff. de contrab. empt. cuius uerba uide ȳ. cap. prox. quæstion. 1. causa 41. Huius regulæ exceptio prima bæc est: Nisi uenditor ignorans, non sciens quid fecit. boc enim casu non in id quod emptoris interest, ſed quanti minoris emptor, si sciuisset, erat empturus, tenetur. quæ exceptio approbatur l. 13. in prın. cum ſequentibus. ff. de action. empti, bis uerbis:* Iulianus libro XV. inter eum qui ſciens quid, aut ignorans uendidit, differentiam facit in condemnatione ex empto. Ait enim, qui pecus morboſum, aut tignum uicioſum oendidit: ſiquidem ignorans fecit, id rantum ex empto actiooe præstaturum, quanti minoris esset empturus, si ita sciſſet. Si uerò ſciens reticuit, & emptorem decepit: omnia detrimenta quæ ex ea emprione emptor traxerit, præstaturum ei. Siue igitur ædes uicio tigni corruerunt, ædium æstimationem: siue pecora contagiooe morboſi pecoris perierunt, quod interfuit idoneè uenisse, erit præstandum. Item qui furem uendidit, aut fugitiuum: ſiquidem ſciens, præstare debebit, quanti emptoris interfuit non decipi. Si uerò ignorans, circa fugitiuum quidem tenetur, quanto minoris empturus esset, si eum fugitiuum ſcisset: circa furem non tenetur. Differentiæ ratio est, quia fugitiuum quidem habere oon licet, & quasi euictionis nomioe tenetur uenditor: furem autem habere possumus. Quod autem diximus, Quanti emptoris interfuit noo decipi: multa continet, ut si alios ſecum ſolicitauit ut fugereot, uel res quaſdam abstulit. Quid tameo si ignorauit quidem furem esse, adſeuerauit autem bonæ frugi & fidum, ut caro uenderet? uidesmus, an ex empto teneatur? & puto teneri. Atqui ignorauit. Sed non debuit facilè, quę ignorabat, adſeuerare. Inter hunc igitur, & eum qui ſcit, intereſt: quoniam qui ſcit, præmonere debuit furem esse: hic non debuit facilis esse ad temerariam indicationem. *Concordat exceptioni propositæ l. 45. ibi: qui ait, siquidem ff. de contrab. empt. cuius uerba uide ȳ. cap proxim. quæstion. 1. causa 16. Item concordat l. 61. ff. de ædilitio edicto, bis uerbis:* Quoties de ſeruiture agitur, uictus tantum debet præstare, quanto minoris emisset emptor, si ſcisset hanc ſeruitutem impositam. *Sed plura de exceptione proposita uide J. cap. 6. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi antea aliquid præstitum sit. tunc enim eo deducto, rtiu quod*

*interest fit æstimatio. quæ exceptio approbatur, simul et distinguitur l.11.§.idem ait.ff.de action.empt. cuius uerba uide s.ead.reg. in prin.* *Tertia exceptio est:Nisi ex eo quòd de dupla non caueatur, agetur. tunc enim dupli condemnandus est uenditor. quæ exceptio approbatur l.2.ff.de euictione, his uerbis:* Si dupla non repromittetur, & eo nomine agetur:dupli condemnandus erit reus. *Hæc de undecima regula. Sed & plures eius species, ex quibus ad id quod emptoris interest agitur, uide s. cap. proxim. quæstion.1. in singulis causis.*

XII. *Regula:Id quod interest, æstimatur circa rem, non ex eo quod extra rem est. quæ regula approbatur l.21. §. cùm per uenditorem. ff. de action. empti,his uerbis:* Cùm per uenditorem steterit, quo minus rem tradat: omnis utilitas emptoris in æstimationem uenit, quæ modò circa ipsam rem consistit. Neque enim si potuit ex uino (puta) negociari, & lucrum facere, id æstimandum est: non magis quàm si triticum emerit, & ob eam rem, quòd non sit traditum, familia eius fame laborauerit. Nam precium tritici non seruorum fame necatorum consequitur. Nec enim maior fit obligatio, quod tardius agitur: quamuis crescat, si uinum hodie pluris sit. Meritò: quia si datum esset, hoc haberet emptor. Quoniam uerò non dedit: saltem hodie dãdum est, quod iam olim dari oportuit. *Plura de regula proposita uide s.lib.16.cap.8.reg.1.*

XIII. *Regula:Si res non tradatur, eius temporis & loci æstimatio facienda, quo pluris res uenit. quæ regula approbatur, simul & distinguitur l.3. §. si per uenditorem.ff.de action.empti,his uerbis:* Si per uenditorem uini mora fuerit, quo minus traderet: condemnari eum oportet, utro tempore pluris uinũ fuerit: uel quo uenit, uel quo lis in condemnationem deducitur. Item quo loco pluris fuit, u[...] quo uenit, uel ubi agitur. Quòd si per emptoré mora fuit: æstimari oportet preciũ, quod sit cùm agetur, & quo loco minoris sit. Mora autem uidetur esse, si nulla difficultas uenditorem impediat, quo minus traderet: & præsertim si omni tempore paratus fuit tradere. Item nõ oportet eius loci precia spectari, in quo agitur, sed eius ubi uina tradi oportet. Nam quod à Brundusio uinum uenit, etsi uenditio alibi facta sit, Brundusij tradi oportet.

XIIII. *Regula, De usuris & pœna promissa, proponitur l.47.ff. de act. empti, his uerbis:* Lucius Titius accepta pecunia ad materias uendendas sub pœna certa ita, ut si nõ integras præstiterit intra statuta tempora, in pœnam conueniatur: partim datis materijs decessit. Cùm igitur testator in pœnam commiserit, neq; eius hæres reliquã materiam exhibuerit: an in pœnam & in usuras conueniri possit: præsertim cùm emptor mutuatus pecuniam usuras grauissimas expendit? Paulus respondit, ex contractu, de quo quæritur, etiam hæredé uenditoris in pœnam conueniri posse. In actione quoque ex empto officio iudicis post moram intercedentem usurarũ precij rationem haberi oportere.

XV. *Regula:Eo quod sibi debetur uendito, ad actionem solùm præstandam uenditor tenetur. quæ regula approbatur exemplo l.52. §. inter. ff. de act. empti,his uerbis:* Inter uenditorem & emptorem militiæ ita conuenit, ut salarium quod debebatur ab illa persona, emptori cederet. Quæsitũ est, emptor militię quam quantitaté à quo exigere, & quid ex eiusmodi pacto uenditor emptori præstare debeat? Scæuola respõdit, uenditorem actiones extraordinarias eo nomine, quas haberet, præstare debere. *Plura de regula proposita uide s.lib.prox.cap.8.quæst.2.*

XVI. *Regula:Aqua uendita, etiam iter ad aquam debetur. quæ regula approbatur l.40. § in lege. ff. de contrah.empt.his uerbis:* In lege fundi aquã accessuram dixit: quærebatur, an etiam iter aquæ accessisset? Et Paulus respondit, sibi uideri id actum esse. Et ideo iter quoque uenditorem tradere oportere.

XVII. *Regula:Si illa aut illa res uendita sit: regulariter uenditoris electio est, quam tradere uelit, non emptoris. quæ regula approbatur l.25. in prin. ff.de contrah.empt.his uerbis:* Si ita distrahatur, illa aut illa res: utram elegerit uenditor, hæc erit empta. *Concordat l.34.§.si emptio.ff.eod.tit.cuius uerba uide s. lib. proxim.cap.2. exception.3. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi altera ex ijs perierit. quæ exceptio approbatur d.§. si emptio. Plura de regula proposita uide s. lib.30. cap.3.reg.4.*

XVIII. *Regula: Si cùm Stichus seruus uenditus esset, plures eiusdem nominis serui sint, ut non intelligatur qui Stichus uenditus sit: is debebitur, de quo uẽditor sensit. quæ regula approbatur d.l.34.in prin.cuius uerba uide s.lib.pꝛx.cap.3.exc.34.repl.4.*

XIX. *Regula:Genere uendito, in potestate uenditoris est, quid tradat. quæ regula approbatur exemplo l.60.ff.de contrah. empt. his uerbis:* Comprehensum erat in lege uenditionis, dolia sexaginta emptori accessura, cùm essent centum: in uenditoris fore potestate responsum est, quæ dare uellet.

XX. *Regula:Pluribus rebus emptis, de singulis ex empto actio est. quæ regula approbatur l.32.ff. de action.empti,his uerbis:* Etsi uno precio plures res emptæ sint, de singulis ex empto & uendito agi potest.

XXI. *Regula: Si seruitus uendita sit, ad cautionem*

*tionem præstandam agendam est.* Q*uæ regula approbatur l.3.§.si iter. ff. de action.empti, his uerbis:* Si iter, actum, uiam, equæductũ per tuum fundum emero: uacuæ possessionis traditio nulla est. Itaq; cauere debes, per te nõ fieri, quo minus utar.

X X I I. *Regula: Dolijs quæ in fundo sunt uenditis, quæ debeantur, definitur l.40. §. penult. ff. de contrah. empt. his uerbis:* Dolia quæ in fundo domini essent, accessura dixit: etiam ea quæ seruus, qui fundum coluerat, emisset, peculiaria emptori accessura, Paulus respondit.

X X I I I. *Regula: Si cùm socius suam partem uendidisset, traditione nondum facta, alter socius ad communi diuidundo iudicium prouocauit, & tota res uel uenditori uel eius socio adiudicata est: quid debeatur emptori, definitur l.13. §.idem Celsus.ff.de action.empti, his uerbis:* Celsus lib. I X. Digestor. scribit, fundi, quem cum Titio cõmunem habebas, partem tuam uendidisti, & antequam traderes, coactus es communi diuidundo iudicium accipere. Si socio fundus sit adiudicatus, quãrum ob eam rem à Titio consecutus es, id tantùm emptori præstebis. Quòd si tibi fundus totus adiudicatus est, totum (inquit) eum emptori tradas. Sed ita ut ille soluat, quod ob eam rem Titio condemnatus es. Sed ob eam quidem partem quam uendidisti, pro euictione cauere debes: ob alteram autem tantùm de dolo malo repromittere. Æquum est enim eandem esse conditionem emptoris, quæ futura esset, si cum ipso actum esset cõmuni diuidundo. Sed si certis regionibus fundum inter te & Titium iudex diuisit, sine dubio partem quæ adiudicata est, emptori tradere debes. *Concordat l.7.§.si debitor.ibi: nam etsi partem.ff.cõmuni diuidundo.cuius uerba uide s.lib.40. cap 4.causa 1.except.8.*

X X I I I I. *Regula: Lacu empto & circa eum decem pedibus, decem pedes debentur circa lacum qui tempore uenditionis fuerunt, non alij, si fortè lacus postea creuit.* Q*uæ regula approbatur l.69.ff. de contrah. empt. his uerbis:* Rutilia Palla emit lacum Sabatienensem angullarium, & circa eum lacum pedes decem: quæro, numquid decem pedes, qui tunc accesserunt, sub aqua sint, quia lacus creuit: an proximi decem pedes ab aqua Rutiliæ Pallæ sint? Proculus respondi: Ego existimo eatenus lacum, quem emit Rutilia Palla, uenisse, quatenus tunc fuit, & circa eum decem pedes. qui tunc fuerunt. Nec ob eam rem, quòd lacus postea creuit, latius eum possidere debere, quàm emit.

X X V. *Regula: Horreis uenditis, ueniunt & dolia ibi defossa.* Q*uæ regula approbatur l.74. in prin.ff.de contrah.empt.his uerbis:* Paulus respondit, Dolia in horreis defossa, si non sint nominatim in uenditione excepta, horreorum uenditioni cessisse uideri.

SERVO VENDITO QVID ueniat?

X X V I. *Regula: Seruo uendito, peculium eius emptori non debetur.* Q*uæ regula approbatur l.29.cum duab.legib. sequentib.ff.de contrab.empt. his uerbis:* Quoties seruus uenit, non cum peculio distrahitur. Et ideo siue non sit exceptum, siue exceptum sit: non cum peculio distractus uidetur. Vnde si qua res fuerit peculiaris à seruo subrepta, condici potest, uidelicet quasi furtiua. Hoc ita, si res ad emptorem peruenerit. Sed ad exhibendum agi posse nihilominus, & ex uendito, puto. Sed et si quid postea accessit peculio, reddendum est uenditori: ueluti partus, & quod ex operis uicarij perceptum est. *Concordat l.3.ff.de euictionib. cuius uerba uide J. cap.4. quæst. 3. causa 3. except.2. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi seruus cum peculio uenierit. Hæc exceptio approbatur l. 23.ff.de action.empti, his uerbis:* Si quis seruum quem cum peculio uendiderat, manumiserit: nõ solùm peculij nomine, quod seruus habuit tẽpore quo manumittebatur, sed & eorũ quæ postea adquirit, tenetur. Et prætera cauere debet, quidquid ex hæreditate liberti ad eum peruenerit, restitutũ iri. Marcellus notat: Illa præstare uẽditor ex empto debet, quæ haberet emptor, si homo manumissus non esset. Non continebuntur ergo, quæ si manumissus non fuerit, adquisiturus non esset. *Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi post perfectã uenditionẽ, nõ ex re peculiari qd adqsierit seruus. hoc enim peculiũ emptori debetur. De qua re uide J.reg. px.*

XXVII. *Regula: Seruo uẽdito, si quid seruus post pfectã uẽditionẽ adqsiuit, hoc emptori debetur.* Q*uæ regula approbatur l.13. §. si quid seruo. ff. de act.empti, his uerbis:* Si quid seruo distracto uenditor donauit ante traditionem, hoc quoq; restitui debet: hæreditates quoq; p seruũ adqsitæ, & legata omnia. nec distinguendũ, cuius respectu ista relicta sunt. Itẽ qđ ex operis seruus præstitit uẽditori, emptori restituẽdũ: nisi ideo dies traditionis ex pacto prorogatus est, ut ad uẽditorẽ opæ ptinerẽt. *Cõcordat l.23.ff.eod.tt.cuius uerba uide s.reg. px.exc.1. Cõcordat itẽ l.51.§.nõ mirũ.ibi: ut eum seruum.ff.de euictionib. cuius uerba uide J.cap. 7.quæst.3.reg.1.exc.6.repl.1. Huius regulæ exceptio prima hæc uidetur esse: Nisi contẽplatione uenditoris seruo uendito quid sit relictum. Hæc exceptio reprobatur uerbis d. §. si quid seruo, iam propositis hisce:* Nec distinguendum cuius respectu ista relicta sunt. *Concordat l.23. §. fin. in*

fine. ff. de ædilitio edicto. cuius uerba uide J. cap. 5. reg. 2. in prin. Altera exceptio est: Nisi dies traditionis ex pacto sit prorogatus, ut uēditori interim ex operis serui adquireretur. Quæ exceptio approbatur uerbis d. §. si quid seruo. s̄. propositis hisce: Nisi ideo dies tradirionis ex pacto prorogatus est, ut ad uenditorem operæ pertinerent. Tertia exceptio est: Nisi ex re peculiari uel uenditoris seruus quid adquisierit. Hæc exceptio approbatur l. 31. ff. de contrah. empt. uerbis s̄. reg. prox. in prin. propositis hisce: Si quid postea accessit peculio, reddendum est uenditori: ueluti partus, & quod ex operis uicarij perceptum est.

X X V I I I. Regula: Seruo uendito, non solùm quod uenditor per eum post uenditionem perfectam adquisiuit, sed etiam quod emptor per eum adquirere potuisset, præstandum est. Quæ regula approbatur l. 31. §. at si per me. ff. de action. empti, his uerbis: Si per me factum sit, quo minus seruum uenditum suo tempore à me haberes: non solùm id quod ipse per eum adquisiui, prçstare debebo, sed & id quod emptor iam tunc sibi tradito seruo adquisiturus fuisset.

X X I X. Regula, De eo quod statuliber uenditus uenditori conditionis implendæ causa dedit, emptori restituendo, proponitur l. 3. ff. de doli mali except. his uerbis: Si statuliberum mercatus fuerim iussum decem dare, cùm hoc ignorarem, & duplam stipulatus fuerim, & ob id quòd antequam dominium ad me transferatur, uenditori dederit decē, agam ex empto ut decem recipiam: ita puto competere mihi actionē, si paratus sim ex duplæ stipulatione eum liberare.

AEDIBVS VENDITIS QVID ueniat?

X X X. Regula: Aedibus uenditis, ea debentur quæ quasi pars ædium, uel propter ædes habentur. Quæ regula approbatur, simul & exemplis declaratur l. 13. §. fin. cum trib. legib. sequentib. ff. de action. empti, his uerbis: Aedibus distractis uel legatis, ea esse ædium solemus dicere, quæ quasi pars ædium, uel propter ædes habētur: utputa putea, item quo puteum cooperitur, funes, labra, salientes: fistulæ quoq; quç salientibus iunguntur (quamuis longè excurrant extra ædificium) ædium sunt. Item canales. Pisces autem qui sunt in piscina, non sunt ædium, nec fundi: non magis quàm pulli, aut cætera animalia quæ in fundo sunt. Ait Iurisconsultus: Vel propter ædes habentur. Huius exceptio prima hæc est: Nisi ad tēpus, non perpetui usus caussa paratum sit. Quæ exceptio approbatur l. 17. §. Labeo. ff. de action. empti, his uerbis: Labeo generaliter scribit, &c. Altera exceptio est: Nisi ædificij caussa paratum nondū ædificio sit adplicatum uel perfectū. Quæ exceptio approbatur d. l. 17. §. item quod insulæ, his uerbis: Quod insulæ caussa paratum est, &c. Concordant ea quæ proponuntur J. reg. prox. except. 9. Tertia exceptio uidetur: Nisi caussa ob quam paratum est, sit finita. Sed hæc exceptio reprobatur exemplo l. 49. ff. de cōtrah. empt. cuius uerb. uide J. reg. prox. exc. 3.

X X X I. Regula, De rutis & cæsis, cæterisq; quæ ædificio uendito inserta, inclusa uel adfixa non sunt. Hæc ædificijs uenditis non debentur emptori. Quæ regula approbatur l. 17. §. si ruta & cæsa. ff. de action. empti, his uerbis: Si ruta & cæsa excipiantur in uēditione, ea placuit esse ruta, quæ eruta sunt: ut arena, creta, & similia. Cæsa esse, ut arbores cæsas, carbones, & his similia. Gallus autem Aquilius (cuius Mela refert opinionem) rectè ait, frustra in lege uenditionis de rutis & cæsis cōtineri: quia si non specialiter uenierint, ad exhibendum de his agi possit. Neque enim magis de materia cæsa, aut de cæmentis, aut de arena cauendum est uenditori, quàm de cæteris quæ sunt preciosiora. Concordat l. 66. §. fin. ff. de contrah. empt. his uerbis: Quintus Mutius scripsit, Ruta cæsa ædium fundiue non sunt, nisi id scriptum est. Nam ruta cæsa ea sunt, quç neq; ædium neque fundi sunt. Declaratur regula proposita tum uerbis d. §. si ruta, iam propositis: tū etiam l. 241. ff. de uerb. signif. his uerbis: In rutis cæsis ea sunt quæ terra nō tenentur, quæque opere structili tectoriòue non continentur. Propositæ regulæ exemplum etiam sunt pisces & cætera animalia, quæ in piscina aut ædibus sunt. Quod exemplum proponitur l. 15. cum lege sequente. ff. de action. empti. cuius uerba uide s̄. reg. prox. Aliud exemplum proponitur l. 18. in prin. ff. eod. tt. his uerbis: Granaria quæ ex tabulis fieri solent, ita ædiū sunt, si & stipites eorū in terra defossi sunt. Quòd si supra terram sunt, rutis & cæsis cedunt. Alia exēpla proponuntur l. 17. in prin. ibi: sed & uinū. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. exc. 2. Item alia exempla proponuntur d. l. 17. §. quæ pictæ, his uerbis: Quæ pictæ tabulæ pro tectorio includuntur, item crustæ marmoreæ, çdium sunt. Reticuli circa columnas, plutei circa parietes, item cilicia uela, ædiū non sunt. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi nominatim ruta quoq; & cæsa uendita sint. Hæc exceptio approbatur uerbis d. l. 66. §. fin. ff. de contrah. empt. paulo superius propositis hisce: Nisi id scriptum est. Concordat l. 17. §. si ruta. ff. de action. empt. uerbis paulo superius propositis hisce: Si non specialiter uenierint. Altera exceptio est: Nisi seræ, claues, claustra. Hæc exceptio approbatur d. l. 17. in prin. his uerbis: Fundi nihil est, nisi quod terra se tenet. Aediū autē multa esse, quç çdib. adfixa non sint, ignorari non oportet: utputa

feras,

ſeras, claues, clauſtra. Multa etiam defoſſa eſſe, neque tamen fundi aut uillæ haberi: utputa uaſa uinaria, torcularia: quoniam hæc inſtrumenti magis ſunt, etiamſi ædificio cohærent. Sed & uinum & fructus perceptos uillæ non eſſe, conſtat. *Tertia exceptio eſt: Niſi fiſtulæ, uel canales. Hæc exceptio approbatur l. 47. cum duab. legib. ſequentib. ff. de contrah. empt. his uerbis:* Si aquæductus debeatur prædio, ius aquæductus tranſit in emptorem, etiamſi nihil dictum ſit: ſicut & ipſæ fiſtulæ, per quas aqua ducitur: licet extra ædes ſint. Et quanquã ius aquæ non ſequatur, quod amiſſum eſt: attamen fiſtulæ & canales dum ſequuntur, quaſi pars ædium ad emptorem perueniunt. Et ita Pomponius lib. X. putat. *Concordat l. 38. §. Firmius. ff. de action. empti, his uerbis:* Firmius à Proculo quæſijt, Si de plumbeo caſtello fiſtulæ ſub terra miſſæ, aquam ducerét in ahenum lateribus circumſtructũ: an hæ, ut iuncta fixaq; ædium eſſent: an utrum cæſaq; non eſſent ædium? Ille reſcripſit, referre quid actum eſſet. Quid ergo ſi nihil de ea re neq; emptor neq; uenditor cogitauerunt (ut plerunq; in eiuſmodi rebus euenire ſolet) non ne ꝓpius eſt, ut inſerta & incluſa ædificio, ſic partem eius exiſtimemus eſſe? *Quarta exceptio eſt: Niſi rota per quam aqua trahitur, itẽ fiſtula ſeu urna, qua aqua hauritur. Hæc exceptio approbatur l. 40. §. fin. ff. de contrah. empt. his uerbis:* Rota quoq; per quam aqua traheretur, nihilominus ædificij eſt, quàm ſitula. *Quinta exceptio eſt: Niſi caſtella plumbea, puteorum opercula, epiſtomia fiſtulis adplumbata, aut quæ terra cõtinentur: item ſigilla, columnæ, & perſonæ, è quarum roſtris aqua ſalire ſolet. Hæc exceptio approbatur l. 17. §. caſtella. ff. de action. empt. his uerbis:* Caſtella plumbea putei, opercula puteorum, epiſtomia fiſtulis adplumbata, aut quæ terra continentur (quamuis non ſint adfixa) ædium eſſe conſtat. Item conſtat ſigilla, columnas quoq; & perſonas, è quarum roſtris aqua ſalire ſolet, uillæ eſſe. *Sexta exceptio eſt: Niſi tegulæ, & ea quæ tegularum uicem obtinent. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 18. §. tegulæ. ff. de action. empti, his uerbis:* Tegulæ quæ nondum adhuc ædificijs impoſitæ ſunt (quãuis tegẽdi gratia allatæ ſunt) in rutis & cæſis habentur. Aliud iuris eſt in his quæ detractæ ſunt ut reponerẽtur: ædibus enim accedũt. *Cõcordat l. 242. §. plumbũ. ff. de uerb. ſignificat. his uerbis:* Plumbum quod pro tegulis poneretur, ædificij eſſe, ait Labeo: ſed id quod [illegible] tegendi cauſa [illegible] poneretur, contrà eſſe. *Septima exceptio eſt: Niſi ſtructura alicuius loci ex tabulis facta, quæ æſtate tollitur, & hyeme ponitur. Hæc exceptio approbatur d. l. 242. §. fin. his uerbis:* Structuram loci alicuius ex tabulis factã, quæ æſtate tolleretur, & hyeme reponeretur, ædium eſſe, ait Labeo: quoniam perpetui uſus cauſa parata eſſet, neq; ad rem pertinere, quòd interim tolleretur. *Octaua exceptio eſt: Niſi ex ædificio detracta ut reponantur: Hæc exceptio approbatur l. 17. §. penult. ff. de act. empti, his uerbis:* Ea quæ ex ædificio detracta ſunt ut reponãtur, ædificij ſunt: at quæ parata ſunt, ut imponantur, non ſunt ædificij. *Concordat l. 18. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. except. 6. Concordat item l. 242. §. fin. ff. de uerb. ſignif. cuius uerba uide ſ. exc. prox. Nona exceptio uidetur: Niſi parata ut ædificio imponantur. Hæc exceptio reprobatur uerbis iam dictis hiſce:* At quæ parata ſunt ut imponantur, non ſunt ædificij. *Concordat d. l. 18. Item cõcordat d. l. 17. §. item quod inſulæ. cuius uerba uide ĩ. reg. prox. except. 2.*

XXXII. Regula, *De inſtrumentis domus. Hæc quamuis ædificio uendito cohæreant, ædificij tamen non ſunt. Quæ regula approbatur, ſimul & exemplis declaratur l. 17. in prin. ibi: multa etiam. ff. de action. empti. cuius uerba uide ſ. reg. prox. exc. 2. Plura de hac regula uide ſ. lib. 33. cap. 4. de domo legata, reg. 2.*

XXXIII. Regula: *Aedificio uendito, ius quoq; ſeu ſeruitus ædificio debita emptori præſtanda. Quæ regula approbatur exemplo aquæductus l. 47. ff. de contrah. empt. cuius uerba uide ſ. reg. 31. except. 3.*

XXXIIII. Regula: *Aedificio uendito, pila quoq; ante domũ conſtituta emptori debetur. Quæ regula approbatur l. 52. §. fin. ff. de actionib. empti. his uerbis:* Ante domum mari iunctam molibus iactis pilam conſtituit, & uti ab eo poſſeſſa domus fuit, Caio Seio uendidit: quæro, an pila quæ ab auctore domui cõiuncta erat, ad emptorem quoq; iure emptionis pertineat? Scæuola reſpondit, eodem iure fore uenditam domum, quo fuiſſet priuſquam ueniret.

XXXV. Regula: *Aedibus uenditis, ſtatuæ baſibus affixæ, aut tabulæ religatæ emptori non debentur. Quæ regula approbatur l. 245. ff. de uerb. ſignificat. his uerbis:* Statuæ adfixæ baſibus ſtructilibus, aut tabulæ religatæ catenis, aut erga parietem adfixæ, aut ſimiliter quæ cohærent tignis: non ſunt ædium. Ornatus enim ædium cauſa parantur, non quo ædes perficiantur.

XXXVI. Regula: *Aedibus uenditis, prothyrum emptori debetur. Quæ regula approbatur d. l. 245. in fine, his uerbis:* Labeo ait, Prothyrum quod in ædibus interdum fieri ſolet, ædium eſt.

X X X V I I. Regula: *De conclaui & porticu inter domum uenditam & aliam quam uenditor retinet, constituto. Ad eam domum pertinebit, ad cuius usum est constitutum, & ex qua aditum habet. Quæ regula approbatur l. penult. ff. de damno infecto, his uerbis:* Quod conclaue binarum ædium dominus ex alijs ędibus in aliarum usum conuertit, non solùm si contignatio, qua id sustinebitur, orietur ex parte earum ædium, in quarum usum cōuersum erit, earum fiet: sed etiā si transuersa contignatio tota in aliarum ædium parietibus sedebit. Sed & Labeo libris posteriorum scribit, Binarum ædium dominum utrisq; porticum superposuisse, indę; eam aditu ex alteris ædibus delato, alteras ædes seruitute oneris porticus seruādæ imposita uendidisse: totam porticum earum ædium esse quas is retinuisset, cùm per longitudinem utriusq; domus extensa esset transuersa contignatione, quæ ab utraq; parte parietibus domus quæ uenisset, sustineretur. Nec tamen consequēs est, ut superior pars ædificij, quæ nulli cōiuncta sit, neq; aditum aliunde habeat, alterius sit, quàm coius est id cui superposita est. *Hæc de ædibus uenditis, quid ueniat? Sed & plures huiusmodi regulas uide s. lib. 33. cap. 4. Item s. reg. 31. in fine, repl. gener. 1. cum duabus sequentibus.*

FVNDO VENDITO QVID ueniat?

X X X V I I I. Regula: *Fundo uendito, ruta cæsa & ea quæ solo non cohærent, emptori non debentur. Quæ regula approbatur l. 17. in prin. ff. de action. empti. cuius uerba uide s. reg. 31. except. 2. Huius exemplum primum est in piscibus in piscina constitutis, & cæteris animalibus. Quod proponitur l. 15. cum lege sequente. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. reg. 30. Aliud exemplum in arboribus uento deiectis proponitur l. 9. ff. de periculo & commodo rei uenditæ, his uerbis:* Si post inspectum prædium, antequam emptio contraheretur, arbores uento deiectæ sunt: an hæ quoq; emptori tradi debeant, quæritur? Et responsum est, non deberi: quia eas nō emerit, cùm antequam fundum emerit, desierint fundi esse. Sed si ignorauit emptor deiectas esse arbores, uenditor autem sciuit, nec admonuit: quanti emptoris interfuerit rem æstimandā esse, si modò uenit. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi pali exempti hac mente, ut reponātur. Hæc exceptio approbatur l. 17. §. fin. ff. de action. empti, his uerbis:* Pali qui uineæ causa parati sunt, antequā collocentur, fundi non sunt. Sed qui exempti sunt hac mente, ut iterum collocentur, fundi sunt. *Similis exceptio proposita est s. reg. 31. exc. 8. Altera exceptio est: Nisi parata ut fundo inferantur. Hæc exceptio reprobatur uerbis iam propositis. Similem exceptionem uide s reg. 31. except. 9. Tertia exceptio est: Nisi sterquilinium & stramen. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur d. l. 17. §. fundo, his uerbis:* Fundo uendito uel legato, sterquiliniū & stramēta emptoris & legatarij sunt, ligna autem uenditoris uel hæredis: quia nō sunt fundi, tametsi ad eum parata sint. In sterquilinio autem distinctio Trebatij probanda est, ut siquidem stercorandi agri causa comparatum sit, emptorem sequatur: si uendēdi, uenditorem: nisi aliud est actum. nec interest in stabulo iaceat, an aceruus sit.

X X X I X. Regula: *Fundo uendito, instrumenta eius, quamuis defossa sint, emptori non debētur. Quæ regula approbatur d. l. 17. in prin. cuius uerba uide s. reg. 31. except. 2.*

X L. Regula: *Fundo uendito, sepulchrum quoque in eo emptorem sequitur. Quæ regula approbatur l. 51. §. si eum. ff. de action. empti, his uerbis:* Si eum fundum uendidisti, in quo sepulchrum habuisti, nec nominatim sepulchrum tibi excepisti: parum tibi eo nomine cautum habes. Paulus. Minimè, si modò in sepulchrum iter publicum transit. *Concordat l. 73. in fine. ff. de contrah. empt. cuius uerba uide s. lib. proxim. cap. 3. except. 14. repl. 5. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi ad sepulchrum ex publico sit aditus. Quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Paulus. Minimè, si modò in sepulchrum iter publicum transit. *Altera exceptio est: Nisi sepulchrum nominatim sit exceptum. Quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Nec nominatim sepulchrum tibi excepisti. *Plura de regula proposita uide J. reg. proxim. except. 2.*

X L I. Regula: *Fundo uendito, littora & alia loca publica, sacra uel religiosa fundo coniuncta in modum eius non computantur. Quæ regula approbatur l. 51. ff. de contrah. empt. his uerbis:* Littora quæ fundo uendito coniuncta sunt, in modum agri non computantur: quia nullius sunt, & iure gētium omnibus uacāt. sed nec uiæ publicæ, aut loca religiosa, uel sacra. Itaque ut proficiant uenditori, caueri solet, uti uiæ, item littora & loca publica in modum cedant. *Concordat l. 7. §. fin. ff. de periculo & commodo rei uenditæ, his uerbis:* Quod uenditur in modum agri cedere debet: nisi id actum est, nec cederet. At quod non uenit, in modum cedendū, si id ipsum actum est, ut cederet: ueluti uiæ publicæ, limites, luci qui fundū tangunt. Cum uerò neutrū dictum est, cedere non debent. Et ideo nominatim caueri solet, ut luci, uiæ publicæ, quæ in fundo sunt, totæ

totæ in modum cedant. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi id actum sit, ut in modum agri cedant. Quæ exceptio approbatur uerbis d. l. 7. iam propositis hisce:* Iteque ut proficiant uenditori, &c. *Item uerbis d. l. 7. §. fin. iam propositis hisce:* At quod non uenit, in modū cedendum, si id ipsum actum est, ut cederet, &c. *Altera exceptio est: Nisi in medio fundo sint constituta, ut aditum ex publico non habeāt. Quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s. reg. proxim.*

XLII. Regula: *Fundo uendito, insula nata prope illum fundum emptori debetur. Quæ regula approbatur quidem ipso iure, uerùm eius exceptio hæc est: Nisi ea pars fundi uendita sit, ad cuius frontem insula nata non respicit, altera retenta. Quæ exceptio approbatur l. 29. cum lege sequente. ff. de rerum dominio, his uerbis:* Inter eos qui secundum unam ripam prædia habent, insula in flumine nata non pro indiuiso cōmunia fit, sed regionibus quoque diuisis. Quantum enim cuiusq; eorum iuxta ripam est, tantum ueluti linea in directum per insulam transducta, quisq; eorum in ea habebit certis regionibus. Ergo si insulæ nata adcreuerit fundo meo, & inferiorem partē fundi uendidero, ad cuius frontem insulæ non respicit: nihil ex ea insula pertinebit ad emptorem ex eadem causa: quia ne ab initio quidem eius fieret, si iam tunc, cùm insulæ nasceretur, eiusdem partis dominus fuisset.

XLIII. Regula: *Fundo uendito, uia, iter, actus uel alia seruitus non debetur. Quæ regula approbatur l. 66. in prin. ff. de contrah. empt. his uerbis:* In uendendo fundo quædē, etiamsi non condicentur, præstanda sunt: ueluti ne fundus euincatur, aut usufructus eius. quædam ita demum, si dicta sunt: ueluti uiam, iter, actum, aquæductum præstitum iri. Idem & in seruitutibus urbanorum prædiorum. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi in uenditione dictum sit, seruitutem aliquam accessuram. Quæ exceptio approbatur uerbis iam dictis hisce:* Quædam ita demum, si dicta sunt. *Cui concordat l. 6. §. si tibi iter, in fine. ff. de action. empti. cuius uerba uide s. lib. prox. cap. 3. except. 22. repl. 1. Altera exceptio est: Nisi fundo uendito seruitus à uicino prædio debeatur. Quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s. reg. 33. item s. cap. prox. quæst. 1. causa 6. Huius exemplum proponitur l. penult. §. plures. ff. si seruitus uindicetur, his uerbis:* Plures ex municipibus, qui diuersa prædia possidebāt, saltum communem, ut ius compascendi haberent, mercati sunt, idq; etiam è successoribus eorum est obseruatū. Sed nonnulli ex his qui hoc ius habebant, prædia illa sua propria uenundederunt. Quæro, an in uenditione etiam ius illud secutum sit prædia: cum eius uoluntatis uenditores fuerint, ut hoc alienarent? Scæuola respondit, id obseruandum quod actum inter contrahentes esset. Sed si uoluntas contrahentium manifesta non sit, & hoc ius ad emptores transire. Item quæro, an cùm pars illorum propriorum fundorum legato ad aliquem transmissa sit, aliquid secum compascui iuris traxit? Idē respondit, cùm id quoque ius fundi, qui legatus esset, uideretur: id quoq; cessurum legatario. *Hæc de fundo uendito, quid ueniat? Sed & plures huiusmodi regulas uide s. lib. 33. cap. 4. de fundo legato.*

XLIIII. Regula: *Fistulis rei uenditæ adiectis, castellum quoq; ex quo fistulis aqua ducitur, accedit. Quæ regula approbatur l. 78. in prin. ff. de contrah. empt. his uerbis:* Fistulas emptori accessuras in lege dictum erat: quærebatur, an castellum, ex quo fistulis aqua duceretur, accederet? Labeo respondit, apparere id actum esse, ut id quoq; accederet; licet scriptura non contineretur. *Plura de quæstione proposita uide s. cap. proxim. in singulis causis.*

Exceptio præcedentium regularum generalis.

*Harum regularum exceptio hæc est: Nisi aliter inter emptorem & uenditorem conuenerit. Quæ exceptio approbatur, simul et distinguitur s. reg. 7.*

## QVANTVM ET QVALE ueniat in empti actione?

### Cap. III.

PRima regula: *Qua mensura utendum sit, in potestate contrahentium est. Quæ regula approbatur l. 71. ff. de contrah. empt. his uerbis:* Imperatores Antoninus & Verus Augusti Sexto Vero in hæc uerba rescripserunt: Quibus mensuris aut precijs negociatores uina compararent, in contrahentium potestate est. Neq; enim quisquā cogitur uendere, si aut precium aut mensura ei displiceat: præsertim si nihil contra consuetudinem regionis fiat.

II. Regula: *Si quis pro decem pondo olei quod natum esset, preciū constituerit, quinq; tantùm pondo natis, non nisi quinq; petere potest. Quæ regula approbatur l. 39. §. uerisimile. ff. de contrah. empt. his uerbis:* Verisimile est, eū qui fructū oliuæ pendentis uendidit, & stipulatus est pro decem pondo olei, quod natum esset, precium constituisse ex eo quod natum esset usq; ad decem pondo olei. Idcirco solis quinq; collectis, non amplius emptor petere potest, quàm quinq; pondo olei, quæ collecta essent. Et hoc à plerisq; responsum est.

III. *Regula: Id tantùm uenit quod uenditor sensit, non etiam id quod seruus eius errore uel dolo plus demonstrauit. Quæ regula approbatur l.18. §. si seruus. ff. de contrah. empt. his uerbis:* Si seruus domini iussu in demonstrandis finibus agri uenditi uel errore uel dolo plus demonstrauerit, id tantùm demonstratũ accipi oportet, quod dominus senserit. Et idem Alfenus scripsit de uacua possessione per seruum tradita.

IIII. *Regula: Si in uenditione serui dominus dixerit, peculium eum habere decem, idq; accessurum esse, & in peculio plus uel minus sit: quantum debeatur, definitur l.38. in prin. ff. de action. empt. his uerbis:* Si uenditor hominis dixit, peculium eum habere decem, nec quidquã adempturum: etsi plus habet, totum præstet: nisi hoc actum est, ut duntaxat decem præstaret. Si minus est: præstet esse decem, uel talem seruũ, ut tantum peculij habeat.

V. *Regula: Si cùm uẽditor mercedẽ fundi accessuram dixisset, conductor fundum alij pluris locauerit. hoc enim casu non tantum quanti conductor alij, sed quanti uenditor suo conductori locauit, debetur. Quæ regula approbatur l.58. in prin. ff. locati & conducti, his uerbis:* Insulam uno precio totam locasti; & eam uendidisti, ita ut emptori mercedes inquilinorum accederẽt: quamuis eam cõductor maiore precio locauarit, tamen id emptori accedet, quod tibi cõductor debat. *Concordat l.53. in prin. ff. de action. empti, his uerbis:* Si mercedẽ insulę accessurã emptori dictum est: quãti insula locata est, tantũ emptori pręstetur. Paulus. Imò si totam insulam uno nomine locaueris, & amplius cõductor locet, & in uẽdenda insula mercedem emptori cessurã esse dixeris: id accedet quod tibi totius insulæ conductor debebit.

VI. *Regula: Vnus ex pluribus uenditoribus non nisi pro parte tenetur. Quæ regula approbatur, simul & distinguitur 5. cap. 1. quæst. 3. reg. 2.*

VII. *Regula: Fideiussor serui in solidum tenetur, quamuis dominus non nisi de peculio conueniri posit: Quæ regula approbatur l. 24. §. fin. ff. de action. empti, his uerbis:* Seruo uendente hominem, fideiussor uenditionis omnia pręstare debet, in quæ obligaretur, si pro libero fideiussisset. Nam & in dominum actio sic datur, ut emptor eadem cõsequatur, quæ libero uendente consequi debuisset. Sed ultra peculij taxationem dominus non condemnatur.

VIII. *Regula: Vltra id quod conuenit, nihil potest exigi. Quæ regula approbatur l.15. C. de action. empti, his uerbis:* Vltra modum tritici distracti citra pactũ, in solutione mora nõ facta, nihil emptor exigere potest. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi mora facta sit. tunc enim ad id quod interest, competit actio. Quæ exceptio elicitur ex uerbis iam propositis hisce:* In solutione mora non facta. *De qua re uide 5. cap. prox. reg. 11. Sed & huius regulæ exceptiones sunt regulæ aliquot 5. cap. prox. propositæ. Hæc de eo, quantum ueniat in empti actione. Sed & huius quæstionis regulæ sunt 5. cap. proxim. reg. 12. 13. 23 & 24.*

QVALE VENIAT IN Actione empti?

IX. *Regula: Res uendita talis præstari debet, qualis est. Quæ regula approbatur l. 59. ff. de contrah. empt. his uerbis:* Cùm uenderes fundũ, non dixisti, Ita ut optimus maximusque est: uerum est quod Quinto Mutio placebat, non liberum, sed qualis esset, fundum præstari oportere. Idem & in urbanis prędijs dicendum est. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi uenditor fundum optimum maximumq; dixerit. Quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis. Altera exceptio est: Nisi non integrum uel sanum præstet. Quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt 5. cap. 1. quæstion. 1. causa 15. Tertia exceptio est: Nisi uenditor sciens rei conditionem uel uicium, id non indicauerit, uel obscurè indicauerit. Quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt d. quæst. 1. causa 5.*

X. *Regula: Si uenditor seruum uendit, ut artificẽ dixerit, puta coquũ: nec optimũ nec pessimũ artificem illum præstare debet. Quæ regula approbatur l.19. §. illud sciendum. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Illud sciendum est, si quis artificem promiserit, uel dixerit: non utiq; perfectum eum præstare debet, sed ad aliquẽ modum peritum: ut neque eum summæ scientiæ accipias, neque rursus indoctum in artificio. Sufficiet ergo talem esse, quales uulgò artifices dicuntur. *Concordat l. 18. §. fin. ff. eod. tit. his uerbis:* Venditor qui optimum coquum esse dixerit, optimum in eo artificio præstare debet. Qui uerò simpliciter coquum esse dixerit, satisfacere uidetur, etiamsi mediocrem coquum præstet. Idem & in cæteris generibus artificiorum. Aequè si quis simpliciter dixerit, peculiatum esse seruum: sufficit si is uel minimum habeat peculium. *Plura de regula proposita uide 5. cap. prox. quæst. 3. causa 9. exc. 1. Hactenus de actione empti in genere. Sequũtur nũc eius aliquot species & adfinia remedia.*

## *DE REDHIBITORIA actione. Cap. IIII.*

PRimò: *Verba edicti, quibus actio proposita introducta est, proponuntur l.1. §.1. ff. de ædilitio edicto, hæc scilicet:* Aiunt ædiles, Qui mancipia uendũt, certiores faciunto emptores, quid morbi uicijue cuiq; sit, quis fugitiuus errone sit, noxaue solutus non

sit: eadẽ

sit: eaq; omnia, cùm ea mancipia ueneunt, palàm ac rectè pronuncianto. Quòd si mancipiũ aduersus ea uenierit, siue aduersus quàm dictũ ꝓmissumúe fuit, cùm ueniter, fuerit: quod eius præstari oportere dicetur, emptori omnibusq; ad quos ea res pertinet, iudicium dabimus, ut id mancipium redhibeatur. Si quid autem post uenditionẽ traditionemq; deterius opera emptoris, familiæ procuratorisúe eius factũ erit: siue quid ex eo post uenditionẽ natum, adquisitum fuerit: & si quid ei in uẽditione accesserit, siue quis ex ea re fructus ad emptorẽ peruenerit: ut ea omnia uenditori restituat. Tum si quas accessiones ipse præstiterit, ut recipiat. Itẽ si quod mancipiũ capitalem fraudem admiserit, mortisúe conciendæ causa quid fecerit, siue in arenã depugnandi causa ad bestias intromissum fuerit: ea omnia in uenditione pronuncianto. Ex his enim causis iudicium dabimus. Hoc amplius, si quis aduersus ea sciens dolo malo uendidisse dicetur, iudicium dabimus.

I I. *Ratio edicti huius proponendi, actionisq; introducendæ, proponitur d.l.1.§. causa, his uerbis:* Causa huius edicti ꝓponẽdi est, ut occurratur fallacijs uẽdentium, & emptoribus succurratur, quicunq; decepti à uenditoribus fuerint: dummodo sciamus uenditorem, etiãsi ignorauit ea quę ædiles pręstari iubent, tamen teneri debere. Nec est hoc iniquum. Potuit enim ea nota habere uenditor. Neque enim interest emptoris cur fallatur, ignorantia uenditoris, an calliditate. *Concordat l.38.§. causa autem. ff. eod. tt. cuius uerba uide J.quæst.prox.causa 6.*

III. CAVSAE, EX QVIBVS redhibitoria actio competit.

I. *Causa: Si in uendendo mãcipio uenditor morbum uel uicium eius non indicauit. Hæc causa approbatur uerbis edicti s. propositis hisce:* Qui mancipia uendũt, certiores faciunto emptores, quid morbi uicijúe cuiq; sit, quis fugitiuus erroúe sit, noxaúe solutus non sit: eaq; omnia, cùm ea mãcipia ueneunt, palàm ac rectè ꝓnuncianto. Quòd si mancipium aduersus ea uenierit, siue aduersus quàm dictũ ꝓmissumúe fuit, cùm ueniret, fuerit: quod eius præstari oportere dicetur, emptori omnibusq; ad quos ea res pertinet, iudicium dabimus, ut id mãcipium redhibeatur. *Declaratur hæc causa definitione & diuisione morbi, l.1.§. sed sciendum. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Sciendum est, Morbum apud Sabinum sic definitũ esse: Habitum cuiusq; corporis contra naturam, qui usum eius ad id faciat deteriorẽ, cuius causa natura nobis eius corporis sanitatem dedit. Id autem aliàs in toto corpore, aliàs in parte accidere. Nanq; totius corporis morbum esse (puta) φθίσιν, febrẽ: partis, ueluti cæcitatem, licet homo ita quoq; natus sit. Viciumq; à morbo multũ differre: utputa si quis balbus sit. Nã hunc uiciosum esse magis, quàm morbosum. Vlpianus. Ego puto ædiles tollendæ dubitationis gratia bis ὑπὲρ τοῦ αὐτοῦ id dixisse, ne qua dubitatio superesset. Proinde si qd tale fuerit (siue uicij siue morbi) quod usum ministeriumq; hominis impediat: id dabit redhibitioni locum. Dummodo meminerimus nõ utiq; quodlibet quàm leuissimum efficere, ut morbosum uiciosumúe quid habeatur. Proinde leuis febricula, aut uetus quartana (quæ tamen iam sperni potest, uel uulnusculum modicum nullum habẽt in se delictum, quamuis pronunciatũ non sit. Contemni enim potuerunt. Exempli itaq; gratia referam, qui morbosi uiciosiq; sunt. Apud Viuianum quæritur, Si seruus inter fanaticos non semper caput iactaret, & aliqua profatus esset: an nihilominus sanus uideretur? Et ait Viuianus, nihilominus hunc sanum. Neq; enim nos minus animi uicijs, quàm corporis aliquos sanos esse intelligere debere. Alioquin (inquit) futurum, ut in infinitum hac ratione multos sanos esse negaremus: utputa leuem, superstitiosum, iracundum, cõtumacem, & si qua similia sunt animi uicia. Magis enim de corporis sanitate, quàm de animi uicijs promitti. Interdum tamẽ (inquit) uicium corporale usq; ad animum peruenire, & eum uiciare: ueluti contingeret φρενιτικῷ, quia id ex febribus accideret. Quid ergo est? Siquidem tale sit animi uicium, ut id uenditorem excipi oporteret: neq; id uenditor, cùm sciret, pronunciasset: ex empto eum teneri. *Differentia morbi & uicij proponitur l.101.§. uerùm. ff. de uerb. signif. cuius uerba uide J.lib.50.cap.4.in uerb.Morbus. Planè propositæ causæ exceptio prima hæc est: Nisi non corporis, sed animi morbus aut uicium sit. Quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Apud Viuianum quæritur, &c. *Concordat d.l.1. § fin.cum trib. ll. sequentib. his uerbis:* Viuianus ait, quamuis aliquando circa fana bacchatus responsa reddiderit: tamen si nunc hoc non faciat, nullum uicium esse. Neq; eo nomine quòd aliquando id fecit, actionem esse: sicuti nec si aliquando febrem habuit, Cæterùm si nihilominus maneret in eo uicio, ut circa fana baccharetur, & quasi demens responsa daret: etsi per luxuriam id factum esset: uiciũ id quidem esse, sed uicium animi, non corporis.

Ideoq; redhiberi non posse. Quoniam ædiles de corporalibus uicijs loquuntur. Attamen ex empto actionem admittit. Idem dicit & in his qui præter modum timidi, cupidi auariq; sunt, aut iracundi, uel melancholici, uel proterui, uel gibbosi, uel curui. uel pruriginosi, uel scabiosi. Item muti & surdi. Ob quæ uicia negat redhibitionem esse, ex empto tamen dat actionem. *Declaratur exceptio proposita tum exemplis iam propositis, tum l. 4. §. 1. ff. de ædilitio edicto, his uerbis*: Aleatorem & uinarios nō contineri edicto, quosdam respondisse, Pomponius ait: quemadmodum nec gulosos, nec impostores, aut mendaces, aut litigiosos. *Alia exempla proponuntur l. 65. in princip. ff. eodem titul. his uerbis*: Animi potius quàm corporis uicium est, si ludos assiduè spectare uelit, aut tabulas pictas studiosè intueatur: siue etiam mendax sit, aut similibus uicijs teneatur. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi animi uicium ex corporis morbo oriatur. Hæc replicatio approbatur l. 4. in prin ff. eod. tt. his uerbis*: Si uicium corporis usq; ad animum penetret, fortè si propter febrem loquatur aliena, uel per uicos more insanorum deridenda. In quo sic animi uicium ex corporis uicio accidit, eum redhiberi posse, Viuianus ait. *Concordat d. l. 4. §. in summa. in fine. cuius uerba uide J. repl. 4. Item concordat l. 1. §. apud Viuianum. ibi: interdum tamen. ff eod. tt. cuius uerba uide ī. ead. causa, in prin. Altera replicatio uidetur: Nisi per luxuriam animi uicium sit contractum. Hæc replicatio reprobatur d. l. 1. §. fin. ibi: etsi per luxuriā. cuius uerba uide ī. ead. except. in prin. Tertia replicatio est: Nisi tale animi uicium sit, ut serui usus nullus sit. Hæc replicatio approbatur l. 4. §. idem Pompon. ff. de ædilitio edicto; his uerbis*: Pomponius ait, quamuis non ualde sapientem seruum uenditor præstare debeat: tamen si ita fatuum uel morionem uendiderit, ut in eo usus nullus sit: uideri uiciosum. *Quarta replicatio est: Nisi animi uicium uenditor expreßè negauit, uel id se præstaturum promisit. Hæc replicatio approbatur d. l. 4. §. & uidemur, his uerbis*: Videmur hoc iure uti, ut uicij morbiq; appellatio nō uideatur pertinere, nisi ad corpora. Animi autē uicium ita demum præstabit uenditor, si promisit: si minus, non. Et ideo nominatim de errone & fugitiuo excipitur. hoc enim animi uicium est, non corporis. Vnde quidam iumenta pauida & calcitrosā morbosis non esse adnumerāda dixerūt: animi enim, non corporis hoc uiciū esse. In summa, siquidē animi tantùm uicium est, redhiberi nō posse: nisi dictum sit hoc abesse, & non abest. Ex empto tamen dat actionem, si sciens id uicium animi reticuit: si autem corporis solùm, aut & corporis & animi mistum uicium est, redhibitio locum habebit. *Quinta replicatio est: Nisi quoad empti actionem in id quod interest, uel quanto minoris. hoc enim casu exceptio proposita nō obstat. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce*: Ex empto tamen dat actionem, si sciens id uicium animi reticuit. *Concordat d. l. 4. in prin. cuius uerba uide ī. ead. except. in prin. Concordat item l. 1. §. apud Viuianum, in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide ī. ead. causa, in prin. Item cōcordat d. l. 1. § fin. cuius uerba uide ī. ead. except. in prin. Hæc de prima exceptione eiusq; replicationibus.*

II. EXCEPTIO: *Nisi leue sit uicium, uel morbus leuis. Hæc exceptio approbatur l. 4. §. fin. cum lege sequente. ff. de ædilitio edicto, his uerbis*: Pomponius ait, non omnem morbum dare locum redhibitioni: utputa leuis lippitudo, aut leuis dentis auriculæue dolor, aut mediocre ulcus: non denique febriculā quantulamlibet ad causam huius edicti pertinere. Et quantum interest inter hæc uicia, quæ Græci *κακοήθειαν* dicunt, & *πάθος*, interque *νόσον* & *ἀρρωστίαν*: tantum inter talia uicia, & eum morbum, ex quo quis minus aptus usui sit, differt. *Concordat l. 1. §. sed sciendum. ibi: dummodo meminerimus. ff. eod. tt. cuius uerba uide ī. ead. causa, in prin.*

III. EXCEPTIO: *Nisi non sonticus uel perpetuus morbus sit uel uicium, sed temporarium. Hæc exceptio reprobatur l. 4. §. illud erit. ff. de ædilitio edicto. his uerbis*: Illud erit adnotandum, quod de morbo generaliter scriptum est, non de sontico morbo. Nec mirum hoc uideri, Pomponius ait: nihil enim ibi agitur de ea re, cui hic ipse morbus obstet. *Declaratur exceptio proposita definitione morbi sontici, l. 65. §. quoties. ff. eod. tt. his uerbis*: Quoties morbus sonticus nominatur, eùm significari Cassius ait, qui noceat. Nocere autem intelligi, qui perpetuus sit, non qui tempore finiatur. Sed & morbum sonticum eum uideri, qui inciderit in hominem, postquam is natus sit. Sontes etenim nocentes dicuntur. *Concordat exceptioni propositæ reprobatæ l. 6. in prin. ff. eod. tt. his uerbis*: Pomponius rectè ait, non tantùm ad perpetuos morbos, uerùm ad temporarios quoq; edictum hoc pertinere.

IIII. EXCEPTIO: *Nisi morbus uel uicium ante uel post contractam uenditionem acciderit, non tempore uenditionis fuerit. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. fin. ff. de ædilitio edicto. cuius uerba uide ī. except. 1. in prin. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi morbus tempore*

uenditio-

*uenditionis intermisit, non in totum fuerit sanatus. Hæc replicatio approbatur exemplis l.53. ff. eod. tt. his uerbis:* Qui tertiana febre aut quertana, aut podagra uexantur, quiue comitialem morbum habent: ne ijs quidem diebus, quibus morbis uacant, rectè sani dicuntur.

V. EXCEPTIO: *Nisi talis morbus sit, quo usus hominis non sit deterior. Hæc exceptio approbatur exemplo l.6.§.1. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Trebatius ait, Impetiginosum morbosum non esse, si eo membro, ubi impetigo est, æquè rectè utatur. Vlpianus. Et mihi uidetur Trebatij sententia uera. *Concordat l.10.§. sed si quis. ff. eod.tt. cuius uerba uide J. except. 10. Item concordat l.12. in princip. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. exceptione 16.*

VI. EXCEPTIO: *Nisi seruus tantùm spado sit. Hæc exceptio approbatur d.l.6.§.fin. his uerbis:* Spadonē morbosum non esse, neque uiciosum, uerius mihi uidetur: sed sanum esse, sicuti illum qui unum testiculum habet, qui etiam generare non possit. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi membrum uirile penitùs seruo absit. Hæc replicatio approbatur l. 7. ff. eod. tt. his uerbis:* Si autem quis ita spado est, ut tam necessarie pars corporis ei penitùs absit, morbosus est.

VII. EXCEPTIO: *Nisi lingua tantùm seruo uendito absit. Hæc exceptio reprobatur l.8. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Si cui lingua abscissa sit, an sanus esse uideatur, quæritur? & extat hæc quęstio apud Ofilium relata in equo. Ait enim, hunc uideri non esse sanum.

VIII. EXCEPTIO: *Nisi mutus tantùm sit seruus. Hæc exceptio reprobatur certo modo l.9. ff. d. tt. his uerbis:* Mutum morbosum esse, Sabinus ait: morbosum enim esse, qui sine uoce esse appareat. Sed qui grauiter loquitur, morbosus non est, ut neque qui *ἀσαφῶς* (id est, obscura uoce & obtusa) Planè qui *ἀσήμως* (id est, sine ulla uocis significatione) loquitur, hic utique morbosus est. *Contradicit l.1. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. except. 1.*

IX. EXCEPTIO: *Nisi membrum uel digitus tantùm seruo absit. Et hæc exceptio reprobatur l.10. in prin. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Ofilius ait, Si homini digitus abscissus sit, mēbriue quid laceratū: quamuis consolidauerit, si tamen ob eam rem eo minus uti possit, non uideri sanum. Catonem quoque scribere lego, cui digitus de manu aut de pede pręcisus sit, eum morbosum esse: quod uerum est, secundum suprascriptam distinctionem.

X. EXCEPTIO: *Nisi iusto numero plures digitos seruus habeat. Hæc exceptio approbatur d. l. 10. §. sed si quis, his uerbis:* Si quis plores digitos habeat, siue in manibus, siue in pedibus: si nihil impeditur numero eorum, non est in causa redhibitionis. Propter quod non illud spectandum est, quis numerus sit digitorum: sed an sine impedimento uel pluribus uel paucioribus uti possit.

XI. EXCEPTIO: *Nisi hydropicus tantùm sit seruus, uel myops. Hæc exceptio reprobatur d.l.10. §. item de hydr. his uerbis:* De hydropico quæsitum est, an sanus esset? & puto redhiberi posse. Sed quid de myope? morbosum esse constat. Idem ubi homo neque matutino tempore uidet, neque uespertino. Quod genus Græci *νυκτάλωπας* uocant. Luscitionem quidam putant, ubi homo lumine adhibito nihil uidet.

XII. EXCEPTIO: *Nisi ex oculis seruus laboret, & certo tempore nihil uideat. Hæc exceptio reprobatur uerbis iam propositis hisce:* Idem ubi homo neque matutino tempore uidet, &c.

XIII. EXCEPTIO: *Nisi balbus tantùm sit seruus, uel blæsus, uel atypus, uel tardius loquatur, uel uarus aut uaticus sit. Hæc multiplex exceptio approbatur d.l.10. §. fin. his uerbis:* Quæsitum est, an balbus, & blæsus, & atypus, isque qui tardius loquitur, & uarus & uaticus sanus sit? & opinor eos sanos esse.

XIIII. EXCEPTIO: *Nisi dens tantùm seruo absit. Hæc exceptio approbatur l. 11. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Cui dens abest, non est morbosus. Magna enim pars hominum aliquo dente caret, pręsertim cùm sine dentibus nascimur. Nec ideo minus sani sumus, donec dētes habeamus. Alioquin nullus senex sanus esset.

XV. EXCEPTIO: *Nisi clauum tantùm habeat, uel polyposus sit seruus. Hæc exceptio reprobatur l. 12. in princip. ff. d. tt. his uerbis:* Qui clauum habet, morbosus est, uti polyposus.

XVI. EXCEPTIO: *Nisi alterum tantùm membrum ex duobus altero maius habeat seruus. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur d. l. 12. in prin. his uerbis:* Eum qui alterum oculum, aut alterum maxillam maiorem habet: si rectè utatur, sanum uideri, Pedius scribit. Ait enim, inæqualitatem maxillarum, oculorum, brachiorum (si nihil ex ministerio præstendo subtrahat) extra redhibitionem esse. Sed læue uel crus breuius potest adferre impedimentum. Ergo hic erit redhibendum.

XVII. EXCEPTIO: *Nisi gutturo-*

*sus tantùm sit seruus, uel oculos habeat præeminentes. Hæc exceptio approbatur d. l. 12. §. si quis natura, his uerbis:* Si quis natura gutturosus sit, aut oculos præeminentes habeat, sanus uidetur.

XVIII. EXCEPTIO: *Nisi seruus scæuus tantùm sit. Hæc exceptio approbatur, declaratur, simul & distinguitur d. l. 12. §. item sciendum, his uerbis:* Sciendum est, scæuam nõ esse morbosum uel uiciosum, præterquã si imbecillitate dextræ ualidius sinistra utatur. Sed hunc nõ scæuam, sed mancum esse dicimus.

XIX. EXCEPTIO: *Nisi os tantùm seruo oleat. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur d. l. 12. §. is cui os, his uerbis:* Is cui os oleat, an sanus sit, quæsitum est? Trebatius ait, non esse morbosum, os alicui olere: ueluti hircosum, strabonem. Hoc enim ex illuuie oris accidere solere. Si tamen ex corporis uicio id accidit: ueluti quòd iecur uel pulmo, aut aliud quid similiter dolet: morbosus est.

XX. EXCEPTIO: *Nisi claudus tãtùm sit seruus. Hæc exceptio reprobatur l. 11. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Item claudus morbosus est.

XXI. EXCEPTIO: *Nisi gibbosus tantùm, curuus, prurig nosus, scabiosus uel surdus sit seruus. Hæc exceptio approbatur l. 3. cum lege sequente. ff. d. tt. cuius uerba uide s̃. except. 1. in princip.*

XXII. EXCEPTIO: *Nisi mortuos tantùm pariat ancilla uendita. Hæc exceptio reprobatur l. 14. in prin. ff. d. tt. his uerbis:* Quæritur de ea muliere, quæ semper mortuos parit, an morbosa sit? Et ait Sabinus, Si uuluæ uicio hoc contingat, morbosam esse.

XXIII. EXCEPTIO: *Nisi mulier uendita prægnans tantùm sit. Hæc exceptio approbatur d. l. 14. §. 1. his uerbis:* Si mulier prægnans uenierit, inter omnes conuenit sanam esse eam. Maximum enim ac præcipuum munus fœminarum est concipere, ac tueri conceptum.

XXIIII. EXCEPTIO: *Nisi ancilla uendita puerpera tantùm sit. Hæc exceptio approbatur d. l. 14. §. puerpera, his uerbis:* Puerperam quoq; sanam esse conuenit, si modò nihil extrinsecus accidisset, quod corpus eius in aliquam ualetudinem immitteret.

XXV. EXCEPTIO: *Nisi sterilis tãtùm sit ancilla uendita. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur d. l. 14. §. de sterili, his uerbis:* De sterili Cælius distinguere Trebatium dixit, ut si natura sterilis sit, sana sit: si uicio corporis, contrà.

XXVI. EXCEPTIO: *Nisi urinam tantùm seruus continere non possit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur d. l. 14. §. item de eo, his uerbis:* De eo qui urinam facit, quæritur? Et Pædius ait, non ob eam rem sanum non esse, quòd in lecto somno uinoq; pressus, aut etiam pigricia surgendi urinam faciat. Sin autem uicio uesicæ collectum humorem continere non potest, non quia urinã in lecto facit: sed quia uiciosam uesicam habet, redhiberi posse. & uerius est quod Pædius ait.

XXVII. EXCEPTIO: *Nisi uua tantùm serui præcisa sit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur d. l. 14. §. idem ait, his uerbis:* Pædius ait, si uua alicuius præcisa sit, tollere magis quàm præstare redhibitionem: quòd morbus ei minuatur. Vlpianus. Ego puto, si morbus desinit, non esse redhibitioni locum: si autem uicium perseueret, redhibitionem locum habere.

XXVIII. EXCEPTIO: *Nisi digitis coniunctis tantùm seruus sit natus. Hæc exceptio reprobatur d. l. 14. §. si quis digitis, his uerbis:* Si quis digitis coniunctis nascatur, nõ uidetur sanus esse: sed ita demum, si incommodatur ad usum manus.

XXIX. EXCEPTIO: *Nisi tantùm arcta sit mulier. Hæc exceptio reprobatur d. l. 14. §. mulier, his uerbis:* Mulierem ita arctam, ut mulier fieri non possit, sanam non uideri constat.

XXX. EXCEPTIO: *Nisi tonsillas tantùm uel faucium tumores seruus habeat. Hæc exceptio reprobatur d. l. 14. §. si quis, his uerbis:* Si quis *ἀντιάδας* habet, an redhiberi possit quasi uiciosus, quæritur? Et si *ἀντιάδες* sunt quas existimo, id est, inueteratos, & qui iam discuti nõ possunt, fauciũ tumores: qui *ἀντιάδας* habet, uiciosus est.

XXXI. EXCEPTIO: *Nisi plus uel minus in mense purgetur ancilla uendita. Hæc exceptio reprobatur l. 15. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Quæ bis in mense purgatur, sana non est. Item quæ non purgatur: nisi per ætatem accidit.

XXXII. EXCEPTIO: *Nisi seruus uaricosus tantùm sit. Hæc exceptio reprobatur l. 50. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Varicosus sanus non est. *Hactenus exceptiones desumptæ ex specie & qualitate morbi uicijue. alias exceptiones causæ propositæ, ex alijs circumstantijs desumptas, uide j. inter except. generales. Hæc igitur de prima propositæ actionis causa.*

II. *Causa: Si seruus uenditus erro sit uel fugitiuus, nec id emptori indicatum. Hæc causa approbatur uerbis edicti s̃. eod. cap. in prin. propositis hisce:* Quis fugitiuus errоue sit, noxaue solutus non sit, &c. *Ratio huius causæ specialiter*

*liter edicto expressæ proponitur l. 4. §. animi autem. ff. eod. tt. de ædilitio edicto. cuius uerba uide s. causa proxim. except. 1. repl. 4.* Declaratur *causa proposita definitione erronis & fugitiui per ea quæ proposita sunt s lib. 19 cap. 12. reg. 1. & reg. 2. Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi seruum post uenditionem primùm fugerit, cùm antea non fugisset.* Hæc *exceptio approbatur l. 54. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Actioni redhibitoriæ non est locus, si mancipium bonis conditionibus emptum fugerit, quod antè non fugerat. *Concordat l. 3. in princip. C. de ædilitijs actionib. cuius uerba uide s. lib. proxim. cap. 2 except. 11. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi uenditor seruum non fugiturum promiserit. Quæ replicatio approbatur d. l. 3. Altera exceptio est: Nisi seruum uinctum uendiderit. Quæ exceptio approbatur l. 42. §. ei qui seruum. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Ei qui seruum uinctum uendidit, ædilium edictum remitti æquum est. Multo enim amplius est id facere, quàm pronunciare in uinculis fuisse.

III. *Causa: Si seruus uenditus noxa solutus nō sit, neq; id emptori sit indicatum. Hæc causa approbatur uerbis edicti s. eod. cap. in prim. propositis hisce:* Noxaue solutus non sit, &c. *Declaratur hæc causa l. 17. §. quod aiunt, cum sequentib. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Quod aiunt ædiles, Noxaue solutus non sit: sic intelligēdum est, ut non hoc debeat pronunciari, nullam eum noxam commisisse: sed illud, noxa solutum esse, hoc est, noxali iudicio subiectum non esse. Ergo si noxam commisit, nec permanet: noxa solutus uidetur. Noxas accipere debemus priuatas, hoc est, ea quæcunq; committuntur ex delictis, non publicis criminibus, ex quibus agitur iudicijs noxalibus. Denique specialiter cauetur infrà de capitalibus fraudibus. Ex priuatis autem noxijs oritur damnum pecuniarium, si quis fortè noxæ dedere noluerit, sed litis æstimationem sufferre. *Concordat declarationi propositæ l. 174. ff. de uerb. significat. his uerbis:* Aliud est promittere furem non esse, aliud furto noxaque solutum. Qui enim dicit, furem non esse, de hominis proposito loquitur: qui furto noxaque solutum, nemini esse furti obligatum ꝓmittit. *Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi non priuatum, sed publicum crimen seruus commisit. Quæ exceptio approbatur uerbis iam dictis hisce:* Noxas accipere debemus priuatas, &c. *Concordat l. 11. §. fin. ff. de euictione, his uerbis:* Ex his uerbis stipulationis duplæ uel simplæ, Eum hominem, quo de agitur, noxa esse solutum: uenditionem cōueniri non posse ꝓpter eas noxas quæ publicè coerceri solent. *Concordat item l. 200. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Hæc stipulatio, Noxis solutum præstari: non existimatur ad eas noxias pertinere, quæ publicam executionem & coercitionem capitalem habent. *Altera exceptio est: Nisi non extraneo, sed uenditori seruus furtum fecerit. Hæc exceptio approbatur l. 52. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Si furtum domino seruus fecerit, non est necesse hoc in uenditione serui prædicere, nec ex hac causa redhibitio est. Sed si dixerit, hunc furem non esse: ex illa parte tenebitur, quod dixit ꝓmisitue. *Tertia exceptio est: Nisi post uenditionem seruus noxam commiserit. Hæc exceptio approbatur l. 5. ff. de euictione, his uerbis:* Cùm in uenditione serui peculium semper exceptum esse intelligitur, is homo ex peculio summam quandam secum abstulerat. Si propter hanc causam furti cum emptore actum sit, non reuertitur emptor ad uenditorem ex stipulatione duplæ: quia furtis noxisque solutum esse præstari debet uenditionis tempore, hic autem actio postea esse cœpit.

IIII. *Causa: Si mancipium uenditum capitalem fraudem admiserit, uel mortis consciscendæ causa quid fecerit, uel in arenam depugnandi causa ad bestias intromissus fuerit. Hæc causa approbatur uerbis edicti s. eod. cap. in prim. propositis hisce:* Item si quod mancipium capitalem fraudem admiserit, mortisue consciendæ causa quid fecerit, siue in arenam depugnandi causa ad bestias intromissum fuerit: ea omnia in uenditione pronuncianto. Ex his enim causis iudicium dabimus. Hoc amplius, si quis aduersus ea sciens dolo malo uendidisse dicetur, iudicium dabimus. *Declaratur hæc causa l. 23. §. excipitur, cum sequentibus. ff. eod. tt. de ædilitio edicto, his uerbis:* Excipitur & ille qui capitalem fraudem admisit. Capitalem fraudem admittere, est tale aliquid delinquere, propter quod capite puniendus sit. Veteres enim fraudem pro pœna ponere solebant. Excipitur & ille qui mortis consciendæ causa quid fecerit. Malus enim seruus creditus est, qui aliquid faciat, quo magis se rebus humanis extrahat: ut puta si laqueum torsit, si medicamentum pro ueneno bibit, præcipitemue se ex alto misit, aliudue quid fecit, quo facto sperauit mortem peruenturam: tanquam nihil non in alium ausurus, qui hęc aduersus se ausus esset. *Concordat l. 43. §. mortis. ff. eod. tt. his uerbis:* Mortis consciendæ causa quid facit, qui propter nequitiam, malosque mores, flagitiumue aliquod admissum mortem sibi conscire uoluit: nisi dolorem corporis non susti-

nendo id fecerit. *Huius causæ posterioris exceptio hæc est: Nisi ob dolorem corporis mortem sibi consciscere noluit. Quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Nisi dolorem corporis non sustinendo id fecerit. *Sed & prioris causæ exceptio hæc est: Nisi sine dolo malo seruus capitalem fraudem admiserit. Quæ exceptio approbatur d. §. excipitur, his uerbis:* Capitalem fraudem admisisse accipimus dolo malo, & per nequitiam. Cæterùm si quid errore, si quid casu fecerit: cessabit edictum. Vnde Pomponius ait, neq; impuberem neq; furiosum capitalem fraudem uideri admisisse.

V. *Causa: Si talis sit seruus uenditus, qui manumitti non possit: uel si sub pœna uinculorum à domino distractus est, uel à potestate aliqua damnatus, uel sit exportandus. Hæc multiplex causa approbatur l. 17. §. si quis talis. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Si quis talis sit seruus, qui omnino manumitti non possit ex constitutionibus: uel si sub pœna uinculorum distractus sit à domino, uel ab aliqua potestate dánatus, uel sit exportandus: æquissimum erit, etiam hoc prædici.

VI. *Causa: Si in uendendo iumento uenditor morbum uel uitium eius non indicauit. Hæc causa approbatur l. 38. in princip. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Ædiles aiunt, Qui iuméta uendunt, palàm rectè dicunto, quid in quoquoque eorum morbi uitijue sit: utique optimè ornata uendendi causa fuerint, ita emptoribus traduntor. Si quid ita factum non erit, de ornamentis restituendis, iumentisúe ornamentorum nomine redhibendis in diebus sexaginta: morbi autem, uitijúe causa inemptis faciendis in sex mensibus: uel quanto minoris, cum uenierint, fuerint, in anno iudicium dabimus. Si iumenta simul paria uenierint, & alterum in ea causa fuerit, ut redhiberi debeat: iudicium dabimus, quo utrunque redhibeatur. *Ratio huius edicti, simul & simile proponitur d. l. 38. §. loquuntur, his uerbis:* Loquuntur ædiles in hoc edicto de iumentis redhibendis. Causa autem huius edicti eadem est, quæ & mancipiorum redhibendorum: & ferè eadem sunt in his quæ in mancipijs, quod ad morbum uitiumúe attinet. Quidquid igitur illic diximus, huc erit transferendum. Et si mortuum fuerit iumentum, pari modo redhiberi poterit, quemadmodum mancipium. *Declaratur causæ proposita definitione iumentorum d. l. 38. §. iumentorum, his uerbis:* Iumentorum appellatione an omne pecus contineatur, uideamus? Et difficile est, ut contineatur. Nam aliud significat iumentum, aliud significat pecoris appellatione. Idcirco elogium huic edicto subiectú est, cuius uerba hæc sunt: Quæ de iumentorum sanitate diximus, de cætero quoque pecore omni uenditores faciunto. Vnde dubitari desijt, an hoc edicto boues quoq; cótinerentur. Etenim iumentorum appellatione non contineri eos, uerius est: sed pecoris appellatione continebuntur. *Concordat l. 89. in prin. ff. de uerb. signif. cuius uerba uide 3. lib. 50. cap. 4. in uerbo Armenta. Exempla huius causæ proponuntur l. 43. in prin. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Bouem qui cornu petit, uitiosum esse pleriq; dicunt. Item mulas quæ cessim eunt. Ea quoque iumenta, quæ sine causa turbantur, & semetipsa eripiunt, uitiosa esse dicuntur. *Planè huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi non iumentum, sed pecus morbosum aut uitiosum uenditum sit. Hæc exceptio reprobatur uerbis d. §. iumentorum, iam propositis. Altera exceptio est: Nisi castratum tantùm sit iumentum. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur d. l. 38. §. sed enim, his uerbis:* Sunt quædam quæ in hominibus quidem morbum faciunt, in iumentis non adeò. Vtputa si mulus castratus est, neque morbi, neq; uitij quid habere uidetur: quia neque de fortitudine quid eius detrahitur, neque de utilitate, cum ad generandum nunquam sit habilis. Cælius quoque scribit, non omnia animalia castrata ob idipsum uitiosa esse: nisi propter ipsam castrationem facta sint imbecilliora. Et ideo mulum non esse uitiosum. Idem refert, Ofilium existimasse, equum castratum sanum esse, sicuti spado quoque sanus esset. Sed si emptor ignorauit, uenditor scit: ex empto esse actionem. Et uerum est quod Ofilius ait. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi animal per castrationem factum sit imbecillius. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Nisi propter ipsam castrationem facta sint imbecilliora. *Altera replicatio est: Nisi quoad empti actionem ad id quod interest. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Sed si emptor ignorauit, uenditor scit: ex empto esse actionem. *Tertia propositæ causæ exceptio est: Nisi transiungi tantùm non possit iumentum. Hæc exceptio approbatur d. l. 38. §. quæsitum, his uerbis:* Quæsitum est, si mula talis sit, ut transiungi non possit, an sana sit? Et ait Pomponius, sanam esse. Plerasque denique carucharias tales esse, ut non possint transiungi. *Quarta exceptio est: Nisi iumentú alterum iugú non patiatur. Hæc exceptio reprobatur d. §. quæsitum, his uerbis:* Idem Pomponius

ponius eit, si nate sit eo ingenio aut corpore, ut alterum iugum non patiarur: sanam oon esse. *Quinta exceptio est: Nisi iumentum errare & aufugere tantùm soleat. Hæc exceptio approbatur l. 64. §. fin. ff. eod tit. his uerbis:* Labeo eit, errare & fugere iumentũ posse: nec tamé erronem aut fugitiuum esse agi posse. *Sextæ exceptionis loco notandum, quòd pleraq; ea quæ de morbis et uicijs hominis uenditi s̄. dicta sunt, huc quoq; sint referenda. quæ exceptio approbatur l. 38. §. loquuntur. cuius uerba uide ā. ead. causa, in princip.*

VII. *Causa: Si iumenta optimè ornata uendens, ornamenta emptori non tradiderit. Hæc causa approbatur uerbis edicti ā. causa proxim. in prin. propositis bis ter:* Vtiq; optimè ornata uendendi causa fuerint, ita emptoribus tradantur. Si quid ita factum non erit, &c. *Huius causæ exceptio hæc est: Nisi non uendendi causa ornamenta iumento sint adhibita. Hæc exceptio approbatur d. l. 38. §. uendendi, his uerbis:* Vendendi causa ornatum iumentum uideri Cælius eit, non si sub tempus uenditionis, hoc est, biduo ante uéditionem: sed si in ipsa uenditione ornatum sit, aut ideò (inquit) ut uenale cùm esset, sic ornatum inspiceretur. Semperq; cùm de ornamentis agitur in actione ut in edicto, adijciendum est; uendendi causa ornata ducta esse. poterit enim ornatum iumentum itinéris causa duci, deinde uenire.

VIII. *Causa: Si ueterator pro nouicio uenierit. Hæc causa approbatur l. 37. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Præcipiũt ædiles, Ne ueterator pro nouicio ueneat. Et hoc edictum fallacijs uenditorum occurrit. Vbiq; enim curant ædiles, ne emptores à uenditoribus circumueniantur. Vt ecce pleriq; solent mancipia quæ nouicia non sunt, quasi nouicia distrahere, ad hoc scilicet ut pluris uendant. Præsumptum est enim, ea mancipia quę rudia suot, simpliciora esse, & ad ministeria aptiore & dociliore. Trita uerò mancipia & ueterana difficile esse reformare. Quis igitor uenalicierij sciũt facilè decurri ad nouiciorum emptionem: idcirco interpolant ueteratores, & pro nouicijs uendunt. Quod ne fiet, hoc edicto ædiles denuncient. Et ideo si quid ignorẽte emptore ita uenierit, redhibebitur. *Declaratur causa proposita l. ult. §. seruum. ff. eod. tit. his uerbis:* Seruus tam ueterator quàm nouicius dici potest. Sed ueteratorem non spacio seruiendi, sed genere & causæ æstimandum, Cælius ait. Nam quicunq; ex uenalicio nouiciorum emptus alicui ministerio præpositus sit, statim eum ueteratorum numero esse. Nouicium autem non tyrocinio animi, sed cõditione seruitutis intelligi. Nec ad rem pertinere, Latinè sciat, nec'ne, loqui: nec ob id ueteratorem eum esse, si liberalibus studijs eruditus sit.

IX. *Causa: Si aduersus quàm dictum promissumúe sit, cum ueniret, fuerit. Hæc causa approbatur uerbis edicti s̄. eod. cap. in prin. propositis bis ter:* Siue aduersus quàm dictum promissomúe fuit, cum ueniret, fuerit, &c. *Concordat l. 38. §. non tantùm. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Non tantùm ob morbum uicium úe redhibitio locum habebit in iumentis: uerùm etiam si contrà dictum promissumúe sit, erit locus redhibitioni exemplo mancipiorum. *Declaratur causa proposita l. 17. §. fin. ff. eod. tit. his uerbis:* Si quis adfirmauerit aliquid adesse seruo, necadsit: uel abesse, & adsit: utputa si dixerit furem non esse, & fur sit: aut si dixerit artificem esse, & non sit: hi quia quod adseuerauerunt, non præstent, aduersus dictum promissumúe facere uidentur. *Declaratur item l. 19. §. dictum. ff. eod. tit. his uerbis:* Dictum à promisso sic discernitur. Dictum accipimus, quod uerbotenus pronunciatum est, nudoq; sermone finitur: promissum autem potest referri & ad nudam promissionem siue pollicitationem, uel ad sponsionem. Secundum quod incipiet is qui de huiusmodi causa stipulanti spopondit, & ex stipulatu posse conueniri, & redhibitorijs actionibus. Nec nouũ. Nam qui ex empto potest conueniri, idem etiam redhibitorijs actionibus conueniri potest. *Concordat causæ propositæ l. 18. in prin. ff. eod. tit. his uerbis:* Si quid uenditor de mancipio adfirmauerit, idq; non ita esse emptor queratur: aut redhibitorio aut æstimatorio, id est, quanto minoris iudicio agere potest. uerbi gratia, si constantem, aut laboriosum, aut curacem, aut uigilacem esse, aut ex frugalitate sua peculium adquirentem adfirmauerit: & is ex diuerso leuis, proteruus, desidiosus, somniculosus, piger, tardus, comessor inueniatur. Hæc omnia uidentur eò pertinere, ne id quod adfirmauit uenditor, amarè ab eo exigetur, sed cum quodam temperamento: ut si fortè constantem esse adfirmauerit, non exacta grauitas & constantia, quasi à philosopho, desideretur. Si laboriosum & uigilacem esse adfirmauit, non continuus labor per dies noctesque ab eo exigatur: sed hæc omnia ex bono & æquo modicè desiderentur. Idem & in cæteris quæ uenditor adfirmauit, intelligemus. *Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi mediocriter uerum sit. quod dictum à uenditore, promissumúe est. tunc enim, quamuis non optimum uel*

summum est, causa tamen proposita cessat. quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce: Hæc nmnia uidentut eò pertinete, &c. Concordant ea quæ proposita sunt s̄. cap. proxim. regul. 10. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi optimum dixerit uenditor. quæ replicatio approbatur d. l. 18. §. uenditor. cuius uerba uide s̄. d. reg. 10. Altera exceptio est: Nisi commendandi uel iactandi, non obligandi animo dictum sit. Hæc exceptio approbatur l. 19. in prin. ff. de ædilitio edicto, his uerbis: Sciendum est, quædam, etsi dixit, præstare eum non debere: scilicet ea quæ ad nudam laudem serui pertinent: ueluti si dixerit frugi, prnbum, dicto audientem. Vt enim Pedius scribit, multum intetest cnmmendandi serui causa quid dixit: an uerò præstaturum se promisit qund dixit. Planè si dixerit aleatorem nnn esse, furem non esse, ad statuam nunquam confugisse: nportet eum id præstare. Concordat d. l. 19. §. ea autem, his uerbis: Ea snla dicta siue promissa admittenda sunt, quæcunque sic dicuntut ut præstentut, non ut iactentut. Concordat item l. 17. ff. de dolo malo, his uerbis: Qund uenditnt, ut commendet, dicit: sic habendum, quasi neqne dictum neque promissum sit. Si netò decipiendi emptnris causa dictum est: æquè sic habendum est, ut non nascatur aduersus dictum promissumúe actin: sed de doln actio detur. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi specialiter, non generaliter quid commendandi causa dictum sit: puta seruum coquum esse uel artificem, item aleatorem, furem non esse. quæ replicatio approbatur uerbis d. l. 19. s̄. propositis hisce: Planè si dixerit aleatorem nnn esse, furem nnn esse, ad statuam nunquam con fugisse: opnrtet eum id præstare. Concordat l. 43. in prin. ff. de contrah. empt. cuius uerba uide s̄ cap. 2. quæst. 1. causa 23. excep. 1. Tertia exceptio est: Nisi res ita in promptu fuerit, ut eam emptor non ignorauerit. quæ exceptio approbatur d. l. 43. in prin. item d. l. 43. §. quædam. cuius uerba uide s̄. d. quæst. 1. except. gener. 2. repl. 1. dupl. 1. Quarta exceptio est: Nisi impoßibile sit dictum promissumúe. Hæc exceptio approbatur exemplo l. 8. C. de contrah. & commit. stipulat. cuius uerba uide s̄. lib. 37. cap. 3. except. 23. Quinta exceptio uidetur: Nisi cùm uenditor dixisset seruum furem non esse, domino, non alij seruus furtum fecerit. Hæc exceptio reprobatur l. 31. §. 1. ff. de ædilitio edicto, his uerbis: Si uenditor prnnunciauerit uel prnmiserit furem nnn esse: tenetnr ex sua prnmissinne, si furtum seruus facit. Esse enim hoc in casu furem non tantùm eum qui extraneo, sed & qui dnminn sun tes subtraxit, intelligendum est. Concordat l. 52. ff. cod. tt. cuius uerba uide s̄. causa 3. exception. 1. Sexta exceptio est: Nisi cùm seruum furtis noxijsq́; solutum esse promissum esset, is cui seruus furtum fecit, antequam eo nomine agat, emptori heres extiterit. Hæc exceptio reprobatur l. 10. ff. de euictione. his uerbis: Si emptori qui stipulatus sit furtis nnxisque snlutum esse, hæres extiterit is cui seruus furtum fecerat: incipit ex stipulatu is actinnem habere, quemadmodum si ipse alij præstitisset. Plures huiusmodi exceptiones uide j. inter exceptiones generales: item s̄. lib. 37. & lib. 38. cap. 3.

X. Causa: Si quid ita uenierit, ut si displicuisset, redhibeatur. Hæc causa redhibitoriæ actionis approbatur l. 31. §. si quid ita. ff. de ædilitio edicto, his uerbis: Si quid ita uenierit, ut nisi placuerit, intra præfinitum tempus redhibeatnr: ea cnnuentio rata habetur. Si autem de tempnre nihil conuenerit: in factum actio intra sexaginta dies utiles adcnmmndatut emptnri ad tedhibendum, ultrà nnn. Si uerò conuenerit, ut in perpetunm tedhibitin fiat: putn & hanc cnnuentionem ualere. Concordat l. 6. ff. de rescind. uendit. cuius uerba uide s̄. cap. 2. quæst. 1. causa 51. Item concordat l. 4. C. de ædilitijs actionib. his uerbis: Si prædium quis sub ea lege compatauit, ut si displicuerit, inemptum sit: id utpnte sub conditione uenditum tesnlui, & redhibitnriam actinnem aduersus uenditorē cōpetete, palàm est. Idē nbseruatur, etsi pestibilis fundns, id est, pestibilem herbam uel lethiferam habens, ignotante emptnre distractus sit. Nam & in hnc etiam casu per eandem actionem enm qunq; redhibendum esse constat. Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi certū tempus, intra quod, si displicuisset, redhibendum sit, definitum non sit. Hæc exceptio reprobatur uerbis d. §. si quid ita, paulo superius propositis hisce: Si autem de tempnre nihil cnnuenerit, in factū actin intta sexaginta dies utiles accnmmndatut emptori ad redhibendum. Altera exceptio est: Nisi sexaginta dies utiles à tempore uenditionis præterierint. Hæc exceptio approbatur uerbis iam dictis hisce: Intra sexaginta dies utiles. Cuius tamen replicatio prima hæc est: Nisi ulterius tempus pacto sit definitum. quæ replicatio approbatur ibidem hisce uerbis: Si uerò conuenerit ut in perpetunm redhibitio fiat, putn & hanc cnnuentinnem ualere. Altera replicatio est: Nisi causa cognita, ulterius tempus à iudice concedatur. quæ replicatio approbatur, simul & declaratur d. §. si quid ita, his uerbis: Si tempus sexaginta dierum præfinitum redhibitioni præterierit: causa cngnita iudicium dabitur. In causæ autem cngnitione hoc uersabitur: si aut mnra fuit per uenditnrem, aut non fuit præsens cui redderetur: aut alia iusta

iusta causa intercessit, cur intra diem redhibitum mancipium non sit, quod magis displicuerat. *Hactenus causæ reahibitoriæ actionn enumeratæ sunt: quarum tamen plures uide ꝫ. cap. 1. inter causas actionis ex empto.*

### DE EXCEPTIONIBVS IAM dictarum causarum generalibus.

*Planè causarum iam propositarum præter exceptiones in singulis causis enumeratas, generales exceptiones aliquot supersunt, quæ sequuntur.*

I. EXCEPTIO: *Nisi alia res uiciosa præter mancipium uel iumentum uendita sit. Hæc exceptio reprobatur l. 48. §. non solùm. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Non solùm de mancipijs, sed de omni animali hæ competunt: ita ut etiamsi usumfructum in homine emerim, competere debeant. *Concordat l. 1. in prin. ff. eod. tit. his uerbis:* Labeo scribit, edictum ædilium curulium de uenditionibus rerum esse tam earum quæ soli sunt, quàm quæ mobiles, aut se mouentes sunt. *Concordat item l. 63. in prin. ff. eod. tit. cuius uerba uide ꝫ. except. 16. Huius exemplum proponitur l. 49. ff. eod. tit. his uerbis:* Etiam in fundo uẽdito redhibitionem procedere, nequaquam incertum est: ueluti si pestilens fundus distractus sit. nam redhibẽdus erit. Et benignius est dicere, uectigalis exactionem futuri temporis post redhibitionem aduersus emptorem cessare. *Concordat l. 4. §. idem obseruatur. C. de ædilitijs actionib. cuius uerba uide ꝫ. causa 10. in prin.*

II. EXCEPTIO: *Nisi simplariæ res uenditæ sint. Hæc exceptio approbatur l. 48. §. fin. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Simplariarum uenditionum causa ne sit redhibitio, in usu est.

III. EXCEPTIO: *Nisi uicium uel morbus non sit in re principali uendita, sed in accessorio. Hæc exceptio reprobatur l. 31. §. fin. cum lege sequente. ff. eod. tit. his uerbis:* Quod emptioni accedit, partem esse uenditionis, prudentibus uisum est. Itaque sicut superius uenditor de morbo, uiciouè, & cæteris quæ ibi comprehensa sunt, prædicere iubetur: & præterea in his causis non esse mancipium, ut promittat, præcipitur: ita & cum accedat alij rei homo, eadem & prædicere, & promittere compellitur. Quod non solùm hoc casu intelligendum est, quo nominatim adijcitur, accessurum fundo hominem Stichum: sed etiamsi generaliter omnia mancipia quæ in fundo sint, accedant uenditioni. *Concordat l. 33. in princip. ff. eod. tit. cuius uerba uide ꝫ. cap. 1. quæstion. 1. causa 15. Planè admittitur exceptio proposita, si hæreditate, peculio uel fundo cum instrumento uendito, res aliqua hæreditaria, peculiaris uel instrumentalis uiciosa sit. quæ distinctio approbatur d. l. 33. ibi 1 sed hoc ita: cuius uerba uide d. causa 15.*

IIII. EXCEPTIO: *Nisi usufructus tantùm rei uenierit. Hæc exceptio reprobatur l. 48. §. non solùm ff. de ædilitio edicto: cuius uerba uide paulo superius except. 1.*

V. EXCEPTIO: *Nisi aliena res uendita sit, & euicta. Hæc exceptio reprobatur l. 11. §. etiamsi ignorans. ff. de action. empti, his uerbis:* Neratius, etsi alienum seruum uendideris, furtis noxijsque solutum præstari debere, ab omnibus receptum ait. *Concordat l. 44. §. fin. ff. de ædilitio edicto. cuius uerba uide ꝫ. cap. 1. causa 18. except. 2. Item concordat l. 16. §. si seruum. ff. de euictione, his uerbis:* Si seruus cuius nomine duplam stipulati sumus, euictus fuerit à nobis: an ob id quòd fugitiuus, uel non sanus fuit, agere nihilominus possimus, quæritur. Proculus uidendum ait, ne id quoque intersit, utrum tunc euictus sit, cùm meus factus non esset: an tum, cum meus factus esset. In eo enim casu, quo meus factus esset, statim mea interesse, quanto ob id deterior sit: & quam actionem semel ex stipulatu habere cœperim, eam nec euictione, nec morte, nec manumissione, nec fuga serui, nec ulla simili causa amitti. At si in bonis meis factus non sit: nihil ob hoc quòd fugitiuus sit, pauperiorem esse: utputa cùm in bonis meis non sit. Quòd si sanum esse, erronem non esse stipulatus essem: tantum mea interesse, quantum ad præsentem usum pertineret: tametsi id in obscuro esset, utpote ignorãtibus nobis, quamdiu eum habiturus essem: & an futurum esset, ut eum quisquam aut à me, aut ab eo cui uendidissem, cuiue similiter promisissem, euinceret. Summam autem opinionis suæ hanc esse, ut tantum ex ea stipulatione consequar, quanti mea intersit, aut post stipulationem interfuerit, eum seruum fugitiuum non esse.

VI. EXCEPTIO: *Nisi morbus uel uicium sit sanatum. Hæc exceptio approbatur l. 16. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Quod ita sanatum est, ut in pristinum statum restitueretur: perinde habendum est, quasi nunquam morbosum fuisset. *Concordat l. 1. §. fin. ff. eod. tit. cuius uerba uide ꝫ causa 1. except. 2. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi membro sanato, eo minus uti seruus possit. quæ replicatio approbatur l. 10. in prin. ff. eod. tit. cuius uerba uide ꝫ. causa 1. except. 9. Altera replicatio est: Nisi morbus intermisit, non in totum omisit. quæ replicatio*

approbatur

*approbatur l.51.ff.eod.tt.cuius uerba uide ī.causa 1. except.4.repl.1.*

VII. EXCEPTIO: *Nisi uenditor uicium uel morbum indicauit.* *Hæc exceptio approbatur l.14.§.si uenditor.ff.de ædilitio edicto,his uerbis:* Si uenditor nominatim exceperit de aliquo morbo, & de cætero sanum esse dixerit,aut promiserit:standum est eo quod conuenit. Remittentibus enim actiones suas non est regressus dandus: nisi sciens uenditor morbum consultò reticuit. tunc enim dandum esse de dolo malo replicationem.

VIII. EXCEPTIO: *Nisi conuenerit ne uicium uel morbus, si qui appareret, à uenditore præstaretur.* *Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur uerbis d. §. si uenditor,iam propositis. Eius autem replicatio iam approbata hæc est: Nisi uenditor sciens morbum non indicauit.*

IX. EXCEPTIO: *Nisi uenditor ignorãs sine dolo malo uicium reticuit, uel aliquid aliter dixit.* *Hæc exceptio approbatur uerbis edicti ī. eod. cap.in prin.propositis hisce:* Hoc amplius,si quis aduersus ea sciens dolo malo uendidisse dicetur,iudicium dabimus. *Contradicit d.l.1.§.causa.ff. de ædilitio edicto, cuius uerba uide ī. quæstion. proxim. Item contradicunt ea quæ proposita sunt ī. cap. 1. quæstion.1. exception. generali 1.*

X. EXCEPTIO: *Nisi emptor uicium intellexit, uel intelligere potuit.* *Hæc exceptio approbatur l. 1. §. si intelligatur. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Si intelligatur uicium morbusúe mancipij (ut plerunque signis quibusdam demonstrari solent uicia) potest dici edictum cessare. Hoc enim tantùm intuendum est,ne emptor decipiatur. *Concordat l.14.§.fin ff.eod.tt.his uerbis:* Si nominatim morbus exceptus non sit, talis tamen morbus sit, qui omnibus potuerit apparere (utputa si cæcus homo ueniebat,aut qui cicatricem euidentem & periculosam habebat uel in capite, uel in alia parte corporis) perinde eius nomine non teneri Cælius ait,ac si nominatim morbus exceptus fuisset. Ad eos enim morbos uiciaq; pertinere edictum ædilium,probandum est, quæ quis ignorauit, uel ignorare potuit. *Concordat item l.48.§. in ædilitijs.ff.eod.tt. his uerbis:* In ædilitijs actionibus exceptionem opponi, æquum est: si emptor scierit de fuga, aut uinculis,aut cæteris rebus similibus, ut uenditor absoluatur. *Concordat item l.43. §. quædam. ff. de contrah. empt.cuius uerba uide ī. cap.1. quæstion. 1. exceptione general.2.replicat.1. duplicat. 1. Concordat item l.4. §. item Labeo. ff.de doli mali exception.cuius uerba uide ī.cap.1.quæstion.1, exception.general.2. replicat.1.* *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi specialiter de uicio præstando conuenit. quæ replicatio approbatur d. §.item Labeo.* *Altera replicatio est: Nisi seruo emente dominus sciuerit, seruus ignorauerit.* *Hæc replicatio approbatur l.51.ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Cùm mancipium morbosum uel uiciosum seruus emerit, & redhibitoria uel ex empto dominus experiatur: omnimodo scientiam serui,non domini spectandam esse Africanus ait, ut nihil intersit peculiari, an domini nomine emerit: & certum incertumúe mandante eo emerit: quia & illud ex bona fide sit, seruum, cum quo negocium fuerat gestum, deceptum non esse: & rursus delictum eiusdem, quod in contrahendo admiserit, domino nocere debeat. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi mandatu domini seruum emerit. quæ duplicatio approbatur ibidem his uerbis:* Sed si seruus mandatu domini hominem emerit, quem dominus uiciosum esse sciret: non tenetur uenditor. *Concordat l. 13. ff. de contrah. empt. his uerbis:* Si seruo meo uel ei cui mandauero,uendas sciens fugitiuum,illo ignorante,me sciente:non teneri te ex empto, uerum est. *Tertia replicatio est: Nisi seruo emente & sciente, dominus ignorauerit.* *Hæc replicatio reprobatur uerbis d.l.51. iam propositis hisce:* Omnimodo scientiam serui, non domini spectandam esse, &c. *Quarta replicatio est: Nisi procuratore emente & sciente, dominus ignorauerit.* *Hæc replicatio reprobatur d. l. 51. §. circa, his uerbis:* Circa procuratoria personam, cùm quidem ipse scierit morbosum uel uiciosum esse: non dubitandum,quin,quamuis ipse domino mandati uel negociorum gestorum actione sit obstrictus, nihilomagis eo nomine agere possit. *Plura de hac re uide J.cap.1. quæst.1. except.4.repl.1.dupl.2.* *Quinta replicatio est: Nisi procuratore emente dominus sciat, procurator ignoret. Hæc replicatio approbatur ibidem his uerbis:* At cùm ipse ignorans esse uiciosum, mandatu domini qui id sciret, emerit, & redhibitoria agat:ex persona domini utilé exceptionem ei non putat opponendam.

XI. EXCEPTIO: *Nisi fiscus uendiderit.* *Hæc exceptio approbatur l.1.§.illud sciendum.ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Illud sciendum est, edictum hoc non pertinere ad uenditiones fiscales.

XII. EXCEPTIO: *Nisi respub. uendiderit.* *Hæc exceptio reprobatur ibidem his uerbis:* Si tamen respublica aliqua faciat uenditorem, edictum hoc locum habebit.

XIII. EXCEPTIO: *Nisi pupillaris sit uenditio.*

*dutio. Hæc exceptio reprobatur d.l.1.§.in pupillarib. his uerbis:* In pupillaribus quoq; uenditionibus erit edicto locus.

XIIII. EXCEPTIO: *Nisi seruum uel filiumfamiliâs uendiderit. Hæc exceptio reprobatur per ea quæ proposita sunt ‡.quæst.5.reg.1.*

XV. EXCEPTIO: *Nisi liber homo uel seruus alienus, qui bona fide ab alio poßidetur, uendiderit. Hæc exceptio reprobatur l.23.§.hæ actiones.ff. de ædilitio edicto, his uerbis.* Si bona fide seruiēt nobis liberi fortè homines, uel serui alieni, qui uendiderunt: potest dici etiam hos hoc edicto contineri.

XVI. EXCEPTIO: *Nisi non uenditio, sed locatio uel alius contractus factus sit. Hæc exceptio approbatur l.63.ff.d.tt.his uerbis:* Sciendum est, ad uenditiones solas hoc edictū pertinere, non tantùm mancipiorum, uerùm cæterarum quoque rerum. Cur autem de locationibus nil edicatur, mirum uideatur. Hæc tamen ratio redditur: uel quia nunquam istorum de hac re fuerat iurisdictio: uel quia non similiter locationes, ut uenditiones, fiunt. *Huius exemplum proponitur l.62.ff.eod.tt. his uerbis:* Ad res donatas edictum ædilium curulium non pertinere, dicendum est. Quid enim se restituturum donator repromittat, quādo nullum precium interuenit? Quid ergo, si res ab eo cui donata est, melior facta sit? nunquid quanti eius qui meliorem fecit, interest donator conueniatur? quod minimè dicendum est: ne eo casu liberalitatis suæ donator pœnam patiatur. Itaque si qua res donetur: necesse non erit in ea repromittere, quæ in rebus uenalibus ædiles repromitti iubent. Sanè de dolo donator obligare se & debet & solet: ne quod benignè contulerit, fraudis consilio reuocet. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi permutatio facta sit. Hæc replicatio approbatur l.19.§.emptorem.ff.eod.tt.his uerbis:* Emptorem eum accipere debemus, qui precio emit. Sed si permutatum sit, dicendum est utrunq; emptoris & uenditoris loco haberi, & utrunq; posse ex hoc edicto experiri.

XVII. EXCEPTIO: *Nisi de dupla emptori à uenditore cautum sit. Hæc exceptio reprobatur l.4.in prin.ff.de action.empti.cuius uerba uide ‡.cap.1.causa 18.*

DE EXCEPTIONIBVS SVMPTIS ex consequentibus uenditionem.

*Hactenus exceptiones propositarum causarum generales, sumptæ ex ijs quæ uenditioni insunt, enumeratæ sunt: restant ea quæ ex ijs quæ uenditionem sequuntur, sunt desumptæ.*

XVIII. EXCEPTIO: *Nisi res uitio sa uel morbosa uendita interierit. Hæc exceptio reprobatur sub conditione l.47. in fine, cum lege sequente. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Post mortem hominis ædilitiæ actiones manent: si tamen sine culpa actoris, familiæue eius, uel procuratoris mortuus sit. *Concordat l.38.§.loquuntur.ibi: etsi mortuum.ff.eod.tt. cuius uerba uide ‡.causa 6.in princip. Item concordat l.16.§.si seruus.ibi: & quam actionem.ff. de euictione. cuius uerba uide ‡. exception.5. Planè admittitur exceptio proposita, si culpa emptoris uel eius familiæ procuratorisue res perierit. quæ distinctio elicitur ex uerbis ‡. propositis hisce:* Si tamen sine culpa actoris, familiæue eius, uel procuratoris mortuus sit. *De qua re uide plura ‡.cap.5.reg.1.*

XIX. EXCEPTIO: *Nisi emptor mancipium emptum manumisit. quæ exceptio approbatur l. 47. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Si hominem emptum manumisisti, & redhibitoriam & quanto minoris denegendam tibi Labeo ait: sicut & duplæ actio periret. Ergo & quod aduersus dictum promissumue sit, actio peribit. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi sine culpa uel facto emptoris mancipium sit manumissum. quæ replicatio approbatur l.16. §. si seruus. ibi: & quam actionem.ff. de euictione. cuius uerba uide ‡. except.5.*

XX. EXCEPTIO: *Nisi seruus emptus uenditori non restituatur. Hæc exceptio approbatur l. ult. C. de ædilitijs actionib. his uerbis:* Habito semel bonæ fidei contractu, mancipioq; suscepto & precio soluto, ita demum repetendi precij potestas est ei qui mancipium comparauit, largiēda, si illud quod dixerit fugitiuum, poterit exhibere: hoc enim non solùm in barbaris, sed etiam prouincialibus seruis iure præscriptū est. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi uenditor emptori non restituat ea quæ seruus emptus emptori furto abstulit. quæ replicatio approbatur l. 58. in prin. ff. de ædilitio edicto. cuius uerba uide ‡. quæst. 6. reg.7. Altera replicatio est: Nisi seruus aufugerit. Hæc replicatio approbatur l.16.§. si seruum. ibi: & quam actionem.ff. de euictione. cuius uerba uide ‡.except.5. Concordat l.1. C. de ædilitijs actionib. cuius uerba uide ‡.quæst.6. reg. 7. in prin. Planè huic uidetur contradicere d.l.ult. paulo superius proposita, his uerbis:* Ita demum repetendi precij potestas est ei qui mancipiū comparauit, largienda, si illud quod dixerit fugitiuum, poterit exhibere. *Si autem Exhibere exponas cum Accursio pro probare, nulla est antinomia. Tertia replicatio est: Nisi seruus mortuus sit. quæ replicatio approbatur ‡. except.18.*

XXI. EXCEPTIO: *Nisi emptor nō præstiterit ea q̄ præstare debet. Hæc exceptio approbatur l.25.*

*l.19.in prin.ff.de ædilitio edicto,bis uerbis:* Illud sciendum eſt,ſi emptor nenditori hæc nõ præſtat,quæ deſiderantur in hec actione: non poſſe ei uenditorem condemnari. Si autem emprori nenditor iſta non præſtet, condemnatur ei. *Sanè quæ ab emptore præſtanda ſint,uide J.cap.prox. Concordant ea que pro ponuntur J.queſt.6.reg.2.except.1.*

XXII. EXCEPTIO: *Niſi res emptori ſit euicta. Hæc exceptio reprobatur per ea que propoſita ſunt ē.except.5.*

XXIII. EXCEPTIO: *Niſi uenditor ſeruum emptori relinquat. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur per ea que proponuntur J.queſt.6.reg.7.except.4.*

XXIIII. EXCEPTIO: *Niſi emptor pœnitentia ductus retinere mancipium uelit, & ab actione deſiſtere. Hec exceptio approbatur l.48. ſ. 1.ff de ædilitio edicto,bis uerbis:* Audiendus eſt is qui de uicio uel morbo ſerui querens, retinere eum uelit.

XXV. EXCEPTIO: *Niſi eiuſdem rei nomine ſemel ſit actum. Hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit, uerùm eius replicatio prima hæc eſt: Niſi ex alio uicio poſtea apparente rurſus agatur. quæ replicatio approbatur d.l.48.ſ.penult. bis uerbis:* Cùm redhibitoria actione de ſanitate agitur: permittendum eſt de uno uicio agere, & prædicere, ut ſi quid aliud poſtea apparuiſſet, de eo iterum ageretur. *Altera replicatio eſt: Niſi pendente emptionis uenditione, antea ſit actum. Hec replicatio approbatur l.43.ſ.ſi ſub cõdit.ff.eod.tt cuius uerba uide J queſt.7.reg.1. Tertia replicatio eſt: Niſi æſtimatoria, quanto minoris actum ſit. Hæc replicatio reprobatur l.25.ſ. 1. in fine.ff.de except.rei iudicatæ. cuius uerba uide J lib. 42.cap.16.except.5.exemplo 3.*

Replicatio præcedentium exceptionum generalis.

*Hactenus cauſæ redhibitoriæ actionis cum ſuis exceptionibus propoſitæ ſunt: quarum exceptionum generalis replicatio hæc eſt: Niſi res uoluntate uenditoris ſit redhibita. quæ replicatio approbatur l.31. ſ.in factum. ff. de ædilitio edicto, cuius uerba uide J. queſt. 6. reg. 2. except. 2. Sequuntur nunc reliqui propoſitæ actionis loci.*

IIII. QVIBVS COMPETIT actio redhibitoria?

I. *Regula, De hæredibus & alijs ad quos ea res pertinet, proponitur uerbis edicti ē.eod.cap.in prin. propoſitis hiſce:* Emptori omnibuſq; ad quos ea res pertinet, iudicium dabimus, ut id mancipium redhibeatur. *Declarantur hæc uerba l.19. ſ. deinde aiunt. ff. eod.tt.de ædilitio edicto, bis uerbis:* Deinde aiunt ædiles, Emptori omnibuſq; ad quos ea res pertinet, iudicium dabimus: pollicentur emptori actionem, & ſucceſſoribus eius qui in uniuerſum ius ſuccedunt. *Concordat item l. 48.ſ.ædilitiæ.ff.eod.tt. cuius uerba uide J. queſtion. prox.reg.1.*

II. *Regula, De domino proprietatis & uſufructuario ſerui ementis, proponitur l.43.ſ.fin.ff.de ædilitio edicto, cuius uerba uide ē.cap.1. queſt.2. reg. 4.except.1.repl.2.*

III. *Regula: Vni ex plurib. quibus actio propoſita competit, non datur. quæ regula approbatur l.31. ſ.Marcellus.ff.de ædilitio edicto, bis uerbis:* Marcellus ſcribit, ſi ſeruus communis ſeruum emerit, & ſit in cauſa redhibitionis: unum ex dominis pro parte ſua redhibere ſeruũ non poſſe: non magis (inquit) quàm cùm emptori plures hæredes extiterunt, nec omnes ad redhibendum conſentiunt. *Concordat d. l. 31. ſ. ſi plures. bis uerbis:* Si plures hæredes ſint emptoris, an omnes ad redhibendum cõſentire debeant, uideamus? Et ait Pomponius, omnes conſentire debere ad redhibendum, dareq; unum procuratorem: ne fortè uenditor iniuriam patiatur, dum ab alio partem recipit hominis, alij in partẽ precij condemnatur quanto minoris is homo ſit. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi res redhibenda perierit, uel redhibita ſit. Hæc exceptio approbatur d.l. 31. ſ. idẽ ait, bis uerbis:* Pomponius ait, homine mortuo uel etiam redhibito, ſingulos pro ſuis portionibus rectè agere: precium aurẽ & acceſſiones pro parte recipient. Sed & fructus, acceſſiones, & ſi quo deterior homo factus eſt, pro parte ab ipſis præſtabitur: niſi fortè tale ſit quod diuiſionem non recipiat, utputa ancillæ partus. In hoc enim idem obſeruandum eſt, quod in ipſa matre uẽdita, quam pro parte redhiberi poſſe negauimus. *Altera exceptio eſt: Niſi ſinguli pro parte emerint. tunc enim ſingulis ad ſuã partem redhibendam competit actio. quæ exceptio approbatur d.l.31.ſ ſi uenditori, in fine, bis uerbis:* Si plures ſinguli partes ab uno ement, tunc pro parte quiſq; eorum experietur. *Tertia exceptio eſt: Niſi unus in ſolidum reddat. quæ exceptio approbatur ibidem bis uerbis:* Sed et ſi in ſolidum emant, quiſq; in ſolidum redhibebit.

V. ADVERSVS QVOS COMpetit actio redhibitoria?

I. *Regula, De hæredibus uenditoris, proponitur l.23.ſ. hæ actiones. ff. de ædilitio edicto, bis uerbis:* Hæ actiones quæ ex hoc edicto oriuntur, etiam aduerſus hæredes omnes competunt. *Concordat l.48.ſ.ædilitiæ.ff.eod.tt. bis uerbis:* Ædilitiæ actiones & hæredi & in hæredem competunt: ut tamen & facta hæredum qui poſtea acceſſerunt, & quod expedire potuerunt, quærantur.

II. *Regula, De fideiuſſore uenditoris, proponitur l.56.ff.de ædilitio edicto, bis uerbis:* Latinus

Largus.

Largua. Quæro, an fideiussori redhiberi mancipium posſit? Paulua respondit, ſi iu uniuerſam cauſam fideiuſſor ſit acceptus: putat Marcellus poſſe & fideiuſſori redhiberi.

III. *Regula, De patre & domino uenditoris, proponitur l.23.§.ſi ſeruum.ff.de ædilitio edicto,his uerbis:* Si ſeruus ſit qui uendidit,uel filiusfamiliâs: in dominuum uel patrē de peculio ædilitia actio competit. Quáuis enim pœnales actiones uideantur: tamē quoniam ex contractu ueniunt, dicendum eſt,eorū quoque nomine qui in aliena poteſtate ſunt,competere. Proinde etſi filiafamiliâs uel ancilla diſtraxit: æquè dicendum eſt, actiones ædilitias locum habere. *Concordat l.57.§.quòd ſi ſeruus.ff.eod.tt. his uerbis:* Quòd ſi ſeruus uel filiua mancipium uendiderit, redhibitoria in peculium competit. In peculio autem & cauſa redhibitionis continebitur. Nec noa moueat, quòd antequā reddatur ſeruus, non eſt in peculio. Non enim poteſt eſſe in peculio ſeruus, qui adhuc emptoris eſt: ſed cauſa ipſius redhibitionis in peculio computatur. Igitur ſi ſeruus emptus quinq; millibus ſit: hæc quidem in peculio eſſe dicemus: ſed ita, ſi nihil domino debeat, aut ademptum peculium non ſit. Quòd ſi plus domino debeat: eueniet ut hominem præſtet, & nihil couſequatur.

IIII. *Regula, De uno ex pluribus, qui hac actione tenentur. Etiam uni ex plurib. redhiberi pro parte poteſt. quæ regula approbatur l.31.§. ſi uenditori.ff.de ædilitio edicto,his uerbis:* Si uenditori plures extiterint hęredes, ſingulis pro portione hęreditaria poterit ſeruus redhiberi. Et ſi ſeruus plurium uenierit, idem erit dicendum. Nam ſi uuus à pluribus, uel plura mancipia ab uno emantur: uerius eſt dicere, ſi quaſi plures rei fuerint uenditorea, ſingulis in ſolidum redhibendum. Si tamen partes emptæ ſint à ſingulis, rectè dicetur alteri quidem poſſe redhiberi, cum altero autem agi quanto minoris.

V. *Regula: Aduerſus unum ex pluribus uenditoribus, cuius maior pars in uenditione eſt, uel qui nulla parte minor eſt, actio redhibitoria competit. quæ regula approbatur l.44.§. proponitur.ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Proponitur actio ex hoc edicto in eum cuius maxima pars in uenditione fuit: quia plerunque uenaliciarij ita ſocietatem coeunt, ut quidquid agunt, in commune uideantur agere. Æquum enim ædilibus uiſum eſt, uel in unum ex his cuiua maior pars, aut nulla parte minor eſſet, ædilitias actiones cōpetere: ne cogeretur emptor cum multis litigare. Quamuis actio ex empto cum ſingulis ſit pro portione, qua ſocij fuerunt. Nam id genus hominum ad lucrum, uel potius turpiter faciendum pronius eſt.

## VI. QVID, QVANTVM'QVE ueniat in actione propoſita?

I. *Regula: Vt res redhibeatur. quæ regula approbatur uerbis edicti ſ. quæſt.4. reg. 1. propoſitis his:* Iudicium dabimus, ut id mancipium redhibeatur. *Declaratur hac regula l.21. in prin.ff.de ædilitio edicto, his uerbis:* Redhibere eſt facere, ut rurſus habeat uenditor quod habuerat: & quia id reddendo fiebat, idcirco redhibitio eſt appellata, quaſi redditio.

II. *Regula, De precio à uenditore reſtituendo, proponitur l.27.ff.de ædilitio edicto, his uerbis:* Debet emptor recipere pecuniam, quam dedit pro eo homine, uel ſi quid acceſsionis nomine. Dari autem non id ſolùm accipimus, quod numeratur ueuditori (utputa precium & uſuras eius) ſed et ſi quid emptionis cauſa erogatum eſt. Hoc autem ita demum deducitur, ſi ex uoluntate uenditoris datur. Cæterùm ſi quid ſua ſponte datum eſſe proponatur, non imputabitur. Neque enim debet quod quis ſuo arbitrio dedit, à uenditore exigere. Quid ergo ſi fortè uectigalis nomine datum eſt, quod emptorem fortè ſequeretur? dicemus hoc quoque reſtituendum. Indemnis enim emptor diſcedere debet. *Concordat propoſitæ regulæ l.29.§.condemnatio.ff.eod.tt. cuius uerba uide ſ. regul.5. Item concordat l.31.§.in factum.ff.eod.tt. cuius uerba uide ſ.exception 2. Concordat item l.59. in prin. ff eod.tt. his uerbis:* Cùm in ea cauſa eſt uenditum mancipium, ut redhiberi debeat: iniquum eſt uenditorem precium redhibendæ rei conſequi. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi emptor non prius præſtiterit ea quæ præſtare iure debet. quæ exceptio approbatur l.25.§.fin.ff.de ædilitio edicto, his uerbis:* In edicto dicitur ſic, Et quanta pecunia pro eo homine ſoluta, acceſsioniſúe nomine data erit, non reddetur: cuiuſúe pecuniæ quis eo nomine obligatus erit, non liberabitur. Ordine fecerunt ædiles, ut antè uenditori emptor omnia quæ ſuprà ſcripta ſunt, præſtet: ſic deinde precium conſequatur. *Ait Iuriſconſultus:* Quæ ſuprà ſcripta ſunt. *Quæ ſint iſta, uide ſ.cap.proxim. reg.1.cum ſequentibus. Concordat l.,1.§.illud planè. ff.eod.tt. his uerbis:* Illud planè hæc actio exigit, ut ſit redhibitus. Cæterùm niſi fuerit redhibitus, deficit iſta actio, etiamſi nudo conſenſu placuerit, ut redhibeatur. Conuentio ergo de redhibendo non fa-

cit locum huic actioni, sed ipsa redhibitio. *Concordat item l.29.in prin.ff.eod. tt. cuius uerba uide s.quæst.3. except.21. Item concordat l.57.in prin.ff.eod.tt. cuius uerba uide s. cap.1. except.10.repl.2. Planè propositæ exceptionis replicatio hæc est: Nisi uenditor inops sit. quæ replicatio approbatur l.26.ff.eod.tt.his uerbis:* Videamua tamen ne iniquum sit emptorem compelli dimittere corpus, & ad actionem iudicati mitti, si interdum nihil præstatur propter inopiam uenditoris: potiusque res ita ordinanda sit, ut emptor caueat, si intra certum tempus sibi pecunia soluta sit, se mancipium restituturum. *Altera propositæ regulæ exceptio uidetur: Nisi res in causa redhibitionis non fuerit. Hæc exceptio certo modo reprobatur l.31. §. in factum. ff. eod. tt. his uerbis:* In factum actio competit ad precium recuperandum, si mancipium redhibitum fuerit. In qua nou hoc quæritur, an mancipium in causa redhibitionia fuerit: sed hoc tantùm, an sit redhibitum. nec immeritò. Iniquum est enim, posteaquam uenditor agnouit recipiendo mancipium, esse id in causa redhibitionis: quæri, utrum debuerit redhiberi, an non debuerit. Nec de tempore quæritur, an intra tempora redhibitus esse uideatur.

III. Regula: *Quantum precium sit restituendum, si una res ex pluribus redhibeatur, definitur l. 36. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Si plura mancipia uno precio uenierint, & de uno eorum ædilitia actione utamur: ita demum pro bonitate eius æstimatio fiet, si confusè uniuersa mancipija constitutum precium fuerit. Quòd si singulorum mancipiorum constituto precio, uniuersa tanti uenierint, quantum ex consummatione singulorum fiebat: tunc cuiusq; mancipij precium (seu pluris seu minoris id est) consequi debebit.

IIII. Regula, *Itidem de quantitate precij petendi, si una res ex pluribus redhibeatur, proponitur l.59.§.si quis.ff.eod.tt.his uerbis:* Si quis duos homines uno precio emerit, & alter in ea causa sit ut redhibeatur, deinde petatur precium totum: exceptio erit obijcienda. Si tamen pars precij petatur, magis dicetur, non nocere exceptionem: nisi fortè ea sit causa, in qua propter alterius uicium, utrunque mancipium redhibendum sit.

V. Regula, *De usuris precij, proponitur l.29. §. condemnatio. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Condemnatio fit quanti ea res erit. Ergo excedat precium, an non uideamua? Et quidem continet condemnatio preciom, accessionesque. An & usuras precij consequatur, quasi quod sua intersit debeat accipere: maximè cum fructus ipse restituat? Et placet consecuturum.

VI. Regula, *Vt liberetur emptor obligatus precij nomine, proponitur d. l.29. §. item emptori, his uerbis:* Item emptori præstandum est, ut cuius pecuniæ nomine obligatus erit, liberetur: siue ipsi uenditori obligatus sit, siue etiam alij. *Concordat l.59. in princip. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. regul. 2. in princip.*

VII. Regula, *De damno emptori præstando, quod rei emptæ nomine sensit, item sumptibus quos fecit restituendis, proponitur d.l.29. §. fin. his uerbis:* Si quid damni sensit, uel si quid pro seruo impendit, consequetur arbitrio iudicis: sic tamen, non ut ei horum nomine uenditor condemnetur (ut ait Iulianus) sed ne aliàs compellatur hominem uenditori restituere, quàm si eum indemnem præstet. *Concordat l.1. C. de ædilitijs actionib. his uerbis:* Si non simpliciter, sed consilio fraudis seruum tibi nescienti fugitiuum, uel alio modo uiciosum quis uendidit, isq; idem fugitiuus abest: nō solùm in precium serui uenditorem conueniri, sed etiā damnum quod per eum tibi accidit, competens iudex, ut iam pridem placuit, præstari iubebit. *Concordat item l.23. §. iubent.ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Iubent ædiles restitui & quod uenditioni accessit, et si quid ipse præstitit: ut utrinque resoluta emptione, nihilo plus consequatur, quàm haberet, si uenditio facta non esset. *Item concordat d.l.23.§. Iulianus, his uerbis:* Iulianus ait, iudicium redhibitoriæ actionis utrunque & emptorem & uenditorem quodámodo in integrum restituere debere. Quare siue emptori seruus furtum fecerit, siue alij cuilibet, ob quod furtum emptor aliquid præstiterit: non aliter cogetur hominem uēditori restituere, quàm si eum indemnem præstiterit. Quid ergo (inquit Iulianus) si noluerit uenditor hominem recipere? non esse cogendum ait quidquam præstare, nec amplius quàm in precio condemnandum: & hoc detrimentum sua culpa passurum emptorem, qui cùm possit hominem noxæ dedere, maluerit litis æstimationem sufferre. Et uidetur Iuliani sententia humanior esse. *Concordat item l.58.in princip.ff. eod. tt. his uerbis:* Quæro, an si seruus apud emptorem fugit, & in causa redhibitionia esse pronunciatus fuit: non prius uenditori restitui debeat, quàm rerum ablatarum à seruo æstimationem præstiterit? Paulus respondit,

ſpondit, uenditorem cogendum non tantùm precium ſerui reſtituere, ſed etiam rerum ablatarum ęſtimationem: niſi pro his paratus ſit ſeruum noxæ nomine relinquere. Item quæro, ſi nolit æſtimationem & precia rerum reſtituere, an ſeruus reſtituendus aut retinendus ſit, & danda actio de peculio, uel de precio redhibiti ſerui ex duplæ ſtipulatione? Paulus reſpondit, de precio ſerui repetendo competere actionem etiam ex duplæ ſtipulatione: de rebus per furtum ablatis iam reſponſum eſſe. *Concordat item l.17.§.cùm autem. ff. de furtis, hiſce uerbis:* Cùm ſeruus quem emi, traditusq; mihi eſt, à me redhibetur: non eſt in ea cauſa, ut perinde habeatur, atque ſi nunquam meus fuiſſet. Sed & fuit, & deſijt. Idcirco dicit Sabinus, eum ſi furtum fecit, in ea eſſe cauſa, ut furti eius nomine is qui redhibuit, agere non poſsit. Sed etſi non poſsit: attamen ratio haberi debet eius quod fecit, cùm redhiberi cœperit: idque actione redhibitoria continetur. *Concordat item l.63. §. his etiam illud. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. lib.40. cap. 10. quæſt.1 cauſa 11. Concordat item l.1.§. ſi quid autem, in fine. ff. de ædilitio edicto. cuius uerba uide ſ. eod. cap. in prin. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi ſuo arbitrio ſine uoluntate uenditoris quid emptor erogauit. hoc enim à uenditore præſtandum non eſt. quæ exceptio approbatur l.27. ff. de ædilitio edicto. cuius uerba uide ſ. regul.2. Huius replicatio hæc eſt: Niſi neceſsitate iuris compulſus emptor erogauit. quæ replicatio approbatur d. l.27. in fine. Altera propoſitæ regulæ exceptio eſt: Niſi impenſas factas emptor in libello non nominatim poſuit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l.30.§. quas impenſas. ff. d. tt. his uerbis:* Quas impenſas neceſſariò in curandum ſeruum poſt litem conteſtatam emptor fecerit, officio iudicis imputari: præcedentes autem impenſas nominatim comprehendendas, Pędius: ſed cibaria ſeruo data non eſſe imputanda, Ariſto ait. Nam nec ab ipſo exigi, quod in miniſterio eius fuerit. *Tertia exceptio eſt: Niſi in cibaria ſerui emptor erogauit. hoc enim à uenditore non præſtandum. quæ exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Sed cibaria ſeruo data non eſſe imputanda, Ariſto ait, &c. *Quarta exceptio eſt: Niſi uenditor ſeruum pro damno & ſumptibus emptori relinquat. Hæc exceptio approbatur l. 31. in prin. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Quòd ſi nolit uenditor hominem recipere: non in maiorem ſummam (Vlpianus inquit) quàm in precium emptori condemnandum. Ob hæc ergo, quæ propter ſeruum damna ſenſit, ſolùm dabimus ei corporis retentionem. Cæterùm poterit euitare præſtationem uenditor, ſi nolit hominem recipere. Quo facto precij præſtationem eorumque quæ precium ſequuntur, ſolam non euitabit. *Concordat l.23.§. Iulianus ait. ibi: quid ergo. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. ead. regul. in princip. Concordat item l.58. in princip. ibi: niſi pro his. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. ead. regul. in princip. Concordat item l.29. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. ead. regul. in princip.*

VIII. Regula, *Vt de damno & ſumptu futuro præſtando caueatur, proponitur l.30. in prin. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Si ſerui redhibendi nomine emptor iudicium accepit, uel ipſe eius nomine dictauit: cauendum ex utraque parte erit, ut ſi quid ſine dolo malo condemnatus ſit: uel ſi quid ex eo quod agitur, ad eum peruenerit, doloúe malo eius factum ſit, quo minus perueniret: id reddat. *Concordat l.21.§. idem Pompon. ff. eod. tt. his uerbis:* Pomponius ait, interdum etiam dupliciter cautiones interponi debere: aliàs in præteritum, aliàs in futurum: utputa ſi eius ſerui nomine qui redhibetur, emptor procuratorúe eius accepit iudicium: uel quòd cum eo ageretur, uel quòd ipſe eius nomine ageret. Cauendum autem eſſe ait, ſi quid ſine dolo malo emptor condemnatus dederit, his rebus rectè præſtari: uel ſi quid ex eo quod egerit, ad eum peruenerit: doloúe eius malo, uel culpa factum ſit, quo minus perueniret: iiſdem de rebus reddi. Idem ait, futuri temporis nomine cautionem ei qui ſciens uendidit, fieri ſolere.

IX. Regula, *De duplo, ſi non ſoluat uenditor, proponitur l.41. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Redhibitoria actio duplicem habet condemnationem. Modò enim in duplũ, modò in ſimplum condemnatur uenditor. Nam ſi neq; precium neque acceſsionem ſoluat: neq; eum qui eo nomine obligatus erit, liberet: dupli precij & acceſsionis condemnari iubetur. Si uerò reddat precium & acceſsiones, uel eum qui eo nomine obligatus eſt, liberet: ſimpli.

X. Regula: *Pater uel dominus filij uel ſerui uendentis nomine tenetur, quatenus in peculio eſt. quæ regula approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſ. quæſt. prox. reg.3.*

XI. Regula: *Quantum uni uel ab uno ex plurib. redhibendum ſit uel præſtandum, uide ſ. quæſt. 4. reg.1. item quæſt.5 reg.4.*

XII. Regula: *Quæ uiciſsim uenditori ab emptore ſint præſtanda, uide j. cap. prox.*

VII. QVANDO ET QVAMdiu competit actio proposita?

I. Regula: *Ante existentem uenditionis conditionem redhibitoria actio non competit. quæ regula approbatur l.43. §.si sub.ff.de ædilitio edicto, his uerbis:* Si sub conditione homo emptus sit, redhibitoria actione ante conditionem existentem inutiliter agitur: quia nondum perfecta emptio arbitrio iudicis perfecta fieri non potest. Et ideo etsi ex empto, uel uendito, uel redhibitoria antea actum fuerit: expleta conditione iterum agi poterit.

II. Regula: *Intra sex menses à perfecta uenditione regulariter redhibitoria actio competit. quæ regula approbatur l.19. §. fin. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Tempus redhibitionis sex menses utiles habet. Si autem mancipium non redhibeatur, sed quanto minoris agatur: annus utilis est. Sed tempus redhibitionis ex die uenditionis currit: at si dictum promissumue quid est, ex eo ex quo dictum promissumue est. *Concordat l.38. in princip. ibi: morbi autem. ff. eod. tit. cuius uerba uide §. quæstion.3. causa 6. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi ex eo quod dictum promissumue est, agatur. tunc enim ex die dicti promissiue tempus sex mensium currit. quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* At si dictum promissumue quid est, ex eo ex quo dictum promissumue est. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi dictum uenditionem præcessit. quæ replicatio approbatur l.20. ff. eod. tit. his uerbis:* Si ante uenditionis tempus dictum intercesserit, deinde post aliquot dies interposita fuerit stipulatio: Cælius Sabinus scribit, ex priore causa quæ statim (inquit) ut uenit id mancipium, cœpit: eo nomine posse agere cœpit. *Altera exceptio est: Nisi sub conditione uenditio facta sit. tunc enim à die existentis conditionis currit præscriptio. quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt §. regul. proxim. Tertia exceptio est: Nisi emptor experiundi potestatem non habuerit. quæ exceptio approbatur uerbis l.19. §. fin. §. ead. reg. in princip. propositis hisce:* Sex menses utiles habet. *Concordat l.55. ff. eod. tit. cuius uerba uide J. exception. proxim. Quarta exceptio est: Nisi emptor uitium rei emptæ ignorauit. Hæc exceptio reprobatur d. l. 55. his uerbis:* Cùm sex menses utiles, quibus experiundi potestas fuit, redhibitoriæ actioni præstantur: licet non uidebitur potestatem experiundi habuisse, qui uicium fugitiui latens ignorauit: non tamen idcirco dissolutam ignorationem emptoris excusari oportebit. *Concordat l.2. C. de ædilitijs actionibus, his uerbis:* Cùm proponas, seruum, quem pridem comparasti, post anni tempus fugisse: qua ratione eo nomine cum uenditore eiusdem congredi queas, non possum animaduertere. Etenim redhibitoriam actionem sex mensium temporibus, uel quanto minoris anno concludi, manifesti iuris est. *Quinta exceptio est: Nisi ex eo quòd uenditor non caueat, agatur. tunc enim actio intra duos tantùm menses competit. quæ exceptio approbatur l. 28. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Si uenditor de his quæ edicto ædilium continentur, non caueat: pollicentur aduersus eum iudicium redhibitorium intra duos menses, uel quanti emptoris intersit intra sex menses. *Sexta exceptio est: Nisi ex pacto, si displicuerit rem redhiberi, agatur. tunc enim intra sexaginta dies utiles redhibitoria competit actio. quæ exceptio approbatur, simulque distinguitur l.31. §. si quid ita. ff. de ædilitio edicto. cuius uerba uide §. quæstion. 5. causa 10. Septima exceptio est: Nisi ob non tradita ornamenta iumentum redhibeatur. tunc enim intra sexaginta dies utiles competit actio. quæ exceptio approbatur l. 38. in princip. ibi: si quid ita. ff. de ædilitio edicto. cuius uerba uide §. quæstion. 3. causa 6. Octaua exceptio est: Nisi non ad redhibendum, sed quanto minoris agatur. tunc enim intra annum competit actio. quæ exceptio approbatur l.19. §. fin. ff. de ædilitio edicto. cuius uerba uide §. ead. regul. in princip. Sed & plura de hac exceptione uide J. capite 6. quæstione 3. Nona exceptio est: Nisi uenditor emptoris negocia intra sex menses utiles gesserit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit. uerùm eius replicatio hæc est: Nisi uenditor in bonis emptoris non inueniat, unde sibi satisfiat de ijs quæ ab emptore illi fuissent præstanda. quæ replicatio approbatur l. 34. §. sed nec redhibitoriæ. ff. negociorum gestorum, his uerbis:* Non credimus redhibitoriæ speciem uenire in negociorum gestorum actionem, & per hoc sex mensibus exactis perire: si uel mancipium in rebus non inuenit, uel eo inuento aut deterior homo factus est, aut quod accessionum nomine additum erat, uel per eum adquisitum, non ex re emptoris, nec inuenit, nec recepit: nec erat in Ipsius emptoris negocijs quæ gerebat, unde sibi in præsenti redderet.

VIII. ADIVNCTA HVIVS iudicij.

*De probando seruum esse fugitiuum. Per quæ probetur, definitur l.58. §. fin. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Seruum emi dupla, qui rebus ablatis

ablatis fugit, mox inuentus præſentibus honeſtis uiris interrogatus, an & in domo uenditoris fugiſſet? reſpondit, fugiſſe. Quæro, an ſtandum ſit reſponſo ſerui? Paulus reſpondit: Si alia indicia prioris fugæ non deficiunt, tunc etiam ſerui reſponſo credendum eſt. *Reliqua adiuncta uide ſ cap. prox.*

IX. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula, *De actione ex empto, proponitur l. 11. §. redhibitionem. ff. de action. empti. cuius uerba uide s̄. cap. 1. quæstion. 1. causa 32. Sed & deficiente redhibitoria actione, interdum ex empto actio est ad id quod intereſt. quæ regula approbatur per ea quæ propoſita ſunt s̄. quæstion. 3. cauſa 1. exception. 1. replicat. 5. item s̄. cap. 1. quæſt. 1. cauſa 5. cum ſequentibus.*

II. Regula, *De actione ex stipulatu, ſi aliter ac promiſſum eſt appareat, proponitur l. 19. §. dictum. ibi: ſecundum quod. ff. de ædilitio edicto. cuius uerba uide s̄. quæstion. 3. cauſa 9. item ex duplæ stipulatione actio eſt ob fugam ſerui empti. quæ regula approbatur l. 58. §. item quæro. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. quæſtion. 6. regul. 7. in prin. Item ſi statulibero uendito, dixerit uenditor uiginti dare iuſſum, cum tantùm decem dare iuſſus eſſet: ex duplæ ſtipulatione actio eſt. quæ regula approbatur l. 10. ff. de ſtatuliberis. cuius uerba uide s̄. cap. 1. cauſa 22.*

III. Regula, *De dolo actione, ſi uenditor commendando rem decepit emptorem, proponitur l. 37. ff. de dolo malo. cuius uerba uide s̄. quæstion. 3. cauſa 9. except. 2.*

IIII. Regula, *De exceptione, proponitur l. 19. in fine. ff. de ædilitio edicto. cuius uerba uide s̄. quæſt. 6. reg. 7. in prin. Concordant ea quæ propoſita ſunt d. reg. 7. in prin.*

V. Regula, *De in factum actione ad precium re redhibita recuperandum, proponitur l. 31. §. in factum. ff. de ædilitio edicto. cuius uerba uide s̄. quæſt. 6. reg. 2. except. 2. item ad rem redhibendam ex pacto, ſi diſplicuerit, d. l. 31. §. ſi quid ita. cuius uerba uide s̄. quæſt. 3. cauſa 10.*

VI. Regula, *De stellionatus crimine, ſi quis statuliberum diſsimulata eius conditione uendiderit, proponitur l. 9. §. 1. ff. de ſtatuliberis. cuius uerba uide s̄. libro 19. capite 10. quæſtion. 6. reg. 2.*

VII. Regula: *Etiam æſtimatoria Quanto minoris agi poteſt. quæ regula approbatur l. 25. §. 1. ff. de except. rei iudicatæ, his uerbis:* Eſt in poteſtate emptoris, intra ſex menſes redhibitoria agere malit, an ea quæ datur Quanto minoris homo, cum uenitet, fuerit. Nam poſterior actio etiam redhibitionem continet, ſi tale uicium in homine eſt, ut eum ob id actor empturus non fuerit. Quare uerò dicetur, eum qui alterutra earum egerit, ſi altera poſtea agat, exceptione rei iudicatæ ſubmoueri? *Concordat l. 18. in prin. ff. de ædilitio edicto. cuius uerba uide s̄. quæſt. 3. cauſa 9.*

## EVENTVS REDHIBITIONIS *& redhibitoriæ actionis.*

### *Cap. V.*

PRima regula: *Redhibitione locum habente, omnia in integrum reſtituuntur. quæ regula approbatur l. 60. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Facta redhibitione omnia in integrum reſtituuntur, perinde ac ſi neq; emptio neque uenditio interceſsiſſet. *Concordat l. 23. §. Iulianus ait. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. cap. prox. quæſt. 4. reg. 7. Sanè quæ ex parte uenditoris ueniant reſtituenda, dictum s̄. d. quæſt. 6. quæ ex parte emptoris ſint reſtituenda, nunc dicetur.*

II. Regula, *De omni cauſa ab emptore uenditori reſtituenda, tam eo quod in uenditione rei acceſſit, quàm quod poſtea emptor occaſione rei percepit, uel dolo eius factum eſt, quo minus perciperet, proponitur uerbis edicti s̄. cap. proxim. in princip. propoſitis hiſce:* Si quid poſt uenditionem traditionemq́ue deterius opera emptoris, familiæ procuratoriſuè eius factum erit: ſiue quid ex eo poſt uenditionem natum, adquiſitú fuerit: et ſi quid ei in uenditione acceſſerit, ſiue quis ex ea re fructus ad emptorem peruenerit: ut ea omnia uenditori reſtituat. tum ſi quas acceſsiones ipſe præſtiterit, ut recipiat. *Concordat l. 23. §. iubent. ff. eod. tt. de ædilitio edicto. cuius uerba uide s̄. cap. proxim. quæſtion. 6. regul. 7. Concordat item d. l. 23. §. cùm redhibetur, his uerbis:* Cùm redhibetur mancipium, ſi quid ad emptorem peruenit, uel culpa eius non peruenit, reſtitui oportet. Non ſoluta, ſi ipſe fructus percepit, mercedesúe à ſeruo, uel à conductore ſerui: ſed et ſi à uenditore fuerit id cirto conſecutus, quòd tardius ei hominem præſtitit. Sed et ſi à quouis alio poſſeſſore fructus accepit emptor, reſtituere eos debebit. Sed et ſi quid fructuum nomine conſecutus eſt, id præſtabit, Item ſi legatum uel hæreditas ſeruo obuenerit. Neque refert, potuerit hæc conſequi uenditor, an non potuerit, ſi ſeruum non uendidiſſet. Ponamus enim talem eſſe, qui capere aliquid ex teſtamento non potuerit: nihil nocebit hæc res. Pedius quidem etiam illud non putat eſſe ſpectandum, cuius contemplatione teſtator ſeruum hæredem ſcripſerit, uel ei legauerit: quia et ſi uenditio remanſiſſet, nihil hæc res emptori prodeſſet. Et per contrarium (inquit) ſi contemplatione uenditoris inſtitutus proponeretur: tamen

men diceremns restituere emptorem non debere uenditori, si nnllet eum redhibere. *Concordat item l. 24. ff. eod. tt. bis uerbis:* Generaliter dicendum est, quidquid extra rem emptoria per eum seruum adquisitnm est, id iustum uideri reddère òportere. *Concordat item l. 31. §. si ancilla. ff. eod. t. bis uerbis:* Si ancilla redhibeatur: quod ex ea post ueditinnem natum erit, reddet: siue unua partua sit, siue plurea. Sed etsi fortè usuafructus proprietati adcreuit, indubitatè hoc qunq; restituetur ei. *Concordat item d. l. 31. §. restitui, bis uerbis:* Restirui debet per hanc actionem etiam, qnod ei seruo in nó ditione accesit. *Item concordat d. l. 31. §. penult. bis uerbis:* In hia actionib. eadem erunt obseruanda, quæ de partu, fructibus accessinnibusq;, & quæ de mortuo redhibendo dicta sunt. *Ait Iurisconsultus:* In hia actionibus. *Scilicet in factum, de quib. in eadem lege dictum erat, ut ostensum s. cap. proxim. quest. 9. reg. 5. Cōcordat item l. 43. §. si quis seruum. ff. eod. tt. bis uerbis:* Si quia seruum emerit, & rapeo en, ui bnnnrum raptorum actinne quadruplum consecutua sit, deinde seruū redhibeat: reddere debebit qnod accepit. sed si per eum seruum iniuriam passus, iniuriæ nomine egerit: nnn reddet uenditori: aliter forsitan atq; si loris ab aliquo cæsus, aut quæstione de eo habita emptnr egerit. *Concordat item l. 11. §. si in eo homine. ff. ad l. Aquiliam, bis uerbis:* Si in en homine, quem tibi redhibiturus essem, damnum iniuria datnm esset: Iuliannus ait, legis Aquiliæ actionem mihi cnmpetere, neq; cum cœpero redhibere, tibi quidquid fuero cō secutua, restituturum. *Planè propositæ regulæ exceptio prima bæc est: Nisi emptor per seruum emptum iniuriam passus, iniuriarum actione quid fuerit consecutus. boc enim non reddet uenditori. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur uerbis l. 43. §. si quis seruum. ff. de ædilitio edicto, paulo superius propositis bisce:* Sed si per eum seruum iniuriam passus, iniuriæ nomine egerit: non reddet uenditori: aliter forsitan atq;, &c. *Altera exceptio est: Nisi seruo empto aliquid in testamento fuerit relictum, cuius uenditor non est capax. Hæc exceptio reprobatur l. 23. §. fin. ibi: neq; refert. ff. de ædilitio edicto. cuius uerba uide s. ead. reg. in prin. Tertia exceptio est: Nisi seruo redbibito quid contemplatione emptoris sit relictum. Sed & bæc exceptio reprobatur d. §. fin. ibi: Pedius quidem. Quarta exceptio est: Nisi ex re emptoris per seruum redbibitum emptori quid sit adquisitum. Hæc exceptio approbatur l. 31. §. si peculium. ff. de ædilitio edicto, bis uerbis:* Si peculium quæsijt apud emptnrem, qnid de hoc dicemus? & si quidem ex re emptoris accesit, dicendum est, apud ipsum relinqnendum: si aliunde creuit, uenditori restituendum. *Concordat l. 24. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. ead. reg. in princip. Quinta exceptio est: Nisi ministerium, quod seruus emptori præstitit. Hæc exceptio approbatur l. 30. §. fin. in fine. ff. de ædilitio edicto. cuius uerba uide s. cap. prox. quest. 6. reg. 7. except. 2. Sexta exceptio est: Nisi specialiter ea, de quibus dictum est, uenditor in libello non petierit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 25. §. item sciendum. ff. de ædilitio edicto, bis uerbis:* Sciendnm est, hæc omnia quæ exprimnntur edictn ędilium, præstare eum debere, si ante iudicium acceptum facta sint. Idcircn enim necesse fuisse ea ennmerati, ut si qnid enrum ante litem contestatam contigisset, præstaretur. Cæterùm post iudicium acceptum tnta causa ad hominem restituendum in iudicio nersatur: & tam fructns, quàm id qund deterint factus est, cæteraq; ueniūt. Iudici enim statim atqne index factus est, omnium rerum officinm incumbit, qnæcunque in iudicio nersantur. Ea autem quæ ante indicinm contingunt, nnn ualde ad eum pertinent, nisi fuerint ei nominatim iniuncta. *Concordat l. 31. §. culpam, in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. reg. 5. Huius exceptionis replicatio bæc est: Nisi post iudicium susceptum aliquid emptori ex re redbibenda sit adquisitum. boc enim etiam non petitum officio iudicis uenit restituendum: ut ex uerbis iam propositis constat. Septima exceptio est: Nisi ex pluribus rebus emptis unam emptor uelit redbibere, alteram retinere. Hæc exceptio reprobatur quidem ipso iure, admittitur tamen in casibus: de qua re dicetur J. reg. prox.*

III. *Regula: Pluribus rebus simul emptis, unaque redbibita, omnes etiam reliquæ sunt redbibendæ. quæ regula approbatur uerbis edicti l. 38. in princip. ibi: si iumenta. ff. de ædilitio edicto, bis uerbis:* Si inmenta simnl paria uenierint, & alterum in ea causa fuerit, ut redhiberi debeat: indicium dabimns quo ntrunque redhibeatur. *Concordat d. l. 38. §. cùm autem, cum ll. sequentibus, bis uerbis:* Cùm inmenta paria neneunt: edicto expressum est, ut cùm alterum in ea cansa sit, nt redhiberi debeat, utrunq; redhibeatur. In qna re tam emptori quàm nenditori consulitur, dum inmenta non separantur. Simili modo et si triga uenierit: redhibenda erit tnta. Sed et si quadriga: redhibeatur. Sed si duo paria mnlarum sine, & una mnla uiciosa sit, uel par 1 snlnm par redhibebitur, alterum non. Si tamen nnndum sint paria constituta, sed simpliciter qnatuor mnlæ nno precio uenierint: unins erit mulæ redhibitio, non omnium. Nam et si

pnlia

polia uenietit, dicemus unum equũ, qui uiciosus est, non omnẽ pollam redhiberi oportere. Hoc & in hominibus dicemus, pluribus uno precio distractis, nisi separari non possint: utputa uel tragœdi, uel mimi, uel fratres. hi enim nõ erunt separãdi. *Concordat propositæ regulæ l. 14. ff. eod. tt. his uerbis:* Cùm eiusdẽ generis plures res simul ueneunt (ueluti comœdi uel chorus) Africanus referre ait, in uniuersos, an in singulos precium cõstituatur: ut scilicet Interdum una, interdũ plures uenditiones cõtractæ intelligantur. Quod quæri uel eò pertinere ait, ut si quis eorum fortè morbosus uel uiciosus sit, omnes simul redhibeantur. Interdum etsi in singula capita precium constitutũ sit, tamen una emptio est, ut propter unius uicium omnes redhiberi debeant: scilicet cùm manifestũ erit, non nisi omnes quem empturum uel uenditurũ fuisse: ut plerunq; circa comœdos, uel quadrigas, uel mulas pares accidere solet: ut neutri, nisi omnes habere expediat. *Concordat item l. 35. ff. eod. tt. his uerbis:* Plsruuq; propter morbosa mancipia etiã non morbosa redhibentur, si separari non possint sine magno incommodo, uel pietatis ratione offensa. Quid enim filio retẽto parentes redhibere maluerit, uel contrà? Quod & in fratribus, & in personis cõtubernio sibi cõiunctis obseruari oportet. *Concordat item l. 33. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis:* Si uẽdita res redhibeatur, seruus quoquo qui ei rei accessit, licet nullũ in eo uicium sit, redhibetur. *Concordat item l. 64. §. idem ait. ff. eod. tt. his uerbis:* Labeo ait, si uno precio plures seruos uendidisti, sanosq; esse promisisti, & pars duntaxat eorũ minus sana sit: de omnibus aduersus dictũ promissumúe rectè agi. *Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi sine incommodo res separari possint, nec pietatis ratio obstet. Quæ exceptio approbatur uerbis l. 35. paulo superius propositis hisce:* Si separari non possint sine magno incommodo, uel pietatis ratione offensa. *Concordat l. 38. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide paulo superius. Altera exceptio est: Nisi non una, sed plures sint emptiones. Hæc exceptio approbatur l. 34. ff. de ædilitio edicto. cuius uerba uide s. ead. reg. in princip. Tertia exceptio est: Nisi non propter morbum uel uicium, sed propter ornamentum unius iumenti id redhibeatur. Quæ exceptio approbatur l. 38. §. si plura. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Si plura iumenta uooierint, non omnia erunt redhibenda propter unius ornamentum. Nam si uiciosum sit unum iugum, non tamen propter hoc cætera iuga redhibebuntur.

IIII. *Regula: Si res uendita post uenditionem & traditionem apud emptorem deterior sit facta; hoc quoq; ab emptore præstandum. Quæ regula approbatur uerbis edicti s. reg. 2. in prin. propositis hisce:* Si quid post uenditionem traditionemque deterius opera emptoris, familiæ procuratorisúe eius factum erit; &c. *Concordat l. 23. in prin. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Cùm redhibitio fit, si deterius mancipium (siue animo, siue corpore) ab emptore factum est, præstabit emptor uẽditori. Vtputa si stupratum sit, aut sæuitia emptoris fugitiuum esse cœperit. Et ideo (ut inquit Pomponius) ex quacunque causa deterius factum sit, id arbitrio iudicis æstimetur, & uenditori præstetur. Quòd si sine iudice homo redhibitus sit: reliqua autem quæ diximus, nolit emptor reddere: sufficiat uenditori ex uendito actio. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi non ab ipso emptore, sed ab alio res deterior sit facta. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 46. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Cùm mihi redhibes, furtis noxisque solutum esse promittere non debes: præterquam quod iussu tuo fecerat, aut eius cui tu eum alienaueras. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ab eo cui emptor rem alienauit, deterior sit facta. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Aut eius cui tu alienaueras. *Altera replicatio est: Nisi opera familiæ emptoris res deterior sit facta. Quæ replicatio approbatur uerbis edicti s. propositis hisce:* Opera emptoris, familiæ: *Concordat l. 25. in princip. ibi: siue ergo. ff. eod. tt. his uerbis:* Siue ipse deteriorem eum fecit, siue familia eius, siue procurator: nocebit actio. *Declaratur replicatio proposita d. l. 25. §. 1. his uerbis:* Familiæ appellatione omnes qui in seruitio sunt, continentur, etiam liberi homines qui bona fide ei seruiunt, uel alieni serui. Accipe eos quoque, qui in potestate eius sunt. *Concordat l. 31. §. idem Pedius. ff. eod. tt. his uerbis:* Pedius ait, familiæ appellatione & filiosfamiliarum demonstrari. facta enim domesticorum redhibitoria agentem præstare uoluit. *Tertia replicatio est: Nisi procurator emptoris rem fecerit deteriorem. Quæ replicatio approbatur uerbis edicti s. propositis hisce:* Procuratorisúe eius. *Declaratur l. 25. §. procuratoris. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Procuratoris quoque fit mentio in hac actione. Sed Neratius procuratorem hic accipiendum sit non quemlibet, sed cui uniuersa negocia, aut idipsum propter quod deterius factum sit, mandatum est. *Quarta replicatio est: Nisi tutor uel curator emptoris rem fecerit dete-*

riorem. *Hæc replicatio approbatur l.31.§. quod in procuratore.ff.d.tt. his uerbis:* Quod in procuratore dicimus, idem in tutore & curatore dicendum erit, cæterisq; qui ex officio pro alijs interueniunt. Et ita Pedius ait. Et adijcit, quibus administratio rerum permissa est, eos culpa abesse præstare non iniquè dominum cogi. *Quinta replicatio est: Nisi hæres emptoris, hæredisúe familis aut procurator rem fecerit deteriorem. Hæc replicatio approbatur d. l. 31. §. Pomponius, his uerbis:* Pomponius ait, si unus ex hæredibus emptoris, uel familia eius, uel procurator culpa uel dolo fecerit rem deteriorem: æquum esse, in solidum eum teneri arbitrio iudicis. Hoc autem expeditius esse, si omnes hæredes unum procuratorem ad agendum dederunt. tunc etenim si quo deterior seruus culpa unius hæredum factus est, & hoc solutum est, cæteri familiæ erciscundæ iudicium aduersus eum habebunt: quia propter ipsum damnum sentiunt, impediunturq; redhibere. *Hæc de prima exceptione, eiusq; replicationibus.*

*Altera exceptio est: Nisi ante uenditionem traditionemúe res deterior sit facta. Hæc exceptio approbatur l.25. in prin. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Ædiles etiam hoc prestare emptorem uolunt, si in aliquo deterior factus sit seruus: sed ita demum, si post uenditionem traditionemq; factus sit. Cæterùm non pertinet ad hoc iudicium, quod antè factum est. *Tertia exceptio est: Nisi res uendita idem damnum passura fuisset, etiamsi non uenisset. Hæc exceptio approbatur d.l.25.§.Pedius ait, his uerbis:* Pedius ait, æquum fuisse id duntaxat imputari emptori ex facto procuratoris & familiæ, quod non fuisset passurus seruus, nisi ei uenisset. Quod autem passurus erat, etiamsi non uenisset: in eo concedi emptori serui sui noxæ deditionem: & ex eo (inquit) quod procurator commisit, solùm actionum præstandarum necessitatem ei iniungi. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi emptor seruum, cuius dolo uel culpa res deterior facta est, noxæ non dederit, uel actionem aduersus procuratorem cesserit. Hæc replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* In eo concedi, &c. *Quarta exceptio est: Nisi emptor seruum, cuius dolo uel culpa res deterior est facta, noxæ dedat. Hæc exceptio approbatur quidem in casu iam proposito, regulariter autem reprobatur d.l.25.§. sed notandum, his uerbis:* Notandum est, quòd non permittitur emptori ex huiusmodi causis noxæ dedere seruum suum: nec enim factum seruorum suorum, itemque procuratoris præstat.

*Quinta exceptio est: Nisi culpa, non dolo emptoris res deterior sit facta. Hæc exceptio reprobatur d.§. Pedius. ibi: quid ergo, his uerbis:* Quid ergo, si culpa, non etiam dolo emptoris deterior factus sit? æquè condemnabitur. *Sexta exceptio uidetur: Nisi non corpore, sed animo saltem seruus redhibitus deterior sit factus. Et hæc exceptio reprobatur ibidem, his uerbis:* Hoc quòd deterior seruus factus sit, non solùm ad corpus, sed etiam ad animi uicia referendum est: utputa si imitatione conseruorum apud emptorem talis factus est: aleator fortè, uel uinarius, uel erroneus. *Septima exceptio est: Nisi id quòd deterior res facta est, non specialiter à uenditore in iudicium sit deductum. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur d.l.25.§. item sciendum. cuius uerba uide s. reg.2. except.6. Octaua exceptio est: Nisi res interierit. Hæc exceptio distinguitur j.reg.prox.*

V. *Regula: Si res empta redhibenda culpa emptoris, familiæ procuratorisúe eius perijt: omnia ab emptore præstanda, quæ præstarentur, si res non perijsset. Quæ regula approbatur l.31.§. si mancipium. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Si mancipium quod redhiberi oporteret, mortuum erit: hoc quæretur, nunquid culpa emptoris, uel familiæ eius, uel procuratoris homo demortuus sit. Nam si culpa eius decessit, pro uiuo habendus est: & præstantur omnia, quæ præstarentur, si uiueret. *Declaratur regula proposita definitione culpæ d. l. 31. §. culpam, his uerbis:* Culpam omnem accipiemus, non utique latam. Propter quod dicendum est, quamcunque occasionem mortis emptor præstitit, debere eum teneri: etiam si non adhibuit medicum, ut sanari possit: uel malum adhibuit, sed culpa sua. Sed hoc dicemus, si ante iudicium acceptum decessit. Cæterùm si post iudicium acceptum decessisse proponatur, tunc in arbitrium iudicis ueniet, qualiter mortuus sit. Vt enim & Pedio uidetur, quæcunque post litem contestatam contingunt, ea arbitrium iudicis desiderant. *Ait Iurisconsultus:* Sed hoc dicemus, si ante iudicium. *De hoc uide s. reg.2. exception.6. Planè propositæ regulæ exceptiones uide s. regul. proxima.*

V I. *Regula: Emptor rem redhibitam, à se alij pignori obligatam, tenetur liberare. Quæ regula approbatur l.43. §. pignus. ff. de ædilitio edicto. cuius uerba uide s. lib. 40. cap.5. causa 81. distinction.8.*

V I I. *Regula, De cautionibus ab emptore præstandis, & primùm de dolo malo, proponitur l.21. §. 1. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Cùm redditur ab emptore mancipium uenditori, de dolo malo promitti oportere ei, Pomponius ait. Et ideo cautiones necessarias esse, ne

eſſe, ne fortè aut pignori datus ſit ſeruus ab emptore, aut iuſſu eius damnum alicui datum furtumúe factum ſit. Altera cautio, de eo quod ex actiõe rei emptæ nomine inſtituta emptor perceperit reſtituendo, proponitur d. l. 21. §. idem Pomponius. cuius uerba cum concordantib. uide ∵. cap. prox. quæſt. 6. reg. 8. Tertia cautio, de ſeruo qui in fuga eſt, ſi in poteſtatem emptoris redactus fuerit, reſtituendo, proponitur d. l. 21. §. fin. cum lege ſequente, his uerbis: Si in fuga homo eſt ſine culpa emptoris, & nihilominus condemnatur uenditor: tum eum cauere oportet, ut emptor perſequatur, & in ſua poteſtate redactum uenditori reddat. Et neque per ſe neque per hæredem ſuum futurum, quo minus eum hominem uẽditor habeat. Quarta cautio, de eo, ſeruum redhibitum furtis noxisq; ſolutum eſſe, proponitur l. 46. ff. de ædilitio edicto. cuius uerba uide ∵. reg. 4. except. 1. Hactenus cauſæ ex quibus re redhibita uenditori aduerſus emptorem competat actio, expoſitæ ſunt. Pro qua autem parte uel uni ex pluribus, uel aduerſus unum ex pluribus competat, uide ∵. cap. proxim. quæſt. 4. reg. 3. item quæſt. 5. reg. 4. Quæ autem competat actio, definitur ∴. regula proxima.

VIII. Regula: Ex cauſis hactenus enumeratis, ſi res ſine iudice redhibita ſit, uenditori aduerſus emptorem ex uendito competit actio. Quæ regula approbatur l. 23. in prin. ibi: quòd ſi ſine. ff. de ædilitio edicto, his uerbis: Quòd ſi ſine iudice homo redhibitus ſit, reliqua autem quæ diximus, nolit emptor reddere: ſufficiat uenditori ex uendito actio.

IX. Regula: Emptori contra uenditorem re redhibita, in factum competit actio. Quæ regula cùm dictæ actionis natura approbatur atque deſcribitur l. 31. §. in factum, cum ſequentibus. ff. de ædilitio edicto. cuius uerba uide ∵. cap. prox. quæſt. 6. reg. 2. except. 1 & 2.

X. Regula: Si emptor in fraudem creditorum rem redhibuit, uenditor creditoribus tenetur. Quæ regula approbatur l. 43. §. ſi quis cùm. ff. de ædilitio edicto, his uerbis: Si quis cùm conſilium iniiſſet fraudandorum creditorum, redhibuerit, non redhibiturus aliàs, niſi uellet eos fraudare: tenetur creditoribus propter mancipium uenditor.

XI. Regula: Re redhibita, pignus nihilominus ab emptore datum, obligatum manet. Quæ regula approbatur d. l. 43. §. pignus. cuius uerba uide ∵. lib. 40. cap. 1. cauſa 21. diſtinct. 8.

XII. Regula: Fundo redhibito, exactio uectigalis aduerſus emptorem ceſſat. Quæ regula approbatur l. 49. in fine. ff. de ædilitio edicto. cuius uerba uide ∵. cap. proxim. quæſt 3. except. general. 1. Hactenus de actione redhibitoria.

## DE ACTIONE AESTImatoria Quanto minoris. Cap. VI.

### I. CAVSAE HVIVS Actionis cum ſuis exceptionibus.

Ex iiſdem cauſis actio propoſita competit, e quib. procedẽs redhibitoria. Quæ regula approbatur per ea quæ propoſita ſunt ∵. cap. 4. quæſt. 9 reg. 7. Cuius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi ſemel actum ſit. Quæ exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 31. §. ſi quis egerit. ff. de ædilitio edicto, his uerbis: Si quis egerit Quanto minoris propter ſerui fugam; deinde agat propter morbum: quanti fieri condemnatio debeat? Et quidem ſæpius agi poſſe quanto minoris, dubium non eſt. Sed ait Iulianus; id agendum eſſe, ne lucrum emptor faciat, & bis eiuſdem rei æſtimationem conſequatur. Concordat l. 32. ibi: egit (inquit) ff. de euictione. cuius uerba uide ∴. quæſt. proxim. reg. 4. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi ex alia cauſſa agatur; quàm actum eſt prius. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce: Et quidem ſæpius, &c. Altera replicatio eſt: Niſi antea redhibitoria agens, ſex menſium præſcriptione ſit excluſus. Quæ replicatio approbatur l. 48. §. non nocebit. ff. de ædilitio edicto. Altera exceptio eſt: Niſi cùm aduerſus plures actio competeret, uni pars redhibita ſit, cum altero æſtimatoria agatur. Hæc exceptio reprobatur l. 31. §. ſi uenditori. ibi: ſi tamen partes. ff. de ædilitio edicto. cuius uerba uide ∵. cap. 4. quæſt. 5. reg. 4. De reliquis exceptionibus, & cauſis huius actionis ſpecialibus, uide ∵. cap. 1. & cap. 4.

### II. QVID VENIAT IN actione æſtimatoria?

I. Regula: Vt reſtituatur ex precio quanto minoris emptor emiſſet, ſi rei conditionem uel uicium ſciuiſſet. Hæc regula approbatur l. 61. ff. de ædilitio edicto. cuius uerba uide ∵. cap. 2. reg. 11. except. 1.

II. Regula: Venit etiam in hanc actionem, ut res redhibeatur. Quæ regula approbatur l. 25. §. 1. ibi: nam poſterior. ff. de except. rei iudicatæ. cuius uerba uide ∵. cap. 4. quæſt. 9. reg. 7. Concordat l. 43. §. aliquando. ff. de ædilitio edicto. cuius uerba uide ∵. cap. 4. quæſt. 3. except. 25. repl. 2.

III. Regula: Si plures res ſimul emptæ ſunt, tam unicioſæ, quàm non uicioſæ rei æſtimatio eſt facienda: Quæ regula approbatur l. 38. §. ſi fortè. ff. de ædilitio edicto, his uerbis: Si fortè iugum mularum ſit, quarum altera uicioſa ſit: non ex precio tantùm uicioſæ, ſed ex utriuſque erit componendum, quanto minoris ſit. Cùm enim uno precio utræq; uenierint; non eſt

non est separandum precium: sed quanto minoris, cum ueniret, ntrunque fuit, non alterum quod erat uiciosum. *Concordat l. 64. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Labeo scribit, si uno precio plures seruos emisti, & de uno agere uelis: æstimationem seruorum perinde fieri debere, atque fieret in æstimatione bonitatis agri, cùm ob euictam partem fundi ageretur. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi res uiciosa separatim fuerit uendita, preciumq; eius separatum. Hæc exceptio approbatur l. 36. ff. de ædilitio edicto. cuius uerba uide s. cap. 4. quæst. 6. except. 3.*

III I. Regula: *Si eiusdem rei nomine sæpius Quanto minoris agatur ex diuersis causis, quanti æstimatio facienda, definitur l. 31. §. si quis egerit. ff. de ædilitio edicto. cuius uerba uide s. quæst. prox. except. 1. Concordat l. 32. ibi: egit (inquit) ff. de euictione, his uerbis:* Quia dicitur, quoties plures res in stipnlationem deducuntur, plures esse stipulationes: an & in duplæ stipulatione hoc idem sit, uideamus? puta cùm quis stipulatur, fugitiuum non esse, furem non esse, erronem non esse, & cætera quoque quæ ex edicto ædilium curulium promittuntur: utrum una stipulatio sit, an plures? Et ratio facit, ut plures sint. Ergo & illud procedit, quod Iulianus libro XX. Digestor. scribit: Egit (inquit) quanto minoris propter fugam serui, deinde agit propter morbum. Id agendum est (inquit) ne lucrum faciat emptor, & bis eiusdem uicij æstimationem consequatur. Fingamus emptum decem, minoris autem empturum fuisse duobns, &c.

III I. QVAMDIV COMPETIT actio proposita?

*Intra annum competit. Quæ regula approbatur uerbis edicti l. 38. in prin. ibi: uel quanto minoris. ff. de ædilitio edicto. cuius uerba uide s. cap. 4. quæst. 3. causa 6. Concordat l. 19. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. cap. 4. quæst. 7. reg. 2. in prin. Item concordat l. 2. in fine. C. de ædilitijs actionib. cuius uerba uide d. reg. 2. except. 4.*

IIII. *Ad fine remedium est actio redhibitoria. Quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt s. cap. 4. quæst. 9. reg. 7.*

## *DE ACTIONE EX EMPTO, re aliena uendita & euicta: item de actione duplæ ex stipulatu ob euictionem, nec non & ex alijs causis.*

### *Cap. VII.*

### I. CAVSAE HVIVS ACTIOnis, cum suis exceptionibus.

PRima causa: *Si aliena res uendita sit. Hæc causa approbatur l. 11. §. deniq;, in fine. ff. de action. empti, his uerbis:* Qui alienum sciens uendidit, dolo non caret. Et ideo empti iudicio tenebitur. *Huius causæ exceptiones uide j. inter except. generales.*

II. Causa: *Si quis per fundum alienum uel communem uendiderit seruitutem. Hæc causa approbatur l. 10. ff. de euictione, his uerbis:* Si quis per fundum quem cum alio communem habet, quasi solus eius dominus esset, ius eundi agendi mihi uendiderit, & cesserit: tenebitur mihi euictionis nomine, cæteris non cedentibus. *Concordat l. 46. §. si per alienum. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. lib. 25. cap. 2. except. 16. repl. 4.*

III. Causa: *Si quis liberum hominem pro seruo uendidit. Hæc causa approbatur l. 39. §. pater. ff. de euictione, his uerbis:* Pater sciens filiũ suum quem in potestate habebat, ignoranti emptori uendidit: quæsitum est, an euictionis nomine tenestur? Iulianus respondit, qui liberum hominem sciens uel ignorans tanquam seruum uendit: euictionis nomine tenetur. Quare etiam pater, si filium suum tanquam serunm uendiderit, euictionis nomine obligatur. *Concordat l. 4. ibi: uenditio quidem. ff. quib. ad libert. proclam. non lic. cuius uerba uide s. lib. 19. cap. 8. except. 25.*

IIII. Causa: *Si quis statuliberum dissimulata eius conditione uendiderit. Hæc causa approbatur d. l. 39. §. qui statuliberum, his uerbis:* Qui statuliberum tradit, nisi dixerit eum statuliberum esse, euictionis nomine perpetuò obligatur. *Concordat l. 51. §. 1 ff. eod. tt. his uerbis:* Si Titius Stichum post mortem suam liberũ esse iussum uendiderit, mortuo deinde eo, Stichus ad libertatem peruenerit: an stipulatio de euictione interposita teneat? Et ait Iulianus, committi stipulationem. Quamnis enim Titio hoc casu denunciari pro euictione non potuisset, hæredi tamen eius denunciari potuisse. *Concordat item l. 2. §. fin. ff. de doli mali exceptione. cuius uerba uide j. exception. proxima. Concordant item ea quæ proposita sunt s. lib. eod. cap. 1. quæstion. 1. causa 21. Planè huius causæ exceptio hæc est: Nisi emptor id quod conditionis implendæ causa à statulibero accepit, uenditori non restituat. Quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur d. l. 2. §. fin. his uerbis:* Quæritur, si statuliberum mercatus quis fuerit iussum decem dare, cùm hoc ignoraret, & duplam stipulatus fuerit, deinde decem acceperit: euicto enim eo in libertatem, agere ex duplæ stipulatione potest. Sed nisi decem, quæ implendæ conditionis causa accepit, deduxerit: exceptione submouendus erit. Et hæc

ita

ita Iulianus quoque scribit. Si tameo ex re emptoris, uel ex peculio quod ad emptorem pertinebat, pecuniá dederit statuliber: potest dici, exceptionem non nocere, quia dolo non fecerit.

V. *Causa: Si nomen quod emptum est, non sit soluendo. Hæc causa reprobatur l.74. §. fin. ff. de euictione. cuius uerba uide s. lib. prox. cap. 6. quæst. 1. causa 2.*

V I. *Causa: Si res empta alij pignori fuit obligata. Hæc causa approbatur l.22. C. de euictionib. his uerbis:* Cùm tibi liberum uenundatum ab auctore fundum proponas, si ex antecedente obligatione, quod debebatur, iure soluisti: stipulatiooem quam subiectam emptioni de indemnitate proponis, ipsius conceprio commissam manifestè declarat.

V I I. *Causa: Si res empta penitus sit euicta. Hæc causa approbatur l.16. §. 1. ff. de euictione, his uerbis:* Duplæ stipulatio committi dicitur tunc; cum res restituta est petitori, uel dãnatus est in litis æstimationem, uel possessor ab emptore cooueutus absolutus est. *Exceptiones huius causæ uide j. inter except. generales.*

V I I I. *Caussa: Si cùm emptor rem emptã, nondum autem traditam sibi uendidisset, & ab emptore suo conuentus fuerit condemnatus, quia non tradidit. Hæc caussa approbatur l.33. ff. d. tt. his uerbis:* Si seruum emero, & eudem uendidero, deiode emptori ob hoc fuero condemnatus, quia tradere non potoi euictum: cõmittitur duplæ stipulatio.

I X. *Causa: Si emptor à possessore rem petens succubuerit. Hæc causa approbatur uerbis d.l.16. iam propositis hisce:* Vel possessor ab emptore coouentus absolutos est. *Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi ob exceptionem ex persona ipsius emptoris obiectam succubuerit. Hæc exceptio approbatur l.27. cum lege sequente. ff. de euictione, his uerbis:* Hoc iure utimur, ut si exceptionea ex persona emptoris obiectæ obstant: uenditor ei non teneatur. Si uerò ad personam uenditoris respiciant, contrà. Certè nec ex empto, néc ex stipularione duplæ, nec simplæ actio competit emptori, si exceprio ex facto ipsins oppósita obstiterir. Sed si ex utriusq; persona, & auctoris & emptoris, exceptiones obijciaotur, intererit propter quam exceptionem iudex contrà indicauerit: & sic aut committetur, aut non committetur stipulario. *Altera exceptio est: Nisi emptor seruitutem prædio empto petens succubuerit. Quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 75. §. si uerò emptor. ff. de euictione, his uerbis:* Si emptor petat uiam uel actum: Q. Murius & Sabinus existimant, uenditorem teneri non posse: nisi nominatim dixerit, accessurum iter uel actũ. tunc enim teneri eum qui ita dixerit. Et uera est Quiuti Mutij senteotia: ut qui optimum maximumq; fuodũ tradidit, liberum præstet: non etiã deberi aliâs seruitutem, nisi hoc specialiter ab eo expressum sit. *Concordat l.66. in prin. ff. de contrah. empt. cuius uerba uide s. lib. eod. cap. 2. reg. 43. Tertia exceptio est: Nisi in una actione uictus emptor habeat adhuc aliam. Quæ exceptio approbatur exẽplo l. 39. §. si seruus tuus. ff. de euictione, his uerbis:* Si seruus tuus emerit hominem, & eundem uendiderit Titio, eiusq; nomine duplam promiserit, & tu à uẽditore serui stipulatus fueris: si Titius seruum petierit, & ideo uictus sit, quòd seruus tuus in tradẽdo sine uoluotate tua proprietatem hominis transferre nõ potuit: superetit Publiciana actio, & propter hoc duplæ stipulatio ei non committetur. Quare uenditor quoq;, &c. *Quartam exceptionem uide j. except. general. 32.*

## Exceptiones præcedentium causarum generales.

*Hactenus causæ actionis ex stipulatu de dupla. Sed & plures eius causas uide s. cap. 1. & cap. 4. Planè istarum causarum, præsertim euictionis, exceptiones generales hæ sunt.*

I. EXCEPTIO: *Nisi stipulatio interposita nõ sit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur d. l. 66. in prin. Distinguitur item l.6. C. de euictionibus. cuius uerba uide j. quæst. 7. reg. 1. in princip.*

II. EXCEPTIO: *Nisi in alia quàm emptionis causa interposita sit stipulatio. Hæc exceptio reprobatur l. 52. ff. de euictione, his uerbis:* Sciendum est, nihil interesse, ex qua causa duplæ stipulatio fuerit interposita: utrum ex causa emptionis, an ex alia, ut committi posfit.

III. EXCEPTIO: *Nisi res nondum sit euicta. Hæc exceptio approbatur l. 3. C. de euictionibus, his uerbis:* Qui rem emit, & pòst possidet: quamdiu euicta non est, auctorem suum propterea, quòd res aliena uel obligata dicatur, conueniri non potest. *Concordat l.24. ff eod. tt. cuius uerba uide j. exc. 15. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi uenditor sciens rem alienã uendidit. Quæ replicatio approbatur l.30. §. fin. ff. de action. empti, his uerbis:* Si sciens alienã rem mihi ignoranti uendideris, etiam priusquã euincatur, utiliter me ex empto acturũ, Africaous putauit, in id quanti mea intersit meam esse factam. Quamuis enim alioquin uerum sit, uẽditorem hactenus teneri, ut rem emptori habere liceat, nõ etiam ut eius faciat: quia tamen dolum malum abesse præstare debeat,

beat, teneri eum qui sciens alienam, non suam, ignoranti uendiderit. Idem maximè si manumissuro, uel pignori datuto uendiderit. *Altera replicatio uidetur: Nisi lis de re mota fit. Hæc replicatio reprobatur l.74. §. mota. ff. de euictione, his uerbis:* Mora quæstione interim non ad precium restituendum, sed ad rem defendendam uenditor conueniri potest. *Concordat l. 18. C. de euictionibus, his uerbis:* Si status super homine tibi uenundato mota quæstio est, solennibus quæ iuris admittit ratio, interpositis: si secundum libertatem lata fuerit sententia, poteris de euictione eius, si conditionem nesciens comparasti, sine aliqua dubitatione auctorem, uel eius fideiussores, hæredesue eorū cōuenire. Quòd si fuisse seruum sententia declarauerit, intelligis ad uenditorem te reuerti nō posse. *Tertia replicatio est: Nisi conuenerit, ut quæstione mota precium restitueretur. Hæc replicatio approbatur l.12. C. eod. tt. his uerbis:* Siue in libertatem euictus est seruus, quem mercatus es: siue cùm comparares conuenit, ut si qua quæstio eius nomine relata esset, etsi nec dum euictus esset, tu precium reciperes: Præses prouinciæ quod tibi præstandum animaduerterit, restitui iubebit.

IIII. EXCEPTIO: *Nisi ex alia quàm emptionis causa res euicta tradita fit. Hæc exceptio reprobatur §. except.2. Exemplum eius proponitur in permutatione l. 29. C. de euictionib. his uerbis:* Si permutationis gratia prędia curatoribus quondā fratris tui mater tua dedit: ijs quę in eorum uicem accepit, postea quam ad defensionem fuerit denunciatum, uel cum eorum non haberet facultatem, euictis: quanti interest eos conueniri posse, rationis est. *Concordat l. 1. §. unde si ea res. ff. de rerum permutatione. cuius uerba uide §. lib. prox. cap. 10. quæst. 2. reg. 1. Concordat item l. 1. C. de rerum permutatione. cuius uerba uide d. cap. 10. quæst. 3. causa 3. Aliud exemplum proponitur l. 4. C. de euictionibus, his uerbis:* Si prædium tibi pro soluto datum est, quod alijs creditoribus fuerat obligatum: causa pignoris mutata non est. Igitur si hoc iure fuerit euictum, utilis actio tibi contra debitorem competit. Nam huiusmodi contractus uicem uenditionis obtinet. *Concordat l. 24. in prin. ff. de pignor. action. cuius uerba uide §. lib. 40. cap. 10. quæst. 2. causa 5. Aliud exemplum proponitur l. 7. C. communia utriusq; iudicij tam familiæ ercisc. his uerbis:* Si fratres uestri pro indiuiso commune prædium citra uestram uoluntatem obligauerunt, & hoc ad uos secundum pactum diuisionis, nulla pignoris facta mentione, peruenit: euictis partibus quæ ante diuisionem sociorum fuerunt, in quibus obligatio tātùm constitit: ex stipulatu si intercessit, alioquin quanti interest præscriptis uerbis contra fratres agere potestis. Nam si fundi scientes obligationem dominium suscepistis, rātùm euictionia promissionē solennitate uerborum uel pacto ꝓmissam ꝓbantes, eos cōueniendi facultatem habebitis. *Concordat l. 66. §. fin. ff. de euictione. cuius uerba uide §. quæst. 3. reg. 1. except. 1. Planè admittitur exceptio proposita in duob. casibus, de quibus §. in exceptionib. prox.*

V. EXCEPTIO: *Nisi res euicta ex causa donationis fuerit tradita. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 18. §. fin. ff. de donationib. cuius uerba uide §. lib. 35. cap. 1. quæst. 5. reg. 1. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi donator sciens rem alienam donauerit. Quæ replicatio approbatur d. §. fin. Altera replicatio est: Nisi donator donatario de euictione cauit. Hæc replicatio approbatur l. 2. C. de euictionib. his uerbis:* Quoniam aus tuus, cùm prædia tibi donaret, de euictione eorum cauit: potes aduersus cohæredes tuos ex causa stipulationis consistere ob euictionem prædiorum, pro portione scilicet hæreditaria. Nudo autem pacto interueniente, minimè donatorem teneri hac actione certum est. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi nudo tantùm pacto de euictione donatario sit cautum. Quæ duplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Nudo autem pacto, &c.

VI. EXCEPTIO: *Nisi res euicta ex causa legati fuerit tradita. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur §. lib. 32. cap. 2. reg. 4. Concordat l. 40. in fine. ff. de euictione. cuius uerba uide §. except. 27.*

VII. EXCEPTIO: *Nisi creditor pignus uendiderit. Quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur §. lib. 40. cap. 7. quæst. 6. reg. 2.*

VIII. EXCEPTIO: *Nisi emptio inutilis sit. Hæc exceptio approbatur exemplo l. 2. §. si à furioso. ff. pro emptore. cuius uerba uide §. libro 22.*

IX. EXCEPTIO: *Nisi in alea res uendita sit. Hæc exceptio approbatur l. 2. §. 1. ff. quarum rerum actio non datur, his uerbis:* Si in alea rem uendam, ut ludam, & euicta re conueniar: exceptione submouebitur emptor.

X. EXCEPTIO: *Nisi missilium nomine emptio facta est. Hæc exceptio approbatur l. 8. §. fin. ff. de contrah. empt. cuius uerba uide §. lib. prox. cap. 3. except. 11. repl. 2.*

XI. EXCEPTIO: *Nisi duabus rebus quinis emptis, & altera euicta, altera quæ apud emptorem remanet, decem æstimetur. Hæc exceptio reprobatur l. 47. ff. de euictione, his uerbis:* Africanus ait, Si duos seruos quinis à te emā, & eo-

& eorum alter euincatur: nihil dubij fore, quin rectè eo nomine ex empto acturus sim: quàuis alter decē dignus sit. nec referre separatim singulos, an simul utrunque emerim. *Concordat l. 42. ff. de action. empti. cuius uerba uide s. cap. 1. causa 24. exc. 2.*

XII. EXCEPTIO: *Nisi emptor sciuit rem alienam esse. Hæc exceptio approbatur l. 27. C. de euictionibus, his uerbis:* Si fundum sciens alienum uel obligatum comparauit Athenocles, nec quidquam de euictione conuenit: quod eo nomine dedit, contra iuris poscit rationem. Nam si ignorans, desiderio tuo iuris forma negantis hoc reddi testagatur. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi emptor de euictione sit stipulatus. Quæ replicatio approbatur uerbis iam dictis hisce:* Nec quidquam de euictione cōuenit. *Concordat l. 7. §. fin. C. communia utriusque iudicij, tam familiæ. cuius uerba uide s. except. 4. Item concordat l. 4. §. item Labeo. ff. de doli mali except. cuius uerba uide s. cap. 1. except. gener. 2. repl. 2.*

XIII. EXCEPTIO: *Nisi uenditor indicauit in uenditione rem alienam esse, uel euinci posse. Quæ exceptio approbatur ratione exceptionis proximè præcedentis. Concordat l. 69. in prin. ff. de euictione, his uerbis:* Qui libertatis causam excepit in uenditione, siue iam tunc cùm traderetur, liber homo fuerit: siue conditione quæ in testamento proposita fuit, impleta, ad libertatem peruenerit: non tenebitur euictionis nomine. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi in indicando uenditor est mentitus. Hæc replicatio approbatur exemplo l. 62. §. fin. ff. de euictione, his uerbis:* Si fundum, in quo usufructus Titio relictus erat quoad uiueret, detracto usufructu ignoranti mihi uendideris, donec Titius capite deminutus fuerit: & aget Titius ius sibi esse utendi fruendi: competit mihi aduersus te ex stipulatione de euictione actio. Quippe si uerum fuisset, quod mihi dixeras in uenditione: rectè negarem Titio ius esse utendi fruendi. *Aliud exemplum proponitur l. 69. §. fin. ff. eod. tit. his uerbis:* Qui seruum nondum tradit, & dicit usumfructum Seij in eo esse, cùm ad Semproniū pertineat: Sempronio usumfructum petente, perinde tenetur, ac si in tradēdo dixisset, usufructus nomine aduersus Seium non teneri. At si rouera Seij usufructus fuit, legatus autē ita, ut cùm ad Seium pertinere desijsset, Sempronij esset: Sempronio usumfructum petente, tenebitur: Seio agente, rectè defugiet. *Alia exempla proponuntur l. 69. §. 1. ff. de euictione, his uerbis:* Qui in tradendo statuliberum dicit, intelligitur hanc speciem duntaxat libertatis excipere, quæ ex testamēto impleta conditione ex præterito possit obtingere. Et ideo si præsens testamento libertas data fuerit, & uenditor statuliberum pronunciauerit: euictionis nomine tenetur. Rursus qui statuliberum tradit, si certam conditionem pronunciauerit, sub qua dicit ei libertatem datam: deteriorem conditionem suam fecisse existimabitur: quia non omnem causam statulibertatis, sed eam duntaxat, quam pronunciauit, excepisse uidetur. ueluti si hominem dixerit decem dare iussum, isq; post annum ad libertatem peruenerit: quia hoc modo libertas data fuerat, Stichus post annum liber esto: euictionis obligatione tenebitur. Quid ergo, si iussum decem dare pronunciat uiginti dare debere: non'ne mentitur in conditione? Verum est, hunc quoq; in conditione mentiri. Et ideo quidam existimauerunt, hoc quoque casu euictionis stipulationem contrahi. Sed authoritas Seruij præualuit, existimantis hoc casu ex empto actionem esse: uidelicet quia putabat, eum qui pronunciasset seruum uiginti dare iussum, cōditionem excepisse, quæ esset in dando. *Aliud exemplum proponitur & distinguitur d. l. 69. §. seruus, his uerbis:* Seruus rationib. redditis liber esse iussus est: hunc hæres tradidit, & dixit centum dare iussum. Si nulla reliqua sunt, quæ seruus dare debeat, & per hoc adita hæreditate liber factus est: obligatio euictionis cōtrahitur eo quòd liber homo tanquam statuliber traditur. Si centum in reliquis habet, potest hæres uideri non esse mentitus: quoniam rationes reddere iussus, intelligitur summam pecuniæ, quæ ex reliquis colligitur, iussus dare. Cui cōsequens est, ut si minus quàm centum in reliquis habuerit (ueluti sola quinquaginta) & cū eam pecuniā dederit, ad libertatē peruenerit: de reliquis quinquaginta actio ex empto cōpetat. *Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi uēditor statuliberū decē dare iussum, dixerit uiginti dare iussū esse. hoc enim casu nō duplæ stipulatio committitur, sed empti actio in id quod uiginti deest. Quæ duplicatio approbatur uerbis paulo superius propositis hisce:* Quid ergo, si iussum decē dare pronunciat uiginti dare debere, &c. *Concordat d. §. seruus, uerbis iam propositis hisce:* Cui consequens est, &c. *Concordat item l. 54. §. si hæres. ff. eod. tit. cuius uerba uide J. repl. prox. Item concordat l. 42. §. similis. ff. de action. empti. cuius uerba uide s. cap. 1. causa 24. except. 2. Altera propositæ replicationis duplicatio est: Nisi rationibus redditis liberum esse iussum, uenditor dixerit cētum dare iussum: & centum in reliquis sint. Quæ duplicatio approbatur*

*uerbis d. §. seruus, iam propositis hisce:* Si centum in reliquis habet, &c. *Tertia duplicatio est: Nisi cum sub alia cōditione dixisset uenditor seruum liberum esse iussum, conditio ista prior extiterit, quàm uera conditio. Hæc duplicatio approbatur l. 46. §. cùm tibi. ff. de euictione, his uerbis:* Cùm tibi Stichum uenderem, dixi eum statuliberum esse, sub hac cōditione manumissum, Si nauis ex Asia uenerit: is autem, Si Titius consul factus fuerit: manumissus erat. Quærebatur, si prius nauis ex Asia uenerit, ac pòst Titius consul fiat, atque ita in libertatem euictus sit: an euictionis nomine teneatur? Africanus respondit, non teneri eum. Etenim dolo malo emptorem facere, cùm prius extiterit ea conditio, quàm euictionis nomine exoluerit. *Quarta duplicatio est: Nisi post biennium liberum esse iussum, uenditor dixerit post annum liberum fore. Hæc duplicatio approbatur d. l. 46. §. fin. his uerbis:* Si post annum liberum fore dixi, qui post biennium libertatem acceperat, & post biennium in libertatem euincatur: uel decem dare iussum, dixerim quinque, & is decem datis ad libertatem peruenerit: magis est ut his quoque casibus non teneatur. *Quinta duplicatio est: Nisi decem dare iussum, uenditor dixerit quinque dare iussum, & liber esse. Hæc duplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Vel decem dare iussum, dixerim quinque, &c. *Hæc de prima propositæ exceptionis replicatione, eiusq; duplicationibus sint dicta. Altera replicatio est: Nisi cùm dixisset statuliberum sub conditione dandorum decem, non adiecerit cui decem danda essent. Hæc replicatio approbatur l. 54. §. si hæres. ff. de euictione, his uerbis:* Si hæres statuliberum, qui sub conditione pecuniæ dandæ liber esse iussus est, uendiderit, & maiorem pecuniam in conditione esse dixerit, quàm dare ei iussus est: ex empto tenetur, si modò talis est conditio, ut ad emptorem transiret: id est, si hæredi dare iussus est seruus. Nam si alij dare iussus est, quamuis ueram pecuniæ quantitatem dixerit: tamen si non admonuerit alij dare iussum, euictionis nomine tenebitur. *Tertia replicatio est: Nisi uenditor, cùm indicasset statuliberum esse seruum, conditionem non adiecit. Hæc replicatio reprobatur l. 69. §. sed etsi quis. ff. de euictione. cuius uerba uide s. cap. 1. causa 21. Quarta replicatio est: Nisi cùm dixisset uenditor seruitutem fundum debere, speciem seruitutis non expreßit. Et hæc replicatio reprobatur d. §. sed etsi quis. ibi: sic & qui fundum. Hæc de decimatertia exceptione.*

XIIII. EXCEPTIO: *Nisi conuenerit ne quid euictionis nomine præstetur. Hæc exceptio approbatur l. 68. in prin. ff. de euictione. cuius uerba uide s. lib. 40. cap. 7. quæst. 6. reg. 2. except. 5. repl. 1. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi uenditor sciens alienum, uel alij obligatum, ignoranti uendiderit. Quæ replicatio approbatur l. 6. §. fin. ff. de action. empti. his uerbis:* Si cùm uenditor sciens obligatum aut alienum uendidisset, adiectū sit, ne sit eo nomine quid præstaretur: æstimari oportet dolum malum eius quem semper abesse oportet in iudicio empti: eo quòd bonæ fidei sit. *Concordat l. 11. §. deniq;. ff. eod. tit. his uerbis:* Iulianus ad Minutium libro V. ait, si quis ea conditione seruum uendiderit, ut intra triginta dies duplam promitteret, postea ne quid præstaretur, & emptor hoc fieri intra diem non desiderauerit: ita demum non teneri uenditorem, si ignorans alienum uendidit. tunc enim hoc fieri, ut per ipsum & per hæredem eius emptorē habere liceret. Qui autem alienum sciens uendidit, dolo (inquit) non caret: & ideo empti iudicio tenebitur. *Cōcordat d. l. 11. §. fin. cuius uerba uide s. except. prox. Altera replicatio est: Nisi quoad precium emptori restituendum. Quæ replicatio approbatur d. l. 11. §. qui autem. ibi: ibidem ait. cuius uerba uide s. except. prox. Contradicit in casu, si creditor pignus uendidit, d. l. 68. in princip.*

XV. EXCEPTIO: *Nisi uenditor cauerit emptori, neq; per se neq; per suos hæredes fieri, quo minus ei habere liceat. hoc enim casu alio euincente, cessat euictionis actio. Quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur d. §. qui autem, his uerbis:* Qui habere licere promittens uēdidit, uideamus quid debeat præstare? Et multum interesse arbitror, utrum polliceatur per se uenientesque à se personas non fieri, quo minus habere liceat: an uerò per omnes. Nam si per se, non uidetur id præstare, ne alius euincat. Proinde si euicta res erit, siue stipulatio interposita est, ex stipulatu non tenebitur: siue non est interposita, ex empto non tenebitur. Sed Iulianus libro XV. Digestorum scribit, etiamsi apertè uenditor pronunciat, per se hæredemque suum non fieri, quo minus habere liceat: posse defendi, ex empto eum in hoc quidem non teneri, quod emptoris interest: ueruntamē ut precium reddat, teneri. Ibidem ait, idem esse dicendum, etsi apertè in uenditione comprehendatur, nihil euictionis nomine præstitum iri: precium quidem deberi re euicta, utilitatem nō deberi. neq; enim bonæ fidei contractum hanc pati conuentionem, ut emptor rem amitteret, & precium uenditor retineret: nisi fortè (inquit) si quis omnes istas suprascriptas cōuentiones reciperet, quemadmodū recipitur, ut

pitur, ut uenditor numos accipiat, quāuis merx ad emptorem non pertineat: ueluti cùm futurum iactum retis à piscatore emimus, aut indaginē plagis positis à uenatore, uel pantheram ab aucupe. Nam etiā si nihil capit, nihilominus emptor precium præstare necesse habebit. Sed in suprascriptis conuentionibus contrà erit dicendum, nisi fortè sciens alienum uendidit. tunc enim secundum suprà à nobis relatam Iuliani sententiam dicendum est, ex empto eū teneri: quia dolo facit. *Plura de stipulatione proposita, habere licere, uide* §. *lib. 33. cap. 11. specie tertia.*

XVI. EXCEPTIO: *Nisi res empta, postea euicta, emptori nondum fuerit tradita. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio prima hæc est: Nisi alij uoluntate emptoris res tradita sit. Quæ replicatio approbatur l. 61. ff. de euictione, his uerbis:* Si quod à te emi, & Titio uendidi, uoluntate mea tradideris: de euictione te mihi teneri, sicuti si acceptam rem tradidissem, placet. *Altera replicatio est: Nisi res tempore uenditionis apud emptorem fuerit. Quæ replicatio approbatur l. 62. in prin. ff. eod. tit. his uerbis:* Si rem quæ apud te esset, uendidissem tibi: quia pro tradita habetur, euictionis nomine me obligari placet.

XVII. EXCEPTIO: *Nisi cùm actione hypothecaria res uendita emptori esset euicta, uenditor debitum soluendo rem liberauerit. Hæc exceptio approbatur l. 35. ff. de euictione, his uerbis:* Euictus à creditore tunc uidetur, cùm ferè spes habendi abscissa est. Itaque si Seruiana actione euictus sit, committitur quidem stipulatio: sed quoniam soluta à debitore pecunia, potest seruum habere: si soluto pignore uenditor conueniatur, poterit uti doli exceptione.

XVIII. EXCEPTIO: *Nisi uenditor emptorem defendens, litis æstimationem soluerit euincenti. Hæc exceptio approbatur l. 21. §. 1. ff. d. tit. his uerbis:* Iulianus lib. XLIII. eleganter definit, duplæ stipulationem tunc cōmitti, quoties res ita amittitur, ut eam emptori habere non liceat propter ipsam euictionem. Et ideo ait, si emptor hominis, mota sibi controuersia, uenditorem dederit procuratorem, isq; uictus litis æstimationem sustulerit: stipulationem duplæ non committi. Quia nec mandati actionem procurator hic, idemque uenditor habeat, ut ab emptore litis æstimationem consequatur. Cùm igitur neq; corpus neque pecunia emptori absit: non oportet committi stipulationem. Quamuis si ipse accepto iudicio uictus esset, & litis æstimationem sustulisset: placet cōmitti stipulationem, ut ipse Iulianus eodem libro scripsit. Neque enim habere licere eum cuius precium (si quis non dedisset) ab aduersario auferretur. Propriè enim hunc ex secunda emptione, id est, ex litis æstimatione habere licet, non ex pristina.

XIX. EXCEPTIO: *Nisi uenditor emptori rem euictam postea offerat. Hæc exceptio reprobatur l. 76. ff. de euictione, his uerbis:* Emptori post euictionem serui quem dominus abduxit, uenditor eundem seruū post tempus offerendo, quo minus præstet quod emptoris interest, non rectè defenditur. *Planè admittitur exceptio proposita, si ultra rem etiam id quod emptoris interest, præstet. Quæ distinctio cùm ex iam dictis apparet, tum approbatur etiam l. 55. ff. de doli mali except. cuius uerba uide* §. *lib. 8. cap. 3. in fine.*

XX. EXCEPTIO: *Nisi res aliena uendita, postea emptoris ex causa lucratiua sit facta. Hæc exceptio reprobatur l. 13. §. si fundum. ff. action. empti, his uerbis:* Si fundum mihi alienum uēdideris, & hic ex causa lucratiua meus factus sit: nihilominus ex empto mihi aduersus te actio competit. *Planè admittitur exceptio proposita, quoad actionem duplæ ex stipulatu. De quo* §. *exceptionib. duab. proximis.*

XXI. EXCEPTIO: *Nisi is qui rem euicit, eam emptori, antequam abducat, donauerit, uel legauerit. Hæc exceptio approbatur l. 57. §. fin. ff. de euictione, his uerbis:* Habere licere rem uidetur emptori, etsi is qui emptorem in euictione rei uicerit, ante ablatam uel abductam rem sine successore decesserit, ita ut neque ad fiscum bona peruenire possint, neque priuatim à creditoribus distrahi. tunc enim nulla competit emptori ex stipulatu actio: quia rem ei habere licet. Quod cùm ita est, uideamus num etsi ab eo qui uicerit, donata legataue res fuerit emptori, æquè dicendum sit ex stipulatu actionē non nasci: scilicet si antequam abduceret uel auferret, donauerit aut legauerit: alioquin semel cōmissa stipulatio resolui non potest.

XXII. EXCEPTIO: *Nisi re aliena uendita, emptor domino rei hæres extiterit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 9. ff. de euictione, his uerbis:* Si uendideris mihi seruum Titij, deinde Titius me hæredem reliquerit: Sabinus ait, amissam actionem pro euictione: quoniam seruus non potest euinci. Sed ad ex empto actionem decurrendum est. *Concordat l. 41. §. item si domino. ff. eodem titul. his uerbis:* Si domino serui hæres extiterit emptor: quoniam euinci ei non potest, nec ipse sibi uidetur euincere: non committitur du-

plę stipulatio. His igitur casibus ex empto agendum erit.

XXIII. EXCEPTIO: *Nisi is qui rem euicit, fine hærede decesserit, ita ut res penes emptorem maneat. Hæc exceptio approbatur l. 57. in princip. ff. de euictione. cuius uerba uide 5. exceptione 21.*

XXIIII. EXCEPTIO: *Nisi re aliena uendita, emptor eam à domino redemerit, uel litis æstimationem soluerit. Hæc exceptio reprobatur l. 29. in princip. ff. de euictione, his uerbis:* Si rem quam mihi alienā uendideras, à domino redemerim: falsum esse quod Nerua respondisset, posse te à me precium cōsequi ex uendito agentem, quasi habere mihi rem liceret, Celsus filius aiebat: quia nec bonæ fidei conueniret, & ego ex alia causa rem haberem. *Concordat l. 21. §. 1. ibi: quamuis si ipse. ff. eod. tt. cuius uerba uide 5. except. 18. Concordat item l. 16. §. 1. ff. eod. tt. cuius uerba uide 5. eod. cap. causa 7. Contradicit quoad duple actionem ex stipulatu l. 66. §. si secundus. ff. eodem tt. cuius uerba uide 7. quæst. 4. reg. 6. except. 5. Planè exceptio proposita uidetur admitti, si non ipse emptor, sed emptoris tutor ex re sua litis æstimationem præstiterit. Sed & hæc distinctio reprobatur l. 22. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Si pro re pupilli, quam emit, litis æstimationem tutor non ex pecunia pupilli, sed ex suo præstiterit: stipulatio de euictione pupillo aduersus uenditorem committitur.

XXV. EXCEPTIO: *Nisi re aliena uendita, emptor eam usucepit, uel longissimi temporis præscriptione aduersus petentem defendi possit. Hæc exceptio approbatur l. 54. in prin. ff. de euictione, his uerbis:* Qui alienam rem uendidit, post longi temporis præscriptionem uel usucapionem desinit emptori de euictione teneri. *Concordat l. 19. C. eod. tt. his uerbis:* Si obligata prædia uenundedisti, & longi temporis præscriptione solita emptores se tueri possunt: euictionis periculum timere non potes. *Concordat item l. 2. in fine. C. de reb. alienis non alienandis. cuius uerba uide 5. lib. 21. cap. 4. causa 1. except. 1. in prin. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi dominus rei aduersus usucapionem uel præscriptionem in integrum sit restitutus. Quæ replicatio approbatur l. 66. §. si is qui. ff. de euictione, his uerbis:* Si is qui reipublicę causa abfuit, fundum petat: utilis possessori pro euictione competit actio. Item si priuatus à milite petat, eadē æquitas est emptori restituendæ pro euictione actionis.

XXVI. EXCEPTIO: *Nisi cùm emptor usucapere posset, non usucepit. Hæc exceptio approbatur l. 56. §. si cùm posset. ff. de euictione, his uerbis:* Si cùm posset usucapere emptor, non ceperit: culpa sua hoc fecisse uidetur. Unde si euictus est seruus, non tenetur uenditor.

XXVII. EXCEPTIO: *Nisi emptor uenditori, uel contrà uenditor emptori hæres extiterit. Hæc exceptio approbatur l. 41. in prin. ff. de euictione, his uerbis:* Si ei cui uendidi, & duplam promisi (cùm ipse eadem stipulatione mihi cauisset) hæres extiterim: euicto homine, nulla ex parte stipulatio committitur. Neque enim mihi euinci uidetur, cùm uendiderim eum: neque ei cui me promissorem præstiti. Quoniam parum commodè dicar ipse mihi duplam præstare debere. *Concordat l. 40. ff. eod. tt. his uerbis:* Si is qui satis à me de euictione accepit, fundum à me hærede legauerit, confestim fideiussores liberabuntur: quia etiamsi euictus fuerit ab eo cui legatus fuerat, nulla aduersus fideiussores actio est. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ei cui emptor rem alienauit, ea euincatur. Hæc replicatio reprobatur exemplo legatarij iam proposito. Altera replicatio est: Nisi pro parte tantùm alter alteri hæres extiterit. Hæc replicatio approbatur l. 2. C. de euictionib. cuius uerba uide 5. except. 5. repl. 2. Tertia replicatio est: Nisi contra auctorem uenditoris eiusq; fideiussores agatur. Hæc replicatio approbatur d. l. 41. §. si is qui, his uerbis:* Si is qui fundum emerit, & satis de euictione acceperit, eundem fundum uendiderit, & emptori suo hæres extiterit: uel ex contrario emptor uenditori hęres extiterit: an euicto fundo cum fideiussoribus agere possit, quæritur? Paulus. Existimo utroque casu fideiussores teneri, quoniam & cùm debitor creditori suo hæres extitit, actio quædam inter hæredem & hæreditatem proponitur: & intelligitur maior hæreditas ad debitorem peruenire, quasi soluta pecunia quam debebat hæreditati: & per hoc minus in bonis hęredis esse. Et ex cōtrario, cum creditor debitori suo hæres extitit, minus in hæreditate hæredi uidetur, tanquam ipsa hæreditas hæredi soluerit. Siue ergo is qui de euictione satis acceperat, emptori cui ipse uendiderat, siue emptor uenditori suo hæres extiterit: fideiussores tenebuntur. Et si ad eundem uenditoris & emptoris hæreditas reciderit, agi cum fideiussoribus poterit.

XXVIII. EXCEPTIO: *Nisi emptor seruum alienum uenditum manumiserit. Hæc exceptio approbatur l. 25. ff. de euictione, his uerbis:* Si seruum cuius nomine duplam stipulatus sis, manumiseris: nihil ex stipulatione consequi poteris: quia non euincitur, quo minus habere tibi liceat, quem ipse antè uoluntate tua perdideris. *Concordat*

*cordat l.47. ff. de ædilitio edicto. cuius uerba uide s. cap.4. quæst.3. except.19.* *Concordat item l.21. in fine. ff. de liberali causa. cuius uerba uide J. cap.8. quæst.1. except.8. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi quoad id, quòd emptor ius patronatus in manumisso amittit. Quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur l.26. ff. de euictione, his uerbis:* Sed hoc nomine, quòd libertum quis non habeat, ex uendito actionem haber, si scierit uenditor alienum se uendidisse. *Concordat l.43. & l.45. §. fin. ff. de action. empti. cuius utriusq; legis uerba uide s. lib.19. cap.10. quæst.6. reg.2. except.1.* *Concordat item l.10. §. fin. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. except.3. repl. 1.* *Altera replicatio est: Nisi ex causa fideicommissi emptor seruum manumisit. Hæc replicatio approbatur d. l.26. in fine, his uerbis:* Sed etsi ex causa fideicommissi emptor coactus fuerit eum manumittere, ex empto actionem habebit. *Tertia replicatio est: Nisi emptor aduersus manumissum in factum agat, quòd sciens se liberum pro seruo uenire passus sit. Hæc replicatio approbatur l.21. §. fin. ff. de liberali causa. cuius uerba uide J. cap.8. quæst.1. exc.8.*

XXIX. EXCEPTIO: *Nisi cùm emptor mancipium alienum ita emisset, ut si prostituisset, liberum esset: emptor id prostituerit. Hæc exceptio approbatur l. 34. in prin. ff. de euictione, his uerbis:* Si mancipiũ ita emeris, ne prostituatur, & cùm prostitutum fuisset, ut liberum esset: si contra legem uenditionis faciente te ad libertatem peruenerit, tu uideris quasi manumisisse. Et ideo nullum aduersus uenditorem habebis regressum.

XXX. EXCEPTIO: *Nisi emptor rem emptam pro derelicto habuerit. Hæc exceptio approbatur l. ult. ff. d. tt. his uerbis:* Si alienam rem mihi tradideris, & eandem pro derelicto habuero: amitti auctoritatem (id est, actionem pro euictione) placet.

XXXI. EXCEPTIO: *Nisi mortuus in loco uendito uoluntate emptoris sit sepultus. Hæc exceptio approbatur l.51. §. si quis locum. ff. de euictione, his uerbis:* Si quis locum uendiderit, & idem uenditor ab hęrede suo uoluntate emptoris in eo sepultus fuerit: actio de euictione intercidit. Hoc enim casu emptor proprietatem amittit.

XXXII. EXCEPTIO: *Nisi cùm emptor in re uendita retentionem quidem haberet, petitionem autem non haberet: sua culpa possessionem rei amiserit. Hæc exceptio approbatur l.29. §. 1. ff. de euictione, his uerbis:* Si duplæ stipulator ex possessore petitor factus & uictus sit, quam rem si possideret, retinere potuerit, petere autem utiliter nõ potuerit: uel ipso iure promissor duplæ tutus erit, uel certè doli mali exceptione se tueri poterit: sed ita, si culpa uel sponte duplæ stipulatoria possessio amissa fuerit.

XXXIII. EXCEPTIO: *Nisi res aliena uendita ante euictionem interierit. Hæc exceptio approbatur l.21. in prin. ff. de euictione, his uerbis:* Si seruus uenditus decesserit antequam euincatur, stipulatio non committitur: quia nemo eum euincit, sed fatum humanæ sortis. De dolo tamen poterit agi, si dolus intercesserit. *Concordat l.26. C. eod. tt. his uerbis:* Si quis tibi seruum uendidit, postquam is rebus humanis exemptus est (cùm euictionis periculum finitum sit) à te conueniri non potest. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi uenditor sciens alienam rem uendiderit. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* De dolo tamen poterit agi, si dolus intercesserit. *De qua re uide item s. except.3. repl.1.*

XXXIIII. EXCEPTIO: *Nisi seruo alieno uendito, is ab emptore fugerit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.21. §. idẽ Iulianus. ff. de euictione, his uerbis:* Iulianus scribit, si lite contestata fugerit homo culpa possessoris: damnandum quidem possessorem, sed non statim ad uenditorẽ eum regressurum, & ex duplæ stipulatione acturum: quia interim non propter euictionem, sed propter fugam ei hominem habere non licet. Planè (inquit) cùm adprehenderit possessionem fugitiui, tunc committi stipulationem. Nam etsi sine culpa possessoris fugisset, deinde cautionibus interpositis absolutus esset: non aliàs cõmitteretur stipulatio, quàm si apprehensum hominem restituisset. Vbi igitur litis æstimationem obtulit, sufficit adprehendere: ubi cauit, non prius, nisi restituerit.

XXXV. EXCEPTIO: *Nisi non emptori, sed alij, cui emptor alienauit, res sit euicta. Hæc exceptio reprobatur l. 61. ff. de euictione. cuius uerba uide s. except.16. repl.1.* *Concordat l.33. in prin. ff. de solutionib. cuius uerba uide J. de liberationib. cap.5. except.20.* *Huius exemplum proponitur l.22. §. si pro, cum duab. legib. sequentib. ff. eod. tt. his uerbis:* Si pro euictione fundi quem emit mulier, satis accepisset, & eundem fundum in dotem dedisset, deinde aliquis eum à marito per iudicium abstulisset: potest mulier statim agere aduersus fideiussorem euictionis nomine, quasi minorem dotem habere cœpisset, uel nullam: si tantum maritus obtulisset, quanti fundus esset. Sed etsi post mortem mulieris euincatur, regressus erit ad duplæ stipulationem: quia ex promissione maritus aduersus hæredes mulieris agere potest, & ipsi ex stipulatu agere possunt. Non tamen ei consequens esse, ut si

ipsi domino nuptura in doté eum dederit, cõmitti stipulerioné dicamus: quéuis æquè indotara futura sit mulier. Quendoquidẽ etsi uerum sit, hebere ei nõ licere seruũ: illud tamen uerum non sit, iudicio eum euictũ esse. Ex empto temen contra uenditoré mulier hebet ectioné. *Concordat l.75.ff.de iure dotium. cuius uerba uide s.lib.15. cap.10.reg.9. Aliud exemplum proponitur l.39.§. si seruum tuum. ibi sed si seruum.ff.de euictione. cuius uerba uide j.quæst.4.reg.12. Planè exceptio proposita admitti uidetur primùm, si emptor rem emptam pro filia in dotem dederit. tunc enim, quamuis marito euincatur, non tamen patri emptori ex stipulatu actio euictionis nomine cõpetere uidetur. Sed hæc distinctio reprobatur l.72. ff. de euictione, bis uerbis:* Pater filiæ nomine fundũ in dotem dedit: enicto eo en ex empto actio, uel duplæ stipulerio cõmittatur, quasi pater damnũ petietur, nõ immeritò dubiratur. nõ enim sicut mulieris dos est, ite patris esse dici potest: nec conferre fretribus cogitur doté è se ꝑfectam menente matrimonio. Sed uideamus ne ꝑbebilins dicatur, cõmitti hoc quoq; casu stipulationé. Interest enim patris filiam dotatam habere, & spem quandoq; recipiendæ dotis 1 utiq; si in porestate sit. Quòd si emencipata est, uix porerit defendi, sterim cõmitti stipularionem: cùm uno tantùm casu dos ad eum regredi posit. Nunquid ergo tũc demum egere poseit, cùm mortue in matrimonio filie potuit doré repetere, si euictus fundus nõ esset: an & hoc casu interest petris doretem filiam hebere, ut sterim cõuenire ꝑmissoré posait? quod magis paterna effectio inducit. *Secũdò admittitur exceptio ꝑposita, si emptor rem alteri legauerit uel donauerit, ut nihil eius intersit eam euinci. Quæ distinctio tum ex uerbis iam propositis elici potest, tum etiam ex ijs quæ proposita sunt s. except. 28. cum sequentibus.*

XXXVI. EXCEPTIO: *Nisi pars tãtùm rei sit euicta. Hæc exceptio reprobatur certo modo l.1.ff.de euictione, bis uerbis:* Siue rota res euincatur, siue pars: hebet regressum emptor ad uẽditoré. Sed cùm pers euincitur, siquidẽ pro indiuiso: regressum hebet pro quéritate euictæ parris. Quòd si certus locus sit euictus, nõ pro indiuiso portlo fundi: pro bonitete loci erit tegressus. Quid enim si quod fuit in agro preciosisimũ, hoc euictũ est: eut quod fuit in egro uilissimũ? æstimebitur loci qualites, & sic erit regressus. *Cõcordat l.39.§. si à me.ff.eod.tt. cuius uerba uide j.quæst 3. reg.2. exc.5. Cõcordat itẽ l.45.ff. eod.tt. cuius uerba uide s. cap.1. causa 24. Planè admittitur exceptio proposita in homine uẽdito. Quæ distinctio approbatur l.51.§. in stipulatione.ff.eod.tt.bis uerbis:* In stipulatione duplæ, cùm homo uenditur, partis ediectio necessarie est: quia nõ poteit uideri homo euictus, cùm pars eius euicta est. *Sed & admittitur exceptio ꝑposita in casib. aliquot sequẽtib.*

XXXVII. EXCEPTIO: *Nisi domo uel naue uendita, cæmenta uel tabulæ euincãtur. Quæ exceptio approbatur l.36.ff. de euictione, bis uerbis:* Neue aut domo empte, singula cæmenta uel rebulæ empræ non intelliguntur. Ideoq; nec euictionis nomine obligatur uenditor, quesi euicta perte.

XXXVIII. EXCEPTIO: *Nisi naue uẽdita, scapha sit euicta. Hæc exceptio approbatur l.44.ff.d.tt.bis uerbis:* Scepham non uideri neuis esse, Alfenus respõdit, nec qnidquem coniunctum hebere. Nem scaphem ipsam per se peruam nauiculem esse: omnia autem quæ coninucta naui essent (ueluti gubernecula, melus, entennę, uelum) quesi membra neuia esse.

XXXIX. EXCEPTIO: *Nisi parte fundi euicta, reliquum adhuc tantum sit, quantum in uenditione dictũ est. Hæc exceptio reꝑbatur l.45. ff.de euictione. cuius uerba uide s.cap.1.causa 24.*

XL. EXCEPTIO: *Nisi ex pluribus rebus emptis, & uno instrumento descriptis, una tantùm sit euicta. Hæc exceptio reprobatur l.72. ff.d. tt. bis uerbis:* Cùm plures fundi specialiter & nominatim, nno instrumento emprionis interposito, uenieriut: non utique alter alterius pars esse nidetur, sed multi fundi une emptione continentur: & quemedmodũ si quis complura mancipia, uno instrumento emptionis interposito, uendiderit: euictionis ectio in singula cepite mancipiorum spectatur. Et sicuti si aliarum qnoq; terum complurium une emptio facta fit: iustrumentum qnidem emptionis interpositum unum est, euictionum autem tot ectiones, quot & species rerum emptione comprehensæ sunt. ite & in proposito non uriq; prohibebitur emptor, euicto ex his nno fundo, uenditorem conuenire: quòd une cautione emptionis complures fundos mercatus comprehenderit.

XLI. EXCEPTIO: *Nisi hæreditate uendita, singulæ res euincantur. Hæc exceptio approbatur l.1. C. de euictionibus, bis uerbis:* Emptor hæreditatis rem à possessoribue sumptu ec periculo suo persequi debet. Euictio quoque nou præstatur iu singulis rebus, cùm hæreditetẽ iure uenisse cõstet: nisi aliud uominetim inter cõtrahentes conuenit.

XLII. EXCEPTIO: *Nisi de finibus agri uẽditi emptori controuersia moueatur. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur l.10.C.d. tt.bis*

*tt.his uerbis:* Si fines agri uenditor demonstrauit, & legem dixit, intra eos neminem ingrediorum: si quid iode euiocatur, periculo fit auctoria. Quòd si fuis finibua quoa demonstrauit, agrum ueodidit: lia finalia ad uenditorem non pertinet.

XLIII. EXCEPTIO: *Nisi non principalis res uendita, sed ea quæ rei uēditæ accessit, euincatur. Hæc exceptio reprobatur l. 26 in prin. ff. de euictione, his uerbis:* Euicta re uēdita, ex empto erit agendum de eo quod accessit: quemadmodum & quę empto fuodo oomioatim accesseruut, si euicta sint, in simplum præstantur. *Planè admittitur exceptio hæc quoad duplam. non enim in duplum, sed in simplum rei accessoriæ nomine competit actio: ut ex uerbis iam propositis constat. Cui coacordat l. 11. §. si quis rem. ff. de action. empti. cuius uerba uide s̄. cap. 1. causa 28. Sed & admittitur in casu, de quo j. except. 45.*

XLIIII. EXCEPTIO: *Nisi seruus uicarius ex peculio quod accessit seruo uendito, euincatur. Hæc exceptio approbatur l. 5. ff. de euictione, his uerbis:* Serui uenditor peculium accessurum dixit. Si uicarius euictus sit: nihil ueoditorem præstaturum, Labeo ait: quia siua non fuerat in peculio, non accessit: siue fuerat, ioiuriam à iudice emptor passua est. Aliter atq; si nominatim seruum accedere dixisset: tuoc eoim præstare debere in peculio eum esse.

XLV. EXCEPTIO: *Nisi id quod tacitè, non expreßè rei uenditæ accessit uel secutum est, euincatur. Hæc exceptio approbatar exemplo l. 75. ff. de euictione, his uerbis:* Quod ad seruitutes prędiorum attinet, si tacitè secutæ suot, & uindiceotur ab alio: Q. Mutios & Sabioua existimant, ueoditorem ob euictionem teneri noo posse. Nec eoim euictionia oomine quenquá teneri io eo iure, quod tacitè soleat accedere: oisi uti oprimus maximusq; esset, traditus fuerit fundus. tunc eoim liberum ab omni seruitute præstandum. Si uerò emptor petat uiam, &c. *Reliqua uide s̄. causa 8. except. 2.*

XLVI. EXCEPTIO: *Nisi id quod per seruum emptum adquisitum est, euincatur. Hæc exceptio reprobatur l. 8. ff. de euictione. cuius uerba uide j. quæst. 4. reg. 1. in prin.*

XLVII. EXCEPTIO: *Nisi ancilla prægnante aendita, partus eius euincatur. Hæc exceptio approbatur l. 42. ff. de euictione, his uerbis:* Si prægnans aocilla uendita & tradita sit: euicto partu uenditor de euictione conueniri nō potest, quia partua oō est oeoditoa. *Contradicit l. 2. ibi: quare siue partus. ff. eod. tt. cuius uerba aide j. d. reg. 1. in prin.*

XLVIII. EXCEPTIO: *Nisi uacca uendita, uitulus euincatur. Hæc exceptio approbatur l. 43. ff. d. tt. his uerbis:* Vaccæ emptor, si uitulus qui post emptionem natus est, euiocatur, agere ex duplæ stipolationo non potest: qoia nec ipsa nec usoasfructua euincitur. Nam qoòd dicimoa uitnlum fructum esse uaccæ: non ius, sed corpus demoostramus. Sic & prædiorom frumenta, & uinum fructum rectè dicimos: cùm constet eadem hæc non rectè usumfructum appellari.

XLIX. EXCEPTIO: *Nisi usumfructus tantùm rei euincatur. Hæc exceptio reprobatur l. 66. in prin. ff. de contrah. empt. cuius uerba uide s̄. cap. 2. regul. 41. Concordat l. 46. in prin. ff. de euictione. cuius uerba uide s̄. lib. 24. cap. 1. causa 4. except. 2.*

L. EXCEPTIO: *Nisi nomine in solutum accepto uel empto, pignus quod prior creditor delegans accepit, euincatur. Hæc exceptio approbatur l. 68. in fine. ff. de euictione, his uerbis:* Creditor qui pro pecunia nomen debitoria per delegatiooem sequi maluit, euictia pigoorib us quæ prior creditor accepit, nullam actionem com eo qui liberatua est, habebit.

LI. EXCEPTIO, *sumpta ex genere actionis qua res empta euincitar, reprobatur l. 34. §. 1. ff. de euictione, his uerbis:* Si commnni diuidundo mecum actum, & aduersario seruus adindicatus sit, qnia probauit eum cōmnnem esse: habebo ex doplæ stipulatione actiooem. Quia non iotereſt quo genere iodicij euiocatur, ut mihi habere non liceat. *Concordat d. l. 34. §. fin. his uerbis:* Duplæ stipulatio euictionem non onam continet, si quia dominiom rei petierit: sed etsi Seruiaoa actiooe experiatur. *Aliud propositæ exceptionis reprobatæ exemplum proponitur l. 39. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Minor uiginti quinqoe annia fundom ueodidit Titio, & eum Titius Seio. Minor se in ea uenditione circumscriptum dicit, & impetrat cognitionem non tantùm aduersus Titium, sed etiam adoersoa Seinm. Seius postulabat apud prætorem, utilem sibi de euictione stipularionem in Titinm dari. Iulianus. Ego cùm dandam putarem, respondi: Instam rem Seiua postulat. Nam si ei fundus prætoria cognirioo e ablatus fuerit, æquum erit per eundem prętorem & euictiooem restitui. *Coacordat huic exemplo l. 66. §. si is qui. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. except. 25. repl. 1. Cōtradicere uidetur l. 98. §. diuersum. ff. de solutionibus. cuius uerba uide j. lib. 48. cap. 10. exception. 35. repl 3. Sed & alia propositæ exceptionis reprobatæ distinctio proponitar in actione Pauiana d. §. diuersum. cuius uerba uide d. except. 35. replicat. 2.*

LII. EXCEPTIO: *Nisi possessorio, non petitorio iudicio res euincatur. Hæc exceptio reprobatur exemplo l. 35. ff. de action. empti,*



*his*

*bis uerbis:* Si quis fundũ emerit, quasi pec eum fundum eundi, agendi ius non esset, & interdicto de itinere actuq; uictus sit: ex empto babebit actionem. Licet enim stipulatio de euictione nõ cõmittitur, quia non est de iure seruitutis in rẽ actione pronunciatum: tamẽ dicendum est, ex empto actionẽ competere. *Planè admittitur exceptio proposita, quoad actionem duplæ ex stipulatu, ut patet ex uerbis iam propositis hisce:* Licet enim stipulatio de euictione non cõmittitur, &c.

LIII. EXCEPTIO: *Nisi ex eo quod post contractam emptionem contigit, res empta euicta sit. Hæc exceptio approbatur l.11. in prin. ff. de euictione, bis uerbis:* Lucius Titius in Germania trans Rhenum prædia emit, & partam precij intulit. Cùm in residuam quantitatem hæres emptoris cõueniretur: quæstionam retulit dicens, has possessiones ex præcepto principali partim distractas, partim ueteranis in præmia adsignatas. quæro, an huius rei periculum ad uenditorem pertinere possit? Paulus respõdit, futuros casus euictionis post contractam emptionem ad uenditorem nõ pertinere: & ideo secundum ea quæ proponarentur, preciũ prædiorum peti posse. *Concordat l.3. ff. eod. tt. cuius uerba uide* ĩ. *cap.4. quæst.3. causa 3. except. 2. Concordant item ea quæ proposita sunt* ĩ. *lib. prox. cap.2. in prin.*

LIIII. EXCEPTIO: *Nisi ui, non iure res emptori sit euicta uel ablata. Hæc exceptio approbatur l. ult. C. de action. empti, bis uerbis:* Expulsos nos de fundo per uiolentiam à Nerone, quem habere ius in eo negaris, pcoficentes: nullam uobis aduersus eum, ex cuius uẽditione fundum possidetis, actionẽ competere probatis. Igitur ad instar interdicti seu actionis permissæ experiundum esse perspiciris.

LV. EXCEPTIO: *Nisi dolo, errore uel imprudẽtia iudicis res sit euicta. Hæc exceptio approbatur l.51. in prin. ff. de euictione, bis uerbis:* Si per imprudentiam iudicis, aut errorẽ emptor rei uictus est: negamus auctoris dãnũ esse debere. aut quid refert sordib. iudicis, aut stulticia res perierit? iniuria enim quę emptori fit, auctorẽ non debet cõtingere. *Concordat l.8. in fine. C. eod. tt. cuius uerba uide* J. *except. 68. in prin. Item concordat l.15. C. eod. tt. bis uerbis:* Si non iniuria iudicantis, sed iuris ratione superatus es: pignus ob euictionem acceptum solenniter persequi potes.

LVI. EXCEPTIO: *Nisi emptor sua culpa uictus sit. Hæc exceptio approbatur l.63. §. fin. ff. de euictione, bis uerbis:* Si emptor appellauit, & bonam causam uicio suo ex pręscriptione perdidit: ad auctorẽ reuerti non potest. *Concordat l.66. in prin. ff. eod. tt. bis uerbis:* Si cùm uenditor admonuisset emptorẽ, ut Publiciana, uel potius ea actione, quę de fundo uectigali proposita esset, experiretur, emptor id facere supersedit: omnimodo nocebit ei dolus suus, nec cõmittetur stipulatio. Nõ idẽ in Seruiana quoq; actione probari potest. Hęc enim, etsi in rem actio est, nudam tamen possessionem auocat, & soluta pecunia uenditori dissoluitur. Vnde fit, ut emptori suo nomine non competat.

LVII. EXCEPTIO: *Nisi emptor exceptionem quam habuit, nõ opposuit. Hæc exceptio proximè præcedentis exceptionis species specialiter approbatur exemplo l.45. §.1. ff. de action. empti, bis uerbis:* Si mihi alienam aream uendideris, & in eam ego ædificauero, atq; ita eam dominus euincat: quum possim petentẽ, nisi impensam ædificiorum soluat, doli mali exceptione submouere: magis est ut ea res ad periculum uenditoris non pertineat. Quod & in seruo dicendum est, si in seruitute, non in libertate euincatur: ut dominus mercedis impensas præstare debeat. Quòd si emptor nõ possideat ędificiũ uel seruũ, ex empto habebit actionẽ. In omnibus tamẽ his casibus, si sciens quis alienũ uendiderit, omnino teneri debet. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi uenditor sciens alienum uendidit. quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* In omnibus tamẽ his casibus, &c. *Altera replicatio est: Nisi uenditor uel eius hæres rem euincat. Hæc replicatio approbatur l.17. cum lege sequente. ff. de euictione, bis uerbis:* Vindicantem uenditorem quod ipse uendidit, exceptione doli submoueri posse, nemini dubium est: quamuis alio iure dominium quæsierit. Improbè enim rem à se distractam euincere conatur. Eligere autem emptor potest, utrũ rem uelit retinere, intentione per exceptionem elisa: an potius re ablata, ex causa stipulationis duplum consequi. Sed etsi exceptio omissa sit, aut opposita ea nihilominus euictus sit: ex duplæ quoq; stipulatione uel ex empto potest conueniri. Sed et si nulla stipulatio fuit interposita, de ex empto actione idem dicemus. *Tertia replicatio est: Nisi ob probabilem ignorantiam emptor exceptionem non opposuit. Hæc replicatio approbatur exemplo l. Papinianus.14. ff. de Publiciana in rem actione. cuius uerba uide* J. *lib. prox. cap.14. quæst.2. except.15.*

LVIII. EXCEPTIO: *Nisi emptor à iudicio absuerit. Et hæc exceptio superioris 56. exceptionis species approbatur, simul & distinguitur l. 55. in prin. ff. de euictione, bis uerbis:* Si ideo cõtra emptorẽ iudicatũ est, quòd defuerit: nõ committitur stipulatio. Magis enim propter absentiam euictus uidetur, quàm

quàm quòd malá causam habuerit. Quid ergo si ille quidem, contra quem iudicatú est, ad iudicium non adfuit: alius auté adfuit, & causam egit? quid dicamus? utputa acceptum quidem cum pupillo tutore authore fuit iudicium: sed absente pupillo tutor causam egit, & iudicatum est contra tutorem. Quare non dicemus committi stipulationem? Etenim actam esse causam palàm est: & satis est ab eo cui ius agendi fuit, causam esse actam. *Concordat exceptioni propositæ l. 8. ibi: sed etsi. C. de euictionib. cuius uerba uide j. ex. cept. 68. in prin. Cõcordat item l. 1. in fine. C. de periculo & commodo rei uenditæ. cuius uerba uide s̄. lib. prox cap. 2. in prin. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi emptor absens per alium cui ius agendi fuit, est defensus. quæ replicatio approbatur uerbis d. l. 55. s̄. propositis hisce:* Quid ergo si ille quidem, contra quem, &c.

L I X. E X C E P T I O : *Nisi ideo, quòd pro emptore res pignori fuerit obligata, euicta sit. Hæc exceptio approbatur l. 20. ff. de euictione, his uerbis:* Fundum meum obligaui, deinde alienaui tibi, ut eo nomine non obligareris. Si eum à te postea emam, & satis pro euictione mihi des: excipiendum est à cautione, quòd pro me obligatus sit: quia etiam non excepto eo, agendo eo nomine contra te, doli mali exceptione possim submoueri.

L X. E X C E P T I O : *Nisi spes habendi uel recuperandi rem euictam emptori supersit. Hæc exceptio approbatur l. 21. §. inde Iulianus. ff. de euictione. cuius uerba uide s̄. except. 18. Concordat l. 35. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. except. 17. Huius exemplum proponitur l. 39. §. si seruus tuus. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. eod. cap. causa 1. exception. 3.*

L X I. E X C E P T I O: *Nisi emptor condemnatus non appellauit: Hæc exceptio reprobatur l. 63. §. Caia. ff. de euictione, his uerbis:* Caia Seia fundum à Lucio Titio emerat; & quæstione mota fisci nomine auctorem laudauerat: & euictione secuta fundus ablatus, & fisco adiudicatus est uenditore præsente. quæritur, cùm emptrix non prouocauerit, an uenditorem possit conuenire? Herennius Modestinus respondit: Siue quòd alienus fuerit cùm ueniret, siue quòd tunc obligatus euictus est, nihil proponi cur emptrici aduersus uenditorem actio non competat. Herennius Modestinus respondit: Si emptor appellauit, &c. *Reliqua ut s̄. exception. 56.*

L X I I. E X C E P T I O: *Nisi mulier emptrix rem quam emit alienam, domino in dotem dederit. Hæc exceptio reprobatur l. 24. ff. de euictione. cuius uerba uide s̄. except. 35.*

L X I I I. E X C E P T I O : *Nisi non apud ordinarium, sed compromissarium iudicem res emptori est euicta, uel sine iudice restituta. Hæc exceptio approbatur l. 56. §. si compromisero. ff. d. tt. his uerbis:* Si compromisero, & contra me data fuerit sententia: nulla mihi de euictione actio danda est aduersus uenditorem: nulla enim necessitate cogente id feci. *Concordat l. 17. C. eod. tt. cuius uerba uide j. except. 68. repl. 5.*

L X I I I I. E X C E P T I O : *Nisi enim statuliber pro seruo uenditus esset, emptor decem, quæ à statulibero conditionis implendæ causa dedit, uenditori non restituat. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 2. §. fin. ff. de doli mali exception. cuius uerba uide s̄. causa 4. exception. 1.*

L X V. E X C E P T I O: *Nisi post mortem emptoris res fuerit euicta. Hæc exceptio reprobatur l. 23. ff. de euictione. cuius uerba uide s̄. except. 35.*

L X V I. E X C E P T I O: *Nisi post multum temporis res fuerit euicta. Et hæc exceptio reprobatur l. 21. C. de euictionib. cuius uerba uide s̄. cap. 1. quæst. 4. reg. 2. except. 1.*

L X V I I. E X C E P T I O: *Nisi semel sit actum. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio prima hæc est: Nisi ex alia causa agatur. quæ replicatio approbatur l. 32. in fine. ff. de euictione. cuius uerba uide s̄. cap. prox. quæst. 2. reg. 4. Altera replicatio est: Nisi cum alio actum sit. quæ replicatio approbatur exemplo l. 11. in prin. ff. de liberali causa. cuius uerba uide j. cap. 8. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi cum uno ex plurib. uenditorib. sit actum. hoc enim casu cum alio agenti obstat exceptio. quæ duplicatio approbatur l. 51. §. fin. ff. de euictione. cuius uerba uide j. lib. 48. cap. 17. reg. 1. except. 6.*

DE DENVNCIANDO VENDITORI ab emptore, ut defensioni rei adsit.

L X V I I I. E X C E P T I O: *Nisi emptor conuentus non denunciauit uenditori eiusúe hæredibus, ut defensioni rei adessent. Hæc exceptio approbatur l. 53. §. fin ff. de euictione, his uerbis:* Si cum posset emptor auctori denunciare; non denunciasset: ideoq; uictus fuisset, quoniam parum instructus esset: hoc ipso uidetur dolo fecisse, & ex stipulatu agere non potest. *Concordat l. 8. C. eod. tt. his uerbis:* Emptor fundi, nisi auctori aut hæredi eius denunciauerit: euicto prædio neq; ex stipulatione, neque ex dupla, neque ex empto actionem contra uenditorem uel fideiussores eius habet. Sed et si iudicio emptor non adfuit, aut præsens per iniuriam iudicis uictus est absente auctore uel fideiussore: regressum aduersus eum non habet.

habet. *Concordat item l.20.in fine. C.eod.tt.bis uerbis:* Empti iudicio pro euictione si conueniri cœperitis, nec uobis ut defenderetis, denunciatum probetur: intelligitis quatenus uosmetipsos tueri debearis. *Concordat item l.1.in fine. C. de periculo & commodo rei uenditæ. cuius uerba uide s. lib. prox. cap. 2. in prin. Huius exceptionis replicatio prima uidetur esse: Nisi ususfructus tantùm sit euictus. Hec replicatio reprobatur l.49.ff.de euictione,bis uerbis:* Si ab emptore usufructus petatur, perinde is uenditori denunciare debet, atq; is à quo pars petitur. *Altera replicatio uidetur: Nisi mortuo uenditore emptori lis moueatur. Et hec replicatio reprobatur l.51.§.si Titium.ff. eod.tt.cuius uerba uide s.eod.cap.causa 4. Tertia replicatio est: Nisi uenditor absfuerit,uel alia ratione per eum steterit, quo minus ei denunciari potuerit. Hec replicatio approbatur l.55.§.fin.ff.d.tt. bis uerbis:* Præsenti uenditori denunciandum est: siue autem absit, siue præsens sit,& per eum fiat,quo minus denuncietur: committetur stipulatio. *Concordat l.56.§.simili modo.ff. eod. tt. bis uerbis:* Tenetur & qui curauit, ne sibi denunciari posset. Sed etsi nihil uenditore faciente, emptor cognoscere,ubi esset,non potuit: nihilominus committitur stipulatio. *Concordat item l.19.ibi:uel cùm eorum. C. eod.tt.cuius uerba uide s. exception. 4. Quarta replicatio est: Nisi emptori pacto remissa sit denunciandi necessitas. Hec replicatio approbatur l. 63. in prin. ff.de euictione,bis uerbis:* Herennius Modestinus respondit, non obesse ex empto agenti,quòd denunciatio pro euictione interposita non esset: si pacto ei remissa esset denunciandi necessitas. *Quinta replicatio est: Nisi denunciatio facta sit. que replicatio approbatur l.17. C. de euictionib. bis uerbis:* Si cùm quæstio tibi super eo quem comparaueras,moueretur: auctorem tuum certum fecisti,nec citra iudicis disceptationem eum quem emeras,tradidisti: præses prouinciæ in damnis quæ tolerasse te meministi, medelam iuris adhibebit. *Concordat l. 29. C. eod.tt.cuius uerba uide s.except.4. Huius replicationis duplicatio prima hec est: Nisi alij quàm auctori sit denunciatum. que duplicatio ipso quidem iure subsistit,uerùm eius triplicatio hec est: Nisi procuratori uenditoris sit denunciatum. que triplicatio approbatur certo modo l.56.§.si præsente.ff. de euictione, bis uerbis:* Si præsente promissore qui de euictione promisit,& non ignorante,procuratori denunciatum sit: nihilominus promissor tenetur. *Altera triplicatio est: Nisi domino serui uendentis sit denunciatum. Hec triplicatio reprobatur l.39.§.denunciare,ff.d.tt. bis uerbis:* Denunciare de euictione emptor seruo,non domino debet. Ita enim de euicto homine utiliter de peculio agere poterit. Sin autem seruus decesserit,tunc domino denunciandum est. *Tertia triplicatio est: Nisi heredi auctoris sit denunciatum. Hec triplicatio approbatur l.51.§.1.in fine.ff. de euictione.cuius uerba uide s. causa 4. Concordat l.9. C. eod.tt.cuius uerba uide j.quest.4.reg.2. in prin. Itē concordat l.21. C.eod.tt.cuius uerba uide j.quest.4. reg.2. in prin. Altera proposite replicationis duplicatio est: Nisi non omnibus auctoribus uel heredibus sit denunciatum. Hec duplicatio approbatur l.62.§.1.ff.de euictione,bis uerbis:* Si ei qui uendidit, plures hæredes extiterunt: una de euictione obligatio est,omnibusq; denunciari,& omnes defendere debent. Si de industria non uenerint in iudicium,unus tamen ex his litem sustinear: propter denunciationis rigorem & prædictam absentiā omnibus uincit,aut uincitur: recteq; cum cæteris agam, quòd euictionis nomine uicti sunt. *Concordant ea que proponuntur j. quest.3.reg.2.in prin. Tertia duplicatio est: Nisi pupillo denunciatum sit,non tutori. Hec duplicatio reprobatur l.56. §. fin. ff. de euictione, bis uerbis:* Pupillo etiam sine tutoris authoritate posse denunciari (si tutor non appareat) ex duplæ stipulatione benignius receptum esse, Trebatius ait. *Quarta duplicatio est: Nisi fideiussori conuento non sit denunciatum. Hec duplicatio reprobatur l.7.C.de euictionib.cuius uerba uide j.quest.3.reg.2. except.5. Quinta duplicatio est: Nisi alius quàm emptor denunciauerit. Hec duplicatio approbatur exemplo l.59. ff. de euictione.cuius uerba uide j. quest. prox. reg.2. except.2. Sexta duplicatio, sumpta ex tempore quo denunciatur,reprobatur l.29.§.fin.ff.de euictione,bis uerbis:* Quolibet tempore uenditori denunciari potest,ut de ea re agēda adsit: quia nō præfinitur certum tempus in ea stipulatione: dum tamen ne prope ipsam cōdemnationem id fiat. *Hactenus cause proposite actionis cum suis exceptionibus enumerate sunt. Sequuntur nunc reliqui euictionis & actionis duple ex stipulatu loci.*

## II. QVIBVS ACTIO PROposita competit?

*Regulariter quidem alij, quàm emptori, actio proposita non competit. que regula ut ipso iure subsistit,ita suas habet exceptiones. quarum prima hec est: Nisi emptore defuncto heres eius experiatur. que exceptio approbatur l.21.in fine. ff. de euictione.cuius uerba uide s.quest.prox.except.35. Concordat l.19.ff.eod.tt.cuius uerba uide s. cap.4. quest.3. causa 9.except.6. Altera exceptio est: Nisi procurator emptoris duplam sit stipulatus. Hec exceptio approbatur,simul & distinguitur l.49. §. fin. ff. de adq.possess.cuius uerba uide s.lib.18.cap.7.reg.2.except.1. Tertia exceptio uidetur: Nisi emptor rem alienauit. hoc enim casu uidetur alij, cui res alienata*

&

& euicta est, actio competere. Sed hac exceptio reprobatur l. 59. ff. de euictione, his uerbis: Si rea quam a Titio emi, legata sit à me: non potest legatarius conuentus à domino rei uenditori meo denunciare: nisi cessæ ei fuerint actiones, uel quodam casu hypothecaa habeat. Concordat l. 68. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide ā. quæst. prox. except. 10. Concordant item ea quæ proposita sunt ī. quæst. prox. except. 31. Quarta exceptio est: Nisi seruum emerit. hoc enim casu domino euictionis actio competit. quæ exceptio approbatur l. 39. §. si seruus tuus. ibi: sed si seruum ff. de euictione. cuius uerba uide J. quæst. 4. reg. 12.

## III. ADVERSVS QVOS Actio proposita competit.

I. Regula: Regulariter aduersus uenditorem, non alium, re euicta competit actio. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi non suo, sed alieno nomine uendiderit. hoc enim casu non is qui uendidit, sed is cuius nomine uendidit, tenebitur. quæ exceptio approbatur l. 66. §. fin. ff. de euictione, his uerbis: Diuisione inter cohæredea facta, si procurator absentia interfuit, & dominus ratam habuit: euictis prædijs, in dominum actio dabitur, quæ daretur in eum qui negociū absentis gessit, ut quanti sua interest actor consequatur: scilicet ut melioris aut deterioris agri facti causa finem precij, quo fuerat tempore diuisionis æstimatus, deminuat uel excedat. Concordat l. 13. §. si procurator. ff. de action. empti. cuius uerba uide ī. cap. 1. quæst. 2. reg. 5. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi procurator se pro euictione obligauerit. quæ replicatio approbatur l. 67. ff. de procuratorib. his uerbis: Procurator qui pro euictione prædiorum quæ uēdidit, fidem suam adstrinxit: etsi negocia gerere desierit, obligationis tamen onere prætoris auxilio non leuabitur. Nam procurator qui pro domino uinculum obligationis suscepit, onus eius frustra recusat. Altera replicatio est: Nisi quis alterius nomine sine mandato uel ratihabitione uendidit. Hæc replicatio elicitur ex ijs quæ proposita sunt ī ead. except. in prin. Altera exceptio est: Nisi quis tutorio nomine uendiderit. hoc enim casu non is qui uendidit, sed pupillus tenetur. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 4. §. si impuberis. ff. de euictione, his uerbis: Si impuberis nomine tutor uendiderit: euictione secuta, ait Papinianus libro tertio Responsorum, dari in eum cuius tutela gesta sit, utilem actionem. Sed addit, in id demum, quod rationib. eius acceptolatum est. Sed an in totum, si tutor soluendo non sit, uideamus? quod magis puto. Neq; enim malè contrahitur cum tutoribus. Tertia exceptio est: Nisi iussu iudicis per apparitores pignus condemnati captum atq; distractum sit. hoc enim casu euicta re aduersus eum qui per illam distractionem liberatus est, hoc est, debitorem condemnatum datur actio. quæ exceptio approbatur l. 74. §. 1. ff. de euictione, his uerbis: Si iussu iudicis a rei iudicatæ pignus captum per officium distrahatur, post euincatur: ex empto contra eum qui precio liberatus est, non quanti interest, sed de precio duntaxat, eiusq; usuris, habita ratione fructuum, dabitur: scilicet si hos ei qui euicit, restituere non habebat necesse. Concordat l. 50. ff. eod. tt. cuius uerba uide ī. lib. 40. cap. 7. quæst. 6. reg. 1. Concordat item l. 15. C. eod. tt. cuius uerba uide ī. lib. 14. cap. 4. causa 1. exception. 2. replicat. 8. Quarta exceptio est: Nisi creditor pignus uendiderit. hoc enim casu euicta re non aduersus uenditorem, sed aduersus debitorem actio à uenditore cedenda competit. quæ exceptio approbatur l. 38. ff. de euictione. cuius uerba uide ī. lib. 40. cap. 7. quæst. 6. reg. 2. except. 4. Quinta exceptio est: Nisi alius pro uenditore euictionis nomine fideiussit. hic enim etiam conueniri potest. quæ exceptio approbatur l. 7. C. de euictionib. his uerbis: Auctore laudato si euicta res est: fideiussorem, etiamsi agi causam ignorauerit, conueniri euictionis nomine posse, non ambigitur. Concordat l. 18. C. eod. tt. cuius uerba uide ī. quæst. 1. except. 1. repl. 2. Concordat item l. 41. §. si is qui. ff. eod. tt. cuius uerba uide ī. quæst. 1. except. 27. repl. 1. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi non prius uenditor ipse sit conuentus. quæ replicatio approbatur Nouell. c. 4. §. neq; hoc tātùm. cuius uerba uide ī. lib. 40. cap. 8. quæst. 7. reg. 2. Sexta exceptio est: Nisi uenditor defunctus sit. tunc enim aduersus eius heredes datur actio. quæ exceptio approbatur d. l. 18. Cui concordat l. 9. C. eod. tt. cuius uerba uide J. quæst. prox. reg. 1. in prin. Item cōcordat l. 21. C. eod. tt. cuius uerba uide J. d. reg. 1. in prin. Huius exceptionis replicatio prima hæc esse uidetur: Nisi post mortem demum uenditoris res sit euicta. hoc enim casu uidetur, quia defunctus conueniri non potuit, nec contra heredem eius iure antiquo incipere actionem. uerùm replicatio hæc reprobatur l. 7. ff. de euictione. cuius uerba uide J. cap. 1. quæstion. 3. regul. 1. exception. 4. Concordat l. 51. §. non mirum. ff. eod. tt. his uerbis: Non est mirum, ut euicto homine de euictione teneatur hæres, quamuis defunctus non similiter fuerit obstrictus: cùm & alijs quibusdam casibus plenior aduersus hæredē, uel hæredi cōpetat obligatio, quàm cōpetierat defuncto: ut cum seruus post mortem emptoris hæres institutus est, iussuq; heredis emptoris adijt hereditatē. Nā actione ex empto præstare debet hereditatē: quia defūcto in hoc tātū fuit utilis ex empto actio, ut seruus traderetur. Altera replicatio uidetur: Nisi ipse homo euictus, cuius nomine actio cōpetit, uēditori heres extiterit. Sed hæc replicatio reprobatur l. 19. §. si homo. ff. de euictione, his uerbis: Si homo liber q bona

fide

fide feruierat, uenierit mihi à Titio, Titiusq; eũ hæredem fcipferit quafi liberũ, & ipfe mihi fui faciat controuerfiam: ipfum de fe obligatum habebo. *Concordat l.7.ff. eod.tt.cuius uerba uide s̄.cap.1. queft.1. reg.1. except.4.* *Septima exceptio eft: Nifi uno ex focijs rẽ communem uendente, cæteri confenferunt, uel ratum habuerunt. tunc enim etiam cæteri non uendentes tenentur. quæ exceptio approbatur l.12. ff. de euictione, his uerbis:* Quidam ex parte dimidia hæres inftitutus, uniuerfa prædia uendidit, & cohæredes precium acceperunt. euictis his, quæro, an cohæredes ex empto actione teneantur? Scæuola refpõdit, fi cohæredes præfentes adfuerunt, nec diffenferunt: uideri unumquenque partem fuam uendidiffe.

II. *Regula: Pluribus uendentibus, uel uni uenditori pluribus hæredibus exiftentibus, omnes tenentur. quæ regula approbatur l.119. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Cùm ex caufa duplæ ftipulationis aliquid intendimus, uenditoris hæredes in folidũ omnes conueniendi funt, omnesq; debent fubfiftere: & quolibet eorum defugiente, cæteris fubfiftere nihil prodeft: quia in folidum defendenda eft uẽditio, cuius indiuifa natura eft. Sed cùm uno defugiente omnes defuiffe uideãtur: ideoq; & omnes tenentur, & unicuiq; pro parte hæreditaria præftatio incumbit. *Concordat l.85.§. in folidum. ff. eod.tt. cuius uerba uide s̄.lib.18.cap.8.reg.19. Huius regulæ exceptio prima hæc eft: Nifi unus cæteris abfentibus emptorem defenderit. Hæc exceptio reprobatur uerbis iam propofitis hifce:* Quolibet eorum defugiente, cæteris fubfiftere nihil prodeft. *Concordat d.§. in folidum. Item concordat l.62.§.1. ff. de euictione. cuius uerba uide s̄. queft.1. except.68. repl.5. dupl.2.* *Altera exceptio eft: Nifi unus pro fua parte euictionem præftiterit. hic enim amplius teneri non debet. quæ exceptio approbatur uerbis d.l. 119. in fine, s̄. propofitis hifce:* Vnicuiq; pro parte hæreditaria præftatio incumbit. *Concordat d.§. in folidum.* *Tertia exceptio uidetur: Nifi cùm actione hypothecaria res euicta effet, unus fuã partem debiti euincenti creditori foluit. Hæc exceptio reprobatur l.65. ff. de euictione, his uerbis:* Rẽ hæreditariam pignori obligatam hęredes uendiderũt, & euictionis nomine pro partibus hæreditarijs fpoponderunt: & cùm alter pignus pro parte fua liberaffet, rem creditor euicit. quærebatur, an uterq; hæredum conueniri pofsit? Idq; placebat propter indiuifam pignoris caufam. Nec remedio locus effe uidebatur, ut per doli exceptionem actiones ei qui pecuniam creditori dediffet, præftarentur: quia non rei facti proponerentur. Sed familiæ ercifcundæ iudicium eo nomine utile eft. Nam quid intereft, unus ex hęredibus in totum liberauit pignus, an uerò pro fua dũtaxat portione, cùm cohæredis negligentia dãnofa non debet effe alteri? *Quarta exceptio eft: Nifi unus tantùm uendiderit. Hæc exceptio reprobatur l.12. ff. eod.tt. cuius uerba uide s̄. reg. prox. except.7.* *Quinta exceptio eft: Nifi cùm unus beffem, alter trientem uendidiffet, femis euincatur. Hæc exceptio approbatur, fimul & diftinguitur l.19.§. fi à me beffem. ff. eod.tt. his uerbis:* Si à me beffem fundi emeris, à Titio trientem, deinde partem dimidiam fundi à te quis petierit: fi quidem ex beffe quem à me acceperas, femis petitus fuerit: Titius nõ tenebitur. Si uerò triens, quem Titius tibi tradiderat, & fextans ex beffe quem à me acceperas, petitus fuerit: Titius quidem pro triente, ego pro fextante euictionem tibi præftabimus.

## IIII. QVID VENIAT IN actionem euictionis?

I. *Regula: Euicta re, in id quod intereft emptoris rem euictam non effe, competit actio. quæ regula approbatur l.8. ff. de euictione, his uerbis:* Venditor hominis emptori præftare debet, quanti eius intereft hominem uenditoris fuiffe. Quare fiue partus ancillæ, fiue hæreditas, quam feruus iuffu emptoris adierat, euicta fuerit: agi ex empto poteft. Et fi cui obligatus eft uenditor, ut præftet habere licere hominem quem uendidit: ita ea quoq; quæ per eum adquiri potuerunt, præftare debet emptori, ut habeat. *Concordat l.66.§. fin. ff. eod.tt. cuius uerba uide s̄. queft. prox. reg.1. except.1. Concordat item l.67. ff. eod.tt. cuius uerba uide s̄. queft.1. except.19. Concordat itẽ l.70. ff. eod.tt. his uerbis:* Euicta re, ex empto actio non ad precium duntaxat recipiendum, fed etiam ad id quod intereft, competit. Ergo et fi minoris effe cœpit, damnũ emptoris erit. *Concordat item l.43.§. fin. ibi: nam empti iudicium. ff. de action. empti. cuius uerba uide s̄.lib.19.cap.10.queft.6.reg.2.except.1. Concordat item l.9.C. de euictionib. his uerbis:* Si controuerfia tibi pofſefsionis, quam bona fide te emiffe alleges, ab aliquo mouetur: auctori hæredibuſue eius denuncia. Et fiquidẽ obtinueris, habebis quod emifti. Sin autẽ euictum erit: à uẽditore fuccefforeue eius confequeris, quanti tua intereft. In quo cõtinetur etiam eorum perfecutio, quæ in rem emptam à te, ut melior fieret, erogata funt. *Concordat item l.17. in fine. C. eod. tt. cuius uerba uide s̄. queft.1. except.68. repl.5. Concordat item l.21. in fine. C. eod.tt. cuius uerba uide s̄ cap.1. queft.4. reg.2. except.1. Concordat item l.23. C. eod. tt. his uerbis:* Cùm fucceffores etiam uenditoris pro euictione teneri pofsint, fi uelut obligata fibi refpub. Theffalonicenfiũ

pignoris

pignoris instituat iure persequi, quæ comparasti: auctoris hæredibus quocunq; gradu constitutis adsistere negocio denúcia. Quòd siue præsentibus ijs fundus quem emisti, fuerit euictus, siue absentib. postea: quanti tua interest rem euictam non esse, teneri, non quãtum precij nomine dedisti (si aliud non placuit) publicè notum est. Concordat item l.29. in fine. C. eod. tt. cuius uerba uide s̄. quæst.1. except.4. Concordat item l. ult. C. de cõmuni rerum alienat. his uerbis: Si maior annis uiginti quinq; ueluti propria nescienti cõmunia cũ fratribus tuis prædia distraxisti; licet nullũ instrumentũ intercesserit, neq; quidquam specialiter conuenerit: alienæ portionis euictione secuta, quãti interest emptori solues. Hactenus leges quibus regula proposita approbatur, enumeratæ sunt. Planè quatenus id quod emptoris interest rem euictam non esse, sit accipiendum, declaratur J. regulis sequentibus. Nunc huius regulæ exceptiones sunt proponendæ, quarum prima hæc est: Nisi stipulatio de euictione præstanda interuenit. tunc enim non id quod emptoris interest, sed quod in stipulationem deductum est, debetur. quæ exceptio approbatur l.25. C. de euictionib. his uerbis: Si tibi liberam Saturninus conditionem eius ignorans distraxit, ac nunc defendit eam in libertatem: hac libera pronunciata, uenditorem uel ex stipulatione duplæ, quantum in hanc deductum est, uel empti actione quanti tua interest, conuenire potes. Concordat l.74. in prin. ff. eod. tt. his uerbis: Si plus uel minus quàm precij nomine datum est, euictione secuta dari cõuenerit: placitum custodiendum est. Concordat item l.23. in fine. ibi: si aliud non placuit. C. eod. tt. cuius uerba uide s̄. ead. reg. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi fisco uendente, curator Cæsaris duplum uel triplum promiserit. hoc enim casu fiscus non nisi in simplum tenetur. quæ replicatio approbatur l.5. in prin. ff. de iure fisci. cuius uerba uide s̄ lib.11. cap.10. quæstion.4. reg.7. Altera replicatio est: Nisi per errorem simplum pro duplo in stipulationem sit deductum. Hæc replicatio approbatur l.37. §. si simplam. ff. de euictione. cuius uerba uide s̄. cap.1. causa 53. except.6. replicat.1. Tertia replicatio est: Nisi quantitas in stipulatione non sit definita. Hæc replicatio approbatur l.60. ff. eod. tt. his uerbis: Si in uenditione dictũ non sit, quantum uenditorem pro euictione præstare oporteat: nihil uenditor præstabit præter simplam euictionis nomine, & ex natura ex empto actionis hoc quod interest. Concordat l.16. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. cap.4. quæst.3. exc.5. Quarta replicatio est: Nisi cùm antea ex alia causa ex stipulatu actum esset, & emptor quid consecutus esset, postea rursus agatur. tunc enim ex dupla promissa deducendum, quod antea emptor fuit consecutus. quæ replicatio approbatur l.48. ff. de euictione, his uerbis: Cùm fundus uti optimus maximusq; emptus est, & alicuius seruitutis euictæ nomine aliquid emptor à uẽditore consecutus est, deinde totus fundus euincitur: ob eã euictionem id præstare debet, quod ex duplo reliquum est. Nam si aliud obseruauerimus: seruitutib. aliquib. mox & proprietate euicta, duplo amplius emptor, quàm emit, consequetur. Concordat l.32. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. cap.6. quæst.2. reg.4. Quinta replicatio est: Nisi res accessoria, non principalis, sit euicta. tunc enim simplum tantùm uenditor præstat, quamuis duplum promiserit. quæ replicatio approbatur per ea quæ proposita sunt s̄. quæst.1. except. 43. distinct.1. Sexta replicatio est: Nisi cùm uenditor de dupla cauere non teneretur, per errorẽ nihilominus duplam promisit. Hæc replicatio reprobatur exemplo l.49. §. si autem hæres. ff. familiæ erciscundæ. cuius uerba uide J. lib.44. cap.9. quæst.3. causa 10. except.3. repl.3. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi petẽte emptore uẽditor de dupla cauere noluit. tunc enim, quamuis stipulatio nulla interuenerit, dupli condemnandus est uenditor. quæ exceptio approbatur l.2. ff. de euictione. cuius uerba uide s̄. cap.2. reg.11. except.3. Tertia exceptio est: Nisi ex causa iudicati pignus captum atq; distractum sit. tunc enim is cui ad liberationem ista uenditio proficit, re euicta non ad id quod emptoris interest, sed de precio duntaxat, eiusq; usuris tenetur. quæ exceptio approbatur l.74. §.1. ff. de euictione. cuius uerba uide s̄. quæst. prox. reg.1. except.3. Quarta exceptio est: Nisi cùm uenditor promisisset, per se hæredemq; suum non fieri, quo minus rem emptori habere liceret, alius euicerit. hoc enim casu uenditor non ad id quod interest, sed ad precium duntaxat restituendũ tenetur. quæ exceptio approbatur l.11. §. qui autem habere. ibi: sed Iulianus. ff. de euictione. cuius uerba uide s̄. quæst.1. except.15. Quinta exceptio est: Nisi conuenerit, nihil euictionis nomine præstitum iri. tunc enim ad precium duntaxat restituendum uenditor tenetur. quæ exceptio approbatur d. §. qui autem. ibi: ibidem ait. Sexta exceptio est: Nisi id quod emptoris interest, duplum precij excedat. quæ exceptio approbatur l.43. cum duab. legib. sequentib. ff. de action. empti. cuius uerba uide s̄. lib.19. cap.10. quæst.6. reg.2. except.2. Septima exceptio est: Nisi dominus ex contractu serui conueniatur. quæ exceptio approbatur J. reg.12.

II. Regula, De precio restituendo, proponitur l.16. in fine. C. de euictionib. his uerbis: Super empti agri quæstione disceptabit præses prouinciæ, & si portionem diuersæ partis esse cognouerit: impensas quas ad meliorandam rem uos erogasse constiterit, habita fructuũ ratione, restitui uobis iubebit. Nã super precio euictæ portionis non eũ qui dominium euicerit, sed auctricem conueniri, consequens est. Concordat l.58. §. item

quæro.ff. de ædilitio edicto. cuius uerba uide s̄. cap. 4. quæst. 6. reg. 7. in prin. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi nondum soluerit precium emptor. Hæc exceptio approbatur l.13.§.offerri.ibi: unde quæritur.ff. de action. empti, his uerbis: Quæritur, si parte precij soluta, res tradita, postea euicta sit: utrum eius rei nomine consequatur integrum precium ex empto agens, an uerò quod numerauit? Et puto magis id quod numerauit, propter doli exceptionem.

III. Regula. De usuris precij, proponitur l.18. ff. de usuris & fructibus, his uerbis: Euictis agris, si initio conuenit ut uenditor precium restitueret: usuræ quoq; post euictioné præstabuntur: quamuis emptor post dominij litem inchoatam fructus aduersario restituerit. Nam incommodum medij temporis emptoris damnum est.

IIII. Regula, De eo quo res euicta post emptionem melior est facta præstando, proponitur l.66.§. fin.ff. de euictione. cuius uerba uide s̄. quæst. prox. reg.1. except.1. Concordat l.8. ff. eod. tt. cuius uerba uide ā reg.1. in prin. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi quid euictionis nomine præstandum sit, in stipulationem sit deductum. Hæc exceptio approbatur l.64. §. si totus. ibi: nam & ex contrario. ff. eod. tt. cuius uerba uide j. reg. prox. except.1. Altera exceptio est: Nisi id in quo melior res est effecta, duplum precij excedat. tunc enim ultra duplum non debetur. quæ exceptio approbatur l. 41. §. fin. cum duab. legib. sequentib. ff. de action. empti. cuius uerba uide s̄. lib.19. cap.10. quæst.6. reg.2. except.1.

V. Regula: Si res post emptionem deterior est facta, hoc emptori, non uenditori perijt: & eo minus emptori à uenditore prædio euicto restituitur. quæ regula approbatur l.45. in prin. ff. de action. empti, his uerbis: Minuitur præstatio, si seruus deterior apud emptorem effectus sit, cùm euincitur. Concordat l.70. in fine. ff. de euictione. cuius uerba uide ā. reg.1. in prin. Concordat l.64. in prin. ibi: nam quod perijt. ff. d. tt. cuius uerba uide j. reg 10. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi quid euictionis nomine præstandum, in stipulationem sit deductum. tunc enim id non deminuitur, quamuis res deterior est facta. quæ exceptio approbatur d.l. 64. § si totus, his uerbis: Si totus fundus quem flumen deminuerat, euictus sit: iure non deminuetur euictionis obligatio: non magis quàm si incultus fundus, aut seruus traditus deterior factus sit. Nam & ex contrario non augetur quantitas euictionis, si res melior fuerit effecta.

VI. Regula, De impensis, quas emptor in rem euictam fecit, et à uenditore restituendis, proponitur l.9. in fine. C. de euictionib. cuius uerba uide ā. reg.1. in prin. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi emptor in possessione constitutus, domino uindicanti exceptionem impensarum restituendarum non opposuit. quæ exceptio approbatur l.45.§. illud expeditius. ff. de action. empti. cuius uerba uide ā. quæst.1. except.17. Concordat l.16. C. de euictionib. cuius uerbis uide s̄. reg.2. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi uenditor sciens alienum uendiderit. quæ replicatio approbatur d.§. illud, in fine. Altera exceptio est: Nisi emptor culpa sua rem amiserit, cuius retentionem quidem habebat, non autem petitionem. Hæc exceptio approbatur l.29.§.1. ff. de euictione. cuius uerba uide ā. quæst.1. except.32. Tertia exceptio est: Nisi cùm emptor rem alij rursus uendidisset, & secundo emptori rei nomine cōtrouersia mota esset, emptor in secundo emptore defendēdo quid impēderit. hoc enim duplæ actione ex stipulatu non repetit, repetit tamē actione ex empto. quæ exceptio approbatur l.66.§. si secūdus. ff. de euictione, his uerbis: Si secundus emptor uenditorem, eundemq; emptorem ad litem hominis dederit procuratorem, & non restituto eo damnatio fuerit secuta: quodcunq; ex causa iudicati præstiterit procurator, ut in rem suam datus, ex stipulatu consequi non poterit. Sed quia damnum euictionis ad personam pertinuit emptoris, qui mandati iudicio nihil percepturus est: non inutiliter ad percipiendam litis æstimationem agetur ex uendito.

VII. Regula: Parte rei euicta, de toto agi non potest: quæ regula approbatur per ea quæ habentur j. reg. prox.

VIII. Regula: Parte rei euicta, æstimatio euictæ partis sumitur pro quantitate, non pro qualitate partis euictæ, comparatione ad precium emptoris facta. quæ regula approbatur l. 69. §. fin. ff. de euictione, his uerbis: In fundo uendito cùm modus pronunciatus deest: sumitur portio ex precio, quod totum colligendum est ex omnibus iugeribus dictis. Concordat l.1. ibi: siquidem. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. quæst.1. except. 36. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi pars pro diuiso sit euicta. tunc enim fit æstimatio qualitatis, non quantitatis euictæ partis. quæ exceptio approbatur d.l.1. Concordat l.45. ff. eod. tt. cuius uerba uide ā. cap.1. causa 24. Item concordat l.14. ff. eod. tt. cuius uerba uide j. reg. prox. Item concordat l.64. §. cæterùm. ff. eod. tt. his uerbis: Cùm pro diuiso pars aliqua fundi euincitur, tametsi certus numerus iugerum traditus sit: tamen non pro modo, sed pro bonitate regionis præstatur euictio. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi singulæ partes precijs certis uenditæ sint. tunc enim habetur ratio precij, quo pars euicta uendita est. quæ replicatio approbatur l.53. in prin. ff. eod. tt. his uerbis: Si fundo tradito pars euincatur, si singula iugera uenierint certo precio: tunc non pro bonitate, sed quanti singula uenierint. quæ euicta fuerunt. præstandum: etiamsi ea quæ meliora fuerunt, euicta sint. Altera exceptio est: Nisi ususfructus

fructus

*fructus rei sit euictus. quæ exceptio approbatur l.15. ff. de euictione. cuius uerba uide J. reg. 11.*

IX. *Regula: In æstimatione bonitatis euictæ partis, tempus uenditionis, uel quo pars rei uenditæ accessit, non euictionis spectandum. quæ regula approbatur l.13. cum duab. legib. sequentib. ff. de euictione, his uerbis:* Bonitatis æstimationem faciendam, cùm pars euincitur, Proculus rectè putabat, quæ fuisset uenditionis tempore, non cùm euinceretur res: non in dimidiam quantitatem precij. Sed etsi quid postea alluuione accesserit: tempus quo accedit, inspiciendum. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi non ex stipulatu, sed ex empto agatur. Quam exceptionem Accursius approbat. Cui concordant etiam ea quæ proposita sunt s. reg. 4. & reg. 5.*

X. *Regula: Parte rei uenditæ euicta, cùm quæritur quanta sit euicta, & cuius quantitatis duplum præstandum: comparatio facienda est cum quantitate rei uenditæ, quæ fuit tempore uenditionis & traditionis, non quæ fuit tempore euictionis. quæ regula approbatur exemplo l.64. in prin. ff. de euictione, his uerbis:* Ex mille iugeribus traditis, ducenta flumen abstulerat: si postea pro indiuiso ducenta euincantur, duplæ stipulatio pro parte quinta, non quarta præstabitur. Nam quod perijt, damnum emptori, non uenditori attulit. *Concordat d.l.64. §. quòd si modo, his uerbis:* Quòd si modo terræ integro, qui fuerat traditus, ducenta iugera per alluuionem accesserint, ac postea pro indiuiso pars quinta totius euicta sit: perinde pars quinta præstabitur, ac si sola ducenta de illis mille iugeribus quæ tradita sunt, fuissent euicta: quia alluuionis periculum non præstat uenditor. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi cùm quantitas rei uenditæ, quæ fuit tempore uenditionis, postea deminuta sit, & rursus aucta, ut tempore euictionis eadem sit quantitas, quæ fuit tempore uenditionis. hoc enim casu pars euicta non solum ex ea quæ fuit tempore uenditionis, sed etiam ex ea quæ postea accessit, pro rata euicta censetur: quam ratam uenditor nō præstat. quæ exceptio approbatur d.l.64. §. quæsitum est, his uerbis:* Quæsitum est, si mille iugeribus traditis, perijssent ducenta: mox alluuio per aliam partem fundi ducēta attulisset, & postea pro indiuiso quinta pars euicta esset: pro qua parte auctor teneretur? Papinianus. Dixi consequens esse superiorib. ut neq; pars quinta mille iugerum, neque quarta debeatur euictionis nomine: sed perinde teneatur auctor, ac si de octingentis illis residuis sola cētum sexaginta fuissent euicta. Nā reliqua quadraginta quæ de uniuerso fundo decesserūt, pro rata nō uæ regionis esse intelligi. *Altera exceptio est: Nisi socius rem communem uendiderit, tradiderit, & duplam promiserit, sitq; aliqua pars euicta. hoc enim casu quantitas euictæ partis non ex totius rei quantitate, sed ex quantitate partis quam uenditor in re habuit, est constituenda. quæ exceptio approbatur d.l.64. §. fin. his uerbis:* Qui unum iugerum commune pro indiuiso solùm habuit, & tradidit; secundum omnium sententias, nō totum dominium tradidit, sed partem dimidiam iugeri: quemadmodū si certum locum aut fundum similiter tradidisset. *Tertia exceptio est: Nisi non ad duplam ex stipulatu, sed ad id quod interest, ex empto agatur. hoc enim casu non quantitas quæ fuit tempore traditionis, sed ea potius quæ fuit tempore euictionis, æstimatur. quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s. reg. 4 & 5.*

XI. *Regula: Vsufructu rei uenditæ uel seruo euicto, quanti æstimatio facienda, definitur l.15. ff. de euictione, his uerbis:* Si ususfructus euincatur, pro bonitate fructuum æstimatio facienda est. Sed et si seruus euincatur: quanto minoris ob id prædium est, lis æstimanda est.

XII. *Regula: Dominus serui ementis quidem in solidum habet actionem: uendentis uerò non nisi de peculio tenetur. quæ regula approbatur l.39. §. si seruus. ibi: sed si seruus. ff. de euictione, his uerbis:* Si seruus hominem emerit, & duplam stipuletur, deinde eū uendiderit, & ab emptore euictus fuerit: domino quidem aduersus uenditorem in solidum competit actio, emptori uerò aduersus dominū duntaxat de peculio.

XIII. *Regula: Ex stipulatu actio in duplum est, ut ostensum s. reg. 1. except. 1. quid autem duplicandū sit, definitur l. 21. in prin. ff. de liberali causa. cuius uerba uide J. cap. prox. quæst. 4. except. 4.*

## V. QVANDO ET QVAMdiu competat euictionis actio?

I. *Regula: Non nisi re euicta competit. quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt s. quæst. 1. except. 3.*

II. *Regula: Euictionis actioni longi temporis præscriptio non obstat. quæ regula approbatur l. 21. C. de euictionib. cuius uerba uide s. cap. 1. quæst. 4. reg. 2. except. 1.*

## VI. EVENTVS ACTIONIS propositæ.

*Procurator, qui rem mandatu domini uendidit, quod euictionis nomine emptori præstitit, contraria mandati actione à domino recuperat. quæ regula approbatur l.14. ibi: sed quod iudicio. ff. de publiciana in rem actione. cuius uerba uide J. lib. prox. cap. 14. quæst. 1. except. 15.*

## VII. AD FINIA PROPOSITAE actionis remedia.

I. *Regula: Re aliena uendita & euicta, regulariter empti actio est aduersus uenditorem. quæ regula approbatur l.6. C. de euictionib. his uerbis:* Non

dubitatur, etsi specialiter uenditor euictionem non promiserit, re euicta ex empto competere actionem. *Concordat l.2. C. eod. tt. cuius uerba uide ī. quæst. 4. reg 1. except. 1. Item concordat l.11 §. Iulianus. ff. de action. empti, his uerbis:* Iulianus deficiente dupla, ex empto agendum putauit. *Concordat item l.31. §. quia assidua. ff. de ædilitio edicto. cuius uerba uide ī. cap. 1. causa 53. except. 3. Concordat item l.19. in prin. ff. de euictione. cuius uerba uide ā. quæst. 1. except. 57. repl. 2. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi stipulatio de euictione præstanda interuenit. hoc enim casu ex stipulatu actio est. quæ exceptio ex legibus iam allegatis constat. cuius replicatio prima hæc est: Nisi de euictione eius quod rei uenditæ accessit, agatur. hoc enim casu nihilominus ex empto actio est. quæ replicatio approbatur l.16, in prin. ff. de euictione. cuius uerba uide ā. quæst. 1. except. 43. Altera replicatio est: Nisi cùm rem alienam uenditor sciens uendidisset, ea antequam euincatur, interierit. tunc enim nihilominus ex empto actio de dolo competit. quæ replicatio approbatur per ea quæ proposita sunt ī. quæst. 1. except. 33. repl. 1. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi non ex causa uenditionis, sed legati res euicta tradita sit. tunc enim ex testamento actio est. quæ exceptio approbatur, l.58. ff. de euictione. cuius uerba uide ā. lib. 32. cap. 2. reg. 4. except. 3. Tertia exceptio est: Nisi res euicta ex causa permutationis sit tradita. tunc enim in factum actio est. quæ exceptio approbatur l.1. §. unde si ea res. ff. de rerum permutat. cuius uerba uide ā. lib. prox. cap. 10. quæst. 2. reg. 1. Quarta exceptio est: Nisi ex alia quàm emptionis causa res euicta tradita sit. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt ī. quæst. 1. except. 4. cum sequente.*

II. *Regula, De actione hypothecaria, proponitur l.15. C. de euictionib. cuius uerba uide ī. quæst. 1. except. 55.*

III. *Regula, De stellionatus crimine, si quis statuliberum sciens dißimulata eius conditione uendiderit, proponitur l.9. §. 1. in fine. ff. de statuliberis. cuius uerba uide ī. lib. 19. cap. 10. quæst. 6. reg. 2.*

IIII. *Regula, De actione in factum, si liber homo pro seruo se uenire patiatur, proponitur ĵ. cap. prox.*

V. *Regula, De exceptione uenditori precium petenti opponenda, proponitur ĵ. cap. 9. quæst. 1. except. gener. 6 & 7.*

VI. *Regula: Si uenditor eiusúe heres rem uenditam uelit euincere, in potestate emptoris est, utrum eum per exceptionem remouere uelit, an per actionem duplam uel id quod interest petere. quæ regula approbatur l.17. ff. de euictione. cuius uerba uide ī. quæst. 1. except. 57. repl 2. Concordat l. 73. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide ī. lib. 21. cap. 4. causa 1. except. 1. repl. 10. dupl. 1. Item concordat l.3. C. de reb. alienis non alienandis. cuius uerba uide d. dupl. 1.*

## DE ACTIONE IN FACTUM ADVERSUS LIBERUM HOMINEM, QUI SE PRO SERUO UENIRE PASSUS EST.

### Cap. VIII.

*Cum hæc actio ad fine sit remedium actionis ex empto, uel ex stipulatu de euictione: ideo de ea hîc agendum.*

### I. CAUSA HUIUS ACTIONIS.

*Si liber homo pro seruo sciens se uenire patiatur: in factū actione tenetur. quæ causa approbatur l.14. cum legib. sequentib. ff. de liberali causa, his uerbis:* Rectissimè prætor calliditati eorum qui cùm se liberos scirent, dolo malo se passi sunt pro seruis uenundari, occurrit. Dedit enim in eos actionē. Quę actio toties locū habet, quoties non est in ea causa is qui se uenire passus est, ut ei ad libertatē proclamatio denegetur. Dolo autē fecisse nō eū accipimus, qui nō ultrò instruxit emptorē, sed qui decepit: siue uirilis sexus, siue fœminei sit: dummodo eius ętatis sit, ut dolū capiat. Immò eū qui finxit se seruum, & sic uenit decipiēdi emptoris causa. *Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi sine dolo malo se uenire passus sit. Hæc exceptio approbatur, simul & declaratur uerbis iam propositis hisce:* Dolo autem fecisse non eum accipimus, &c. *Altera exceptio est: Nisi minor annis fuerit homo uenditus, non capax doli. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Dummodo eius ætatis sit, ut dolum capiat. *Tertia exceptio est: Nisi ui metuúe compulsus pro seruo se uenire passus est. quæ exceptio approbatur l. 16. in prin. ff. d. tt. de liberali causa, his uerbis:* Si tamen ui metuúe compulsus fuit hic qui distractus est: dicemus eum dolo carere. *Quarta exceptio est: Nisi emptor liberum esse sciuit. Hæc exceptio approbatur d. l.16. §. tunc habet, his uerbis:* Tunc habet emptor hanc actionem, cùm liberum esse nesciret. Nam si scit liberum, & sic emit: ipse se circumuenit. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi alij qui ignorauit, empti actio adquiratur. quæ replicatio approbatur l.17. ff. eod. tt. his uerbis:* In seruo & in eo qui mandato nostro emit, tale est, ut si certum hominem mandauero emi, sciens liberum esse: licet is cui mandatum est, ignoret: idem est, & non competit ei actio. Contrà autem, si ego ignoraui, procurator scit: non est mihi deneganda. *Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi filiofamiliâs emente, patri adquiratur actio. hoc enim casu scientia filij nocet patri. quæ duplicatio approbatur d. l.16. §. quare, his uerbis:* Si filiusfamiliâs emit: siquidem ipse scit, pater autem ignorauit: non adquisiuit patri actionem. Hoc si peculiari nomine egerit. Cæterùm

si

si patre mandante: hic quæritur, an filij scientia noceat? Et puto adhuc nocere, quemadmodum procuratoris nocet. *Altera duplicatio est: Nisi dominus procuratori incertum hominem emi mandauit. hoc enim casu scientia procuratoris domino nocet. quæ duplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Quemadmodū procuratoria nocet. *Concordat d.l.17. uerbis s.ead.repl.in prin.propositis hisce:* Vt si certum hominem mandauero emi, &c. *Concordat item l.22.§.& hæredi,in fine.ff.eod.tt.his uerbis:* Si per procuratorem scientē quis emerit, ei nocet: sicuti tutoris quoq; scientiam nocere Labeo ait. *Concordat item l.51.§.circa.ff.de ædilitio edicto.cuius uerba uide s.cap.4.quæst.3.except.gener.10.repl.4. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi post uenditionem demum emptor scire cœperit. Hæc replicatio approbatur l.22.§.si eum.ff.de liberali causa.his uerbis:* Si eum liberum esse emptor nescit, postea autē scire cœpit: hoc ei non nocebit. Quia tunc ignorauit. *Tertia replicatio uidetur: Nisi postea emptor cœpit dubitare. Hæc replicatio reprobatur d.§.si eum, in fine, his uerbis:* Sed si tunc sciuit, postea dubitare cœpit: nihilum proderit. *Quinta exceptio est: Nisi is cui empti actio adquiritur, sciuit hominē liberum esse. hoc enim casu, quāuis is qui emit ignorauerit: actio tamen denegatur. quæ exceptio approbatur exemplo d.l.16. §. fin. his uerbis:* Si filius ignorauit, pater scit: adhuc dico repellendum patrem, etiamsi peculiari nomine filius emit: si modò pater præsens fuit, potuitq; filium emere prohibere. *Concordat in alio exemplo l.17. ff. de liberali causa. cuius uerba uide s. except.prox.repl.1.in prin. Huius exceptionis replicatio est: Nisi domino sciente, procurator ignorauit & agat. quæ replicatio approbatur d.l.51.§.circa, in fine. cuius uerba uide s.cap.4. quæst. 3. except. gener.10. repl.5. Sexta exceptio est: Nisi statuliber uel similis dißimulata conditione sua se uenire passus sit. quæ exceptio approbatur l.14.ibi: quæ actio.ff.de liberali causa.cuius uerba uide s.ead.causa, in prin. Concordat l.10.§.is cui.ff.de fideicomm.libertat. his uerbis:* Is cui ex fideicommisso libertas debebatur ab eo qui soluendo non erat, passus est se bona fide emptori tradi: existimaa in manumissum cōstituendam actionem exemplo eius qui liberi hominis emptorem, simulata seruitute, decepit. Ego quoque adducor, ut putem rectè aduersus uenditorem actionem competere. Et magis similem uideri statulibero, qui pridie quàm ex testamento ad libertatem perueniret, idē fieri passus est. *Propositæ exceptionis ratio proponitur l.4.ff.quib. ad libertatem proclamare.cuius uerba uide s.lib.19. cap. 8. exc. 25. Septima exceptio sumpta ex sexu hominis uenditi, reprobatur l.15.ff. de liberali causa. cuius uerba uide s. ead. quæst.in prin.* Octaua exceptio uidetur: *Nisi emptor hominem quem emit, manumisit. Hæc exceptio reprobatur l.21. §. fin. ff.de liberali causa, his uerbis:* Actionem quæ ex hoc edicto oritur, manumissione non extingui, rectissimè dicitur: quis uerum est, auctorem conueniri non posse, postquam ad eum qui ad libertatem proclamaut, perueniatur.

## II. QVIBVS ACTIO PROPOSITA COMPETIT?

I. Regula, *De hæredibus emptoris, proponitur l.22 in prin.ff. de liberali causa, his uerbis:* Non solus emptor, sed & successores eius hac in factum actione agere poterunt. *Huius regulæ exceptio hæc uidetur: Nisi hæres sciuerit hominem liberum esse. Sed hæc exceptio reprobatur d.l.22.§.& hæredi, his uerbis:* Hæredi & cæteris successoribus scienta sua nil nocet, ignorantia nihil prodest.

II. Regula, *De domino, procuratore uel tutore emente, proponitur d.l.22.§.1. his uerbis:* Emere sic accipiemus, etiamsi per alium quis emerit: utputa procuratorem. *Huius regulæ exceptio est: Nisi procurator uel tutor sciuerit hominem liberum esse. Hæc exceptio approbatur s.quæst.1.except.1.repl.1.dupl.2.distinguitur d.replic.1.in prin.*

III. Regula, *De pluribus ementibus, proponitur d.l.22.§.sed etsi plures, his uerbis:* Si plures emerint, omnes habebūt actionem hanc: sic tamen, ut si quidem pro partibus emerint, pro parte precij habeant actionem. Enimuerò si unusquisq; in solidum emit: quisq; in solidum habebit actionem, nec alterius scientia alteri nocebit, nel ignorantia proderit.

## III. ADVERSVS QVOS COMPETIT?

*Aduersus hæredes hominis empti non competit. quæ regula approbatur l.21.ibi: nec cum successorib. ff.de liberali causa.cuius uerba uide s.quæst.5.*

## IIII. QVID, QVANTVM'VE IN HAC ACTIONE VENIAT?

*In duplum eius quod emptor dedit, uel ei eo nomine abest, hæc actio datur. quæ regula approbatur l.18.cum duab.legib.sequentib.ff.de liberali causa, his uerbis:* In tantum tenetur, quantum dedit, uel in quantum obligatus est, scilicet in duplum. Sed utrum precium tantùm, an etiam id quod precio accessit, duplicetur, uideamus? Vlpianus. Et putem omne omnino, quod propter emptionē uel dedit, uel permutauit, uel cōpensauit eo nomine (nam & is dedisse intelligendus est) uel obligatus est: duplicari debere. Proinde si quid cuidā ob hanc actionē licito iure dedit: dicendum est, in hoc edictū cadere dupliq;. *Huius regulæ exceptio prima hæc esse uidetur: Nisi alij, non uenditori dedit uel obliga-*

... est. *Hæc exceptio ipso quidē iure subsistit, uerùm ... replicatio hæc est: Nisi iussa uēditoris alij dedit, uel se obligauit. quæ replicatio approbatur l. 20. §. 1. ff. de liberali causa, his uerbis:* Obligatum uel ipsi uenditori accipere debemus, uel alij obligatùm. Nam quod dedit siue ipsi uenditori, siue alij iussu eius, siue ipse siue alius pro eo: æquè continebitur. *Altera exceptio est: Nisi non emptor, sed alius dedit. Hæc exceptio distinguitur uerbis iam propositis hisce:* Siue ipse, siue alius pro eo, &c. *Tertia exceptio est: Nisi obligatus emptor exceptione se tueri possit. Hæc exceptio approbatur d. l. 20. §. obligatum, his uerbis:* Obligatum accipere debemus, si exceptione tueri se non potest. Cæterùm si potest: dicendum est, non esse obligatū. *Quarta exceptio uidetur: Nisi emptor contrà uenditorem agendo aliquid sit consecutus. hoc enim in duplum reo proficere uidetur. Sed hæc exceptio reprobatur d. l. 20. §. fin. cum lege sequente, his uerbis:* Interdum euenit, ut is qui comparauit, habeat in quadruplum actionem. Nam in ipsum quidē, qui sciens pro seruo uenit, hanc habet in duplùm actionem: & præterea in uenditorem, uel eum qui duplum promisit, in duplum actio est. Vtiq; eius dūplum, quod propter emptionē uel dedit, uel obligatus est. Secundum quę id quod alter eorum soluit, nihil ad exonerandum alterū pertinebit: quia placuit hanc actionem pœnalem esse.

V. QVAMDIV COMPETIT hæc actio?

*Annalis est actio. quæ regula approbatur l. 21. ibi: quia placuit. ff. de liberali causa, his uerbis:* Placuit hanc actionem pœnalem esse. Et ideo post annum non datur: nec cum successoribus, cum sit pœnalis, agetur. *Cōcordat l. 22. §. fin. ff. eod. tit. his uerbis:* Hæc actio post annum non datur, cum sit honoraria, sit autem & pœnalis.

VI. *Genus huius actionis proponitur uerbis iam dictis hisce:* Cùm sit honoraria, sit autem & pœnalis.

## DE ACTIONE VENDITI. Cap. IX.

*Hactenus empti actio cum adfinibus eius remedijs proposita est atq; descripta. Nunc de actione uenditi agendum, cuius adfinia aliquot remedia & species proposuimus s. lib. proxim. cap. 5. 6. & 9.*

I. CAVSAE ACTIONIS EX uendito, cum suis exceptionibus.

I. *Causa generalis proponitur l. 13. §. ex uendito. ff. de action. empti, his uerbis:* Ex uendito actio uenditori competit ad ea consequenda, quæ ei ab emptore præstari oportet.

II. *Causa: Si emptor non soluit precium. Hæc causa approbatur d. §. ex uendito, his uerbis:* Veniunt autem in hoc iudicio infrascripta. In primis precium, quanti res uenit: item usuræ precij post diem traditionis. Nam cùm re emptor fruatur, æquissimum est eū usuras precij pendere. *Cōcordat l. 6. in fine. C. de act. empti. cuius uerba uide s. quæst. 3. reg. 4. Cōcordat itē l. 13. §. fin. C. eod. tit. his uerbis:* Venditor preciū tantùm, ac si moram intercessisse probetur, usuras officio iudicis exigere potest. *Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi emptor precium compenset. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit per ea quæ dicta sunt s. lib. 16. cap. 13. quæstion. 3. in prin. uerùm eius replicatio hæc est: Nisi uenditor emptori per errorem aliquid promiserit. quæ replicatio approbatur l. 2. C. de action. empti, his uerbis:* Venditi actionem ad recipiendum residuum precium intendere aduersario tuo poteris. nec quod in compensationem uenerit, quasi & tu iudicem deberes, id obesse tibi poterit: si in bonæ fidei contractu, in quo maiores etiam uiginti quinque annis officio iudicis in ijs quæ dolo commissa sunt, adiuuantur, iusto errore te ductum, uel fraude aduersarij captum, quasi debitum id esset, quod teneris non debebatur, pepigisse monstraueris. *Plura de exceptione proposita uide d. cap. 13. Altera exceptio est: Nisi pretium solutum sit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio prima hæc est: Nisi non suam, sed alienam pecuniam emptor soluit. Hæc replicatio approbatur per ea quæ proposita sunt s. lib. prox. cap. 1. quæst. 4. reg. 2. Altera replicatio est: Nisi pecuniam uenditoris ei soluit. Hæc replicatio approbatur l. 7. C. de action. empti, his uerbis:* Si seruos distraxisti, ac precium de peculio eorum, quod ad te pertinebat, nesciens unde solueretur accepisti: consequens est, integram te habere actionem precij: cum proprij uenditoris nomi soluti non præstent emptori liberationem. *Concordat l. unica. C. si seruum extero se emi mandauerit, his uerbis:* Si seruus extero se mandauerit emēdum: quamuis nec ex persona serui (quia hoc liber mandare nō potest) nec ex domini persona (quoniam qui mandat, ut à se res compararetur, inutiliter mandat) consistere credebatur actio: tamē optima ratione non id agitur, ut ex ipso mādato, sed propter mandatū ex alio cōtracto nascatur actio: domino quęri placuit actioōē. Si itaq; domino ignotāte emī te mandasti, ac te nummos subministrāte peculiares, soluti sunt: emptori nioimè liberatio per huiusmodi factū potuit peruenire. Nec tamen si tradita nec manumissa es: etiam tam mādati de ancilla, & empti de precio consequendo contrarias actiones ei

nea ei exercere concedi placuit. Sanè in illius acbitrio relictum est, utrum'ne mancipium, an pcecium consequi uelit: cùm ex peculio; quod eius fuit, solutio celebcata, obligationis uineulo emptocem liberace non potuit. *Tertia replicatio est: Nisi aliud pro alio sit solutum. Hæc replicatio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius duplicatio hæc est: Nisi uenditor consenserit aliud solui. Quæ duplicatio approbatur l. 9. C. de rescind. uendit. bis uerbis:* Precij caula non pecunia numerata, sed pco ea pecoribus in solutum consentienti datis: contcactus non constituitur icritus. *Quarta replicatio est: Nisi non solidum precium quod debetur, sit solutũ. Hæc replicatio approbatur l. 2. in prin. C. de action. empti. cuius uerba uide s̄. except. 1. repl. 1. Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi id precium, de quo conuenit, solutum sit. Hæc duplicatio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius triplicatio prima hæc est: Nisi plus in admetiendo agro uendito inueniatur, quàm in uẽditione est dictum. hoc enim casu in singula iugera certo precio constituto, etiam pro eo quod excedit, precium soluendũ. Quæ triplicatio approbatur l. 40. §. qui agrũ. ff. de contrah. empt. bis uerbis:* Qui agrum uendebat, dixit fundi iugeca decẽ & octo esse: & quod eius admẽsum esset, ad singula iugeca cectum pcecium stipulatus fuecat. Viginti inuenta sunt. Pco uiginti deberi pecuniam, Paulus cespõdit. *Altera triplicatio est: Nisi emptor adhibitis iniquis põderibus, uenditorem decepit. eius enim quod iustum pondus excedit, nihilominus preciũ debetur. Quæ triplicatio approbatur l. 32. ff. de action. empti. cuius uerba uide s̄. cap. 1. causa 30. Tertia triplicatio est: Nisi uẽditor ab emptore dolo persuasus, rem minoris uẽdiderit. Hæc triplicatio approbatur exẽplo l. 13. §. per contrarium. ff. de action. empti. cuius uerba uide j. causa 12. Hæc de prima duplicatione. Altera propositæ replicationis duplicatio est: Nisi ususfructus rei uẽditæ postea alienus appareat. eius enim æstimatio ex precio deducitur. Quæ duplicatio approbatur l. 14. cum l. sequẽte. ff. de contrah. empt. cuius uerba uide s̄. lib. prox. cap. 3. except. 17. in prin. Tertia duplicatio est: Nisi pars rei uẽditæ postea appareat aliena esse. Hæc duplicatio approbatur l. 18. in prin. ff. d. tt. cuius uerba uide d. exc. 17. repl. 4. Quarta duplicatio est: Nisi cùm precium constitutũ esset certum in decem pondo olei quod natum esset, postea minus natum sit. tunc enim pro rata ex precio decedit. Quæ duplicatio approbatur l. 39. §. uerisimile. ff. de contrah. empt. cuius uerba uide s̄. cap. 3. reg. 2. Quinta duplicatio est: Nisi res empta tempore uenditionis contrahentibus ignorantibus pro parte perierit. nam & hoc casu pro parte quæ perijt, minuitur precium. Quæ duplicatio approbatur, simul & distinguitur l. 57. ff. de contrah. empt. cuius uerba uide s̄. lib. prox. cap. 3. exc. 18. repl. 1. Sexta duplicatio est: Nisi minor agri modus, quàm in uenditione dictum est, inueniatur. Hæc duplicatio approbatur, simul & distinguitur l. 40. in prin. ff. d. tt. cuius uerba uide s̄. cap. 1. causa 24. exc. 3. Hæc de quarta replicatione. Quinta propositæ exceptionis replicatio est: Nisi usuræ precij non sint solutæ. De hac replicatione cum similib. uide j. quæst. 3. Sed & plura de exceptione proposita, eiusq; replicationib. uide j. lib. 48. Item plures propositæ causæ exceptiones uide j. inter except. generales.*

III. *Causa: Si emptor non præstat id, quod inter eum & uenditorẽ conuenit. Hæc causa approbatur l. 6. ibi: etenim aliàs remota. ff. de seruis exportandis. cuius uerba uide j. ead. causs. exc. 4. Cõcordat l. 75. ff. de cõtrah. empt. bis uerbis:* Qui fundũ uẽdidit, ut eũ cetta meccede conductũ ipse habeat: uel si uẽdat, ut nõ alij, sed sibi distrahat: uel simile aliquid paciscatuc: ad complendũ qđ pepigerunt, ex uendito agece poterit. *Cõcordat exẽplis iam ꝓpositis l. 21. §. si tibi. ff. de act. empti, bis uerbis:* Si tibi fundũ uẽdideco, ut eũ conductũ cecta summa habecẽ: ex uẽdito eo nomine mihi actio est, quasi in pattẽ ptecij ea res sit. Sed et si tibi fundũ ita uẽdidero, ut nulli alij eũ q̃ mihi uẽderes: actio eo nomine ex uendito est, si alij uẽdideris. *Aliud ꝓpositæ causæ exẽplũ ꝓponitur l. 13. §. penult. ff. de act. empt. cuius uerba uide s̄. cap. 1. quæst. 2. causa 47. Aliud exẽplũ proponitur l. 79. ff. de cõtrah. empt. bis uerbis:* Fundi pactẽ dimidiá ea lege uẽdidisti, ut emptoc altecá pattem, q̃ retinebas, annis decẽ certa pecunia in annos singulos cõductá habeat. Labeo & Tcebatius negát posse ex uẽdito agi, ut id qđ cõuenerit fiat. Iabolenus. Ego cõtcà puto, si modò ideo uilius fundũ uẽdidisti, ut hęc tibi cõductio pcęstacetur. Nam hoc ipsum pceciũ fundi uidetur, qđ eo pacto uẽditus fuetit: eoq; iuce utimuc. *Aliud exẽplũ est, si cum cõuenisset, ut precio intra diẽ certum nõ soluto, res inempta esset, fructusq; et omnis causa restitueretur: emptor intra diẽ certũ preciũ non soluerit. quod exẽplũ proponitur l. 4. in prin. ff. de lege cõmissoria. cuius uerba cũ cõcordãtib. uide s̄. li. ꝓx. cap. 6. quæst. 3. reg. 8. Aliud exẽplũ est, si cõuenit, ne ancilla uẽdita prostitueretur. quod proponitur l. 6. ff. de seruis exportãdis. cuius uerba uide j. ead. causa, exc. 4. Aliud exẽplũ est, si insula uẽdita cõuenit, ut alia uẽditoris insula ab emptore reficiatur, uel pars areæ uẽditæ ædificetur, et uẽditori restituatur. quod exẽplũ ꝓponitur l. 6. §. 1. ff. de act. empt. cuius uerba cũ cõcordãtib. uide s̄. lib. prox. cap. 1. quæst. 3. reg. 9. Aliud exẽplũ ꝓponitur l. 13. §. itẽ si cõuenerit. ff. de act. empti, bis uerbis:* Si cõuenecit, cũ ces ueniret, ut locuples ab emptoce ceus detur: Labeo ait, ex uẽdito agi posse, ut id fiat. *Aliud exẽplũ est, si cõuenit, ut restituto precio à uenditore eiusùe heredibus, res restituatur. quod proponitur l. 2. C. de pactis inter emptorem, bis uerbis:* Si fundum parentes tui ea lege uendide-

tunt, ut siue ipsi siue hęredes eorũ emptori precium quandocũq;, uel intra certa tẽpora obtulissent, restitueretur, req; parato satisfacete cõditioni dictæ, hæres emptoris non paret, ut cõtractus fides seruetur: actio præscriptis uerbis, nel ex uẽdito tibi dabitur, habita ratione eorũ quæ post oblatam ex pacto quãtitatẽ, ex eo fundo ad aduersarium peruenerunt. *Concordat l. 7. C. eod. tt. his uerbis:* Si à te comparauerit is cuius meministi, & cõnenit, ut si intra certum tempus solura fuerit data quantitas, sit res inempta: remitti hanc conuentionẽ rescripto nostro, non iure petis. Sed si se subtrahat, ut iure dominij eandẽ rem retineat, denunciationis & obsignationis, depositionisq; remedio cõtra fraudem potes iuti tuo consulere. *Concordat item l. 12. ff. de præscriptis uerbis, in hæc uerba:* Si uir uxori suæ fundos uendiderit, & in uenditione comprehensum est, conuenisse inter eos, ut si ea nupta ei esse desijsset, ut eos fundos, si ipse uellet, eodẽ precio muliet uiro transscriberet: in factum existimo iudiciũ reddẽdum. Idq; & in alijs personis obseruandum est. *Aliud exemplum proponitur l. 13. §. si inter. ff. de action. empti, his uerbis:* Si inter emptorem prædiorum, & uenditorem conuenisset, si ea prædia emptor hæres uẽ eius pluris uendidisset, eius partem dimidiam uẽditori præstaret: & hæres emptoris plutis ea prædia uendidisset: uenditorem ex uendito agendo partem eius, quo plutis nendidisset, consecuturũ. *Aliud denique propositæ causæ exemplum est, si conuenit inter emptorem & uenditorem, ut si res ob legẽ commissoriam inempta esset facta, emptor præstaret, quanto minoris uenditor postea eandem rem alij uẽdidisset. quod exẽplum proponitur s̄. lib. prox. cap. 6. quæst. 3. reg. 5. Aliud exemplum proponitur l. 14. C. de rescind. uendit. cuius uerba uide s̄. lib. proxim. cap. 4. except. 6. Sed & alia huiusmodi exempla suis inserta sunt locis. Planè propositæ causæ exceptio prima hæc esse uidetur: Nisi conuenit, ut inempta re facta, aliquid præstaretur. hoc enim casu soluta uenditione, uenditi actio competere non uidetur. Sed hæc exceptio reprobatur l. 6. §. si fundus. ibi: nec conturbari. ff. de contrah. empt. cuius uerba uide s̄. lib. prox. cap. 6. quæst. 3. reg. 8.* Concordat l. 6. C. *de action. empti. cuius uerba uide j. quæst. 3. reg. 4. Altera exceptio uidetur: Nisi conuentio in aliã contractus speciem cadat. Sed & hæc exceptio reprobatur l. 79. ff. de cõtrah. empt. cuius uerba uide paulo superius ead. causa in prin.* Concordãt ea quæ *proposita sunt s̄. lib. prox. cap. 1. quæst. 3. reg. 9. Planè admittitur exceptio proposita, si precio non soluto inempta res sit facta. tunc enim propria contractus actio competit. Quæ distinctio approbatur l. 22. cum lege sequente. ff. locati. cuius uerba uide j. lib. px. cap. 1. quæst. 5. except. 1. repl. 1. dupl. 1. tripl. 1. Tertia exceptio uidetur: Nisi conuenerit, ne emptor re empta, prout uellet, uteretur. Sed & hæc exceptio reprobatur exemplis s̄. lib. 37. cap. 3. exc. 21. repl. 1 & 2. Quarta exceptio uidetur: Nisi cõuenerit, ne seruus uenditus manumittatur, et si manumissus esset, ut pœna præstetur. Sed & hæc exceptio reprobatur l. 6. ff. de seruis exportandis, hisce uerbis:* Si uenditot ab emptore cauerit, ne serua manumitteretur neue prostitueretur, & aliquo facto contrà quàm fuerat exceptũ, euincatur aut libera iudicetur, & ex stipulatu pœna petatur: doli exceptionẽ quidam obstaturam putant: Sabinus nõ obstaturam. Sed ratio facit, ut iure nõ teneat stipulatio, si ne manumitteretur exceptũ est. Nam incredibile est, de actu manumittentis, ac non potius de effectu beneficij cogitatum. Cæterùm si ne prostitueretur, exceptum est: nulla ratio occurrit, cur pœna peti & exigi non debeat, cùm & ancillam cõtumelia affecerit, & uenditoris affectionem fortè simul & uerecundiam læserit. Etenim aliàs remota quoque stipulatione, placuit ex uendito esse actionem, si quid emptor contrà quàm lege uenditionis cautum est, fecisset. Nobis aliquando placebat, non aliter ex uendito propter pœnam homini irrogatam agi posse, quàm si pecuniæ ratione uenditoris interesset: ueluti quia pœnam promisisset. Cæterùm bono uiro non conuenire, credere uenditoris interesse, quòd animo sæuientis satisfactum non fuisset. Sed in contrarium me uocat Sabini sentẽtia, qui utiliter agi ideo arbitratus est, quoniam ob hoc minoris homo uideatur uenisse. *Planè admittitur exceptio proposita, si manumissio effectum non habeat. Quæ distinctio approbatur l. 5. ibi: nec tamen. C. si mancipium ita fuerit, &c. his uerbis:* Ea quidem mancipia, quorum uenditio eam legem accepit, ne ad libertatem perducantur, etiamsi manumittãtur, nancisci libertatem non possunt. Neque enim conditio quæ personæ eius cohæsit, mutati facto eius qui ea lege comparauit, potest. Nec tamen pœnæ exactio (si qua addita est) conditioni non seruatæ iustam exigendi tribuit causam. Qua igitur ratione te potuerit uocare ad officium procuratoris, qui eam legem uenditioni dedit, perspici non potest: cùm nec in priuatorum contractibus fiscus se interponere debeat, & literæ ad te missæ, personæ factum, si non ipse manumiseris, non contineant. *Quinta exceptio est: Nisi conuenerit ne seruus emptus in Italia esset, & si contrà factum esset, ut pœna præstaretur. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 7. ff. de*

*seruis*

*seruis exportandis. cuius uerba uide ĩ.lib. proxim. cap.9.quæst.1.except.4.* *Sexta exceptio est: Nisi nihil interfit uenditoris paciscentis. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio prima hæc est: Nisi stipulatio pœnalis sit subiecta. Quæ replicatio approbatur exemplo l. 11. ff. de religiosis. cuius uerba uide ĩ.lib.37.cap.3. except.21. repl.1.dupl.1.* *Altera replicatio est: Nisi ob pactũ adpositum minoris res uenierit. Hæc replicatio approbatur l.6.in fine. ff de seruis exportandis. cuius uerba uide ĩ.except.4.* *Tertia replicatio est: Nisi adfectionis uenditoris gratia pactum sine pœna sit adpositum. Hæc replicatio approbatur d. l. 6. ibi: cæterùm si ne.* *Concordat l. 7. in fine. ff. eod. tit. cuius uerba (ut dixi) uide ĩ.lib.prox.cap.9.quæst.1. except.4.* *Septima exceptio est: Nisi conuenerit, ut seruus uenditus cum bestijs pugnet. Hæc exceptio approbatur l. 42. ff. de contrah. empt. cuius uerba uide ĩ.lib. proxim.cap.3.except.58.* *Octaua exceptio est: Nisi conuenerit, ut non soluto intra certum tempus precio, duplum emptor præstet. Hæc exceptio approbatur l: 13. §. ibidem Papinianus.ff.de action.empti, his uerbis:* Papinianus respondisse se refert, si conuenit ut ad diẽ precio non soluto, uenditori duplum precij præstaretur: in fraudem constitutionum uideri adiectum, quod usuram legitimam excedit, diuersamq; causam commissoriæ legis esse ait: cùm ea specie (inquit) non fœnus illicitum contrahatur, sed lex contractui non improbata dicatur. *Nona exceptio est: Nisi ab alio, non ab emptore uel herede eius contra pactum factũ sit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio hæc est: Nisi cùm ancilla uendita esset, ne prostitueretur, et si prostituta esset, uenditori abducendi potestas esset: alius cui emptor ancillam uendidit, eam prostituit. Quæ replicatio approbatur l.56.ff.de contrah.empt.his uerbis:* Si quis sub hoc pacto uendiderit ancillam, ne prostitueretur, et si cõtrà factum esset, ut liceret ei abducere: etsi per plures emptores mãcipium decurrit, ei qui primo uendidit, abducendi potestas est. *Concordat l. 1. §. fin. C. si mancipium ita uenierit, ne prostituatur. cuius uerba cum alijs huc pertinentib. uide ĩ.lib.19.cap.4. causa 16.* *Decima exceptio est: Nisi conuentio tabulis uenditionis non sit inserta. Hæc exceptio reprobatur l.2.in fine.C.d.tt.his uerbis:* Mulierem quam ita uenisse allegas, ne prostitueretur: aut si prostituta fuerit, libera esset: per officium militare exhiberi apud tribunal oportet: ut si controuersia referatur de pacto. quo tamen (si uerum est) libertas mulieri existente conditione cõpetat, agatur causa apud eum cuius de ea re notio est. Hæc autem lex, etsi tabulis uenditionis inserta non est, quãuis epistola uel sine scriptis facta ostenditur, ualet. *Vndecima exceptio est: Nisi cùm alternatiuè conuentio facta est, puta hoc aut illud: emptor alterũ ex ijs præstet. Hæc exceptio approbatur exẽplo l.21.§.fin. ff. de action. empti, his uerbis:* Qui domum uendebat, excepit sibi habitationẽ, donec uiueret, aut in singulos annos decem. Emptor primo anno maluit præstare decem, secundo anno habitationem. Trebatius ait, mutandæ uoluntatis potestatem eum habere, singulisq; annis alterutrum præstare posse: & quamdiu paratus sit alterutrum præstare, tamdiu petitionem non esse. *Plura de hac exceptione uide ĩ. lib.38. cap.8.reg.4.* *Duodecima exceptio est: Nisi cùm habitoribus in uenditione habitatio excepta esset, uenditor ipse habitationem sibi petat. Hæc exceptio approbatur l.53.§. fin.ff. de action.empti, his uerbis:* Si habitoribus habitatio lege uenditionis recepta est: omnibus in ea habitantibus, præter dominum, rectè recepta habitatio est. *Decimatertia exceptio est: Nisi cùm habitatoribus in uenditione habitatio excepta esset, quidam ex habitantibus gratis habitent, eosq; emptor habitare prohibeat. Hæc exceptio approbatur d. §. fin. his uerbis:* Si cui in ea insula, quam uendideris, gratis habitationem dederis, & sic receperis, Habitatoribus, aut in quam quisque diem conductum habet; parum caueris. Nominatim enim de his recipi oportuit. Itaque eos habitatores emptor Insulæ habitatione impunè prohibebit. *Decimaquarta exceptio est: Nisi cùm libertis uenditoris habitatio esset excepta, liberti illi mortui fuerint. Hæc exceptio approbatur l.18. in prin. ff. de periculo & commodo rei uenditæ, his uerbis:* Habitationum oneribus morte libertorum finitis, emptor domus ob eam causam uenditori nõ tenebitur: si nihil aliud conuenit, quàm ut habitationes, secundum defuncti uoluntatem, super precium libertis præstarentur. *Hæc de tertia causa. Sed & plura de ea, eiusq; exceptionibus uide ĩ.lib.37.*

IIII. *Causa: Si cùm ancilla uendita esset, ne prostitueretur: in ministerium cauponæ sit data. Hæc causa approbatur l. ultim. C. si mancipium ita uenierit, ne prostit. his uerbis:* Eam quæ ita uenit, ne corpore quæstum faceret: nec in caupona sub specie ministrandi prostitui (ne fraus legi dictæ fiat) oportet.

V. *Causa: Si uenditor in rem uenditam sumptus fecit, eosq; emptor non restituat. Hæc causa approbatur l. 13. §. præterea. ff. de actionib. empti, his uerbis:* Præterea ex uendito agendo consecuturus est sumptus, qui facti sunt

ſunt in re diſtracta: utputa ſi quid in ædificia diſtracta erogatum eſt. Scripſit enim Labeo & Trebatius, eſſe ex uendiro hoc nomine actionem. Idem eſt, ſi quid in agri ſerui curatione impenſum eſt ante traditionem, aut in diſciplinas, in quas uerisimile erat etiam emprorem uelle impendi. Hoc amplius Labeo ait, & ſi quid in funus ſerui defuncti impēſum ſit, ex uendito couſequi oportere: ſi modò ſine culpa uenditoris mortē obierit. *Huius cauſe exēplum etiam proponitur l.38.§.1.ff.cod.tt.his uerbis:* Si per emptorē ſteterit, quo minus ei mācipium traderetur: pro cibarijs per arbitrum indemnitatem poſſe ſeruari, Sextus Ælius & Druſus dixerūt: quorum & mihi uidetur ſententia iuſtiſsima eſſe. *Cōcordat propoſitæ cauſe l.16. C. de action. empti. cuius uerba uide ī.cap.2.reg.4.*

V I. *Cauſa: Si ſeruus uenditus uenditori poſt uenditionem ante traditionē furtum fecit. Hæc cauſa approbatur l.29. cum lege ſequente.ff. de cōtrah. empt. cuius aerba uide ī.cap.2.reg.26. Huius cauſe exceptio hæc eſt: Niſi res furto ablata perierit. Cuius replicatio prima hæc eſt: Niſi uenditor conuentus exceptionem rei ſubreptæ obijciat. tunc enim, quāuis res perierit. per retentionem tamen eius æſtimationē ſeruare poteſt. Quæ replicatio approbatur l.30.in prin.ff.de actionib.empti, his uerbis:* Seruus quē de me cum peculio emiſti, priuſquam tibi traderetur, furtū mihi fecit. Quamuis ea res quam ſubripuit, iuterierit: uihilominus retenrionem eo me nomiue ex peculio habiturū, Africanus ait. Id eſt, ipſo iure ob id factū minutum eſſe peculiū: eò ſcilicet, quòd debitor meus ex cauſa cōdictionis factus ſit. Nam licet, ſi iam traditus furtum mihi feciſſet, aut omnino cōdictionē eo nomine de peculio non haberem, aut eatenus haberem, quatenus ex re furtiua auctū peculiū fuiſſet: tamē in pposito & retentionem me habiturū: & ſi omne peculium penes te ſir, uel quaſi plus debito ſoluerim, poſſe me condicere. Secundum quæ dicendum eſt, ſi uumos quos ſeruus iſte mihi ſubripuerat, tu ignorās furtiuos eſſe, quaſi peculiares ademeris, & cōſumpſeris: cōdictionem eo nomine mihi aduerſus te competere, quaſi res mea ad te ſine cauſa peruenerit. *Altera replicatio eſt: Niſi emptor rem, antequam periret, uendidit, & precium accepit. Quæ replicatio approbatur l. ult. ff. de negocijs geſtis, his uerbis:* Si rem quam ſeruus uenditus ſubripuiſſet à me uēditore, emptor uendiderit, eaq; iu natura rerum eſſe deſierit: de precio negociorum geſtorum actio mihi danda eſt: ut dari deberet, ſi negocium quod tuum eſſe exiſtimares, cùm eſſet meum, geſsiſſes. Sicut ex cōtrario in me tibi daretur, ſi cùm hæreditatē quæ ad me pertinebat, tuam putares, res tuas proprias legatarijs ſoluiſſes: quādoquidem ea ſolurione liberaret.

V I I. *Cauſa: Si emptor lapides quos ex fundo emit, non tollat. Hæc cauſa approbatur l.9.ff.de action. empti, his uerbis:* Si is qui lapides ex fundo emerit, tollere eos uolit: ex uendito agi cum eo poteſt, ut eos tollat.

V I I I. *Cauſa: Si uenditor rei ſuæ in re uendita ſeruitutem exceperit, & emptor eam ſeruitutem poſtea imponi rei uenditæ non patiatur. Hæc cauſa approbatur l.8.in prin. ff. de action.empti, his uerbis:* Si tibi liberum prædium tradidero, cùm id ſeruiens tradere deberem: etiam condictio incerti competit mihi, ut patiaris eam ſeruitutem quæ debuit imponi. *Cōcordat l.34.ff.de ſeruitut. urbanor.præd. his uerbis:* Si binarum ædium dominus dixiſſet, eas quas uenderet ſeruas fore, ſed in traditione non feciſſet mentionē ſeruitutis: uel ex uendito agere poteſt, uel incerti cōdicere, ut ſeruitus impouatur. *Huius cauſe exceptio hæc eſt: Niſi certa ſeruitutis ſpecies in excipiendo expreſſa non ſit. Hæc exceptio approbatur l. 7. in prin. ff. communia prædiorum, his uerbis:* In tradendis unis ædibus ab eo qui binas habet, ſpecies ſeruitutis exprimenda eſt: ue ſi generaliter ſeruire dictum erit, aut nihil ualeat (quia incertū eſt, quæ ſeruitus excepta ſit) aut omuis ſeruitus imponi debeat. *Concordat l.10.ff.eod.tt. his uerbis:* Quidquid uenditor ſeruitutis nomiue ſibi recipere uult, nomiuatim recipi oportet. Nam illa generalis receptio, Quibus eſt ſeruitus, ut ita ſit ad extraneos pertinet, nec ipſi uenditori proficit ad iura eius conſeruanda. Nullā enim habuit. Quia nemo ipſe ſibi ſeruitutē debet. Quiuimò etſi debita fuiſſet ſeruitus, deindè dominium rei ſeruientis perueniſſet ad me: cōſequenter diceretur extingui ſeruitutem. *Plures propoſitæ cauſe exceptiones uide ī.lib.25.*

I X. *Cauſa: Si emptor ruta cæſa uenditori non reſtituit. Hæc cauſa approbatur l.5.§.idē Iulianus.ff. ad exhibendum. cuius uerba cum concordantib. uide ī.lib.21.cap.10.quæſt.4.cauſa 5.*

X. *Cauſa: Si re uendita redhibita, emptor reliqua reddere nolit. Quæ cauſa approbatur l.23. in prin. ff. de ædilitio edicto. cuius uerba uide ī.cap.5. reg.4. & reg.8.*

X I. *Cauſa: Si meliore cōditione allata, emptor fructus medio tēpore perceptos uenditori non reſtituat. Hæc cauſa approbatur l.16.ff.de in diē addict. cuius uerba uide ī.lib.prox.cap.5.quæſt.4.reg.8.*

X I I. *Cauſa: Si emptor uenditorē decepit. Hæc cauſa approbatur l.11.in prin.C.de reſcind.uēdit. cuius uerba uide ī.lib. .px.cap.3. exc.33.repl.2. Huius cauſe exēplū .pponitur l.13.§.per cōtrariū.ff.de act. empti,*

*empti, his uerbis:* Iulianus scribit, Cùm Terentius Victor decessisset relicto hærede fratre suo, & res quasdam ex hæreditate, & instrumenta & mancipia uillicus distraxisset: quibus subtractis facilè quasi minimo ualeret hæreditas, ut sibi ea uenderetur persuasit: an uẽditi iudicio teneri possit? Et ait, competere actionem ex uendito in tantum, quanto pluris hæreditas ualeret, si hæ subtractæ non fuissent. *Concordat l.9. in prin. ff. de dolo malo. cuius uerba uide j. lib.49. cap 5 quæst.4. caussa 5. Aliud huius causæ exemplum est, si emptor iniquis ponderibus adhibitis uenditorem decepit. quod exemplum proponitur l.32. ff. de action. empti. cuius uerba uide s̄. cap.1. causa 30. Concordat l.53. §. si maiora. ff. de furtis. cuius uerba uide j. lib.46. cap.3. quæst.2. causa 29. Item concordat l.32. §. si uenditor. ff. ad l. Corncl. de falsis. cuius uerba uide s̄. lib. 4. cap. 8. quæst.1. causa 25. Alia huius causæ exempla uide j. in causis sequent. Planè ex causa proposita etiam in integrum restitutio competit. quod approbatur l.10. C. de rescind. uendit. cuius uerba uide s̄. lib prox. cap.3. except.35. repl.1.*

XIII. *Causa: Si fundo in diem addicto emptor minus idoneum emptorem subiecit. Hæc causa approbatur l.14. in prin. ibi: sed uerum est. ff. de in diẽ addiction. cuius uerba uide s̄. lib. px. cap.5. quæst.3. except.8. distinct.1.*

XIIII. *Causa: Si emptor uinum emptũ non auchat, quo uenditor uasis uti possit. Hæc causa approbatur, simul & distinguitur l.1. §. licet. ibi: ea propter. ff. de periculo & commodo rei uenditæ. cuius uerba uide s̄. cap.1. causa 34. except.1.*

XV. *Causa: Si per emptorem stat, quo minus conditio emptionis existat. Hæc causa approbatur l.50. ff. de cõtrab. empt. cuius uerba uide s̄. lib. prox. cap.4. except.5. repl.1.*

XVI. *Causa: Si emptor fructus ad uenditorem pertinentes inuasit. Hæc causa approbatur l.2. in fine. C. de action. empti, his uerbis:* Fructus perceptos ante uenditionẽ contractam, quos cùm uenditioni non accessissent, emptorem inuasisse proponis: uenditi iudicio reposces.

XVII. *Causa: Si uendito seruo ut manumitteretur, postaq; uenditoris uoluntate mutata, emptor seruum nihilominus manumisit. Hæc causa reprobatur l.8. ff. de seruis exportãdis. cuius uerba uide s̄. lib.19. cap..8 except.3. repl.2. Secus in mandato l.30. ff. mandati. cuius uerba j. lib. prox. cap.13. quæstion.1. causa 4.*

De exceptionibus præcedentium causarum generalibus.

*Hactenus causæ actionis ex uendito enumeratæ sunt, singulisq; speciales exceptiones sunt subiectæ: nunc generales siue communes exceptiones etiam ordine sunt proponẽdæ. Prima igitur exceptio generalis hæc est: Nisi per uenditorem factum sit, quo minus emptor id quod debet, præstiterit. Quæ exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio hæc est: Nisi cùm postea per uenditorem stare desijsset, emptor nihilominus non præstet quod debet. Quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur l.51. §. quòd si fundum. ff. de action. empti, his uerbis:* Quòd si fundum emisti ea lege, ut des pecuniam calendis Iulijs, etsi ipsis calendis per uenditorem esset factũ, quo minus pecunia ei solueretur; deinde per te staret, quo minus solueres: uti posse aduersus te lege suá uenditorem, Labeo dixit: quia in uendẽdo hoc ageretur, ut quãdocunq; per emptorẽ factum sit, quo minus ei pecunia soluatur, legis pœnam patiatur. Hoc ita uerum puto, nisi quid uenditor in ea re dolo fecit.

II. EXCEPTIO: *Nisi nihil intersit uenditoris, præstitum ab emptore, quod debebatur, non esse. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur s̄. causa 5. except.6.*

III. EXCEPTIO: *Nisi debitor rem suam pignori obligatam à creditore emerit. Hæc exceptio approbatur l.19. in prin. ff. de action. empti. cuius uerba uide s̄. lib. proxim. cap.3. except. 17. in princip.*

IIII. EXCEPTIO: *Nisi uenditor uicissim non præstet ea quæ debet emptori. Hæc exceptio approbatur exemplo rei non traditæ, l.25. ff. de actionib. empti. cuius uerba uide s̄. cap.1. quæst. 6. except.4. Concordat l.5. §. seruus. ibi: etiã mercis. ff. de doli mali except. cuius uerba uide j. except. prox. Concordant item ea quæ proposita sunt s̄. cap.1. quæst.6. except.4.*

V. EXCEPTIO: *Nisi res empta, redhibita sit uel redhibenda. Hæc exceptio approbatur l.14. ff. de exceptionib. his uerbis:* Filius familiâs peculiarem seruũ uendidit, & precium stipulatus est. Is homo redhibitus postea mortuus est, & pater eius pecuniã ab emptore petebat, quam filius stipulatus erat. Placuit æquum esse, in factum exceptionem eum obijcere, quòd pecunia ob hominem illum expromissa esset, qui redhibitus est. *Concordat l.5. §. si seruus. ff. de doli mali exceptione, his uerbis:* Si seruus uenierit ab eo cui hoc dominus permisit, & redhibitus sit domino: agẽti uenditori de precio, exceptio opponitur redhibitiõis, licet iam is qui uendidit, domino preciũ soluerit. Etiã mercis nõ traditæ exceptione submouebitur, qui pecuniã iam domino soluit. Et ideo is q uẽdidit, aget aduersus dominũ. Eãdẽ causam esse Pedius ait, eius q negociũ nostrũ gerẽs uẽdidit. *Concordat item l.59. in prin. ff. de ædilitio edicto. cuius uerba uide s̄. cap.4. quæst.6. reg 2. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi cùm alius rem alienam uoluntate domini uendidisset, domino precium solue-*

*soluerit. Sed hec replicatio reprobatur uerbis d. §. si seruus, iam propositis hisce:* Licet iam is qui ueodidit, domino precium soluerit. *Altera replicatio est: Nisi cùm duæ res uno precio emptæ essent, una tantùm sit redhibita. Quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur d. l. 59. §. si quis duos. cuius uerba uide d. quæst. 6. reg. 4.*

VI. EXCEPTIO: *Nisi res empta emptori sit euicta. Hæc exceptio approbatur quidem ipso iure, uerùm eius replicatio hæc est: Nisi conuenerit, ne euictio præstetur. Quæ replicatio approbatur l. 68. in prin. ff. de euictione. De qua re uide s̄. cap. 7. quæst. 1. except. 14.*

VII. EXCEPTIO: *Nisi emptori de re empta moueatur à tertio controuersia. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 18. in fine. ff. de periculo & commodo rei uenditæ, his uerbis:* Ante precium solutum dominij quęstione mota, precium soluere emptor non cogitur, nisi fideiussores idooei à uenditore eius euictionis nomine offerantur. *Concordat l. 17. §. ex quadrante. ff. de doli mali except. his uerbis:* Ex quadrante hæres scriptus, à cohærede ex dodrante instituto emit portionem certa quantitate, ex qua aliquam summam in nominibus ex calendario nri daret, stipulaoti spopondit. Defuncto uenditore hæreditatis, testamētum falsum Septicius accusare cœpit, & hętedita tem ab emptore petijt, & ne qnid ex ea minueret impetrauit. quæsitom est, cogitatiooe falsi pendente, an hæredes ex stipulatu petentes doli exceptione submoueantur? Scæuola respondit, hęredes uenditoris, si ante euentum cognitionis pergant petere, exceptiooe doli mali posse submoueri. *Concordat item l. 24. C. de euictionib. his uerbis:* Si post perfectam uenditionem ante precium nnmeratnm rei uennndatæ mota fuerit qnæstio, uel mācipia uendita proclamauerint in libertatem, cùm in ipso limine contractus immineat euictio: emptorem, si satis ei nō offeratur, ad totius uel residui precij soluriouem noo compelli, inris authoritate mōstratur. Vnde cùm parte precij numerata domus quam emisti, tibi uelnt pignoris iute obligatæ, ne ad emptiooem accederes, denunciatum ab aliquo proponas: iudex tibi quæ ex emptiooe ueniunt, ptæstari prouidebit. *Huius exceptionis replicatio prima hec est: Nisi uenditor de euictione satisdare sit paratus. Quæ replicatio approbatur uerbis d. l. 18. in fine, paulo superius propositis hisce:* Nisi fideiussores idonei à uenditore eiua euictionis nomine offerantur. *Concordat d. l. 24. uerbis iam propositis hisce:* Si satis ei non offeratur. *Altera replicatio est: Nisi conuenerit, ne euictio præstaretur. De qua uide s̄. exc. prox.*

VIII. EXCEPTIO: *Nisi semel actū sit. Hæc exceptio approbatur quidem ipso iure, quo etiam rei iudicatæ exceptio. Verùm eius replicatio prima hæc est: Nisi pendente uenditionis conditione antea fuerit actum. Quæ replicatio approbatur l. 43. §. si sub condit. ff. de ædilitio edicto. cuius uerba uide s̄. cap. 4. quæst. 7. reg. 2. Altera replicatio est: Nisi de alia re sit actum. Quæ replicatio approbatur l. 33. ff. de action. empti. cuius uerba uide s̄. cap. 2. reg. 20. Huius replicationis duplicatio hæc est; Nisi cùm conuenisset ut aliquid fieret, & nisi factum esset, pœna certa præstaretur: antè uel ad pœnam, uel ad id quod fieri conuenit, sit actum. tunc enim postea ad alterū agenti exceptio obstabit. Quæ duplicatio approbatur, simul & distinguitur l. 28. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. lib. 18. cap. 10. reg. 6.*

*Hactenus causæ actionis ex uendito cum suis exceptionib. tam generalibus, quàm specialibus, sunt propositæ. Sed & plures huiusmodi exceptiones generales uide s̄. lib. prox. cap. 8. cum sequentib. Nunc sequuntur reliqui actionis ex uendito loci.*

## II. QVIBVS EX VENDITO actio datur?

*Regulariter non nisi uenditori, eiusúe hæredibus competit. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi procurator uendiderit. hoc enim casu utilis domino ex uendito actio competit. Quæ regula approbatur l. 13. §. si procurator. ff. de action. empti. cuius uerba uide s̄. cap. 1. quæst. 3. reg. 1. in princip. Altera exceptio uidetur: Nisi cùm quis ancillam uendidisset ita, ne prostitueretur, eam emptor alij uendiderit, qui eam prostituerit. hoc enim casu nō priori, sed posteriori uenditori uidetur actio competere. Quæ exceptio reprobatur l. 56. ff. de contrah. empt. cuius uerba uide s̄. quæst. prox. causa 3. exc. 9. repl. 1. Concordant ea quæ proposita sunt s̄. lib. prox. cap. 9. quæst. 2. reg. 1.*

## III. QVID QVANTVMQVE ueniat in actione proposita?

I. Regula. *De precio soluendo, & quantū precij nomine soluendum, uide s̄. quæst. 1. causa 2.*

II. Regula, *De usuris precij. Hæ regulariter quidem non ueniunt in uenditi actionem. Quæ regula approbatur l. 5. C. de pactis inter emptorem, his uerbis:* Initio uenditionis si pactus es, ut is cui uendidisti possessionem, precij tardius exoluti tibi usuras pensitatet: non immeritò existimas, etiam eas tibi adito præside prouinciæ ab emptore præstari debere. Nam si initio contractus non ea pactus: si cœperis experiri, deberi ex mora duotaxat usuras tam ab ipso debitore, quàm ab eo qui in omnem causam empti suam fidem adstrinxit, de iure postolabis. *Cōcordat l. 16. §. cùm usuræ. ff. de usuris, his uerbis:* Cùm nsuræ precij, &c. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi post rem traditam. Quæ exceptio approbatur l. 13. §. ex uendito. ibi: item usuræ. ff. de action. empti, his uerbis:* Veniunt in

hoc

hoc iudicio etiam usuræ precij post diem traditionis. Nam cùm re emptor fruatur, æquissimum est, eum usuras precij depẽdere. *Concordat l.2.C. de usuris.cuius uerba uide s̄.lib.36.cap.9.quæst.2.causa 11.* *Concordat l.5.C. de action.empti,his uerbis:* Curabit præses ꝓuinciæ compellere emptorem, qui nactus possessionem fructus percepit, partẽ precij, quam penes se habet, cum usuris restituere: quas & perceptorum fructuũ ratio, & minoris ætatis fauor (licet nulla mora intercesserit) generauit. *Huius exceptionis replicatio prima hæc uidetur esse: Nisi precaria tãtùm possessio tradita fuerit. Quæ replicatio reprobatur d.l.15.§.possessionem,his uerbis:* Possessionẽ traditam accipere debemus, etiãsi precaria sit possesio. hoc enim solùm spectare debemus, an habeat facultatẽ fructus percipiendi. *Altera ꝓpositæ exceptionis replicatio uidetur: Nisi post traditam possessionem uenditor defunctus sit, & hæres incertus ei existat. Hæc replicatio reprobatur l.18. in fine. ff.de usuris, hisce uerbis:* Post traditam possessionem defuncto uẽditore, cui successor incertus fuit: medij quoq; tẽporis usuræ precij, quod in causa depositi non fuit, præstabãtur. *Tertia replicatio est: Nisi precium ab emptore fuerit depositum. Hæc replicatio elicitur ex uerbis iam propositis hisce:* Quod in causa depositi non fuit. *Quarta replicatio uidetur: Nisi nulla mora intercesserit. Hæc replicatio reprobatur l.5.in fine.ff.de action. empt. cuius uerba uide paulo superius ead. except.in prin. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi de usuris quoq; precij præstandis conuenit. Hæc exceptio approbatur l.5.C.de pactis inter emptorem. cuius uerba uide s̄.ead.reg.in prin. Tertia exceptio est: Nisi emptor in soluendo precio moram fecit. Hæc exceptio approbatur d.l.5.in fine. Cui concordat l.13.in fine.C.de action. empti. cuius uerba uide s̄. quæst. 1. causa 2.in prin. Item concordat l. ult. ff. de periculo & commodo rei uenditæ. cuius uerba uide J. reg.prox. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi precium solutum sit sine usuris. Hæc replicatio approbatur l.49.in fine.ff.de action.empti,his uerbis:* Precij sorte, licet post moram, soluta, usuræ peti non possunt: cùm hæ non sint in obligatione, sed officio iudicis prę stẽtur. *Cõcordat l.4.C.depositi.cuius uerba uide s̄.lib.36.cap.9.quæst.1.exc.gener.1. Altera replicatio est: Nisi per uenditorem steterit, quo minus ei precium solueretur. Hæc replicatio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius duplicatio hæc est: Nisi uenditore postea accipere parato, emptor non soluit. Hæc duplicatio approbatur l.51.§.fin.ff de action. empti. cuius uerba uide s̄. quæst 1 except generali 1.repl.1. Plura de exceptione proposita, sed et de regula proposita, & alys eius exceptionib. uide s̄.lib.36.cap.9.*

III. *Regula, De eo quod interest uenditoris, precium sua die solutum esse. Hoc ex caussa quidem proposita non uenit in hanc actionem. Quæ regula approbatur l.ultim. ff. de periculo & commodo rei uenditæ, his uerbis:* Venditori, si emptor in precio soluendo morã fecerit, usuras duntaxat præstabit, non omne omnino, quod uenditor mora nõ facta consequi potuit: ueluti si negociator fuerit, & precio soluto ex mercib. plus, quàm ex usuris, quærere potuerit.

IIII. *Regula: Non uenit in hanc actionem, ut uenditio rescindatur. Quæ regula approbatur l.6. C.de action.empti,his uerbis:* Venditi actio, si non ab initio aliud conuenit, non facilè ad rescindendam perfectam uenditionẽ, sed ad precium exigendum competit. *Concordant ea quæ proposita sunt J. quæst. 5. except.1. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi aliud conuenit. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Si non ab initio aliud conuenit. *Huius exemplum proponitur l.6.§. si fundus. ff. de contrab.empt. cuius uerba uide s̄. lib. prox. cap.6. quæst.3.reg.8. Altera exceptio est: Nisi cùm seruus, ignorante domino, se emi mandasset, emptus non manumittatur. hoc enim casu in arbitrio uenditoris est, utrum uenditi actione precium, an rescissa uenditione mandati actione seruum repetere uelit. Quæ exceptio approbatur l.unica, in fine. C. si seruus extero se emi. cuius uerba uide s̄. quæst.1.causa 2.except.2 repl.2. Reliquas huiusmodi regulas de eo quod quantumq; ueniat in actione proposita, uide s̄. quæst. 1. inter causas huius actionis.*

## IIII. ADIVNCTA HVius iudicij.

I. *Regula, De dolo probando. Dolus ex minore precij quantitate non præsumitur. Quæ regula approbatur l.8.C. de rescind. uendit. cuius uerba cum legib. concordantib. uide s̄.lib. prox. cap.1. exc.27. Alias propositæ quæstionis regulas uide s̄. cap. 1. quæstion.5.*

## V. ADFINIA REMEdia.

*Regulariter quidem ex causis s̄.quæst.1.propositis ex uendito actio, non alia competit. Cuius tamen regulæ exceptio prima hæc est: Nisi stipulatio interuenerit. hoc enim casu etiam ex stipulatu actio est. Quæ exceptio approbatur exemplo l.14.ff.de exceptionib. cuius uerba uide s̄.quæst.1 except.generali 5.in prin. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi ex uendito sit actum. Quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur l. 28. ff. de action. empti.cuius uerba uide s̄.lib.38.cap.10.reg.6. Altera exceptio uidetur: Nisi emptore fidem fallente, uenditor rem repetat. hoc enim casu in rem actio uidetur competere. Sed hæc exceptio reprobatur l.1. C. de action. empti, his uerbis:* Aduersus eum cui agrum uendidisti, iudicio uenditi cõsiste. Nec enim tibi in rem actio cum em-

K ptore,

ptore, qui personaliter tibi sit obligatus. competit. *Concordat l.8. C. de contrah. empt. his uerbis:* Si non donationis causa, sed uerè uineas distraxisti, nec precium numeratum est: actio tibi precij, non earum quæ dedisti repetitio, competit. *Concordat item l.9. ibi: placito. C. eod. tt. cuius uerba uide s. lib. prox. cap. 4. except. 4. Concordat item l.10. C. de rescind. uendit. cuius uerba uide s. lib. prox. cap. 3. except. 11. repl. 1. Concordat item l. 12. C. de rei uendicat. cuius uerba uide s. lib. 21. cap. 1. causa 14. exception. 1 Concordat item l. 6. C. de action. empti. cuius uerba uide s. quæstion. 1. reg. 4. in prin. Hæc de secunda exceptione. Alias exceptiones propositæ regulæ, ex causa, ex qua agitur, sumptas, uide s. quæst. 1.*

# DIGESTORVM LIBER QVADRAGESIMVSTERTIVS:

## *DE RELIQVIS CONTRACTIBVS nominatis, qui solo fiunt consensu, cum suis actionibus.*

*Hactenus de emptione & uenditione, primo scilicet contractu, qui solo fit consensu, eiusq; actionibus actionumq; adfinibus remedijs actum est: nunc de reliquis huius generis contractibus est agendum. Sequitur igitur altera species contractus, qui solo consensu subsistit: locatio nimirum & conductio. Cui accedit similis contractus emphyteuticus.*

### *DE LOCATIONE ET conductione. Cap. I.*

#### I. GENVS ET CAVSA huius contractus.

PRima regula: *Naturalis est, et iure gentium subsistit. Quæ regula approbatur l.1. ff. locati & conducti. cuius uerba uide j. reg. prox.*

II. *Regula: Solo consensu perficitur. Quæ regula approbatur d. l. 1. his uerbis:* Locatio & conductio, cum naturalis sit, & omnium gentium: non uerbis, sed consensu contrahitur, sicut emptio & uenditio. *Concordat l.14. ibi: & huiusmodi. ff. eod. tt. cuius uerba uide j. quæst. 5. except. 23. repl. 1.*

III. *Regula: Actio locati & conducti bonæ fidei est. Quæ regula approbatur l.2. C. de locato & conducto. cuius uerba uide j. cap. 7. causa 3. Concordat l.17. C. eod. tt. cuius uerba uide j. cap. prox. quæst. 4. reg. 1. except. 2.*

#### II. DEFINITIO NOminis.

*Veteres locatione & conductione in appellationibus promiscuè utebantur. Quæ regula approbatur l.19. cum lege sequente ff. de action. empti. cuius uerba uide s. lib. 41. cap. 1. quæst. 2. reg. 1.*

#### III. SIMILE.

*Locatio & conductio proxima est emptioni & uenditioni, ijsdemq; iuris regulis constat. Quæ regula approbatur l. 2. ff. locati & conducti, his uerbis:* Locatio & conductio proxima est emptioni & uenditioni, ijsdemque iuris regulis consistit. Nam ut emptio & uenditio contrahitur, si de precio conuenerit: sic & locatio & conductio contrahi intelligitur, si cōuenerit de mercede. Adeò autem familiaritatē aliquam habere uidentur emptio & uenditio, itē locatio & conductio: ut in quibusdā quæri soleat, utrū emptio & uēditio sit, an locatio & conductio? Vt ecce, si cum artifice conuenerit, ut ex auro suo annulos mihi faceret certi pōderis, certæq; formæ: & is acceperit (uerbi gratia) trecenta: utrum emptio & uenditio sit, an locatio & conductio? sed placet unum esse negocium, & magis emptionem & uenditionem esse. Quòd si ego aurū dedero, mercede pro opera cōstituta: dubiū non est, quin locatio & conductio sit. *Concordat ijsdem uerbis Inst. de locatione & conductione, in prin.*

#### IIII. EVENTVS LOCAtionis & conductionis.

I. *Regula: Locatio dominium rei non transfert. Quæ regula approbatur l.19. ff. locati & conducti, his uerbis:* Non solet locatio dominium mutare. *Fallit in casu, de quo j cap. 5. quæst. 16 except. 2. repl. 1.*

II. *Regula: Messe ab alio sublata, locatori domino condictio frumenti competit. Quæ regula approbatur l.60. §. messem. ff. d. tt. his uerbis:* Messem inspiciente colono, cùm alienam esse non ignoraret, sustulisti: condicere tibi frumentum dominum posse, Labeo ait. Et ut id faciat, colonum ex cōducto cum domino acturum.

III. *Regula: Conductor in rem habet actionē. Quæ regula approbatur l.1. §. fin. cum duab. legib. sequentib.*

*sequentib. ff. si ager uectigalis uel emphyteut. cuius uerba uide s̄. lib. 12 cap. 9. membr. 2. quæst. 3. reg. 2.*

I I I I. Regula: *Nascitur hinc etiam actio personalis tam locati quàm conducti. Quæ regula approbatur Inst. de locatione & conductione, in prin. his uerbis:* Comperit locatori quidem locati actio, cõductori uerò cõducti. *De utraque actione cũ alijs locationis & conductionis euẽtis dicetur J. cap. prox. cum sequentib.*

V. DE EXCEPTIONIBVS aduersus locationem & conductionem.

*Quamuis ea quæ iam enumerata sunt, cum alijs quæ infrà suo loco proponentur, ex locatione & conductione eueniant: tamen istorum euentuum & regularum exceptiones generales & communes hæ sunt.*

I. Exceptio: *Nisi quis rem suam cõduxerit. Hæc exceptio approbatur l. 20. C. de locato & conducto. cuius uerba cum concordantibus uide s̄. lib. 21. cap. 5. except. 4. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi emptor rem emptam conduxerit, donec preciũ soluat. Hæc replicatio approbatur, simul & distinguitur l. 20. in fine. ff. locati & conducti, his uerbis:* Interdum locator non obligatur, conductor obligatur: ueluti cùm emptor fundũ conducit, donec precium exoluat. *Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi quoad locatorem. in cius enim persona obligatio non subsistit, ut ex uerbis iam propositis patet. Huius duplicationis triplicatio hæc est: Nisi non soluto precio res inempta sit facta. Quæ triplicatio approbatur l. 22. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Si precio non soluto inempta res facta sit, tunc ex locato erit actio. *Altera duplicatio est: Nisi preciũ sit solutum. tunc enim nec emptor ad mercedem soluendam obligatus est amplius. Quæ duplicatio approbatur l. 21. ff. eod. tt. his uerbis:* Cùm nenderem fundum, conuenit, nt donec pecunia omnis persolueretur, certa mercede emptor fundum conductum haberet: an soluta pecunia merces accepto fieri debeat? Iabolenus respõdit: Bona fides exigit, ut quod conuenit, fiat. Sed non amplius præstat is uenditori, quàm pro portione eius temporis, quo pecunia numerata non est.

I I. Exceptio: *Nisi seruitus sit locata. Hæc exceptio approbatur l. 44. ff. locati, his uerbis:* Locare seruitutem nemo potest.

I I I. Exceptio: *Nisi de certa mercede non conuenit. Hæc exceptio approbatur Inst. de locat. & conduct. in prim. his uerbis:* Vt emptio & uẽditio ita contrahitur, si de precio conuenerit: sic & locatio & conductio ita contrahi intelligitur, si merces constituta sit. *Concordat l. 2. in prim. ff. locati. cuius uerba uide s̄. quæst. 1. Huius exceptionis duo exempla proponũtur Inst. d. tt. §. & quæ suprà, his uerbis:* Quæ suprà diximus, si alieno arbitrio preciũ promissum fuerit: eadem & de locatione, & conductione dicta esse intelligimus, si alieno arbitrio merces permissa fuerit. Qua de causa, si fulloni polienda curandaue, aut sarcinatori sarcienda uestimenta quis dederit, nulla statim mercede constituta, sed postea tantum daturus, quãtum inter eos conuenerit: non propriè locatio & cõductio contrahi intelligitur, sed eo nomine actio præscriptis uerbis datur. *Concordat l. 25. in princip. ff. locati. cuius uerba uide J. repl. prox. Item concordat l. 23. ff. præscriptis uerbis. cuius uerba uide J. cap. 5. quæstion. 1. except. 4. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi in tertij arbitrium mercede collata, is eam definierit. Quæ replicatio approbatur l. 25. in prin. ff. locati, his uerbis:* Si merces promissa sit generaliter alieno arbitrio, locatio & conductio contrahi non uidetur. Sin autem quanti Titius æstimauerit: sub hac cõditione stare locationem, ut siquidem ipse qui nominatus est, mercedem definierit: omnimodo secundum eius ęstimationem & mercedem persolui oporteat, & conductionẽ ad effectum peruenire. Sin autem ille uel noluerit, uel non potuerit mercedem definire: tunc pro nihilo esse cõductionem, quasi nulla mercede statuta. *Concordat Inst. de empt. & uendit. §. quod ius cum. cuius uerba uide s̄. lib. 41. cap. 3. except. 25. Concordat l. ult. in fine. C. eod. tt. cuius uerba uide d. except. 25.*

I I I I. Exceptio: *Nisi merces non in pecunia numerata, sed in alia re sit constituta. Hæc exceptio approbatur l. 5. §. at cum do. ff. præscriptis uerbis. in hæc uerba:* Cùm do, ut facias: si tale sit factum, quod locari solet (pota ut tabulam pingas) pecunia data, locatio erit, sicut in superiore casu emptio. Si res, non erit locatio: sed nascetur uel ciuilis actio in hoc quod mea interest, uel ad repetendũ condictio. *Huius exemplum proponitur Inst. de locatione & conductione. §. præterea. cuius uerba uide s̄. lib. 39. cap. 4. quæst. 2. except. 8. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi certa mercede in pecunia constituta, per aliam rem ea postea compensetur. Hæc replicatio approbatur exemplo l. 35. §. fundum. ff. locati. cuius uerba uide J. cap. 3. quæst. 5. except. 2. Concordat l. 19. §. si dominus. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. cap. prox. quæst. 4. reg. 9.*

V. Exceptio: *Nisi pluris uel minoris locatio facta est. Hæc exceptio reprobatur l. 22. §. fin. cum lege sequente. ff. d. tt. his uerbis:* Quemadmodũ in emendo & uendendo naturaliter concessum est, quod pluris sit, minoris emere: quod minoris sit, pluris uendere, & inuicem se circumscribere: ita & in locationibus quoq; & conductionibus idem iuris est. Et ideo prætextu minoris pẽsionis lo-

carione facta, si nullus dolus aduersarij probari posset, rescindi locatio non potest.

V I. Exceptio: *Nisi numo uno locatio sit facta. Hæc exceptio approbatur l.46 ff.locati, his uerbis:* Si quis conduxerit numo uno, conductio nulla est: quia & hoc donationis instar inducit. *Concordat l.10.in fine.ff.de adquir.possess. cuius uerba uide s.lib.23.cap.2.in fine.*

V I I. Exceptio: *Nisi miles prædia conduxerit colenda. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s. lib.11.cap.13.reg.15.*

V I I I. Exceptio: *Nisi curialis cōduxerit. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s. lib.12.cap.2.quæst.2.reg 5.*

I X. Exceptio: *Nisi tutor uel curator nondum reddita ratione res Cæsaris uel fisci cōduxerit. Hæc exceptio approbatur l.49.ff.locati, his uerbis:* Tutores curatoresue constituti, priusquam officij sui rationes reddant, prohibentur, ne quid de patrimonio Cæsaris conductum habeant. At si quis dissimulans nihilominus ad conducenda Cæsaris prædia accesserit, perinde ut falsarius pœna adficitur: hocq; sanxit Imp. Seuerus. Secundum quæ sanè prohibiti erunt & à fisco conducere, qui tutelam curamúe gerunt. *Concordat l.1.§.tutores. ff. ad l. Cornel. de falsis. cuius uerba uide j.lib.47.cap.19.reg.29.*

X. Exceptio: *Nisi donationis causa locatio sit facta. Hæc exceptio approbatur l.20.in prin.ff.locati, his uerbis:* Sicut emptio, ita & locatio sub cōditione fieri potest; sed donationis causa contrahi non potest. *Concordat l.46. ff.eod.tt.cuius uerba uide s.except.6.*

X I. Exceptio: *Nisi error in locatione interuenerit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur exemplo l.52.ff.eod.tt.his uerbis:* Si decem tibi fundum locauero, tu autem existimes quinq; te conducere: nihil agitur. Sed etsi ego minoris me locare sensero, tu pluris te conducere: utiq; non pluris erit conductio, quàm ego putaui.

X I I. Exceptio: *Nisi res locata, æstimata data sit. Hæc exceptio approbatur exemplo l.3.ff.locati, his uerbis:* Cùm fundus locetur, & æstimatum instrumētum colonus accipiat: Proculus ait, id agi, ut instrumentum emptū haberet colonus: sicuti fieret, cùm quid æstimatum in dotem daretur. *Concordat l.54.§.fin.ff.eod.tt. cuius uerba uide j.cap.proxim. quæst.1.causa 12.except.1.repl.5.*

X I I I. Exceptio: *Nisi sub cōditione locatio sit facta. Hæc exceptio reprobatur l.20.in prin.ff.d.tt. cuius uerba uide s.except.10.*

X I I I I. Exceptio: *Nisi in perpetuum locatio sit facta. Hæc exceptio approbatur Inst.de locatione.§.adeò autem. cuius uerba uide j.cap.9.quæst.2.*

X V. Exceptio: *Nisi nulla scriptura interuenerit. Hæc exceptio approbatur l.24.ff.locati. cuius uerba uide j.except.25.repl.1. Concordat l.24.C. eod.tt. cuius uerba uide j.cap. prox.quæst.3.reg.2. Hactenus exceptiones sumptæ ex ijs quæ locationi insunt, enumeratæ sunt. Sequuntur nunc eæ quæ sumuntur ex consequentibus locationem.*

X V I. Exceptio: *Nisi locator mortuus sit. Hæc exceptio ipso quidem iure reprobatur: admittitur autem primùm, si quamdiu locator uoluerit, locatio sit facta. quæ distinctio approbatur l.4.ff.locati, his uerbis:* Locatio, precarijue rogatio ita facta, quoad is qui eam locasset dedissetúe, uellet: morte eius qui locauit aut dedit, tollitur. *Deinde admittitur, si fructuarius rei eam locauerit decesseritq;. Quæ distinctio approbatur, simul & distinguitur l.9.§.huic subiūgi.ff.eod.tt.his uerbis:* Marcellus lib. VI. Digestor. scribit, si fructuarius locauerit fundū in quinquēnium, & decesserit: hæredē eius nō teneri, ut frui præstaret: nō magis quàm ut insula exusta teneretur locator conductori. Sed an ex locato teneatur cōductor, ut pro rata tēporis quo fruitus est, pensionē præstet, Marcellus quærit: quēadmodū præstaret, si fructuarij serui opas cōduxisset, uel habitationem? Et magis admittit, teneri eum. Et est æquissimum. Idem quærit, si sumptus fecit in fundum, quasi quinquēnio fruiturus, an recipiat? Et ait, non receptutum. Quia hoc euenire posse prospicere debuit. Quid tamen, si non quasi fructuarius ei locauit, sed quasi fundi dominus? Videlicet tenebitur. Decepit enim cōductorem. Et ita Imp. Antoninus cum diuo Vero rescripsit.

X V I I. Exceptio: *Nisi conductor mortuus sit. Hæc exceptio reprobatur Inst.de locatione.§.fin.his uerbis:* Mortuo conductore intra tempora conductionis, hæres eius eodem iure in condictione succedit. *Concordat l.10.C. de locato & cond. his uerbis:* Viam ueritatis ignoras in cōductionibus non succedere hæredes cōductoris existimans, cùm siue perpetua conductio est, etiam ad hæredes transmittatur: siue temporalis, intra tempora locationis hæredi quoq; onus contractus incumbat. *Concordant item ea quæ habentur j.cap.3.quæst.2.except.1.*

X V I I I. Exceptio: *Nisi cùm merces in alterius arbitrium collata esset, is arbitrari uel nolit, uel non possit. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s.except.3.repl.1.*

X I X. Exceptio: *Nisi pensio uel merces à locatore conductori remissa sit. Hæc exceptio reprobatur l.5.ff.locati, his uerbis:* Si tibi habitationem locauero, mox pensionem remittam: ex locato & conducto agendum erit.

X X. Exceptio: *Nisi res locata interierit, uel publicata sit, aut ui ab alio occupata. Hæc exceptio approbatur l.9.§.huic subiungi.ibi: nō magis.ff.locati. cuius*

*cuius uerba uide ŝ.except.16.distinct.2. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi quoad mercedem, quam soluit conductor, restituendam. Quæ replicatio approbatur l.33.cum duab.legib. sequentib. ff. eod.tit. his uerbis:* Si fundus quem mihi locaueris, publicatus fuerit: teneri te ex cõducto actione, ut mihi frui liceat: quãuis per te non stet, quo minus id præstes, Africanus ait: quemadmodũ (inquit) etsi insulam ædificãdam locasses, & solum corruisset: nihilominus teneberis. Nam etsi uendideris mihi fundum, isq; priusquam uacuus traderetur, publicatus fuerit: teneris ex empto. Quod hactenus erit uerũ, ut precium restituas, non ut etiã præstes, si quid pluris mea intersit eum uacuũ mihi tradi. Similiter igitur & circa conductionem seruandum puto, ut mercedem quam præstiterim, restituas: eius scilicet temporis, quo fruitus non fuerim: nec ultrà actione ex conducto præstare cogeris. Nam etsi colonus tuus fundo frui à te, aut ab eo prohibeatur, quem tu prohibere, ne id faciat, possis: tantum ei præstabis, quãti eius interfuerit frui. In quo etiam lucrum eius continebitur. Sin uerò ab eo interpellabitur, quem tu prohibere propter uim maiorem, aut potentiam eius nõ poteris: nihil amplius ei quam mercedẽ remittere aut reddere debebis, perinde ac latronum incursu id acciderit. Et hæc distinctio conuenit illi quæ à Seruio introducta, & ab omnibus ferè probata est, ut si auersione insulam locatã dominus reficiendo, ne ea conductor frui possit, effecerit: animaduertatur, necessariò nec'ue id opus demolitus sit. Quid enim interest, utrum locator insulæ propter uetustatem cogatur eam reficere, an locator fundi cogatur ferre iniuriam eius quem prohibere non possit? Intelligendum est autem, nos hac distinctione uti de eo qui & suũ prædium fruendum locauerit, &c.

XXI. *Exceptio: Nisi locator rem locatam postea alij legauerit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.32.ff.locati, his uerbis:* Qui fundum colendum in plures annos locauerat, decessit, & eum fundũ legauit. Cassius negauit, posse cogi colonum, ut eum fundum coleret: quia nihil hæredis interesset. Quòd si colonus uellet colere, & ab eo cui legatus esset fundus, prohiberetur: cum hærede actionem habere colonum, & hoc detrimentum ad hæredem pertinere: sicuti si quis rem quam uendidisset, necdum tradidisset, alij legasset: hæres eius emptori & legatario esset obligatus.

XXII. *Exceptio: Nisi locator conductori rem locatam, uel usumfructum eius legauerit. Hæc exceptio approbatur l. quoties. 41. §. si colono. ff. de usufr. & quemad. cuius uerba uide ŝ lib.24.cap.4. quæst.4.reg.14.*

XXIII. *Exceptio: Nisi tempus locationis sit finitum. Hæc exceptio approbatur l.11.C.de locato, his uerbis:* Inuitos conductores, seu hæredes eorum, post tẽpora locationis impleta non esse retinendos, sæpe rescriptum est. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi conductor tacente locatore nihilominus in conductione remãsit. Quæ replicatio approbatur l.14. ff. locati, his uerbis:* Qui ad certum tempus conducit, finito quoq; tempore colonus est. Intelligitur enim dominus, cùm patitur colonũ in fundo esse, ex integro locare: & huiusmodi contractus neq; uerba, neq; scripturas utiq; desiderant, sed nudo consensu conualescunt. Et ideo, si interim dominus furere cœperit, uel decesserit: fieri nõ posse Marcellus ait, ut locatio redintegretur. Et hoc uerum est. *Concordat l.13.§ qui impleto.ff eod.tit. cuius uerba uide ŝ.lib.40.cap.4.causa 12. Item concordat l.16.C.eod tit.cuius uerba uide d. causa 12. Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi locator medio tempore decesserit, uel furere cœperit. hoc enim casu etiamsi conductor finito tẽpore in conductione manserit, non tamen redintegratur conductio. Quæ duplex duplicatio approbatur uerbis d.l.14.iam propositis hisce:* Et ideo si interim, &c. *Altera duplicatio est: Nisi quoad reliquos annos, quib. in conductione non remansit cõductor. in his enim recõduxisse non uidetur. Quæ duplicatio approbatur d.§.qui impleto.ibi: quod autem diximus. Tertia duplicatio est: Nisi non rusticum, sed urbanum prædium sit ad tempus locatum. Quæ duplicatio approbatur, simul & distinguitur d.§.qui impleto, in fine.*

## *DE ACTIONE LOCATI. Cap. II.*

### I. CAVSAE, EX QVIBVS datur hæc actio.

*Prima causa: Si conductor non omnia secundum legem conductionis faciat, uel si id quod in lege prætermissum est, non ex bono & æquo præstet. Hæc causa approbatur Inst.de locat. & cõduct. §. conductor, his uerbis:* Conductor omnia secundum legem conductionis facere debet: & si quid in lege prætermissum fuerit, id ex bono & æquo præstare. *Concordat l.25.§.cõductor.ff.locati.cuius uerba uide ĵ.causa prox. Concordat item l.19.C.de locato, his uerbis:* Circa locationes atq; conductiones maximè fides cõtractus seruanda est, si nihil specialiter exprimatur contra consuetudinem regionis. Quòd si alij remiserint contra legem contractus atque regionis consuetudinem pensiones, hoc alijs præ-

judicium edferre non potaſt. *Huius cauſæ exceptio hæc eſt:Niſi cõuentio ſit remiſſa. Quæ exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit, uerùm eius replicatio hæc eſt:Niſi ab alio ſit remiſſa. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:*Quod ſi elij remiſerint,&c.

I I. *Cauſa: Si conductor opera ruſtica non ſuo tempore fecerit, & intempeſtiua cultura fundũ fecerit deteriorem. Hæc cauſa approbatur l.25.§.cõductor.ff.locati,his uerbis:* Conductor omnia ſecũdum legam conductionis fecere debat,& ante omnie colonus curare debet, ut opere ruſtice ſuo quæq; tẽpore faciat: ne intempeſtiua culture deteriorẽ fundũ fetiet:præterea uillarum curem egere debat,ut eas incorruptas hebaat.

I I I. *Cauſa: Si colonus uillas non curat,& eas corrumpi ſinat. Hæc cauſa approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Prætaree uillerum curam agere debet,&c.

I I I I. *Cauſa: Si aliquod rei ius uel corpus fiat deterius. Hæc cauſa approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Vt eas incorrupres hebeat. *Concordat l.11. §. item proſpicere. ff. eod.tt. his uerbis:* Proſpiaere dabet cooductor, ne eliqood rei ius ual corpus deterios faciet, uel fiari petietur.

V. *Cauſa: Si inſtrumenta fundi culpa coloni ſint corrupta. Hæc cauſa approbatur l.19.§.illud nobis. ibi:quod ſi culpa. ff.locati. cuius uerba uide J. cap. prox.queſt.4.reg.4.*

V I. *Cauſa: Si ædificia colonus deſtruxit. Hæc cauſa approbatur l. 29. C. de locato, his uerbis:* Cùm condoctorem ædificie quæ ſuſcepit integre, daſtrnxiſſe proponis: hoc etiem hæredes aius præſes prouinciæ ioſtaurare,ædificiorum inter uos hebita ratione,iubebit.

V I I. *Cauſa: Si arbores à conductore ipſo,uel propter ipſum ab alio ſint exciſa.Hæc cauſa approbatur l.25.§.culpæ. ff. locati,his uerbis:* Culpæ conductoris & illud edoumeratur, ſi propter inimicities aius uicinos erbores excidarit. Ipſe qooque ſi exciderit, non ſolùm ex locato reoetut, ſed etiam lege Aquilia, & ax lage X I I. Tebul. erborum furtim cæſarum, & interdicto Quod ui aut clàm. Sed utiq; iudicis qui ax locato iudicet, officio continator, ut cæteres ectiones locetor omittet.

V I I I. *Cauſa: Si conductor ſeruum conductum uulnerauerit. Hæc cauſa approbatur l.43.ff.locati. cuius uerba uide J.cauſa 12.except.7.*

I X. *Cauſa: Si conductor in area conducta terrã congeſſit, quæ aſsiduis pluuijs inundata, parietem locatoris uicinum humore ſuo corrupit. Hæc cauſa approbatur l.57. ff. d.tt.his uerbis:* Qoi domũ hebebet, eresm ioiuoctam ei domoi uicino proximo locauerat. Is uicinus cùm ædificaret in ſoo, tarram in eam aréam amplius, quàm fuodamaota cæmenticia loceroris erent, cõgeſsit: & ea terra eſsiduie pluuijs inuodata, perieti eius qoi locauerat,humore præſtiro,ædificie corrueruut. Labeo ex loceto tanrummodo ectionem eſſe ait, quia non ipſe congeſtio, ſed humor ex ee congeſtiooe poſtee damno fuerit. Dsmoi eutem ioiuriæ ectio ob ee ipſe fit,per quæ ooo extrinſecus elia cauſa oblata, damno quis effactus eſt. Iebolenus. Hoc probo.

X. *Cauſa: Si conductor rem conductam,uel aliquid ex ea ſubtraxerit. Hæc cauſa approbatur per ea quæ proponuntur J. queſtion. 7. regul. 1. exception.5.*

X I. *Cauſa: Si conductor rem alij locauerit. Hæc cauſa reprobatur l.6. C. de locato, his uerbis:* Nemo ꝓhibetur rem quem cõduxit fruendam elij locare, ſi nihil aliud conueoit. *Concordat l.60.in prin.ff.eod.tt.cuius uerba uide J. cauſa 13.except.4.diſtinct.1.*

X I I. *Cauſa: Si res locata perierit,uel deterior ſit facta. Hæc cauſa approbatur quidem ipſo iure, uerùm eius exceptio prima hæc eſt: Niſi caſu fortuito ſine dolo malo conductoris res perierit, uel deterior ſit facta. Quæ exceptio approbatur Inſt.de location.& conduct.§.qui pro uſu,his uerbis:* Qui pro nſu ent ueſtimentorum, aut ergenti, eut iumenti,mercedem aut dedit, eut ꝓmiſit:eb eo cuſtodie talis deſideratur,qualem diligentiſsimus peterfemiliãs ſuis rebus adhibet:quem ſi præſtirerit, & eliquo ceſu fortuito aem rem amiſarit, de reſtltuanda ee oon tenebitur. *Concordat l.28.C.de locato & cond.his uerbis:* Io iudicio tam locati quàm condocti dolum & cuſtodiem, non atiam ceſum cui reſiſti non poteſt,neoire conſtat. *Huius exceptionis ſpecies & exempla ſunt J. except. 3. cum ſequentibus. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi culpa caſum præceſſerit. Quæ replicatio approbatur uerbis d.§. qui pro uſu, hiſce:* Ab eo cuſtodia telis daſiderstur, qualem diligeotiſsimus paterfamiliãs ſuis rabus adhibet. *Concordat d.l.28. uerbis iam propoſitis hiſce:* Dolum & cuſtodiem. *Item concordat l.9.§.ſi colonis.ff locati,his uerbis:* Si colonia lage locetioois,ut inoocantem igoem haberant,denuncietum ſit:ſiquidem fortuitus caſus inceodij ceuſem intulerit, non præſtabit periculum locetor. Si uerò culpe locaroria, quam præſtara oeceſſe eſt, damnum fecerit: tenebitur. *Concordat itẽ l.11.§.ſi hoc in.ff.eod.tt.his uerbis:* Si hoc in locatiooa conuaoit,Ignam ne hebeto:& habuit:renebitur,atiem ſi forruitus ceſus edmiſit incendium : quis non deboit ignem hebare. Aliud enim eſt, ignem innoceo-

tem

tē habere. Permittit enim habere, sed innoxiō ignem. *Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi contra legem conductionis ignem uel quid simile habuerit conductor, unde res conducta perierit.* *Hæc replicatio approbatur uerbis d. §. si hoc in, iam propositis. Cōcordat d. l. 11. §. fin. cum lege sequente, his uerbis:* Inter conductorem & locatorem conuenerat, ne in uilla urbana fœnum poneretur. posuit: deinde seruus igne illato succendit. ait Labeo, teneri conductorem ex locato: quia ipse causam præbuit inferendo fœnum contra conductionem. Sed etsi quilibet extraneus ignē iniecerit: damni ratio locati iudicio habebitur. *Aliud exemplum proponitur l. 10. §. qui mulas. ff. eod. tt. his uerbis:* Qui mulas ad certum pondus oneris locarat, cum maiore onere conductor eas rupisset: consulebat de actione? Alfenus respondit, uel lege Aquilia, uel ex locato rectè eum agere. Sed lege Aquilia tantùm cum eo agi posse, qui tum mulas egisset: ex locato, etiamsi alius eas rupisset, cum conductore rectè agi. *Tertia replicatio est: Nisi culpa seruorum conductoris, uel aliorum quos secum habet, casus acciderit: Hæc replicatio approbatur l. 11. in prin. ff. locati, his uerbis:* Videamus, an & seruorum culpā, & quoscunque induxerit, præstare conductor debeat: & quatenus præstet, utrum ut noxæ seruos dedat, an uerò suo nomine teneatur? sed & aduersus eos quos induxerit, utrum præstabit tantùm actiones, an quasi ob propriam culpam tenebitur? Vlpianus. Mihi itaque placet, ut culpam etiam eorum quos induxit, præstet suo nomine, etsi nihil conuenit: si tamen culpam in inducendis admisit, quòd tales habuit uel suos, uel hospites. Et id Pomponius lib. LXIII. adprobat. *Huius exemplum proponitur d. l. 11. §. fin. cuius uerba uide s. repl prox. Aliud exemplum proponitur l. 30. §. fin. ff. d. tt. his uerbis:* Colonus uillam hac lege acceperat, ut incorruptam redderet, præter uim & uetustatem. Coloni serui uillam incendit non fortuito casu: non uideri eam uim exceptam, Alfenus respondit: nec id pactum esse, ut si aliquis domesticus eas incendisset, ne præstaret: sed extraneam uim utrosque excipere uoluisse. *Aliud exemplum proponitur l. 27. §. si fornacarius: ff. ad l. Aquiliam, his uerbis:* Si fornacarius seruus coloni ad fornacem obdormisset, & uilla fuisset exusta: Neratius scribit, ex locato conuentum præstare debere, si negligens in eligendis ministris fuit. Cæterùm si alius ignē subiecerit fornaci, alius negligenter custodierit: an tenebitur, qui subiecit? Nam qui custodijt, nihil fecit: qui rectè ignem subiecit, non peccauit. Quid ergo? puto utilem actionem competere tam in eum qui ad fornacem obdormiuit, quàm in eum qui negligenter custodijt. Nec quisquam dixerit, eum qui obdormiuit, rem humanam & naturalem passum: cùm deberet uel ignem extinguere, uel ita munire, ne euagaretur. *Concordat d. l. 27. §. Proculus. cuius uerba uide s. exception. 7. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi conductoris culpa in eligendis seruis uel alijs inducendis nulla fuerit. quæ duplicatio approbatur uerbis d. l. 11. s. ead. repl. in prin. propositis hisce:* Si tamen culpam in inducendis admisit, quòd tales habuit uel suos uel hospites. *Concordat d. §. si fornacarius, uerbis iam propositis hisce:* Si negligens in eligendis ministris fuit. *Quarta propositæ exceptionis replicatio est: Nisi conuenit ut conductor casum quoq; præstaret. Hæc replicatio approbatur l. 9. §. Iulianus. ff. locati, his uerbis:* Iulianus libro XV. Digestor. scripsit, si quis fundum locauerit, ut etiamsi quid ui maiore accidisset, hoc ei præstaretur: pacto standum esse. *Quinta replicatio est: Nisi res æstimata locata sit. Hæc replicatio approbatur l. 54. §. fin. ff. locati, his uerbis:* Paulus respondit: Seruus qui æstimatus colonæ adscriptus est, ad periculum colonæ pertinebit. Et ideo æstimationem huius defuncti ab hærede colonæ præstari oportebit. *Concordat l. 3. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. cap. prox. quæst. 5. except. 12. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ causæ exceptio hæc est: Nisi non conductoris, sed alterius dolo uel culpā res locata deterior sit facta. quæ exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio prima hæc est: Nisi aliquis domesticus ipsius conductoris damnum dedit, uel eorum quos conductor induxit. Hæc replicatio approbatur, simul & distinguitur s. except. prox. repl. 3. Altera replicatio est: Nisi alius propter inimicitias, quas cum conductore habet, damnum dederit. Hæc replicatio approbatur l. 25. §. culpæ. ff. locati. cuius uerba uide s. causa 7. Tertia replicatio est: Nisi cùm contra legem locationis fœnum esset illatum, alius ignem iniecerit: quæ replicatio approbatur l. 11. § fin. cum lege sequente. ff. locati. cuius uerba uide s. exception. proxim. replicat. 2. Quarta replicatio est: Nisi culpa conductoris alius damnum dederit. Hæc replicatio approbatur exemplo l. 10. §. qui mulas. ff. locati. cuius uerba uide s. exception. proxim. replicat. 2. Concordat l. 29 ff. eod. tt. his uerbis:* In lege locationis scriptum erat, Redemptor syluam ne cædito, neue cingito, neue deurito, neue quem cingere, cædere, urere sinito. quærebatur, utrum redemptor, si quem quid earum rerum facere uidisset, etiam prohibere deberet: an etiam ita syluam custodire, ne quis id facere posset? Alfenus. Respōdi uerbum

Sinera utranque habere significationem. Sed locatorem potius id uideri uoluisse, ut redemptor non solùm, si quem casu uidisset syluam cædere, prohiberet: sed uti curaret & darat operam, ne quis etiam cæderet. *Tertia propositæ causæ exceptio est: Nisi latrones rem conductam abstulerint. Hæc exceptio supradictæ primæ exceptionis species specialiter approbatur l. 9. §. imperator. ff. locati, his uerbis:* Imparator Antoninus cum patre, cùm grex esset abactus, quem quis conduxerat, ita tescripsit: Si capras latronas citra tuam fraudem abegisse probari potest, iudicio locati casum præstare non cogeris: atq; adeò temporis quod insecutum est, mercades ut indabitas tecuperabis. *Quarta exceptio est: Nisi exercitus ueniens damnum in re locata dederit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 13. §. exercitu. ff. locati, his uerbis:* Exercitu neniente migrauit conductor, deinde hospitio milites fenestras & cætera sustuleront: si domino non denunciauit & migrauit, ex locato tenebitur. Labao, etiam si resistere potuit, & non restitit, teneri ait. Quæ sentantia uera est: sed si denunciate non potuit, non puto eum teneri. *Quinta exceptio est: Nisi magistratus mensuras locatas fregerit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur d. l. 13. §. si quis mens. his uerbis:* Si quis mensuras conduxerit, easque magistratus frangi iusserit, siquidem iniquæ fuerunt: Sabinus distinguit, utrum scit conductor, an non. Si scit, esse ex locato actionem: si minus, non. Quòd si æquæ sunt: ita demum eum tenari, si culpa eius id fecit ædilis. Et ita Labeo & Mala scribunt. *Sexta exceptia uidetur: Nisi cisiarius, dum cæteros transire contendit, cisium euertit, & seruum conductum fortè fortuna quassauit uel occidit. Hæc exceptio reprobatur d. l. 13. in prin. his uerbis:* Quæritur, si cisiarius, dum cæteros transire contendit, cisium euertit, & seruum quassauit uel occidit: puto ex locato esse in eũ actionem. Temperare enim debuit. Sed & utilis Aquiliæ dabitur. *Septima exceptio est: Nisi semel eiusdem damni nomine actum sit. Hæc exceptio approbatur l. 27. §. Proculus. ff. ad l. Aquiliam, his uerbis:* Proculus ait, cùm coloni serui uillam exussissent: colonum uel ex locato, uel ex lege Aquilia tenati, ita ut colonus possit seruos noxę dedere: & si uno iudicio res esset iudicata, altero amplius non agendum. Sed hæc ita, si culpa colonus caret. Cæterùm si noxios seruos habuissat: damni eum iniuria teneri, cur tales habuerit. Idem seruandum & circa inquilinorum insulæ personas, scribit. Quæ sententia habet rationem. *Concordat l. 25. §. culpæ, in fine. ff. locati. cuius uerba uide 3. causa 7. Concordat item l. 41. ff. eod. tit. his uerbis:* Si uulnerauerit seruum tibi locatum, eiusdem uulneris nomine legis Aquiliæ, & ex locato actio est. Sed alterutra contentus actor esse debet: idque officio iudicis continetur, apud quem ex locato agetur. *Hæc de 12. causa.*

XIII. *Causa: Si pensio uel merces à conductore non soluatur. Hæc causa ipso quidem iure subsistit, uerùm eius exceptio prima hæc est: Nisi res aliena sit locata. Hæc exceptio reprobatur l. 9. §. fin. ff. locati. cuius uerba uide 3. exception. proxim. Altera exceptio est: Nisi cùm res aliena locata esset, ea conductori postea sit à domino donata uel uendita, aut alio modo alienata. Hæc exceptio approbatur d. l. 9. §. fin. cum lege sequente, his uerbis:* Si alienam domum mihi locaueris, eaque mihi donata uel legata sit: non teneri me tibi ex locato ob pensionem, Celsus ait. Sad de tempore præterito uideamus, si quid ante legati diem pensionis debeatur? Et puto soluendum. Et ego ex conductore rectè agam uel in hoc, ut me liberes. *Tertia exceptio est: Nisi conductor re conducta non sit usus. Hæc exceptio reprobatur l. 61. §. nauem. ff. locati, his uerbis:* Nauem conduxi, ut de prouincia Cyrenensi Aquilegiam nauigarem, olei metretis tribus millibus impositis, & frumenti modijs octo milibus, certa mercede. Sed euenit ut onerata nauis in ipsa prouincia nouem mensibus retineretur, & onus impositum commisso tolleretur? quæsitum est, an uecturas, in quas conuenit, à conductore secundum locationem nauis exigere posit? Scæuola respondit, secundum ea quæ proponerentur, posse. *Plura de hac re uide 3. cap. 7. quæst. 1. causa 3. except. 1. Quarta exceptio est: Nisi conductor rem conductam ante tempus deseruerit. Hæc exceptio reprobatur l. 55. §. fin. ff. locati, his uerbis:* Qui contra legem conductionis fundum ante tempus sine iusta ac probabili causa deseruerit, ad soluendas totius temporis pensiones ex conducto conueniri potest: quatenus locatori in id quod eius interest, indemnitas seruetur. *Planè admittitur exceptio proposita, si locator rem non reficiat uel restituat, ut conductor ea commodè uti possit. Hæc distinctio approbatur l. 25. §. si uicino ff. eod. tit. his uerbis:* Si uicino ædificante obscurentur lumina cœnaculi, teneri locatorem inquilino. Certè quin liceat colono uel inquilino relinquere conductionem, nulla dubitatio est. De mercedibus quoque, si cum eo agatur, reputationis ratio habenda est. Eadem intelligemus, si ostia fanestrasúe nimium corruptas locator non restituat. *Concordat l. 60. in prin. ff. eod.*

*cod.tt.his uerbis:* Cùm in plures annos domus locata est, præstare locator debet, ut non solùm habitare conductor ex calendis Iulijs cuiusq; anni, sed etiam locare & habitare cum alijs (si uelit) suo tempore posſit. Itaque si ea domus ex calendis Iulija fracta, usque in calendas Iunias permansisset, ita ut nec habitare quisque, nec ostendi alicui posset: nihil locatori conductorem præstaturum, adeò ut nec cogi quidem posſit ex calendis Iunijs refecta domo habitare: nisi paratus fuisset locator commodam ei domum ad habitandum dare. *Alias propositæ exceptionis distinctiones uide J. in exceptionibus sequentibus.* *Quinta exceptio est: Nisi locator rem locatam non reficiat neq; restituat, ut conductor ea commodè uti posſit. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s̄. exception. proxim. distinct. 1.* *Sexta exceptio est: Nisi timoris causa conductor emigrauerit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 27. §. fin. ff. locati, his uerbis:* Alfenus interrogatus, si quis timoria causa emigrasset, an deberet mercedem, nec'ne? Respondit, si causa fuisset cur periculum timeret: quamuis periculum uerè non fuisset, tamen non debere mercedem. Sed si causa timoria iusta non fuisset, nihilominus debere. *Septima exceptio est: Nisi locator domum locatam reficiendo faciat incommodam habitationem conductori. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur d. l. 27. in princip. his uerbis:* Habitatores non statim, si paulo minus commodè aliqua parte cœnaculi uterentur, deductionem ex mercede facere oportere, Alfenus ait. Ea enim conditione habitatorem esse, ut si quid aduersarium incidisset, quamobrem dominum aliquid demoliri oporteret, aliquam partem incommodi paruulam sustineret: nō ita tamen, ut eam partem cœnaculi dominus aperiat, in qua habitator magnam partem usus haberet. *Octaua exceptio est: Nisi domus conducta fracta sit, & inhabilis facta. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt in exceptionibus aliquot præcedentibus. Cuius tamen exceptionis replicatio hæc est: Nisi conductor nihilominus domo sit usus. Hæc replicatio approbatur l. 18. ff. locati, his uerbis:* Quòd si domus habitatione conductor æquè usus fuisset, præstaturum eius etiam domus mercedem, quæ uicium fecisset, Iabolenus putat. Idem iuris esse, si potestatem conducendi habebat, ut precium conductionis præstaret dominus. Sed et si locator conductori potestatem conducendæ domus non fecisset, & is in qua habitaret, conduxisset: tantum ei præstandum putat, quantum sine dolo malo præstitisset. Cæterùm si gratuitam habitationem habuisset, pro portione temporis ex locatione domus deducendum esse. *Nona exceptio est: Nisi res conducta interierit. Hæc exceptio approbatur l. 9. §. huic subiungi. ff. locati. cuius uerba uide s̄. cap. prox. quæstion. 5. except. 16. distinct. 2. Concordat d. l. 9. §. imperator. cuius uerba uide s̄. causa proxim. exception. 3. Item concordat l. 30. §. ædilis. ff. locati, his uerbis:* Ædilis in municipio balnea conduxerat, ut eo anno municipes gratis lauarent: post tres menses incēdio facto combusta sunt. Alfenus respondit, posse agi cum balneatore ex conducto, ut pro portione temporis quo lauationem non præstitisset, pecuniæ contributio fieret. *Huius exceptionis replicatio est: Nisi quoad pensionem præteriti temporis quo res nondum perierat. Hæc replicatio approbatur d. l. 9. §. in exustis, his uerbis:* In exustis quoq; ædibus eius temporis quo ædificium stetit, mercedem præstandam Imp. Antoninus cum diuo Vero rescripsit. *Hæc de ea causa eiusq; exceptionibus sint dicta. Plures huiusmodi exceptiones uide inter causas ex conducto J. cap. 4. Quid autem & quantum mercedis uel pensionis nomine sit soluendum, uide J. quæst. 4.*

XIIII. *Causa: Si res conducta locatori à conductore finito locationis tempore non restituatur. Hæc causa ipso quidem iure subsistit, uerùm eius exceptio hæc est: Nisi res sine dolo uel culpa conductoris perierit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s̄. causa 12. except. 1. Alia exceptio uidetur esse: Nisi conductor rem suam esse dicat. Hæc exceptio reprobatur l. 25. C. de locato, his uerbis:* Si quis conductionis titulo agrum uel aliam quamcunque rem accepit, possessionem prius restituere debet, & tunc de proprietate litigare.

## II. QVIBVS COMPETIT LOcati actio?

*Si locator rem locatam alij uendidit: non emptori, sed uenditori locati actio competit. Quæ regula approbatur l. 13. §. si fructibus. ibi: sin is ager. ff. de actione empti. cuius uerba uide s̄. lib. proxim. cap. 2. regul. 1. Concordat d. l. 13. §. penult. cuius uerba uide s̄. lib. prox. cap. 1. quæstion. 1. causa 47.*

## III. ADVERSVS QVOS LOcati actio competit?

I. Regula, *De fideiussoribus conductoris. Hi regulariter ad id, in quod conductor obligatus est, tenentur. Verùm eius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi curialis fideiusserit pro conductore. quæ exceptio approbatur l. 30. C. de locato. cuius uerba uide s̄. lib. 12. cap. 2. quæst. 2. reg. 5. Altera exceptio est: Nisi miles pro conductore fideiusserit. Hæc exceptio*

ptio approbatur l.31. C.d.tt. cuius uerba uide s̄. lib. 11.cap.13.reg.35. Tertia exceptio est: Nisi expleto conductionis tempore, cum conductor in eadem conductioue maneret, fideiussor non consensit. Hæc exceptio approbatur l.7.C.eod.tt.his uerbis: Si cum Hermes uectigal ostuariũ in quinquennium conducecer, fidem ruã obligasti: posteaq; spacio eius temporis explero, cùm idem Hermes in conductione ut idoneus detineretur, non consensisti, sed cautionẽ tibi reddi postulasti: non oportere te de posterioris temporis peciculo adstringi, competens iudex non ignorsbit. Quarta exceptio est: Nisi cùm apud conductorem, qui rem alij locasset, pro hoc fideiußisset, dominus rei seu prior locator agat. huic enim fideiussor secundi conductoris uou est obligatus. quæ exceptio approbatur l.51. ff.locati, his uerbis: Qui fideiussor extitit apud mancipem pro colono publicorum prædiorum, quæ manceps ei colono locauit reipublicæ non tenetur. Sed fructus in eadem causa pignoris manent. Quinta exceptio est: Nisi quoad usuras ob moram nou solutæ pensionis soluendas. In has enim fideiussor uon tenetur quæ exceptio approbatur l.54. in prin. ibi: quib. cauetur. ff. locati. cuius uerba uide j. repl. prox. Est autem huius exceptionis replicatio hæc: Nisi in omnem causam conductionis fideiussor se obligauerit. quæ replicatio approbatur d.l.54. in prin. his uerbis: Quæro, an fideiussor conductionis etiam in usuras non illararum pensionum nomine teneatur: nec prosint ei constitutiones quibus cauetur, eos qui pro alijs pecuniam exoluerint, sortis solummodo damnum sgnoscere oportece? Paulus respondit, si in omnem causam conductionis etiam fideiussor se obligauit: eum quoque, exemplo coloni, tacdius illstarum per morsm coloni pensionum præstare usuras debere. Vsuræ enim in bonæ fidei iudicijs etsi non tsm ex obligatione proficiscantur, quàm ex officio iudicis adplicentur: tamen cum fideiussor in omnem causam se obligsuit, æquũ uidetur ipsum quoq; sgnoscere onus usurarum, ac si ita fideiussisset, In quantum illum condemnari ex bona fide oportebit, tautum fide tua esse iubes? uel ita, Indemnem me præstabis?

I I. Regula, De hæredibus conductoris, proponitur l.24. C. de locato & cond. his uerbis: Contractus locationis conductionisq;, non interuenientibus etiam instrumentis, ratus hsbeatur. Secundum quod hæredes conductoris (etsi non interuenerint instrumenta) non uxorem conuenire debes. Sanè de posteriore tempore, quòd conductricem ipsam proponis fuisse, adesse fidẽ precibus tuis probans, pensiones integras sbes pere. Coucordat l.29.C.eod.tt. cuius uerba uide s̄. quæst.1. causa 6. Item concordat l.33.C. eod.tt. cuius uerba uide s̄. lib. 23. cap. 11. quæst.7. reg. 4. Concordant item ea quæ proposita sunt s̄. cap.prox.quæst.5.except.27.

I I I. Regula, De uxore conductoris. Hæc nou tenetur. quæ regula approbatur, simul & distinguitur uerbis d.l.24. s̄.reg.prox.propositis.

## IIII. QVID QVANTVM'QVE VENIat in actione proposita?

I. Regula: Nou amplius pensionum nomine exigendum est, quàm conuenit. quæ regula approbatur l.26. in prin. C. de locato, his uerbis: Legem conductionis seruari oportet, nec pensionum nomine amplius, quàm conuenit, reposci. Huius regulæ exceptio prima hæc esse uidetur: Nisi conductor alij pluris rem locauerit. Hæc exceptio reprobatur l.58. in prin. ff. locati. cuius uerba uide s̄. lib.prox.cap.3.reg.5. Altera exceptio uidetur esse: Nisi conductor pluris locatam putauerit. Sed & hæc exceptio reprobatur l.52. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. cap.prox.quæst.5.except.12.

I I. Regula: Nec minus pensiouum nomine debetur, quàm de quo couuenit. quæ regula ut ipso iure subsistit, ita recipit exceptionem primam hanc: Nisi minus oneris naui conductæ impositum sit, quàm conuenerat. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l.ult. §. fin. ff. ad l. Rhodiam, his uerbis: Si conduxisti nauem amphorarum duorum milium, & ibi amphoras portasti: pro duobus milibus amphorarum preciũ debes. Paulus. Imò si auersione nauis conducta est, pro duobus milibus merces debetur: si pro numero impositarum amphorarum merces constituta est, contrà se habet: nam pro tot amphoris precium debes, quot portasti. Altera exceptio est: Nisi quædam ex rebus naui impositis in naui perierint: pro his enim merces non debetur. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur d.l.ult. in prin. his uerbis: Si uehenda mancipia conduxisti, pro eo mancipio, quod in naue mortuum est, uectura tibi non debetur. Paulus. Imò quæritur, quid actum est: utrum pro his qui impositi, an pro his qui deportati essent, merces daretur? quòd si hoc apparere non poterit, satis erit pro nauta, si probauerit impositum esse mancipium. Plures huiusmodi exceptioues uide s̄. quæst.2. inter causas huius actionis.

I I I. Regula, De usuris pensiouum. Hæ regulariter in hanc actionem nonueniunt. quæ regula approbatur, simul & distinguitur l.17. §. ex locato. ff. de usuris, his uerbis: Ex locato qui conuenitur, nisi conuenerit, ut tardius pecuniæ illatæ usuras deberet: non nisi ex mora usuras præstare debet. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi de usuris præstandis conuenit.

uenit. Altera exceptio est: Nisi mora in soluenda pensione facta sit. Hæ duæ exceptiones uerbis d. §. ex locato, iam propositis approbantur. Secundæ exceptioni concordat l.17. C. de locato, his uerbis: Præses prouinciæ ea quæ ex locatione debentur, exolui sine mora curabit: non ignarus, ex locato & conducto actionem, cùm sit bonæ fidei, post moram usuras legitimas admittere. Plura de exceptione proposita uide s̄. lib.36. cap 9. quæst.1. causa 2.

IIII. Regula. De eo quod conductor rei conductæ nomine aduersus tertium agendo consecutus est. hoc in locati actione non uenit restituendum. quæ regula approbatur l. 6. ff. locati, his uerbis: Is qui rem conduxit, non cogitur restituere id quod rei nomine furti actioné consecutus est.

V. Regula, De fructibus quos conductor post tempus conductionis finitum percepit. Hi condici ei à locatore possunt. quæ regula approbatur, simul & distinguitur l.4. §. etiam fructus. ff. si certum petatur. cuius uerba uide s̄. lib.37. cap.10. quæst. 1. reg.4.

VI. Regula, De duplo restituendo, si ipsa res ante sententiam non restituatur, proponitur l.33. C. de locato. cuius uerba uide s̄. lib.23. cap.13. quæstion.7. regul.4.

VII. Regula, De in litem iurando, si res non restituatur, proponitur l.48. in fine. ff. locati, his uerbis: Qui seruum conductum, uel aliam rem non immobilem non restituit: quanti in litem iuratum fuerit, damnabitur.

VIII. Regula: Si damnum in re conducta à seruo conductoris, uel alio quem conductor induxit, datum sit: conductor in solidum tenetur, nec noxæ dedendo uel actiones suas præstando liberatur. quæ regula approbatur l.11. in prin. ff. locati. cuius uerba uide s̄. quæst.1. causa 12. except.1. repl.3.

IX. Regula: Aliam rem quàm de qua conuenit, mercedis uel pensionis nomine conductor exigere non potest. quæ regula approbatur, simul & distinguitur l.19. §. si dominus. ff. locati, his uerbis: Si dominus exceperit in locatione, ut frumenti certum modum certo precio acciperet: & dominus nolit frumentum accipere, neq; pecuniam ex mercede deducere: potest quidem totam summam ex locato petere. Sed utique consequens est, existimare officio iudicis hoc conuenire: haberi rationem quanto conductoris interierit, in frumento potius quàm in pecunia soluere pensionis exceptam portionem. Simili modo et si ex conducto agatur, idem erit dicendum. Concordat l. 5. C. de agricolis & censitis, hisce uerbis: Domini prædiorum id quod terra præstat accipiant, pecuniã non requirant, quam rustici optare non audent: nisi consuetudo prædij hoc exigat.

X. Regula: Vnus ex pluribus conductoribus in solidum tenetur. quæ regula approbatur, simul & distinguitur l.13. C. de locato, his uerbis: Si diuisa conductio fuit, & in singulis pro partibus facta: alieno nomine conueniri uos non oportet. Si autem omnes qui conducebant, in solidum locatori sunt obligati: ius ei competens cõueniendi quem uelit, non debet auferri. Habetis sanè uos facultatem locatori offerendi debitum, & ut transferantur in uos ea quæ ob hanc conductionem ab ijs, quorum nomine inquietamini, obligata sunt, postulandi. Concordat l.13. §. duo. ff. locati, his uerbis: Duo rei locationis in solidum esse possunt. Concordat item l. 47. in fine. ff. eod. tit. cuius uerba uide s̄. lib. proxim. cap. 1. quæstion. 3. regul. 2. Item concordat l.5 §. si duobus. ff. commodati. cuius uerba uide s̄. lib.39. cap 5. quæst.3. reg.5. Sed & huius regulæ exceptiones uide d. reg. 5. item lib.38. cap.12. reg.2.

## V. QVANDO COMPETIT actio locati?

Etiam ante tempus locationis finitum competit. quæ regula approbatur l.24. §. si domus. ff. locati, his uerbis: Si domus uel fundus in quinquennium pensionibus locatus sit: potest dominus, si deseruerit habitationem uel fundi culturã colonus uel inquilinus, cũ eis statim agere. Sed & de his quę præsente die præstare debuerunt: ueluti ut opus aliquod efficerent, uel propagationes facerent: agere similiter potest. Huius exceptio est l.13. §. si in lege. ff. eod. tit. cuius uerba uide J. cap.6. quæstion.3.

## VI. EVENTVS.

I. Regula, De actionibus reo ab actore præstandis, proponitur l.47. in fine. ff. locati. cuius uerba uide s̄. lib. prox. cap.1. quæstion. 3. regul.2. Concordat l.5. §. fin. ff. commodati. cuius uerba uide s̄. lib.39. cap.5 quæst.3. reg.5.

II. Regula, De pignoribus reo ab actore reddendis, proponitur l.13. in fine. C. de locato. cuius uerba uide s̄. quæst. 4. reg.10.

## VII. AD FINIA REMEDIA.

I. Regula: Regulariter ex causis s̄. propositis locatori contra conductorem eiusq; hæredes locati, non alia competit actio. quæ regula cùm ipso iure subsistat, recipit primum exceptionem hanc: Nisi non in pecunia numerata, sed in alia re merces uel pensio sit constituta tunc enim præscriptis uerbis actio competit. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s̄. cap. prox. quæst.5. except.4. item J. lib. prox. cap.1. quæst.1. causa 6. exception.1. repl.1. Altera exceptio est: Nisi in rei uenditione uenditor sibi uel alijs habitationem uel alium huiusmodi usum exceperit. hoc enim casu empti & uenditi actio est, non locati.

quæ

*quæ exceptio approbatur l.13.§.penult.ff.de action. empti, cuius uerba uide s̄. lib. prox. cap. 1. quæst.1. causa 47. Concordat l.79.ff.de contrah. empt. cuius uerba cum concordantibus alijs uide s̄.lib.prox.cap. 9. quæst. 1. causa 3. in prin. Tertia exceptio est: Nisi ob damnū in re locata datum agatur. hoc enim casu etiam legis Aquiliæ actio est. quæ exceptio approbatur l. 13. in prin. ff. locati. cuius uerba uide s̄. quæst.1.causa 12.except.6. Concordat l.25.§. culpæ. ff.eod tit.cuius uerba uide d.quæst.1.causa 7. Item concordat l.30.§. qui mulas. ff. eod. tit. cuius uerba uide d. causa 12. except.1. repl. 2. Item concordat l.43 ff. eod.tit.cuius uerba uide s̄.d.causa 12.except.7. Concordat item l.27.§.Proculus.ff. ad l.Aquiliam. cuius uerba uide d.except.7. Concordat item l.27.§.fin. ff.eod tit.cuius uerba uide alibi. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi ex eo agatur, quòd conductor in area conducta terram congerendo damnum dedit parieti locatoris. quæ replicatio approbatur l.57. ff. locati. cuius uerba uide s̄.quæst.1.causa 9. Quarta exceptio est: Nisi ex eo agatur, quòd conductor arbores exciderit. hoc enim casu non solùm locati actio est, sed & legis Aquiliæ: item arborum furtim cæsarum, item interdictū Quod ui aut clam. quæ exceptio approbatur d.§.culpæ. Quinta exceptio est: Nisi ob rem subreptam agatur. hoc enim casu non solùm locati, sed etiam furti actio est. quæ exceptio approbatur l.42.ff.locati, his uerbis:* Si locatum tibi seruum subripias: utrunq; iudicium aduersus te est exercendum, locati & furti. *Concordat l.33.§.si is cui.ff.de action. & oblig. cuius uerba uide j.lib.46.cap.14.except.37.repl.4. Sexta exceptio est: Nisi ex eo quòd conductor rem pignoris nomine in fundum illatam alienauit, agatur. hoc enim casu ad eam recuperandam interdictum Saluianum competit. de quo uide s̄.lib.40.cap.11.*

II. *Regula: Locator quoq; ius pignoris in rebus conductoris inuectis & illatis habet. de quâ re uide s̄.lib.40. cap.1.causa 1.specie 1.*

III. *Regula: Dominus conductore latitante, & pensionem non soluente, desiderans aperiri horrea, & ea quæ intus sunt, describi: audiendus est. quæ regula approbatur l.56.ff. locati, his uerbis:* Cùm domini horreorum insularumq; desiderant (diu non apparentibus, nec eius temporis pensionem exoluentibus conductoribus) aperiri horrea, & ea quæ ibi sunt, describi à publicis personis, quorum interest: audiendi sunt. Tempus autem in huiusmodi re biennij debet obseruari. *Hæc de actione locati.*

## *DE ACTIONE CONDUCTI. Cap. III.*

### I. CAUSAE CONDUCTI actionis.

*Causæ ex quibus conducti actio competit, partim in ipsa locatione cōtingunt, partim post perfectam locationem, partim deniq; post locationem finitam. de quib. ordine dicetur.*

I. *Causa: Si locator dolia uitiosa locauerit, uel saltum pascuum, in quo mala herba nascitur, unde pecora conductoris demortua sunt, uel deteriora facta. Hæc causa approbatur, simul & distinguitur l. 19.§.1.ff.locati, his uerbis:* Si quis dolia uitiosa ignarus locauerit, deinde uinum effluxerit: tenetur in id quod interest, nec ignorantia eius erit excusata. Et ita Cassius scripsit. Aliter atq; si saltum pascuum locasti, in quo herba mala nascebatur. Hic enim si pecora uel demortua sint, uel deteriora facta: quod interest præstabitur, si scisti: si ignorasti, pensionem non petes. Et ita Seruio, Labeoni, Sabino placuit.

II. *Causa: Si res aliena locata sit, eaq; euicta. Hæc causa approbatur, simul & distinguitur l.9.in prin. ff.locati, his uerbis:* Si quis domum bona fide emptam, uel fundum locauerit mihi, isque sit euictus sine dolo malo culpaue eius: Pomponius ait, nihilominus eum teneri ex conducto ei qui conduxit: ut præstetur ei frui, quod conduxit, licere. *Huius causæ exceptio hæc est: Nisi locator aliam rem nō minus commodam pro priore eidem locare paratus sit. Hæc exceptio approbatur ibidem his uerbis:* Planè si dominus non patiatur, & locator paratus sit aliam habitationem non minus commodam præstare: æquissimum esse ait, absolui locatorem.

III. *Causa: Si non præstatur conductori, quod in lege conductionis conuenit. Hæc causa approbatur l.15.in prin.ff. locati, his uerbis:* Ex conducto actio conductori datur. Competit autem ex his causis ferè: utputa si re quam cōduxerat, frui ei non liceat: fortè quia possessio ei aut totius agri aut partis non præstatur: aut uilla non reficitur, uel stabulū, uel ubi greges eius stare oporteat. Sed & quod in lege conductionis conuenit, si hoc non præstatur: ex conducto agetur. *Concordat l.24.§.penult.ff.eod.tit.his uerbis:* Ex conducto utiliter aget is, cui secundum conuentionem non præstantur, quæ conuenerant: siue prohibeatur frui à domino, siue ab extraneo, quem dominus prohibere potest. *Concordat item l.19.C.de locato. cuius uerba uide s̄.cap.prox quæst.1.causa 1. Huius exemplum proponitur l.19 §. si dominus. ff. eod.tit. cuius uerba uide s̄.cap.prox.quæst.4. reg.9. Huius causæ exceptio hæc est: Nisi cùm conuenisset de pecunia conductori à locatore ad rem conductam reficiendam præstanda: conductor non satisdet de pecunia in causam, de qua conuenit, impendenda. Hæc exceptio approbatur l.58. §. fin.ff. locati, his uerbis:* Quidam in municipio balineum præstandum annuis uiginti numis conduxerat, & ad refectionem fornacis, fistularum, similiumq; rerum centum numi ut ei præstarentur,

rentur, conuenerat. conductor centum nummos petebat. Ita ei deberi dico, si in earum rerum refectionem eam pecuniam impendi satisdaret.

IIII. *Causa: Si possessio rei conductori non praestatur. Hæc causa approbatur l.15. in prin. ff. locati. cuius uerba uide s̄. causa prox. in prin.*

V. *Causa: Si conductori re conducta frui non liceat. Hæc causa approbatur d.l.15. in prin. Concordat l.24. §. fin. ff. eod. tit. his uerbis:* Qui in plures annos fundum locauerat, testamento suo damnauit hæredem, ut conductores liberaret. Si non patiatur hæres eum reliquo tempore frui: est ex conducto actio. Quòd si patiatur, nec mercedes remittat: ex testamento tenetur. *Concordat item l.15. C. de locato, his uerbis:* Si de fundo à locatore expulsa es, cum eo agere ex conducto potes. Pœnã quoq; à locatore, quam præstari rupta conuentionis fide placuit, exigere ac retinere potes. *Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi res locata domini usibus necessaria sit. Hæc exceptio approbatur l.3. C. de locato, his uerbis:* Aede quam te conductam habere dicis, si pensionem domino in solidum soluisti, inuitam te expelli non oportet: nisi proprijs usibus dominus eam necessariã esse probauerit, aut corrigere domum maluerit, aut tu malè in re locata uersata es. *Altera exceptio est: Nisi dominus rem locatam reficere uelit. quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Aut corrigere domum maluerit. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi non necessariò reficiat. Hæc replicatio approbatur l.35. in prin. ff. locati. cuius uerba uide s̄. cap.1. quæst.5. except.20. repl.1. Tertia exceptio est: Nisi conductor malè in re conducta uersatus sit. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Aut tu malè in re locata uersata es. *Quarta exceptio est: Nisi conductor pensionem non soluat. Hæc exceptio approbatur l.54. §. inter. ff. locati, his uerbis:* Inter locatorem fundi & conductorem cõuenit ne intra tempora locationis eius conductor de fundo inuitus repelleretur: & si pulsus esset, pœnam decẽ præstaret Titius locator Seio conductori: uel Seius conductor, si intra tempora locationis discedere uellet, æquè decem Titio locatori præstaret. Quod inuicem de se stipulati sunt. Quæro, cùm Seius conductor biennij continui pensionem non solueret: an sine metu pœnæ expelli possit? Paulus respondit, quamuis nihil expressum sit in stipulatione pœnali de solutione pensionum: tamen uerisimile esse, ita conuenisse de non expellendo colono intra tempora præfinita, si pensionibus paruerit, & ut oportet coluerit. Et ideo si cœperit petere pœnam is qui pensionibus satis non fecit, profuturam locatori doli exceptionem. *Quinta exceptio uidetur: Nisi alius maiorem pensionem offerat. Hæc exceptio reprobatur l.21. C. de locato, his uerbis:* Si olei certa ponderatione fructus anni locasti: de contractu bonæ fidei habito propter hoc solùm, quòd alter maiorem obtulit ponderationem, recedi non oportet. *Sexta exceptio est: Nisi ab alio quàm locatore cõductor re frui prohibeatur. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.33. ff. locati. cuius uerba uide s̄. cap.1. quæst.5. except.20. repl.1. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi locator eum qui conductorem frui prohibet, ne id faciat prohibere possit. quæ replicatio approbatur d.l.33. ibi: aut ab eo prohibeatur, &c. Concordat l.24. §. item ex conducto. ff. eod. tit. cuius uerba uide s̄. causa 3. Altera replicatio est: Nisi quoad mercedem seu pensionem remittendam uel restituendam quæ replicatio approbatur d.l.33. Tertia replicatio est: Nisi locator alienam rem locauerit. hoc enim casu, si conductor à domino rei ea uti prohibeatur, nihilominus locator tenetur. quæ replicatio approbatur l.35. in prin. ibi: intelligendum. ff. locati. cuius uerba uide d. except.20. repl.1. Concordat l.9. in prin. ff. eod. tit. cuius uerba uide s̄. causa 2. Quarta replicatio est: Nisi is cui locator rem alienauit, conductorem uti prohibeat. Hæc replicatio approbatur l.25. §. qui fundum. ff. locati. cuius uerba uide s̄. lib.42. cap.1. quæst.4. reg.6. Concordat l.32. ibi: quòd si colonus. ff. eod. tit. cuius uerba uide s̄. cap.1. quæst.5. except.21. Hæc de sexta exceptione. Septima exceptio est: Nisi locator postea rursus permittat conductori re conducta frui. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.24. §. colonus. ff. locati, his uerbis:* Colonus, si ei frui non liceat, totius quinquennij nomine statim rectè aget: etsi reliquis annis dominus fundi frui patiatur. Non enim semper liberatur dominus eo quòd secundo uel tertio anno patiatur fundo frui. Nam & qui expulsus à conductione, in aliam se coloniam contulerit, non suffecturus duabus: neq; ipse pensionum nomine obligatus erit, & quantum per singulos annos compendij facturus erat, consequetur. Sera est enim patientia fruendi, quæ offertur eo tempore, quo frui colonus alijs rebus illigatus non potest. Quòd si paucis diebus prohibuit, deinde pœnitentiã egit, omniaq; colono in integro sunt: nihil ex obligatione paucorum dierum mora minuet. *Ait Iurisconsultus:* Quòd si paucis diebus prohibuit, &c. *Hisce uerbis exceptio proposita approbatur, cuius replicatio hæc est: Nisi eo tempore locator rursus frui conductorem permittat, quo res illi amplius integra non est. quæ replicatio uerbis iam propositis approbatur. Hæc de quinta causa eiusq; exceptionibus sunt dicta. Sed & huius causæ species*

*seu exempla sunt causæ aliquot sequentes.*

VI. *Causa: Si locator domum locatam demoliatur. Hæc causa approbatur, simul & distinguitur l. 15 in prin. ff. locati. cuius uerba uide s. cap. 1. quæstion. 5. exception. 20 replicat. 1. Huius causæ exceptio hæc est: Nisi necessariò dominus domum conductam demoliatur, atq; reficiat. quæ exceptio approbatur d. l. 15. in princip. Cui concordat l. 27. in princip. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. cap. proxim. quæstion. 1. causa 13. exception. 7. Concordat item l. 30. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide j. quæst. 4. reg. 1. except. 1.*

VII. *Causa: Si rem locatam locator non reficiat. Hæc causa approbatur l. 15. in prin. ibi: aut uillæ. ff. locati. cuius uerba uide s. causa 3. Concordat l. 19. §. illud nobis. ibi: sed & prælum. ff. eod. tt. cuius uerba uide j. quæstion. 4. reg. 4. Item concordat l. 25. §. si uicino, in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. cap. prox. quæst. 1. causa 13. exe. 4. Itē cōcordat l. 60. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide d. except. 4.*

VIII. *Causa: Si uicino ædificante obscurentur lumina conducti cœnaculi. Hæc causa approbatur d. §. si uicino.*

IX. *Causa: Si locator rem alij locauerit. Hæc causa approbatur per ea quæ proposita sunt s. causa 3 & 5. cuius exceptio prima hæc est: Nisi cùm conductor decessisset, pupillo hærede relicto, tutor eum pupillum hæreditate conductoris abstinere uoluit. quæ exceptio approbatur l. 15. §. fin. cum tribus legibus sequentib. ff. locati, his uerbis:* Interdum ad hoc ex locato agetur, ut quis locatione liberetur, quemadmodum Iulianus libro XV. Digestor. scripsit. Vtputa fundum Titio locaui, isq; pupillo hærede instituto decessit. Et cum tutor constituisset abstinere pupillum hæreditate, ego fundū pluris locaui, deinde pupillus restitutus est in bona paterna. Ex conducto nihil amplius eum consecuturum, quàm ut locatione liberetur: mihi enim iustam causam fuisse locandi, cùm eo tempore in pupillum actiones nullæ darentur. Tutelæ tamē cum tutore iudicio (inquit) agetur, si abstinere eum non debuit. In quo etiam hoc inerit, quòd ex conductione fundi lucrum facere potuit. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi locator cum tutore collusit. quæ replicatio approbatur l. 19. in prin ff. eod. tt. his uerbis:* Sed addes hoc Iuliani sententiæ: ut si collusi ego cum tutore, ex conducto teneat in id quod pupilli interfuit. *Altera exceptio est: Nisi finito locationis tempore, res alij locetur. Hæc exceptio approbatur l. 32. C. de locato, his uerbis:* Ne cui liceat, qui aliquam domum alienam, uel locum, aut ergasterium nomine conductionis accepit, alteri qui post eum domini uoluntate ad eandem conductionem accessit, litem inferre, quasi rem illicitam, aut agenti damnosam tentauerit: sed patêre facultatem dominis domos suas uel ergasteria uel loca cui uoluerint locandi. ipsis nihilominus, qui conduxerint, ab omni super hoc molestia liberis conseruandis: nisi fortè pacta per scripturam specialiter inita cum dominis, uel cū his qui postea cōduxerunt, legibus uidelicet cognita, agentis intentionibus suffragentur. Quòd si quis huiusmodi controuersiam sacris iussionibus interdictam crediderit commouendam: si priuatus est, acriter cæsus exilij subeat pœnā: si militat, decem librarum auri dispendio feriatur. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi aliud conuenerit. quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Nisi fortè pacta per scripturam, &c. *Altera replicatio est: Nisi fisci bona locentur. quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur l. 4. C. de locatione prædiorum fiscalium. cuius uerba uide s. lib 11. cap. 8. quæstion. 5. reg. 1. except. 1. repl. 4. Concordat l. 5. §. fin. C. eod. tt. cuius uerba uide d. repl. 4.*

X. *Causa: Si locator rem locatam parum custodierit, & conductori res suæ inde sint ablatæ, uel alio modo perierint. Hæc causa approbatur, simul & distinguitur l. 1. C. de locato, his uerbis:* Dominus horreorum periculum uis maioris, uel effracturam latronum conductori præstare non cogitur. His cessantibus, si quid extrinsecus ex depositis rebus illæsis horreis perierit: damnum depositarum rerum ei resarcire debet. *Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi casu sine dolo uel culpa locatoris res perierit conductori. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propositis. Concordat l. 12. C. eod. tt. his uerbis:* Damnum quod per aggressuram latronum in possessionibus locatis rei tuæ illatum esse proponis, à domina earundē possessionū, quam nullius criminis ream facere te dicis, resarciri tibi nulla ratione desideras. *Concordat l. 28. C. eod. tt. cuius uerba uide s. cap. prox. quæst. 1. causa 12. except. 1. Altera exceptio est: Nisi de custodia à locatore præstanda nihil nominatim conuenit. Hæc exceptio approbatur l. 55. in prin. ff. locati, his uerbis:* Dominus horreorum effractis & expilatis horreis non tenetur, nisi custodiā eorū receperit. Serui tamen eius, cum quo contractum est, propter ædificiorum notitiam in quæstionē peti possunt. *Concordat l. 60. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis:* Rerum custodiam, quam horrearius conductoribus præstare deberet, locatorem totorum horreorum horreario præstare non debere puto: nisi in locando aliter conuenerit. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi locator custodes sciente conductore adhibuerit. Hæc replicatio ipso iure approbatur, teste Accursio in d. l. 55. Huius replicationis duplicatio hæc est:*

*Nisi*

*Nisi locator custodes exhibuerit conductori.* *Hæc duplicatio approbatur l. 4. C. de locato, his uerbis:* Ex diui Pij Antonini literis certa forma est, ut domini horreorum effractorũ eiusmodi querelas deferentibus custodes exhibere necesse habeant, nec ultrà periculo subiecti sint. Quod uos quoq; adito præside prouinciæ impetrabitis. Qui si maiorem animaduersionem exigere rem deprehenderit: ad Domitium Vlpianum præfectum prætorio, & parentem meum reos remittere curabit. Sed quia domini horreorum nominatim etiam ipsi custodiam repromiserunt: idem exhibere debent. *Altera replicatio est: Nisi serui locatoris damnum dederint, uel furtum fecerint.* *Hæc replicatio reprobatur l. 45. in prin. ff. locati, his uerbis:* Si tibi domum locauero, & serui mei tibi damnum dederint, uel furtum fecerint: non teneor tibi ex conducto, sed noxali actione. *Hæc de secunda exceptione.* *Tertia exceptio est: Nisi conductori claues horreorum conductorum traditæ sint.* *Hæc exceptio approbatur argumento l. 74. ff. de contrah. empt. cuius uerba uide s. lib. 21. cap. 2. causa 1.* *Quarta exceptio est: Nisi cùm locator nauis mercem in aliam nauem postea transtulisset, quam conductor nolebat: utraq; nauis perierit.* *Hæc exceptio approbatur l. 10. §. 1. ff. ad l. Rhodiam de iactu, his uerbis:* Si ea conditione nauem conduxisti, ut ea merces tuæ portarentur: easq; merces nante nulla necessitate coactus, in nauem deteriorem (cùm id sciret te fieri nolle) transtulit, & merces tuæ cum ea naue perierunt, in qua nouissimè uectæ sunt: habes ex cõducto & locato cum priore nauta actionem. Paulus. Imò contrà, si modò ea nauigatione utraque nauis perijt: cum id sine dolo & culpa nautarum factum esset. *Plura de exceptione proposita uide j. cap. 6. quæst. 1. causa 9. exception. 1. replicat. 6.* *Quinta exceptio est: Nisi in casu iam proposito prior nauta publicè retentus fuit, ut nauigare non potuerit. quæ exceptio cum alijs quibusdam approbatur ibidem his uerbis:* Idem iuris erit, si prior nauta publicè retentus nauigare cum tuis mercibus prohibitus fuerit. Idem iuris erit, si cùm ea conditione à te conduxisset, ut certam pecuniã tibi præstaret, nisi ante constitutum diem merces tuas eo loci exposuisset, in quem uehendas eas merces locasses: nec per eum staret, quo minus remissa sibi pœna spectaret. Idem iuris in eodem genere cognitionis obseruabimus, si probatum fuerit, nautam morbo impeditum nauigare non potuisse. Idem dicemus, si nauis eius uitium fecerit sine dolo & culpa eius. *Sexta exceptio est: Nisi locator expreßè dixerit, aurum, argentum uel quid simile se suo periculo non recipere.* *Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio hæc est: Nisi sciens patiatur eas res inferri. quæ replicatio approbatur l. 60. §. locator. ff. locati, his uerbis:* Locator horrei propositum habuit, se aurum, argentum, margarita non recipere suo periculo: deinde cùm sciret has res inferri, passus est. Perinde eum futurum tibi obligatum dixi, ac si propositum fuerit remissum. *Septima exceptio est: Nisi meßis uel fructus pendentes ab aliquo sint sublati. hoc enim casu actionem tantùm aduersus furem instituendo, & quod consecutus fuerit præstando, locator liberatur. quæ exceptio approbari uidetur d. l. 60. §. messem. cuius uerba uide s. cap. 1. quæstion. 4. regul. 2. Concordat l. 55. §. si sulphurariæ. ff. de furtis. cuius uerba uide j. lib. 46. cap. 3. quæst. 1. reg. 4. Hæc de decima causa, cuius plures exceptiones uide j. cap. prox.*

XI. *Causa: Si conductor dolo uel culpa hominis conducti damnum passus sit.* *Hæc causa approbatur, simul & distinguitur l. 60. §. seruum. ff. locati, his uerbis:* Seruum meum mulionem conduxisti, negligentia eius mulus tuus perijt. Labeo ait, Si ipse se locasset, ex peculio duntaxat, & in rem uersum damnum tibi dominum præstaturum: sin autem ego ipse eum locassem, non ultrà me tibi præstaturum, quàm dolum malum & culpam abesse. Quòd si sine definitione personæ mulionem à me conduxisti, & ego eum tibi dedi, cuius negligentia iumentum perierit: illam quoque culpam me tibi præstaturum aio, quòd eum elegissem, qui eiusmodi damno te afficeret. *Concordat l. 45. §. si hominem. ff. eod. tit. cuius uerba uide j. quæst. 5. except. 7. Concordat item l. 27. §. si quis seruum. ff. ad l. Aquiliam, his uerbis:* Si quis seruum conductum habens ad mulum regendũ, commendauerit ei mulum, & ille ad pollicem eum alligauerit loro, & mulus eruperit sic, ut & pollicem euelleret seruo, & se præcipitaret: Mela scribit, si pro perito imperitus locatus sit, ex conducto agendum cum domino ob mulum ruptum uel debilitatum. Sed si ictu aut terrore mulus turbatus sit, tunc dominum eius, id est muli aut serui, cum eo qui turbauit, habiturum legis Aquiliæ actionem. Vlpianus. Mihi autem uidetur, & eo casu quo ex locato actio est, competere actionem Aquiliæ.

XII. *Causa: Si locator non præstat instrumenta ad fundum locatum pertinentia.* *Hæc causa approbatur, simul & declaratur l. 19. §. illud nobis. ff. locati. cuius uerba uide j. quæst. 4. reg. 4.*

XIII. *Causa: Si locator non restituat impensas, quas conductor in rem conductam fecit: nec præ-*

*stet meliorationes.* *Hæc causa approbatur l. 55. §. in conducto. ff. locati, his uerbis:* In conducto fundo si conductor sua opera aliquid necessariò uel otiliter auxerir, uel ædificauerit, uel instituerit, cùm id non conueoisset: ad recipienda ea quæ impeodir, ex conducto cum domioo fundi experiri potest. *Concordat l. 61. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Colonus, cùm lege locatiooia non esset comprehensum ut uineas poneret, nihilo minus uinesa instituit, ot propter eorum fructum denis amplius aureis annuis ia ager locari cœperit. quæsitum est, si dominus istum colonum fundo eiectum, peosionum debirarom nomine conueniat: ao sumptus utiliter factos io uioeis institueodis repetere posseir, opposita doli mali exceptione? Scæuola. Respondi, uel expensas consecuturum, uel nihil amplius præstaturum. *Huius causæ exceptio hæc est: Nisi cùm usufructuarius in quinquennium fundum locasset, conductor quasi in quinquennium fruiturus sumptus fecisset, & mortuo intra quinquennium locatore locatio fuerit extincta. hic enim impensas non repetit. quæ exceptio approbatur l. 9. §. huic subiungi. ibi: idem quærit. ff. eod. tt. cuius uerba uide ā. cap. 1. quæst. 5. except. 16. distinct. 2. Planè quanti & à quib. impensæ & meliorationes æstimandæ fiat, definitur Nouell. c. 64. cuius uerba uide J. quæst. 4. reg. 5.*

XIIII. *Causa: Si locator fructus fundi corrupit. Hæc causa approbatur l. 35. §. fundum. ff. locati. cuius uerba uide J. quæst. ult. except. 1.*

XV. *Causa: Si locator aditum coangustauit, ut conductor arcam quam intulit, auferre amplius non possit. Hæc causa approbatur l. 19. §. si inquilinus. ff. eod. tt. his uerbis:* Si inqoilinus arcam æratam in ædes intulerit, & ædium dominus aditum coangustauerit: uerius est ex conducto aum teoeri, & ad exhibendum actione, siue scit siue igoorauit. officio autem iudicis continetur, ut cogat eum aditum & facultatem inquilino præstare ad arcam tollendam, sumptibus scilicet locatoris.

XVI. *Causa: Si indebitam pensionem solutam locator non restituit. Hæc causa approbatur, simul & distinguitur d l. 19. §. si quis cum, his uerbis:* Si quis, cùm in annum habitationem conduxisset, pensionem totius anni dederit: deinde insula post sex mensea corruerit, oel incendio consumpta sit: pensionem residui temporis rectissimè Mela scripsit ex conducto actione repetiturum, nec quasi indebitum condicturum. Non enim per errorem dedit plus, sed ut sibi in caosa conductionis prospiceret: aliter atque si quis, cùm decem conduxisset, quiodecim soluerit. hic eoim si per errorem plus soluit, dū putat se quindecim conduxisse: actiooem ex conducto noo habebit, sed solam condictionem. Nam inter eum qui per errorem soluit, & eum qui pensionem iotegram prærogauit, multum interest. *Concordat l. 30. §. ædilis. ff. eod. tt. cuius uerba uide ā. cap. prox. quæst. 1. causa 11. except. 9.*

XVII. *Causa: Si locator inquilinum non patiatur tollere, quod ædificio adiecit. Hæc causa approbatur, simul & distinguitur d. l. 19. §. si inquilinus, his uerbis:* Si inquilious ostium, uel quædam alia ædificio adiecerit: quæ actio locum habet? Et est uerius quod Labeo scripsit, competere actiooem ex conducto, ut ei tollere liceat: sic tamen, ut damni iofecti caueat: ne, dom aufert, io aliquo deteriorem caosam ædium faciat: sed & ut pristinam faciem ædium reddat.

XVIII. *Causa: Si tùm conuenisset, ut si colonus fundum non rectè coleret, relocare eum liceret, & quo minoris postea relocasset, id colonus præstaret: locator postea pluris relocauerit, nec id colono restituat. Hæc causa reprobatur l. 51. in prin. ff. locati, his uerbis:* Ea lege fundum locaui; ut si ooo ea lege coleretur, relocare eū mihi liceret, & quo miooris locassem, hoc mihi præstaretur: & cum oemo fundom colebat, pluris tamen locaui. quæro, an hoc ipsum præstare debeam? Iabolenus. Respondi, In huiusmodi obligationibus id maximè spectare debemus, quod inter otranque partem coouenit. Videtur autem in hac specie id silenrio cooueoisse, ne quid præstaretor, si ampliore pecunia fundus esset locatus: id est, ut hæc conuentio pro locatore tantummodo interpooeretur.

DE EXCEPTIONIBUS PRAEcedentium causarum generalibus.

*Hactenus causæ ex quib. conducti actio competit, enumeratæ sunt: quarum tamen plures uide J. cap. prox. Planè causarum iam enumeratarum exceptiones generales hæ sunt.*

I. Exceptio: *Nisi emptor rem emptam à uenditore, donec precium soluat, conduxerit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 20. in fine. cum lege sequente. ff. locati. cuius uerba uide ā. cap. 1. quæst. 5. except. 1. repl. 2.*

II. Exceptio: *Nisi semel sit actum. Hæc exceptio approbatur l. 55. §. fin. ibi: rectè quidem ff. d. tt. cuius uerba uide J. quæst. ult. except. 1. Alias huiusmodi exceptiones generales uide ā. cap. 1. quæst. 9.*

II. QVIBUS COMPETIT Actio conducti?

*Alij quàm conductori hæc actio non competit. quæ regula approbatur l. 15. in prin. ff. locati. cuius uerba*

*uerba uide* ǝ̃*.causa* 5*.in prin.Concordat Inst.de locatione & conduct.in prin.ibi:& competit.cuius uerba uide* ǝ̃*.cap.*1*.quæstion.* 4*. reg.*4*. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi etiam hæredi conductoris.quæ exceptio approbatur l.*19*. §. ex conducto. ff.locati, his uerbis:* Ex conducto actionem etiam ad hæradam transire, palàm est. *Concordant ea quæ proposita sunt* ǝ̃*. cap.*1*.quæst.*5*. except.*17.

## III. ADVERSVS QVOS competit?

*De hærede locatoris proponitur uerbis d. §. ex conducto,iam propositis.*

## IIII. QVID QVANTVM'QVE ueniat in actione proposita?

I. *Regula,De eo quod conductoris interest,proponitur l.* 7*. cum lege sequente. ff. locati, his uerbis:* Si tibi alienam insulam locauero quinquagınra, tuq; aandem sexagiota Titio locaueris, & Titius à domino prohibitus foerit habitare: agente te ex conducto sexaginta consequi debere placet, quia ipse Titio teneris in sexaginta. Triphoninus. Nos uideamus,ne non sexaginta præstanda, nec quinquaginta sint,sed quáti interest perfrui conductorem. Taotum deniq; consequetur medius, qoantum præstare debebat ei qui à se conduxerat: quoniam emolomentum cooductionis ad comparationem uberioris mercedis computatũ, efficit maioram condemnationem. Et tamen primus locator reputationem habebit pro qoinqoaginta, quæ ab illo perciperet, si dominus insulæ habitare nooissimum conductorem non uetuisset. Quó iure utimur. *Concordat l.*15*.§.ubicunq;, in fine. ff.eod.tt.cuius uerba uide* ǝ̃*.except.prox. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi ob casum, non ob dolum uel culpam locator conueniatur. tunc enim non id quod interest, conductor consequitur, sed mercedis seu pensionis exonerationem. quæ exceptio approbatur d.§.ubicunq;, his uerbis:* Vbicunq; remissionis ratio habetur ex causis suprà relatis: ooo id quod sua interest, conductor consequitur, sed mercedis exonerationem pro rata. Deniqua supra damnum seminis ad colonom non pertioere declaratur. Planè si dominus fortè frui non patiatur, uel cùm ipse locasset, uel cùm alius alieoum, uel qoasi procorator, nel quasi suom: quod interest præstabitur. Et ita Proculus in procuratore respondit. *Ait Iurisconsultus:* Ex causis soptà relatis. *Has causas uide* ǝ̃*.cap.prox. Concordat exceptioni propositæ l.*30*.in prin.ff.eod.tt. his uerbis:* Qui Insulam triginta conduxerat, singula cœnacula ita locauit, ut quadraginta ex omnibus colligerentur. Dominus insolæ, quia ædificium uicium facere diceret, demolierat eam. quæsitum est, quanti lis æstimari deberet, si is qui totam conduxerat, ex cõducto ageret? Alfenus respondit, si uiciatũ ædificium necessariò demolitus esset: pro portione quanti dominus prædiorum locasset, quod eius temporis habitatores habitare non potuissent, rationem duci, & tanti litem æstimari. Sin autem non fuisset necesse demoliri, sed quia melius ædificare uellet, id fecisset: quanti cõductoris interesset, habitatores ne migrarent, tanti condemnari oportere. *Plura de exceptione proposita uide* ǝ̃*.cap.prox.quæst.*1*.reg* 1.

II. *Regula: Si conductor ex iusta causa emigrauerit, & aliam domum conduxerit: mercedem secundæ conductionis prior locator soluere tenetur. quæ regula approbatur, simul & distinguitur l.*28*.ff.locati.cuius uerba uide* ǝ̃*. cap. prox. quæst.*1*. causa* 13*. except.*8*.repl.*1.

III. *Regula,De pœna promissa,proponitur l.*15*. C.de locato.cuius uerba uide* ǝ̃*.quæst.*1*.causa* 5.

IIII. *Regula: Quæ instrumenta debeantur conductori fundi, definitur l.*19*.§. illud nobis. ff. locati, his uerbis:* Illud nobis uidendum, si quis fundum locauerit, quæ soleat instrumenti nomine conductori præstare: quæ si non præstet, ex locato teneatur? Et est in epistola Neratij ad Aristonem: Dolia utiq; colono præstanda esse, & prælum, & trapeta instructa funibus. Si minus, dominum instruere debere. Sed & prælum & trapetum uiciatum dominum reficere debere. Quòd si culpa coloni quid eorum corruptum sit: ex locato eum teneri. Fiscos autem, quibus ad premendam oleam utimur, colonum sibi parare debere. Quòd si regulis olea prematur: & prælum, & suculam, & regulas, & tympanum, & trochleas, quibus releuetur prælum, dominum præstare oportere: sicuti dolia quoq; uinaria ad præsentem usum colono parare oportet. Hæc autem omnia sic sunt, nisi quid aliud specialiter actum sit.

V. *Regula, De meliorationibus. Meliorationes quoq; conductori à locatore præstandæ sunt. de quo* ǝ̃*. quæst.*1*. causa* 13*. est dictum. Quanti autem & à quibus meliorationes istæ sint æstimandæ, definitur Nouell. c.*64*. his uerbis:* Multæ undique & longo iam tempore contra huius almæ urbis & suburbiorum eius hortulanos querelæ ad nos deferuntur, omnibus indignè illorum improbitatem ferentibus. Quæ uerò renunciantur, ad hunc fermè modũ se habent. Aiunt eos qui æstimandis rebus præpositi sunt, utplurimùm de collegio hortulanorum esse, & rem intolerabilem patrare. Nam cùm horti dominus conductionem subeunti hortulano

eum tradit, nihil aliud ęstimare, quàm insitum olus, & in gratiam accipientis hortulani siue conductoris eius æstimationẽ tantùm utcunq; conglomerare, & celebrare ueluti per auersionem. Simulatq; uerò conductor sub finem statuti temporis domino eum redditurus est, tunc demum ipsos subtilissimam oleris æstimationẽ facere, eamq; uel in sexduplum, & numerosiorem insuper summam efferre: ut si quinquaginta illi aureis æstimandum olus sit, non minus trecentis, aliquando etiam amplius hoc æstiment. Neque intra hosce dũtaxat terminos inexplebilem illam auariciam consistere, sed multo etiam his eos maiora facere, dicentes stercus se solo iniecisse, & præterea quasdam habere meliorationes seu emponemata, atque ea occasione æstimationem ipsos extollere & producere ad quantamcunque ipsi summam uelint. Pro æstimatione denique insitarum (ut uerisimile est) arborum noua augmenta facere: quamuis cùm à dominis susciperent, nulla omnino eius precij ratio putata sit, præsertim hortulanis utplurimùm per pacta conuenta promittentibus, curam se habituros insitarum arborum, & in locum demortuarũ alias supplantaturos. Sed probabiliter compendij sui causa ęstimandis rebus præpositum id genus insatiabilis auariciæ importare, tanquam qui paulo pòst futurũ arbitretur, ut cõsimile quiddam in se quoq; experiatur. Vt si per imperitiam miser ille dominus hanc persoluere, & uoà cum re sua dispendium recipere sustineat, mox alteri hortulano hortum elocet, & per illum idem patiatur, & insuper in tertio, & item quarto æqualem auariciam experiatur, periculũ sit, ne prorsus ipso horti dominio excidat, & à proprijs rebus alienus fiat, illi uerò ad improbitatem maiorem etiamnum accessionem faciant. Nam si hortulanus, qui postea in conductionem succedit, aliquid priori reditui apponat, exigit & ipse finita huiusmodi conductione illius æstimationem, quasi illa sua melioratione accesserit: quanquam ea planè accessio non ex diligenti eius cultura facta sit, sed fortè initio uel præpropera festinatione locatorum, uel etiam socordia depauperantibus (si modò conuenit) elocatione facta. Quæ omnia nobis longè omnem uidentur superare maliciam & audaciam. Quam etiam reprimere uolumus per excellentiam tuam, sacræ huic nostræ pragmaticæ attendentem legi: & quomodo hortulanus à domino hortum suscipit, eo modo eum & restituere, si quidem olus habeat, cùm hortulanus eum suscipit, & eius æstimatio inita sit: consimiliter & in restitutione exactam oleris duntaxat æstimationem recipi. Si non habeat, sed nudum hortum suscipiat, siue cum sterquilinio, siue absque eo, ita quoque restitutionem fieri. In summa, talem ab hortulano rationem in restituendo obseruari, qualis fuit cum susciperet, nulla extrinsecus alia læsione domino inducenda. Ipsam uerò olerum æstimationem non tantùm ab hortulanis celebrari, sed unà cum his quos Summarios appellant, quique harum rerum peritiam habent, propositis uidelicet sacris eloquijs. Neque enim uolumus, ut per improbitatem, & inexplebilem auariciam eorum qui conducto accipiunt, dominis suis possesiones inutiles sint. His igitur de causis congregatis ipsis, qua fini se gerere debeant præscribes, neque committes ut damnum aliquod possessoribus irrogent, sed ex omni parte eos illæsos indemnesque conseruabis. Volumus etenim in æquali mensura consistere tam quæ à dominis ad hortulanos, quàm quæ ab hortulanis ad dominos perueniunt: eo quòd undique nobis æquitas, & ne alterutri parti iniuria inferatur, curæ est. Si quis uerò rudem & incultam terram elocet, ille uerò ad cultum ipsam perducat: mercedem utique pro terra rudi exculta auferat, & oleris quod inibi fuerit, æstimationem. Atque ita sine negocio res procedat, nulla exuperanti auaricia, nulla per fraudem arte ne in hac quidem parte excogitanda. Quo magis per sacram hanc nostram pragmaticam legem, & futuram ab excellentia tua ex ipsa formulam, de cætero à molestijs per id genus homines mouendis uacui permaneamus: neque inter cæteras nostras pro repub. curas huiusmodi etiam solicitudines animum nostrum subeant: cùm alioqui nullam modò reipub. nostræ partem siue paruam siue magnam à solicitudine nostra seclusam habeamus, & sepositam, omnis mentis oculis perlustrantes, nihil inornati, nihil inordinati, nihil controuersi permanere cupientes. Interminabia insuper & pœnam quinque librarum auri tam his qui tale quiddam de cætero peregerint, quàm qui peragi permiserint.

V. AD FINIA CONDVCTI Actionis remedia.

*Regulariter ex causis 5. propositis cõducti, nõ alia cõpetit actio: ut ex ijs quæ in singulis causis dicta sunt,*

*sunt, constat. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi cùm inter socios conuenisset, ut alternis annis re communi quisq; in solidum uteretur, unus ex ijs sequentis anni, quo ad socium alterum fructus pertinebant, eos corruperit. hoc enim casu locati etiam, item communi diuidundo actio est.* Quæ *exceptio approbatur l.35.§.fundū.ff.locati, his uerbis:* Fundum commuoem habuimus, & inter nos conuenit, ut alterois aonis certo precio eum couductum haberemus. tu cùm tuus annus exiturus esset, coosultò fructum sequentis aoni corrupisti. Agam tecum duabus actionibus: una ex cooducto, altera ex locato. Locati eoim iudicio mea pars propria, conducti autem actione tua duntaxat propria in iudicium ueniet. Deindè ita notat: Noo'ne quod ad meam partem attinebit, communi diuidundo iudicio præstabitur à te mihi damnū? Rectè quidem. sed tamen etiam Seruij senteotiam ueràm esse puto: in eo scilicet, ut cùm alterutra actione rem seruauerim, altera perimatur. Quod ipsum simplicius quæremus ita, si propooatur ioter duos, qui singulos proprios fundos haberent, conuenisse, ut alter alterius ita conductum haberet, ut fructus mercedis nomioe pensarentur. *Concordat l.23.ff. communi diuidundo, cuius uerba uide ]. lib. proxim. cap.11. quæst.1. causa 4.* *Altera exceptio est: Nisi alter alterius fundo alternis annis utatur. fruatur. nam & hoc casu locati simul & conducti actio est.* Quæ *exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Quod ipsum simplicius quæremus, &c. *Tertia exceptio est: Nisi non pecunia numerata, sed alia res mercedis nomine soluatur. tunc enim præscriptis uerbis actio est.* Quæ *exceptio approbatur, simul & distinguitur ‾s. cap.1. quæst. 5. exceptione 4.* Quarta *exceptio est: Nisi ex eo quòd locator aditum coangustauerit, unde conductor arcam suam quam intulit, efferre non possit, agatur, tunc enim etiam ad exhibendum actio est,* Quæ *exceptio approbatur l.19.§.si inquilinus.ff.locati. cuius uerbu uide ‾s. quæst.1. causa 15.* Quinta *exceptio est: Nisi ex damno dato agatur. hoc enim casu etiam legis Aquiliæ actio est.* Quæ *exceptio approbatur l.27.§. penultim. in fine.ff.ad l. Aquiliam, cuius uerba uide ‾s. quæst. 1. causa 11.* Sexta *exceptio est: Nisi ex eo quòd seruus locatoris conductori in re conducta damnum dederit, uel furtum fecerit, agatur. hoc enim casu noxalis actio datur, non conducti.* Quæ *exceptio approbatur l. 45. in princip. ff. locati. cuius uerba uide ‾s. quæst.1. causa 10. except.2.* Septima *exceptio est: Nisi ex eo quòd seruus conductus conductori furtum fecerit, agatur. hoc enim casu furti, non conducti actio competit.* Quæ *exceptio approbatur d.l.45. §. si hominem, his uerbis:* Si hominem tibi locauero, ut habeas in taberoa, & is furtum fecerit: dubitari potest, utrom ex conducto actio sofficiat, quasi lōgè sit à bona fide, ut quid patiaris detrimenti per eam rem quam conduxisti: an adhuc dicendum sit, extra causam conductionis esse furti crimen, & in proprium persecutionem cadere hoc delictum? quod magis est. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi locator sciens seruum furem locauerit.* Quæ *replicatio approbatur in simili casu l.31. ff. de pignor. action. cuius uerba uide ‾s. lib.40. cap.10. quæst.1. causa 11. Concordat l.penultim ff. commodati. cuius uerba uide ‾s. lib. 39. cap.6. quæst.2. causa 3.* *Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi cùm conductor in genere seruum sibi locari rogasset, locator seruum furem locauerit.* Quæ *replicatio approbatur l.60. §. seruum meum. ff. locati. cuius uerba uide ‾s. quæst. 1. causa 11.* Octaua *exceptio est: Nisi seruus ipse sine domino se alij locauerit. tunc enim non nisi de peculio, uel in rem uerso actio est.* Quæ *exceptio approbatur d. §. seruum meum.* Nona *exceptio est: Nisi ex eo quòd hæres conductori remittere pensionem à locatore iussus est, agatur. hoc enim casu ex testamento actio est.* Quæ *exceptio approbatur l. 24. §. fin. ff. locati. cuius uerba uide ‾s. quæst.1. causa 5.* Decima *exceptio est: Nisi ex eo quòd indebita pensio soluta sit, agatur. boc enim casu condictio indebiti competit.* Quæ *exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 19. §. si quis cùm. ff. locati. cuius uerba uide ‾s. quæstion.1. causa 16.* Vndecima *exceptio est: Nisi conductor locati actione conueniatur. hoc enim casu ex causis suprà propositis illi datur exceptio.* Quæ *exceptio approbatur exemplo l.25. §. si uicino. ff. locati. cuius uerba uide ‾s. cap. proxim. quæst. 1. causa 13. except. 4.*

## *DE CONDVCTI ACTIONE ad remittendam pensionem siue mercedem. Cap. IIII.*

### I. CAVSAE HVIVS Actionis.

*PRima causa: Si hæres testamento damnatus sit remittere pensionem. Hæc causa approbatur l.24.§.fin.ff.locati, cuius uerba uide ‾s. cap. prox. quæst.1. causa 5.*

*II. Causa: Si cùm emptor rem à uenditore conduxisset, donec precium soluisset, illud soluerit. Hæc causa approbatur l.21. ff. d. tit. cuius uerba uide ‾s. cap.1. quæst.5. except.1. repl.1. dupl.2.*

*III. Causa: Si ex iusta causa rem alij locauerit dominus. Hæc causa approbatur l.15. §. fin. ff. locati. cuius uerba uide ‾s. cap. proxim. quæst.1. causa 9. except.1.*

*IIII. Causa: Si conductor damnum in fructibus percipiendis uel perceptis passus sit. Hæc causa approbatur d.l.15. §. si uis tempestatis, his uerbis:* Si uis tēpestatis calamitosæ cōtigerit: an

locator conductori aliquid præstare debeat, uideamus? Seruius omnem uim, cui resisti non potest, dominum colono præstare debere ait: utputa fluminis, graculorum, sturnorū, & si quid simile acciderit, aut si incursus hostium fiat. Si qua tamen uicia ex ipsa re oriantur, hæc damno coloni esse: ueluti si uinum coacuerit, si raucis aut herbis segetes corruptæ sint. Sed et si labes facta sit, omnemq; fructum tulerit: damnum coloni non esse, ne supra damnum seminis mercedes agri præstare cogatur. Sed et si uredo fructum oliuæ corruperit, aut solis feruore non assueto quid acciderit: damnum domini futurum esse. Si uerò nihil extra consuetudinem acciderit, damnum coloni esse. Idemque dicendum esse, si exercitus præteriens per lasciuiam aliquid abstulerit. Sed si ager terræmotu ita corruerit, ut nusquam sit: damno domini esse. oportere enim agrū præstari conductori, ut frui possit. *Concordat l.25.§.uis maior.ff.eod.tt.cuius uerba uide J. except.4.* *Item cōcordat l.8.C.de locato, his uerbis:* Licet certis annuis quantitatibus fundum conduxeris, si tamen expressum nō est in locatione (ut mos regionis postulabat) ut si qua lue tempestatis, uel alio cœli uicio accidissent damna, ad onus tuū pertinerēt: & quæ euenerūt sterilitates, ubertate aliorum annorum repensatæ nō probabuntur: rationem tui iuxta bonam fidē haberi rectè postulabis, eamq; formā, qui ex appellatione cognoscet, sequetur. *Cōcordat item l.18. C. eod.tt. his uerbis:* Excepto tempore, quo edaci locustarum pernicie sterilitatis uicium intercessit, sequētis tēporis fructus, quos tibi iuxta præteritam consuetudinem deberi constiterit, reddi tibi præses prouinciæ iubebit. *Aliud propositæ causæ exemplum proponitur d. l. 15. §. cùm quidam incend. his uerbis:* Cùm quidam incendium fundi allegaret, & remissionem desideraret, ita ei rescriptum est: Si prædium coluisti, propter casum incendij repentini non immeritò subueniendum tibi est. *Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi ex ipsa re seu fructibus aut fundo damnum sit ortum. Hæc exceptio approbatur, simul & exemplis declaratur, uerbis d. §. si uis tempestatis, paulo superius propositis hisce:* Si qua tamen uicia ex ipsa re oriantur, hæc damno coloni esse: ueluti si uinum coacuerit, si raucis aut herbis segetes corruptæ sint. *Altera exceptio est: Nisi nihil extra consuetudinem acciderit. Et hæc exceptio approbatur uerbis d. §. si uis, s. propositis hisce:* Si uerò nihil extra consuetudinem acciderit, damnum coloni esse. *Tertia exceptio est: Nisi ob id damnum passus est, quòd exigui fructus sint nati. Hæc exceptio approbatur d. l. 15. §. cùm quidā de, his uerbis:* Cùm quidā de fructuū exiguitate quereretur: non esse rationem eius habēdā, rescripto diui Antonini continetur. Item alio rescripto ita continetur, Nouam rem desideras, ut propter uetustatem uinearum remissio tibi detur. *Quarta exceptio est: Nisi modicum damnum passus sit. Hæc exceptio approbatur l.25. §. uis maior. ff. locati, his uerbis:* Vis maior quam Græci θεοῦ βίαν appellant, non debet conductori damno esse: si plusquam tolerabile est, læsi fuerint fructus. Alioquin modicum damnum æquo animo ferre debet colonus, cui immodicū lucrum non aufertur. Apparet autem de eo nos colono dicere, qui ad pecuniam numeratam cōduxit: alioquin partiarius colonus quasi iure societatis & damnum & lucrum cum domino fundi partitur. *Huius exceptionis exemplum proponitur l. 15. §. si uis tempest. ibi: idemq; dicendum esse. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. ead. causa, in princip.* *Quinta exceptio est: Nisi partiarius colonus damnum passus sit. Quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Alioquin partiarius colonus quasi iure societatis & damnum & lucrum cum domino fundi partitur. *Sexta exceptio est: Nisi in ipsa locatione conuenerit, ut conductor casum quoq; & uim maiorem præstaret. Hæc exceptio approbatur l. 9. §. Iulianus. ff. locati. cuius uerba uide s. cap. 2. quæst. 1. causa 12. except. 1. repl. 4. Cōcordat l. 8. C. de locato. cuius uerba uide paulo superius ead. causa, in prin. Septima exceptio est: Nisi anni præcedentis uel sequentis fructus fuerint uberiores. Hæc exceptio approbatur l. 15. §. Papinianus. ff. locati, his uerbis:* Papinianus libro IIII. Responsorum ait, Si uno anno remissionem quis colono dederit ob sterilitatem, deinde sequentibus annis contingat ubertas, nihil obesse domino remissionem: sed integram pensionem etiam eius anni quo remiserit, exigendam. Hoc idem & in uectigalis agri damno respondit. Sed et si uerbo donationis dominus ob sterilitatem anni remiserit, idem erit dicendum, quasi non sit donatio, sed transactio. Quid tamen si nouissimus erat annus sterilis, in quo ei remisit? Verius dicetur, si superiores uberes fuerunt, & scit locator: non debere eum ad computationem uocari. *Concordat l. 8. in fine. C. de locato. cuius uerba uide s. ead. causa, in princip. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi dominus sciens superiores annos uberes fuisse, nihilominus ob sterilitatem sequentis anni pensionem remiserit. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Quid tamē si nouissimus erat annus, &c. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi cùm ob sterilitatem præcedentis*

*dentis anni dominus pensionem remisisset, sequentium annorum fructus sint uberiores. hoc enim casu domino remissio pensionis non obest. quamuis donare se dixerit. Quæ duplicatio approbatur uerbis d. §. Papinianus, ī. propositis hisce:* Si uno anno remissionem quis, &c.

## II. QVID QVANTVM'QVE ueniat in actione proposita?

I. Regula: *Ex causis hactenus propositis nō agitur ad id quod conductoris interest, sed tantùm ad remittendam pensionem, seu mercedem. Quæ regula approbatur l. 15. §. ubicunq;. ff. locati. cuius uerba cum concordantibus uide ī. cap. prox. quæst. 4. reg. 1. except. 1. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi locator sciens rem damnosam locauerit ignoranti. hoc enim casu ad id quod interest, tenetur. Quæ exceptio ap.pbatur l. 19. §. 1. ff. locati. cuius uerba uide ī. cap. prox. quæst. 1. causa 1.*

II. Regula: *Pro rata damni accepti pensio remittenda. Quæ regula approbatur d. §. ubicunq;. ibi: sed mercedis exonerationem pro rata. Hactenus de locatione & conductione, eiusq; actionibus in genere actum est: Sequuntur nunc aliquot locationis & conductionis species.*

## *DE LOCATIONE OPERIS faciendi uel opera præstanda.*

### *Cap. V.*

*Locatur res duplici modo: aut ut accipiens ea utatur, fruatur: aut ut danti ex ea aliquid faciat, eamúe custodiat aut transportet. Illa quidem species Germanis dicitur verlihen, hæc autem verdingen: & prima quidem specie locator accipit, altera uerò dat mercedem. De hac posteriore specie cum suis actionibus nunc specialiter agetur.*

### I. GENVS.

*Quòd autem iam dicta posterior species locatio sit, approbatur l. 22. §. 1. ff. locati, his uerbis:* Quoties faciendum aliquid datur, locatio est. *Concordat l. 5. §. at cum do. ff. præscriptis uerbis. cuius uerba uide ī. cap. 1. quæst. 5. except. 4. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi non suam rem dederit locator, sed conuenerit ut conductor accepta certa mercede ex sua materia locatori opus aliquod faciat. hoc enim casu emptio & uenditio est, non locatio. Quæ exceptio approbatur Inst. de locat. & conduct. §. item quæritur, his uerbis:* Quæritur, si cum aurifice Titius conuenerit, ut is ex auro suo certi ponderis, certæq; formæ annulos ei faceret, & acciperet (uerbi gratia) decem aureos: utrum emptio & uenditio, an locatio & conductio contrahi uideatur? Cassius ait, materiæ quidem emptionem & uenditionem contrahi, operæ autem locationem & conductionem. Sed placuit tantùm emptionem & uenditionem contrahi. Quòd si suum aurum Titius dederit mercede pro opera constituta, dubium non est, quin locatio & conductio sit. *Concordat l. 2. §. adeò autē. ff. locati. cuius uerba uide ī. cap. 1. quæst. 3. Concordat item l. 20. ff. de contrah. empt. his uerbis:* Sabinus respondit, si quam rem nobis fieri uelimus (ueluti statuam, uel uasa aliqua, seu etiam uestem) ut nihil aliud quàm pecuniam daremus, emptionem uideri: nec posse ullam locationem esse, ubi corpus ipsum non detur ab eo cui id fieret. Aliter atque si aream darem, ubi insulam ædificares: quoniam tunc à me substantia proficiscitur. *Concordat item l. 65. ff. eod. tt. cuius uerba uide ī. lib. 41. cap. 1. quæst. 5. reg. 8. Huius exceptionis replicatio est: Nisi quis in suo solo conductoris materia aliquid ædificandum pactus sit. hoc enim casu locatio est, non emptio. Quæ replicatio approbatur uerbis d. l. 20. iam propositis hisce:* Aliter atque si aream darem, ubi insulam ędificares: quoniam tunc à me substantia proficiscitur. *Concordat l. 22. §. cùm insulam. ff. locati, his uerbis:* Cùm insulam ædificandam loco, ut sua impensa conductor omnia faciat: proprietatem quidem eorum ad me transfert, & tamen locatio est. Locat enim artifex operam suā, id est, faciendi necessitatem. *Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi uendita re aliqua, inter emptorem & uenditorem conuenit, ut emptor uenditori aliquid faciat. hoc enim casu ex uendito, non ex locato actio est. Quæ exceptio approbatur l. 6. §. 1. ff. de action. empt. cuius uerba uide ī. lib. 41. cap. 1. quæst. 3. reg. 9. Concordant ea quæ proposita sunt ī. lib. proxim. cap. 9. quæst. 1. causa 3. except. 2. Tertia exceptio est: Nisi res æstimata uendenda data sit. Hæc exceptio approbatur l. 1. ff. de æstimatoria. cuius uerba uide J. cap. prox. quæst. 5. except. 4. Quarta exceptio est: Nisi tale sit factū de quo conuenit, quod locari non solet: puta ut seruum manumittat. hoc enim casu non locati & cōducti, sed præscriptis uerbis actio est. Quæ exceptio approbatur l. 5. §. at cum do. ibi: quod si tale. ff. de præscriptis uerbis. cuius uerba uide J. lib. 44. cap. 1. quæst. 1. causa 4. Quinta exceptio est: Nisi nulla merces interuenit. tunc enim nō locatio est, sed mādatum uel depositū. Quæ exceptio approbatur Inst. de mādato. §. fin. cuius uerba uide J. cap. 13. quæst. 7. exc. 5. Concordat itē l. 23. in prin. ff. de præscriptis uerbis. cuius uerba uide J. exc. prox. Sexta exceptio est: Nisi de certa mercede nō cōuenerit. Hæc exceptio approbatur d. l. 23. his uerbis* Si tibi polienda sarciēdaúe uestiméta dederim, siqdē gratis hác operā te suscipiēte, mādati est obligatio: si uerò mercede data aut cōstituta, locationis cōductionisúe negociū gerit. Quòd si neq; gratis hác opera susceperis, neq; protinus aut data aut cōstituta sit merces, sed eo animo negociū gestū fuit, ut postea tātū mercedis nomine daretur, quātū inter nos statutū sit: placet quasi de nouo negocio

negocio in factum dandū iudicium esse, id est, præscriptis uerbis. *Concordant ea que proposita sunt ꝰ. cap.1. quæst.5. except.1. Sed & plures propositæ regule exceptiones uide dict. quæst.5.*

## II. EVENTVS LOCATIONIS & conductionis operis faciendi, uel operæ præstandæ.

I. *Regula*, *De periculo rei, cuius sit? Periculum rei locatæ regulariter ad cōductorem, non locatorē pertinet. Que regula approbatur l.40.ff. locati, his uerbis:* Qui mercedem accepit pro custodia alicuius rei, is eius periculum pro custodia præstat. *Concordat l.5. ff. nautæ, caupones, stabul. cuius uerba uide ꝰ. lib.19. cap.9. quæst.4. in prin. Huius regule exceptio prima hæc est: Nisi casu & ui maiore sine culpa conductoris res perierit. Hæc exceptio approbatur l.ult.ff.locati, his uerbis:* Si riuum quem faciendū conduxeras & feceras, antequam eum ꝓbares, labes corrupit: tuum periculum est. Paulus. Imò si soli uicio id accidit, locatoris erit periculum: si operis uicio id accidit, tuum erit detrimentum. *Concordat l. 59.ff.eod.tt.his uerbis:* Martius domum faciendā à Flacco conduxerat, deinde operis parte effecta, terræmotu concussum erat ædificium. Masurius Sabinus ait, si naturali ui, ueluti terræmotu, hoc acciderit: Flacci esse periculum. *Concordat item l.36. §. fin. ff.eod.tt. his uerbis:* Si ui maiore opus prius interciderit, quàm adꝓbaretur: locatoris periculū est: nisi aliud actum sit. Nō enim amplius locatori præstari oportet, quàm sua cura atq; opera cōsecutus esset. *Cōcordat itē l.17.ff.eod.tt.his uerbis:* Si priusquā locatori probaretur opus, ui aliqua consumptum est: detrimentum ad locatorem ita pertinet, si tale opus fuit, ut ꝓbari deberet. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi opus probari non debuit. Que replicatio approbari uidetur uerbis iam propositis hisce:* Detrimentum ad locatorem ita pertinet, si tale opus fuit, ut probari deberet. *Sed huic sententiæ repugnat Accursius, imò leges ipsæ paulo superius propositæ. Itaq; particulam Si interpretādam puto pro Quānis. Altera replicatio est: Nisi aliud conuenerit. Que replicatio adprobatur uerbis d.l.36.§.fin. paulo superius propositis hisce:* Nisi aliud actum sit. *Hec de prima exceptione. Altera propositæ regule exceptio est: Nisi cùm opus auersione locatum esset, id sit adprobatum. hoc enim casu conductor nec custodiam nec diligentiam amplius debet. Ideoq; si postea non custoditum à conductore perierit, ad eius periculum nō pertinet. Que exceptio approbatur l.36. in prin. ff. locati. cuius uerba uide ꝗ.except.proxim. Tertia exceptio est: Nisi cùm opus locatum esset ad mensuram, illud sit admensum. nam & hoc casu periculum ad conductorem pertinere definit, quamuis illud parum diligenter custodierit. Que exceptio cum precedente approbatur d.l.36. his uerbis:* Opus quod auersione locatum est, donec adprobetur, conductoris periculo est. Quod uerò ita conductum sit, ut in pedes mensurasúe præstetur: eatenus conductoris periculo est, quatenus admensum non sit. Et in utraque causa nociturum locatori, si per eum steterit, quo minus opus adprobetur, uel admetiatur. Si tamen ui maiore, &c. *Reliqua uerba uide paulo superius except.1. Quarta exceptio est: Nisi per locatorem steterit, quo minus illi opus adprobatum, uel admensum fuerit. nam & hoc casu nec custodiam nec diligentiam rei custodiendæ conductor amplius debet. Que exceptio adprobatur uerbis iam propositis hisce:* Et in utraque causa nociturum locatori, &c. *Hec de periculo rei locatæ: sed & de eo uide plura in duab. actionibus sequentib. nempe ꝗ.cap. prox.quæst.2. causa 9. item cap. 7. quæst.1. causa 3. except. 1. cum sequentib. Item plures propositæ quæstionis regulas uide uidem in capp. sequentibus.*

# *DE ACTIONE LOCATI. opere faciendo locato. Cap. VI.*

## I. CAVSAE HVIVS Actionis.

PRima causa: *Si conductor non præstat fidem promissis, uel iis de quibus conuenit. Hæc causa approbatur exemplo l.14. C. de locato, his uerbis:* Si hi qui à uobis redemerant frumētum & hordeum annonæ inferēdum, accepta pecunia fidem fefellerunt: ex locato agere cum eis potestis. *Concordat l.22. C. eod. tt. his uerbis:* Si hi contra quos supplicas, locatione facta certi temporis suas tibi locauerint operas: quatenus bona fides patitur, causa cognita competens iudex conuentionem seruari iubebit. *Concordat item l.24. §. si domus. ibi: sed & de his. ff. locati. cuius uerba uide ꝰ. cap. 2. quæst.5.*

II. *Causa: Si arbitrio locatoris opus factum non sit. Hæc causa ipso quidem iure subsistit, uerùm eius exceptio prima hæc est: Nisi arbitrio boni uiri factum sit. Hæc exceptio cum sua causa approbatur l.24. in prin. ff. locati, his uerbis:* Si in lege locationis comprehensum sit, ut arbitratu domini opus adprobetur: perinde habetur, ac si uiri boni arbitrium comprehensum fuisset. Idemque seruatur, si alterius cuiuslibet arbitrium comprehensum sit. Nam fides bona exigit, ut arbitrium tale præstetur, quale uiro bono conuenit. Idq; arbitrium ad qualitatem operis, non ad proto-

prorogandum tempus, quod lege finitum sit, perinde est: nisi idipsum lege comprehensum sit. Quibus consequens est, ut irrita sit adprobatio dolo conductoris facta, & ex locato agi possit. *Concordat l. 76. cũ lege sequẽte. ff. pro socio. cuius uerba uide 5. lib. 9. cap. 4. quæst. 1. causa 7. except. 2.* *Altera exceptio est: Nisi alterius, non locatoris arbitrio in lege locationis sit permissa.* *Quæ exceptio uerbis iam dictis approbatur, simul & distinguitur. Nam duæ eius replicationes ex uerbis iam propositis eliciuntur: quarum prima hæc est: Nisi arbitrio boni uiri alius sit arbitratus.* *Altera: Nisi dolo conductoris alius sit arbitratus pro eo.* *Tertia exceptio est: Nisi ex uoluntate locatoris antea aliter sit factum. Hæc exceptio approbatur l. 60. §. lege. ff. locati, his uerbis:* Lege dicta, domus facienda locata erat, ita ut probatio aut improbatio locatoris aut hæredis eius esset: redemptor ex uoluntate locatoris quædam in opere permutauerat. Labeo respondit, opus quidem ex lege dicta non uideri factum: sed quoniam ex uoluntate locatoris quædam permutata essent, redemptorem absolui debere. *Quarta exceptio est: Nisi cùm in singulas operas certa merces constituta esset, ut si domino displiceret, contradiceret: dominus singulis operis nihil contradixit. Quæ exceptio approbatur l. 51. §. locaui, in fine. ff. d. tit. cuius uerba uide 5. causa proxima.*

III. *Causa: Si opus uitiosum factum sit. Hæc causa approbatur l. 51. §. locaui. ff. locati, his uerbis:* Locaui opus faciendum ita, ut pro opere redemptori certam mercedem in dies singulos darem. Opus uitiosum factum est: an ex locato agere possim? Labeo respondi, si ita opus locasti, ut bonitas eius tibi à conductore adprobaretur: tametsi cõuenit, ut in singulas operas certa pecunia daretur: præstari tamen tibi à conductore debet, si id opus uitiosum factũ est. Non enim quidquam interest, utrum uno precio opus, an in singulas operas certa pecunia locaretur: si modò uniuersitas consummationis ad cõductorẽ pertinuit. Potuit itaq; ex locato cum eo agi, qui uitiosum opus fecerit: nisi ideo in operas singulas merces constituta erit, ut arbitrio domini opus perficeretur. tunc enim nihil conductor præstare domino de bonitate operis uidetur. *Huius causæ exceptio hæc est: Nisi cùm in singulas operas certa merces constituta esset, ut dominus, si ei displiceret, contradiceret: is non nisi consummato opere contradixit. Quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Nisi ideo in operas singulas, &c. *Plures huiusmodi exceptiones uide 5. causa prox.*

IIII. *Causa: Si intra diem constitutum opus nõ sit perfectum. Hæc causa approbatur, simul & distinguitur l. 13. §. si in lege. ff. locati. cuius uerba uide 3. quæst. 2. Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi dies statutus nondum præterierit. Hæc exceptio approbatur d. §. si in lege.* *Altera exceptio est: Nisi intra statutum diem effici non potuerit. Hæc exceptio approbatur l. 58. §. 1. ff. d. tit. his uerbis:* In operis locatione erat dictum, ante quem diem effici deberet: deinde si ita factum non esset, quanti locatoris interfuisset, tãtam pecuniam conductor promiserat. Labeo. Eatenus eam obligationem contrahi puto, quatenus uir bonus de spacio tẽporis æstimasset: quid id actum appareret esse, ut eo spacio absolueretur, sine quo fieri non posset. *Tertia exceptio est: Nisi dies postea sit prorogatus. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio hæc est: Nisi locatore non consentiente, is diem prorogauerit, cuius arbitratu opus erat faciendum. Hæc replicatio approbatur l. 24. in prin. ibi: idq; arbitrium. ff. d. tit. cuius uerba uide 5. causa 2. except. 1.*

V. *Causa: Si conductor rem conductam permutauerit, & alij dederit. Hæc causa approbatur l. 13. §. si fullo. ff. locati, his uerbis:* Si fullo uestimenta polienda acceperit, eaque mures roserint, ex locato tenetur: quia debuit ab hac re cauere. Et si pallium fullo permutauerit, & alij alterius dederit: ex locato actione tenebitur, etiamsi ignarus fecerit.

VI. *Causa: Si is qui uinum transportandum conduxit, illud alio loco deposuit. Hæc causa approbatur, simul & distinguitur l. 11. §. qui uinum. ff. locati, his uerbis:* Qui uinum de Campania transportandum conduxit, deinde mota à quodam controuersia, signatum suo & alterius sigillo in apotheca deposuit: ex locato tenetur, ut locatori possessionem uini sine controuersia reddat: nisi culpa caret conductor.

VII. *Causa: Si cùm quis pro rebus suis transportandis uehiculum conduxisset, dominus uehiculi pro eo portorium non soluat. Hæc causa approbatur l. 60. §. uehiculum. ff. locati, his uerbis:* Vehiculum conduxisti, ut onus tuum portaret, & secum iter faceres: & cum pontem transiret, redemptor eius pontis portorium ab eo exigebat: quærebatur, an etiam pro ipsa rhæda portorium daturus fuerat? Labeo. Puto si portorium mulio non ignorauit, & se eò traositurum, cùm uehiculum locaret: mulionem præstare debere.

VIII. *Causa: Si ex iusta causa, ꝓhibente locatore, cõductor nihilominus facere pergat, nec impẽsam quã accepit, restituat. Hæc causa approbatur d. l. 60. §. mãdaui, his uerbis:* Mãdaui tibi ut excuteres quãti uillã ędificare uelles, tenuisti mihi ducẽtorũ impẽsã excutere: certa mercede opus

opus tibi locaui. Postea comperi nõ posse minoris, quàm trecentis eam uillam constare. Data autem tibi erant centũ, ex quibus cum parte impendisses, uetui te opus facere. Labeo. Dixi, si opus facere perseueraueris: ex locato me tecum agere, ut partem mihi reliquam restituas.

IX. Causa: Si res locata perierit, uel deterior sit facta. Hæc causa approbatur per ea quæ proposita sunt ſ. cap. proxim. quæst. 2. reg. 1. in prin. Eiusq; exemplum proponitur l. 13. §. si fullo. ff. locati. cuius uerba uide ſ. causa 5. Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi sine dolo malo conductoris res perierit, uel deterior facta sit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio prima hæc est: Nisi culpa conductoris eorumue quorum opera utitur, interuenerit uel præcesserit. Quæ replicatio approbatur l. 25. §. qui columnam. ff. locati, his uerbis: Qui columnam transportandam conduxit, si ea dum tollitur, aut portatur, aut reponitur, fracta sit: ita periculum præstat, si qua ipsius eorumue quorum opera utitur, culpa acciderit. Culpa autem abest, si omnia facta sunt, quæ diligentissimus quisq; obseruaturus fuisset. Idem sanè intelligemus, & si dolia, uel tignum transportandũ aliquis conduxerit. Idemq; etiam ad cæteras res transferri potest. Concordat l. 11. §. qui uinum, in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. causa 6. Concordat item l. 31. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. repl. 8. Declaratur replicatio proposita definitione culpæ, uerbis d. §. qui columnã, iam propositis hisce: Culpa autem abest, si omnia facta sunt, quæ diligentissimus quisque obseruaturus fuisset. Species propositæ replicationis sunt replicationes aliquot sequentes. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi imperitia conductoris res perierit, uel deterior sit facta. Hæc replicatio approbatur l. 9. §. Celsus. ff. locati. cuius uerba cum concordantibus uide ſ. lib. 36. cap. 3. except. 8. repl. 1. dupl. 3. tripl. 2. Sed & concordat l. 13. §. si gemma. ff. eod. tt. his uerbis: Si gẽma includenda aut insculpenda data sit, eaq; fracta sit: siquidem uicio materiæ factum sit, non erit ex locato actio: si imperitia facientis, erit. Huic sententię addendum est, nisi periculum quoq; in se artifex receperit. tunc enim, etsi uicio materię id euenerit, erit ex locato actio. Aliud exẽplum proponitur l. 7. §. fin. ff. ad l. Aquiliam, his uerbis: Proculus ait, si medicus seruum imperitè secuit: uel ex locato, uel ex lege Aquilia actionem cõpetere. Concordat item l. 27. §. si calicem. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. except. prox. Tertia replicatio est: Nisi nimia sæuitia conductoris res perierit, uel deterior sit facta. Hæc replicatio approbatur l. 13. §. item Iulianus. ff. locati, his uerbis: Iulianus lib. LXXXVI. Digestorum scribit, Si sutor puero parum bene facienti forma calcei tam uehementer ceruicem percusserit, ut ei oculus effunderetur: ex locato esse actionem patri eius. Quamuis enim magistris leuis castigatio concessa sit, tamen hunc modũ non tenuisse. Sed & Aquilię, ut suprà diximus. Iniuriarum autem actionem competere, Iulianus negat: quia non iniuriæ faciendæ causa hoc fecerit, sed præcipiendi. Ait Iurisconsultus: Vt suprà diximus. Scilicet l. 5. §. fin. cum lege sequente ff. ad l. Aquiliam. cuius uerba uide J. lib. 46. cap. 11. except. 18. repl. 4. Quarta replicatio est: Nisi cùm quis seruum docendum conduxisset, eum peregrè secum abduxerit, & in itinere seruus perierit. Hæc replicatio approbatur d. l. 13. §. si quis seruum, his uerbis: Si quis seruum docendum conduxerit, eumque duxerit peregrè, & aut ab hostibus captus sit, aut perierit: ex locato esse actionem placuit: si modò non sic conduxit, ut peregrè duceret. Quinta replicatio est: Nisi cùm conductor nauem sine gubernatore in flumen misisset, orta tẽpestate eam temperare nõ potuit, indeq; periit. Hæc replicatio approbatur d. l. 13. §. si magister, his uerbis: Si magister nauis sine gubernatore in flumen nauem miserit, & tẽpestate orta temperare non potuerit, & nauem perdiderit: uectores habebunt aduersus eum ex locato actionem. Sexta replicatio est: Nisi cùm conductor merces conductas ex una naue in aliam transtulisset, nauis ista cum mercibus perierit. Hæc replicatio approbatur, simul & distinguitur d. l. 13. §. 1. his uerbis: Si nauicularius onus Minturnas uehendum conduxerit, & cùm Minturnensem flumen ea nauis subire non posset, in aliam nauẽ merces transtulerit, eaq; nauis in hostio fluminis perierit: tenetur primus nauicularius. Labeo, si culpa caret, non teneri ait. Cæterùm si uel inuito domino fecit, uel quo non debuit tempore, aut si minus idoneæ naui: tunc ex locato agendum. Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi uolente domino merces in aliã nauem transtulit. Quæ duplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce: Si uel inuito domino fecit, &c. Altera duplicatio est: Nisi culpa careat conductor. Et hæc duplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce: Si culpa caret, &c. Tertia duplicatio est: Nisi utraq; nauis perierit, tam ea ex qua, quàm ea in quã merces transtulit. Hæc duplicatio approbatur l. ult. §. 2. ff. ad l. Rhodiam de iactu. cuius uerba uide ſ. cap. 3. quæst. 1. causa 10. except. 4. Quarta duplicatio est: Nisi conductor publicè retentus, cum sua naue nauigare fuit prohibitus. Hæc duplicatio cum alijs similib. adprobatur d. l. ult. §. idẽ iuris. cuius uerba uide d. causa 10. except. 5. Septima replicatio est: Nisi conductor in se periculum receperit. Hæc replicatio approbatur l. 13. §. si gemma, in fine. ff. locati. cuius uerba

*ius uerba uide ā. repl. 2. Octaua replicatio uidetur: Nisi cùm plures frumentum suum in nauem conductoris confudissent, conductor uni ex his frumentum de communi reddidit, postea nauis perijt. Hæc replicatio reprobatur l.31.ff.locati, his uerbis:* In naue Saupheij complures frumentū confudetant, Saupheius uni ex his frumentū reddiderat de communi, eaq; nauis perierat. Quæsitum est, an cæteri pro sua parte frumenti cum nauta agere possent oneris auersi actione? Alfenus respōdit, rerū locatarum duo genera esse: ut aut idem redderetur, sicuti cùm uestimenta fulloni curanda locarentur: aut eiusdē generis, ueluti cùm argentum postulatū fabro daretur, ut uasa fierent: aut aurū, ut annuli. Ex superiore casu rem domini manere, ex posteriore in creditum iri. Idem iuris esse in deposito. Nā si quis pecuniā numeratā ita deposuisset, ut neq; clausam neque obsignatā traderet, sed adnumeraret: nihil aliud eum debere, apud quē deposita esset, nisi ut tantundē pecuniæ solueret. Secundum quæ uideri triticum factū Saupheij, & rectè datum. Quòd si separatū tabulis, aut centonibus, aut in alia cupa clausum uniuscuiusq; triticū fuisset, ita ut internosci posset, quod cuiusq; esset: non potuisse nos pmutationē facere: sed tunc posse eū cuius fuisset triticū, quod nauta soluisset, uindicare. Et ideo se improbare actiones oneris auersi: quia siue eius generis essent merces, ut si nautæ traderentur, cōtinuò eius fierēt, & mercator in creditum iret: non uideretur onus esse auersum, quippe quod nautæ fuisset. Siue eadem res quæ tradita esset, reddi deberet: furti esse actionem locatori. Et ideo superuacuū esse oneris auersi iudicium. Sed si ita datum esset, ut in simili re solui posset: conductorem culpam duntaxat præstare debere. Nam in re quæ utrinsq; causa cōtraheretur, culpam deberi. Neq; omnimodo culpam esse, quòd uni reddidisset ex frumēto: quoniam alicui primùm reddere eum necesse fuisset, tametsi meliorem eius conditionem faceret, quàm cæterorum. *Hæc de prima propositæ causæ exceptione, eiusq; replicationibus sint dicta. Sanè huius exceptionis species sunt exceptiones sequentes. Altera exceptio est: Nisi uicio materiæ res perierit. Hæc exceptio approbatur exemplo gemmæ l.13.§.si gemma.ff.locati. cuius uerba uide ē.except.prox.repl.2. Aliud exemplum proponitur l. ult. ff. eod.tt. cuius uerba uide ē.cap. prox.quæst.2.reg.1.except.1. Aliud exemplū proponitur l.27.§.si calicem.ff.ad l. Aquiliam, his uerbis:* Si calicem diatretum faciendū dedisti, siquidem imperitia fregit: damni iniuria tenebitur. Si non imperitia fregit, sed rimas habebat uitiosas: potest esse excusatus. Et ideo plerunq; artifices cōuenire solent, cum huiusmodi materiæ dantur: non periculo suo se facere. Quæ res ex locato tollit actionem, & Aquiliæ. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi conductor in se periculum receperit. Quæ replicatio approbatur d.§. si gemma. Tertia propositæ causæ exceptio est: Nisi alterius, nō cōductoris dolo uel culpa res perierit aut deterior sit facta. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.41.ff.locati. his uerbis:* De damno ab alio dato agi cum conductore nō posse, Iulianus ait. Qua enim custodia cōsequi potuit, ne damnū iniuria ab alio dari possit? Sed Marcellus interdum agi posse ait, siue custodiri potuit ne damnū daretur, siue ipse custos damnum dedit. Quæ sententia Marcelli pbāda est. *Cōcordat l.19.ff.commodati. cuius uerba uide ē.lib.19. cap.5. quæst.1. except. gener. 2. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi res à conductore custodiri potuit, ne quid damni ab alio in ea daretur. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Sine custodiri potuit ne damnum daretur, &c. *Altera replicatio est: Nisi quis eorum quorū opera conductor utitur, damnum in re dederit. Et hæc replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Siue ipse custos damnum dedit. *Concordat l.25.§.qui columnam. ibi: eorumúe. ff.locati. cuius uerba uide ē.except.1.repl.1. Quarta exceptio est: Nisi rei ablatæ uel damni dati nomine locator aduersus alium experiri possit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.60.§. uestimenta.ff.locati, his uerbis:* Vestimēta tua si fullo perdidit, & habes unde petas, nec petere uis: ages nihilominus ex locato cū fullone. sed Labeo iudicem putat æstimaturum, an possis aduersus furem magis agere, & ab eo tuas res consequi, fullonis uidelicet sumptibus. Sed si hoc tibi impossibile esse perspexerit: tunc fullonem tibi quidem condemnabit, tuas autem actiones te ei præstare compellet. *Quinta exceptio est: Nisi actor reo conductori suas actiones, quas rei nomine aduersus alium habet, non præstet. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Tuas autem actiones, &c. *Concordat l.25.§.fin.ff.eod.tt. cuius uerba uide j. quæstione 4. regul. 1. Plures propositæ causæ exceptiones uide ā. cap. proxim. quæstion. 2. regul. 1. Hæc de causis propositæ actionis, earumq; exceptionibus.*

II. QVIBVS COMPETIT actio proposita?

*De conductore qui rem alij faciendā locauit, proponitur l.48. in prim. ff locati. his uerbis:* Si cui locauero faciendum, quod ego conduxeram: constabit habere me ex locato actionem. *Concordat l.18.§.si quis insulam. ibi: item*

*si quis locauerit. ff. de uerb. oblig. cuius uerba uide s. lib. 37. cap. 1. except. 26. repl. 1.*

### III. QVANDO COMPETIT?

*Si cùm intra certum diem perficiendum locatum esset, dies nondum præterierit: nondum etiam cõpetit actio. Quæ regula approbatur l. 13 §. si in lege. ff. locati, his uerbis:* Si in lege operis locandi comprehensum esset, ut si ad diem effectũ non esset, alij relocare id liceret: non aliàs prior cõductor ex locato tenebitur, quàm si eadem lege relocatum esset: nec antè relocari id potest, quàm dies efficiendi præterijsset. *Planè proposita regula in casu proposito exceptio est eius regulæ, quæ proposita est s. cap. 2. quæst. 5.*

### IIII. EVENTVS.

I. Regula, *De cedendis ab actore actionibus reo, proponitur l. 25. §. fin. ff. locati, his uerbis:* Si fullo aut sarcinator uestiméta perdiderit, eoq; nomine domino satisfecerit: necesse est domino uindicationem eorum, & cõductioné cedere. *Concordat l. 60. §. uestiméta, in fine. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. quæst. 1. causa 9. exc. 4.*

II. Regula. *De executione facienda, si duob. locatoribus simul cõdemnatus sit conductor, cui prius operas præstare sit cogendus, proponitur l. 26. ff. locati, his uerbis:* In operis duobus simul locatis, conuenit priori locatori antè satisfieri.

III. Regula: *Si cùm conductor locatori ob rem perditam quid dedisset, locator postea rem receperit: conductori ad id quod dedit recipiendũ tam conducti actio, quàm condictio sine causa cõpetit. Quæ regula approbatur l. 2. ff. de condict. sine causa, his uerbis:* Si fullo uestimenta lauanda cõduxerit, deinde amissis eis, domino preciũ ex locato conuentus præstiterit, posteaq; dominus inuenerit uestimenta: qua actione debeat cõsequi precium quod dedit? Et ait Cassius, eum non solùm ex conducto agere, uerùm & condicere domino posse. Vlpianus. Ego puto ex conducto omnimodo eum habere actionem. An autèm & condicere possit, quæsitũ est, quia non indebitum dedit? nisi fortè quasi sine causa ei datum sit, putamus condici posse. Etenim uestimentis inuentis, quasi sine causa datum uidetur.

### V. ADFINIA REMEDIS.

*Regulariter ex causis s. propositis locati actio cõpetit, ut ex ijs quæ s. proposita sunt constat. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi sine mercede conuenit ut aliquid fieret. hoc enim casu mandati actio est. Quæ exceptio approbatur Inst. de mãdato. §. fin. cuius uerba uide J. cap. 13. quæst. 7. exc. 5. Altera exceptio est: Nisi conuenit ut opere facto merces præstaretur, quanta tunc conuenisset. hoc enim casu præscriptis uerbis actio est. Quæ exceptio approbatur Inst. de locat. & conduct. §. qua de causa. cuius uerba uide s. cap. 1. quæst. 5. except. 3. Tertia exceptio est: Nisi incertum sit, utrum nauis cõducta sit, an merces transuehendæ locatæ. hoc enim casu in factum actio competit. Quæ exceptio approbatur l. 1. §. domino. ff. præscriptis uerbis, in hæc uerba:* Domino mercium in magistrum nauis, si sit incertum, utrum nauem cõduxerit, an merces uehẽdas locauerit: ciuilẽ actioné in factum esse dandum, Labeo scripsit.

*Quarta exceptio est: Nisi res æstimata uendẽda data sit. hoc enim casu actio æstimatoria cõpetit. Quæ exceptio approbatur l. 1. cum lege sequente. ff. de æstimatoria, his uerbis:* Actio de æstimato proponitur tollendæ dubitationis causa. Fuit enim ingens dubitatio, cùm res æstimata uendenda datur: utrũ ex uendito sit actio propter æstimationé: an ex locato, quasi ré uendẽdá locasse uidear: an ex cõducto, quasi operas cõduxerim: an mandati. Melius itaq; uisum est hanc actioné pponi, ut quoties de nomine cõtractus alicuius ambigeretur, conueniret tamen aliquá actionem dari: daretur æstimatoria præscriptis uerbis actio. Esse enim negociũ ciuile gestum, & bona fide. Quare omnia hic locũ habent, quæ in bonæ fidei iudicijs diximus. Æstimatio autem periculũ facit eius qui suscepit. Aut igitur ipsam rem debebit incorruptam reddere, aut æstimationem de qua conuenit. Hæc actio utilis est, etsi merces interuenit. *Plura de hac re uide J. lib. prox. cap. 2. Quinta exceptio est: Nisi onus auehendum locatũ sit. hoc enim casu oneris auersi actio est. Quæ exceptio approbatur l. 31. ff. locati. cuius uerba uide s. quæst. 1. causa 9. except. 1. repl. 8. Sexta exceptio est: Nisi in uenditione res locata sit emptori faciendo. hoc enim casu ex uendito actio est. Quæ exceptio approbatur l. 6. §. 1. ff. de action. empti. cuius uerba uide s. lib. 41. cap. 1. quæst. 1. reg. 9. Septima exceptio est: Nisi rem aliquam fieri nobis uelimus, & nihil aliud præter mercedem damus. hoc enim casu præscriptis uerbis actio est. Quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s. cap. proxim. quæst. 1. except. 1. Octaua exceptio est: Nisi res locàta furto ablata sit. hoc enim casu etiam furti actio est, & rei uendicatio. Quæ exceptio approbatur l. 60. §. uestimenta. ff. locati. cuius uerba uide s. quæst. 1. causa 9. except. 4. Concordat l. 31. §. quod si separatum. ff. eod. tit. cuius uerba uide d. causa 9. except. 1. repl. 8. Nona exceptio est: Nisi tale sit factum quod locari non solet. hoc enim casu præscriptis uerbis actio est. Quæ exceptio approbatur l. 5. §. at cum do. ibi: quod si tale. ff. de præscriptis uerbis. cuius uerba uide J. lib. prox. cap. 1. quæst. 1. causa 4.*

## DE ACTIONE CONDVCti, opere faciendo conducto. Cap. VII.

### I. CAVSAE, EX QVIBVS datur hæc actio?

PRima causa: *Si opus alij relocauerit locator.* *Hæc causa ipso quidem iure subsistit, uerùm eius exceptio hæc est: Nisi in lege locationis ita conuenit, ut ad diem opere non facto, id alij relocare liceret. Quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l.13.§. si in lege. ff. locati. cuius uerba uide s. cap. prox. quæst. 3.*

II. Causa: *Si cùm conductor ob rem amissam precium dedisset, locator rem amissam receperit. hoc enim casu ad precium quod datum est repetendum conducti actio datur. Quæ causa approbatur l.2. ff. de condict. sine causa. cuius uerba uide s. cap. prox. quæst. 4. reg 3.*

III. Causa: *Si locator non soluat mercedem, de qua conuenit. Hæc causa approbatur l.2. C. de locato, his uerbis:* Aduersus eos à quibus extruenda ædificia conduxisti, ex conducto actione cōsistens: eo iudicio quod est bonæ fidei, debitum cum usuris solitis consequeris. *Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi conductor opus non fecerit, uel operas nō præstiterit. Hæc exceptio approbatur quidem ipso iure, uerùm eius replicatio prima hæc est: Nisi per conductorem non stet, quo minus præstet. Hæc replicatio approbatur l.38. ff. locati. cuius uerba uide s. lib. 5. cap. 5. quæst. 6. reg. 4. Huius exemplum proponitur d.l.38. Item aliud exemplum proponitur l.61.§. nauem. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. cap. 2. quæst. 1. causa 11. exc. 1. Aliud exemplum proponitur l.10. in prin. ff. ad l. Rhodiam de iactu. cuius uerba uide s. cap. 2. quæst. 4. reg. 2. except. 2. Aliud exemplū proponitur l.19.§. fin. ff. locati, his uerbis:* Cùm quidam exceptor operas suas locasset, deinde is qui eas conduxerat decessisset: Imp. Antoninus cum diuo Vero rescripsit ad libellū exceptoris in hęc uerba: Cùm per te nō stetisse ꝓponas, quo minus locatas operas Antonio Aquilio solueres: si eodem anno mercedes ab alio non accepisti, fidē cōtractus impleri æquum est. Papinianus quoq; lib. III. Responsorū scripsit, diē functo legato Cæsaris, salariū comitibus residui tēporis præstandū: modò si nō postea comites cum alijs eodem tēpore fuerint. *Aliud exemplū proponitur l.59. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. cap. 5. quæst. 2. reg. 1. exc. 1. Idem exemplū proponitur l.33 in prin. ibi: quemadmodum. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. cap. 1. quæst. 5 except. 20. repl. 1. Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi cùm per locatorem staret, quo minus operæ promissæ præstarentur, conductor interim alij operas præstiterit. Hæc duplicatio approbatur uerbis d.l. 19.§. fin. iam ꝓpositis hisce:* Modò si nō postea comites cum alijs eodem tēpore fuerint. *Concordat d.§. fin. uerbis iam propositis hisce:* Si eodē anno mercedes ab alio nō accepisti. *Altera duplicatio est: Nisi ex parte conductoris casus inciderit, ob quem operas præstare, uel opus facere prohibitus sit. Hæc duplicatio approbatur l.15. §. item cùm. ff. locati, his uerbis:* Cùm quidam naue amissa uecturā quam ꝓ inuecto nauta acceperat, repeteret: rescriptū est ab Antonino Augusto, nō immeritò ꝓcuratorē Cæsaris uecturā ab eo repetere: cùm munere uehendi functus nō sit. Quod in omnibus ꝑsonis similiter seruandū est. *Concordat l.30.§. ædilis. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. cap. 2. quæst. 1. causa 13. exc. 9. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi cùm ad mensurā opus locatum esset, parte operis effecta, conductor facere desinat. hoc enim casu id quod factū est, nihilominus mensurabitur, & ꝓ rata merces soluetur. Quæ replicatio approbatur exēplo l.30. §. qui ædem. ff. locati, his uerbis:* Qui ædem faciendā locauerat, in lege dixerat, Quod opus lapidis erit, ꝓ lapide & manus precio dominus redēptori in pedes singulos septena dabit: quęsitū est, utrū factū opus, an etiā imperfectū metiri oporteret? Alfenus respōdit, & imꝑfectū. *Hæc de prima propositæ causæ exceptione. Altera exceptio est: Nisi opus factū locatori nō probetur, uel uitiosum sit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur ꝑ ea quæ ꝓposita sunt s. cap. ꝓx. quæst. 1. causa 2. & causa 3. Tertia exceptio est: Nisi opus factum, antequam adprobaretur, corruptum sit, uel perierit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s. cap. 5. quæst. 2. reg. 1.*

IIII. Causa: *Si instrumentum conductori in faciendo fractū sit. Hæc causa reprobatur l.2.§. si cōseruatis. ibi: nam & si faber. ff. ad l. Rhod. de iactu. cuius uerba uide s. cap. prox. quæst. 2. reg. 2.*

### II. QVID QVANTVM'QVE ueniat in actione proposita?

I. Regula: *Muliere uehenda in naue conducta, pro infante qui in naue nascitur, mercedis nomine nihil debetur. Quæ regula approbatur l.19.§. si quis mulierem. ff. locati, his uerbis:* Si quis mulierem uehendā naue conduxisset, deinde in naue infans natus fuisset: probandū est, pro infante nihil deberi: cùm neq; uectura eius magna sit, neque his omnibus utatur, quæ ad nauigantium usum parantur.

II. Regula: *Pro homine in naue mortuo nihilominus uectura debetur. Quæ regula approbatur l.10. in prin. ff. ad l. Rhodiā de iactu. cuius uerba uide s. cap. 2. quæst. 4. reg. 2. except. 2.*

III. Regula, *De usuris. Etiam usuræ post morā in hāc ueniunt actionē. Hæc regula approbatur l.2. C. de locato. cuius uerba uide s. quæst. prox. causa 3. in prin. Concordat l.17. C. eod. tt. cuius uerba uide s. cap. 2. quæst. 4. reg. 3. except. 2.*

### III. ADFINIA REMEDIA.

*Quæ sint actionis propositæ adfinia remedia, uide ʒ. cap. prox. quæst. 5. Sanè sunt etiam propositæ actionis ad mercedem soluendam adfinia remedia extraordinariæ cognitiones, de quib. uide ʒ. lib. 9. cap. 1. Item in casu condictio sine causa, l. 2. ff. de condict. sine causa. cuius uerba uide ʒ. cap. proxim. quæstion. 4. reg. 3.*

## *DE ACTIONE LOCATI & conducti ex lege Rhodia de iactu. Cap. VIII.*

### I. CAVSA HVIVS DVPLICIS actionis.

PRima causa: *Si nauis leuandæ causa merces in mare iactæ sunt, domini amissarum merciũ ex locato cum magistro nauis: & magister nauis ex cõducto cum reliquis, quorum merces saluæ sunt, agere possunt: ut detrimentum pro portione communicetur. Quæ causa approbatur l. 2. in prin. ff. ad l. Rhod. de iactu, his uerbis:* Si laborante naue iactus factus est, amissarum mercium domini, si merces uehẽdas locauerãt, ex loato cum magistro nauis agere debẽt: magister deinde cum reliquis quorum merces saluæ sunt, ex conducto, ut detrimentũ pro portione cõmunicetur, agere potest. Seruius quidam respondit, ex locato agere cum magistro nauis debere, ut cæterorum uectorum merces retineat, donec portionẽ damni præstent. Imò etsi nõ retineat merces magister: ultrò ax locato habiturus est actionem cum uectoribus. Quid enim si uectores sint, qui nullas sarcinas habeant? Planè cõmodius est, si sint, retinere eas: at si non sint, & totã nauam cõduxerit, ex cõducto aget, sicut uectores qui loca in naue conduxerunt. Æquissimum enim est, cõmune detrimentũ fieri eorũ qui propter amissas res aliorũ consecuti sunt, ut merces suas saluas haberent. *Cõcordat l. 1. ff. eod. his uerbis:* Lege Rhodia cauetur, ut si leuãdæ nauis gratia iactus mercium factus sit: omnium cõtributione sarciatur, quod ꝓ omnibus factũ est. *Huius causæ exceptio hæc uidetur esse: Nisi cùm res nauis leuandæ causa iactæ essent, nauis postea perijt. hoc enim casu uidetur alios, quorum res è mari extractæ sunt, ad communicandum non teneri. Sed hæc exceptio reprobatur l. 4. §. sed si nauis. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. causa 4. distinct. 1.*

II. Causa: *Si cùm nauis portũ uel flumen cum onere intrare nõ posset, quedã merces in scapham traiectæ sint, eaq́; scapha cum mercibus perijt. Hæc causa approbatur l. 4. in prin. ff. d. tt. his uerbis:* Nauis onustæ leuandæ causa (quia intrare portũ uel flumen nõ potuerit cum onere) si quædã merces in scapham traiectę sunt, ne aut extra flumẽ periclitetur, aut in ipso hostio uel portu, eaque scapha submersa est: ratio haberi debet inter eos qui in naue merces saluas habent, cum ijs qui in scapha perdiderunt, perinde tanquam si iactura facta esset: idq́; Sabinus lib. II. Responsorum probat.

III. Causa: *Si cùm nauis leuandæ causa quedã merces in scapham traiectæ essent, nauis perijt salua scapha. Hæc causa reꝓbatur d. l. 4. in prin. his uerbis:* Contrà si scapha cum parte mercium salua est, nauis perijt: ratio haberi non debet eorum qui in naue perdiderunt, quia iactus in tributum naue salua uenit.

IIII. Causa: *Si naue amissa quædam res è mari extractæ sint, uel alio modo seruatæ. hoc enim casu uidetur dominos harum rerum alijs quorũ res perierunt, etiam ad participãdum detrimentũ teneri. Sed & hæc causa reprobatur l. 7. ff ad l. Rhodiam de iactu, his uerbis:* Cùm depressa nauis aut deiecta esset: Id quod quisq; ex eo suum seruasset, sibi seruare, Paulus respondit, tanquam ex incendio. *Concordat l. 5. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. quæst. prox. reg. 2. Huius causæ reꝓbatæ exemplũ seu species est ʒ. causa ꝓx. Sed & aliud exemplũ ꝓponitur l. 31. ff. locati. cuius uerba uide ʒ. cap. 6. quæst. 1. causa 9. except. 1. repl. 8. Planè admittitur causa ꝓposita, si alicuius rebus nauis leuandæ causa iactis, postea nauis in alto loco perijt. hoc enim casu ij quorũ res extractæ sunt, ei cuius res nauis leuandæ causa iactæ sunt, ad damnum participandũ tenẽtur. Quæ distinctio approbatur l. 4. §. sed si nauis. ff. ad l. Rhodiã de iactu, his uerbis:* Si nauis quæ in tempestate iactu merciũ unius mercatoris leuata est, in alio loco submersa est, & aliquorum mercatorum merces per urinatores extractæ sunt data mercede: rationẽ habere debere eius cuius merces in nauigationa leuandæ nauis causa iactæ sunt, ab his qui postea suas per urinatores seruauerunt, Sabinus æquè respondit. Eorum uerò qui ita seruauerunt, inuicem haberi non debere ab eo qui in nauigatione iactum fecit, si quædam ex his mercibus per urinatores extractę sunt. Eorũ enim merces nõ possunt uideri seruandæ nauis causa iactæ esse, quæ perijt.

V. Causa: *Si nauis à piratis redempta est, omnium est detrimentum. Quæ causa approbatur l. 2. §. si nauis. ff. ad l. Rhod. de iactu, his uerbis:* Si nauis à piratis redempta sit, Seruius, Ofilius, Labeo, omnes conferre dabere aiunt. Quod uarò prædones abstulerint, eum pendere cuius fuerit, nec conferendũ ei qui suas merces redemerit.

VI. Causa: *Si cuius res è naui à piratis seu latronib. direptæ sunt. hoc enim casu uidetur eos quorum res saluæ permanserunt, huic cuius res sunt direptæ, conferre debere. Sed hæc causa reprobatur d. §. si nauis,*

nauis, iam propositis hisce: Quod uerò prædones abstulerint eum perdere cuius fuerit, &c. Plures huiusmodi causas uide j. quæst. prox.

II. QVID VENIAT IN actione proposita?

I. Regula: *Vt omnium contributione damnũ sarciatur, & detrimentũ pro portione cuiusq; cõmunicetur. Hæc regula approbatur per ea quæ proposita sunt s. quæst. prox. causa 1. Concordat l. 2. §. portio. ff. ad l. Rhod. de iactu. cuius uerba uide j. reg. 12.*

QVARVM RERVM AMISSARVM nomine contribuendum?

II. Regula, *De naue amissa uel deteriore facta. Huius rei nomine nihil contribuitur. Quæ regula approbatur l. 5. ff. d. tt. his uerbis:* Amissæ nauis damnum collationis consortio non sarcitur per eos qui merces suas ex naufragio liberarũt. Nam huiusmodi æquitatẽ tunc admitti placuit, cùm iactus remedio cæteris in communi periculo salua naue cõsultum est. *Concordat l. 2. §. si conseruatis. ff. eod. tt. his uerbis:* Si conseruatis mercibus deterior facta sit nauis, aut aliquid exarmauerit: nulla facienda est collatio: quia dissimilis earũ rerum causa est, quæ nauis gratia parantur, & earũ ꝓ quibus mercedem aliquis accepit. Nam et si faber incudẽ aut malleum fregerit, nõ imputatur ei qui locauit opus. Sed si uoluntate uectorũ, uel ꝓpter aliquẽ metum id detrimentũ factum sit: hoc ipsum sarciri oportet. *Concordat l. 6. ff. eod. tt. his uerbis:* Nauis aduersa tẽpestate depressa, ictu fulminis deustis armamẽtis, & arbore, & antenna, Hipponem delata est: ibiq; tumultuarijs armamẽtis ad præsens cõparatis, Hostiã nauigauit: & onus integrũ pertulit. Quæsitũ est, an hi quorũ onus fuit, nautæ ꝓ dãno cõferre debeãt? Iulianus. Respõdi, nõ debere. hunc enim sumptũ instruẽdæ nauis magis, quàm cõseruandarũ merciũ gratia factũ esse. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi uoluntate uectorũ deterior nauis facta sit. Hæc exceptio approbatur uerbis d. §. si cõseruatis, paulo superius propositis hisce:* Sed si uoluntate uectorum, &c. *Altera exceptio est: Nisi propter metum nauis deterior facta sit. Hæc exceptio approbatur ibidem, his uerbis:* Vel ꝓpter aliquem metum id detrimentum factũ sit, &c. *Huius exceptionis species seu exemplũ est j. except. prox. Tertia exceptio est: Nisi cõmunis periculi causa instrumentum nauis deiectũ sit, uel cæsum. Hæc exceptio approbatur l. 5. ff. eod. tt. his uerbis:* Cùm arbor aut aliud nauis instrumentũ, remouendi cõmunis periculi causa deiectũ est, contributio debetur. *Cõcordat l. 5. in fine. ff. eod. tt. his uerbis:* Arbore cæsa, ut nauis cum mercibus liberari possit: æquitas cõtributiõis locũ habebit.

III. Regula, *De rebus deteriorib. factis, nõ tamen amissis. Etiã harum rerũ nomine contribuendũ est. Quæ regula approbatur l. 4. §. fin. in fine. ff. ad l. Rhodiam de iact. cuius uerba uide j. reg. 9.*

IIII. Regula. *De rebus iactis apparentib. uel postea receptis. Harum rerum nomine non contribuendum. Quæ regula approbatur l. 2. §. penult. ff. d. tt. his uerbis:* Si res quæ iactæ sunt, apparuerint: exoneratur collatio. Quòd si iam cõtributio facta sit, tunc hi qui soluerunt, agent ex locato cum magistro, ut is ex cõducto experiatur, & quod exegerit reddat. *Concordat l. 4. §. sed si nauis. ibi: eorũ uerò. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. quæst. ꝓx. causa 4. dist. 1.*

V. Regula, *De seruis qui in mari perierunt. horũ non habetur ratio. Quæ regula approbatur l. 2. §. seruorũ. ff. ad l. Rhod. de iactu, his uerbis:* Seruorũ qui in mari perierunt, non magis æstimatio facienda est, quàm si ægri in naue decesserint, aut alioqui sese præcipitauerint.

QVARVM RERVM CONSERVATArum nomine contribuendum?

VI. Regula, *De libero homine conseruato. Eius nomine non fit contributio. Quæ regula approbatur d. l. 2. §. iacturæ, his uerbis:* Corporũ liberorum æstimationẽ nullã fieri posse placuit.

VII. Regula. *De uestimẽtis & annulis cuiusq;. Horũ nomine cõtributio facienda. Quæ regula approbatur d. §. iacturæ, his uerbis:* Agitatũ est, an etiã uestimentorũ cuiusq;, & annulorum æstimationem fieri oporteat? Et omnium uisum est: nisi si qua cõsumendi causa imposita forent, quo in numero essent cibaria. Eo magis, quòd si quando ea deficerẽt in nauigatione, quid quisq; haberet, in cõmune conferret.

VIII. Regula, *De cibarijs & alijs quæ consumendi causa in mari habentur. Horum nomine contributio non fit. Quæ regula approbatur uerbis d. §. iacturæ, iam propositis hisce:* Nisi si qua consumendi causa imposita forent, &c.

IX. Regula, *De rebus quæ naui deteriores factæ sunt. Harum quoq; rerum nomine contributio facienda, Quæ regula approbatur, certo tamẽ modo, l. 4. §. cùm autem. ff. ad l. Rhod. de iactu, his uerbis:* Cùm iactus de naue factus est, & alicuius res quę in naue remanserũt, deteriores factæ sunt: uidendũ an conferre cogendus sit, quia non debet duplici dãno onerari, & collationis, & quòd res deteriores factę sunt. Sed defendendũ est, hunc cõferre debere precio rerũ præsente. Itaq; (uerbi gratia) si uicenum merces duorũ fuerint, & alterius adspergine decẽ esse cœperint: ille cuius res integræ sunt, pro uicenis cõferet, hic pro decẽ. Potest tamen dici etiã illa sentẽtia distinguentibus nobis. deteriores ex qua causa factæ sunt, id est, utrũ propter iactum nudatis rebus damnum secutum est, an uerò alia ex causa: ueluti

quòd alicubi iacebāt merces aliquo in angulo, & unda penetrauit: tunc enim conferre debebit. Sed an ex priore causa collationis onus pari nō debet, quia iactus etiā hunc læsit? adhæc nunquid & si adspergine ꝑpter iactū deteriores factæ sunt? sed distinctio subtilior adhibēda est. Quid si plus sit in collatione, quàm in dāno? uerbi gratia, hæ res uicenæ fuerūt: & collatio quidē facit decē, damnū autē duo: deducto hoc quòd damnū passus est, reliquum cōferre debeat? Quid ergo si plus in dāno erit, quàm in collatione? utputa decē aureis res deteriores factæ sunt, duo aūt collationis sunt? Indubitatè utrūq; onus pati nō debet. Sed hic uideamus, num & ipsi cōferri oporteat? Quid enim interest, iactatas res meas amiserim, an nudatas deteriores habere cœperim? Nā sicut ei qui perdidit, subuenitur: ita & ei subueniri oportet, qui deteriores ꝑpter iactutā res habere cœpit. hoc ita Papyrius Fronto respōdit. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi propter iactū, non ex alia causa res deteriores factæ sunt. hoc enim casu conferri earū nomine non debet. Quæ exceptio approbatur uerbis iā ꝑpositis hisce:* Potest tamen dici etiam illa sententia, distinguētibus nobis, &c. *Altera exceptio est: Nisi plus sit in dāno, quàm in collatione. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Sed distinctio subtilior adhibenda est. Quid si plus sit, &c

X. Regula, *De rebus è mari extractis. Harum quoq; nomine tanquam conseruatarum contributio facienda. Quæ regula approbatur, simul & distinguitur d.l.4.§.sed si nauis. cuius uerba uide s̄.quæst. prox. causa 4. distinct 1.*

XI. Regula: *Iacturæ summa pro rerum precio statuenda. Quæ regula approbatur l.2.§.iacturæ.ff. ad l. Rhod. de iactu, his uerbis:* Placuit iacturæ summā ꝑ rerū precio distribui oportere.

XII. Regula: *Quanti æstimatio tam cōseruatarum, quàm amissarū rerū facienda, definitur d.l.2.§. portio aūt, his uerbis:* Portio ꝑ æstimatione rerū quæ saluæ sunt, & earū quæ amissæ sunt, præstare solet. Nec ad rem ꝑtinet, si hæ quæ amissę sunt, pluris uenire poterāt: quoniā detrimenti, nō lucri fit præstatio. Sed in his rebus quarū nomine cōferendum est, æstimatio debet haberi: nō quāti emptæ sunt, sed quanti uenire possunt.

III. ADVERSVS QVOS COMperit actio proposita?

I. Regula: *Dominus amissarū mercium aduersus magistrū nauis, magister nauis aduersus uectores agere debet. Quæ regula approbatur per ea quæ ꝑposita sunt s̄.quæst.1.causa 1. Concordat l.2.§.iacturæ. ibi: ex conducto. ff. ad l. Rhod. de iactu, his uerbis:* Placuit ex conducto dominos rerum amissarū cum nauta, id est, cum magistro acturos.

II. Regula, *De omnib. omnino, quorū interfuit nauis leuandæ causa iactū fieri. Omnes hi tenentur. Quæ regula approbatur d.l.2.§. cùm in eadem, his uerbis:* Cùm in eadē naue uaria mercium genera cōplures mercatores coegissent, prętereaq; multi uectores serui liberiq; in eadē nauigarēt: tēpestate graui orta, necessariò iactura facta erat: quęsita deinde sunt hæc, an omnes iacturā præstare oporteat? Et quid si tales merces imposuissent, quib. nauis non oneraretur: ueluti gēmas, margaritas? Et quæ portio pręstanda esset? Et an etiā ꝑ liberis capitibus dari oporteat? Et qua actione ea res expediri posit? Placuit, omnes quorū qd interfuisset iacturā fieri, conferri oportere: quia id tributū obseruatas res deberent. Itaq; dominū etiam nauis pro portione obligatum esse.

III. Regula: *Si quis ex uectorib. soluendo non sit, magister nauis pro eo teneri nō debet. Quæ regula approbatur d.l.2.§. si quis ex, his uerbis:* Si quis ex uectoribus soluēdo nō fit, hoc detrimētū magistri nauis nō erit. Nec enim fortunas cuiusq; nauta excutere debet.

IIII. QVAE ACTIO COMPEtat, quæq; sint eius adfinia remedia?

I. Regula: *Domini amissarū mercium ex locato cum magistro nauis habent actionē. Et magister nauis actionē ex cōducto cum uectoribus. Quæ regula approbatur per ea quæ ꝑposita sunt s̄.quæst.prox. reg.1. item quæst.1.causa 1.*

II. Regula: *Magister nauis etiā per exceptionē merces retinere potest, donec uectores ad detrimētū sarciēdū cōtribuāt. Quæ regula approbatur l.2.§.1. ff. ad l. Rhod. de iactu. cuius uerba uide s̄.d.causa 1.*

III. Regula, *De actione locati & cōducti aduersus nauis magistrū, qui merces ex una naue in aliam transtulit, quæ nauis posterior naufragio cum mercibus perijt, ꝑponitur l.10.§.1.ff.d.tt. cuius uerba uide s̄.cap.3.quæst.1.causa 10. exc.4. item de hac re uide s̄.cap.6.quæst.1.causa 9. except.1. repl.6.*

## *DE IVRE EMPHYTEVtico. Cap. IX.*

*Quoniā ius emphyteuticū, nihil aliud quàm locatio perpetua est, quæ habet præcepta peculiaria: ideo de eo hic peculiare caput subiungendum est.*

I. *Definitio emphyteuseos proponitur Inst. de locatione. §. adeò autem, uers. ut ecce. cuius uerba uide s̄.quæst. prox. Cōcordat l.1. in prin. ff. si ager uectigalis. cuius uerba uide s̄.lib.12.cap.13.reg.1.*

II. GENVS.

*Emphyteusis neq; conductio est neq; emptio, sed specialis contractus. Quæ regula approbatur Inst. d.§. adeò autem, his uerbis:* Adeò aliquā familiaritatem

liaritatem inter se uidētur habere emptio & uenditio, item locatio & conductio, ut in quibusdam causis quæri soleat, utrū emptio & uenditio cōtrahatur, an locatio & conductio? Vt ecce de prædijs quæ perpetuò quibusdā fruenda traduntur, id est, ut quādiu pensio siue redditus pro his domino præstetur, neq; ipsi cōductori neq; hæredi eius, cuiúe cōductor hæresúe eius id prędiū uēdiderit, aut donauerit, aut dotis nomine dederit, alioúe quocunq; modo alienauerit: auferre liceat. Sed talia contractus, quia inter ueteres dubitabatur, & à quibusdā locatio, à quibusdā uenditio existimabatur: lex Zenoniana lata est, quę emphyteuseos cōtractus propriā statuit naturam, neq; ad locationē, neq; ad uenditionē inclinantē, sed suis pactionib. fulciendā: et si quidē aliquid pactū fuerit, hoc ita cōtinere, ac si naturalis esset cōtractus. Sin aūt nihil de periculo rei fuerit pactū: tamē si quidē totius rei interitus accesserit, ad dominū super hoc redūdare periculū: sin autem particularis, ad emphyteuticarium huiusmodi damnū uenire. Quo iure utimur. *Ait Imp.* Lex Zenoniana. *Hæc lex habetur l.1. C. de iure emphyteutico, his uerbis:* Ius emphyteuticariū neq; conductionis neq; alienationis esse titulis adijciēdū, sed hoc ius tertiū esse constituimus ab utriusq; memoratorum contractuū societate seu similitudine separatū: cōceptionē item, definitionéq; habere propriā, & iustū esse, ualidumq; contractū, in quo cuncta quæ inter utrasq; contrahentiū partes super omnib. uel etiā fortuitis casibus pactionibus, scriptura interueniente, habitis placuerint, firma illibataq; perpetua stabilitate modis omnibus debeāt custodiri: ita ut si interdum ea quę fortuitis casibus eueniunt, pactorum non fuerint conuentione cōcepta: siquidem tanta emerserit clades, quæ prorsus etiam ipsius rei quæ per emphyteusin data est, faciat interitū: hoc nō emphyteuticario, cui nihil reliquū permansit, sed rei domino, qui quod fatalitate ingruebat, etiā nullo intercedente cōtractu habiturus fuerat, imputetur. Sin uerò particulare uel aliud leue contigerit damnum, ex quo non ipsa rei penitùs lædatur substantia: hoc emphyteuticarius suis partibus non dubitet adscribendum.

III. AN VTILIS SIT CONtractus emphyteuticarius?

*Regulariter iustus ualidusq; est contractus. quæ regula approbatur uerbis d.l.1. iam propositis hisce:* Et iustum esse ualidumq; contractum, &c. *Huius regulæ eadem sunt exceptiones, quæ locationis: de quibus uide s.cap.1.quæst.5.*

IIII. EVENTVS EMPHYteuseos.

I. *Regula: Inuito emphyteuta fundus ei, eiusúe hæredibus à domino non potest auferri. quæ regula approbatur l.1. C. de administ. rerum publicarum, his uerbis:* Fundum uectigalē, si iusta quibuscunq; temporib. debitæ quantitatea inferantur, inuito possessori auferri nō posse, manifestum est. *Concordat l.1. in prin. ff. si ager uectigalis. cuius uerba uide s. lib.12. cap.13. reg.1. Planè habet proposita regula suas etiam exceptiones, de quibus uide j. quæst.6.*

II. *Regula: Emphyteuta, quamuis directum dominium non habeat, in rem actionem habet. quæ regula approbatur d.l.1. §. fin. ff. si ager uectigalis. cuius uerba uide s. lib.21. cap.6. quæst.2. reg 4.*

III. *Regula, De pactis inter dominū et emphyteutā initis custodiēdis, proponitur Inst. de locat. §. adeò: uers. & si qdē aliqd pactū. cuius uerba uide s. quæst. 2. Cōcordat l.1 ibi: in quo cūcta. C de iure emphyteutico. cuius uerba uide d. quæst.2. Cōcordat itē l.2. in prin. C. eod. tit. cuius uerba uide j. quæst.6. causa 1.*

IIII. *Regula: Emphyteuta inscio uel inuito domino ius suū alienare non potest. quæ regula approbatur, simul & distinguitur j. quæst 6. causa 3.*

V. *Regula: Dominus emphyteusi alienata nouum emphyteutam suscipere cogitur. quæ regula approbatur l.3. §. necessitatē. C. de iure emphyteutico. cuius uerba uide d. causa 3.*

VI. *Regula: Emphyteusi alienata, quinquagesima pars precij uel æstimationis domino debetur. quæ regula approbatur d l.3. §. penult. cuius uerba uide d. causa 3. Sed & plures huiusmodi regulas licet colligere ex ijs quæ proponuntur j. quæst.6.*

V. QVIBVS COMPETIT IVS emphyteuticum?

I. *Regula, De hæredibus emphyteutæ proponitur s. quæst. prox. reg.1.*

II. *Regula, De legatarijs proponitur l.219. ff. de uerb. significat. cuius uerba uide s. lib.7. cap.9. reg.5.*

VI. DE ACTIONE DOMINI AD reuocandam emphyteusin: ex quibus causis ea competat?

I. *Causa: Si emphyteuta per trienniū pensionē nō soluit. Hæc causa approbatur l.2. C. de iure emphyteutico, his uerbis:* In emphyteuticarijs contractibus sancimus, siquidem aliæ pactiones in emphyteuticis instrumētis fuerint cōscriptę, easdē & in omnib. alijs capitulis obseruari, & de reiectione eius qui emphyteusin suscepit, si solicā pensionē uel publicarū functionū apochas non præstiterit. Sin autem nihil super hoc capitulo fuerit pactum, sed per totum triennium neq; pecunias soluerit, neq; apochas domino tributorum reddiderit: uolenti ei licere eum à prædijs emphyteuticarijs repellere, nulla ei in posterum allegatione nomine meliorationis, uel eorum quæ emponemata

mata dicũtur,uel pœna opponẽda:sed omnimodo(si dominus uoluerit)eo repellendo,neq; prætẽdẽdo quòd nõ est super hac causa inquietatus: cùm neminẽ oporteat conuentionem uel admonitionẽ expectare,sed ultrò sese offerre,& debita spõtanea uolũtate persoluere, secũdũ quod & anteriore lege nostri numinis generaliter cautum est. Ne autem ex hac causa dominis facultas oriatur emphyteutas suos repellere,& reditum minimè uelle suscipere,ut ex huiusmodi machinatione triennio elapsos suo iure is qui emphyteusin suscepit,cadat: licentiam ei concedimus attestatione præmissa pecunias offerre, hisq; obsignatis,& secundum legem depositis, minimè deiectionis timere periculum. *Proposite cause exceptio prima hec est:Nisi dominus oblatam pensionem accipere noluit. que exceptio approbatur certo modo uerbis iam propositis hisce:* Ne autem ex hac causa dominis,&c. *Secunda exceptio hec est:Nisi unius tantùm uel alterius anni, non triennij pensionem non soluerit.tunc enim emphyteusi non cadit.que exceptio constat ex uerbis iam propositis hisce:* Sed per totum triennium neq; pecunias soluerit, &c. *Huius exceptionis replicatio prima hec est: Nisi ab Ecclesia quis emphyteusin habeat. tunc enim sufficit biennio non solutum canonem.que replicatio approbatur* Nouell.*c.7.§.scire autem omnes. cuius uerba uide s̄. lib. 10. cap.8. question. 3. exception. 2. replicat.3.* *Secunda replicatio est: Nisi de minore tempore inter dominum & emphyteutam conuenit. Hec replicatio approbatur uerbis d.l.2. in prin. iam propositis hisce:* Si quidem aliæ pactiones,&c. *Hec de secunda exceptione. Tertia proposite cause exceptio est:Nisi inter dominum & emphyteutam aliter conuenit.que exceptio approbatur ijsdem uerbis iam propositis hisce:* Si quidem aliæ pactiones,&c. *Quarta exceptio est: Nisi dominus non soluat meliorationes.Hec exceptio reprobatur uerbis d.l.2.s̄.propositis hisce:* Nulla ei in posterũ allegatione nomine meliorationis,uel eorum quæ emponemata dicuntur,uel pœna opponenda. *Concordat* Nouell.*c.7.d.§.scire autem omnes. Quinta exceptio est:Nisi emphyteuta non sit interpellatus ut solueret. Et hec exceptio reprobatur uerbis d.l. 2. s̄. propositis hisce:* Neq; prætẽdẽdo, quòd non est super hac causa inquietatus:cum neminem oporteat conuentionẽ uel admonitionẽ expectare, sed ultrò sese offerre, & debita spontanea uoluntate persoluere, &c. *Sexta exceptio est: Nisi emphyteuta propter casum fortuitũ fructus non perceperit.Hec exceptio reprobatur l.1.§.fin. C. de iure emphyteutico.cuius uerba uide s̄.quest.2. in fine.Concordat Inst.de locatione.§.adeò autem.ibi:sin autẽ particularis.cuius uerba uide d.quest.2.in prin. Planè admittitur exceptio proposita, si aliter inter dominum & emphyteutam conuenit. que distinctio approbatur per ea que proposita sunt s̄. quest. 4. reg.3. Septima exceptio est:Nisi predium emphyteuticum in totum perierit,uel amissum sit.Hec exceptio approbatur d.l.1.ibi:si quidem tanta emerserit clades.item Inst.d.§.adeò autem.ibi:sin autem nihil de periculo.Quorũ uerba (ut dixi) uide d.quest. 2.Hec de prima causa.*

*II.Causa:Si emphyteuta publicarum functionum apochas domino non præstiterit.Hec causa approbatur l.2.C.de iure emphyteutico. cuius uerba uide s̄.causa prox. in prin. Huius exceptio hec est: Nisi aliud conuenit. que exceptio approbatur d.l.2. in princip.*

*III. Causa:Si emphyteuta non requisito uel nolente domino ius suum alij alienauerit.Hec causa approbatur,simul & distinguitur l.3.C.de iure emphyteutico,his uerbis:* Cùm dubitabatur,utrum emphyteuta debeat cum domini uoluntate suas meliorationes,quæ Græco uocabulo Emponemata dicũtur,alienare,uel ius emphyteuticũ in alium transferre, an uerò eius expectare cõsensum nõ oporteat: sancimus, siquidem emphyteuticum instrumentũ super hoc casu aliquas pactiones habeat, eas obseruari. Sin autẽ nullo modo huiusmodi pactio interposita est, uel fortè instrumẽtũ emphyteuseos deperditum est:minimè licere emphyteutæ sine consensu domini meliorationes suas alijs uendere,uel ius emphyteuticum transferre. Sed ne hac occasione accepta domini minimè concedant emphyteutas suos accipere precia meliorationum,quæ inuenerunt,sed eos deludant,& ex hoc commodum emphyteutæ depereat: disponimus attestationem domino transmitti,& prædicere quantum precium ab alio reuera accipi potest.Et siquidem dominus hoc dare maluerit,& tantam præstare quantitatem, quantam ipse reuera emphyteuta ab alio accipere potest: ipsum dominum omnimodo hæc comparare.Sin autem duorũ mensium spacium fuerit emensum,& dominus hoc facere noluerit: licentia emphyteutæ detur,ubi uoluerit & sine consensu domini meliorationes suas uendere, ijs tamen personis, quæ non solent in emphyteuticis contractibus uetari ad huiusmodi uenire emptionem. Necessitatẽ autem habere dominos,si alijs melioratio secundum præfatum modum uendita sit, accipere emphyteutam:uel si ius emphyteuticum ad personas non prohibitas,sed concessas & idoneas ad soluendum emphyteuticum canonem transponere emphyteuta maluerit, non contradicere, sed nouum emphyteutam in possessionẽ suscipere,

ſcipere, non per conductorem uel per procuratorem, ſed ipſos dominos per ſe, uel per literas ſuas. uel (ſi hoc non potuerint uel noluerint) per depoſitioné in hac quidem ciuitate apud uirum clariſsimum magiſtrum cenſuum, uel præſentibus tabularijs per atteſtationem, in prouincijs autẽ per præſides uel defenſores celebrandá. Et ne auaritia tenti domini magnam molem pecuniarum propter hoc efflagitent, quod uſq; ad præſens tempus perpetrari cognouimus: non amplius eis liceat pro ſubſcriptione ſua uel depoſitione, niſi quinquageſimam partem precij uel æſtimationis loci qui ad aliam perſoná trans fertur, accipere. Sin uerò nouum emphyteutam uel emptorem meliorationis ſuſcipere minimè dominus maluerit, & atteſtatione facta intra duos menſes hoc facere ſuperſederit: licere emphyteutæ, & non conſentientibus dominis ad alios ſuum ius uel emponemata transferre. Sin autem aliter fuerit uerſatus quàm noſtra conſtitutio diſpoſuit, iure emphyteutico cadat. *Hiſce (ut dixi) uerbis cauſa propoſita approbatur, ſimul & diſtinguitur. Approbatur quidem uerbis poſterioribus iam propoſitis hiſce:* Sin autem aliter fuerit uerſatus, quàm noſtra conſtitutio diſpoſuit: iure emphyteutico cadat. *Huius autem cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi aliter inter dominum & emphyteutam conuenerit. quæ exceptio approbatur uerbis ā. propoſitis hiſce:* Sancimus, ſiquidem emphyteuticũ inſtrumétũ ſuper hoc caſu aliquos pactiones habeat, eas obſeruari. *Concordant ea quæ propoſita ſunt ā. quæſt. 4. reg. 3. Altera exceptio eſt: Niſi dominus requiſitus ipſe emere noluit, nec alienationi conſentire. quæ exceptio approbatur uerbis paulò ſuperius propoſitis hiſce:* Sed ne hac occaſione accepta, &c. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi non atteſtatione præmiſſa emphyteuta domino indicauerit, quã ſit reuera preciũ ab alio accipi poßit. quæ replicatio approbatur uerbis ſ̄. propoſitis hiſce:* Diſponimus atteſtationé domino tranſmitti, &c. *Cõcordat d. l. 3. §. fin. uerbis ſ̄. propoſitis hiſce:* Sin autẽ aliter fuerit uerſatus, quá noſtra cõſtitutio diſpoſuit, iure emphyteutico cadat. *Secũda replicatio eſt: Niſi ab atteſtatione interpoſita nondũ duobus menſibus elapſis, emphyteuta meliorationes alij uẽdiderit. Hæc replicatio itidẽ elicitur ex uerbis d. l. 3. ſ̄. propoſitis hiſce:* Sin autẽ duorum menſium ſpaciũ fuerit emenſum, &c. *Itẽ ex uerbis iam dictis hiſce:* Sin autẽ aliter fuerit uerſatus, &c. *Tertia replicatio eſt: Niſi perſonis uetitis emphyteuta alienauerit. Hæc replicatio cõſtat ex uerbis d. §. ſin aũt duorũ, ſ̄. propoſitis hiſce:* Iis tamẽ perſonis quæ nõ ſolent in emphyteuticis cõtractib. uetari ad huiuſmodi uenire emptioné. *Perſonas uetitas, de quib. hic dicitur, intelli ge primùm eas de quib. ſpecialiter in emphyteuſi cõſtituẽda cõuenit, ne illis melioratio uẽdatur: deinde eas quæ ipſo iure ad huiuſmodi contractus accedere prohibẽtur: ut ſunt milites, curiales, &c. de quib. uide ā. cap. 1. quæſt. 5. exc. 7. cum duab. except. ſequentib. Intellige deniq; eas perſonas, quæ non idoneæ ſunt ad ſoluendum canoné. quod declarat etiã d. l. 3. §. neceßitatem, uerbis paulo ſuperius propoſitis hiſce:* Vel ſi ius emphyteuticũ ad perſonas nõ prohibitas, ſed conceſſas & idoneas ad ſoluendũ emphyteuticũ canoná tráſponere emphyteuta maluerit, &c. *Quarta replicatio eſt: Niſi particulatim emphyteuta prædiũ uẽdere uelit, uel inter plures diuidere. Hæc replicatio approbatur argumento l. 7. in prin. ff. cõmuni diuidundo. cuius uerba uide ſ̄. lib. prox. cap. 12. quæſt. 3. reg. 1. except. 8. Hæc de ſecunda exceptione. Tertia exceptio eſt: Niſi emphyteuta ius ſuũ non uendiderit, ſed alio modo alienauerit. nã hoc caſu domini conſenſus nõ requiritur. quæ exceptio reprobatur l. 7. C. de reb. alienis non alien. cuius uerba uide ſ̄ lib. 21. cap. 4. cauſa 1. exc. 2. Cõcordat Nouell. c. 7. §. nos igitur. ibi: alienationis aũt: cuius uerba uide ſ̄. lib. 10. cap. 8 membr. 3. Cõtradicit in caſu l. 1. C. de fundis patrimonialib. his uerbis:* Si qs fundos emphyteutici iuris ſalua lege fiſci citra iudicis authoritaté donauerit, donationes firmę ſint: dũmodo ſuis qbuſq; tẽporib. ea quę fiſco pẽſitáda ſunt, repſentare cogátur. *Nẽ cõtradicit l. 16. §. fin. ff. de pignor. actione. cuius uerba cum cõcordantib. uide ſ̄. lib. 40. cap. 5. except. 36. Planè huius exceptionis eædem ſunt replicationes quæ ſuperioris exceptionis proximæ. Hæc de emphyteuſi reuocanda.*

### VII. DE PROBATIONE ET præſumptione emphyteuſeos.

*Si quis per quadraginta annos prædiũ poſſederit, et certũ canonem annuũ domino prædij dederit, præſumitur in perpetuũ locatio facta ſeu emphyteuſis, non locatio ad tempus. quæ regula approbatur l. ult. C. de fundis patrimonialib. cuius uerba cum cõcordãtib. uide ſ̄. lib. 36. cap. 15. repl. general. unica, dupl. 5. tripl. 1. Sed & cõcordat gloſſa in l. 2. in uerbo Repellere, in fine. C. de iure emphyteutico. Hactenus de locatione & cõductione, altera ſcilicet ſpecie contractus, qui ſolo initur contractu. Cui ob affinitatem acceßit ius emphyteuticum. Sequitur tertia ſpecies, ſocietas nimirum cum ſua actione.*

## *DE SOCIETATE. Cap. X.*

### I. SIMILE SOCIETATIS.

*Societas ius quodammodo fraternitatis in ſeſe habet. quæ regula approbatur l. 63. in prin. ff. pro ſocio. cuius uerba uide ſ̄. lib. 36. cap. 12. quæſt. 1. cauſa 7. except. 2.*

II. *Diuiſio ſocietatis proponitur Inſt. de ſocietate, in prin. his uerbis:* Societatem coire ſolemus

mus aut totorum bonorum, quem Græci specialiter κοινωνίαν appellant: aut unius alicuiue negociationis: ueluti mancipiorum uendendorum emendorumque, aut olei, aut uini, aut frumenti emendi uendendiq;. *Concordat l. 5. in prin. ff. pro socio, his uerbis*: Societates contrahuntur siue uniuersorum bonorum, siue negociationis alicuiua, siue uectigalis, siue etiam rei uniua.

### III. CAVSAE SEV MODI, quibus societas contrahitur.

I. *Causa: Consensu societas contrahitur. quæ causa approbatur l. 19. ibi: cum enim. ff. pro socio. cuius uerba uide* ℥. *cap. prox. quæst. 2. causa 7. except. 2. repl. 2.*

II. *Causa: Re, uerbis & per nuncium contrahi potest. quæ triplex causa approbatur l. 4. ff. d. tt. his uerbis*: Societatem coire & re, & uerbis, & per nuncium posse nos, dubium non est.

III. *Causa: Si res aliqua duobus uel pluribus communiter adquiratur. Hoc modo societas non contrahitur. Ideoq; causa proposita reprobatur l. 32. cum trib. legib. sequentib. ff. pro socio, his uerbis*: Vt sit pro socio actio, societatem intercedere oportet. Nec enim sufficit rem esse communem, nisi societas intercedat. Cõmuniter autem res agi potest etiam citra societatẽ: puta cùm non affectione societatis incidimus in communionẽ: ut euenit in re duobus legata. Itẽ si duobus simul empta res sit: aut si hæreditas uel donatio communiter nobis obueniat: aut si à duobus separatim emimus partes eorum, non socij futuri. Nam cùm tractatu habito societas coita est, pro socio actio est: cùm sine tractatu, in re ipsa & negocio communiter gestum uidetur, ut in conductionibus publicorum, item in emptionibus. Nam qui nolunt inter se contendere, solent per nuncium rẽ emere in commune. Quod à societate lõgè remotum est. Et ideo societate sine tutoris authoritate coita, pupillus non tenetur: attamen communiter gesto tenetur. Quibus casibus si quid fortè unus in eam rem impenderit, siue fructus mercedesúe uoua perceperit, uel deteriorem rem fecerit: non societatis iudicio locus est: sed inter cohæredes quidem familiæ erciscundæ iudicio agitur, inter cæteros communi diuidundo.

IIII. *Causa: Si res æstimata uendenda data sit, ut si pluris uenderetur quàm est æstimata, id quod excederet, is qui operam locauit, haberet: societas cõtracta uidetur. quæ causa approbatur, simul & distinguitur l. 44. ff. pro socio, his uerbis*: Si margaritã tibi uendendam dedero, ut si eam decem uendidisses, redderes mihi decẽ: si pluris, quod excederet, tu haberes: mihi uidetur, si animo contrahendæ societatis id actum sit, pro socio esse actionem: si minus, præscriptis uerbis. *Vide* ℥. *causa 6.*

V. *Causa: Si ab uno data pecunia conuenit, ut ea locus ematur, & in eo monumentum alterius opera atq; peritia extrueretur, posteaq; rursus distraheretur: & precium inter eum cuius pecunia locus emptus esset, & eum cuius opera monumentum extructum, pro parte communicaretur: societas contracta uidetur. quæ causa approbatur l. 52. §. item ex facto. ff. pro socio, his uerbis*: Papinianus ex facto consultum respondisse se ait libro quarto Responsorum. Inter Flauium Victorem & Hellicum Asianum placuerat, ut locis emptis pecunia Victoris, monumenta fierent opera & peritia Asiani: quib. distractis, pecuniã Victor cum certa quãtitate reciperet, superfluũ Asianus acciperet, qui operã in societatem cõtulit: erit pro socio actio.

VI. *Causa: Si re aliqua extruenda, uel puero aut pecore alendo dato, ita ut post certum tempus uendatur, & precium communicetur. Hæc causa approbatur, simul & distinguitur l. 13. §. Iulianus. ff. præscriptis uerbis. cuius uerba uide* ℥ *lib. 44. cap. 1. quæst. 2. causa 5. except. 3. repl. 2. Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi in accipientẽ dominiũ in totum sit trãslatum. quæ exceptio approbatur d. §. Iulianus. Altera exceptio est: Nisi res certo precio uendenda data cõuenit, ut quo pluris uenderet, sibi haberet. quæ exceptio approbatur d. l. 13. in prin. cuius uerba uide* ℥. *d. quæst. 1. causa 6. in prin. Concordat l. 44. ff. pro socio. cuius uerba uide* ℥. *causa 4.*

### DE EXCEPTIONIBVS PRAECEDANtium causarum generalibus.

I. Exceptio: *Nisi pupillus sine tutoris authoritate societatem coierit. Hæc exceptio approbatur l. 13. ibi: & ideo societate. ff. pro socio. cuius uerba uide* ℥. *causa 3.*

II. Exceptio: *Nisi inter eos qui non sunt æquis facultatib. societas ineatur. Hæc exceptio reprobatur l. 5. §. 1. ff. pro socio, his uerbis*: Societas coirĩ potest & ualet etiã inter eos qui nõ sunt æquis facultatibus: cùm plerunq; pauperior opera suppleat, quantum ei per comparationem patrimonij deest.

III. Exceptio: *Nisi donationis causa societas inita sit. Hæc exceptio approbatur d. l. 5. §. fin. his uerbis*: Donationis causa societas rectè non contrahitur. *Concordat l. 32. §. si inter uirum. ff. de donat. inter uir. & uxor. cuius uerba uide* ℥. *lib. 35. cap. 8. except. 39. repl. 21. Item concordat l. 54. § si quis societatẽ. ff. de mortis causa donat. his uerbis*: Si quis societatẽ per donationẽ causa mortis inierit, dicendũ est nullã societatẽ esse.

IIII. Exceptio: *Nisi dolo malo, uel fraudandi causa societas inita sit. Hæc exceptio approbatur l. 3. §. fin. ff. pro socio, his uerbis*: Societas, si dolo malo aut fraudandi causa coita sit: ipso iure nullius

nullius momeoti est. Quia fides bona contraria est fraudi & dolo.

V. Exceptio: *Nisi inhoneste & flagitiose alicuius rei societas inita sit. Hæc exceptio approbatur l. 57. ff. pro socio, his uerbis:* Si maleficij societas coita sit, constat nullam esse societaté. Geoeraliter enim traditur, rerum inhonestarũ nullam societaté esse. *Concordat l. 35. §. ueneni. ff. de contrah. empt. cuius uerba uide s. lib. 41. cap. 3. except. 20. Cõcordat itẽ l. 1. §. planè si ex dolo, in fine. ff. de tutelæ & rationib. distrah. cuius uerba uide s. lib. 18. cap. 10. quæst. 8. reg. 1. except. 1. Concordat itẽ l. 70. §. fin. in fine. ff. de fideiussoribus. cuius uerba uide J. lib. 45. cap. 1. quæst. 2. except. 24.*

VI. Exceptio: *Nisi libertatis causa inter patronũ & libertum societas sit inita. Hæc exceptiu approbatur l. 36. ff. de operis libertorum. cuius uerba uide s. lib. 20. cap. 4. reg. 16. except. 5. Sed & plura de hac exceptione uide d. reg. 16.*

VII. Exceptio: *Nisi alter pecuniam conferat, alter nullam, sed solam operam. Hæc exceptio reprobatur Inst. de societate. §. nam & ita, his uerbis:* Et ita coiri posse societatem nõ dubitatur, ut alter pecuoiam conferat, alter noo cooferac, & tameo lucrum inter eos cõmune sit: qa sæpe opera alicuius pro pecunia ualet. *Concordat l. 1. C. pro socio, his uerbis:* Societatem, unõ pecuniã coofetente, alio operã, posse contrahi, magis obtinuit. *Huius exemplũ proponitur l. 44. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. causa 4. Aliud exemplum propouitur l. 52. §. item ex facto. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. causa 5.*

VIII. Exceptio: *Nisi in æternum societas inita sit. Hæc exceptio approbatur l. 70. ff. pro socio, his uerbis:* Nulla sociutatis in æternum coitio est.

IX. Exceptio: *Nisi in perpetuũ uel ad tempus societas inita sit. Hæc exceptio reprobatur l. 1. in prin. ff. d. tt. his uerbis:* Societas coiri potest uel in perpetuũ, id est, dum uiuunt: uel ad tẽpus, uel ex tempore, uel sub conditione.

X. Exceptio: *Nisi ultra mortem alterutrius societas sit inita. Hæc exceptio approbatur l. 52. §. idem respondit, societatem. ff. pro socio. cuius uerba cum concordantibus & distinguentibus uide J. quæst. prox. causa 1. except. 1.*

XI. Exceptio: *Nisi ex die uel sub conditione societas sit cõtracta. Hæc exceptio reprobatur l. 1. in prin. ff. pro socio, cuius uerba uide uide s. except. 9. Concordat l. 6. C. eod. tt. his uerbis:* De societate apud ueteres dubitatum est, si sub cõditione contrahi potest: puta si ille consul fuerit, societatem esse contractam? Sed ne simili modo apud posterita:em, sicut apud antiquitatem hoiusmodi causa oẽtiletur: sancimus, societatẽ contrahi posse non solùm purè, sed etiam sub conditione. Volũtates eteoim legitimè contrahentium omnimodo conseruandæ sunt.

XII. Exceptio: *Nisi non contrahendæ societatis animo gestum sit uel dictũ. Hæc exceptio approbatur exemplo l. 52. in prin. ff. pro socio, his uerbis:* Cùm duobos uicinis fundus uenalis esset: alter ex his petijt ab altero, ut eum fundũ emeret, ita ut ea pars quę suo fundo iũcta esset, sibi cederetur. mox ipse eum fundũ igooraote uicino emit. Quęritur, an aliquam actionem cum eo uicinus habeat? Iulianus scripsit, implicitã esse facti quæstionẽ. Nã si hoc solùm actũ sit, ut fundum Lucij Titij uicinos emeret, &c. *Aliud exemplum proponitur l. 44 ff. eod. tt. cuius uerba uide s. causa 4.*

XIII. Exceptio: *Nisi conditio seu modus societatis contractæ deficiat. Hæc exceptio approbatur exemplo l. 75. ff. pro socio, his uerbis:* Si coita sit societas ex his partibus, quas Titius arbitratus fuerit, & Titius aotequam arbitraretur decesserit: nihil agitur. Nam idipsum actũ est, ne aliter societas sit, quã ut Titius arbitratos sit. *Hactenus exceptiones aduersus causas supra propositas & sucietatis contractũ expositæ sunt, desumptæ ex ijs quæ ipsi contractui insunt. Alias autem quæ sumuntur ex ijs quæ contractum societatis sequuntur, uide J. quæst. prox. Nam ex quibus causis contracta societas dissoluitur, ex ijsdem pro socio agenti exceptio obstabit.*

## IIII. CAVSAE EX QVIBVS societas dissoloitur.

*Diuisio huiusmodi causarum proponitur l. 63. §. societas, cum legibus sequentib. ff pro socio, his uerbis:* Societas soluitur ex personis, ex rebus, ex uoluntate, ex actione. Ideoq; siue homines, sioe res, siue ooluntas, siue actio interierit, distrahi uidetur societas. Intereunt aũt homines quidem maxima aut media capitis deminutione, aut morte. Res uerò cum aut nullæ relinquuntur, aut conditionem mutauerunt: neq; eius rei quæ iã nulla sit, quisquã socius est, neq; eius quæ cõsecrata publicataùe sit. Voluntare distrahitur societas renuociatione. Actione distrahitur, cùm aut stipulatione, aut iudicio mutata sit causa societatis. Proculus eoim ait, hoc ipso quòd iudiciũ ita dictatum est, ut societas distrahatur, renunciatam societatem: siue totorum bonorum, siue unius rei societas coita sit. *Generum iam propositorum species ordine sequuntur.*

1. Causa: *Si socius mortuus sit, societas soluitur. quæ causa approbatur uerbis iam propositis hisce:* Aut morte. *Concordat Inst. de societate. §. soluitur, his uerbis:* Soluitur societas etiã morte socij: quia qui societatẽ contrahit, certã persooã sibi eligit. Sed et si cõsensu pluriũ societas cõtracta sit, morte unius socij soluitur, etsi plures supsint: nisi in coeũda societate aliter cõuenerit. *Cõcordat itẽ l. 4. in fine. ff. p socio, his uerbis:* Dissociamur renũciatiooe, morte, maxima capitis deminutiooe, & egestate. *Cõcordat itẽ l. 60. in prin. ibi: quia morte. ff eod. tt. cuius uerba uide J. cap. prox. quæst. 5. reg. 4. except. 4.*

Concordat

*Concordat item l.65.§. morte. ff. eod. tt. bis uerbis:* Morte unius societes dissoluitur, etsi consensu omnium coita sit, plures uerò supersint: nisi in coeunda societete aliter cōuenerint. Nec hæres socij succedit. Sed quod ex re communi postea quæsitum est: item dolus & culpe in eo quod ex antè gesto pendet, tam ab hærede, quàm hæredi præstandum est. *Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi conuenerit, ut etiam mortuo altero ex socijs societas duret. Hæc exceptio reprobatur l.59.in prin. ff. pro socio. cuius uerba uide ∫. except. prox. Concordat l.35. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide ∫. cap. prox. quæst.3. reg.1. exc.3. repl.1. dupl.1. Cōcordat itē l.52.§. idē respōdit. ff. eod. tt. bis uerbis:* Pepinienus respōdit, societatē nō posse ultra mortem porrigi. Et ideo nec libertatem de supremis iudicijs constringere quis poterit, uel cognetum ulteriorem proximioribus præferre. *Planè admittitur exceptio proposita primàm, si pluribus socijs existentibus conuenerit, ut nihilominus societas duret. qua distinctio approbatur uerbis Inst. d.§. soluitur. item uerbis d.l.65.§. morte, paulò superius propositis. Deinde admittitur exceptio proposita in socijs uectigaliū, l.59. in prin. ff. pro socio. cuius uerba uide ∫. except. prox. Concordat l.63.§. in hæredem, in fine ff. eod. tt. cuius uerba uide ∫. cap. prox. quæst.4. reg.5. Altera exceptio est: Nisi societas uectigalium sit inita. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur d.l.59. in prin. bis uerbis:* Adeò morte socij soluitur societas, ut nec ab initio pacisci possimus, ut hæres succedat societati. Hæc in priuatis societatibus. At in societate uectigalium nihilominus manet societas etiā post mortem alicuius: sed ita demum, si pars defuncti ad personam hæredis eius adscripta sit, ut hæredi quoq; conferri oporteat. Quod ipsum ex causa æstimendum est. Quid enim si is mortuus sit, propter cuius operā maximè societas coita sit, aut sine quo societas administrari non possit? *Tertia exceptio est: Nisi alter socius ignorans sotium mortuū esse, commune negocium administrauerit. hic enim eius quod gessit nomine nihilominus pro socio actio nem aduersus hæredes defuncti habet. quæ exceptio approbatur l.65.§. quòd si integris. ff. pro socio, bis uerbis:* Quòd si integris omnibus manentib. alter decesserit, deinde tunc sequatur res, de qua societatem coierunt: tunc eadē distinctione utemur, que in mandato: ut siquidem ignorata fuerit mors alterius, ualeat societas: si nota, non ualeat. *Quarta exceptio est: Nisi quid ex re communi postea sit adquisitum, uel dolus aut culpa commissa. Ex eo enim nihilominus tam hæredi quàm in hæredem defuncti pro socio competit actio. quæ exceptio approbatur d.l.65.§. morte. cuius uerba uide ∫. ead. causa, in prin. Quinta exceptio est: Nisi quoad lucrum & damnum quod uiuo socio contigit, uel ex antè gesto pendet. quæ exceptio approbatur l.65.§. si in rem. ff. pro socio, bis uerbis:* Si in rem certam emendam conducendamúe coita sit societas, tunc etiam post alicuius mortem, quidquid lucri detrimētiús factum sit, commune esse, Labeo ait. *Concordant ea quæ habentur ∫. cap. prox. quæst.3. reg.1. except.3. in prin.*

II. *Causa: Si unus ex socijs capite sit deminutus. Hæc causa approbatur l.4. in fine. ff. pro socio. cuius uerba uide ∫. ead. causa. in prin. Concordat l.63.§. societas. ibi: interierint. ff. eod. tt. cuius uerba uide ∫. ead quæst. in prin. Huius causæ exceptio hæc est: Nisi per emancipationem socius capite sit deminutus. Hæc exceptio approbatur l.58.§. si filiusfamiliâs. ff. pro socio, bis uerbis:* Si filiusfamiliâs societatem coierit, deinde emancipatus à patre fuerit: apud Iulianum quæritur, an eadem societas duret, an uerò alia sit, si fortè post emancipationem in societate duratū sit? Iulianus libro XIIII. Digestor. scripsit, eandem societatem durare. Initium enim in his contractibus inspiciendū. duabus autem actionibus agendum esse: una aduersus patrē, altera aduersus filium. Cum patre de eo cuius dies ante emancipationē cessit. nam eius temporis quo post emancipationem societas durauit, nihil præstare patrem oportere: cum filio autem de utroq; tempore, id est, de tota societate. Nam etsi quid (inquit) socius filij post emāciperionem filij dolo fecerit: eius non patri, sed filio actio dende est. *Concordat l.65.§. societas. ibi: nam etsi. ff. eod. tt. cuius uerba uide ∫. cap. prox. quæst.3. reg.1. except.1. repl.1.*

III. *Causa: Si seruus socius sit alienatus. Hæc causa approbatur certo modo d.l.58.§. fin. bis uerbis:* Si seruus meus societatem cum Titio coierit, & alienatus in eadēm permanserit: potest dici alienatione serui & priorem societatem finitam, & ex integro alteram inchoatam. Atq; ideo & mihi & emptori actionem pro socio competere: item tam aduersus me ex his causis, quæ ante alienationem inciderunt, dendem actionem, quàm ex reliquis aduersus emptorem solùm.

IIII. *Causa: Si socius ad egestatem sit redactus. Hæc causa approbatur l.4. in fine. ff. pro socio. cuius uerba uide ∫. causa 1. in prin. Concordant huic causæ ea quæ in sequentib. causis proponuntur.*

V. *Causa: Si bona socij sint publicata. Hæc causa approbatur Inst. de societate. §. publicatione, bis uerbis:* Publicatione quoq; distrahi societatem, manifestum est: scilicet si uniuersa bona socij publicentur. Nam cùm in eius locū alius succedat, pro mortuo habetur. *Concordat l.65.§. publicatione. ff. pro socio. bis uerbis:* Publicatione quoq; distrahi societa-

tem

tem quod diximus: uidetur ſpectare ad uniuerſorum bonorũ publicatiooẽ, ſi ſocij bona omnia publiceutut. Nã cùm in eius locũ alius ſuccedat, pro mortuo habetur. *Ait Iuriſconſultus*, Quod diximus: *ſcilicet l.63. §.ſocietas.ibi:neq; cius.ff.eod.tt.cuius uerba uide ſ. ead.queſt.in prin.Huius cauſæ exceptio hæc eſt: Niſi non omnia ſocij bona ſint publicata. quæ exceptio conſtat ex uerbis iam propoſitis hiſce*: Videtur ſpectare ad uniuerſorum bonorum publicationem, &c. *Item hiſce*: Scilicet ſi uniuerſa bona ſocij, &c.

VI. *Cauſa: Si ſocius bonis ceſſerit, uel eius bona à creditorib. ueneant. Hæc cauſa approbatur, ſimul & diſtinguitur* Inſt. *de ſocietate. §. itẽ ſi quis ex, his uerbis*: Si quis ex ſocijs mole debiti prægrauatus bonis ſuis ceſſerit, & ideo propter publica aut priuata debita ſubſtantia eius ueneat: ſoluitur ſocietas. Sed hoc caſu, ſi adhuc cõſentiant in ſocietatẽ: noua uidetur incipere ſocietas. *Concordat l.65.§.1.ff.pro ſocio, his uerbis*: Bonis à creditorib. uenditis unius ſocij, diſtrahi ſocietatẽ, Labeo ait.

VII. *Cauſa: Si res, cuius ſocietas inita eſt, interierit. Hæc cauſa approbatur l.63.§.ſocietas.ff. pro ſocio. cuius uerba uide ſ.ead.queſt.in prin. Concordat l.58.in prin.ff.eod.tt. cuius uerba uide J. cap. prox. queſt.2.cauſa 3. except.7 & 8.*

VIII. *Cauſa: Si res, cuius ſocietas contracta eſt, ſacra ſit facta. Hæc cauſa approbatur d.§.ſocietas.*

IX. *Cauſa: Si conditio rei, cuius ſocietas inita ſit, eſt mutata. Hæc cauſa approbatur d.§.ſocietas.*

X. *Cauſa: Si ſocietati ab uno ſit renũciatum. Hæc cauſa approbatur d.§.ſocietas.ibi: uoluntate. Concordat l.4.in fine.ff.eod.tt. cuius uerba uide ſ. cauſa 1. in prin. Item concordat Inſt. de ſocietate. §. manet autem, his uerbis*: Manet ſocietas eouſq;, donec in eodem conſenſu perſeuerauerint. At cùm aliquis renunciauerit ſocietati, ſoluitur ſocietas. *Cõcordat l.5.C.pro ſocio, his uerbis*: Tamdiu ſocietas durat, quamdiu conſenſus partium integer perſeuerat. Proinde ſi tam tibi pro ſocio nata eſt actio: etiã inferre apud eum cuius ſuper ea re notio eſt, non prohiberis. *Huius cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi dolo malo ſocietati renunciauit, ut ſcilicet lucrum obueniens ſolus habeat. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur Inſt. de ſocietate. §. ſed planè ſi, his uerbis*: Planè ſi quis callidè in hoc renunciauerit ſocietati, ut hæreditatem ſolus lucrifaceret: cogitur hoc lucrũ communicare. Si quid uerò aliud lucrifaciat, quod non captauerit, ad ipſum ſolum pertinet. Ei uerò cui renunciatum eſt, quidquid omnino poſt renunciatam adquiritur, ſoli conceditur. *Concordat l.65.§.diximus. ff.pro ſocio, his uerbis*: Diximus diſſenſu ſolui ſocietatem. hoc ita eſt, ſi omnes diſſentiãt. Quid ergo ſi unus renunciet? Caſsius ſcribit, eum qui renunciauerit ſocietati, à ſe quidẽ liberare ſocios ſuos: ſe autem ab illis non liberare. Quod utiq; obſeruandũ eſt, ſi dolo malo renunciatio facta eſt. Veluti ſi cùm omnium bonorum ſocietatem iniſſemus: deinde cùm obueniſſet uni hæreditas, propter hoc renunciauit. Ideoq; ſi quod damnum attulit hæreditas, hoc ad eum qui renunciauit, pertinebit. Commodum autem cõmunicare cogetur actione pro ſocio. Quòd ſi quid poſt renunciationem adquiſierit, nõ erit communicandũ: quia nec dolus admiſſus in eo eſt. *Aliud exẽplum proponitur d.l.65.§.item ſi ſocietatem, his uerbis*: Item ſi ſocietatem ineamus ad aliquã rem emendam: deinde cùm ſolus uolueris eam emere, ideo renunciaueris ſocietati, ut ſolus emeres, teneberis quanti mea intereſt. Sed ſi ideo non renunciaueris, quia emptio tibi diſplicebat: non teneberis, quãuis ego emero: quia hic nulla fraus eſt. Eaq; & Iuliano placent. *Altera exceptio eſt: Niſi intempeſtiuè ſocietati renunciauerit, & cũ ſocietatis intereſt ei non renunciari. Hæc exceptio approbatur, declaratur, ſimul & diſtinguitur d.l.65. §.Labeo, his uerbis*: Labeo poſteriorum libris ſcripſit, ſi renunciauerit ſocietati unus ex ſocijs eo tempore quo interfuit ſocij non dirimi ſocietatem, committere eum in pro ſocio actionem. Nam ſi emimus mancipia inita ſocietate, deinde renuncies mihi eo tẽpore quo uendere mãcipia non expedit: hoc caſu quia deteriorem cauſam meam facis, teneri te pro ſocio iudicio. Proculus hoc ita uerum eſſe, ſi ſocietatis interſit non dirimi ſocietatem. Semper enim non id quod priuatim intereſt unius ex ſocijs, ſeruari ſolet, ſed quod ſocietati expedit. Hæc ita accipienda ſunt, ſi nihil de hoc in coeunda ſocietate conuenit. *Concordat l.14.§.1.ibi: ſi tamen intempeſtiuè.ff.eod.tt.cuius uerba uide J.except.prox. repl.4. Concordat item l.17. §.fin.ff.eod.tt.his uerbis*: In ſocietate coeunda nihil attinet de renũciatione cauere: quia ipſo iure ſocietatis intempeſtiua renunciatio in æſtimationem uenit. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi ſocij tantùm, non etiam ſocietatis interſit non renunciari. Hæc replicatio approbatur uerbis d.§.Labeo, iam propoſitis hiſce*: Proculus hoc ita uerũ eſſe, ſi ſocietatis interſit non dirimi ſocietatem. Semper enim nõ id eſt, &c *Altera replicatio eſt: Niſi antè conuenit, ut liceat etiam intempeſtiuè renunciare. Et hæc replicatio approbatur uerbis d.§.Labeo, ſ. propoſitis hiſce*: Hæc ita accipiẽda ſunt, ſi nihil de hoc in coeunda ſocietate conuenit. *Tertia replicatio uidetur: Niſi antea non conuenerit, ne liceret intempeſtiuè renunciare. Hæc replicatio reprobatur l.14.§.fin.ff.pro ſocio, cuius uer*

*ba uide s.ead.except.in prin.Concordat l.14.§.1.ff. ff.eod.tt.cuius uerba uide j except.prox.repl.4. Quarta replicatio est: Nisi post tempus societatis finitũ renunciauit. Hæc replicatio approbatur l.65.§.item q si societatem.ff.pro socio.cuius uerba uide j. except.prox. Quinta replicatio est: Nisi necessitate coactus renunciauit. De hac replicatione, cum alijs quibusdam uide j.except.prox. Tertia exceptio est Nisi cùm ad certum tempus societas inita esset, ante tẽpus ei renũcietur. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur d.§.item qui societatẽ, his uerbis:* Qui societatẽ in tempus coijt, ante tempus eam renunciando, socium à se, nõ se à socio liberat. Itaq; si quid compendij postea factum erit, eius partem non feret. At si dispendium, æquè præstabit portionem: nisi renũciatio ex necessitate quadã facta sit. Quòd si tempus finitũ est, liberũ est recedere: quia sine dolo id fiat. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi quoad lucrum perceptum. hoc enim soli alteri cui renunciatum est, cedet. quæ replicatio ex uerbis iam propositis constat. Altera replicatio est: Nisi necessitate coactus renunciauit ante tempus. Hæc replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Nisi renunciatio ex necessitate quadam facta sit. *Tertia replicatio est: Nisi probabilis & iusta causa sit ante tempus renũciandi. Hæc replicatio approbatur, simul et exemplis declaratur l.14.§.fin.cũ duab.legib. ff.pro socio, his uerbis:* Si conuenerit ne intra certum tempus societate abeatur, & ante tẽpus renũcietur: potest rationem habere renunciatio, nec tenebitur pro socio: qui ideo renunciauit, quia conditio quædã qua societas erat coita, ei nõ præstatur: aut quid si ita damnosus socius sit, ut non expediat eum pati? Vel quòd ea re frui non liceat, cuius gratia negotiatio suscepta sit? Idemq; erit dicendum, si socius renunciauerit societati, qui reipublicę causa diu & inuitus sit abfuturus: quamuis nõnunquã obijci ei possit, quia potuit & per aliũ societatẽ administrare, uel socio cõmittere. Sed hęc non aliàs, nisi ualde sit idoneus socius: aut facilis absfuturo sit etiam per aliũ societatis administratio. *Quarta replicatio est: Nisi conuenerit saltem, ne intra certum tempus communis res diuidatur. per hoc enim non uidetur conuenisse, ne à societate abeatur. quæ replicatio approbatur d.l.14.in prin.his uerbis:* Si conuenerit inter socios, ne intra certum tempus communia res diuidatur: non uidetur conuenisse, ne à societate abeatur. Quid tamen si hoc conuenerit, ne abeatur: an ualeat? Eleganter Pomponius scribit, frustra hoc cõueniri. Nam et si non conuenerit: si tamen intẽpestiuè renuncietur societati, esse pro socio actionẽ. *Hæc de tertia exceptione. Quarta exceptio est: Nisi re non integra societati renuncietur. Hæc exceptio reprobatur exemplo l.65.§.item si societatem, in fine.ff.pro socio.cuius uerba uide s. except.1.in fine. Quinta exceptio est: Nisi inuito socio renuncietur. Hæc exceptio approbatur certo modo d.l.65.§.diximus.cuius uerba uide s.exception.1. Sexta exceptio est: Nisi alius, non socius renunciauit. quæ exceptio ipso quidem iure subsistit. uerùm eius replicatio prima hæc est: Nisi procurator socij renunciauit. quæ replicatio approbatur d.l.65.§.renunciare, his uerbis:* Renunciare societati etiã per alios possumus. Et ideo dictum est, per procuratorem quoq; posse renunciari societati. Sed utrum de eo dictũ sit, cui omnium bonorum administratio cõcessa est: an de eo cui hoc ipsum mandatũ est nominatim, uideamus: an per utrunq; rectè renuncietur? Quod est uerius: nisi prohibuerit eum dominus specialiter renunciare. *Altera replicatio est: Nisi curator socij renunciet. quæ replicatio approbatur l.7.C.eod.tt.cuius uerba uide j.except.prox.repl.2. Septima exceptio est: Nisi alij, non socio renũcietur. Cuius replicatio prima hæc est: Nisi procuratori eius renuncietur. hæc replicatio approbatur d.l.65.§.item scriptum, his uerbis:* Scriptũ est, posse procuratori quoq; meo sociũ meum renunciare. Quod Seruius apud Alfenum ita notat: esse in potestate domini, cùm procuratori eius renunciatũ est, an uelit ratã habere renunciationẽ. Igitur is cuius pcuratori renunciatũ est, liberatus esse uidebitur. An autẽ ipse qui renũciauit procuratori, liberetur: in potestate eius erit, quemadmodũ diximus in eo qui socio renunciat. *Altera replicatio est: Nisi curatori socij renuncietur. Hæc replicatio approbatur l.7.C.eod.tt. his uerbis:* Sancimus, ueterũ dubitatione semota, licentiã habere furiosi curatorẽ dissoluere (si maluerit) societatem furiosi, & socijs licere ei renunciare: & quemadmodum in omnibus contractibus alijs legitimam authoritatem ei dedimus, ita & in hac parte eum permittimus competenter commodis furiosi prouidere. *Octaua exceptio est: Nisi absenti & ignoranti renunciatum sit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.17.§.1.ff.pro socio, his uerbis:* Si absenti renunciata societas sit, quoad is scierit, quod is adquisiuit, qui renunciauit, in commune redigi debet: detrimentum autem solius eius esse, qui renunciauit. Sed quod absens adquisiuit, ad solum eum pertinere, &c. *Hæc de decima causa eiusq; exceptionibus.*

XI. *Causa: Si socij separatim agere cœperint. Hæc causa dissoluendæ societatis, approbatur l.64.ff.pro socio, his uerbis:* Si separatim socij agere cœperint, & unusquisq; eorum sibi negocietur: sine dubio ius societatis soluitur.

XII. Causa

XII. *Causa: Si paciscatur socius, ne partem suam petat. Hæc causa approbatur l.14.§.fin.ff. communi diuidundo, his uerbis:* Si paciscatur socius, ne partẽ suam petat: effsctu tollitur societas.

XIII. *Causa: Si seruus socius à domino iussus sit à societate discedere. Hæc causa reprobatur l.18.ff. pro socio, his uerbis:* Si seruus societatom coierit, non sufficiet, si iubeatur à domino seruus abire à societate: sed socio renunciandum est.

XIIII. *Causa: Si actio pro socio instituta sit. Hæc causa approbatur l.65.in prin.ff. pro socio, cuius uerba uide ȿ.ead.quæst.in prin Huius causæ exceptio hæc est: Nisi interfit societatis eam non dirimi. Hæc exceptio approbatur exemplo d.l.65.§.nonnunquam, his uerbis:* Nonnunqoam necessariũ est & manente societate agi pro socio: ueluti cùm societas uectigalium causa coita est, propterq; uarios cõtractus neutri expedit recedere à societate: nec refortur in modiũ, quod uectigaliũ ad alterũ per uenerit.

XV. *Causa: Si finis negocio cuius gratia societas coita est, impositus sit. Hæc causa approbatur d.l.65.§.item si alicuius, his uerbis:* Si alicuius rei societas cõtracta sit, & finis negocio impositus: finitur societas. *Concordat ijsdem uerbis Inst. de societate. §. item si alicuius. Hactenus causæ societatis tam efficientes quàm corrumpentes sunt enumeratæ. Effectus societatis uide J.cap.prox.*

## *DE ACTIONE PRO SOCIO. Cap. XI.*

I. *Genus. Bonæ fidei est actio. quæ regula approbatur l.78.in fine.ff. pro socio, his uerbis:* Iudiciũ pro socio bonæ fidei est. *Concordãt Inst. de actionib. §. actionum autem. cuius uerba uide ȿ.lib. 36.cap.4.quæst.2.diuis.7.*

### II. CAVSAE HVIVS actionis.

I. *Causa: Si contra bonam fidem uel dolo malo socius egerit. Hæc causa approbatur l.52. uenit. ff. pro socio, his uerbis:* Venit in hoc iudiciũ pro socio bona fides. Vtrũ ergo tãtùm dolũ, an etiã culpã præstare sociũ oportet, quęritur? Et Celsus libro VI. Digestorum scripsit, socios inter se dolum & culpam præstare oportere. *Concordat l.5.in prin.C.eod.tt. cuius uerba uide J.causa prox.in prin.*

II. *Causa: Si lucrum obueniens socius non communicet. Hæc causa approbatur l.52.§ socium.ff. pro socio, his uerbis:* Socium uniuersa in societatẽ conferre debere Neratius ait, si omniũ bonorum socius sit. Et ideo siue ob iniuriam sibi factam, uel ex lege Aquilia, siue ipsius siue filij corpori nocitum sit: conferre debere respondit. *Concordat l.1.in fine, cum lege sequente.ff.eod.tt. his uerbis:* In societate omnium bonorum omnes res quæ coeuntiũ sunt, continuò communicantur: quia licet specialiter traditio non interueniat, tacitè tamen creditur interuenire. Ea uerò quæ in nominibus erunt, manent in suo statu: sed actiones inuicem præstare debent. *Concordat item l.74.ff. eod.tt. his uerbis:* Si quis societatem contraxerit, quod emit, ipsius fit non commune: sed societatis iudicio cogitur rem communicare. *Concordat item l.3.C.eod.tt. his uerbis:* Cùm in societatis contractibus bona fides exuberet, conueniatq; æquitatis rationibus etiam compendia æqualiter inter socios diuidi: præses prouinciæ, si patrem tuum salinarum societatem participasse, & non recepta communis compẽdij portione, rebus humanis exemptum esse perspexerit: commodum societatis, quod deberi iuxta fidẽ ueri constiterit, restitui tibi præcipiet. *Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi ex alia quàm ex ea causa, cuius nomine societas coita est, sit adquisitum lucrum. Hæc exceptio approbatur exemplo l.52.§.duo.ff pro socio, his uerbis:* Duo erant argentarij socij, alter eorum aliquid separatim quæsierat, & lucri senserat: quærebatur, an commune esse lucrum oporteret? Et Imperator Seuerus Flauio Fœlici in hæc uerba rescripsit: Etiamsi maximè argentariæ societas inita est, qood quisque tamen socius nõ ex argentariæ causa quæsijt, id ad communionem nõ pertinere, explorati iuris est. *Concordat d.l.52.§. Papinianus, his uerbis:* Papinianus libro tertio Responsorum ait, Si fratres parentum indiuisas hæreditates ideo retinuerunt, ut emolumentum ac damnum in his commune sentirent: quod aliunde quæsierint, in commune non redigetur. *Altera exceptio est: Nisi non ex quæstu nec opera socij, sed ex causa lucratiua sit quæsitum. Hæc exceptio approbatur l.7.cum sex legibus sequentibus.ff. pro socio, his uerbis:* Coire societatem & simpliciter licet: etsi non fuerit distinctum, uidetur coita esse uniuersorum quę ex quæstu ueniunt: hoc est, si quod lucrum ex emptione, uenditione, locatione, conductione descendit. Quæstus enim intelligitur, qui ex opera cuiusque descendit. Nec adiecit Sabinus, Hæreditatem uel legatum, uel donationes mortis causa, siue non mortis causa: fortassis hoc ideo, quia non sine causa obueniunt, sed ob meritum aliquod accedunt: Et quia plerunque uel à parente, uel à liberto quasi debita nobis hæreditas obuenit. Et ita de hæreditate, legato, donatione Quintus Mutius scribit. Sed nec æs alienum, nisi quod ex quæstu pendebit, ueniet in rationem societatis. Sed etsi adijciatur, Vt & quæstus & lucri socij sint: uerum est, non ad aliud lucrum,

quàm quod ex quæſtu uenit, hanc quoq; adiectionem pertineea. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſſe uidetur : Niſi non quæſtus ſolùm, ſed & lucri ſocietas coita ſit. Hæc replicatio reprobatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Sed erſi adijciarur, Vt & quæſtus & lucri ſocij ſint, &c. *Concordat l. 71. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis:* Duo colliberti ſocietarem coierunt lucri, quæſtus, compendij. Poſtea unus ex his à parrono hęres inſtitutus eſt, alteri legatũ datum eſt: neutrũ horũ in medium conferre debere, Paulus reſpondit. *Concordat item l. 45. §. 1 ff. de adq. hæred. his uerbis:* Cùm quæſtus & compendij ſocietas initur, quidquid ex opecis ſuia ſocius adquiſierir, in medium confert: ſibi autom quiſq; hæreditarom adquirit. *Altera replicatio eſt: Niſi uniuerſorum bonorum ſocietas coita ſit. quæ replicatio approbatur l. 3. §. 1. ff. pro ſocio, his uerbis:* Cùm ſpecialirer omnium bonorum ſocietas coita eſt, runc & hæreditates, & legata, & quod donatum eſt, aut quaqua rstione adquiſirum, communioni adquirotur. *Concordat l. 73. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Si ſocietatem uniuorſarum fortunarum coierint, id eſt, earum quoq; rerum quæ poſtea cuiq; adquiren tur: hæreditarem cuiuis eorum delatam in communa redigendam, Vlpianus ait. *Tertia replicatio uidetur eſſe: Niſi propter ſocietatem ſocius hæres inſtitutus ſit, uel legatum aut donationem acceperit. Sed hæc replicatio reprobatur l. 60. §. fin. ff. pro ſocio. cuius uerba uide J. cauſa prox. except. 2. Tertia exceptio uidetur: Niſi ex cauſa ſtipendij uel ſalarij adquiſitum ſit. Hæc exceptio reprobatur l. 52. §. idem Papinianus. ff. pro ſocio, his uerbis:* Papinianus ait, Si inrer frarres uoluntarium conſortium initum fuerit, & ſtipendia cæteraq; ſalaria in commune eadi gi iudicio ſocietaris: quamuis filius emancipatus hæc non cogatur confeere featri (inquir) in poreſtare manenti: quia et ſi in poreſtate maneret, peæcipua ea haberet. *Quarta exceptio uidetur : Niſi ob iniuriam ſibi factam, uel ex lege Aquilia adquiſierit. Hæc exceptio reprobatur d. l. 52. §. ſocium. cuius uerba uide ſ. ead. cauſa, in prin. Quinta exceptio eſt : Niſi ex prohibitis cauſis ſit adquiſitum. Hæc exceptio approbatur d. l. 52. §. idem ait, ſocium, his uerbis:* Neratius ait, ſocium omnium bonorum non cogi conferre, quæ ex prohibitis cauſis adquiſieeit. *Concordat l. 53. cum lege ſequente ff. eod. tt. his uerbis:* Quòd ex fuero ual ex alio maleficio quæſirum eſt, in ſocietatom non opoetere confeeti, palàm eſt: quia delictorum rurpis atque fœda communio eſt. Planè ſi in medium collara ſint, commune erit lucrum. Quòd enim ex maleficio contulit ſocius, non aliter recipere debet, quàm ſi damnatus ſit. *Sexta exceptio eſt: Niſi cùm ſocietas contracta eſſet iuſtæ hæreditatis, ex teſtamento hæreditas obuenerit. Hæc exceptio approbatur l. 3. §. de illo. ff. pro ſocio, his uerbis:* De illo quæritur, ſi ita ſocietas coita ſit, ut ſi qua iuſta hæediras alterutri obueniar, communis ſit: quæ ſir iuſta hæreditas? Vrrum quæ iure legitimo obuanit, an etiam ea quæ teſtamento? Sed probabilius eſt, ad legitimam hæreditatem tantùm hoc pertineee. *Septima exceptio eſt: Niſi quid ſeruo communi unus ex ſocijs legauerit. hoc enim non communicabitur hæredi eius ſocij qui legauit. quæ exceptio approbatur l. 63. §. ſi ſeruo. ff. d. tt. cuius uerba uide ſ. lib. 21. cap. 2. regul. 4. except. 5. diſtinct. 1. Octaua exceptio uidetur: Niſi ex tribus ſocijs unus ſuam partem tertiam ſit cõſecutus actione pro ſocio. hic enim ad eam partem quam conſecutus eſt, communicandem non tenetur. Cuius replicatio hæc eſt : Niſi alter ſocius ſuam partem conſequi non poßit. quæ replicatio approbatur d. l. 63. § ſi cùm tres. cuius uerba cum concordantibus uide ſ. lib. 36. cap. 12. quæſtion. 5. Nona exceptio eſt : Niſi ex cauſa uſurarum percepit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 67. §. ſi unus. ff. pro ſocio, his uerbis:* Si unus ex ſocijs qui non totorum bonorum ſocij erant, communem pecuniam fœneranerit, uſurasque perceperir: ira demum uſuras partiri debet, ſi ſocietaria nomine fœnerauerit. Nam ſi ſuo nominè, quoniam ſortis periculum ad eum pertinuerit, uſuras ipſum rotiuere oporret. *Decima exceptio eſt : Niſi non ſocius, ſed alius adquiſierit. Hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit, uerùm eius replicatio uidetur eſſe : Niſi ſocij ſocius adquiſierit. Sed hæc replicatio reprobatur l. 21. ff. pro ſocio. cuius uerba uide J. cauſa 7. exception. 2. repl. 2. Vndecima exceptio eſt : Niſi poſtquam ſocietati renunciatum eſt, ſit adquiſitum. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur per ea quæ propoſita ſunt ſ. cap. proxim. quæſtion. 4. cauſa 10. Duodecima exceptio eſt: Niſi poſt mortem unius ex ſocijs ſit adquiſitum. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur per ea quæ propoſita ſunt ſ. cap. prox. quæſt. 4. cauſa 1.*

III. *Cauſa : Si damnum quod unus ex ſocijs paſſus eſt, alter pro ſua parte non præſtet: uel ſumptus quos fecit unus, alter pro parte non reſtituat. Hæc cauſa approbatur l. 52. §. quidam. ff. pro ſocio, his uerbis:* Quidam ſagariam communionem inierunr, alrer ex his ad merces comparandas profectus, in latrones incidir, pecuniam perdidit, ſerui eius uulnerari ſunt, resque proprias perdidir: dicit Iulianus, damnum eſſe commune. Ideoq; actione pro ſocio damni partem dimidiam agnoſceee debere tam pecuniæ, quàm cerum cæterarum quas ſecum non tuliſſet ſocius,

socius, nisi ad merces communi nomine comparandas proficisceretur. Sed etsi quid in medicos impensum est, pro parte socium agnoscere debere, rectissimè Iulianus probat. Proinde etsi naufragio quid perijt, cùm non aliàs merces quàm naui solerent aduehi: damnum ambo sentient. Nam sicuti lucrum, ita damnum quoque commune esse oportet, quod non culpa socij contingit. *Concordat l.67. in prin.ff.eod.tt. cuius uerba uide J. quæst.4. reg.5. Concordat item l.18.in fine.ff.eod.tt.cuius uerba uide J.exception.gener.5.Item concordat l.52. §. item si in communem.ff.eod.tt.his uerbis:* Si in communem riuum reficiendum impensa facta sit, pro socio esse actionem ad recuperandum sumptum, Cassius scripsit. *Item concordat d.l.52.§.si quis ex socijs, hisce uerbis:* Si quis ex socijs propter societatem profectus sit (ueluti ad merces emendas) eos duntaxat sumptus societati imputabit, qui in eam rem impensi sunt: nautica igitur & meritoriorum, & stabulorum, & iumentorum, & carrulorum uecturas, uel sui uel sarcinarum suarum gratia, uel mercium rectè imputabit. *Item concordat l.2.C. pro socio, his uerbis:* Cùm proponas, te prædium coniuncto dominio cum patruo tuo comparasse, in possessionemque tam te, quàm ipsum inductum: iuris ratio efficit, ut dominium fundi ad utrunque pertineat. Sanè quia precium à te solo numeratum, & solennibus pensitationibus cessante socio satis factum esse dicis: iudicio societatis id quod eo nomine præstari oportuerit, consequeris. *Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi ex alia quàm societatis uel rei communis causa impensum sit, uel damnum acceptum. Hæc exceptio approbatur exemplo l.82.ff. pro socio. cuius uerba uide J. causa proxim. exception.2. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi occasione societatis damnum passus sit: ueluti, dum seruis communibus ad fugam erumpentibus restitit, uulneratus est, & in curam uulneris impendit. Hæc replicatio approbatur l.60. §. socium, cum lege sequente. ff. pro socio, his uerbis:* Socius, cùm resisteret communibus seruis uenalibus ad fugam erumpentibus, uulneratus est. Impensam, quam in curando se fecerit, non consecuturum pro socio actione, Labeo ait: quia id non in societatem (quamuis propter societatem) impensum sit: sicuti nec si propter societatem eum hæredem quis instituere desijsset, aut legatum prætermisisset, aut patrimonium suum negligentius administrasset. Nam nec compendium quod propter societatem ei contigisset, ueniret in medium: ueluti si propter societatem hæres fuisset institutus, aut quid ei donatum esset. Secundum Iulianum tamen, & quod medicis pro se datum est, recipere potest. Quod & uerum est. *Altera replicatio est. Nisi cùm omnium bonorum societas coita esset, in honorem liberorum alterius socij sit erogatum. Hæc replicatio approbatur l.73.§.item Maximino.ff.pro socio, his uerbis:* Vlpianus Maximino respondit: Si societatem uniuersarum fortunarum ita coierunt, ut quidquid erogetur uel quæratur, communi lucri atque impendij esset: ea quoque quæ in honorem alterius liberorum erogata sunt, utrisque imputanda. *Tertia replicatio est: Nisi aliter conuenit. Hæc replicatio approbatur uerbis iam propositis. Concordat l.81. ff. eod.tt. Altera exceptio est: Nisi ob societatem ab aliquo exhæredatus sit, uel quod illi ab alio relictum esset, sit reuocatum, aut patrimonium suum negligentius administrauit. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Sicuti nec si propter societatem eum hæredem quis instituere desijsset, &c. *Tertia exceptio est: Nisi culpa socij actoris damnum acciderit. Hæc exceptio approbatur l.52.§.quidam, in fine. ff pro socio. cuius uerba uide J. ead. causa, in princip. Huius exceptionis species & exempla sunt exceptiones aliquot proximè sequentes. Quarta exceptio est: Nisi in alea uel adulterio socius quid perdidit. Hæc exceptio approbatur l.59. §. penult. ff. d. tt. his uerbis:* Quod in alea uel adulterio perdiderit socius, ex medio non est laturus. *Quinta exceptio est: Nisi ob maleficium uel iniuriarum actionem quid impenderit socius. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.52. §. fin. ff. pro socio, his uerbis:* Apud ueteres tractabatur, an socius omnium bonorum, si quid ob iniuriarum actionem damnatus præstiterit, ex communi consequatur, ut præstet? Et Atilicinus, Sabinus, Cassius responderunt: Si iniuria iudicis damnatus sit, consecuturum. Si ob maleficium suum, ipsum tantùm damnum sentire debere. Cui congruit quod Seruium respondisse, Ofilius refert: Si socij bonorum omnium fuerint, deinde unus cùm ad iudicium non adesset, damnatus sit: non debere eum de communi id consequi. Si uerò præsens iniuriam iudicis passus sit, de communi sarciendum. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi in iniuria iudicis damnatus præstiterit. Hæc replicatio approbatur uerbis iam propositis. Altera replicatio est: Nisi id quod ex maleficio socius adquisiuit, in commune contulit. quæ replicatio approbatur l.55.cum l.sequente.ff.eod.tt. his uerbis:* Si ex maleficio conuentus fuerit qui maleficium admisit, id quod in me-

dium contulit, aut solùm, aut cum pœna auferet. Solùm auferet, si mihi proponas, insciente socio eum in societatis rationem hoc contulisse. Quòd si sciente: etiam pœnam sociom agnoscere oportet. Aequum est enim, ut cuius participauerit lucrum, participet & damnum: nec quidquam interest, utrum manente societate præstiterit ob furtum, an dissolura ea. Idemque est in omnibus turpibus actionibus: ueluti iniuriarum, ui bonorum raptorum, serui corrupti, & similibus: & in omnibus pœnis pecuniarijs, quæ ex publicis iudicijs accidunt. *Sexta exceptio est: Nisi ob id quòd uocàtus ad iudicium non uenit, damnum passus sit. Hæc exceptio approbatur uerbis d. l. 52. §. fin. paulo superius exception. proxim. in princip. propositis hisce:* Cui congruit quod Seruium respondisse Ofilius refert, &c. *Septima exceptio est: Nisi pecunia ad mercem communem comparandam, antequam conferretur in commune, perierit. Hæc exceptio approbatur l. 58. §. item Celsus. ff. pro socio, his uerbis:* Celsus tractat, Si pecuniã contulissemus ad mercem emendam, & mea pecunia perijsset: cui perierit ea? Et ait, Si post collationem euenit, ut pecunia perierit (quod non fieret, nisi societas coita esset) utrique perire: utputa si pecunia, cum peregrè portaretur ad mercem emendam, perijt. Si uerò ante collationem, posteaquam eam destinasses, tunc perierit: nihil eo nomine consequeris (Inquit) quia societati perijt. *Octaua exceptio est: Nisi tùm conuenisset ut res duorum communiter uenderentur, & precium communicaretur, ante uenditionem alterius res perierit. Hæc exceptio approbatur d. l. 58. in prin. his uerbis:* Si id quod quis in societatem contulit, extinctum sit: uidendum est an pro socio agere possit? tractatum id ita est apud Celsum libro VII. Digestorum ad epistolam Cornelij Fœlicis: Cùm tres equos haberes, & ego unum, societatem coimus, ut accepto equo meo quadrigam uenderes, & ex precio quartam mihi redderes. Si igitur ante uenditionem equus meus mortuus sit: non putare se Celsus ait societatem manere, nec ex precio equorum tuorum partem deberi. Nec enim habendæ quadrigæ, sed uendendæ coitam esse societatem. Cæterùm si id actum dicatur, ut quadriga fieret, eaq; communicaretur, tuq; in ea tres partes haberes, ego quartam: non dubiè adhuc socij sumus. *Nona exceptio est: Nisi post distractam societatem impensum sit, uel damnum datum. Hæc exceptio approbatur l. 65. §. si post distract. ff. pro socio, his uerbis:* Si post distractam societatem aliquid in rem communem impenderit socius, actione pro socio id non consequitur: quia non est uerum pro socio cõmuniterue id gestũ esse, sed communi diuidũdo iudicio huius quoq; rei ratio habebitur. Nam etsi distracta est societas, nihilominus diuisio rerum superest. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi res adhuc fuerit communis. hoc enim casu communi diuidendo iudicio id quod impensum est seruari potest. quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Sed communi diuidundo, &c. *De qua re uide plura J. in iudicio communi diuidundo. Altera replicatio est: Nisi in id quod constante societate contractum est, societate distracta sit solutum. Hæc replicatio approbatur l. 27. ff. pro socio, his uerbis:* Omne æs alienum quod manente societate contractum est, de communi soluendum est: licet, posteaquam societas distracta est, solutum sit. Igitur & si sub conditione promiserat, & distracta societate conditio extitit, ex communi soluendum est. Ideoq; si interim societas dirimatur, cautiones interponendæ sunt. *Decima exceptio est: Nisi, postquam societati renunciatum est, impensum sit, uel damnum acceptum. Hæc exceptio species proximè præcedentis exceptionis approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt ã cap. proxim quæstion. 4. causa 10. Vndecima exceptio est: Nisi antea conuenit de non communicando damno. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur inst. de societate. §. nam & ita. ibi: & adeò contra, his uerbis:* Illud constat, posse cõueniri ut quis lucri partem ferat, de damno non teneatur. Quod & ipsum Seruius conuenienter sibi fieri existimauit. Quod tamen ita intelligi oportet, ut si in alia re lucrum, in alia re damnum illatum sit: compensatione facta, solùm quod superest, intelligatur lucro esse. *Concordat l. 29. §. ita coiri ff. pro socio, his uerbis:* Ita coiri societatem posse, ut nullam partem damni alter sentiat, lucrum uerò commune sit, Cassius putat: Quod ita demum ualebit (ut & Sabinus scribit) si tanti sit opera, quanti damnum est. Plerunque enim tanta est industria socij; ut plus societati conferat, quàm pecunia. Item si solus nauiget, si solus peregrinetur, si pericula solus subeat. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi ita conuenerit, ut alter totum lucrum accipiat, alter totum sustineat damnum. Hæc replicatio approbatur d. l. 29. §. fin. his uerbis:* Aristo refert Cassium respondisse, societatem talem coiri non posse, ut alter lucrum tantùm, alter damnum sentiret: & hanc societatem leoninam solitũ appellare. Et nos consentimus, talem societatem nullã

esse: ut alter lucrum sentiret, alret uerò nullum lucrum, sed damoum sentiret. Iuiquissimum enim genus societatis est, ex qua quis damoum, non etiam lucrum spectet. *Duodecuna exceptio uidetur: Nisi actor ob cessationem socij rem propriam habere possit ex constitutione Imp. Marci. Hæc exceptio reprobatur l.52.§.idem respondit.ff.pro socio,his uerbis:* Papinianus respondir, socius qui cessantis cessantiumúe portionea insulæ restituerit: quamuis aut sorrem cum certis usuris intra quatuor mēses, postquam opus refectum erit, recipere porest, in exigendoque priuilegio uretur, aut deinceps propriam rem habebit: potest tameo & pro socio agere ad hoc, ut consequarur quod sua inrererar. Finge enim eum malle magis suum consequi, quàm dominium insulæ. Oratio enim diui Marci idcirco quatuor mensibus finir certaa usuras, quia post menses quatuot dominium dedit. *Hæc de tertia causa propositæ actionis.*

I I I I. *Causa: Si cùm unus ex socijs se obligasset, alter æs alienum pro sua parte non agnoscat. Hæc causa approbatur l.27.ff.pro socio. cuius uerba uide š.causa proxim. except. 9. replic.2. Huius causæ exceptio prima hæc uidetur esse: Nisi cùm sub conditione æs alienum contractum esset, post distractam demum societatem conditio exstiterit. Sed hæc exceptio reprobatur d. l.27. in fine. Altera exceptio est: Nisi pecunia in rem communem non sit uersa. Hæc exceptio approbatur l.82 ff. eod.tt. his uerbis:* Iure societatis per socium ære alieno socius non obligarur, nisi in communem arcam pecuniæ uersæ sint. *Tertia exceptio est: Nisi æs alienum non ex quæstu pendeat. Hæc exceptio approbatur l.12. ff eod.tt. cuius uerba uide š.causa 2.except.2.*

V. *Causa: Si socio ab alijs de indemnitate non caueatur. Hæc causa approbatur l. 27. in fine. ff. pro socio, cuius uerba uide š.causa 3.exceptione 9. replicatione 2. Concordat l. 28. ff. eodem titul. cuius uerba uide J.lib.proxim.cap.12.quæst.3.reg.2. exception.10. Concordat item l.38. in princip. ff. eod.tt.cuius uerba uide J.quæst.5.reg.6. Item concordat l.67.in princip. ff.eod.tt.cuius uerba uide J. quæst.4.reg.5.except.2.*

V I. *Causa: Si id de quo conuenit, non præstetur. Hæc causa approbatur exemplo l. 69. ff. pro socio, his uerbis:* Cùm societas ad emendum coiretur, & conueniret ut unus reliquis nundioatiaa epulas præstaret, eosq; ad negocium admitteret: si eas eis non soluerit, & pro socio & ex uendito cum eo agendum est. *Approbatur item alio exemplo l.52. §. item Mela. ff.eod.tt. cuius uerba uide J. causa 14. Sed & approbatur, simul & distinguitur exemplo dotis promissæ, l. 81. ff. pro socio, his uerbis:* Socius pro filia dotem promisit, & priusquam solueret, hærede ea relicta decessit: quæ, posteaquam cum mariro de exigenda dote egit, accepto liberata est. Quæsitum est, an si pro socio ageret, dotis quantitatem percipere deberet? Si forte conuenisset inter socios, ut de communi dos constitueretur. Papinianus. Dixi, pactum non esse iniquum, utiq; si non de alterius tantùm filia conuenit. Nam si commune hoc pactum fuit, non interesse quòd alter socius filiam habuit, alter non habuit. Cæterùm si numeratam dotem patet defuncta in matrimonio filia recuperasset, reddi pecunia societati debuisset, pactum ex æquitate sic nobis interpretantibus. Quòd si salua societate diuortio matrimonium solutum foret: cum sua causa dotem recuperari, scilicet ut ea uel alij marito dari posit; nec si prior maritus facere non posset, denuò de societate constituendam dotem, nisi nominatim ita conuenisset. Verùm in proposito largius interesse uidebatur: an dos numerata esset, an uerò expromissa. Nam si filia datam dotem, posteaquam patri hæres extitit, iure suo recepisset: non esse referendam pecuniam societati, quam mulier habitura fuit, etsi alius hæres extitisset. Quòd si accepto à marito liberata esset, nequaquam imputari posse societati non solutam pecuniam. *Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi dote ex re communi promissa, stipulator dotem mulieri accepto tulerit, nam & hoc casu socius liberatur. Quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Quòd si accepto à mariro liberata esset, &c. *Altera exceptio est: Nisi dote ex re communi promissa, alter ex socijs filiam habuerit, alter non. Hæc exceptio reprobatur uerbis iam propositis hisce:* Dixi, pactum non esse iniquum, &c. *Tertia exceptio est: Nisi semel dos promissa sit soluta. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio uidetur esse talis: Nisi soluto matrimonio mulier alij nupserit, nec dotem datam à priore marito recuperare posit. Hæc exceptio reprobatur uerbis iam propositis hisce:* Nec si prior maritus facere non posset, &c. *Quarta exceptio est: Nisi conuenerit, ut unus solus lucrum accipiat, alter solus damnum sustineat. Hæc exceptio approbatur l. 29. §. final. ff. pro socio. cuius uerba uide supra causa tertia, exceptione undecima, replicatione prima. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi partem lucri alter, qui solus damnum sustinet, pactus sit. Quæ replicatio approbatur*

*d. l. 29. §. ita coiri. cuius uerba uide ſ̄.d. except.11. in princip.*

V I I. *Cauſa: Si unus ex ſocijs damnum in re communi dederit, nec illud præſtet. Hæc cauſa approbatur l.47. in fine, cum tribus ll. ſequentib. ff. pro ſocio, his uerbis:* Si damnum in re communi ſocius dedit, Aquilia teneri eum, & Celſus & Iulianus & Pomponius ſcribunt. Sed nihilominus & pro ſocio tenetur, ſi hoc facto ſocietatem læſit: ſi (uerbi gratia) negociatorem ſeruum uulnerauit uel occidit. Sed actione pro ſocio conſequitur, ut altera actione contentus eſſe debeat: quia utraque actio ad rei perſecutionem reſpicit, non (ut furti) ad pœnam duntaxat. *Concordat l.59. §. fin. ff. eod. tit. his uerbis:* Si quid dolo noſtro ſocius damni cepit, à nobis repetet. *Huius cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi ſine dolo malo ſocius damnum dedit. Hæc exceptio approbatur l.52. §. damna. ff. pro ſocio, his uerbis:* Damna quæ imprudentibus accidunt, hoc eſt, damna fatalia ſocij non coguntur præſtare. Ideoque ſi pecus æſtimatum datum ſit, & id latrocinio aut incendio perierit: commune damnum eſt, ſi nihil dolo aut culpa acciderit. Quòd ſi à furibus ſubreptum ſit, proprium eius detrimentum eſt: quia cuſtodiam præſtare debuit, qui æſtimatum accepit. Hæc uera ſunt, & pro ſocio erit actio: ſi modò ſocietatis contrahendæ cauſa paſcenda data ſunt, quamuis æſtimata. *Concordat d.l.52. §. quidam. cuius uerba uide ſ̄. cauſa 3. in princip. Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi culpa ſocij damnum datum ſit, uel culpa caſum præceſſerit. Hæc replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Aut culpa, &c. *Concordat d.§. quidam, in fine. Item concordat d.l. 52. §. uenit. cuius uerba uide ſ̄. cauſa 2. Concordat item d.l.52. §. quòd ſi rei, his uerbis:* Quòd ſi rei communi ſocius nocuit, magis admittit Celſus, culpam quoque uenire. *Concordat item Inſt. de ſocietate. §. ſocius, his uerbis:* Socius ſocio utrum eo nomine tantùm teneatur pro ſocio actione, ſi quid dolo commiſerit, ſicut is qui deponi apud ſe paſſus eſt: an etiam culpæ, id eſt, deſidiæ atque negligentiæ nomine, quæſitum eſt? præualuit tamen, etiam culpæ nomine teneri eum. *Huius replicationis exemplum proponitur uerbis ſ̄. propoſitis hiſce:* Quòd ſi à furibus ſubreptum ſit, proprium eius detrimentum eſt: quia cuſtodiam præſtare debuit, qui æſtimatum accepit. *Aliud exemplum proponitur l.23. in princip. ff. pro ſocio. cuius uerba uide J. exception. proxim. replication. 2. Aliud exemplum proponitur l. 52. §. ſi quis ſocietatem. ff. eodem titul. his uerbis:* Si quis ſocietatem ad emendum coierit, deinde res alterius dolo uel culpa empta non ſit: pro ſocio eſſe actionem conſtat. Planè ſi conditio ſit adiecta, Si intra illum diem uenierit, & dies ſine culpa ſocij præterierit: ceſſabit actio pro ſocio. *Propoſitæ replicationis duplicatio prima hæc eſſe uidetur: Niſi alter pecuniam ſolùm uel rem, alter artem tantùm aut operam conferat. Hæc duplicatio reprobatur d.l.52. §. ſi in coeunda, his uerbis:* Si in coeunda ſocietate (Celſus inquit) artem operamúe pollicitus eſt alter, ueluti cùm pecus in commune paſcendum, aut agrum politori damus in commune quærendis fructibus: nimirum ibi etiam culpa præſtanda eſt. Precium enim operæ & artis eſt uelamentum. Quòd ſi rei communi ſocius nocuit, magis admittit, culpam quoque uenire. *Altera duplicatio eſt, Niſi leuiſſima ſocij culpa acciderit ſeu, Niſi eam diligentiam adhibere ſolitus fuit. Hæc duplicatio approbatur l.72. ff. pro ſocio, his uerbis:* Socius ſocio etiam nomine culpæ tenetur, id eſt, deſidiæ atque negligentiæ. Culpa autem non ad exactiſsimam diligentiam dirigenda eſt. Sufficit enim talem diligentiam communibus rebus adhibere, qualem ſuis rebus adhibere ſolet: quia qui parum diligentem ſibi ſocium adquirit, de ſe queri debet. *Concordat iiſdem uerbis Inſt. de ſocietate. §. final. Altera propoſitæ cauſæ exceptio eſt: Niſi non ſocius, ſed alius damnum dederit. Hæc exceptio ipſo quidem iure approbatur, uerùm eius replicatio prima hæc eſt: Niſi dolo uel culpa ſocij alius in re communi damnum dederit. Quæ replicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur per ea quæ propoſita ſunt ſuprà exceptione proxima, replicatione prima. Altera replicatio eſt: Niſi ſocij ſocius damnum dederit. Hæc replicatio approbatur l.19. cum quatuor legibus ſequentibus. ff. pro ſocio, his uerbis:* Qui admittitur ſocius, ei tantùm ſocius eſt qui admiſit: & rectè. Cùm enim ſocietas conſenſu contrahatur, ſocius mihi eſſe non poterit, quem ego ſocium eſſe nolui. Quid ergo ſi ſocius meus admiſit? Ei ſoli ſocius eſt. Nam ſocij mei ſocius, meus ſocius non eſt. Et quidquid fuerit de ſocietate noſtra conſecutus, cum ipſo qui eum adſumpſit, communicabit: nos cum eo non communicabimus, ſed factum eius præſtabitur ſocietati: id eſt, ſocius aget, & ſocietati præſtabit, quod fuerit conſecutus. Ex contrario quoque, factum ſociorum debet ei præſtare, ſicut ſuum: quia ipſe aduerſus eos habet actionem. Item certum eſt, nihil uetare, prius iuret eum

eum qui admiserit, & eum qui admissus fuerit, societatis iudicio agi: quàm agi incipiat inter cæteros, & eum qui adadmiserit. De illo Pomponius dubitat, utrum actionem eum mandate socijs sufficiat, ut si facere ille non posit, nihil ultrà socijs pręstet: an uerò indemnes eos præstare debeat? Vlpianus. Et puto omnimodo eum teneri eius nomine, quó ipse solus admisit: quia difficile est negare, culpa ipsius admissum. Idem quærit, an commodum quod propter admissum socium accessit, compensati cum damno quod culpa præbuit, debeat? Et ait, compensandum. Quod non est uerum. Nam & Marcellus libro VI. Digestorum scribit, si seruus unius ex socijs societati à domino pręposi tus negligentet uersatus sit, dominum qui præposuerit societati, præstaturum: nec compensandum commodum quod per seruum societati accessit cum damno: & ita diuum Marcum, pronunciasse, nec posse dici socio: Abstine commodo, quod per seruum accessit, si damnum petis. *Huius replicationis duplicatio hæc uidebatur: Nisi opera socij cuius culpa damnum societati datum est, commodum quoq; accesserit. Sed hæc duplicatio reprobatur uerbis iam propositis hisce:* Idem quærit, an commodum quod propter admissum socium accessit, &c. *Tertia replicatio est: Nisi seruus socij damnum societati dedit. Hæc replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Si seruus unius ex socijs societati à domino præpositus negligenter uersatus sit, dominum qui præposuerit societati, præstaturum. *Huius replicationis duplicatio prima hæc esse uidetur: Nisi per seruum etiam commodum societati accesserit. Sed hæc duplicatio reprobatur uerbis ibidem propositis hisce:* Nec compensandum commodum quod per seruum societati accessit cum damno, &c. *Altera duplicatio est: Nisi uterq; socius seruum alterius socij societati præposuerit. Quæ duplicatio approbatur l. 24. ff. pro socio, his uerbis:* Planè si ambo socij seruum alterius præposuerint, non tenebitur dominus eo nomine, nisi duntaxat de peculio. Commune enim periculum esse oportet, cùm ambo eum præposuerint. *Ait Iurisconsultus:* Nisi duntaxat de peculio. *In his uerbis triplicatio propositæ duplicationis notanda. Quarta propositæ exceptionis replicatio est: Nisi dolo uel culpa hæredis socij damnum societati sit datum. Hæc replicatio approbatur l. 35. in fine, cum lege sequente. ff. pro socio, his uerbis:* In hæredem socij proponitur actio, ut bonam fidem pręstet & acti etiam culpam quam is præstaret, in cuius locum successit: licet socius non sit. *Concordat l. 40. ff. eod. tt. his uerbis:* Hæres socij, quamuis socius non est: tamen ea quæ per defunctum inchoata sunt, per hæredem explicari debent. In quibus dolus eius admitti potest. *Concordat item l. 65. §. morte. ibi: item dolus & culp. ff. eodem tit. cuius uerba uide s. cap. proxim quæstion. 4. causa 1. in princip. Hæc de secunda propositæ causæ exceptione. Plures huiusmodi exceptionis uide j. inter except. generales.*

VIII. *Causa: Si socius rem communem amouit, uel celandi animo suppreßit. Hæc causa approbatur l. 45. cum lege sequēte. ff. pro socio, his uerbis:* Rei communis nomino cum socio furti agi potest, si per fallaciam dolóue malo amouit, uel rem communem celandi animo contrectauit. Sed & pro socio actione obstrictus est, nec altera actio alteram tollit. Idemque & in omnibus bonæ fidei iudicijs dicendum est. Idem est & in colono, & in eo qui negocia gerit, & qui mandatum nostrum exequitur, & in tutore. *Huius causæ exceptio hæc est: Nisi sine dolo malo rem communem socius contrectauit. Hæc exceptio elicitur ex uerbis iam propositis hisce:* Si per fallaciam dolóue malo, &c. *Concordat l. 51. ff. eodem tt. his uerbis:* Meritò adiectum est, ita demum furti actionem esse, si per fallaciam & dolo malo amouit. Cùm enim sine dolo malo fecit, furti non tenetur. Et sanè plerunque credendum est, qui partis dominus est, eum iure potius suo uti, quàm furti consilium inire. Et ideo uidebimus, an Fauia teneatur? Et ratio quidem facit, ne teneatur. Verùm si plagium fecit, uel suppresit: Fauia tenebitur.

IX. *Causa: Si socius rem communem alienauit. Hæc causa approbatur, simul & distinguitur l. 68. in princip. ff. pro socio, his uerbis:* Nemo ex socijs plus parte sua potest alienare, etsi totorum bonorum socij sint. *Huius causæ exceptio hæc est: Nisi suam tantùm partem socius alienauerit. Quæ exceptio ex uerbis iam propositis constat. Cuius replicatio prima hæc est: Nisi conuenerit inter socios, ne res communis diuidatur. tunc enim etiam suam partem alienando, pro socio tenetur. Quæ replicatio approbatur l. 16. §. final. cum lege sequente. ff. d. tt. his uerbis:* Qui paciscitur ne diuidatur, nisi aliqua iusta causa intercedat: nec uendere poterit, nec alia ratione efficere ut diuidatur. Sed sanè potest dici, uenditionem quidē non impediri: sed exceptionem aduersus emptorem locū habere, si antè diuidat. quàm diuideret is q uēdidit. Sed & socius q alienauit, cōmittit cōtra pactionē, & tenetur societa-

societatis, aut communi diuidundo iudicio. *Concordat l.14.§.si inter. ff. communi diuidundo. cuius uerba uide ǰ.lib.proxim.cap.12.quæst. 2.except.9.repl.2.* *Altera replicatio est: Nisi post litem in communi diuidundo iudicio contestatam alienet.* *Quæ replicatio approbatur l.1. in fine. C. communi diuid. cuius uerba uide ǰ.lib.prox.cap.12. quæst.5.reg.1.except.1.*

X. *Causa: Si socius in fundum communem mortuum intulerit. Hæc causa approbatur l.39. ff. pro socio, his uerbis:* Si fundus mihi tecum cõmunis sit, & in eum mortuum intuleris: agam tecum pro socio. *Concordat l. 6. §. si quis in. ibi: Trebatius autem. ff. communi diuidundo. cuius uerba uide ŝ.lib.26.cap.2. de religios. quæst.2. except.2.*

X I. *Causa: Si socius de seruo communi quæstionem habuerit. Hæc causa approbatur l.27. ff. communi diuid. his uerbis:* De communi seruo unus ex socijs quæstionem habere, nisi communis negocij causa, iure non potest.

X I I. *Causa: Si cum societas ad emendum coita esset, per socium stetit, quo minus res sit empta. Hæc causa approbatur l. 52. §. si quis societatem. ff. pro socio. cuius uerba uide ŝ. causa 7. exception. 1. replication.1.*

X I I I. *Causa: Si socius intempestiuè, & dolo malo societati renunciauit. Hæc causa approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt ŝ. cap.prox.quæst.4.causa 10.except.1. cum duab. exceptionib. sequentibus.*

X I I I I. *Causa: Si socius in communem parietem immitti non patiatur. Hæc causa approbatur l.52. §. item Mela. ff. pro socio, his uerbis:* Mela scripsit. Si uicini semipedes inter se contulerint, ut ibi craticium parietem inter se ædificarent ad onera utriusq; sustinenda: deinde ædificato pariete, alter in eum immitti non patiatur: pro socio agendum. Idemq; si aream in commune emerint, ne luminibus suis officeretur, & alteri tradita sit, nec præstet alteri quod cõuenit: pro socio actionem esse.

Exceptiones præcedentium causarum generales.

*Hactenus causæ actionis p socio enumeratæ sunt, quarum aliquot exceptiones supersunt generales hic proponendæ.*

I. *Exceptio: Nisi stipulatio in contrahenda societate interuenit. tunc enim ex stipulatu actio, non pro socio datur. Quæ exceptio approbatur per ea quæ proponuntur ǰ.quæst.7.reg.1.exc.3.*

I I. *Exceptio: Nisi socij tantum, non societatis interfuit. Hæc exceptio approbatur l.65.§.Labeo: ibi: semper enim. ff. pro socio. cuius uerba uide ŝ.cap. prox.quæst.4.causa 10.except.2.*

I I I. *Exceptio: Nisi reus conuentus societati etiam multum profuit, ut compensatione facta nihil interfuit socij. Hæc exceptio reprobatur l. 25. cum lege sequente. ff. pro socio, his uerbis:* Non ob eã rem minus ad periculũ socij pertinet, quod negligentia eius periisset, quòd in plerisq; alijs industria eius societas aucta fuisset. Et hoc ex appellatione Imp. Antoninus pronunciauit. Et ideo si socius quędam negligenter in societate egisset, in plerisq; autem societatẽ auxisset: nõ compensatur compendium cum negligentia, ut Marcellus lib. V. Digestor. scribit. *Concordat l.23.§.idem quærit. ff. eod. tit. cuius uerba uide ŝ.causa 7.except.2.repl.2.*

I I I I. *Exceptio: Nisi post distractam societatem acciderit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt ŝ.cap. prox. quæst.4. præsertim causa 10.*

V. *Exceptio: Nisi semel actum sit. Hæc exceptio approbatur exemplo l.38.§.fin. ff. pro socio, his uerbis:* Si tecum mihi societas sit, & res ex societate communes: quam impensam in eas fecero, quosue fructus ex his rebus perceperis: uel pro socio, uel communi diuidundo me consecuturum: & altera actione alteram tolli, Proculus ait. *Concordat l.41. ff. eod. tit. cuius uerba uide ǰ.repl.2. duplic.1.* *Concordat item l.50. ff. eod. tit. cuius uerba uide ŝ.causa 7.in prin. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi pluris actoris interfit, quàm prima actione est consecutus. Quæ replicatio approbatur exemplo l.47.in princip. ff. pro socio, his uerbis:* Si ex causa furtiua condixero, cessabit pro socio actio: nisi pluris mea intersit. *Concordat l.43. ff. eod. tit. his uerbis:* Si actum sit communi diuidundo, non tollitur actio: quoniam pro socio & nominum rationem habet, & adiudicationem non admittit. Sed si postea pro socio agatur, hoc minus ex ea actione consequitur, quàm ex prima actione consecutus est. *Altera replicatio est: Nisi pœnali actione (puta furti) antea sit actum. Hæc replicatio approbatur l.45. ibi: nec altera. ff. eod. tit. cuius uerba uide ŝ. causa 8. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi ex stipulatu pœna petita sit. Quæ duplicatio approbatur l.41. ff. pro socio, his uerbis:* Si quis à socio pœnam stipulatus sit, pro socio non aget, si tantundem in pœna sit, quantum eius interfuit. *Huius duplicationis triplicatio hæc est: Nisi plus sit in eo quod actoris interest, quàm in pœna promissa. Quæ triplicatio elicitur ex uerbis iam propositis bisce:* Si tantundem in pœna sit, &c. *Concordat l.42. ff. eod. tit. cuius uerba uide ǰ.quæst.5.reg.8.*

V I. *Exceptio: Nisi societas inutilis sit. Hanc exceptionem cum suis speciebus uide ŝ.cap. prox.quæst.3 & 4.*

I I I. Q V I-

## III. QVIBVS ACTIO PROposita, item ius societatis competat?

Alij quàm socio non competit actio proposita, quemadmodum nec societas. Quæ regula cum ipso iure subsistat, recipit suas exceptiones, quarum prima hæc est: Nisi patri socij. Hæc exceptio & ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio prima hæc est: Nisi ex eo quod post emancipationem filij gestum est, agatur. Quæ replicatio approbatur l. 58. § si filiusfamiliâs, in fine. ff. pro socio. cuius uerba uide s. cap. prox. quæst. 4. causa 2. except. 1. Altera replicatio est: Nisi quoad ius societatis. hoc enim patri non competit. Quæ replicatio approbatur l. 65. §. societas ff. d. tt. his uerbis: Societas quemadmodum ad hæredes socij non transit, ita nec ad adrogatorem: ne alioquin inuitus quis socius efficiatur, cui non uelit: Ipse autem adrogatus socius permanet. Nam etsi filiusfamiliâs emancipatus fuerit, permanebit socius. Altera exceptio est: Nisi domino serui socij. Hæc exceptio approbatur l. 58. §. fin. ff. pro socio. cuius uerba uide s. cap. prox. quæst. 4. causa 3. Tertia exceptio est: Nisi hæredi socij. Hæc exceptio approbatur l. 63. §. in hæredem. ff. pro socio. cuius uerba uide J. quæst. proxim. reg. 3. Item concordat l. 65. §. morte. ibi: sed quod ex re. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. cap. prox. quæst. 4. causa 1. in prin. Item concordat l. 3. C. eod. tt. cuius uerba uide s. quæst. 2. causa 2. in prin. Huius exceptionis replicatio hæc est: quòd quamuis pro socio actio hæredi competat ad participandum lucrum & alia, de quibus s. dictum est, præstanda: ius tamen societatis hæredi non competat. Quæ replicatio approbatur l. 65. §. societas. ff. pro socio. cuius uerba uide s. except. 1. repl. 2. Concordant ea quæ proposita sunt s. cap prox. quæst. 4. causa 1. Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi socius pactus sit. ut ius societatis etiam ad hæredem suum transeat. Hæc duplicatio reprobatur l. 35. in prin. ff. d. tt. his uerbis: Nemo potest societatem hæredi suo sic parare, ut ipse hæres socius sit. Concordat l. 59. in prin. ff eod. tt. cuius uerba uide s. d. causa 1. except. 2. Altera duplicatio est: Nisi nouus consensus sociorum hæredem admittentium intercesserit. Hæc duplicatio approbatur l. 37. ff. pro socio, his uerbis: Planè si hi qui socij hæredes extiterunt, animum inierint societatis in ea hæreditate nouo consensu: quod postea gesserunt, efficietur ut in pro socio actionem deducatur. Plura de proposita replicatione eiusq; duplicationib. uide s. cap. proxim. quæst. 4. causa 1. Quarta exceptio est: Nisi socio socij. Hæc exceptio tam quoad ius societatis, quàm quoad actionem pro socio, reprobatur l. 19. cum lege sequente. ff. pro socio. cuius uerba uide s. quæst. proxim. causa 7. except. 2. replicat. 2. Concordat l. 47. §. final. ff. de reg. iuris, his uerbis: Socij mei socius, meus socius non est.

## IIII. ADVERSVS QVOS datur actio proposita?

I. Regula, De patre socij & ipso filio socio. uterque hac actione tenetur. Quæ regula approbatur, simul & quoad patrem, distinguitur l. 58. §. si filiusfamiliâs. ff. pro socio. cuius uerba uide s. cap. prox. quæst. 4. causa 2. except. 1.

II. Regula, De emptore & uenditore serui socij, proponitur d. l. 58. §. fin. cuius uerba uide s. d. quæst. 4. causa 3.

III. Regula, De hæredibus socij. Hi quoq; pro socio actione tenentur. Quæ regula approbatur l. 63. §. in hæredem. ff. pro socio, his uerbis: In hæredem quoque socij pro socio actio competit, quamuis hæres socius non sit. Licet enim socius non sit, attamen emolumenti successor est. Et circa societates uectigalium cæterorumque idem obseruamus, ut licet hæres socius non sit, nisi fuerit adscriptus: ueruntamen etiam omne emolumentum societatis ad eum pertineat. Simili modo & damnum agnoscat, siue quod uiuo adhuc socio uectigalis cõtigit, siue postea. Quod non similiter in uoluntaria societate obseruatur. Concordat l. 40. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. quæst. 2. causa 7. except. 2. repl. 4. Item concordat l. 65. §. morte ff. eod. tt. cuius uerba uide s. cap. proxim. quæst. 4. causa 1. Concordat item l. 35. in fine, cum lege sequente. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. d. repl. 4. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi quoad ius societatis. Quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s. quæst. proxim. except. 3. replic. 1.

IIII. Regula, De eo cuius iussu societas coita est, proponitur l. ult. ff pro socio, his uerbis: Quoties iussu alicuius uel cum filio eius, uel cũ extraneo societas coitur, directò cum illo agi posse, cuius persona in contrahenda societate spectata est, Labeo ait.

V. Regula, De uno ex pluribus socijs. unus ex pluribus socijs non nisi pro ea parte qua socius est, tenetur. Quæ regula ipso quidem iure subsistit, uerùm eius exceptio prima hæc est: Nisi unus solus pecuniam communem habeat. Quæ exceptio approbatur l. 65. §. si communis. ff. pro socio, his uerbis: Si communis pecunia penes aliquẽ sociorum sit, & alicui sociorum quid absit: cum eo solo agendum, penes quem ea pecunia sit: qua deducta, de reliquo quod cuique debeatur, omnes agere possunt. Altera exceptio est: Nisi unus ex socijs soluendo non sit. tunc enim contra alterum datur actio. Quæ exceptio approbatur l. 67. in princip. ff. eod. tt. his uerbis: Si unus ex socijs rem communẽ uẽdiderit consensu sociorũ, preciũ diuidi debet,

ita

ita ut ei caueatur, indemnem enm futurum. Quòd si iam damnum passus est, hoc ei præstabitur. Sed si procium communicatum sit sine cautione, & aliquid præstiterit is qui nendidit: an si non omnes socij soluendo sint, quod à quibusdam seruari nō potest, à cæteris debeat ferre? Sed Proculus putat hoc ad cæterorum onus pertinere, quod ab aliqnibus seruari non potest, rationeq́; id defendi posse: quoniã cum societas contrahitur, tam lncri quàm damni communio ineatur. *Cōcordat l.63. §. si cùm tres. ff. eod. tt. cuius uerba aide s̄. lib.16. cap.12. quæst.5.*

## V. QVID QVANTVM'QVE ueniat in actionem pro socio?

I. Regula: *Tam lucrum quàm damnum regulariter quidem debet esse æquale omnibus.* Q*ue regula approbatur, simul & distinguitur Inst. de societate.§ & quidem si nihil, his uerbis:* Si nihil de partibus lucri & damni nominatim conuenerit, æquales scilicet partes & in lucro & damno spectantur. Quòd si expresse fuerint partes, hæ seruari debent. Nec enim unquam dubium fuit, quin ualeat cōuentio, si duo inter se pacti sint, ut ad unũ quidem duę partes & lucri & damni pertineant, ad alium tertia. *Concordat l.29. in prin. ff. pro socio, his uerbis:* Si non fuerint partes societatis adiectæ, æquas eas esse cōstat. Si uerò placuerit, ut quis duas partes uel tres habeat, alius unam: an ualeat? Et placet ualere, si modò aliquid plns cōtulerit societati uel pecuniæ, uel operæ, uel cuiuscũq; alterius rei. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi aliter conuenerit. tunc enim quisq; pro ea parte tam lucri quàm dãni socius erit, de qua conuenit.* Q*ue exceptio approbatur uerbis Inst. iam propositis hisce:* Quòd si expressæ fuerint partes, hę seruari debẽt, &c. *Cōcordat d.l.29. in prin. uerbis iam propositis hisce:* Si uerò placuerit, ut quis duas partes, &c. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi conuenerit ut unus solus lucrum ferat, alter solus damnum sustineat. Hæc replicatio approbatur d.l.29.§. fin. cuius uerba uide s̄. quæst.2. causa 3. except.11. replic.1. Altera replicatio est: Nisi conuenerit ut unus ex socijs aliam partem in lucro ferat, quàm in damno. Hæc replicatio reprobatur l.30. ff. pro socio, his uerbis:* Mutius libro XIIII. scribit, nō posse societatẽ coiri, ut aliam damni, aliã lucri partem socius ferat. Seruius etiam in notis Mutij ait, non posse ita societatem contrahi. Neque enim lucrum intelligi, non omni damno deducto: neque damnum, nisi omni lucro deducto. Sed potest societas coiri ita, ut eius lucri quod reliquum in societate sit, omni damno deducto, pars alia feratur: & eius dãni quod similiter relinquatur, pars alia capiatur. *Cōcordat Inst. de societate. §. de illa, his uerbis:* De illa sanè conuentione quæsitum est, Si Titius & Seius inter se pacti sint, ut ad Titium lucri duæ partes pertineant, damnĩ tertia: ad Seium duæ partes damni, lucri tertia: an rata debeat haberi conuentio? Quintus Mutius contra naturam societatis talem pactionem esse existimauit, & ob id non esse ratam habendam. Seruius Sulpitius (cuius sententia præualuit) contrà sensit: quia sæpe quorundam ita preciosa est opera in societate, ut eos iustum sit conditione meliore in societatem admitti. Nam & ita, &c. *Reliqua uide s̄ cap. prox. quæst.3. except.7. Propositæ replicationis reprobatæ exemplum est l.29. §. ita coiri ff. pro socio. cuius uerba tum concordantib. uide s̄. quæst.2. causa 3. except.11. Tertia replicatio est: Nisi cùm partes societatis in arbitrium alicuius essent collatæ, is aliter ac uir bonus fuerit arbitratus. Hæc replicatio approbatur l.6. ff. pro socio, his uerbis:* Si societatem coieris ea conditione, ut partes societatis constitueres: ad boni uiri arbitriũ ea res redigenda est. Et conueniens est uiri boni arbitrio, ut non utique ex æquis partibus socij simus. Veluti si alter plus operæ & industriæ, alter plus pecuniæ in societatẽ collocaturus sit. *Concordat l.76. cum quatuor legib. sequentib. ff. pro socio. cuius uerba uide s̄. lib.9. cap.4. quæst.1. causa 7. except.2. Altera exceptio est: Nisi in lucro inæqualis pars alteri sociorum sit constituta. eadem enim pars in dãno quoq; constituta censetur. & contrà.* Q*ue exceptio approbatur Inst. de societate. §. illud expeditum est, his uerbis:* Illud expeditum est, si in una causa pars fuerit expressa, ueluti in solo lucro, uel in solo dãno, in altera uerò omissa: in eo quoque quod prætermissum est, eandem partem seruari. *Hæc de prima regula.*

II. Regula: *Si omnium bonorum societas inita sit, quæ communicãda ueniant, definitur per ea quæ proposita sunt s̄. quæst.2. causa 2.*

III. Regula, *De eo quod actoris interest, proponitur l.52 §. idem respondit, socius. ff. pro socio. cuius uerba uide s̄. quæst.2. causa 1. exc.12. Concordat l.65. §. item si societatem. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. cap. prox. quæst.4. causa 10. except.1.*

IIII Regula, *De usuris. Hæ in actione proposita regulariter quidem non ueniunt.* Q*ue regula approbatur per ea quæ proposita sunt s̄. lib.36. cap.9. quæst.1. in prin. uerùm eius exceptio prima hæc est: Nisi pecuniam quam in rem communem impendit, repetat.* Q*ue exceptio approbatur l.67. §. penult. ff. pro socio, his uerbis:* Si quid unus ex socijs necessariò de suo impenderit in cõmune negocium, iudicio societatis seruabit &c

bit & usuras, si fortè mutuatus sub usuris dedit. Sed etsi suam pecuniam dedit, non sine causa dicetur, quòd usuras quoque percipere debeat: quas posset habere, si alij mutuum dedisset. *Concordat l. 52. §. idem respondit, socius. ff. eod. tit. cuius uerba uide s̄. quæst. 2. causa 3. except. 12.* *Altera exceptio est: Nisi pecuniam communem socius fœnerauerit. Quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur d. l. 67. §. si unus. cuius uerba uide s̄. quæst. 2. causa 2. except. 9.* *Tertia exceptio est: Nisi socius reus communes pecunias in arca abstulerit, uel in suos usus conuerterit. Quæ exceptio approbatur l. 1. §. 1. ff. de usuris. cuius uerba uide s̄. lib. 36. cap. 9. quæst. 1. causa 12.* *Quarta exceptio est: Nisi socius reus in eo quod debet, soluendo moram fecit. Quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 60. in prin. ff. pro socio, his uerbis:* Socium qui in eo quod ex societate lucri faceret, reddendo moram adhibuit, cùm ea pecunia ipse usus sit: usuras quoque præstare debere, Labeo ait: sed non quasi usuras, sed quòd socij interfit moram eum non adhibuisse. Sed si aut usus ea pecunia non sit, aut morā non fecerit: contrà esse. Item post mortem socij nullam talem æstimationem ex facto hæredis faciendam, quia morte socij dirimitur societas.

V. Regula, *De fructibus communicandis, proponitur l. 38. §. ex causa. ff. de usuris. cuius uerba uide s̄. lib. 16. cap. 10. quæst. 1. except. 1. repl. 10. Concordat l. 38. §. fin. ff. pro socio. cuius uerba uide s̄. quæst. 2. except. gener. 5.*

V I. Regula, *De cautionibus interponēdis, proponitur l. 18. in prin. ff. pro socio, his uerbis:* Pro socio arbiter prospicere debet cautionibus in futurum damno uel lucro pendenti ex ea societate, quod Sabinus in omnibus bonæ fidei iudicijs existimauit: siue generalia sunt, ueluti pro socio, negociorum gestorum, tutelæ: siue specialia, ueluti mandati, commodati, depositi. *Concordant ea quæ proposita sunt s̄. quæst. 2. causa 5.*

V I I. Regula, *De eo quod reus facere potest. Socius in id quod facere potest, tenetur. Quæ regula approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s̄. lib. 36. cap. 11. causa 7.*

V I I I. Regula: *Si actor antea alia actione agens quid consecutus est, hac actione eo minus consequitur. Quæ regula approbatur l. 41. ff. pro socio, his uerbis:* Si quis à socio pœnam stipulatus sit, & ex stipulatu eam consecutus sit: postea pro socio agendo hoc minus accipiet, pœna ei in sortem imputata. *Concordat l. 43. in fine. ff. eod. tit. cuius uerba uide s̄. quæst. 2. except. gener. 5. repl. 1. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi pœnali actione, puta furti, antea sit actum. Quæ exceptio approbatur l. 45. ibi: nec altera. ff. eod. tit. cuius uerba uide s̄. quæst. 2. causa 8.*

I X. Regula: *Si plures sint societates inter eosdem coitæ, ad omnes sufficit unum iudicium. Quæ regula approbatur l. 52. §. si plures ff. pro socio, his uerbis:* Si plures sint inter eosdem societates, ad omnes societates sufficere hoc unum iudicium constat.

## VI. QVANDO COMPETIT actio pro socio?

I. Regula: *Interdū etiam manente societate pro socio actio competit. Quæ regula approbatur l. 65. §. nonnunquam. ff. pro socio. cuius uerba uide s̄. cap. prox. quæst. 4. causa 14.*

I I. Regula: *Si socius nomine socij sui sit obligatus, etiam antequā eo nomine secum agatur, cum socio agere potest. Quæ regula approbatur l. 22. ibi: item certum. ff. pro socio. cuius uerba uide s̄. quæst. 8. causa 7. except. 2. repl. 2.*

## VII. ADFINIA REMEdia.

I. Regula: *Ex causis suprà propositis non nisi pro socio actio competit. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi res sine societate communis sit. tunc enim familiæ erciscundæ uel communi diuidundo actio est, non pro socio. Quæ exceptio approbatur l. 31. cum trib. legib. sequentib. ff. pro socio. cuius uerba uide s̄. cap. proxim. quæst. 1. causa 1.* *Altera exceptio est. Nisi ex eo quod post distractam societatem in re communi gestum est, agatur. tunc enim non pro socio, sed communi diuidundo actio est. Quæ exceptio approbatur l. 65. §. si post distractam. ff. pro socio. cuius uerba uide s̄. quæst. 2. causa 8. except. 9.* *Tertia exceptio est: Nisi stipulatio interuenit. hoc enim casu ex stipulatu, non pro socio actio est. Quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 71. in prin. ff. pro socio, his uerbis:* Duo societatem coierunt, ut Grammaticam docerēt: & quod ex eo artificio quæstus fecissent, commune eorum esset. De ea re quæ uoluerunt fieri, in pacto conuento societatis perscripserūt. Deinde inter se his uerbis stipulati sunt, Hæc quæ suprà scripta sunt, ea ita dari fieri, neque aduersus ea fieri: Si ea ita data facta non erunt, tunc decem dari? Quæsitum, an si quid contrà factum esset, societatis actione agi posset? Paulus respondit: Siquidem pacto conuento inter eos societate facta, ita stipulati essent, Hæc ita dari fieri spondes? futurum fuisse, ut si nouationis causa id fecissent, pro socio agi nō posset, sed tota res in stipulationem translata uideretur. Sed quoniam non ita essent stipulati, Et ita dari fieri spondes? Sed, Si ea ita data, facta non essent, decem dari? non uideri sibi rem in stipulationem peruenisse, sed duntaxat pœnam. Non enim utriusq; rei promissorem obligari, ut ea daret, faceret: & si non fe-

cisset, pœnam sufferret. Et ideo societatis iudicio agi posse. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi non nouandi animo stipulatio interuenerit. Quæ replicatio elicitur ex uerbis iam propositis hisce:* Si nouationis causa id fecissent. *De qua re uide plura s̄. lib. 18. cap. 10. reg. 6. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi nihil amplius sit in eo quod actoris interest, quàm in pœna promissa. Quæ duplicatio approbatur l. 41. ff. pro socio. cuius uerba uide s̄. quæst. 2. except. general. 5. repl. 2. dupl. 1. Quarta exceptio est: Nisi non contrahendæ societatis animo quid sit gestum, tunc enim non pro socio, sed præscriptis uerbis actio competit. Quæ exceptio approbatur exemplo l. 44. ff. pro socio. cuius uerba uide s̄. cap. proxim. quæst. 3. causa 4. Quinta exceptio est: Nisi ex eo quòd socius rem communem amouerit, uel celandi animo contrectauerit, agatur. hoc enim casu etiam furti actio est. Quæ exceptio approbatur l. 45. ff. pro socio. cuius uerba uide s̄. quæst. 2. causa 8. Sexta exceptio est: Nisi ex eo quòd socius damnum in re communi dederit, agatur. hoc enim casu etiam legis Aquiliæ actio est. Quæ exceptio approbatur l. 47. cum legib. sequentib. ff. pro socio. quarum uerba uide s̄. quæst. 2. causa 7. Septima exceptio est: Nisi cùm societas ad emendum coita esset, ita ut unus reliquis epulas nundinarias præstaret: hic non præstitit. hoc enim casu etiam ex uendito actio est. Quæ exceptio approbatur l. 69. ff. pro socio. cuius uerba uide s̄. quæst. 2. causa 6. in princip. Octaua exceptio est: Nisi cùm res communis uel precium eius uenditæ partim penes socium, partim penes extraneum esset, hæres alterius socij partem rei communis uel precij petat. hoc enim casu aduersus extraneum petitio hæreditatis competit, non aduersus socium actio pro socio. Quæ exceptio approbatur l. 62. ff. d. tt. cuius uerba uide s̄. lib. 31. cap. 2. reg. 3.*

II. *Regula: Ex quibus causis pro socio actio est, ex ijsdem etiam communi diuidundo agi potest. Quæ regula approbatur l. 18. §. fin. ff. pro socio. cuius uerba uide s̄. quæst. 2. except. general. 5. in princip. Concordant ea quæ proposita sunt s̄. regul. prox. except. 1.*

III. *Regula: Si intra quatuor menses socio non soluantur impensæ in rem communem factæ, dominium totius rei illi adquiritur. Quæ regula approbatur l. 4. C. de ædificijs priuatis, hisce uerbis:* Si (ut proponis) socius ædificij ad refectionem eius sumptus conferre detrectat, non necessariò extra ordinem tibi subueniri desideras. Etenim si solus ædificaueris, nec intra quatuor mensiũ tempora cum centesimis numus pro portione socij erogatus restitutus fuerit: uel quo minus id fieret, per socium stetisse constiterit: ius dominij pro solido uindicare uel obtinere, iuxta placitum antiquitùs, poteris. *Cõcordat l. 52. §. idem respondit, socius. ff. pro socio. cuius uerba uide s̄. quæst. 2. causa 3. exceptione 12.*

## *DE MANDATO.*
### *Cap. XII.*

*Superest quarta & ultima species cõtractus, qui solo consensu fit, mandatum scilicet: de quo rũ suis actionib. nunc agetur.*

I. *Mandatum originem ex officio atq; amicitia trahit. Quæ regula approbatur l. 1. §. final. ff. mandati. cuius uerba uide J. cap. proxim. quæstion. 7. exception. 5.*

II. *Diuisio mandati à fine sumpta, proponitur & declaratur Inst. de mandato, in prin. usq; ad §. illud, his uerbis:* Mandatum contrahitur quinque modis, siue sua tantùm gratia aliquis tibi mandet, siue sua & tua, siue aliena tantùm: siue sua & aliena, siue tua & aliena. At si tua tantùm gratia mandatum sit, superuacuum est mandatum, & ob id nulla ex ea obligatio, nec mandati inter nos actio nascitur. Mandantis tantùm gratia interuenit mandatum: ueluti si quis tibi mãdet ut negocia eius gereres, uel ut fundum ei emeres, uel ut pro eo sponderes. Tua gratia & mandãtis, ueluti si mandet tibi ut pecuniã sub usuris crederes ei qui in rem ipsius mutuaretur: aut si uolente te agere cum eo ex fideiussoria causa, mandet tibi ut cum reo agas, periculo mandantis: uel ut ipsius periculo stipuleris ab eo quem tibi delegat in id quod tibi debuerit. Aliena autem tantùm causa interuenit mandatum, ueluti si tibi aliquis mãdet, ut Titij negocia gereres, uel ut Titio fundum emeres, uel ut pro Titio sponderes. Sua & aliena, ueluti si de communibus sui & Titij negocijs gerendis tibi mãdet, uel ut sibi & Titio fundum emeres, uel ut pro eo & Titio sponderes. Tua & aliena, ueluti si tibi mandet, ut Titio sub usuris crederes: quia si sine usuris pecuniam crederes, aliena tantùm gratia intercedit mandatum. Tua tantùm gratia interuenit mandatum, ueluti si tibi mandet ut pecunias tuas in emptiones potius prædiorum colloces, quàm fœneres: uel ex diuerso, ut pecunias tuas fœneres potius quàm in emptiones prædiorum colloces. Cuius generis mandatum magis consilium quàm mandatum est, & ob id non est obligatorium: quia nemo ex consilio mandati obligatur, etiamsi nõ expediat ei cui mandabatur: cùm liberum cuique sit apud se explorare, an sibi expediat cõsilium. Itaq; si otiosam pecuniam domi te habenté hortatus fuerit aliquis, ut rem aliquam emeres, uel eam crederes: quamuis non expediat eam tibi emisse uel credidisse:

didiſſe: non temen tibi mandeti tenetur. Et hæc adeò ita ſunt, ut quæſitum ſit, an mendati teneatur, qui mendauit tibi, nt pecuniem Titio fœuerares? Sed obtinuit Sabini ſententia, obligetorium eſſe in hoc caſu mandatum: quis non alitet Titio crediſſes, quèm ſi tibi mandetũ eſſet. *Concordat l.2. ff. mandati, his uerbis:* Mandatum inter nos cõtrahitur, ſiue mee tantùm gratia tibi mandem, ſiue aliene tantùm: ſiue mee & aliena, ſiue mee & tua, ſiue tua & aliena. Quòd ſi tue tantùm gratia tibi mãdem, ſuperuacuum eſt mandetum, & ob id nulla ex ee obligatio naſcitur. Mee tantùm gratie interuenit mandatum, ueluti ſi tibi mandem, ut negocia mea geras, uel ut fundum mihi emas, uel ut pro me fideiubeas. Aliene tantùm, ueluti ſi tibi mandem, ut Titij negocia geras, uel nt fundũ ei emee: uel ut pro eo fideiubeas. Mea & aliena, ueluti ſi tibi mandem, ut mee & Titij negocia geras, uel ut mihi & Titio fundum emas, uel ut pro me & Titio fideiubeas. Tua & mea, ueluti ſi tibi mandem ut ſub uſuris credas ei qui in rem meam mutuetur. Tue & aliena, ueluti ſi mandem ut Titio ſub uſuris credas. Quòd ſi, ut ſine uſuris credas: aliena tantùm gratie interuenit mandatum. Tua autem gratia interuenit mandatum, ueluti ſi mandem tibi ut pecunias tues potius in emptiones prædiorum colloces, quàm fœneres: uel ex diuerſo, ut fœneree potius, quàm in emptiones prædiorum colloces. Cuius generie mandatum magis eſt conſiliũ, quàm mandatum: & ob id non eſt obligatoriũ. Quia nemo ex conſilio obligetur, etiemſi non expediet cui detur: quia liberum eſt cuiq; apud ſe explorare, an expediat ſibi cõſiliũ.

## III. DE EXCEPTIONIBVS aduerſus mandatum.

*Regulariter quidem mandatum præſumitur eſſe obligatorium, & ex eo mandati actio naſci. Verùm eius regulæ exceptiones hæ ſunt.*

I. Exceptio: *Niſi mandatarij tantùm gratia ſit mandatum. Hec exceptio approbatur uerbis Inſt. de mandato. §.1. ſ. quæſt. prox. propoſitis hiſce:* Si tue tantùm gratia mandetum ſit, ſuperuacuum eſt mandatum, & ob id nulla ex eo obligatio, nec mandati inter uos actio naſcitur. *Concordat Inſt. eod. tit. §. tua tantùm gratia. item l.2. in prin. ibi: quòd ſi tua. & §. fin. quorum uerba uide ſ. quæſt. prox. Concordat item l.47. in prin. ff. de reg. iuris, hiſce uerbis:* Conſilij nõ fraudulenti nulla obligatio eſt. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi conſilium fuerit fraudulentum. Quæ replicatio elicitur ex uerbis iam propoſitis hiſce:* Non fraudulenti, &c. *Concordat d.l.47. his uerbis:* Cæterùm ſi dolus & calliditas interceſsit, de dolo actio competit. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi factum non fuerit ſecutum. Quæ duplicatio approbatur l.53. in fine. ff. de uerb. ſignif. cuius uerba uide J. lib. 50. cap. 4. in uerb. Coniunctio. Altera replicatio eſt: Niſi mandatarius non erat facturus, niſi ei fuiſſet mandatum. Hæc replicatio approbatur l.6. §. planè ſi tibi. ff. mandati, his uerbis:* Planè ſi tibi mandeuero, quod tua intererat: nulla erit mandati actio, niſi mea quoque interfuerit. At ſi nõ eſſes facturus, niſi ego mandeſſem: etſi mea non interfuit, tamen erit mandati actio. *Concordat l.32. ff. eod. tit. his uerbis:* Si hæreditatem aliter aditurus non eſſem, quàm cautum mihi fuiſſet dãnum præſteri, & hoc mandetum interceſſiſſet: fore mandati actionem exiſtimo. Si quis autem mandauerit alicui, ne legatũ à ſe repellat: longè ei diſsimile eſſe. Nam legatum adquiſitum nũquam illi damno eſſe potuit, hæreditas interdum damnoſa eſt. Et in ſumma, quicunq; contractus tales ſunt, ut eorum nomine fideiuſſor obligari poſsit: & mandati obligationem conſiſtere puto. Neq; multum referre, præſens quis interrogatus fideiubeat, an abſens mãdet. Præterea uulgò licet animaduertere, mandato creditorum hæredi ſuſpectas hæreditates adire: quod, &c. *Concordat Inſt. de mandato. §. tua tantùm, in fine. cuius uerba uide ſ. quæſt. prox. Tertia replicatio eſt: Niſi aliquid etiam interſit mandantis, uel alterius. Hæc replicatio approbatur l.22. §. interdum. ff. mãdati, his uerbis:* Interdum euenit ut meum negocium geram, & tamen utilem habeã mandati actionem: ueluti cùm debitor meus periculo ſuo debitorem ſuum mihi delegat, aut cum rogatu fideiuſſoris cum reo experior. Nam quamuis debitũ meum perſequar, nihilominus & illius negociũ gero. Igitur quod minus ſeruauero, conſequar mandati actione. *Concordat l.45. §. fin. ff. eod. tit. his uerbis:* Quòd mihi debebas, à debitore tuo ſtipulatus ſum periculo tuo: poſſe me agere tecum mãdati in id quod minus ab illo ſeruare potero, Neruia & Atilicinus aiunt: quamuis id mandatum ad meam rem pertineat. Et meritò. tũc enim liberetur is qui debitorẽ delegat, ſi nomẽ eius creditor ſecutus nõ cum periculo debitoris ab eo ſtipulatur. Idẽ iuris eſt, ſi mãdatu fideiuſſoris cum reo egiſſem: quia ſequẽte mãdatu libereretur ex priore cauſa. *Quarta replicatio eſt: Niſi mãdans ſuo periculo fieri mandauerit. Hæc replicatio reprobatur l.48. §. fin. ff. mandati, his uerbis:* Cùm mãdauero tibi ut credendo pecuniã negociũ mihi geras, mihiq; id nomẽ præſtes, & ut periculũ & emolumentũ meũ ſit: puto mãdatũ poſſe

consistere. Cæterùm si, ut tibi negocium geras, tuiq; arbitrij sit nomẽ: id est, ut cuiuis credas, & tu recipias usuras, periculũq; dũtaxat ad me ptineat: iam extra mãdati formam est, quemadmodum, &c.

I I. Exceptio: *Nisi mandantis nihil intersit. Hæc exceptio approbatur l. 8. §. mandati. ff. mandati, his uerbis:* Mandati actio tunc competit, cùm cœperit interesse eius qui mandauit. Cæterùm si nihil interest, cessat mãdati actio: & eatenus competit, quatenus interest: utputa mandaui tibi ut fundũ emeres. Si interesat mea emi, teneberis. Cæterùm si eundem hunc fundum ego ipse emi, uel alius mihi, neq; interest aliquid: cessat mãdati actio. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi mandatarius mandatum impleuit. Hæc replicatio approbatur l. 6. §. si tibi mãdauero. ff. eod. tt. his uerbis:* Si tibi mandauero quod mea non interesat, ueluti ut pro Seio interuenias, uel ut Titio credas: erit mihi tecum actio mãdati, ut Celsus lib. VIII. Digestor. scribit: & ego tibi sum obligatus. *Altera replicatio uidetur: Nisi mandatarij intersit. Sed hæc replicatio reprobatur d. l. 6. §. planè si tibi. cuius uerba uide s. exe. prox. repl. 1. Tertia replicatio est: Nisi quis alterius negocia mandauerit gerenda, cui mandans uel mandati, uel negociorum gestorum, uel alia simili actione, si negocium gestum non fuisset, obligatus erat futurus. Hæc replicatio approbatur l. 27. ff. de negocijs gestis, hisce uerbis:* Si quis mandatu Titij negocia Seij gesserit, Titio mandati tenetur, lisq; æstimari debet, quanti Seij & Titij interest. Titij autem interest, quantum is Seo præstare debet, cui uel mandati uel negociorum gestorum nomine obligatus est. Titio autẽ actio competit cum eo cui mandauit aliena negocia gerẽda, & antequã ipse quidquã domino præstet: quia id ei abesse uidetur, in quo obligatus est. *Concordat l. 8. §. si quis mandauerit. ff. mandati. cuius uerba uide s. lib. 5. cap. 6. quæst. 4. except. 6. repl. 2. dupl. 1. Aliud exemplum propositæ replicationis proponitur d. l. 8. §. si tutores. cuius uerba uide j. cap. proxim. quæst. ultim. except 10.*

I I I. Exceptio: *Nisi id quod mandatum est, in aliam contractus speciem cadat. Hæc exceptio approbatur exẽplo l. 10 §. si quis Titio. ff. mandati, his uerbis:* Si quis Titio mandauit, ut ab actoribus suis mutuam pecuniã acciperet: mandati eum nõ acturũ, Papinianus libro tertio Responsorũ scribit: quia de mutua pecunia eum habet obligatũ. Et ideo usuras eum petere nõ posse quasi ex causa mandati, si in stipulationem deductæ nõ sunt. *Aliud exemplum proponitur l. 6. §. apud Iulianum. ff. eod. tt. his uerbis:* Apud Iulianum lib. XIII. Digestor. quæritur, si dominus iusserit procuratorem suũ certam pecuniã sumere, & fœnerare periculo suo, ita ut certas usuras domino penderet: si pluris fœnerare potuisset, ipse lucraturus: in creditũ pecuniã uidetur (inquit) accepisse. Planè si omniũ negociorũ erat ei administratio mãdata: mãdati quoq; eum teneri, quemadmodũ solet mãdati teneri, qui creditoris sui negocia gessit. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi generali procuratori quid sit mandatum, quod in aliam contractus speciem cadit. Hæc replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Planè si omnium negociorum, &c.

I I I I. Exceptio: *Nisi turpe sit mandatũ, & cõtra bonos mores. Hæc exceptio approbatur Inst. de mãdato. §. illud quoq;, his uerbis:* Illud mãdatũ nõ est obligatoriũ, qđ cõtra bonos mores est: ueluti si Titius de furto, aut de dãno faciendo, aut de iniuria faciẽda mãdet tibi. Licet enim pœnã istius facti nomine præstiteris, nõ tamen ullã habes aduersus Titium actionẽ. *Concordat l. 6. §. rei turpis. ff. mandati, his uerbis:* Rei turpis mandatũ nullum est. Et ideo hac actione non agetur. *Concordat item l. 22. §. qui ædem. ff. eod. tt. his uerbis:* Qui ædem sacram spoliandam, hominem uulnerandũ occidendumue mandatu suscipit: nihil mandati iudicio consequi potest, propter turpitudinem mandati. *Concordat item l. 35. §. ueneni. ff. de contrah. empt. cuius uerba uide suprà lib. 41. cap. 3. except. 20.*

V. Exceptio: *Nisi adolescens luxuriosus mandauerit, ut pro meretrice fideiubeat, uel meretrici credat. Hæc exceptio approbatur l. 12. §. si adolescens. ff. mandati, his uerbis:* Si adolescens luxuriosus mandet tibi, ut pro meretrice fideiubeas, idq; tu sciens mandatum susceperis, non habebis mandati actionẽ: quia simile est quasi perdituro pecuniã sciens credideris. Sed etsi alterius directò mandauerit tibi, ut meretrici pecuniã credas: non obligabitur mandati, quasi aduersus bonam fidem mandatum sit.

V I. Exceptio: *Nisi quis rem suam emendam mãdauerit. Hæc exceptio approbatur l. unica, in prin. ibi: quoniã qui mãdat. C. si seruus extero. cuius uerba uide s. lib. prox. cap. 9. quæst. 1. causa 2. exc. 2. repl. 2. uerùm eius replicatio prima hæc est: Nisi debitor res suas quæ à creditore ueneunt, emi mãdauerit. Quæ replicatio approbatur l. 22. §. si hi quorum. ff. mandati, his uerbis:* Si hi quorum res ueneunt, quas pignori dederunt, supposuerint emptores, & eis emendas res mandent: mandatum intelligitur, licet (quãtum ad meã rationem) mandatum non cõsistat. Nam cum rem tuam emas, nulla emptio est in tua persona rei tuæ. *Altera replicatio est: Nisi is cuius bona publicata sunt, ea à fisco emi mãdauerit.*

*uerit. Hæc replicatio approbatur d.l.22. §.is cuius bona, his uerbis:* Is cuius bona publicata sunt, mādare alicui potest, ut ea emat: et si emerit, utilis erit mandati actio, si non præstet fidem. Quod ideo receptum est, quia publicatis bonis, quidquid postea adquiritur, non sequitur fiscum.

V I I. Exceptio: *Nisi seruus se emendū mandauerit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.54. ff. mandati, his uerbis:* Cùm seruus extero se mandat emendū, nullum mandatum est. Sed si in hoc mandatū intercessit, ut seruus manumitteretur, nec manumiserit, & preciū cōsequatur dominus ut uenditor: ex affectus ratione mādati agetur. Finge filium naturalē uel fratrem esse. Placuit enim prudentioribus, affectus rationem in bonæ fidei iudicijs habendā. Quòd si de suis numis emptor preciū dederit (neq; enim aliter iudicio uēditi liberari potest) quæri solet, an utiliter de peculio agere posit? Et uerius & utilius uidetur, prætorē de huiusmodi cōtractibus seruorum non cogitasse, quibus se ipsi ratione mala dominis auferunt. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi seruus se emendū mādauit, ut manumittatur. Hæc replicatio approbatur uerbis iam ꝑpositis hisce:* Sed si in hoc mandatum intercessit, ut seruus manumitteretur, nec manumiserit, & preciū consequatur dominus ut uēditor: ex affectus ratione mandati agetur. *Concordat l. unica. C. si seruus extero se emi. cuius uerba uide s̄. lib. proxim. cap.9. quæst.1. causa 2. except.1. repl.2. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi quoad mandatarium. Huic enim mandatum inutile est ad actionem mandati contrariam producendam. Quæ duplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Quòd si de suis numis emptor precium dederit, &c. *Concordat l.19. ff. eod. tit. mandati, his uerbis:* Seruus meus si de semetipso emēdo mādauit, ut redimatur: Pomponius elegāter tractat, an is qui seruum redemit, ultrò cō uenire posit uenditorem, ut seruum recipiat: quoniam mandati actio ultrò citroq; est? Sed esse iniquissimū Pomponius ait, ex facto serui mei cogi me seruū recipere, quem in perpetuum alienare uolueram: nec magis in hunc casum debere mandati teneri, quàm ut eum tibi uenderem. *Huius duplicationis triplicatio hæc est: Nisi liber homo qui ab alio bona fide possidetur, emendum se mandauerit. Quæ triplicatio approbatur d.l.54. §. fin. his uerbis:* Si liber homo bona fide seruiens redimi se mandauerit, idq; numis emptoris factum sit: contraria mandati actione agi posse constat, ut tamen actiones præstentur, quas habet emptor aduersus uenditorem. Finge non manumisisse liberam personam emptorem.

V I I I. Exceptio: *Nisi dominus seruo mandauerit. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s̄. lib.36. cap.3. except.6. in prin. Cuius replicatio hæc est: Nisi reuera seruus non sit, sed pro seruo liber homo bona fide possessus. Quæ replicatio approbatur l.13. §. si libero. ff. cōmodati. cuius uerba uide s̄. lib.39. cap.4. quæst.2. except.4. Concordat l.18. §. si libero. ff. de negocijs gestis. cuius uerba uide j. cap. proxim. quæst.7. except.1. Concordant item ea quæ proposita sunt s̄. d. exception. 6. replication.9.*

I X. Exceptio: *Nisi seruus fugitiuus mandauerit. Hæc exceptio reprobatur l.22. §. fugitiuus. ff. mandati. cuius uerba uide s̄. lib. proxim. cap.1. quæst.6. exception.10.*

X. Exceptio: *Nisi absens absenti mandauerit, uel solo consensu. Hæc exceptio reprobatur l.1. in prin. ff. mandati, his uerbis:* Obligatio mandati consensu contrahentium consistit. Ideo per nuncium quoque, uel per epistolam mandatum suscipi potest. *Concordat l.32. in fine. ff. eod. tit. cuius uerba uide s̄. except.1. repl.2.*

X I. Exceptio: *Nisi sub conditione uel in diem sit mandatum. Hæc exceptio reprobatur Inst. de mandato. §. mandatum &, his uerbis:* Mandatum & in diem differri, & sub conditione fieri potest. *Concordat l.1. §. item mandatum. ff. mādati, ijsdem uerbis: nisi quòd pro Fieri, ponatur Contrahi.*

X I I. Exceptio: *Nisi post mortem suam aliquid fieri mandauerit. Hæc exceptio reprobatur per ea quæ proponuntur j. except.18. repl.1.*

X I I I. Exceptio, *sumpta ex uerbis mandati, reprobatur l.1. §.1. ff. mandati, his uerbis:* Siue Rogo, siue Volo, siue Mando, siue aliud quodcunq; uerbū scripserit: mandati actio est.

X I I I I. Exceptio: *Nisi commendandi magis, quàm mandandi animo factum sit. Hæc exceptio approbatur l.12. §. cùm quidā. ff. d. tit. his uerbis:* Cùm quidam talem epistolam scripsisset amico suo, Rogo te commendatum habeas Sextilium Crescentem amicum meum: non obligabitur mandati is quis commendandi magis hominis, quàm mandandi causa scripta est.

X V. Exceptio: *Nisi mandatum non sit gratuitum. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proponuntur j. cap. prox. quæst. ultim. except.5. Hactenus exceptiones desumptæ ex ijs quæ mandato insunt: nunc eæ quæ sumuntur ex consequentibus mandatum, sunt enumerandæ.*

X V I. Exceptio: *Nisi is cui mandatum est, mādatum non susceperit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur Inst. de mandato. §. mandatum, his uerbis:* Mandatum non suscipere cuilibet liberum est: susceptum autem consummandum est, aut quamprimùm renunciandum, ut per semetipsum aut per

alium eandem rem mandatot exequatur. Nam nisi ita tenuncietur, ut integra causa mandatori reseruetur eandem rem explicandi, nihilominus mandati actio locum habet: nisi iusta causa intercesserit, aut nō renunciandi, aut intempestiuè renunciandi. *Concordat l. 22. §. sicut. ff. mandati. cuius uerba uide J. cap. prox. quæst. 1. causa 2. in prin.* *Huius exceptionis replicatio est: Nisi is cui mandatum est, non statim re integra renunciauit. Hæc replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Aut quàm primum tenunciandum, &c. *De qua replicatione cum alijs similibus, uide J. d. causa 2 et 3.*

XVII. Exceptio: *Nisi mandator uoluntatem mutauit, & mandatum reuocauit. Hæc exceptio approbatur Inst de mandato. §. rectè quoque, his uerbis:* Rectè quoq; mandatum, si dum adhuc integra res sit, reuocatum fuerit: euanescit. *Concordat l. 12. §. si mandauero. ff. mandati, his uerbis:* Si mandaueto exigeodam pecuniam, deinde uoluntatem mutaoero: an sit mandati actio uel mihi uel hæredi meo? Et ait Marcellus, cessare mandati actionem: quia extinctum est mandatum, finita uoluntate. Quòd si mandaueris exigendam, deinde prohibuisti, exactamque recepisti: debitot liberabitut. *Concordat item l. 27. §. 1. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. lib. 19. cap. 8. except. 1. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi non re integra mandator mandatum reuocauerit. Quæ replicatio approbatur uerbis Inst. s̄. propositis hisce:* Si dum adhuc integra res sit, &c. *Cuius exemplum proponitur l. 15. ff. mandati, his uerbis:* Si maodassem tibi ut fundū emetes, postea scripsissem ne emeres: tu, antequam scites me uetuisse, emisses, mandati tibi obligatus ero, ne damno adficiatut is qui mandatum suscepit. *Altera replicatio est: Nisi cùm quis mandatu alicuius stipulatus esset, mandator stipulatori postea solui probibuerit. Hæc replicatio approbatur l. ultim. ff. de solut. cuius uerba uide J. lib. 48. cap. 8. replicat. 1. duplicat. 7.*

XVIII. Exceptio: *Nisi mandator re integra mortuus sit. Hæc exceptio approbatur Inst. de mandato. §. item si adhuc, his uerbis:* Si adhuc integro mandato mots altetutrius interuenias, id est, uel eius qui maodauerit, uel illius qui mandatum susceperit: soluitut mandatum. *Concordat l. 26. in prin. ff. mandati. cuius uerba uide J. repl. 2.* *Item concordat l. 15. C. eod. tt. his uerbis:* Mandatum te integra domini motte finitur. *Huius exemplum proponitur l. 8. C. de obligat. & actionib. cuius uerba uide s̄. lib. 31. cap. 2. except. 33. repl. 44. Aliud exemplum proponitur l. ultim. in fine. ff. de solution. cuius uerba uide d. dupl. 7. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi post impletum mandatum mandator decesserit. Hæc replicatio elicitur ex uerbis Inst. iam propositis hisce:* Si adhuc integro mandato. *Item uerbis d. l. 15. hisce:* Re integra. *Altera replicatio est: Nisi mandatarius ignorans mandatorem decessisse, mandatum impleuit. Hæc replicatio approbatur Inst. d. §. item si adhuc, his uerbis:* Vtilitatis causa receptum est, si eo mortuo qui tibi mandauetat, tu ignotans eum decessisse executus fueris mandatum: posse te agere mandari actione. Alioqui iusta & probabilis ignotantia tibi damnum adferret. Et huic simile est, quod placuit, si debitores manumisso dispensatore Titij pet ignorantiam libero soluerint: libetari eos. Cùm alioqui stricta iuris ratione non possent liberari: quia alij soluissent, quàm cui soluete debuerint. *Concordat l. 26. in princip. ff. mandati, his uerbis:* Intet causas omittendi mandati etiam mots maodatotis est. Nam mandatum soluitut motte. Si tamen pet ignorantiam impletum est, competete actionem utilitatis causa dicitur. Iuliaous quoque scripsit, mandatoris morte solui mandatum: sed obligationem aliquando durate. *Concordat item l. 58. in princip. ff. eod. tt. his uerbis:* Si præcedente mandatu Titium defeoderis, quāuis mortuo eo (cùm hoc ignotates) puto mandati actionem aduersus hætedem Titij competete: quia mandatum morte mandatoris, oon etiam maodati actio, soluitut. Quòd si sine mandatu defensiooe suscepta oegocium quodāmodo defuncti gerete instituetas: quēadmodom si illom libetasses, competetet tibi oegociorum gestotum actio: ita potest dici, & hæredem eius eadem actione teneti. *Tertia replicatio est: Nisi mādator post mortem suam dari uel fieri mandauerit. Hæc replicatiò approbatur exēplis l. 12. §. fin. cū l. sequēte. ff. mandati, his uerbis:* Matcellus scribit, si ut post mottem sibi monumentum fieret, quis mandauit: hætes eius poterit mandati agere, ut perficiatut. Illum uerò qui mandatum suscepit, si pecunia sua fecit, puto agere mandati: si non ita ei mandatum est, ut sua pecunia facetet monumētum. Poterit enim agere eriam cum eo qui mandauit, ut sibi pecuoiam daret ad faciendum: maximè si iam quædam ad faciendum parauit. Idem est, & si mandaui tibi, ut post mortem meam hæredibus meis emeres fundum. *Aliud exemplum proponitur l. 27. §. 2. ff. eodem titul. cuius uerba uide suprà libro decimonono, cap. octauo, exceptione tertia. Contrarium exemplum proponitur l. ult. in fine. ff. de solutionibus. cuius uerba uide J. lib. 48. cap. 8. repl. 1. dupl. 7.*

XIX. Exceptio: *Nisi mādatarius re integra mortuus sit. Hæc exceptio ap̄pbatur l. 27. §. morte. ff. mādati,*

*dati,bis uerbis:* Morte quoq; eius cui mãdatum est, si is integro adbuc mandato decesserit, soluitur mandatum: & ob id hæres eius, licet executus fuerit mandatum, nõ habet mandati actionem: *Concordat l.57. in prin. ff.eod.tt.cuius uerba uide alibi. Item concordat Inst.de mandato.§. item si adbuc. cuius uerba uide s̄. exc.prox.in prin. Hæc de exceptionib.aduersus mandatũ tam ijs quæ insunt, quàm ijs quæ sequũtur mãdatũ. Sed et plures huiusmodi exceptiones uide in duob: capitib.sequentib. Nunc de actionib.mãdati agendũ.*

## DE ACTIONE MANDATI *directa, quæ datur mandatori aduersus mandatarium.*

### *Cap.XIII.*

### I. CAVSAE, EX QVIBVS datur hæc actio.

P*Rima causa: Si mandatarius non præstat bonã fidem, uel exactam diligentiam. Hæc causa approbatur l.21.C.mandati,bis uerbis:* In re mandata non pecunia solùm, cuius est certissimum mandati iudicium, uerùm etiã existimationis periculum est. Nam suæ quidem quisq; rei moderator atq; arbiter nõ omnia negocia, sed pleraq; ex proprio animo facit. Aliena uerò negocia exacto officio geruntur: nec quidquam in eorũ administratione neglectum ac declinatum culpa uacuum est. *Concordat l.13. C. eod.tt.bis uerbis:* A` procuratore dolum & omnem culpam, non etiam improuisum casum præstandum esse, iuris authoritate manifestè declaratur. *Concordat item l.11 C. eod.tt. bis uerbis:* Procuratorem non tantùm pro ijs quę gessit, sed etiã pro ijs quę gerenda suscepit: & tam propter exactam ex mandato pecuniã, quàm non exactam, tã dolũ quàm culpã, sumptuũ ratione bona fide habita, præstare nesse est. *Concordat itẽ l.10.in prin.ibi:nihil enim.ff.mãdati.cuius uerba uide J.causa 17.Itẽ cõcordat l.59.§.1.ibi:cùm in omni.ff.eod.tt.cuius uerba uide s̄.lib.40.cap.4.causa 1. exc.13.repl.7.uide itẽ J.causa 17.except.1.repl.1.*

II. *Causa: Si mandatarius susceptum mandatum non implet. Hæc causa approbatur, simul & distinguitur l.22.§.fin.cum tribus legib.sequentib.ff.mandati,bis uerbis:* Sicut liberum est mandatũ non suscipere, ita susceptũ cõsummari oportet, nisi renunciatũ sit. Renunciari aũt ita potest, ut integrũ ius mandatori reseruetur uel per se, uel per aliũ eandẽ rem cõmodè explicandi: aut redundet in eum captio, qui suscepit mandatũ. Et quidẽ si is cui mandatum est, ut aliquid mercaretur, mercatus non sit, neq; renunciauerit se nõ empturũ, idq; sua, non alterius culpa fecerit: mãdati actione teneri eũ cõuenit. Hoc amplius tenebitur (sicuti Mela quoq; scripsit) etsi eo tẽpore per fraudẽ renunciauerit, cum iã rectè emere nõ posset. Sanè si ualetudinis aduersæ, uel capitaliũ inimicitiarũ, seu ob inanes rei actiones, seu aliã iustã causam excusationis alleget: audiẽdus est. *Cõcordat Inst.de mandato.§.mandatũ non.cuius uerba uide s̄.cap.prox.quæst.3.exc.16. Concordat item l.27.§.qui suscepit.ff.mãdati cuius uerba uide J.causa prox. Item concordat l.5.in prin.ibi:etsi susceptũ. ff.eod.tt.bis uerbis:* Si susceptũ mandatũ nõ impleuerit, tenetur. *Itẽ cõcordat l.6.§.1.in fine.ff.eod.tt.cuius uerba uide J.quæst.7.in prin.Item cõcordat l.8.§.si tutores.ff.eod.tt.cuius uerba uide J.quæst.ult.exc.10.Item concordat d.l.8.§. dolo autẽ. ibi:sed etsi dolo.cuius uerba uide J.causa 17.Itẽ cõcordat l.17.§.sicut.ibi:uoluntatis.ff.cõmodati,bis uerbis:* Voluntatis est suscipere mandatũ, necessitatis est consummare. *Concordat item l.5.C.mandati,bis uerbis:* Si maritus sororis tuę tibi procurans petere bonorũ possessionẽ noluit, cum ipso tibi congrediendum est. Quam querelã ita cũ effectu habes, si mandasse te ut peteretur bonorũ possessio, eũque neglegisse arguas. *Cõcordat itẽ l.11.C.eod. tt.cuius uerba uide s̄.causa prox. Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi mãdatarius mãdatũ nõ suscepit uel recusauit. quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s̄.cap.prox.quæst.3.exc.16. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi mandatarius nõ renunciauit, uel intẽpestiuè renũciauit. Hæc replicatio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proponũtur J.causa prox. Altera exceptio est: Nisi mãdatarius mandatũ implere nõ potuit. Hæc exceptio approbatur quidẽ ipso iure, uerùm eãdẽ admittit replicationẽ, quam exceptio superior prox. l.27. §.q suscepit.ff.mãdati.cuius uerba uide J. causa px. Tertia exceptio est: Nisi alius mãdatũ impleuit. Hæc exceptio approbatur l.8.§.mãdaui ff.mãdati,bis uerbis:* Mãdaui ut negocia gereres: si nihil deperierit (quãuis nemo gesserit) aut si alius idoneè gesserit, cessat mãdati actio. Et in similib. hoc idẽ erit probãdũ. *Quarta exceptio est: Nisi nihil interfit mãdatoris mãdatũ impletũ nõ esse. Hæc exceptio approbatur uerbis iã propositis hisce:* Si nihil deperierit, &c. *Cõcordat d.l.8.§.mãdaui. cuius uerba uide s̄.cap prox.quæst.3.except.2.*

III. *Causa: Si mandatarius, cùm aut nollet aut non posset implere mandatum, non renunciauit, uel intempestiuè renunciauit. Hæc causa approbatur l.27. §.qui suscepit. ff. mandati, bis uerbis:* Qui suscepit mandatum, si potest id explere, deserere promissum officium non debet: alioquin quanti mandatoris intersit, damnabitur. Si uerò intelligit explere se id officiũ non posse: idipsum cum primùm poterit, debet mandatori renunciare, ut is si uelit, alterius opera utatur. Quòd si, cùm possit renunciare, cessauerit: quanti mandatoris intersit, tenebitur.

Sed ſi eliqua ex cauſa non poterit renunciare:ſecurus erit. *Concordat l.22.§.ſicut autẽ.ff.eod.tt.cuius uerba uide ſ.cauſa prox.Item concordat inſt.de mandato.§.mandatũ non.cuius uerba uide ſ.cap.prox.queſt 3.except.16.Huius cauſæ exceptio hæc eſt: Niſi aliqua iuſta cauſa fuerit non renunciandi,aut intempeſtiuè renunciandi.Hæc exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Sed ſi aliqua ex cauſa non poterit renunciare: ſecurus erit. *Concordat d.l.22.§.fin.cum tribus legibus ſequentibus.cuius uerba uide d. cauſa prox. Item concordat inſt.d.§.mandatum non,in fine.*

IIII. *Cauſa: Si mandatarius, cum prohibitus eſſet implere mandatum, illud nihilominus impleuerit. Hæc cauſa approbatur, ſimul & diſtinguitur l.19.ff. mandati,his uerbis:* Si hominem tibi dedero,ut eum manumitteres,& poſtea procurator meus prohibuerit, ne manumitteres:an mãdeti agere poſsim, ſi tu eum manumiſeris? Iulianus.Reſpondi,ſi procurator inſtam cauſam habuit interpellandi manumiſsionẽ ſerui, quem iu hoc ſolùm acceperem,ut menumitterem:ueluti ſi poſtea compererit,eum falſas rationes confeciſſe, inſidias uitæ prioris domini ſtruxiſſe:tenebor, niſi denunciationi procuratoris peruero.Si uerò nulla iuſta cauſa procuratori fuit denunciandi, ne ſeruus menumitteretur: non poterit mecum agi, quemuis ad libertatem eum perduxerim.

V. *Cauſa: Si mandatarius fines mandati exceßit, ſeu legem mandati non ſeruauit. Hæc cauſa approbatur l.41.ff. mandati, his uerbis:* Poteſt & ab una duntaxet parte mandeti iudicium dari.Nam ſi is qui mendatum ſuſcepit,egreſſus fuerit mandatum:ipſi quidem mendati iudicium non competit, at ei qui mandeuit, aduerſue eum compètit. *Concordat l.5.ff.eod.tt.his uerbis:* Diligenter fines mandati cuſtodiendi ſunt. Nem qui exceſsit, aliud quid facere uidetur: et ſi ſuſceptum non impleuerit,tenetur. Itaq; ſi mandeuero tibi,ut domum Seianam centum emeres, tuq; Titianam emerie longè maioris precij,centum tamen, aut etiam minoris: non uideris impleſſe mandatum. Item ſi mendauero tibi, ut fundum meum centũ uenderee, tuq; eum nonaginta uẽdideris, & petam fundum: non obſtabit mihi exceptio:niſi & reliquum mihi, quod deeſt mandato meo,præſtee, & indemnem me per omnia conſerues.Seruo quoq; ſi dominus præceperit certa ſumma rem uendere,& ille minoris uendiderit: ſimilitet & uindicare eem dominue poteſt, nec ulla exceptione ſubmoueri.niſi indemnitas ei præſtetur. *Ait Iuriſconſultus:* Non obſtabit mihi exceptio. *De hac re uide ſ. lib.21.cap.4. cauſa 1.except.1.repl.1.dupl.1. Huius cauſæ exceptio hæc eſt:Niſi mandatarius fines mandati excedens,meliorem domini conditionem fecit. quæ exceptio approbatur d.l.5.§.fin. his uerbis:* Melior cauſa mandantis fieri poteſt:pute ſi cum tibi mãdaſſem,ut Stichum decem emeres,tu eum minoris emeris,uel tentidẽ, ut aliud quid quam ſeruo eccederet. Vtroq; enim caſu, aut non ultra precium, aut intra precium feciſti. *Concordat l.3.ff. eod.tt. cuius uerba uide J.cap.prox.queſt.1.except.gener.1. ubi etiam plura uide de cauſa propoſita.*

VI. *Cauſa: Si cauſam mandantis fecit deteriorem. Hæc cauſa approbatur d.l.3.ff.mandati.*

VII. *Cauſa: Si mandatarius non perſequatur, nec exegerit,quod poteſt. Hæc cauſa approbatur l.44.ff.d.tt.his uerbis:* Dolue eſt,ſi quis nolit perſequi,quod perſequi poteſt:aut ſi quis non exegerit,quod exigere poteſt,eut ſoluere. *Concordat l.11. C.eod.tt.cuius uerba uide ſ. cauſa 1. Ait Iuriſconſultus:* Quod perſequi poteſt, eut quod exigere poteſt. *Ex his uerbis elicitur exceptio hæc:Niſi mandatarius perſequi aut exigere non potuit. Cui concordat l. 20. in prin. ibi: ſicuti nec.ff.mandati. cuius uerba uide J. exception. gener.5.*

VIII. *Cauſa: Si mandatarius mandatoris negocia gerens,non ſoluerit mandatori quod ei ex alia cauſa debet, & ob id actio mandatori per temporis præſcriptionem perierit. Hæc cauſa approbatur uerbis d.l.44.ſ.cauſa prox. propoſitis hiſce:* Aut ſoluere. *Concordat l.6.§.apud Iulianum,in fine.ff.eod.tt.cuius uerba uide ſ. cap. proxim. queſtion.3. exception.3. Item concordat l.51. ff. eod.tt. mandati,his uerbis:* Si negocia mea mandauero gerenda ei, qui mihi actione intra annum in quadruplum tenebatur, poſt ennum uerò in ſimplum: etſi poſt annum cum eo mendati egem,præſtare mihi quadruplum debebit. Nam qui alterius negocia adminiſtrenda ſuſcepit: id præſtare debet in ſue perſone, quod in aliorum.

IX. *Cauſa: Si mandatarius caueri ſibi non curauit. Hæc cauſa approbatur l.10. in princip. ibi: at ſi culpa. ff. mandati. cuius uerba uide J. cauſa 17.*

X. *Cauſa: Si per procuratorem cauſa leſa ſit. Hæc cauſa approbatur l.9.C.mandati, his uerbis:* Cùm per procuretorem cauſam tuam læſam eſſe dicas: mendati actio tibi aduerſus eum competit.

XI. *Cauſa:Si per colluſionem procuratoris aduerſarius uicit. Hæc cauſa approbatur l.8.§.ſed etſi per.ff.mandati.cuius uerba uide ſ.lib.5.cap.8. effectu 3.queſt.1.cauſa 3.*

XII. *Cauſa: Si cùm mandaſſem tibi ut excuteres uires hæreditatis mihi delatæ, tu quaſi minoris ea ſit, eam à me emeris. Hæc cauſa approbatur*

l.42.

*l.42.ff.mandati,bis uerbis:* Si mandaueto tibi, ur axcuteres uires hæreditaris, & tu quaſi minoris ſit,eam à me emeris:& mandati mibi teneberis.Tantundem, erſi tibi mandaui,ut uires excuteres eius,cui eram crediturus, & denunciaueris eum idoneum eſſe.

X III. *Cauſa: Si cùm mandaſſem tibi ut excuteres uires eius,cui eram crediturus, tu denunciaueris eum eſſe idoneum. Hæc cauſa approbatur uerbis iam propoſitis biſce:* Tantundem,&c.

X IIII. *Cauſa: Si cùm liber bomo,qui bona fidè ſeruiebat,redimendum ſe mandaſſet,redemptus poſtea liber ſit pronunciatus. Hæc cauſa appeobatur l.8.§.ſi libee.ff.mandati, bis uerbis:* Si liber homo,cùm bona fide feruiret,Titio mandauit ut redimeretur:& numos ex eo peculio dedit,quod ipſum ſequi,non apnd bonæ fidei poſſeſſorem relinqui debuit: Titiusq; precio ſoluto liberum illum manumiſit,mox ingenuus pronunciatus eſt:habete eum mandati actionem aduerſus eũ, Iulianus ait, cni ſe tedimendum mandauir. Sed hoc tantùm ineſſe mandati iudicio, ut ſibi actiones mandet, quas habet aduerſus eum,à quo compatauit. Planè ſi eam pecuniam dederit, quæ erat ex peculio ad bonæ fidei poſſeſſorem pertinente:nullæ ei (inquit Iulianus) mandati actiones poſſunt: quia nullas habet, cum ei ſuos numos emptor dederit. Quinimò (inquit) ex uendito manebit obligatus. Sed & hæc actio inutilis eſt: quia quantum fuerit conſecutus,tantum empti iudicio neceſſe habebit præſtare.

X V. *Cauſa: Si fideiuſſor mandatarius rem pignori à mandatore creditori datam redimens, mandatori oblato debito eam non reſtituat. Hæc cauſa approbatur per ea quæ peopoſita ſ.lib.40.cap.4.cauſa 1.except.13.repl.7.*

X VI. *Cauſa: Si fideiuſſor mandatarius ex pecunia mandatoris, qui liberatus erat, debitum ſoluit. Hæc cauſa ipſo quidem iure ſubſiſtit, uerùm eius exceptio bæc eſt: Niſi fideiuſſor ignorans mandatorem liberatum eſſe. quæ exceptio approbatur l.8.§.ſi ignorantes.ff.mandati.cuius uerba uide j.lib.45.cap.4.quæſt.1.except.9.*

X VII. *Cauſa: Si mandatarius rem uel pecuniam, quam ex cauſa mandati nactus eſt, uel exegit, mandatori non reſtituat. Hæc cauſa approbatur cum alijs quibuſdam l.8.§.dolo, cum ſequentibus legibus. ff.mandati, bis uerbis:* Dolo facere uidetur, qui id quod poteſt reſtituere, nõ reſtituit. Proinde ſi tibi mandaui ut hominem emeres,eumq; emiſti: teneberis mihi ut reſtituas. Sed etſi dolo emere neglexiſti, fortè ſi pecunia accepta alij ceſsiſti ut emeret: aut ſi lata culpa, fortè ſi gratia ductus paſſus ea alium emere: teneberis. Sed et ſi ſeruus quem emiſti, fugit: ſiquidem dolo tuo, teneberis. Si dolus non interuenit, nec culpa:non teneberis, niſi ad hoc ut caueas, ſi in poteſtatem tuam peruenerit, te reſtituturum. Sed etſi reſtituas, tradere debes. Et ſi cautum eſt de euictione rei, uel potes deſiderare,ut tibi caueatur: puto ſufficere, ſi mihi hac actione cedas, & procuratorẽ me in rem meam facias: nec amplius præſtes, quàm conſecuturus ſis. De tuo etiam facto cauere debes. Idemq; & in fundo, ſi fundum emit procurator. Nihil enim amplius quàm bonã fidẽ præſtare eũ oportet,qui procurat. Sed etſi de ſanitate ſerui procuratori cautum eſt, aut caueri poteſt,aut de cæteris uicijs: idẽ erit dicendum.At ſi culpa caueri non curauit: condemnabitur. *Concordat cauſe propoſitæ l.55.ff.eod.tt.bis uerbis:* Procurator qui res nõ incluſas ſubtraxit,ſed traditas non reddidit:iudicio mandati,non furti tenetur. *Concordat item l.59.in prin.ibi:idem eſt et ſi. ff. eod.tt. cuius uerba uide J.cauſa prox. Huius cauſæ exceptio bæc eſt: Niſi res accepta uel exacta perierit, uel ſeruus fugerit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur uerbis iam propoſitis biſce:* Sed et ſi ſeruus quem emiſti,fugit: ſiquidem dolo tuo,teneberis.Si dolus nõ interuenit, nec culpa: non teneberis,niſi ad hoc ut caueas, ſi in poteſtatẽ tuam peruenerit, te reſtituturum. *Concordat l.13. C.mandati. cuius uerba uide ſ.cauſa 1. Huius exceptionis replicatio prima bæc eſt: Niſi dolo uel culpa mandatarij res perierit. quæ replicatio appeobatur uerbis iam propoſitis. Concordat d.l.13.Concordant item ea quæ propoſita ſunt ſ. d.cauſa 1. Huius replicationis duplicatio prima bæc eſt: Niſi mandatarius non cauerit, ſi res recepta fuerit, ſe reſtituturum. quæ duplicatio appeobatur uerbis iam propoſitis biſce:* Niſi ad hoc ut caueas, ſi in poteſtatem, &c. *Altera duplicatio eſt: Niſi mandatarius actionem, quam rei nomine, quæ periſt, babet, non cedat. Hæc duplicatio approbatur per ea quæ proponuntur J. cauſa proxim. Altera replicatio eſt: Niſi mandatarius periculum rei in ſe ſuſcepit. Hæc replicatio approbatur l.39.ff. mandati. cuius uerba uide ſ. lib.39. cap.8. quæſt.2, cauſa 7. except.1.repl.3.*

X VIII. *Cauſa: Si mandatarius actiones, quas ex cauſa mandati nactus eſt, mandatori non cedat. Hæc cauſa approbatur l.43 ff.mandati,bis uerbis:* Qui mandatum ſuſcepit, ut pecunias in diem collocaret,isq; hoc fecerit: mandati conueniendus eſt,ut cum dilatione tẽporis actionib. cedat. *Concordat l.45.in prin.ibi:nã & ego. ff.eod.tt.cuius uerba uide J cap.prox.quæſt.5. Concordat item d.l.45.§.quoties. cuius uerba uide J.d. quæſt.5. Item concordat l.59. in prin. ff.eod.tt.bis uerbis:* Si mandatu Titij Calphurnius

pecuniam,

*Concordat l.10.§.si quis Titio.ff.mandati.cuius uerba uide s̄.cap.prox.quæst.3.except.1. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi usuræ in stipulationem sint deductæ, uel aliâs de illis præstandis conuenit. quæ exceptio elicitur ex uerbis d.§.si quis Titio, hisce:* Si in stipulationem deductæ non sunt. *Concordat l.34.in prin.ibi:in proposito igitur.ff.eod.tt.cuius uerba uide s̄.lib.19.cap.2 quæst.1. except.17.repl.1. Huius exceptionis leges concordantes, simul & replicationes uide s̄. lib. 36. cap.9. quæst.1 causa 1. Altera exceptio est: Nisi mora in soluendo debito facta sit. Hæc exceptio cum alijs quibusdam approbatur d.l.10. §. si procurator, his uerbis:* Si procurator meus pecuniá meam habeat, ex mora utiq; usuras mihi pendet. Sed etsi pecuniam meam fœnori dedit, usurasq; consecutus est: consequenter dicemus, debere eum præstare quantumcunq; emolumenti sensit, siue ei mandaui, siue non: quia bonæ fidei hoc congruit, ne de alieno loctum sentiat. Quòd si noo exercuit pecuniam, sed ad usus suos conuertit: in usuras conuenietur, quæ legitimo modo in tegionibus frequentantur. Deniqoe Papinianos ait: Etiamsi usuras exegit procuratot, & in usus suos conuertit: usutas eum præstare debere. *Tertia exceptio est: Nisi mandatarius pecuniam mandatoris fœnori dedit. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Sed etsi pecuoiam meam fœoori dedit, usurasq; consecutus est, &c. *Concordat d.l.10.§.si mandauero, his uerbis:* Si mandaoero procuratori meo, ut Titio pecuniam meam credat sine usuris, isq; non sine usuris crediderit: an etiam usuras mihi restituere debeat, uideamua? Et Labeo scribit, restituere eũ oportere, etiamsi hoc mandsuerim, ut gratuitam pecuniam daret: quamuis, si periculo suo credidisset, cessaret (inquit Labeo) io usuras actio mãdati. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi suo periculo mandatarius pecuniam fœnori dedit mandatoris uoluntate. Hæc replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Quamuis, si periculo suo credidisset, cessaret io usuras actio mandaii. *Huius duplicatio hæc est: Nisi de usuris mandatori præstandis conuenit. Hæc duplicatio approbatur l.14.in prin.ibi:in proposito.ff.eod.tt.cuius uerba uide s̄.lib.39.cap.2.quæst.1.except.17.repl.1. Quarta exceptio est: Nisi mandatarius pecuniam mandatoris in suos usus conuertit. Hæc exceptio approbatur uerbis d.§.si quis Titio, s̄.propositis hisce:* Quòd si non exercuit pecuniam, sed ad usus suos conuertit: in usutas coouenietor, quæ legitimo modo in regionibus frequentãtur. *Huius exceptionis replicatio hæc esse uidetur: Nisi usuras exactas in usus suos conuertit. Sed hæc replicatio reprobatur ibidem his uerbis:* Deniq; Papinianus ait, etiamsi usuras exegit procurator, & in osus suos cõuertit: usuras eum præstare debete. *Quinta exceptio est: Nisi cùm mandasset quis, ut pecunia creditori suo cui sub usuris debebat, solueretur, mandatarius non soluit. Hæc exceptio approbatur l.12.§.dedi tibi.ff.mandati, his uerbis:* Dedi tibi pecuniam, ut creditori meo exoluas: non fecisti. præstabis mihi usuras, quo casu & à me creditor pecuniam debitam cum usuria recepturus est. Et ita Imperator Seuerus Hadriano Demonstrato tescripsit.

V. *Regula: Si, cùm quis rem aliquam emendam mandasset, quam mandatarius cum alijs habet communem, mandatarius sociorum partes emerit: etiam ad suam partem uendendam mandatori tenetur. quæ regula approbatur l.35.ff.mandati, his uerbis:* Si fundum qui ex parte tuus est, mandaui tibi ut emeres mihi: uerum est, mandatum posse ita consistere, ut mihi cæteris partibus redemptis, etiam tuam partem præstare debess. Sed siquidem certo precio emendas eas maudauerim: quanticuoque aliorum partes redemeris, sic & tua pars artabitur: ut oon abundet mandari quaotitatem, in quam mandaui tibi totum emendũ. Sin autem nullo certo precio constituto emere tibi mandauerim, tuq; ex diuersis precijs partes cæterorum emeris: & tuam partem uiri booi arbitratu ęstimato precio dari mihi oportet. *Concordat l.14.§.cùm heres.ff eod.tt. his uerbis:* Cùm hæres ex parte esses, mandaui tibi ut prædium hæreditarium mihi emetes certo precio: emisti. Pro cohæredum quidem partibua non dubiè mãdati actionẽ esse inter nos: pro tua autem parte posse dubitari, Africanus ait, utrum'ne ex empto, an mandati agi oporteat? neq; enim sine ratione quẽquam existimaturum, pro hac parte sub conditione contractam emptionẽ. Quod quidem quæri maximè pertinere ait, ot si forrè, priusquã emptio fieret, decessetim, & tu cùm scires me decessisse, propter mãdatum meum alij uendere nolueris: an hęres meus eo oomine tibi sit obligatus? Et retrò, si alij uendideris: an hæredi meo tenearis? Nam, siquidem sub conditione emptio facta uideatur: posse agi, quemadmodum si quæois alia conditio post mortem extitisset. Si uerò perinde mandati agendum sit, ac si alienum fundum emi mandassem: pet mortem insecutã (cùm id scieris) resoluto mandato nullam tibi actiooẽ cum hærede meo fore. Sed etsi mandati agendum esset: eadem præstanda, quæ pręstarentur, si sx empto ageretur. *Concordat item l.22.§.Iulianus.ff.eod.tt.his uerbis:* Iulianua scripsit. mandati obligarionem consistere etiam in rem eius qui mãdatum suscipit,

ex

ex eo maximè probari. Quòd si pluribus hæredibus uendentibus uni mandauero, ut rem hæreditariam emeret: etiam pro ea parte, ex qua hæres sit, obligatur mandati actione, & obligat: & sanè si ille propter hoc extraneo rem nō addixerit, quòd mādatum susceperat: ex bona fide esse præstari ei precium, quanti uendere poterat. Et cōtrà, si emptor ad emptionem rei sibi necessariæ idcirco non accesserat, quòd hæres recepisset se ei empturū: æquissimum esse mandati iudicio præstari, quanti eius interfuit emptam rem habere. *Plura de hac re uide ↄ.cap.prox.quæst.4.reg.1.& reg.2.*

*VI. Regula, De actionibus quas mandatarius nactus est, mandatori præstandis, uide s̄. quæstion.1. causa 18.*

*VII. Regula, De eo quod interest præstando, si non id quod debet præstiterit, proponitur l.16. C. mandati, his uerbis:* Ad comparandas merces data pecunia, qui mandatum suscepit, fide rupta, quanti interest mandatoris tenetur. *Concordat l.27.§.qui suscepit.ff. eod.tt. cuius uerba uide s̄.quæst.1.causa 2.in prin.item concordat l.8.§. mādati.ff.eod.tt.cuius uerba uide s̄.cap.prox.quæst. 3.except.2.Concordat l.22.§.Iulianus, in fine ff. eod. tt.cuius uerba uide s̄. reg. 5. Concordat item l.27.ff. de negocijs gestis. cuius uerba uide s̄. d. except. 2. repl.1.*

*VIII. Regula, De reputatione & deductione sumptuum uide ↄ.cap.prox.quæst.1.causa 7.*

V. QVANDO COMPETAT actio proposita?

*Procurator qui negocium alij mandauit, etiam antequam domino quidquam præstiterit, mandati agere potest. quæ regula approbatur d.l.27. in fine.*

VI. EVENTVS.

*Actio hæc infamat. quæ regula approbatur l.21.C. mandati. cuius uerba uide s̄.quæst.1.causa 1.*

VII. ADFINIA REmedia.

*Ex causis suprà propositis regulariter quidem mandati, non alia domino rei gestæ competit actio. quæ regula approbatur l.6.§.2.ff.mandati, his uerbis:* Si cui fuit mandatum ut negocia administraret: hac actione erit conueniendus, nec rectè negociorum gestorum cum eo agetur. nec enim ideo est obligatus, quòd negocia gessit: uerùm idcirco, quòd mandatum suscepit. Deniq; teneretur, etsi non gessisset. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi quis libero homini, quem bona fide poßidet, mandauerit. hoc enim casu negociorum gestorū, non mandati actio est. quæ exceptio approbatur l.18.§. si libero.ff.de negocijs gestis, hisce uerbis:* Si libero homini, qui mihi bona fide seruiebat, mandem ut aliquid agat: nō fore cum eo mandati actionem, Labeo ait. quia non libera uoluntate exequatur rem sibi mandatam, sed quasi ex necessitate seruili. Erit igitur negociorum gestorū actio: quia & gerendi negocij mei habuit affectum, & is fuit quem obligare possem. *Altera exceptio est: Nisi rogatu serui, domini negocia gesta sint. hoc enim casu negociorum gestorum actio est. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l.41 ff. de negocijs gestis, hisce uerbis:* Si serui mei rogatu negocia mea susceperis: si duntaxat admonitus à seruo meo id feceris, erit inter nos negociorum gestorum actio. Si uerò quasi mandatu serui: etiam de peculio & de in rem uerso agere te posse, responsum est. *Tertia exceptio est: Nisi inter mandatoris negocium etiam alterius negocium gestū sit. hoc enim casu alteri qui non mandauit, negociorum gestorum uel in factum actio est. quæ exceptio approbatur l.22.§.si curator.ff. mandati. cuius uerba uide s̄. lib.17. cap.9. quæst.4. reg.1. Concordant ea quæ proponuntur ↄ.lib.prox.cap.5.quæstion.4. causa 9. Quarta exceptio est: Nisi mandatum non sit, uel inutiliter mandatum. hoc enim casu non mandati, sed negociorum gestorum actio est. quæ exceptio approbatur per ea quæ proponuntur ↄ.d.quæst.4. Quinta exceptio est: Nisi merces mandato interuenerit. hoc enim casu locati & conducti, non mandati actio est. quæ exceptio approbatur Inst. de mandato. §. in summa, his uerbis:* Sciendum est, mandatū, nisi gratuitum sit, in aliam formam negocij cadere. Nam mercede constituta, incipit locatio & conductio esse. Et (ut generaliter dicamus) quibus casib. sine mercede suscepto officio mandati siue depositi contrahitur negocium: ijs casibus interueniente mercede locatio & conductio intelligetur cōtrahi. Et ideo si fulloni polienda curādaúe quis dederit uestiméta, aut sarcinatori sarciéda, nulla mercede cōstituta neq; promissa: mandati cōpetit actio. *Cōcordat l. 1.§.fin.ff.mandati, his uerbis:* Mandatum, nisi gratuitum, nullum est. nam originem ex officio atq; amicitia trahit. Contrariū porrò est officio merces: interueniente enim pecunia, res ad locationem & cōductioné potius respicit. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi remunerandi gratia honor interuenit. Hæc replicatio approbatur l.6.in prin.ff.mandati, his uerbis:* Si remunerandi gratia honor interuenit: erit mandati actio. *Concordat d.l.6. § fin. cuius uerba uide ↄ.lib.45. cap. 4. quæst.1. except.18. Item concordat l.2.ibi: idem dico.ff.de proxeneticis. cuius uerba uide ↄ. lib. 45. cap. 1. quæst.2. except.14. Item concordat l.1.in fine. C.mandati. cuius uerba uide ↄ.cap.prox.quæst.1.causa 5. Sexta exceptio est: Nisi id quod mandatum est, in aliam contractus speciem cadat. Hæc exceptio approbatur, simul & declaratur per ea quæ proposita sunt s̄.cap. prox.quæst.3.except.3. Septima exceptio est: Nisi ex eo quòd mandatarius pecuniam acceptā consum-*

*pserit, agatur. hoc enim casu etiam furti actio est. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l.22. §. si tibi centum. ff. mandati, his uerbis:* Si tibi centũ dedero ut ea Titio dares, tuq; non dederis, sed consumpseris: & mandati & furti teneri te, Proculus ait. At si ita dederim, ut quæ uelles dares: mandati tantummodo. *Octaua exceptio uidetur: Nisi ex eo quòd mandatarius acceptum non restituat, agatur. hoc enim casu furti etiam actio uidetur cõpetere. Sed hæc exceptio reprobatur l.15. ff. mandati. cuius uerba uide s. quæst. 1. causa 17. in prin.* *Nona exceptio est: Nisi mandatarius instrumenta apud se deposita non restituat. hoc enim casu uidetur etiam depositi actio competere. Sed hæc exceptio reprobatur l.8. in prin. ff. mandati. cuius uerba uide s. lib. 5. cap. 8. effectu 3. quæst. 1. causa 5.* *Decima exceptio est: Nisi tutor contutori suo negocium pupilli mandauerit. hoc enim casu etiã tutelæ actio est. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur d.l.8. § si tutores, his uerbis:* Si tutores mandauerint suo contutori mancipiũ emendum pupillo, & ille non emerit: an sit mandati actio? Et utrum tantùm mandati, an uerò & tutelæ? Et Iulianus distinguit. Referre enim, cuius generis seruũ tutores uni tutorum mãdauerint ut emeret. Nam si superuacuum seruum uel etiam onerosum: mandati actione tantùm eum teneri, tutelæ non teneri. Si uerò necessariũ seruum, tunc & tutelæ eum teneri: nec solum, sed & cęteros. Nam etsi non mandassent, tenerentur tutelæ, cum seruum pupillo necessarium non cõparauerint. Non sunt igitur excusati, quòd contutori mandauerint: quia emere debuerunt. Planè habebunt nihilominus mandati actionem: quia mandato non est obtemperatum. Contrà quoq; Iulianus ait, tutorem qui emit, mandati actionem habere aduersus contutores suos. *Vndecima exceptio est: Nisi quis rem, quæ mandatario communis est, emendam mandauerit, & mandatarius partem à socio redemerit. hoc enim casu, quo ad suam partem, quam in re habet, mandatori etiam ex empto tenetur. quæ exceptio approbatur l.14. §. cum heres. ff. mandati. cuius uerba uide s. quæst. 4. reg. 5.* *Duodecima exceptio est: Nisi quis mandatu alterius rem suam tanquam mandatoris ignorans uendiderit. hoc enim casu mandatori mandati actio non competit, sed empti actio aduersus suum autorem. quæ exceptio approbatur l.49. ff. mandati. cuius uerba uide s. quæst. 1. except. gener. 1.* *Decimatertia exceptio est: Nisi cùm quis cum mandatario in fraudem mandatoris collusisset, mandatarius non sit soluendo. hoc enim casu aduersus eum qui cum mandatario collusit, de dolo actio est. quæ exceptio approbatur l.8. §. sed etsi per. ff. mandati. cuius uerba uide s. lib. 5. cap. 8. effectu 3. quæst. 1. causa 3. Concordat l.7. §. si dolo. ff. de dolo malo. cuius uerba uide j. lib. 49. cap. 3. quæst. 4. causa 32. Concordat item l.10. §. si quis ea quæ, in fine. ff. mandati. cuius uerba uide s. quæstion. 3. reg. 1. except. 3.* *Decimaquarta exceptio est: Nisi inter aliquos conuenerit de mutuo officio præstando: puta ut tu à meo debitore Carthagini exigas, ego à tuo Romæ. hoc enim casu non mandati, sed præscriptis uerbis actio est. quæ exceptio approbatur l.5. §. sed si facio. ff. præscriptis uerbis. cuius uerba uide j. lib. prox. cap. 1. causa 4.* *Decimaquinta exceptio est: Nisi proxeneta mandatorem circumuenerit. hoc enim casu non mandati, sed de dolo actio est. quæ exceptio approbatur l.2. in fine. ff. de proxenetis. cuius uerba uide j. lib. 45. cap. 1. quæst. 2. except. 14.*

## *DE CONTRARIA MANdati actione, quæ datur mandatario aduersus mandatorem.*
## *Cap. XIIII.*

### I. CAVSAE HVIVS actionis.

*PRima causa: Si cùm quis mandatum aliquid faciendi suscepisset, ut mandator pecuniam ad faciendum præstet, agi potest. quæ causa approbatur l.12. §. fin. cum lege sequente. ff. mandati. cuius uerba uide s. cap. 12. quæst. 3. except. 18. repl. 3.*

II. *Causa: Si seruus emptus mandatario furtum fecit. Hæc causa approbatur l.26. §. si cum seruus. ff. mandati, his uerbis:* Si cum seruus, quem mandatu meo emeras, furtum tibi fecisset: Neratius ait, mandati actione te consecuturum, ut seruus tibi noxæ dedatur: si tamen sine culpa tua id acciderit. Quòd si ego scissem talem esse seruum, nec tibi dixissem, ut posses præcauere: tunc quanti tua interest, tantum præstari tibi oportet. *Concordat l.61. §. quod uerò ad. ff. de furtis, his uerbis:* Quod ad mandati actionem attinet, si seruus emptus mandatario furtum fecerit, Africanus dubitare se ait, non dicendum sit, omnimodo damnum præstari debere. Et quidem hoc amplius, quàm in superioribus causis seruandum esse: ut etiamsi ignorauerit is qui certum hominem emi mandauerit, furem esse: nihilominus tamen damnum decidere cogatur. Iustissimè enim procuratorem allegare, non fuisse se id damnum passurum, si id mandatum non suscepisset. Idq; euidentius in causa depositi apparere. Nam licet alioquin æquum uideatur, non oportere cuiquam plus damni per seruum euenire, quàm quanti ipse seruus sit: multo tamen ęquius esse, nemini officium suum, quod eius cum quo contraxit, non etiam sui commodi causa susceperit, damnosum esse. Et sicut in superioribus contractibus, uenditione, locatione, pignore, dolum eius qui sciens reticuerit, puniendum

dum esse dictum sit: ita in his culpam eorum quorum causa contrahatur, ipsiua potiua damnosam esse debere. Nam certam mandantis culpam esse, qui talem seruũ sibi emi mandauerit: & similiter eiua qui deponat, quòd non fuerit diligentior circa monẽdum, qualem seruum deponeret. Circa commodatum autem meritò aliud existimandum: uidelicet quòd cùm eiua solius commodum qui utendum rogauerit, uersetur. Itaq; eum qui cõmodauerit, sicut in locatione, si non dolo id fecerit, non ultra precium serui quid amissurum. Quin etiam paulo remissius circa interpretationem doli mali debere nos uersari: quoniam (ut dictum est) nulla utilitas commodantis interueniat. Ait Iurisconsultus: In superioribus causis. De quibus d.l 61.§.bis etiam illud, cum sequentibus. cuius uerba uide ī.lib.40.cap.10.quæst.1.causa 11. Huius causæ exceptio prima hæc uidetur esse: Nisi mandator ignorauerit furẽ esse. Sed hæc exceptio reprobatur uerbis iam propositis hisce: Vt, etiamsi ignorauerit is qui certum hominem emi mandauerit, furem esse: nihilominus tamen damnum decidere cogatur. Altera exceptio est: Nisi culpa mandatarij furtum ei à seruo sit factum. Hæc exceptio approbatur d.§.quod uerò ad, in fine, his uerbis: Hæc ita putat uera esse, si culpa nulla ipsiua qui mandatum uel depositum susceperit, intercedat. Cæterùm si ipse ultrò ei custodiam argenti fortè uel nummorum commiserit, cùm alioquin nihil unquam dominus tale quid fecisset: aliter existimandum esse. Concordat l.26.§.si cùm seruus, ff. mandati, uerbis ī.ead. causa in prin. propositis hisce: Si tamen sine culpa sua id acciderit. Tertia exceptio est: Nisi mandator mandatorio seruum noxæ dederit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur d.§.si cùm seruus. Cuius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi mandator sciens seruum furem esse, mandatario id non indicauit. Quæ replicatio approbatur d.§.si cùm seruus. ibi: quod si ego scissem. Altera replicatio est: Nisi non generaliter seruum, sed certum seruum emi mandatum sit. Quæ replicatio approbatur uerbis d.§.quod uerò ad, paulo superius propositis.

III. Causa: Si quis rem suam mandatu alterius ignorans uendidit. Hæc causa approbatur l.49.ibis sed contra.ff.mandati. cuius uerba uide ī.cap.prox. quæst.1.except.gener.1.

IIII. Causa: Si cùm quis mandatum suscepisset emendi rem, quæ sibi cum alio communis est: parte à socio empta, mandator mandatarij partem emere nolit. Hæc causa approbatur l.22.§.Iulianus. & l.34.§.cùm hæres. ff.mandati. quarum uerba uide ī. capite prox. quæstione 4. regula 5.

V. Causa: Si non soluatur honorarium siue salarium. Hæc causa approbatur l.1.in fine C. mandati, his uerbis: De salario quod promisit, apud præsidem prouinciæ cognitio præbebitur. Concordat l.7.ff.eod.tt. cuius uerba uide ī. lib.17.cap.1.except 19 Item concordat l.1.ff.de proxenetis, his uerbis: Proxenetica iure licito petuntur. Concordat item l.1.ff.eod.tt. cuius uerba cum alijs concordantibus uide ī. lib. 9. cap. 1. quæst.1.reg.1. Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi de quota litis salarium sit constitutum. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt ī. d.except.19. Altera exceptio est: Nisi certa quantitas in honorario constituendo non sit expressa. Hæc exceptio approbatur l.17.C.mandati, his uerbis: Salarium incerta pollicitatione promissum, peti non potest. Concordat l.56.§.salariam.ff.eod.tt. cuius uerba uide ī.lib.5 cap 5.membr. 6.regula 1.except.3. Sed & plura de causa proposita eiusq; exceptionibus uide d.membr.6.

VI. Causa: Si cum se mãdatarius mãdatoris nomine obligasset, mãdator eum liberare, & obligationẽ in se recipere nolit. Hæc causa approbatur per ea quæ proponuntur ī.quæst.5.

VII. Causa: Si mandatarius ex causa mandati sumptus fecit, uel quid ei abest: ut hoc ei restituatur, actione proposita petere potest: uel si conueniatur, per exceptionem reputare potest, atque deducere. Quæ causa approbatur l.10.§.idem Labeo. ff.mandati, his uerbis: Labeo ait, uerum est, reputationes quoque hoc iudicium admittere: & sicuti fructus cogitur restituere is qui procurat, ita sumptum quẽ in fructus percipiendo fecit, deducere eum oportet. Sed et si ad uecturas suas, dum excurrit in prædia, sumptus fecit: puto hos quoque sumptus reputare eum oportere: nisi salarium fuit, & hoc conuenit, ut sumptus de suo faceret ad hæc itinera. Concordat l.12.§.si mihi.ff.eod.tt. his uerbis: Si mihi mandaueris, ut rem tibi aliquam emam, egoque emero meo precio: habebo mandati actionem de precio recuperando. Sed et si tuo precio, impendero tamen aliquid bona fide ad emptionem rei: erit contraria mandati actio, et si rem emptam nolis recipere. Simili modo, et si quid aliud mandaueris, & in id sumptum fecero: non tantùm id quod impendi, uerùm usuras quoque consequar. Concordat item l.27.§.impendia.ff.eod.tt. his uerbis: Impendia exequendi mandati gratia facta, si bona fide facta sunt, restitui omnimodo debent: nec ad rem pertinet quod is qui mandasset, potuisset, si ipse negocium gereret, minus impendere. Concordat item l.11.in fine. C.mandati. cuius uerba uide ī. cap. proxim. quæstion.1. causa 1. Concordat item l.14. C.eod.tt. his uerbis: Si secundum man-

darum Triphonia & Felicis equos tua pecunia comparatoa, uel insolutum à proprio debitore tibi traditos, uni de his utriusq; uoluntate dedisti: ad parendum placitis eos mandati iudicio conuentos, bona fides urget. *Concordat item l.10. in fine. C. eod. tt. cuius uerba uide ī. lib. 37. cap. 3. except. 19. Exceptiones huius causæ uide inter exceptiones sequentes generales.*

VIII. *Causa: Si casu damnum passus sit mandatarius ob mandatum. Hæc causa reprobatur l. 26. §. non omnia. ff. mandati. cuius uerba uide paulo inferius except. 7.*

IX. *Causa: Si mandatarius seruum ex mandato emptum, artem aliquam docuit, & mandator mercedem & cibaria non reddat. Hæc causa approbatur, simul & distinguitur d. l. 26. §. fin. cuius uerba uide ĵ. except. 8.*

DE EXCEPTIONIBVS IAM PROpositarum causarum generalibus, præsertim iam dictæ septimæ.

I. Exceptio: *Nisi excesßit fines mandati mandatarius. Hæc exceptio approbatur Inst. de mandato. §. is qui, his uerbis:* Ia qui exequitur mandatum, non debet excedere fines mandati. Vt ecce si quis usque ad centum aureos mandauerit tibi ut fundum emeres, uel ut pro Titio sponderes: neq; pluris emere debes, neq; in ampliorem pecuniam fideiubere. Alioqui non habebis cum eo mandati actionem: adeò quidem, ut Sabino & Cassio placuerit, etiamsi usq; ad centum aureos cum eo agere nolueris, inutiliter te acturum. Sed diuersæ scholæ authores rectè usq; ad centum aureos te acturũ existimant. Quæ sententia sanè benignior est. Quòd si minoris emeris, habebis scilicet cum eo mandati actionem: quoniam qui mandat ut sibi centum aureorum fundus emeretur, is utiq; mandasse intelligitur, ut minoris (si possit) emeretur. *Concordat l. 3. cum lege sequente. ff. mandati, his uerbis:* In causa mandati etiam illud uertitur, ut interdum nec melior causa mandantis fieri possit, interdum melior, deterior uerò nunquam. Et quidem si mandaui tibi, ut aliquam rem mihi emeres, nec de precio quidquam statui, tuq; emisti: utrinq; actio nascitur. Quòd si precium statui, tuq; pluris emisti: quidam negauerunt mandati te habere actionem, etiamsi paratus esses id quod excedit, remittere. Nanq; iniquum est, non esse mihi cum illo actionem, si nolit: illi uerò, si uelit, mecum esse. Sed Proculus rectè eum usq; ad precium statutum acturum existimat. Quæ sententia sanè benignior est. *Concordat item l. 41. ff. eod. tt. cuius uerba uide ā. cap. prox. quæst. 1. causa 5. Huius exceptionis exemplum proponitur l. 7. C. de fideiussoribus. cuius uerba cum concordantibus uide ĵ. lib. 45. cap. 1. quæst. 2. except. 46. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ad eam summam quæ mandato continetur. quæ replicatio approbatur uerbis Inst. §. is qui, paulo superius propositis hisce:* Adeò quidem, ut Sabino, &c. *Concordat l. 4. ff. mandati, uerbis paulo superius propositis hisce:* Sed Proculus rectè eum usq; ad precium statutum acturum existimat. *Altera replicatio est: Nisi melior domini conditio sit effecta. hoc enim casu, quamuis mandatarius fines mandati excesserit, tamen nihilominus actio illi non est deneganda. quæ replicatio approbatur uerbis Inst. §. is qui, paulo superius propositis hisce:* Quòd si minoris emeris, habebis scilicet cum eo mandati actionem, &c. *Concordat l. 3. ff. mandati, uerbis ā. propositis hisce:* Interdum melior. *Item concordat l. 5. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide ā. cap. proxim. quæstion. 1. causa 5. exception. 1. Huius etiam exemplum proponitur l. 46. ff. mandati, his uerbis:* Si quis pro eo spoponderit, qui ita promisit: Si Stichum non dederis, centum milia dabis? Et Stichum redemerit uilius, & soluerit, ne centum milium stipulatio committatur: constat posse eum mandati agere. Igitur commodissimè illa forma in mandatis seruanda est: ut quoties certum mandatum sit, recedi à forma non debet. at quoties incertum, uel plurium causarum: tunc licet alijs præstationibus exoluta sit causa mandati, quàm quæ ipso mandato inerat: si tamen hoc mandatori expedierit, mandati sit actio. *Tertia replicatio est: Nisi mandator postea id quod factum est, ratum habuerit. Hæc replicatio approbatur l. 10. §. idem ait. ff. mandati, his uerbis:* Labeo ait, si quid procurator citra mandatum ad uoluptatem fecit, permittendum ei auferre, quod sine damno domini fiat: nisi rationem sumptus istius dominus admittit. *Quarta replicatio est: Nisi mandator non permittat mandatario auferre id quod præter mandatum est factum. Hæc replicatio uerbis iam propositis adprobatur.*

II. *Exceptio: Nisi maiores sumptus impenderit, quàm mandator, si ipse gesßisset, impendisset. Hæc exceptio approbatur l. 27. §. impendia. ff. mandati. cuius uerba uide ā. causa 7.*

III. *Exceptio: Nisi cùm fundum emendum quis suscepisset, partem tantùm eius emisset. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 36. §. quòd si fundum. ff. mandati, his uerbis:* Quòd si fundum qui per partes uenit, emendum mandassem: sed ita ut non aliter mandato teneat, quàm si totum fundum emeret: si totum emere non potuerit, in

in partibus emendis sibi negocium gerit, siue habuerit in eo fundo partem, siue nõ. Et eueniet, ut is cui tale mandatum est, periculo suo interim partes emat: & nisi totum emerit, ingratus eas retineat. Propius autem est, ut cum huiusmodi incommodis mandatum suscipi posait, præstariq; officium etiam in partibus emendis, perinde atq; in toto, debeat ab eo, qui tale mandatum sua sponte suscepit. *Huius exceptionis replicatio est: Nisi in mandato specialiter non sit additum, quòd mandator nisi toto empto obligari nolit. Hæc replicatio approbatur ibidem, his uerbis:* Quòd si mandassem tibi, ut fundum mihi emeres, non addito eo, ut non aliter mãdato tenear, quàm si totum emeres: & tu partem, uel quasdam partes eius emeris: tum habebimus sine dubio mandati actionem, quamuis reliquas partes emere non potuisses. *Concordat l.56.§.fin. ff. mandati, cuius uerba uide J. except. prox.*

IIII. Exceptio: *Nisi mandatarius negocio finem non imposuit. Hæc exceptio reprobatur d. l. 56. §. fin. his uerbis:* Sumptus bona fide necessariò factos (etsi negocio finem adhibere procurator non potuit) iudicio mandati restitui necesse est. *Concordat l.20. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. cap. prox. quæstion.1. except.5.*

V. Exceptio: *Nisi non bona fide impenderit. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Sumptus bona fide necessariò factos, &c. *Concordat l.27. §. impendia. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. quæst.1. causa 7.*

VI. Exceptio: *Nisi causa mandantis per sumptus erogatos non sit facta melior. Hæc causa reprobatur l.3. in prin. ff. mandati. cuius uerba uide s̄. except.1.*

VII. Exceptio: *Nisi casu damnum passus sit mandatarius. hoc enim non præstat mandator. quæ exceptio approbatur l.26. §. non omnia ff. mandati, his uerbis:* Non omnia quæ impensurus non fuit, mãdatori imputabit: ueluti quòd spoliatus sit à latronibus, aut naufragio res amiserit, uel languore suo suorumque adprehensus quædam erogauerit. Nam hæc magis casibus, quàm mandato imputari oportet. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi pecuniam, quam in causam mandati impensurus erat, casu perdiderit. Hæc replicatio approbatur l.17. in prin. ibi: nam etsi. ff. de in rem uerso, his uerbis:* Si procurator meus in negocia mea impensurus pecuniam mutuatus, sine culpa eam perdiderit: rectè eũ hoc nomine mandati uel negociorum gestorum acturum, Africanus ait.

VIII. Exceptio: *Nisi ob uicium serui ex mandato empti & rursus uenditi mandatarius damnum sit passus: puta emptori eo nomine damnatus. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur d. l.26. §. fin. his uerbis:* Faber mandatu amici sui emit seruum decem, & fabricam docuit, deinde uendidit eum uiginti, quos mandati iudicio coactus est soluere: mox quasi homo non esset sanus, emptori damnatus est. Mela ait, non præstaturum id ei mandatorem: nisi postesquam emisset, sine dolo malo eius hoc uicium habere cœperit seruus. Sed si iussu mandatoris eum docuerit: contrà fore. tunc enim & mercedem, & cibaria consecuturum: nisi ut gratis doceret, rogatus sit.

IX. Exceptio: *Nisi salario dato conuenit, ut de suo sumptus in itinere mandatarius faceret. hoc enim casu sumptus itineris & uecturæ repetere non potest. quæ exceptio approbatur l.10. §. idem Labeo, in fine. ff. mandati. cuius uerba uide s̄. causa 7.*

X. Exceptio: *Nisi in suo quid fecit & impendit alterius mandatu. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.16. ff. d. tt. his uerbis:* Si quis mandauerit, ut in meo aliquid facerem, & fecero: quæsitum est, an sit mandati actio? Et ait Celsus libro VIII. Digestorum, hoc respondisse se, cum Aurelius Quietus hospiti suo medico mandasse diceretur, ut in hortis eius, quos Rauennæ habebat, in quos omnibus annis secedere solebat, sphæristerium, & hypocausta, & quædam alia ipsius ualetudini apta, sua impensa faceret. Deducto igitur quanto sua ædificia preciosiora fecisset: quod amplius impendisset, posse eum mandati iudicio persequi.

XI. Exceptio: *Nisi mandatarius in rem suam procurator datus, litis æstimationem soluit. Hæc exceptio approbatur l.21. §. 1. ibi: quia nec mandati. ff. de euictione. cuius uerba uide s̄. lib. proxim. cap.7. quæstion.1. exception.18. Concordat l.66. §. si secundus. ff. eod. tt. cuius uerba uide d. quæstion.1. except.24.*

XII. Exceptio: *Nisi de quota litis seu mercedem pactus sit mandatarius. Hæc exceptio approbatur l.6. §. fin. ff. mandati. cuius uerba uide J. lib.45. cap.4. quæst 1. except.17 & 18.*

XIII. Exceptio: *Nisi non sit mandatum. hoc enim casu contraria mandati actio ex causis s̄. propositis non competit. Hæc exceptio approbatur l.20. in fine. ff. mandati, his uerbis:* Fideiussori negociorum gestorum est actio, si pro absente fideiusserit. Nam mandati actio non potest competere, cùm non antecesserit mandatum. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi reus præsens passus sit negocium geri. Hæc replicatio approbatur l.6. §. si passus. ff. eod. tt. his uerbis:* Si passus sim aliquem pro me fideiubere, uel aliàs interuenire:

uenite: mandati teneor. Et nisi pro inuito quis intercesserit, aut donandi animo, aut negocium gerens: erit mandati actio. *Concordat l. 18. ff. eod. tt. bis uerbis:* Qui patitur ab alio mandari, ut sibi credatur: mandare intelligitur. *Concordat item l. 53. ff. eod. tt. bis uerbis:* Qui fide alterius pro alio fideiussit præsente & non recusante: utrosque obligatos habet iure mandati. Quòd si pro inuito uel ignorante, alterius mandatum secutus fideiussit: eum solum conuenire potest, qui mandauit, non etiam reum promittendi. Nec me mouet quod pecunia fideiussoris reus liberetur. Id enim contingit, etsi meo mandatu pro alio soluit. *Concordat item l. 6. C. eod. tt. bis uerbis:* Si fideiussor pro reo patiente fidem suam adstrinxerit: mandati cum eo post exolutam pecuniam, uel factam condemnationem potest actionem exercere. *Concordat denum l. 60. ff. de reg. iuris, bis uerbis:* Semper qui non prohibet pro se interuenire, mandare creditur. *Altera replicatio est: Nisi reus gestum ratum habuit. Hæc replicatio approbatur d. l. 60. bis uerbis:* Sed & si quis ratum habuerit quod gestum est: obstringitur mandati actione. *Concordat l. 194. §. ratihabitio ff. eod. tt. bis uerbis:* Ratihabitio mandato comparatur. *Tertia replicatio uidetur: Nisi postquam gestum est, mandauit gerendum. Hæc replicatio reprobatur exemplo l. 12. §. si post creditā. ff. mandati, bis uerbis:* Si post creditam pecuniam mandauero creditori credendam: nullum esse mandatum, rectissimè Papinianus ait. *Quarta replicatio est: Nisi postquam creditum esset, reus periculum in se receperit, mandaueritq; ut debitori dilatio detur. Hæc replicatio approbatur ibidem bis uerbis:* Planè si ut expectares, nec urgeres debitorem ad solutionem mandauero tibi, ut des ei interuallum, periculoq; meo pecuniam fore dicam: uerum puto, omne nominia periculum debere ad mandatorem pertinere. *Quinta replicatio est: Nisi post creditam pecuniam quis creditori scripserit, ut debitorem liberet, seq; pecuniam soluturum. Hæc replicatio approbatur l. 27. in prin. ff. mandati, bis uerbis:* Si quis alicui scripserit, ut debitorem suum liberet, seque eam pecuniam, quam is debuit, soluturum: mandati actione tenetur. *Sexta replicatio est: Nisi post creditam pecuniam creditor mandet suscipi probariq; nomen quod fecit. Hæc replicatio approbatur l. 12. §. idem ait. ff. mandati, bis uerbis:* Papinianus ait, Si tutor mandet suscipi uel probari nomen, quod fecerat: teneri eum mandati, scilicet quondam pupillo suo, uel curatori eius.

XIIII. *Exceptio: Nisi post creditam pecuniam mandatum sit, ut credatur. Hæc exceptio approbatur l. 12. §. si post. ff. mandati. cuius uerba uide* s̄. *except. prox. repl. 3.*

X V. *Exceptio: Nisi reus prohibuerit, ne fieret. Hæc exceptio approbatur l. 40. ff. mandati, bis uerbis:* Si pro te præsente & uetante fideiussserim: nec mandati actio, nec negociorum gestorum est. Sed quidam utilem mandati putant: quibus non consentio, secundum quod & Pomponio uidetur. *Concordat l. 6. §. si passus. ff. eod. tt. cuius uerba uide* s̄. *except. 13. repl. 1. Concordat item l. 53. ff. eod. tt. cuius uerba uide d. repl. 1. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi reus re non integra fieri prohibuit: puta rem tradi quæ ipsius uoluntate erat uendita. Hæc replicatio approbatur l. 14. ff. de publiciana in rem actione, bis uerbis:* Papinianus libro VI. Quæstionum scribit, Si quis prohibuit uel denunciauit ex causa uenditionis rem tradi, quæ ipsius uoluntate à procuratore fuit distracta, & is nihilominus tradiderit: emptorem tuebitur Prætor, siue possideat, siue petat rem. Sed quod iudicio empti procurator emptori præstiterit, contrario iudicio mandati consequitur. Potest enim fieri, ut emptori res auferatur ab eo, qui uenire mandauit: quia per ignorantiam non est usus exceptione, quam debuit opponere: ueluti. Si auctor meus non ex uoluntate tua uendidit. *Plura de exceptione proposita, eiusq; replicationibus uide* s̄. *cap. 12. quæst. 3. except. 17. item* j. *lib. prox. cap. 7. quæst. 2. except. 14.*

X V I. *Exceptio: Nisi cum mandator sua pecunia fieri mandasset, pecuniam nullam dederit. hoc enim casu uidetur mandatum reuocasse. quæ exceptio elicitur ex l. 12. §. fin. ibi: si non ita. ff. mandati. cuius uerba uide* s̄. *d. quæstion. 1. exception. 18. repl. 3.*

X V I I. *Exceptio: Nisi mandator mandatario rem, in quam sumptus fecit, donauerit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio hæc est: Nisi mandator rem postea alij uendiderit. quæ & ipsa replicatio subsistit, eiusq; duplicatio hæc est: Nisi consensu mandatarij mandator postea rem uendidit. quæ duplicatio approbatur d. l. 12. §. inde Papinianus, bis uerbis:* Papinianus quærit, si patronus prædium quod emerat, pro quo precij bessem exoluerit, iusserit liberto suo tradi, ut ille residuum precij redderet: deinde reddito precio uendenti fundum patrono libertus consenserit: trientis preciū an possit libertus repetere: & ait, si mandatum suscepit initio libertus, non donatum accepit: contrario iudicio posse eum precium repetere, quod deductis mercedibus, quas medio tēpore percepit, superest. Quòd si donationem patronus

in

in libertum contulit, uideri & postea libertum patrono donasse.

XVIII. Exceptio: *Nisi mandatarius non suā, sed alienam pecuniam impenderit. Hec exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio hæc est: Nisi pecuniam ab alio mutuò acceptam impenderit. Hæc replicatio approbatur l. 1. C. mandati, his uerbis:* Adoersus eum cuius negocia gesta sunt, de pecunia quā de ꝓprijs opibus, uel ab alijs mutuò acceptā erogasti, mandati actione pro sorte & usutis pores experiri. De salario aurem qood promisir, apud præsidem prouinciæ cognirio præbebitur. *Concordat l. 12. §. si mandauerim. ibi: quòd si sic. ff. eod. tt. cuius uerba uide ꝫ. proximè. Huius replicationis duplicatio hec est: Nisi cùm debitor mandasset debitum pro se solui, mandatarius non debitoris, sed creditoris nomine mutuam pecuniam acceperit, & soluerit. hoc enim casu actio mandati denegatur. Quæ duplicatio approbatur d. § si mādauerim, his uerbis:* Si mandauerim seruo tuo, ut quod tibi debeā, solueret meo nomine: Neratios scribit, quamuis mutuatus seruus pecuniam rarlonibus tuis quasi à me receptam intulerit: tamen si numos à creditore non ita acceperit, ut meo nomine daret: nec liberari me, nec te mādati mecum acturum. Quòd si sic mutuatus sit pecuniam, ut meo nomine daret: utrunque contrà esse, nec referre alius, an idem ipse seruus nomine tuo, quod pro me soluebatur, acceperit. Er hoc uerius est: quoniam quoties suos numos accipit creditor, non contingir liberario debitori.

XIX. Exceptio: *Nisi mortuo mandatore impenderit. Hæc exceptio approbatur l. 34. §. fin. ff. mandati. cuius uerba uide ꝫ. cap. proxim. quæst. 4. reg. 5. Cōcordant: ea quæ proposita sunt ꝫ. cap. 12. quæst. 3. except. 18. item l. 19. §. si quis dederit, in fine. ff. de donationib. cuius uerba uide ꝫ. lib. 48. cap. 8. except. 10. repl. 1. dupl. 7.*

XX. Exceptio: *Nisi mandator rem, in quam impensum est, habere nolit. Hæc exceptio reprobatur l. 12 §. si mihi mandaueris. ff. d. tt. cuius uerba uide ꝫ. causa 7.*

XXI. Exceptio: *Nisi res in quam impēsum est, perierit. Hæc exceptio ipso quidē iure reprobatur, admittitur autē primùm quidem, si mandatarius periculum rei receperit. Quæ distinctio approbatur l. 39. ff. mādati. cuius uerba uide ꝫ lib. 19. cap. 8. quæst. 5. causa 7. Deinde admittitur in casu, qui proponitur l. 36. §. quòd si fundum. ff. eod. tt. cuius uerba uide ꝫ. except. gener. 3.*

XXII. Exceptio: *Nisi mandatarius actionem, quam nactus est, mādatori non cedat. Hæc exceptio approbatur exēplo l. 54. §. fin. ff. mandati. cuius uerba uide ꝫ. cap. 12. quæst. 3. exc. 7. repl. 1. dupl. 1. tripl. 1.*

XXIII. Exceptio: *Nisi procurator causam, in quam sumptus fecit, amiserit. Hæc exceptio reprobatur l. 4. C. mandati, his uerbis:* Etiamsi contrariam sententiam reportauerunt, qui te ad exercendas causas appellationis procuratorē constituerunt: si tamen nihil culpa tua factum est, sumprus quos in litem probabili ratione feceras, contraria mandati actione petere potes. *Hactenus exceptiones aduersus causas ꝓpositæ actionis enumeratæ sunt. Sed & plures uide ꝫ. cap. 12. quæst. 3.*

## II. QVIBVS COMPETIT contraria mandati actio?

I. Regula, *De mandatario, proponitur l. 12. §. cōtrario. ff. mandati, his uerbis:* Contrario iudicio experiuntur, qui mandatum susceperunt: utputa qui rerum, uel rei unius procurationem susceperunt.

II. Regula: *Alij quàm mandatario regulariter non competit. Cuius tamen regulæ exceptio prima hæc est: Nisi filiofamiliâs sit mandatū. hoc enim casu patri datur actio. Quæ exceptio approbatur d. l. 12. §. si filiofamiliâs, his uerbis:* Si filiofamiliâs mādaui ut pro me solueret, patrem (siue ipse soluerit, siue filius ex peculio) mandati acturum Neratius ait: Quod habet rationem. Nihil enim mea interest, quis soluat. *Huius exceptionis replicatio prima, sumpta ex persona soluentis uel impendentis, reprobatur uerbis iam propositis. Altera replicatio est: Nisi post emancipationem filius mandatum fuerit executus & impenderit. hoc enim casu non patri, sed filio mandati actio datur. Quæ replicatio approbatur ibidem his uerbis:* Si filiofamiliâs mandauero, ut pro me soluat, & emancipatus soluerit: in factum actionem filio dandam. Patrem autem post emancipariooem soluentem, negociorum gestorum actionem habere: *Ait iurisconsultus:* In factum actionem. *Hanc alibi uocat Lex mandati actionem utilem, l. 44. in fine. ff. de hæredib. instituen. cuius uerba uide ꝫ. lib. 33. cap. 11. reg. 8. Altera exceptio est. Nisi curatori sit mandatum. hoc enim casu pupillo datur actio. Quæ exceptio approbatur d. l. 12. §. idem ait. cuius uerba uide ꝫ. quæstion. proxim. except. 13. replic. 6. Tertia exceptio est: Nisi mandatarius sit defunctus: hoc enim casu eius hæredi sine dubio datur.*

## III. ADVERSVS QVOS dator actio proposita?

I. Regula, *De mandatoris hærede, proponitur l. 58. in princip. ff. mandati. cuius uerba uide ꝫ. cap. 12. quæst. 3. except. 8. repl. 2.*

II. Regula, *De uno ex pluribus mandatoribus, proponitur l. 59. §. Paulus respondit. ff. eodem titul. his uerbis:* Paulus respondir, Vnumquenque mandatorum in solidum eligi posse, etiamsi non sit conceptum in mandato. Post condemnationem autem in duorum personam collatam, necessariò ex causa

aliom eandem rem mandator exequatur. Nam nisi ita renuncietur, ut integra causa mandatori reseruetur eandem rem explicandi, nihilominua mandati actio locum habet: nisi iusta causa intercesserit, aut nō renunciandi, aut intempestiuè renunciandi. *Concordat l.22.§.sicut.ff.mandati. cuius uerba uide J.cap.prox.quaest.1.causa 2.in prin.* Huius *exceptionis replicatio est: Nisi is cui mandatum est, non statim re integra renunciauit.* Hæc *replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Aut quàm primum renunciandum, &c. *De qua replicatione cum alijs similibus, uide J.d.causa 2 et 3.*

XVII. Exceptio: *Nisi mandator uoluntatem mutauit, & mandatum reuocauit.* Hæc *exceptio approbatur* Inst *de mandato. §. rectè quoque, his uerbis:* Rectè quoq; mandstom, si dum adhuc integra res sit, reuocatum fuerit: euanescit. *Concordat l.12.§.si mandauero. ff. mandati, his uerbis:* Si mandauero exigendam pecuniam, deinde uoluntatem mutauero: an sit mandati actio uel mihi uel hæredi meo? Er ait Marcellus, cessare mandati actionem: quia extinctum est mandarum, finita ooluntare. Quòd si mandaueris exigendam, deinde prohibuisti, exactam que recepisti: debitor liberabitur. *Concordat item l.27.§.1.ff.eod. tt. cuius uerba uide S̄. lib.19. cap.8.except.3. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi non re integra mandator mandatum reuocauerit. Quæ replicatio approbatur uerbis* Inst. *S̄. propositis hisce:* Si dum adhuc integra rea sit, &c. *Cuius exemplum proponitur l.15. ff. mandati, his uerbis:* Si maodassem tibi ut fuudū emerea, postea scripsissem ne emeres: tu, antequam scires me uetuisse, emissea, mandsti tibi obligatus ero, oe damno adficiatur is qui mandatum suscepit. *Altera replicatio est: Nisi cùm quis mandatu alicuius stipulatus esset, mandator stipulatori postra solui prohibuerit.* Hæc *replicatio approbatur l. ultim. ff. de solut. cuius uerba uide J. lib.48. cap.8. replicat.1.duplicat.7.*

XVII. Exceptio: *Nisi mandator re integra mortuus sit.* Hæc *exceptio approbatur* Inst.*de mandato. §. item si adhuc, his uerbis:* Si adhuc integro mandato mora alterurriua interueniat, id est, uel eius qui maodauerit, uel illius qui mandatum susceperit: soluitur mandatum. *Concordat l. 26. in prin. ff. mandati. cuius uerba uide J.repl.2. Item concordat l. 15. C. eod. tt. his uerbis:* Mandatum re integra domini morte finitur. *Huius exemplum proponitur l.8.C.de obligat. & actionib. cuius uerba uide S̄. lib.35. cap.2. except.13. repl.44. Aliud exemplum proponitur l.ultim. in fine. ff. de solution. cuius uerba uide d. dupl. 7. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi post impletum mandatum mandator decesserit.* Hæc *replicatio elicitur ex uerbis* Inst.*iam propositis hisce:* Si adhuc integro mandaro. *Item uerbis d.l.15.hisce:* Re integra. *Altera replicatio est: Nisi mandatarius ignorans mandatorem decessisse, mandatum impleuit.* Hæc *replicatio approbatur* Inst.*d.§.item si adhuc, his uerbis:* Vtilitatia causa receptum est, si eo mortuo qui tibi mandauerat, tu iguorana eum decesaisse executus fueria mandatum: posse te agere mandati actione. Alioqui iusta & probabilia ignorantia tibi damnum adferret. Et huic simile est, quod placuit, si debitorea manumisso dispensarore Titij per ignorantiam libero soluerint: liberari eos. Cùm alioqui stricta iuria ratione non possent liberari: quia alij soluissent, quàm cui soluere debuerint. *Concordat l.26.in princip. ff. mandati, his uerbis:* Inter causaa omittendi maodati etiam mors mandaroria est. Nam mandatum soluitur morte. Si tamen per ignorantiam impletum est, competere actionem urilitatis causa dicitur. Iulianus quoque scripsit, mandatoria morte solui mandatum: sed obligatiouem aliquando durare. *Concordat item l. 58. in princip. ff.eod.tt. his uerbis:* Si præcedeute mandatu Titium defenderia, quãuis mortuo eo (cùm hoc ignorares) puto mandati actionem aduersua hæredem Titij competere: quia mandatum morte mandatoris, non etiam mandati actio, soluitur. Quòd si sine mandatu defensione suscepta negocium quodámodo defuncti gerere institueras: quéadmodum si illom liberassea, competeret tibi negociorum gestorum actio: ita potest dici, & hæredem eiua eadem actione teneri. *Tertia replicatio est: Nisi mādator post mortem suam dari uel fieri mandauerit.* Hæc *replicatio approbatur exēplis l.12.§. fin. cū l. sequēte. ff. mandati, his uerbis:* Marcellus scribit, si ut post mortem sibi monumentum fieret, quia mandanit: hæres eius poterit mandati agere, ut perficiatur. Illum uerò qui mandatum suscepit, si pecunia sua fecit, puto agere mandati: si oou ita ei mandatum est, ut sua pecuuia faceret monumētum. Porerit enim agere etiam cum éo qui mandauit, ut sibi pecuuiam daret ad faciendum: maximè si iam quædam ad faciendum parauit. Idem est, & si mandaui tibi, ut post mortem meam hæredibus meia emerea fundum. *Aliud exemplum proponitur l.27. §. 2. ff. eodem titul. cuius uerba uide suprà libro decimonono, cap.octauo, exceptione tertia. Contrarium exemplum proponitur l.ult. in fine. ff. de solutionibus. cuius uerba uide J.lib.48. cap.8.repl.1.dupl.7.*

XIX. Exceptio: *Nisi mādatarius re integra mortuus sit.* Hæc *exceptio approbatur l.27.§.morte.ff.mādati,*

*dati,his uerbis:* Morte quoq; eius cui mádatum est, si is integro adhuc mandato decesserit, soluitur maodatum : & ob id hæres eius, licet executus fuerit mandatum, nõ habet mandati actiooem. *Concordat l.57. in prin.ff.eod.tt.cuius uerba uide alibi. Item concordat Inst.de mandato.§. item si adhuc, cuius uerba uide s. exc.prox.in prin. Hec de exceptionib.aduersus mandatũ tam ijs quæ insunt, quàm ijs quæ sequũtur mádatũ. Sed et plures huiusmodi exceptiones uide in duob. capitib.sequentib. Nunc de actionib.mãdati agendũ.*

## *DE ACTIONE MANDATI directa, quæ datur mandatori aduersus mandatarium.*

### *Cap.XIII.*

### I. CAVSAE, EX QVIBVS datur hæc actio.

P*Rima causa: Si mandatarius non præstat bonã fidem, uel exactam diligentiam. Hæc causa approbatur l.21.C.mandati,his uerbis:* In re mandata non pecunia solùm, cuius est certissimum mandati iudicium, uerùm etiá existimationis periculum est. Nam suæ quidem quisq; rei moderator atq; arbiter nõ omnia negocia, sed pleraq; ex proprio animo facit. Aliena uerò negocia exacto officio geruntur: nec quidquam in eorũ administratione neglectum ac declinatum culpa uacuum est. *Concordat l.13. C. eod.tt.his uerbis:* A' procuratore dolum & omnem culpam, non etiam improuisum casum præstandum esse, iuris authoritate manifestè declaratur. *Concordat item l.11 C. eod.tt. his uerbis:* Procuratorem non tantùm pro ijs quę gessit, sed etiá pro ijs quę gerenda suscepit: & tam propter exactam ex mandato pecuniá, quàm non exactam, tá dolũ quàm culpã, sumptuũ ratione bona fide habita, præstare nesse est. *Concordat itẽ l.10.in prin.ibi:nihil enim.ff.mãdati.cuius uerba uide J.causa 17. Itẽ cõcordat l.59.§.1.ibi:cùm in omni.ff.eod.tt.cuius uerba uide s.lib.40.cap.4.causa 1. exe.13.repl.7. uide itẽ J.causa 17.excepe.1.repl.1.*

II. *Causa: Si mandatarius susceptum mandatum non implet. Hæc causa approbatur, simul & distinguitur l.22.§.fin.cum tribus legib.sequentib.ff.mandati,his uerbis:* Sicut liberum est mandatũ non suscipere, ita susceptũ cõsummari oportet, nisi renunciatũ sit. Renuociari aũt ita potest, ut integrũ ius mandatori reseruetur uel per se, uel per aliũ eandẽ rem cõmodè explicandi: aut redondet in eum captio, qui suscepit mandatũ. Et qoidẽ si is cui mandatum est, ut aliqoid mercaretor, mercatus non sit, oeq; renunciauerit se nõ empturũ, idq; sua, non alterius culpa fecerit: mãdati actione teneri eũ cõuenit. Hoc amplius tenebitur (sicuti Mela quoq; scripsit) etsi eo tẽpore per fraudẽ renunciauerit, cum iá rectè emere nõ posset. Sanè si ualetudinis aduersæ, uel capitaliũ inimicitiarũ, seu ob inanes rei actiones, seu aliá iustá causam excusationis alleget: audiẽdus est. *Cõcordat Inst.de mandato.§.mandatũ non.cuius uerba uide s.cap.prox.quæst.1.exc.16. Concordat item l.27.§.qui suscepit.ff.mãdati cuius uerba uide J.causa prox. Item concordat l.5.in prin.ibi:etsi susceptũ. ff.eod.tt.his uerbis:* Si susceptũ mandatũ nõ impleuerit, tenetur. *Itẽ cõcordat l.6.§.1.in fine.ff.eod.tt.cuius uerba uide J.quæst.7.in prin. Item cõcordat l.8 §.si tutores.ff.eod.tt.cuius uerba uide J. quæst.ult.exc.10. Item concordat d.l.8. §. dolo autẽ: ibi:sed etsi dolo.cuius uerba uide J.causa 17. Itẽ cõcordat l.17.§.sicut.ibi:uoluntatis.ff.cõmodati,his uerbis:* Voluntatis est suscipere mandatũ, necessitatis est consummare. *Concordat item l.5. C.mandati,his uerbis:* Si maritus sororis tuę tibi procurans petere bonorũ possessionẽ noluit, cum ipso tibi congrediendum est. Quam querelá ita cũ effectu habes, si mandasse te ut peteretur bonorũ possessio, eũque neglegisse arguas. *Cõcordat itẽ l.11.C.eod. tt.cuius uerba uide s.causa prox. Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi mãdatarius mãdatũ nõ suscepit uel recusauit. quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s.cap.prox.quæst.1.exc.16. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi mandatarius nõ renunciauit, uel intẽpestiuè renũciauit. Hæc replicatio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proponũtur J.causa prox. Altera exceptio est: Nisi mãdatarius mandatũ implere nõ potuit. Hæc exceptio approbatur quidẽ ipso iure: uerùm eãdẽ admittit replicationẽ, quam exceptio superior prox. l.27. §.q suscepit.ff.mãdati.cuius uerba uide J.causa px. Tertia exceptio est: Nisi alius mãdatũ impleuit. Hæc exceptio approbatur l.8.§.mãdaui.ff.mãdati,his uerbis:* Mãdaui ut negocia gereres: si nihil deperierit (quãuis nemo gesserit) aut si alius idoneè gesserit, cessat mãdati actio. Et in similib. hoc idẽ erit probãdũ. *Quarta exceptio est: Nisi nihil intersit mãdatoris mãdatũ impletũ nõ esse. Hæc exceptio approbatur uerbis iã propositis hisce:* Si nihil deperierit, &c. *Cõcordat d.l.8.§.mãdaui, cuius uerba uide s.cap prox.quæst.1.except.2.*

III. *Causa: Si mandatarius, cùm aut nollet aut non posset implere mandatum, non renunciauit, uel intempestiuè renunciauit. Hæc causa approbatur l.27. §.qui suscepit. ff. mandati, his uerbis:* Qui suscepit mandatum, si potest id explere, deserere promissum officium non debet: alioquin quanti mandatoris intersit, damnabitur. Si uerò intelligit explere se id officiũ non posse: idipsum cum primùm poterit, debet mandatori renunciare, ut is si uelit, alterius opera utatur. Quòd si, cùm possit renunciare, cessauerit: quanti mandatoris intersit, tenebitur.

Sed si aliqua ex causa non poterit renunciare: securus erit. *Concordat l.22.§. sicut autē. ff.eod.tt.cuius uerba uide ͂s.causa prox.Item concordat inst.de mandato.§.mandatū non.cuius uerba uide ͂s.cap.prox.quæst 3.except.16.Huius causæ exceptio hæc est: Nisi aliqua iusta causa fuerit non renunciandi,aut intempestiuè renunciandi.Hæc exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Sed si aliqua ex causa non poterit reounciare: securus erit. *Concordat d.l.22.§.fin.cum tribus legibus sequentibus.cuius uerba uide d. causa prox. Item concordat inst.d.§.mandatum uon,in fine.*

IIII. *Causa:Si mandatarius,cum prohibitus esset implere mandatum,illud nihilominus impleuerit. Hæc causa approbatur,simul & distinguitur l.29.ff. mandati.his uerbis:* Si hominem ribi dedero,ut eom manumitteres,& postea proeuratot meoa ptohibuerit, ne maoomitteres:an mādati agere posaim,si tu eum manumiseris? Iuliaous.Respoodi,si ptocurator instam causam habuit intetpellandi manumissionē serui, quem lo hoc solùm acceperam,ut manumitterem:uelnti si postea eompeterit,eum salsas tationea confecisse, insidias uitæ prioris domini fttuxisse:tenebot,nisi denunciatiooi ptocutatoris paruero.Si nerò nulla iusta causa procuratori fuit dennociandi, ne seruus manumitteretur: non poterit mecum agi, qoamuis ad libertatem eum petduxerim.

V. *Causa: Si mandatarius fines mandati excessit, seu legem mandati non seruauit. Hæc causa approbatur l.41.ff. mandati, his uerbis:* Potest & ab una duntaxat patte mandati iudicium dari.Nam si is qoi mandatum suscepit,egressus fuerit mandatum:ipsi quidem mandati iodicium non competit, at ei qui mandauit, aduersus eum compètit. *Concordat l.5.ff.eod.tt.his uerbis:*Diligenter fines mandati custodiendi sont. Nam qui excessit, aliud quid facere uidetur: et si sosceptum non impleoerit,tenetur. Itaq; si mandauero tibi,nt domum Seianam centum emeres, tuq; Titianam emeris longè maioris precij,eentum tamen, aot etiam mioorie: non uidetia implesse mandatum. Item si maodaueto tibi, ut fuodum meum centū uenderes, tuq; eum nonaginta uēdideris, & petam fundum: noo obstabit mihi exceptio:nisi & reliqoom mihi, quod deest mandato meo,ptæstes, & indemnem me per omnia conserues.Seruo quoq; si domi nua ptæceperit certa summa rem uendere,& ille minoris uendiderit: similiter & uindicare eam dominus potest, nec ulla exceptione sobmooeri.nisi indemnitas ei præstetut. *Ait Iurisconsultus:* Non obstabit mihi exceptio. *De hac re uide ͂s. lib.21. cap.4. causa 1.except.1.repl.1.dupl.1. Huius causæ exceptio hæc est:Nisi mandatarius fines mandati excedens,meliorem domini conditionem fecit. quæ exceptio approbatur d.l.5. §.fin. his uerbis:* Melior causa maodantis fieri potest:pota si cum tibi mādassem,ut Stichum deeem emeres,tu eum mioorie emeris,uel tantidē,ut aliud quid quam seruo accederet. Vtroq; eoim easu, aut non ultra precium, aut iotra precinm fecisti. *Concordat l.3.ff. eod.tt. cuius uerba uide J.cap.prox.quæst.2.except.gener.1. ubi etiam plura uide de causa proposita.*

VI. *Causa: Si causam mandantis fecit deteriorem. Hæc causa approbatur d.l.3.ff.mandati.*

VII. *Causa : Si mandatarius nou persequatur, nec exegerit,quod potest. Hæc causa approbatur l.44.ff.d.tt.his uerbis:* Dolus est,si quia oolit petsequi,quod persequi potest:aut si qois non exegerit,quod exigere potest,aut soluere. *Concordat l.11. C.eod.tt. cuius uerba uide ͂s. causa 1. Ait Iurisconsultus:* Quod persequi potest, aut quod exigete potest. *Ex his uerbis elicitur exceptio hæc:Nisi mandatarius persequi aut exigere non potuit. Cui concordat l. 20. in prin. ibi: sicuti nec.ff.mandati. cuius uerba uide J. exception. gener.5.*

VIII. *Causa : Si mandatarius mandatoris negocia gerens,non soluerit mandatori quod ei ex alia causa debet, & ob id actio mandatori per temporis præscriptionem perierit. Hæc causa approbatur uerbis d.l.44.͂s.causa prox. propositis hisce:* Aut soluere. *Concordat l.6.§.apud Iulianum,in fine.ff.eod.tt.cuius uerba uide ͂s. cap. proxim. quæstion.3. exception.3. Item concordat l.32. ff. eod.tt. mandati,his uerbis:* Si negocia mea mandaueto getenda ei, qui mihi actione intra annum in quadruplum tenebatur, post anoum uerò in simplum: etsi post annum eum eo mandati agam,ptæstare mihi quadtuplum debebit. Nam qui alterius negocia administranda suseepit: id ptæstare debet io sua persona, quod in aliotum.

IX. *Causa : Si mandatarius caueri sibi non curauit. Hæc causa approbatur l.20. in princip. ibi : at si culpa. ff. mandati. cuius uerba uide J. causa 17.*

X. *Causa : Si per procuratorem causa læsa sit. Hæc causa approbatur l.9.C.mandati, his uerbis:* Cùm pet procuratorem causam tuam læsam esse dicas: mandati actio tibi aduet sua eum competit.

XI. *Causa:Si per collusionem procuratoris aduersarius uicit. Hæc causa approbatur l.8.§.sed etsi per.ff.mandati.cuius uerba uide ͂s.lib.5. cap.8. effectu 3.quæst.1.causa 1.*

XII. *Causa : Si cùm mandassem tibi ut excuteres uires hæreditatis mihi delatæ, tu quasi minoris ea sit, eam à me emeris. Hæc causa approbatur*

l.42.

*l.42.ff.mandati,his uerbis:* Si mandauero tibi, ut excuteres uires hæreditatis, & tu quasi minoris sit, eam à me emeris: & mandati mihi teneberis. Tantundem, etsi tibi mandaui, ut uires excuteres eius, cui eram crediturus, & denunciaueris eum idoneum esse.

XIII. *Causa: Si cùm mandassem tibi ut excuteres uires eius, cui eram crediturus, tu denunciaueris eum esse idoneum. Hæc causa approbatur uerbis iam propositis hisce:* Tantundem, &c.

XIIII. *Causa: Si cùm liber homo, qui bona fide seruiebat, redimendum se mandasset, redemptus postea liber sit pronunciatus. Hæc causa approbatur l.8.§.si liber.ff.mandati, his uerbis:* Si liber homo, cùm bona fide seruiret, Titio mandauit ut redimeretur: & numos ex eo peculio dedit, quod ipsum sequi, non apud bonæ fidei possessorem relinqui debuit: Titiusq; precio soluto liberum illum manumisit, mox ingenuus pronunciatus est: habere eum mandati actionem aduersus eũ, Iulianus ait, cui se redimendum mandauit. Sed hoc tantùm inesse mandati iudicio, ut sibi actiones mandet, quas habet aduersus eum, à quo comparauit. Planè si eam pecuniam dederit, quæ erat ex peculio ad bonæ fidei possessorem pertinente: nullæ ei (inquit Iulianus) mandari actiones possunt: quia nullas habet, cum ei suos numos emptor dederit. Quinimò (inquit) ex uendito manebit obligatus. Sed & hæc actio inutilis est: quia quantum fuerit consecutus, tantum empti iudicio necesse habebit præstare.

XV. *Causa: Si fideiussor mandatarius rem pignori à mandatore creditori datam redimens, mandatori oblato debito eam non restituat. Hæc causa approbatur per ea quæ proposita s̄.lib.40.cap.4.causa 1.except.13.repl.7.*

XVI. *Causa: Si fideiussor mandatarius ex pecunia mandatoris, qui liberatus erat, debitum soluit. Hæc causa ipso quidem iure subsistit, uerùm eius exceptio hæc est: Nisi fideiussor ignorans mandatorem liberatum esse. quæ exceptio approbatur l.8.§.si ignorantes.ff.mandati.cuius uerba uide J.lib.45.cap.4.quæst.1.except.9.*

XVII. *Causa: Si mandatarius rem uel pecuniam, quam ex causa mandati nactus est, uel exegit, mandatori non restituat. Hæc causa approbatur cum alijs quibusdam l.8.§.dolo, cum sequentibus legibus. ff.mandati, his uerbis:* Dolo facere uidetur, qui id quod potest restituere, nõ restituit. Proinde si tibi mandaui ut hominem emeres, eumq; emisti: teneberis mihi ut restituas. Sed etsi dolo emere neglexisti, fortè si pecunia accepta alij cessisti ut emeret: aut si lata culpa, fortè si gratia ductus passus es alium emere; teneberis. Sed et si seruus quem emisti, fugit: siquidem dolo tuo, teneberis. Si dolus non interuenit, nec culpa: non teneberis, nisi ad hoc ut caueas, si in potestatem tuam peruenerit, te restituturum. Sed etsi restituas, tradere debes. Etsi cautum est de euictione rei, uel potes desiderare, ut tibi caueatur: puto sufficere, si mihi hac actione cedas, & procuratorẽ me in rem meam facias: nec amplius præstes, quàm consecuturus sis. De tuo etiam facto cauere debes. Idemq; & in fundo, si fundum emit procurator. Nihil enim amplius quàm bonã fidẽ præstare eũ oportet, qui procurat. Sed etsi de sanitate serui procuratori cautum est, aut caueri potest, aut de cæteris uicijs: idẽ erit dicendum. At si culpa caueri non curauit: condemnabitur. *Concordat causæ propositæ l.55.ff.eod.tt.his uerbis:* Procurator qui res nõ inclusas subtraxit, sed traditas non reddidit: iudicio mandati, non furti tenetur. *Concordat item l.59.in prin.ibi: idem est et si.ff.eod.tt.cuius uerba uide J.causa prox. Huius causæ exceptio hæc est: Nisi res accepta uel exacta perierit, uel seruus fugerit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur uerbis iam propositis hisce:* Sed et si seruus quem emisti, fugit: siquidem dolo tuo, teneberis. Si dolus nõ interuenit, nec culpa: non teneberis, nisi ad hoc ut caueas, si in potestatẽ tuam peruenerit, te restituturum. *Concordat l.13.C.mandati. cuius uerba uide s̄.causa 1. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi dolo uel culpa mandatarij res perierit. quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis. Concordat d.l.13. Concordant item ea quæ proposita sunt s̄. d.causa 1. Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi mandatarius non cauerit, si res recepta fuerit, se restituturum. quæ duplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Nisi ad hoc ut caueas, si in potestatem, &c. *Altera duplicatio est: Nisi mandatarius actionem, quam rei nomine, quæ perijt, habet, non cedat. Hæc duplicatio approbatur per ea quæ proponuntur J. causa proxim. Altera replicatio est: Nisi mandatarius periculum rei in se suscepit. Hæc replicatio approbatur l.19.ff. mandati. cuius uerba uide s̄. lib.39. cap.8. quæst.2. causa 7. except.1.repl.3.*

XVIII. *Causa: Si mandatarius actiones, quas ex causa mandati nactus est, mandatori non cedat. Hæc causa approbatur l.41 ff.mandati, his uerbis:* Qui mandatum suscepit, ut pecunias in diem collocaret, isq; hoc fecerit: mandati conueniendus est, ut cum dilatione tẽporis actionib. cedat. *Concordat l.45.in prin.ibi: nã & ego. ff.eod.tt.cuius uerba uide J.cap.prox.quæst.5. Concordat item d.l.45.§.quoties. cuius uerba uide J.d.quæst.5. Item concordat l.59. in prin. ff.eod.tt.his uerbis:* Si mandatu Titij Calphurnius

pecuniam,

pecunism, quam Titius credebat, stipulatus est non donandi animo: mandati iudicio eum ab hærede Titij posse conueniri, ut actiones suas præstet, Paulus respondit. Idem est, et si exacta est à Calphurnio pecunia. *Concordat item l. 8. §. si liber homo. ibi: sed hoc tantùm. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. causa 14. Concordat d. l. 8. §. fin. ibi: etsi cautum est, cum legib. sequentibus. cuius uerba uide s̄. causa proxim. in prin. Concordat item l. 10. §. si cui mandauero. ff. eod. tt. bis uerbis:* Si cui mandsuero, ut à Titio stipuletur: potero cum eo cui mandaui, agere mandati ut eum accepto liberet, si hoc uelim: uel si malim, in hoc agam ut eum deleget mibi, uel cui alij uoluoro. Et Papinianus libro tertio Respōs. scribit: Si mater pro filia dotē dederit, eaq; mandante filia, uel illicò stipulata sit, uel etiam postea: mandati eam teneri, quamuis ipsa sit, quæ dotem dederit.

XIX. *Causa: Si cùm mandatarius actionem ex causa mandati nactus esset, debitori uolente mandatore non acceptum ferat. Hæc causa approbatur uerbis d. §. si cui mandsuero, iam propositis.*

XX. *Causa: Si cùm quis sibi aut Titio dari stipulatus esset, Titio solutum sit, isq; stipulatori quod accepit, non restituat. Hæc causa approbatur Inst. de inutilib. stipulat. §. Planè solutio, in fine. cuius uerba uide s̄. lib. 37. cap. 3. exc. 26. repl. 11. Cōcordant ea quæ proponuntur j. lib. 48. cap. 5. quæst. 2. reg. 6.*

XXI. *Causa: Si procurator instrumenta causæ non reddat. Hæc causa approbatur l. 8. in prin. ff. mandati. cuius uerba uide s̄. lib. 5. cap. 8. effectu. 3. quæst. 1. causa 5.*

XXII. *Causa: Si mandatarius in rei restitutione de dolo uel culpa sua non caueat. Hæc causa approbatur l. 9. ff. mandati. cuius uerba uide s̄. causa 17. in prin.*

XXIII. *Causa: Si cùm pater pro filia dotem daret, mandauit genero ut inde filiam aleret: gener mandatarius superfluum socero mandatori non restituat. Hæc causa approbatur l. 60. §. si inter. in fine. ff. mandati. cuius uerba uide s̄. lib. 15. cap. 8. reg. 9. except. 3.*

EXCEPTIONES PRÆCEDENTIUM
causarum generales.

*Hactenus causæ actionis propositæ tam generales quàm speciales enumeratæ sunt: quarum exceptiones generales hæ sunt.*

I. Exceptio: *Nisi quis rem suam ignorans mandatu alterius uendiderit. hic enim mandati actione non tenetur, quamuis mandatorem contraria mandati actione habeat obligatum. quæ exceptio approbatur l. 49. ff. mandati, bis uerbis:* Seruum Titij emi ab alio bona fide, & possideo. Mandatu meo eum Titius uendidit, cùm ignoraret suum esse: uel contrà, ego uendidi illius mandatu, cùm fortè is cui hæres extitit, eum emisset: de iure euictionis, & de mandato quæsitum est? Et puto Titium, quamuis quasi procurator uendidisset, obstrictum emptori esse: neq; si rem tradidisset, uindicationem ei concedendam. Et idcirco mandati eum nō teneri: sed cōtrà mandati agere posse, si quid eius interfuisset: quia fortè uenditurus non fuerit. Contrà mandator, si rem ab eo uendicare uelit, exceptione doli submouetur: & aduersus uenditorem testatoris sui habet ex empto iure hæreditario actionem.

II. Exceptio: *Nisi is qui dotem mandatu mulieris stipulatus est, eam pro muliere dedit. Hæc exceptio reprobatur l. 10. §. si cui manda. in fine. ff. mandati. cuius uerba uide s̄. causa 18. in fine.*

III. Exceptio: *Nisi mandator absens reuersus, non acceptis rationibus, rursus profecturus mandatum denuò instaurauerit. Hæc exceptio reprobatur l. 56. §. non ideo. ff. mandati, bis uerbis:* Non ideo minus omnis temporis bonam fidē explorari oportet, quòd dominus post annos quinq; ex prouincia reuersus, mox rei pub. causa profecturus, non acceptis rationibus, mandatum instaurauerit. Cùm igitur ad officium procuratoris pertinuerit, quidquid ex prima negociorum gestorū administratione debuit, ad secundam rationem transferre: secundi temporis causa priorem litem suscipiet.

IIII. Exceptio: *Nisi cùm Titius Seij negocia gerere deberet, ea alij gerenda mādauit, nec is quidquam Seio adhuc culpæ nomine præstitit. Hæc exceptio reprobatur l. 17. ff. de negocijs gestis. cuius uerba uide s̄. cap. prox. quæst. 3. except. 2. repl. 5.*

V. Exceptio: *Nisi mandatarius rem cuius nomine conuenitur, nondum acceperit uel exegerit. Hæc exceptio approbatur l. 20. in prin. ff. mandati, bis uerbis:* Ex mandato apud eum qui mandatum suscepit, nihil remanere oportet: sicuti nec damnum pati debet, si exigere fœneratam pecuniam non potuit. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ante rem iudicatam perceperit. Hæc replicatio approbatur l. 17. ff. d. tt. bis uerbis:* Si mandauero tibi ut à Titio decem exigeres, & ante ea exacta mandati tecum egero: si ante rem iudicatam exegeris, condemnandum te esse constat. *Altera replicatio est: Nisi dolo uel culpa non exigat. Hæc replicatio approbatur per ea quæ proposita sunt superius causa 7. Tertia replicatio est: Nisi mandatarius actionem non cesserit. Hæc replicatio approbatur per ea quæ proposita sunt s̄. causa 18.*

VI. Exceptio: *Nisi res quæ petitur, perierit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s̄. causa 17. exception. 1. Hæc de exceptionibus generalibus. Sed & plures*

*huiusmodi*

*huiusmodi exceptiones uide s̄.cap.prox.quæstion.3.*

II. QVIBVS ACTIO PROposita competit?

*Alij quàm ei qui mandauit, actio proposita non datur. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi procurator domini negocium alij mandauerit. hoc enim casu uidetur non ei qui mandauit, sed domino mandati actio competere. Sed hæc exceptio reprobatur l.8.§.si quis mandauerit.ff.mandati. cuius uerba uide s̄.lib.5.cap 6.quæst.4. except.6.repl.2. dupl.1. Concordat l.27.ff.de negocijs gestis.cuius uerba uide s̄.cap.prox. quæst.3.except.1. repl.5. Altera exceptio est: Nisi seruus mandauerit. hoc enim casu domino mandati actio competit. quæ exceptio approbatur l.22.§.fugitiuus.ff.mandati.cuius uerba uide s̄.lib.prox.cap.1.quæstion.6.exception.10. Tertia exceptio est: Nisi mandator mortuus sit.tunc enim eius heredibus mandati actio competit.quæ exceptio approbatur l.12.§.fin.ff.d.tt.cuius uerba uide s̄.cap.prox.quæst.3.except.18.repl.5. Concordat l.59. in princip. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. causa 18. Quarta exceptio est: Nisi creditores quidam uenditionem bonorum debitoris alicui mandauerint. hoc enim casu uidetur etiam absentibus, & non mandantibus creditoribus mandati actio danda. Sed hæc exceptio reprobatur l.22.§.si curator.ff. mandati. cuius uerba uide s̄. lib. 17. cap.9. quæstion.4. regul. 3. Quinta exceptio est: Nisi filiusfamiliâs mandauerit. hoc enim casu patri, non filio competit actio. quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s̄.lib.16.cap.5.regul.1. Cuius replicatio hæc est: Nisi cùm quis filiumfamiliâs heredem instituere uellet ita, ne hereditas ad patrem perueniret, filius offensam patris ueritus alium rogauerit, ut se pateretur heredem institui, sibiq; sui iuris effecto hereditatem restitueret. quæ replicatio approbatur l.44.ff.de hered.instit.cuius uerba uide s̄.lib.33. cap.11.reg.8.*

III. ADVERSVS QVOS ACTIO proposita competit?

I. *Regula: Aduersus alium quàm cui mandatum est, actio proposita non competit. quæ regula approbatur l.14.in prin. C. de fideiussoribus, his uerbis:* Mandati actio personalis est. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi filiofamiliâs mandatum sit. hoc enim casu etiam aduersus patrem mandati actio est. quæ exceptio approbatur l.61.ff. mandati, his uerbis:* Quod filiofamiliâs uti peteret, mandaui: si emancipatus exegerit, de peculio intra annum utiliter agam. Paulus. Sed & cum filio agendum est. *Altera exceptio est: Nisi seruo mandatum sit. hoc enim casu aduersus dominum mandati de peculio actio est, non aduersus seruum. quæ exceptio ipso quidem iure approbatur, uerùm eius replicatio est: Nisi seruus manumissus mandatum fuerit executus. Hæc exceptio approbatur l.16. ff. de negocijs gestis. cuius uerba uide s̄.lib.56.cap.6.regul.1.exception.1.repl.1.dupl.1. Tertia exceptio uidetur: Nisi mandator gestum non aliâs ratum haberi uoluit, nisi interuentu Sempronij gestum esset: aut aliâs Sempronius monendi mandatarij gratia interuenerit. hoc enim casu etiam aduersus Sempronium mandati actio uidetur competere. Sed hæc exceptio reprobatur l.10.§.si quis ea.ff. mandati, his uerbis:* Si quis ea quæ procurator suus & serui gerebant, ita demum rata esse mandauit, si interuentu Sempronij gesta essent, & malè pecunia credita sit: Sempronium qui nihil dolo fecit, non teneri, Papinianus scribit. Et est uerum, eum qui non animo procuratoris interuenit, sed affectionem amicalem promisit in monendis procuratoribus & actoribus, & in regendis cōsilio: mandati nō teneri. Sed si quid dolo fecerit: non mandati, sed magis de dolo teneri.

II. *Regula, De uno ex pluribus mandatarijs. Vnusquisq; in solidum tenetur. quæ regula approbatur l.60.§.duobus.ff.mandati, his uerbis:* Duobus quis mandauit negociorum administrationem: quæsitum est, an unusquisque mandati iudicio in solidum teneatur? Scæuola. Respondi, unumquenque pro solido conueniri debere: dummodo ab utroque non amplius debito exigatur.

IIII. QVID VENIAT IN Actione proposita?

I. *Regula, De omni emolumento quod percepit mandatarius mandatori restituendo, proponitur l.20.in prin. ff. mandati. cuius uerba uide s̄. quæst.1. except. gener. 5. Concordat l.10.§.si procurator.ff. eod.tt.cuius uerba uide J.reg.4.except.2.*

II. *Regula: Nihil amplius quàm consecutus est mandatarius, restituere tenetur. quæ regula approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s̄.quæst.1.except.gener.5.*

III. *Regula, De fructibus rei restituendis, proponitur l.10.§.si ex fundo.ff.mandati, his uerbis:* Si ex fundo quem mihi emit procurator, fructus consecutus est: hos quoq; officio iudicis præstare eum oportet. *Concordat d.l.10. §.idem Labeo. ibi: & sicut. cuius uerba uide J. cap. prox quæst.1.causa 7.Concordat itē l.59 §.1.ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄.lib.40. cap.4. causa 1.except. 13.repl. 7.*

IIII. *Regula, De usuris præstandis. Regulariter quidem ad usuras præstandas mandatarius non tenetur. quæ regula approbatur l.13. §.fin.ff.de usuris, hisce uerbis:* Quæsitum est, an iudicio negociorum gestorum uel mandati pro pecunia ociosa usuras præstare debeat, cùm dominus nullam pecuniam fœnerauit? Scæuola. Respondi, si eam pecuniam depositam habuisset, idq; ex consuetudine mandantis fecisset: non debere quidquam usurarum nomine præstare.

Concordat

*Concordat l.10.§.ſi quis Titio.ff.mandati.cuius uerba uide ſ.cap.prox.quæſt.3.except.1. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi uſuræ in ſtipulationem ſint deductæ, uel aliâs de illis præſtandis conuenit.quæ exceptio elicitur ex uerbis d.§.ſi quis Titio, biſce:* Si in ſtipularionem deductæ non ſunt. *Concordat l.34.in prin.ibi:in propoſito igitur.ff.eod.tt.cuius uerba uide ſ.lib.19.cap.2 quæſt.1. except.17.repl.1. Huius exceptionis leges concordantes, ſimul & replicationes uide ſ. lib. 16. cap.9. quæſt.1 cauſa 1. Altera exceptio eſt: Niſi mora in ſoluendo debito facta ſit. Hæc exceptio cum alijs quibuſdam approbatur d.l.10. §. ſi procurator, his uerbis:* Si procurator meus pecuniá meam habeat, ex mora utiq; uſuras mihi pendet. Sed etſi pecuniam meam fœnori dedit, uſurasq; conſecurus eſt: conſequenter dicemus, debere eum præſtare quantumcunq; emolumenti ſenſit, ſiue ei mandaui, ſiue non: quia bonæ fidei hoc congruit, ne de alieno lucrum ſentiat. Quòd ſi non exercuit pecuniam, ſed ad uſus ſuos conuertit: in uſuras conuenietur, quæ legitimo modo in regionibus frequentantur. Denique Papinianus ait: Etiamſi uſuras exegit procurator, & in uſus ſuos conuertit: uſuras eum præſtare debere. *Tertia exceptio eſt: Niſi mandatarius pecuniam mandatoris fœnori dedit. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propoſitis biſce:* Sed etſi pecuniam meam fœnori dedit, uſurasq; conſecurus eſt, &c. *Concordat d.l.10.§.ſi mandauero, his uerbis:* Si mandauero procuratori meo, ut Titio pecuniam meam credat ſine uſuris, isq; non ſine uſuris crediderit: an etiam uſuras mihi reſtituere debeat, uideamus? Et Labeo ſcribit, reſtituere eũ oportere, etiamſi hoc mandauerim, ut gratuitam pecuniam daret: quamuis, ſi periculo ſuo credidiſſet, ceſſaret (inquit Labeo) in uſuras actio mãdati. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi ſuo periculo mandatarius pecuniam fœnori dedit mandatoris uoluntate. Hæc replicatio approbatur uerbis iam propoſitis biſce:* Quamuis, ſi periculo ſuo crediſſet, ceſſaret in uſuras actio mandati. *Huius duplicatio hæc eſt: Niſi de uſuris mandatori præſtandis conuenit. Hæc duplicatio approbatur l.14.in prin.ibi:in propoſito.ff.eod.tt.cuius uerba uide ſ.lib.39.cap.2.quæſt.1.except.17.repl.1. Quarta exceptio eſt: Niſi mandatarius pecuniam mandatoris in ſuos uſus conuertit. Hæc exceptio approbatur uerbis d.§.ſi quis Titio, ſ.propoſitis biſce:* Quòd ſi non exercuit pecuniam, ſed ad uſus ſuos conuertit: in uſuras conuenietur, quæ legitimo modo in regionibus frequentãtur. *Huius exceptionis replicatio hæc eſſe uidetur: Niſi uſuras exactas in uſus ſuos conuertit. Sed hæc replicatio reprobatur ibidem his uerbis:* Deniq; Papinianus ait, etiamſi uſuras exegit procurator, & in uſus ſuos cõuertit: uſuras eum præſtare debere. *Quinta exceptio eſt: Niſi cùm mandaſſet quis, ut pecunia creditori ſuo cui ſub uſuris debebat, solueretur, mandatarius non ſoluit. Hæc exceptio approbatur l.12.§.dedi tibi.ff.mandati, his uerbis:* Dedi tibi pecuniam, ut creditori meo exoluas: non feciſti, præſtabis mihi uſuras, quo caſu & à me creditor pecuniam debitam cum uſuris recepturus eſt. Et ita Imperator Seuerus Hadriano Demonſtrato reſcripſit.

V. *Regula: Si, cùm quis rem aliquam emendam mandaſſet, quam mandatarius cum alijs habet communem, mandatarius ſociorum partes emerit: etiam ad ſuam partem uendendam mandatori tenetur. quæ regula approbatur l.35.ff.mandati, his uerbis:* Si fundum qui ex parte tuus eſt, mandaui tibi ut emeres mihi: uerum eſt, mandatum poſſe ita conſiſtere, ut mihi cæteris partibus redemptis, etiam tuam partem præſtare debeas. Sed ſiquidem certo precio emendas eas mandauerim: quanticunque aliorum partes redemeris, ſic & tua pars æſtimabitur: ut non abundet mandati quantitatem, in quam mandaui tibi totum emendũ. Sin autem nullo certo precio conſtituto emere tibi mandauerim, tuq; ex diuerſis precijs partes cæterorum emeris: & tuam partem uiri boni arbitratu æſtimato precio dari mihi oportet. *Concordat l.34.§.cùm heres.ff eod.tt.his uerbis:* Cùm hæres ex parte eſſes, mandaui tibi ut prædium hæreditarium mihi emeres certo precio: emiſti. Pro cohæredum quidem partibus non dubiè mãdati actionẽ eſſe inter nos: pro tua autem parte poſſe dubitari, Africanus ait, utrum'ne ex empto, an mandati agi oporteat? neq; enim ſine ratione quẽquam exiſtimaturum, pro hac parte ſub conditione contractam emptionẽ. Quod quidem quæri maximè pertinere ait, ut ſi fortè, priuſquã emptio fieret, deceſſerim, & tu cùm ſcires me deceſsiſſe, propter mãdatum meum alij uendere nolueris: an hæres meus eo nomine tibi ſit obligatus? Et retrò, ſi alij uendideris: an hæredi meo tenearis? Nam, ſiquidem ſub conditione emptio facta uideatur: poſſe agi, quemadmodum ſi quæuis alia conditio poſt mortem extitiſſet. Si uerò perinde mandati agendum ſit, ac ſi alienum fundum emi mandaſſem: per mortem inſecutã (cùm id ſcieris) reſoluto mandato nullam tibi actionẽ cum hærede meo fore. Sed etſi mandati agendum eſſet: eadem præſtanda, quæ præſtarentur, ſi ex empto ageretur. *Concordat item l.22.§.Iulianus.ff.eod.tt.his uerbis:* Iulianus ſcripſit, mandati obligationem conſiſtere etiam in rem eius qui mãdatum ſuſcipit,

ex

ex eo maximè probari. Quòd si pluribus hæredibus uendentibus uni mandauero, ut rem hæreditariam emeret: etiam pro ea parte, ex qua hæres sit, obligarur mandati actione, & obligat: & sanè si ille propter hoc extraneo rem nō addixerit, quòd mādatum susceperat: ex bona fide esse præstari ei precium, quanti uendere poterat. Et cōtrà, si emptor ad emptionem rei sibi necessariæ idcirco non accesserat, quòd hærea recepisset so ei empturū: æquissimum esse mandati iudicio præstari, quanti eius interfuit emptam rem habere. *Plura de hac re uide J. cap. prox. quæst. 4. reg. 1. & reg. 2.*

VI. Regula, *De actionibus quas mandatarius nactus est, mandatori præstandis, uide s̄. quæstion. 1. causa 18.*

VII. Regula, *De eo quod interest præstando, si non id quod debet præstiterit, proponitur l. 16. C. mandati, his uerbis:* Ad comparandas merces data pecunia, qui mandatum suscepit, fide rupta, quanti interest mandatoris tenetur. *Concordat l. 27. §. qui suscepit. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. quæst. 1. causa 2. in prin. Item concordat l. 8. §. mādati. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. cap. prox. quæst. 3. except. 2. Concordat l. 22. §. Iulianus, in fine ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. reg. 5. Concordat item l. 27. ff. de negocijs gestis. cuius uerba uide s̄. d. except. 2. repl. 5.*

VIII. Regula, *De reputatione & deductione sumptuum uide J. cap. prox. quæst. 1. causa 7.*

## V. QVANDO COMPETAT actio proposita?

*Procurator qui negocium alij mandauit, etiam antequam domino quidquam præstiterit, mandati agere potest. quæ regula approbatur d. l. 27. in fine.*

## VI. EVENTVS.

*Actio hæc infamat. quæ regula approbatur l. 21. C. mandati. cuius uerba uide s̄. quæst. 1. causa 1.*

## VII. ADFINIA REmedia.

*Ex causis suprà propositis regulariter quidem mandati, non alia domino rei gestæ competit actio. quæ regula approbatur l. 6. §. 1. ff. mandati, his uerbis:* Si cui fuit mandatum ut negocia administraret: hac actione erit conueniendus, nec rectè negociorum gestorum cum eo agetur. nec enim ideo est obligatus, quòd negocia gessit: uerùm idcirco, quòd mandatum suscepit. Deniq; teneretur, etsi non gessisset. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi quis libero homini, quem bona fide poßidet, mandauerit. hoc enim casu negociorum gestorū, non mandati actio est. quæ exceptio approbatur l. 18. §. si libero. ff. de negocijs gestis, hisce uerbis:* Si libero homini, qui mihi bona fide seruiebat, mandem ut aliquid agat: nō fore cum eo mandati actionem, Labeo ait. quia non libera uoluntate exequatur rem sibi mandatam, sed quasi ex necessitate seruili. Erit igitur negociorum gestorū actio: quia & gerendi negocij mei habuit affectum, & is fuit quem obligare possem. *Altera exceptio est: Nisi rogatu serui, domini negocia gesta sint. hoc enim casu negociorum gestorum actio est. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 41. ff. de negocijs gestis, hisce uerbis:* Si serui mei rogatu negocia mea susceperis: si duntaxat admonitus à seruo meo id feceris, erit inter nos negociorum gestorum actio. Si uerò quasi mandatu serui: etiam de peculio & de in rem uerso agere te posse, responsum est. *Tertia exceptio est: Nisi inter mandatoris negocium etiam alterius negocium gestū sit. hoc enim casu alteri qui non mandauit, negociorum gestorum uel in factum actio est. quæ exceptio approbatur l. 21. §. si curator. ff. mandati. cuius uerba uide s̄. lib. 17. cap. 9. quæst. 4. reg. 3. Concordant ea quæ proponuntur J. lib. prox. cap. 5. quæstion. 4. causa 9. Quarta exceptio est: Nisi mandatum non sit, uel inutiliter mandatum. hoc enim casu non mandati, sed negociorum gestorum actio est. quæ exceptio approbatur per ea quæ proponuntur J. d. quæst. 4. Quinta exceptio est: Nisi merces mandato interuenerit. hoc enim casu locati & conducti, non mandati actio est. quæ exceptio approbatur Inst. de mandato. §. in summa, his uerbis:* Sciendum est, mandatū, nisi gratuitum sit, in aliam formam negocij cadere. Nam mercede constituta, incipit locatio & conductio esse. Et (ut generaliter dicamus) quibus casib. sine mercede suscepto officio mandati siue depositi contrahitur negocium: ijs casibus interueniente mercede locatio & conductio intelligitur cōtrahi. Et ideo si fulloni polienda curandaue quis dederit uestimēta, aut sarcinatori sarciēda, nulla mercede cōstituta neq; promissa: mandati cōpetit actio. *Cōcordat l. 1. §. fin. ff. mandati, his uerbis:* Mandatum, nisi gratuitum, nullum est. nam originem ex officio atq; amicitia trahit. Contrariū porrò est officio merces: interueniente enim pecunia, res ad locationem & cōductionē potius respicit. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi remunerandi gratia honor interuenit. Hæc replicatio approbatur l. 6. in prin. ff. mandati, his uerbis:* Si remunerandi gratia honor interuenit: erit mandati actio. *Concordat d. l. 6. § fin. cuius uerba uide J. lib. 45. cap. 4. quæst. 1. except. 18. Item concordat l. 2. ibi: idem dico. ff. de proxeneticis. cuius uerba uide J. lib. 45. cap. 1. quæst. 2. except. 34. Item concordat l. 1. in fine. C. mandati. cuius uerba uide J. cap. prox. quæst. 1. causa 5. Sexta exceptio est: Nisi id quod mandatum est, in aliam contractus speciem cadat. Hæc exceptio approbatur, simul & declaratur per ea quæ proposita sunt s̄. cap. prox. quæst. 3. except. 3. Septima exceptio est: Nisi ex eo quòd mandatarius pecuniam acceptā consumpserit,*

*pserit, agatur. hoc enim casu etiam furti actio est. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l.22. §. si tibi centum. ff. mandati, his uerbis:* Si tibi centú dedero ut ea Titio dares, tuq; non dederis, sed consumpseris: & mandati & furti teneri te, Proculus ait. At si ita dederim, ut quæ uelles dares: mandati tantummodo. *Octaua exceptio uidetur: Nisi ex eo quòd mandatarius acceptum non restituat, agatur. hoc enim casu furti etiam actio uidetur cõpetere. Sed hæc exceptio reprobatur l.55 ff. mandati. cuius uerba uide s̄. quæst. 1. causa 17. in prin. Nona exceptio est: Nisi mandatarius instrumenta apud se deposita non restituat. hoc enim casu uidetur etiam depositi actio competere. Sed hæc exceptio reprobatur l.8. in prin. ff. mandati. cuius uerba uide s̄. lib. 5. cap. 8. effectu 3. quæst. 1. causa 5. Decima exceptio est: Nisi tutor contutori suo negocium pupilli mandauerit. hoc enim casu etiã tutelæ actio est. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur d. l.8. § si tutores, his uerbis:* Si tutores mandauerint suo contutori mancipiũ emendum pupillo, & ille non emerit: an sit mandati actio? Et utrum tantùm mandati, an uerò & tutelæ? Et Iulianus distinguit. Referre enim, cuius generis seruũ tutores uni tutorum mãdauerint ut emeret. Nam si superuacuum seruum uel etiam onerosum: mandati actione tantùm eum teneri, tutelæ non teneri. Si uerò necessariũ seruum, tunc & tutelæ eum teneri: nec solum, sed & cęteros. Nam etsi non mandassent, tenerentur tutelæ, cum seruum pupillo necessarium non cõparauerint. Non sunt igitur excusati, quòd contutori mandauerint: quia emere debuerant. Planè habebunt nihilominus mandati actionem: quia mandato non est obtemperatum. Contrà quoq; Iulianus ait, tutorem qui emit, mandati actionem habere aduersus contutores suos. *Vndecima exceptio est: Nisi quis rem, quæ mandatario communis est, emendam mandauerit, & mandatarius partem à socio redemerit. hoc enim casu, quo ad suam partem, quam in re habet, mandatori etiam ex empto tenetur. quæ exceptio approbatur l.14. §. cum heres. ff. mandati. cuius uerba uide s̄. quæst. 4 reg. 5. Duodecima exceptio est: Nisi quis mandatu alterius rem suam tanquam mandatoris ignorans uendiderit. hoc enim casu mandatori mandati actio non competit, sed empti actio aduersus suum autorem. quæ exceptio approbatur l.49. ff. mandati. cuius uerba uide s̄. quæst. 1. except. gener. 1. Decimatertia exceptio est: Nisi cùm quis cum mandatario in fraudem mandatoris collusisset, mandatarius non sit soluendo. hoc enim casu aduersus eum qui cum mandatario collusit, de dolo actio est. quæ exceptio approbatur l.8. §. sed etsi per. ff. mandati. cuius uerba uide s̄. lib. 5. cap. 8. effectu 3. quæst. 1. causa 3. Concordat l.7. §. si dolo. ff. de dolo malo. cuius uerba uide J. lib. 49. cap. 3. quæst. 4. causa 31. Concordat item l.10. §. si quis ea quæ, in fine. ff. mandati. cuius uerba uide s̄. quæstion. 3. reg. 1. except. 3. Decimaquarta exceptio est: Nisi inter aliquos conuenerit de mutuo officio præstando: puta ut tu à meo debitore Carthagini exigas, ego à tuo Romæ. hoc enim casu non mandati, sed præscriptis uerbis actio est. quæ exceptio approbatur l.5. §. sed si facio. ff. præscriptis uerbis. cuius uerba uide J. lib. prox. cap. 1. causa 4. Decimaquinta exceptio est: Nisi proxeneta mandatorem circumuenerit. hoc enim casu non mandati, sed de dolo actio est. quæ exceptio approbatur l.2. in fine. ff. de proxeneticis. cuius uerba uide J. lib. 45. cap. 1. quæst. 2. except. 34.*

## *DE CONTRARIA MANdati actione, quæ datur mandatario aduersus mandatorem. Cap. XIIII.*

### I. CAVSAE HVIVS actionis.

*PRima causa: Si cùm quis mandatum aliquid faciendi suscepisset, ut mandator pecuniam ad faciendum præstet. agi potest. quæ causa approbatur l.12. §. fin. cum lege sequente. ff. mandati. cuius uerba uide s̄. cap. 12. quæst. 3. except. 18. repl. 3.*

II. *Causa: Si seruus emptus mandatario furtum fecit. Hæc causa approbatur l.26. §. si cum seruus. ff. mandati, his uerbis:* Si cum seruus, quem mandatu meo emeras, furtum tibi fecisset: Neratius ait, mandati actione te consecuturum, ut seruus tibi noxæ dedatur: si tamen sine culpa tua id acciderit. Quòd si ego scissem talem esse seruum, nec tibi dixissem, ut posses præcauere: tunc quanti tua interest, tantum præstari tibi oportet. *Concordat l.61. §. quod uerò ad. ff. de furtis, his uerbis:* Quod ad mandati actionem attinet, si seruus emptus mandatario furtum fecerit, Africanus dubitare se ait, num dicendum sit, omnimodo damnum præstari debere. Et quidem hoc amplius, quàm in superioribus causis seruandum esse: ut etiamsi ignorauerit is qui certum hominem emi mandauerit, furem esse: nihilominus tamen damnum decidere cogatur. Iustissimè enim procuratorem allegare, non fuisse se id damnum passurum, si id mandatum non suscepisset. Idque euidentius in causa depositi apparere. Nam licet alioquin æquum uideatur, non oportere cuiquam plus damni per seruum euenire, quàm quanti ipse seruus sit: multo tamen æquius esse, nemini officium suum, quod eius cum quo contraxit, non etiam sui commodi causa susceperit, damnosum esse. Et sicut in superioribus contractibus, uenditione, locatione, pignore, dolum eius qui sciens reticuerit, puniendum

dum esse dictum sit: ita in his culpam eorum quorum caula contrahatur, ipsis potius damnosam esse debere. Nam certam mandantis culpam esse, qui talem seruũ sibi emi mandauerit: & similiter eius qui deponat, quòd non fuerit diligentior circa monẽdum, qualem seruum deponeret. Circa commodatum autem meritò aliud existimandum: uidelicet quòd tooc eius solius commodum qui utendum rogaue rit, uersetur. Itaq; eum qui cõmodauerit, sicut in locatione, si non dolo id fecerit, non ultra precium serui quid amissurum. Quinetiam paulo remissius circa interpretationem doli mali debere nos uersari: quoniam (ut dictum est) nulla utilitas commodantis interueniat. *Ait Iurisconsultus:* In superioribus causis. *De quibus d.l.63.§.his etiam illud, cum sequentibus. cuius uerba uide s̄ lib.40.cap.10.quæst.1.causa 11. Huius causæ exceptio prima hæc uidetur esse: Nisi mandator ignorauerit furẽ esse. Sed hæc exceptio reprobatur uerbis iam propositis hisce:* Vt, etiamsi ignorauerit is qui certum hominem emi mandauerit, furem esse: nihilominus tamen damnum decidere cogatur. *Altera exceptio est: Nisi culpa mandatarij furtum ei à seruo sit factum. Hæc exceptio approbatur d.§.quod uerò ad, in fine, his uerbis:* Hæc Ita putat uera esse, si culpa nulla ipsius qui mandatum uel depositum susceperit, intercedat. Cæterùm si ipse ultrò ei custodiam argenti fortè uel nummorum commiserit, cùm alioquin nihil unquam dominus tale quid fecisset: aliter existimandum esse. *Concordat l.26.§. si cùm seruus. ff. mandati, uerbis s̄. ead. causa in prin. propositis hisce:* Si tamen sine culpa tua id acciderit. *Tertia exceptio est: Nisi mandator mandatorio seruum noxæ dederit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur d.§. si cùm seruus. Cuius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi mandator sciens seruum furem esse, mandatario id non indicauit. Quæ replicatio approbatur d.§. si cùm seruus. ibi: quod si ego scissem. Altera replicatio est: Nisi non generaliter seruum, sed certum seruum emi mandatum sit. Quæ replicatio approbatur uerbis d.§.quod uerò ad, paulo superius propositis.*

III. *Causa: Si quis rem suam mandatu alterius ignorans uendidit. Hæc causa approbatur l.49. ibi: sed contra. ff. mandati. cuius uerba uide s̄. cap. prox. quæst.1. except. gener.1.*

IIII. *Causa: Si cùm quis mandatum suscepisset emendi rem, quæ sibi cum alio communis est: parte à socio empta, mandator mandatarij partem emere nolit. Hæc causa approbatur l.22. §. Iulianus. & l.34. §. cùm hæres. ff. mandati. quarum uerba uide s̄. capite prox. quæstione 4. regula 5.*

V. *Causa: Si non soluatur honorarium siue salarium. Hæc causa approbatur l.1. in fine C. mandati, his uerbis:* De salario quod promisit, apud præsidem prouinciæ cognitio præbebitur. *Concordat l.7. ff. eod. tit. cuius uerba uide s̄. lib.37. cap.3. except.19. Item concordat l.1. ff. de proxenetis, his uerbis:* Proxenetica iure licito petuntur. *Concordat item l.3. ff. eod. tit. cuius uerba cum alijs concordantibus uide s̄. lib. 9. cap. 2. quæst.1. reg.1. Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi de quota litis salarium sit constitutum. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s̄. d. except.19. Altera exceptio est: Nisi certa quantitas in honorario constituendo non sit expressa. Hæc exceptio approbatur l.17. C. mandati, his uerbis:* Salarium incerta pollicitatione promissum, peti non potest. *Concordat l.56.§. salariam. ff. eod. tit. cuius uerba uide s̄. lib.5. cap.5. membr.6. regula 1. except.3. Sed & plura de causa proposita eiusq; exceptionibus uide d. membr.6.*

VI. *Causa: Si cum se mãdatarius mãdatoris nomine obligasset, mãdator eum liberare, & obligationẽ in se recipere nolit. Hæc causa approbatur per ea quæ proponuntur j. quæst.5.*

VII. *Causa: Si mandatarius ex causa mandati sumptus fecit, uel quid ei abest: ut hoc ei restituatur, actione proposita petere potest: uel si conueniatur, per exceptionem reputare potest, atque deducere. Quæ causa approbatur l.10. §. idem Labeo. ff. mandati, his uerbis:* Labeo ait, uerum est, reputationes quoque hoc iudicio admittere: & sicuti fructus cogitur restituere is qui procurat, ita sumptum quẽ in fructus percipiendo fecit, deducere eum oportet. Sed et si ad uectures suas, dum excurrit in prædia, sumptus fecit: puto hos quoque sumptus reputare eum oportere: nisi salarium fuit, & hoc conuenit, ut sumptus de suo faceret ad hæc itinera. *Concordat l.12. §. si mihi. ff. eod. tit. his uerbis:* Si mihi mandaueris, ut rem tibi aliquam emam, egoque emero meo precio: habebo mandati actionem de precio recuperando. Sed et si tuo precio, impendero tamen aliquid bona fide ad emptionem rei: erit contraria mandati actio, et si rem emptam nolis recipere. Simili modo, et si quid aliud mandaueris, & in id sumptum fecero: non tantùm id quod impendi, uerùm usuras quoque consequar. *Concordat item l.27. §. impendia. ff. eod. tit. his uerbis:* Impendia exequendi mandati gratia facta, si bona fide facta sunt, restitui omnimodo debent: nec ad rem pertinet quod is qui mandasset, potuisset, si ipse negocium gereret, minus impendere. *Concordat item l.11. in fine. C. mandati. cuius uerba uide s̄. cap. proxim. quæstion.1. causa 1. Concordat item l.14. C. eod. tit. his uerbis:* Si secundum man-

 datum

datum Triphonis & Felicis equos tua pecunia comparatos, uel insolutum à proprio debitore tibi traditos, uni de his utrinsq; uoluntate dedisti: ad parendum placitis eos mandati iudicio conuentos, bona fides urget. *Concordat item l.10. in fine. C. eod. tt. cuius uerba uide s̄. lib. 37. cap. 3. except. 19. Exceptiones huius causæ uide inter exceptiones sequentes generales.*

VIII. *Causa: Si casu damnum passus sit mandatarius ob mandatum. Hæc causa reprobatur l. 26. §. non omnia. ff. mandati. cuius uerba uide paulo inferius except. 7.*

IX. *Causa: Si mandatarius seruum ex mandato emptum, artem aliquam docuit, & mandator mercedem & cibaria non reddat. Hæc causa approbatur, simul & distinguitur d. l. 26. §. fin. cuius uerba uide j. except. 8.*

## DE EXCEPTIONIBVS IAM PROpositarum causarum generalibus, præsertim iam dictæ septimæ.

I. Exceptio: *Nisi excessit fines mandati mandatarius. Hæc exceptio approbatur Inst. de mandato. §. is qui, his uerbis:* Is qui exequitur mandatum, non debet excedere fines mandati. Vt ecce si quis usque ad centum aureos mandauerit tibi ut fundum emeres, uel ut pro Titio sponderes: neq; pluris emere debes, neq; in ampliorem pecuniam fideiubere. Alioqui non habebis cum eo mandati actionem: adeò quidem, ut Sabino & Cassio placuerit, etiamsi usq; ad centum aureos cum eo agere nolueris, inutiliter te acturum. Sed diuersæ scholæ authores rectè usq; ad centum aureos te acturũ existimant. Quæ sententia sanè benignior est. Quòd si minoris emeris, habebis scilicet cum eo mandati actionem: quoniam qui mandat ut sibi centum aureorum fundus emeretur, is utiq; mandasse intelligitur, ut minoris (si possit) emeretur. *Concordat l. 3. cum lege sequente. ff. mandati, his uerbis:* In causa mandati etiam illud uertitur, ut interdum nec melior causa mandantis fieri possit, interdum melior, deterior uerò nunquam. Et quidem si mandaui tibi, ut aliquam rem mihi emeres, nec de precio quidquam statui, tuq; emisti: utrinq; actio nascitur. Quòd si precium statui, tuq; pluris emisti: quidam negauerunt mandati te habere actionem, etiamsi paratus esses id quod excedit, remittere. Nanq; iniquum est, non esse mihi cum illo actionem, si nolit: illi uerò, si uelit, mecum esse. Sed Proculus rectè eum usq; ad precium statutum acturum existimat. Quæ sententia sanè benignior est. *Concordat item l. 41. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. cap. prox. quæst. 1. causa 5. Huius exceptionis exemplum proponitur l. 7. C. de fideiussoribus. cuius uerba cum concordantibus uide j. lib. 45. cap. 1. quæst. 2. except. 46. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ad eam summam quæ mandato continetur. quæ replicatio approbatur uerbis Inst. §. is qui, paulo superius propositis hisce:* Adeò quidem, ut Sabino, &c. *Concordat l. 4. ff. mandati, uerbis paulo superius propositis hisce:* Sed Proculus rectè eum usq; ad precium statutum acturum existimat. *Altera replicatio est: Nisi melior domini conditio sit effecta. hoc enim casu, quamuis mandatarius fines mandati excesserit, tamen nihilominus actio illi non est deneganda. quæ replicatio approbatur uerbis Inst. §. is qui, paulo superius propositis hisce:* Quòd si minoris emeris, habebis scilicet cum eo mandati actionem, &c. *Concordat l. 3. ff. mandati, uerbis s̄. propositis hisce:* Interdum melior. *Item concordat l. 5. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. cap. proxim. quæstion. 1. causa 5. exception. 1. Huius etiam exemplum proponitur l. 46. ff. mandati, his uerbis:* Si quis pro eo spoponderit, qui ita promisit: Si Stichum non dederis, centum milia dabis? Et Stichum redemerit uilius, & soluerit, ne centum milium stipulatio committatur: constat posse eum mandati agere. Igitur commodissimè illa forma in mandatis seruanda est: ut quoties certum mandatum sit, recedi à forma non debet. at quoties incertum, uel plurium causarum: tunc licet alijs præstationibus exoluta sit causa mandati, quàm quæ ipso mandato inerat: si tamen hoc mandatori expedierit, mandati sit actio. *Tertia replicatio est: Nisi mandator postea id quod factum est, ratum habuerit. Hæc replicatio approbatur l. 10. §. idem ait. ff. mandati, his uerbis:* Labeo ait, si quid procurator citra mandatum ad uoluptatem fecit, permittendum ei auferre, quod sine damno domini fiat: nisi rationem sumptus istius dominus admittit. *Quarta replicatio est: Nisi mandator non permittat mandatario auferre id quod præter mandatum est factum. Hæc replicatio uerbis iam propositis adprobatur.*

II. Exceptio: *Nisi maiores sumptus impenderit, quàm mandator, si ipse gessisset, impendisset. Hæc exceptio approbatur l. 27. §. impendia. ff. mandati. cuius uerba uide s̄. causa 7.*

III. Exceptio: *Nisi cùm fundum emendum quis suscepisset, partem tantùm eius emisset. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 36. §. quòd si fundum. ff. mandati, his uerbis:* Quòd si fundum qui per partes uenit, emendum mandassem: sed ita ut non aliter mandato tenear, quàm si totum fundum emerer: si totum emere non potueris, in

in partibus emendis sibi negocium gerit, siue habuerit in eo fundo partem, siue nō. Et eueniet, ut is cui tale mandatum est, periculo suo interim partes emat: & nisi totum emerit, ingratus eas retineat. Propius autem est, ut cum huiusmodi incommodis mandatum suscipi possit, præstariq; officium etiam in partibus emendis, perinde atq; in toto, debeat ab eo, qui tale mandatum sua sponte suscepit. *Huius exceptionis replicatio est: Nisi in mandato specialiter non sit additum, quòd mandator nisi toto empto obligari nolit. Hæc replicatio approbatur ibidem, his uerbis:* Quòd si mandassem tibi, ut fundum mihi emeres, non addito eo, ut non aliter mādato teneat, quàm si totum emeres: & tu partem, uel quasdam partes eius emeris: tum habebimus sine dubio mandati actionem, quamuis reliquas partes emere non potuisses. *Concordat l.56.§.fin. ff.mandati. cuius uerba uide J. except. prox.*

IIII. *Exceptio: Nisi mandatarius negocio finem non imposuit. Hæc exceptio reprobatur d. l. 56.§.fin. his uerbis:* Sumptus bona fide necessariò factos (etsi negocio finem adhibere procurator non potuit) iudicio mandati restitui necesse est. *Concordat l.10. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. cap. prox. question.1. except.5.*

V. *Exceptio: Nisi non bona fide impenderit. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Sumptus bona fide necessariò factos, &c. *Concordat l.27.§. impendia. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. quest.1. causa 7.*

VI. *Exceptio: Nisi causa mandantis per sumptus erogatos non sit facta melior. Hæc causa reprobatur l.1. in prin. ff. mandati. cuius uerba uide s̄. except.1.*

VII. *Exceptio: Nisi casu damnum passus sit mandatarius. hoc enim non præstat mandator. quæ exceptio approbatur l.26.§. non omnia. ff. mandati, his uerbis:* Non omnia quæ impensurus non fuit, mādatori imputabit: ueluti quòd spoliatus sit à latronibus, aut naufragio res amiserit, uel languore suo suorumque adprehensus quædam erogauerit. Nam hæc magis casibus, quàm mandato imputari oportet. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi pecuniam, quam in causam mandati impensurus erat, casu perdiderit. Hæc replicatio approbatur l.17. in prin. ibi: nam etsi. ff. de in rem uerso, his uerbis:* Si procurator meus in negocia mea impensurus pecuniam mutuatus, sine culpa eam perdiderit: rectè eū hoc nomine mandati uel negociorum gestorum acturum, Africanus ait.

VIII. *Exceptio: Nisi ob uicium serui ex mandatu empti & rursus uenditi mandatarius damnum sit passus: puta emptori eo nomine damnatus. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur d. l.26.§.fin. his uerbis:* Faber mandatu amici sui emit seruum decem, & fabricam docuit, deinde uendidit eum uiginti, quos mandati iudicio coactus est soluere: mox quasi homo non esset sanus, emptori damnatus est. Mela ait, non præstaturum id ei mandatorem: nisi posteaquam emisset, sine dolo malo eius hoc uicium habere cœperit seruus. Sed si iussu mandatoris eum docuerit: contrà fore. tunc enim & mercedem, & cibaria consecuturum: nisi ut gratis doceret, rogatus sit.

IX. *Exceptio: Nisi salario dato conuenit, ut de suo sumptus in itinere mandatarius faceret. hoc enim casu sumptus itineris & uecturæ repetere non potest. quæ exceptio approbatur l.10. §. idem Labeo, in fine. ff. mandati. cuius uerba uide s̄. causa 7.*

X. *Exceptio: Nisi in suo quid fecit & impendit alterius mandatu. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.16. ff. d. tt. his uerbis:* Si quis mandauerit, ut in meo aliquid facerem, & fecero: quæsitum est, an sit mandati actio? Et ait Celsus libro VIII. Digestorum, hoc respondisse se, cum Aurelius Quietus hospiti suo medico mandasse diceretur, ut in hortis eius, quos Rauennæ habebat, in quos omnibus annis secedere solebat, sphæristerium, & hypocausta, & quædam alia ipsius ualetudini apta, sua impensa faceret. Deducto igitur quanto sua ædificia preciosiora fecisset: quod amplius impendisset, posse eum mandati iudicio persequi.

XI. *Exceptio: Nisi mandatarius in rem suam procurator datus, litis æstimationem soluit. Hæc exceptio approbatur l.21.§.1. ibi: quia nec mandati. ff. de euictione. cuius uerba uide s̄. lib. proxim. cap.7. question.1. exception.18. Concordat l.66.§. si secundus. ff. eod. tt. cuius uerba uide d. question.1. except.24.*

XII. *Exceptio: Nisi de quota litis seu mercedem pactus sit mandatarius. Hæc exceptio approbatur l.6.§.fin. ff. mandati. cuius uerba uide J. lib.45. cap.4. quest.1. except.17 & 18.*

XIII. *Exceptio: Nisi non sit mandatum. hoc enim casu contraria mandati actio ex causis s̄. propositis non competit. Hæc exceptio approbatur l.20. in fine. ff. mandati, his uerbis:* Fideiussori negociorum gestorum est actio, si pro absente fideiusserit. Nam mandati actio non potest competere, cùm non antecesserit mandatum. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi reus præsens passus sit negocium geri. Hæc replicatio approbatur l.6. §. si passus. ff. eod. tt. his uerbis:* Si passus sim aliquem pro me fideiubere, uel aliâs interuenire:

uenita: mandati teneor. Et nisi pro inuito quia intercessarit, aut donandi animo, aut nagocium garens: arit mandati actio. *Concordat l. 18. ff. eod. tt. bis uerbis:* Qui patitur ab alio mandari, ut si bi cradatur: mandara iotelligitur. *Concordat item l. 53. ff. eod. tt. bis uerbis:* Qui fidealtarius pro alio fidaiussit præsante & non recusanta: utrosque obligatoa habatiura mandati. Quòd si pro inuito ual ignoranta, altariua mandatum secutua fideiussit: eum solum conuanire potast, qui mandauit, non etiam raum promittendi. Nec ma mouet quod pecunia fidaiussoris rausliberetur. Id aoim contingit, atsi meo mandatu pro alio soluit. *Concordat item l. 6. C. eod. tt. bis uerbis:* Si fidaiussor pro rao patianta fidam suam adstrinxerit: mandati cum eo post exolutam pecuniam, ual factam condamnationam potast actionem exercera. *Concordat demum l. 60. ff. de reg. iuris, bis uerbis:* Sempar qui non prohibat pro se iotaruenira, man dara creditur. *Altera replicatio est: Nisi reus gestum ratum habuit. Hæc replicatio approbatur d. l. 60. bis aerbis:* Sed & si quia rarum habuarit quod gestum ast: obstringitur mandati actione. *Concordat l. 194. §. ratihabitio ff. eod. tt. bis aerbis:* Ratihabitio mandato comparatur. *Tertia replicatio aidetur: Nisi postquam gestum est, mandauit gerendum. Hæc replicatio reprobatur exemplo l. 12. §. si post credita. ff. mandati, bis aerbis:* Si post creditam pecu niam mandauaro craditori credandam: nullum asse mandatum, rectissimè Papinianus ait. *Quarta replicatio est: Nisi postquam creditum esset, reus periculum in se receperit, mandaueritq; ut debitori dilatio detur. Hæc replicatio approbatur ibidem bis uerbis:* Planè si ut expactarea, nac urgerea debitoram ad solutionem mandauero tibi, ut daa ei interuallum, pariculoq; mao pecuniam fo ra dicam: uarum puto, omna nomioia periculnm dabare ad mandatorem pertinare. *Quinta replicatio est: Nisi post creditam pecuniam quis creditori scripserit, ut debitorem liberet, seq; pecuniam soluturum. Hæc replicatio approbatur l. 27. in pria. ff. mandati, bis uerbis:* Si quia alicui scripsarit, ut debitorem suum libarat, seque eam pecuniam, quam is dabuit, solurutum: mandati actiona tanetur. *Sexta replicatio est: Nisi post creditam pecuniam creditor mandet suscipi probariq; nomen quod fecit. Hæc replicatio approbatur l. 12. §. idem ait. ff. mandati, bis uerbis:* Papinianua ait, Si tutor mandet suscipi uel probari nomen, quod fecerat: teneri cum mandati, scilicat quondam pupillo suo, uel curatori eius.

XIIII. Exceptio: *Nisi post creditam pecuniam mandatum sit, at credatur. Hæc exceptio approbatur l. 12. §. si post. ff. mandati. cuius uerba uide s. except. prox. repl. 1.*

X V. Exceptio: *Nisi reus probibaerit, ne fieret. Hæc exceptio approbatur l. 40. ff. mandati, bis aerbis:* Si pro ta præsente & uatante fideiussarim: nec mandati actio, nec negociorum gestorum ast. Sad quidsm utilem dari putant: quibua non consentio, sacundum quod & Pomponio uidetur. *Concordat l. 6. §. si passus. ff. eod. tt. cuius aerba aide s. except. 11. repl. 1. Concordat item l. 53. ff. eod. tt. cuius uerba uide d. repl. 1. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi reus re non integra fieri probibuit: puta rem tradi quæ ipsius uoluntate erat uendita. Hæc replicatio approbatur l. 14. ff. de publiciana in rem actione, bis uerbis:* Papinianua libro VI. Quæstionum scribit, Si quis prohibuit ual danunciauit ex causa uanditionis ram tradi, quæ ipsius uoluntata à procuratora fuit distracta, & is nihilominus tradiderit: emptorem tuebitur Prætor, siua possidaat, siue petat rem. Sed quod iudicio ampti pro curator emptori præstiterit, contrario iudicio mandati consaquitur. Potast anim fiari, ut amptori rea aufaratur ab ao, qui uenire mandauit: quia per ignorantiam non est nsus exceptiona, quam debuit opponera: ualuti, Si auctor maua non ex uoluntate tua uendidit. *Plura de exceptione proposita, eiusq; replicationibus aide s. cap. 12. quæst. 1. except. 17. item J. lib. prox. cap. 7. quæst. 1. except. 14.*

X V I. Exceptio: *Nisi cam mandator sua pecunia fieri mandasset, pecuniam nallam dederit. hoc enim casa uidetur mandatum reuocasse. quæ exceptio elicitur ex l. 12. §. fin. ibi: si non ita. ff. mandati. cuius uerba aide s. d. quæstion. 3. exception. 18. repl. 3.*

X V I I. Exceptio: *Nisi mandator mandatario rem, in quam sumptus fecit, donauerit. Hæc exceptio ipso qaidem iure subsistit, uerùm eius replicatio bæc est: Nisi mandator rem postea alij uendiderit. qae & ipsa replicatio subsistit, eiusq; duplicatio bæc est: Nisi consensu mandatarij mandator postea rem uendidit. quæ duplicatio approbatur d. l. 12. §. inde Papinianus, bis uerbis:* Papiniannus quærit, si pattonus prædium quod emarat, pro quo precij bessam exoluarit, iussarit liberto suo tradi, ut ille rasiduum pracij reddetat: deinda reddito ptacio uendanti fundum patrono libertus consenserit: trienris preciũ an possit libartua rapatare: & ait, si mandatum suscepit inirio libertus, non donatum accepit: contrario indicio posse eum precium rapetera, quod daductis mercedibus, quas medio tẽpore percepit, superest. Quòd si donationem patronus in

in libertum contulit, uideri & postea libertum pattono donasse.

XVIII. Exceptio: *Nisi mandatarius non suã, sed alienam pecuniam impenderit.* *Hec exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio hec est: Nisi pecuniam ab alio mutuò acceptam impenderit. Hec replicatio approbatur l. 1. C. mandati, his uerbis:* Aduersus eum cuius negocia gesta sunt, de pecunia quã de ꝓprijs opibus, uel ab alijs mutuò acceptã erogasti, mandati actione pro sorte & usuria potes experiri. De salario autem quod promisit, apud præsidem prouinciæ cognitio præbebitur. *Concordat l. 12. §. si mandauerim. ibi: quòd si sic. ff. eod. tit. cuius uerba uide J. proximè Huius replicationis duplicatio hec est: Nisi cùm debitor mandasset debitum pro se solui, mandatarius non debitoris, sed creditoris nomine mutuam pecuniam acceperit, & soluerit. hoc enim casu actio mandati denegatur. Quæ duplicatio approbatur d. § si mãdauerim, his uerbis:* Si mandauerim seruo tuo, ut quod tibi debeã, solueret meo nomine: Neratius scribit, quamuis mutuatus seruus pecuniam rationibus tuis quasi à me receptam intulerit: tamen si numos à creditore non ita acceperit, ut meo nomine daret: nec liberari me, nec te mãdati mecum acturum. Quòd si sic mutuatus sit pecuniam, ut meo nomine daret: utrunque contrà esse, nec referre alius, an idem ipse seruus nomine tuo, quod pro me soluebatur, acceperit. Et hoc uerius est: quoniam quoties suos numos accipit creditor, non contingit liberatio debitori.

XIX. Exceptio: *Nisi mortuo mandatore impenderit. Hæc exceptio approbatur l. 34. §. fin. ff. mandati. cuius uerba uide s. cap. proxim. quæst. 4. reg. 5. Cõcordant ea quæ proposita sunt s. cap. 12. quæst. 3. except. 18. item l. 19. §. si quis dederit, in fine. ff. de donationib. cuius uerba uide J. lib. 48. cap. 8. except. 10. repl. 1. dupl. 7.*

XX. Exceptio: *Nisi mandator rem, in quam impensum est, habere nolit. Hæc exceptio reprobatur l. 12. §. si mihi mandaueris. ff. d. tit. cuius uerba uide s. causa 7.*

XXI. Exceptio: *Nisi res in quam impẽsum est, perierit. Hec exceptio ipso quidẽ iure reprobatur, admittitur autẽ primùm quidem, si mandatarius periculum rei receperit. Quæ distinctio approbatur l. 39. ff. mãdati. cuius uerba uide s lib. 39. cap. 8. quæst. 3. causa 7. Deinde admittitur in casu, qui proponitur l. 36. §. quòd si fundum. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. except. gener. 3.*

XXII. Exceptio: *Nisi mandatarius actionem, quam nactus est, mãdatori non cedat. Hæc exceptio approbatur exẽplo l. 54. §. fin. ff. mandati. cuius uerba uide s. cap. 12. quæst. 3. exc. 7. repl. 1. dupl. 1. tripl. 1.*

XXIII. Exceptio: *Nisi procurator causam, in quam sumptus fecit, amiserit. Hæc exceptio reprobatur l. 4. C. mandati, his uerbis:* Etiamsi contrariam sententiam reportauerunt, qui te ad exercendas causas appellationis procuratorẽ constituerunt: si tamen nihil culpa tua factum est, sumptus quos in litem probabili ratione feceras, contraria mandati actione petere potes. *Hactenus exceptiones aduersus causas ꝓpositæ actionis enumeratæ sunt. Sed & plures uide s. cap. 12. quæst. 3.*

## II. QVIBVS COMPETIT contraria mandati actio?

I. Regula, *De mandatario, proponitur l. 12. §. cõtrario. ff. mandati, his uerbis:* Contrario iudicio experiuntur, qui mandatum susceperunt: utputa qui rerum, uel rei unius procurationem susceperunt.

II. Regula: *Alij quàm mandatario regulariter non competit. Cuius tamen regulæ exceptio prima hec est: Nisi filiofamiliâs sit mandatũ. hoc enim casu patri datur actio. Quæ exceptio approbatur d. l. 12. §. si filiofamiliâs, his uerbis:* Si filiofamiliâs mãdaui ut pro me solueret, patrem (siue ipse soluerit, siue filius ex peculio) mandati acturum Neratius ait. Quod habet rationem. Nihil enim mea interest, quis soluat. *Huius exceptionis replicatio prima, sumpta ex persona soluentis uel impendentis, reprobatur uerbis iam propositis. Altera replicatio est: Nisi post emancipationem filius mandatum fuerit executus & impenderit. hoc enim casu non patri, sed filio mandati actio datur. Quæ replicatio approbatur ibidem his uerbis:* Si filiofamiliâs mandauero, ut pro me soluat, & emancipatus soluerit: in factum actionem filio dandam. Patrem autem post emancipationem soluentem, negociorum gestorum actionem habere: *Ait Iurisconsultus:* In factum actionem. *Hanc alibi uocat Lex mandati actionem utilem, l. 44. in fine. ff. de hæredib. instituen. cuius uerba uide s. lib. 31. cap. 11. reg. 8. Altera exceptio est. Nisi curatori sit mandatum. hoc enim casu pupillo datur actio. Quæ exceptio approbatur d. l. 12. §. idem ait. cuius uerba uide s. quæstion. proxim. except. 13. replic. 6. Tertia exceptio est: Nisi mandatarius sit defunctus: hoc enim casu eius hæredi sine dubio datur.*

## III. ADVERSVS QVOS datur actio proposita?

I. Regula, *De mandatoris hærede, proponitur l. 58. in princip. ff. mandati. cuius uerba uide s. cap. 12. quæst. 1. except. 8. repl. 2.*

II. Regula, *De uno ex pluribus mandatoribus, proponitur l. 59. §. Paulus respondit. ff. eodem titul. his uerbis:* Paulus respondit, Vnumquenque mandatorum in solidum eligi posse, etiamsi non sit conceptum in mandato. Post condemnationem autem in duorum personam collatam, necessariò ex

causa iudicati singulos pro parte dimidia conueniri posse & debere.

### IIII. QVID VENIAT IN actione proposita?

I. Regula: *Si quis rem sibi communem cum alio emere rogatus sit, partemq; à socio emerit, etiam ut suam partem mandator emptam habeat, agere potest. Quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt ē.cap.21.quæst.4.reg.5.*

II. Regula: *Quanti autem in casu proposito mādator mandatarij partem emptam habere debeat: definitur l.35.cum lege sequente.ff.mandati, his uerbis:* Siquidem certo precio emendas partes mandauerim, quanticunque aliorum partes redemeris: sic & tua pars arctabitur, ut non abunder mandati quantitaté, in quantum tibi emendum totum mandaui. Sin autem nullo certo precio constituto emere tibi mandauerim, tuq; ex diuersis precijs partes cæterorum emeris:& tuam partem uiri boni arbitratu æstimato precio dari mihi oportet, ita ut omnes summas maiores & minores coacetuet:& ita portionem ei qui mandatum suscepit, præstet. Quòd & pleriq; probát. Simili modo & in illa specie, ubi certo precio tibi emere mandaui: si aliarum partiū nomine commodè negocium gesseris, & uilius emeris: pro tua parte tantum tibi præstatur, quanti tua interest: dummodo intra id precium, quod mandato continetur. Quid enim fieret, si exiguo precio hi, quibus cum tibi communis fundus erat, rem abijcere, uel necessitate rei familiaris, uel alia causa cogerentur? num etiam tu ad idem dispendium deducereris? Sed nec lucrum tibi ex hac causa adquirere debes, cum mādatum gratuitum esse debeat. Neq; enim tibi cōcedendum est, propter hoc uenditionem impedire, quòd animosiorem eius rei emptoré esse, quàm tibi mandatum est, cognoueris.

III. Regula, *De deducendis ijs quæ mandatarius ex causa mandati percepit, proponitur l.12.§. inde Papinianus. ibi 1 quod deductis. ff. mandati. cuius uerba uide ē. quæst.1.except.17.repl.1.dupl.1.*

IIII. Regula: *Si quis mandatu alterius in suo aliquid fecit, deducendum id quo res eius preciosior est facta. Quæ regula approbatur l.16.ff.eod.tt.cuius uerba uide ē.quæst.2.except.10.*

V. Regula, *De usuris. Hæ regulariter non ueniunt in cōtraria mandati actione. Quæ regula approbatur l.26. §. preterea. ff. mandati, his uerbis:* Sciendum est, non plus fideiussoré consequi debere mandati iudicio, quàm soluerit. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi mora facta sit. Quæ exceptio approbatur l.18. C. mandati, his uerbis:* Post solutionem à se factam qui dari mutuo mandauit, ab eo pro quo intercessit, uel successoribus eius, qđ solutum est, etiam cum usuris post morā rectè postulat. *Altera exceptio est: Nisi id qđ impendit mandatarius, sub usuris est mutuatus. Hæc exceptio approbatur l.1.C. eod.tt. cuius uerba uide ē.quæst.1.except.18. Cōcordat l.12.§.si mihi mādа.ibi: aut si ipse mutuatus.ff.eod.tt.cuius uerba uide ].exc. prox. Tertia exceptio est: Nisi id quod impēdit mādatarius, à suo debitore, qui ei usuras soluebat, exegit. Hæc exceptio ap.pbatur d.§.si mihi.ibi; simili modo, his uerbis:* Si qđ mādaueris, & in id sumptum fecero: nō tātùm id quod impendi, uerùm usuras quoque consequar. Vsuras auté non tantùm ex mora admittendas esse dicemus, uerùm iudicem æstimare debere, si exegit à debitore suo quis & soluit, cum uberrimas usuras consequeretur. æquissimum enim erit, rationé eius rei haberi, aut si ipse mutuatus grauibus usuris, soluit. Sed etsi reum usuria non releuauit, ipsi autem & usuræ absunt: uel si minoribus releuauit, ipse autem maioribus fœnus accepit, ut fidem suam liberaret: non dubito, debere eum mandati iudicio & usuras consequi, & (ut est constitutum) totum hoc ex æquo & bono iudex arbitratur. *Quarta exceptio est: Nisi causa cognita iudici aliter uidebitur. Quæ exceptio ap.pbatur uerbis iam propositis hisce:* Verùm iudicem æstimare debere. *Item hisce:* Et (ut est constitutum) totum hoc ex æquo & bono iudex arbitratur.

### V. QVANDO DETVR Actio proposita?

*Etiam antequam soluerit mandatarius id in quo se obligauit, agere potest ut liberetur. Hæc regula approbatur l.45.in prin.cum sequentib.ff.mandati, his uerbis:* Si mandatu meo fundum emeris, utrum cum dederis precium, ages mecum mandati: ita & antequam des: ne necesse habeas res tuas uendere? Et rectè dicitur, in hoc esse mandati actionem, ut suscipiam obligationem quæ aduersus te uenditori competit. Nam & ego tecum agere possum, ut præstes mihi aduersus uenditorem empti actionem. Sed si mandatu meo iudiciū suscepisti, manente iudicio, sine iusta causa non debes mecum agere, ut transferatur iudicium in me. Nōdum enim perfecisti mandatum. Item si dum negocia mea geris, alicui de creditoribus meis promiseris: & antequam soluas, dicendum est, te agere posse, ut obligationem suscipiam: aut si creditor nolit obligationem mutare, cauere tibi debeo defensum iri te. Si iudicio te sisti promisero, nec exhibuero: & antequam præstem, mandati agere possum, ut me liberes: uel si pro te reus promittédi factus sim. Sed si man-

mandauero tibi ut creditori meo soluas, tuq; expromiseris, & ex ea causa damnatus sis: hümanius est & in hoc casu mandati actionem tibi competere. Quoties ante solutam pecuniam mãdari agi posse diximus: faciendi, non dandi causa tenebitur reus. Et est æquum, sicut mandantè aliquo actionem nacti cogimur eam præstare iudicio mandati: ita ex eadem causa obligatos nos habère mãdati actionem, ut liberemur. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi mandatu rei conuenti iudicium susceperit. hoc enim casu nondũ finito iudicio agi non potest. Quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce: Sed si mandatu meo iudicium suscepisti, manente iudicio sine iusta causa non debes mecum agere, ut transferatur iudiciũ in me, &c. Altera exceptio est: Nisi mandatu debitoris quis pro eo fideiusserit. hoc enim casu antequam soluerit fideiussor, mandati agere nõ potest. Quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proponũtur J.lib.45.cap.4.quæst.1.except.1. Tertia exceptio est: Nisi quis rogatu debitoris rem suam pro eo pignori obligari passus sit: nam & hoc casu ante solutum debitum & pignus liberatum agi non potest. Quæ exceptio permittitur arbitrio iudicis l.18.ff. mandati, his uerbis: · Lucius Titius Publio Mæuio filio naturali domum communem permisit, non donationis causa, creditori obligare. Postea Mæuio defuncto relicta pupilla tutores eius iudicem aduersus Titium acceperunt, & item Titius de mutuis præstationibus. Quæro, an domus pars quam Titius obligandum filio suo accõmodauit, arbitratu iudicis liberari debeat? Marcellus. Respõdi, an & quãdo debeat liberari ex psona debitoris, itéq; ex eo quod inter contrahẽtes actum esset, ac tempore quo res, de qua quæritur, obligata fuisset, iudicẽ æstimaturum. Est enim earum specierum iudicialis quæstio, per quam res expediatur. Non absimilis illa quæ frequẽtissimè agitari solet, an fideiussor & priusquã soluat, agere possit ut liberetur. Nec enim semper expectãdum est ut soluat, aut iudicio accepto condemnetur: si diu in solutione reus cessauit, aut certè bona sua dissipauit? præsertim si domi pecuniã fideiussor non habebit, qua numerata creditori, mãdati actione conueniat.

## VI. EVENTVS HVIVS actionis.

De cedenda reo actione, proponitur l.54.§.fin ff. mandati. cuius uerba uide s.cap.12. quæst.3. exc.7. repl.1.dupl.1.tripl.1.

## VII. ADFINIA REMEdia.

Regulariter ex causis s. propositis cõtraria mãdati actio competit mandatario, non alia. Quæ regula approbatur per ea quæ s. quæstion.1.proposita sunt. Verùm eius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi sine mandato gesserit alterius negocium. tunc enim negociorum gestorum actio est, non mandati. Quæ exceptio approbatur exemplo l.20. in fine.ff. mandati. cuius uerba uide s.quæst.1.exc.13. Concordat l.58.in prin. ibi: quòd si sine. ff. eod. tit. cuius uerba uide s.cap.12.quæst.3. except.18.repl.1. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi cùm filiofamiliâs mandatum esset, pater cui mandatũ nihil fuit, id quod filio mandatũ fuit, exequatur. hoc enim casu mandati actio patri competit. Quæ replicatio approbatur l.12.§. si filiofam. ff.mandati. cuius uerba uide s.quæst.2.reg.2.except.1. Concordat l.45.ff. de negocijs gestis. cuius uerba uide J.lib.prox.cap.5. quæst.8.except.1.repl.2. Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi post emancipationem filij pater mãdatum fuerit executus. Quæ duplicatio approbatur d.l.12.§.si filiofamiliâs. cuius uerba uide d. except.1.repl.1. Altera duplicatio est: Nisi nõ respectu filij pater gessit. Quæ duplicatio approbatur d.l.45. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi quis libero homini quem bona fide pro seruo possidet, mandauerit. hoc enim casu non mandati, sed negociorum gestorum actio est. Quæ exceptio approbatur l.18.§. si liber homo. ff. de negocijs gestis. cuius uerba uide s.cap. prox.quæst.7.exc.1. Tertia exceptio est: Nisi cùm filiofamiliâs mandatum esset, is emancipatus mandatum fuerit executus. hoc enim in factum actio competit. Quæ exceptio approbatur d.§.si filiofamiliâs. cuius uerba uide d.repl.2. Quarta exceptio est: Nisi salarium siue honorarium petatur. hoc enim extra ordinem petendum. Quæ exceptio approbatur l.7.ff.mandati. cuius uerba uide s.lib.37.cap.3. except.19. Concordant ea quæ proposita sunt s. quæst. 1. causa 5. item s. lib. 9. cap.1. in princip. Plures propositæ regulæ exceptiones uide s. cap. prox.quæst.7. Hactenus de mandato eiusq; actionibus in genere dictum est. De mandato ut credatur uel fideiubeatur, cum suis actionibus dicetur J.lib.45.cap.1.cum tribus capitibus sequentibus.

# DIGESTORVM LIBER QVADRAGESIMVSQVARTIVS:

## *DE INNOMINATIS, ET quaſi contractibus.*

*Hucuſq; de tribus generibus contractuum nominatorum qui aut re, aut uerbis, aut conſenſu fiunt, eſt actum. Sed & de eo qui literis fit, dictum ē lib.36. cap.2. diuiſ.4. Nunc de contractibus innominatis & quaſi contractibus cum ſuis actionibus eſt agendum.*

### DE PRAESCRIPTIS *uerbis & in factum actione. Cap. I.*

#### I. CAVSAE, EX QVIBVS datut actio propoſita?



*Rima cauſa generalis: Si contractus ſit innominatus, & deficiat uulgare & uſitatum nomen actionis. Hæc cauſa approbatur l.1. cum tribus legib. ſequentib. ff. præſcriptis uerbis, in hæc uerba:* Nonounqoam eueoit, ut ceſſantibos iudicijs proditis & uulgaribus actionibus, cùm proprium nomen inusoite noo poſſumus, facilè deſcendamus ad eas qoæ io factom appsilantur. Sed ne tas exemplis egeat, paucia agam. Domino metcium in magiſtrum nauia, ſi ſit incertum, utrom nauem conduxerit, ao metces uehendas locauerit: ciuilem actionem in factom eſſe dandam, Labeo ſcripſit. Item ſi qoiaptecij exploraodi gratia rem tradat, neq; dapoſitom neque commodatum erit: ſed non exhibita fide, ciuilia in factum actio ſubijcitut. Nam cùm deficiunt uulgaria atque uſitata actionum nomina, præſcriptis uerbia agendum eſt: ad quem neceſſe eſt confugera, quoties cōtractus exiſtunt, quorum appellationes nullo iure ciuili proditæ ſuot. Natura etim rerum inductum eſt, ot plura ſint negocia, quàm oocabola. *Concordat l.11. ff. eod tt. cuius uerba uide ē.lib.1.cap.5. queſt.3.reg.2. Item concordat l.22. ff. eod.tt. cuius uerba uide d.reg.2. Itē concordat l.1. ibi: ut quoties. ff. de æſtimatoria. cuius uerba uide ē.lib. prox.cap. 6.queſt.5.except.4. Item concordat l.7. in prin. uſq; ad §. ſi ut maleficium. ff. de pactis. cuius uerba uide ē.lib.36.cap.2.diuiſ.5.*

II. *Cauſa: Si actionem quæ legibus prodita eſt, pretor in eo quod legi deeſt, ſupplet. Hæc cauſa approbatur d.l.11. cuius uerba cum concordantibus uide in d.reg.2.*

III. *Cauſa: Si cùm res certa lege tradita eſſet, dictæ legi non pareatur. Hæc cauſa approbatur l.6.C. de rerum permutat. his uerbis:* Rebos certa lege traditis, ſi huic non pareatur, præſcriptis uerbis incertam ciuilem dandam actionem, iuris aothoritas demōſtrat. *Huius exemplum proponitur l.ultim.C.eod.tt. his uerbis:* Ea lege tebus donatis Candido, ut quod placuerat, menſtruum ſeu annuum tibi præſtaret: com huiuſmodi coouentio non nudi pacti nomine cenſeatur, ſed rebus proprijs dictę legis ſubſtantia muniatur: ad implendum tibi placitum, ſicut poſtulas, præſcriptia uetbis competit actio.

IIII. *Cauſa: Huius cauſæ loco notanda diuiſio quadrimembris cauſarum, ex quibus præſcriptis uerbis actio competat. Quæ diuiſio proponitur, & exemplis declaratur l.5. ff præſcriptis uerbis, in hæc uerba:* Natoralis meus filius ſeruit tibi, & tuus filius mihi, conoenit inter nos ut & tū meō maoumitteres, & ego item tuum. Ego manumiſi, tu non manumiſiſti. Qua actione mihi teoearis, quæſitum eſt? Io hac quæſtione totius ob rem dati tractatoa inſpici poteſt, qui in his competit ſpeciebos. Aut enim do tibi, ot des: aut do, ut facias: aot facio, ut des: aut facio, ut faciaa. In quibus qoæritur, quæ obligatio naſcetur? Et ſiqoidem pecuniam dem, ut rem accipiam: emptio & oenditio eſt. Si autem rem do, ut rem accipiam: quia non placet permutationem rerum emptionem eſſe, dubiom non eſt, naſci ciuilem obligationem. In qua actione id oenit, non ut reddas quod accepiſti: ſed ut damneria mihi quanti intereſt mea, illud de quo conuenit, accipere: uel ſi meū recipere uelim, tepetam quod datū eſt, quaſi ob rem datam re nō ſecuta. Sed ſi ſcyphos tibi dedi, ut Stichū mihi dates: piculo meo Stichus erit, ac tu duntaxat culpam præſtara

*1. Do ut da.*

*II. Do ut facias.* ſtare debes. At cum do, ut faciaſ: ſi tale ſit factum, quod locari ſolet (puta ut tabulam pingas) pecunia data, locatio erit, ſicut in ſuperiore caſu emptio. Si res, non erit locatio: ſed naſcetur uel ciuilis actio in hoc quod mea intereſt, uel ad repetendum condictio. Quòd ſi tale eſt factum, quod locari non poſsit (puta ut ſeruum manumittas) ſiue certum tempus adiectum eſt, intra quod manumitteretur, idque cum potuiſſet manumitti, uiuo ſeruo tráſierit: ſiue finitum non fuerit, & tantum temporis cõſumptum ſit, ut potuerit debueritq; manumitti: condici ei poteſt, uel præſcriptis uerbis agi. Quod his quæ diximus, conuenit. Sed & ſi dedi tibi ſeruũ, ut tuum manumitteres, & manumiſiſti, & is quem dedi euictus eſt: ſi ſciens dedi, de dolo in me dandam actionem, Iulianus ſcribit: ſi ignorans, in factum ciuilem.
*III. Facio ut des.* Quòd ſi faciam, ut des: & poſteaquam feci, ceſſes dare: nulla erit ciuilis actio. Et ideo de dolo dabitur.
*IIII. Facio ut facias.* Sed ſi facio, ut facias: hæc ſpecies tractatus plures recipit. Nam ſi pacti ſumus, ut tu à meo debitore Carthagini exigas, ego à tuo Romæ: uel tu ut in meo, ego in tuo ſolo ædificem: & ego ædificaui, tu ceſſas: In priore ſpecie mandatum quodammodò interueniſſe uidetur, ſine quo exigi pecunia alieno nomine non poteſt. Quamuis enim & impendia ſequantur, tamen mutuum officium præſtamus: & poteſt mandatum ex pacto etiam naturam ſuam excedere. Poſſum enim tibi mandare, ut & cuſtodiam mihi præſtes, ut non plus impendas iñ exigendo, quàm decem: & ſi eandem quantitatem impenderimus, nulla dubitatio eſt. Sin autem aliter feceris, ut & hic mandatum interueniſſe uideatur: quaſi refundamus inuicem impenſas. Neque enim de re tua tibi mando. Sed tutius erit, & in inſulis fabricandis, & in debitoribus exigendis, præſcriptis uerbis dari actionem: quæ actio ſimilis erit mandati actioni, quemadmodum in ſuperioribus caſibus locationi & emptioni. Si ergo hæc ſunt, ubi de faciendo ab utroq; conuenit: & in propoſita quæſtione idem dici poteſt, & neceſſariò conſequitur, ut eius fiat condemnatio, quanti intereſt mea ſeruum habere, quem manumiſi. An deducendum erit, quòd libertum habeo? Sed hoc non poteſt æſtimari. *Hiſce uerbis continetur diuiſio cauſarum actionis præſcriptis uerbis, ſecundum cuius membra cauſas ſpeciales ordine digeremus.*

*V. Cauſa: Cùm igitur do, ut des. præſcriptis uerbis actio eſt, ut patet ex uerbis d. l. 5. iam propoſitis hiſce:* Si autem rem do, ut rem accipiam: quia non placet permutationem rerum emptionem eſſe, dubium non eſt naſci ciuilem obligationem, &c. *Huius cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi pecunia detur, ut res recipiatur. tunc enim emptio & uenditio eſt. Quæ exceptio approbatur uerbis d. l. 5. ſ. propoſitis hiſce:* Et ſiquidem pecuniam dem, ut rem accipiam: emptio & uenditio eſt. *Contradicit l. ult. ff. de condictione cauſſa dati. cuius uerba uide J. lib. 49. cap. 10. in prin. Altera exceptio eſt: Niſi res detur, ut pecunia recipiatur. nam & hoc caſu emptionem & uenditionem eſſe conſtat. Cuius tamen replicatio prima hæc eſt: Niſi res uẽdenda data ſit, uel alio modo factũ quoq; interueniat. hoc enim caſu, quamuis data ſit res, ut precium recipiatur: præſcriptis uerbis actio eſt. Quæ replicatio approbatur l. 1. in prin. ff. de æſtimatoria. cuius uerba uide ſ. lib. proxim. cap. 6. quæſt. 5. except. 4. Concordat l. 17. §. fin. ff. præſcriptis uerbis. cuius uerba uide J. except. gener. 5. in prin. Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi res data ſit precioſior facienda, poſteaq; uendenda, ut precium communicaretur. hoc enim caſu pro ſocio actio eſt. Quæ duplicatio approbatur l. 13. §. Iulianus. ibi: ſed ſi puerum. ff. præſcriptis uerbis. cuius uerba uide J. except. proxim. repl. 2. Altera replicatio eſt: Niſi ita res data ſit, ut aut res aut precium reddatur. hoc enim caſu præſcriptis uerbis actio eſt. Quæ replicatio approbatur d. l. 17. in fine. Tertia exceptio eſt: Niſi res data ſit, ut eadem res reddatur. tunc enim commodati actio eſt. Quæ exceptio approbatur l. 17. in princip. ff. de præſcriptis uerbis, in hæc uerba:* Si tibi ſcyphos dedi, ut eoſdem mihi redderes: commodati actio eſt. Si ut pondus argenti redderes, quantum in illis eſſet: tantidem ponderis petitio per actionem præſcriptis uerbis, & tam boni argenti, quàm illi ſcyphi fuerunt. Sed etſi ut uel hos ſcyphos, uel eiuſdem ponderis argentum dares, conuenit: idem dicendum eſt. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi ita ut eadem aut alia reddatur, conuenit. hoc enim caſu præſcriptis uerbis actio eſt. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Sed etſi ut uel hos ſcyphos, &c. *Concordat l. 17. §. ſi margaritas. ff. eodem tit. cuius uerba uide J. exception. gener. 5. Altera replicatio eſt: Niſi factum interuenit. hoc enim caſu, quamuis eadem res ueniat reſtituenda, tamen præſcriptis uerbis actio eſt. Quæ replicatio approbatur exemplo l. 13. §. Iulianus. ff. de præſcriptis uerbis, in hæc uerba:* Iulianus ait, Si tibi areæ meæ dominium dedero ea lege, ut inſula ædificata, mihi partẽ reddas: neq; emptionẽ eſſe, quia precij loco partem rei meæ recipio: neq; mandatum, quia non eſt gratuitum: neq; ſocietatem, quia nemo ſocietatẽ contrahendo rei ſuæ dominus eſſe deſinit.

Sed

Sod si puerum docendum, uel pecus pascendum tibi dedero, uel puerum nutriendum, ita ut si post certos annos uenisset, precium inter nos communicaretur: abhorrere hoc ab area, eo quòd hic dominus esse non desinit, qui prius fuit. Competit igitur ꝑ socio actio. Sed si fortè puerum dominij tui fecero, idem se quod in area dicturum: quia dominium desinit ad primum dominum pertinere. Quid ergo est? In factū putat actionem Iulianus dandam. Igitur etsi quis areę dominium non transtulerit, sed passus sit eo sic ædificare, ut communicaretur uel ipsa, uel precium: erit societas. Idemque & si partis areæ dominium transtulerit, partis non: & eadem lege ædificare passus sit. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi dominium rei penes dantem maneat. hoc enim casu, siquidē pro parte res ueniat restituenda, pro socio actio erit, ut ex uerbis iam propositis constat: sin autem tota, locati & conducti erit actio. De qua re uide J. causa proxim. except. 2. Tertia replicatio est: Nisi annulus sponsionis causa alicui datus sit, ut eum uictori redderet. Quæ replicatio approbatur l. 18. §. fin. ff. præscriptis uerbis. cuius uerba uide ī. lib. 19. cap. 8. quæst. 9. except. 14. Quarta replicatio est: Nisi re data cōuenit, ut eadem & alia res reddatur utenda. hoc enim casu præscriptis uerbis actio est. Quæ replicatio approbatur exemplo boum d. l. 18. §. si cum unum. cuius uerba uide ī. lib. 19. cap. 4. quæst. 2. exception. 8. Quinta replicatio est: Nisi domus habitandi causa sit data. Quæ replicatio approbatur l. 17. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide ī. lib. 35. cap. 8. except. 19. Quarta ꝓpositæ causæ exceptio uidetur: Nisi operæ serui datæ sunt, ut totidem operas reciperet. Hæc exceptio reprobatur l. penult. ff. de præscriptis uerbis. cuius uerba uide ī. d. except. 8. Quinta exceptio est: Nisi non ad id quod interest, sed ad rem datam restituendam agatur. hoc enim casu condictio causa dati causa non secuta competit. Quæ exceptio approbatur uerbis l. 5. §. & siquidem. ibi: uel si meum, ī. causa prox. propositis hisce:* Vel si meū recipere uelim, repetam quod datum est, quasi ob rem datum re non secuta. *Concordat l. 4. in fine. C. de dolo malo. cuius uerba uide J. causa 7. Sexta exceptio est: Nisi re quæ pondere, numero uel mensura constat, data, ut alia eiusdem generis & qualitatis restituatur. hoc enim casu mutuum est. Quæ exceptio recipit aliquot replicationes. de quibus uide ī. lib. 39. cap. 2. quæst. 6. præsertim reg. 2.*

V I. *Causa: Si do ut facias, præscriptis uerbis actio est. Quæ causa approbatur, simul & distinguitur uerbis d. l. 5. ī. causa 4. propositis hisce:* At cùm do ut facias, si tale sit factum, quod locari solet (puta ut tabulam pingas) pecunia data locatio erit, sicut in superiore casu emptio. Si res, non erit locatio: sed nascetur uel ciuilis actio in hoc quod mea interest, uel ad repetendū cōdictio. Quòd si tale est factum, quod locari non possit (puta ut seruum manumittas) siue certum tempus adiectum est, intra quod manumittatur, idque cum potuisset manumitti, uiuo seruo transierit: siue finitum non fuerit, & tantum temporis consumptum sit, ut potuerit debueritq; manumitti: condici ei potest, uel præscriptis uerbis agi. Quod his quæ diximus, conuenit. *Ait Iurisconsultus:* Quæ diximus. *Scilicet ī. ead. l. 5. §. si autem rem do. cuius uerba uide ī. causa prox. in prin. Huius causæ exemplum est, si precij explorandi causa res data sit. quod proponitur l. 1. §. fin. ff. præscriptis uerbis. cuius uerba uide ī. causa 1. Aliud exemplum est, si res uendenda sit data. quod proponitur l. 1. in prin. ff. de æstimatoria. cuius uerba uide ī. lib. prox. cap. 6. quæst. 5. except. 4. Concordat l. 20. in prin. ff. præscriptis uerbis. cuius uerba uide ī. lib. 39. cap. 2. quæst. 1. except. 17. replic. 2. Item concordat l. 13. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Si tibi rem uendendam certo precio dedissem, ut quo pluris uendidisses, tibi haberes: placet neque mandati, neque pro socio actionem esse, sed in factum, quasi alieno negocio gesto: quia & mādata gratuita esse debent, & societas non uidetur cōtracta in eo quòd te non admisit socium distractionis, sed sibi precium certum excepit. *Tertium exemplum est, si res inspicienda data sit. quod exemplum proponitur l. 18. in prin. ff. præscriptis uerbis. cuius uerba uide ī. lib. 39. cap. 5. quæst. 1. except. 3. repl. 2. dupl. 2. tripl. 1. Concordat d. l. 18. §. si cùm mihi. cuius uerba uide J. except. gener. 5. Concordat item l. 24. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. d. except. gener. 5. repl. 2. Quartū exemplum est, si res experiunda sit data. quod proponitur l. 21. in princip. ff. præscriptis uerbis, his uerbis:* Apud Labeonem quæritur, Si tibi equos uenales experiundos dedero, ut si in triduo displicuissent, redderes: tuq; desultor in his cucurreris, & uiceris, deinde emere nolueris: an sit aduersus te ex uendito actio? Vlpianus. Et puto uerius esse præscriptis uerbis agendum. nam inter uos hoc actum est, ut experimētum gratuitum acciperes: non ut etiam certares. *Concordat d. l. 21. §. 1. his uerbis:* Itē apud Melam quæritur, Si mulas tibi dedero, ut experiaris, & si placuissent, emeres: si displicuissent, ut in dies singulos aliqd præstares: deinde mulæ à grassatoribus fuerint ablatæ intra dies experimenti, quid esset præstandum: utrum precium & merces, an merces tantùm? Et ait Mela interesse. utrum emptio iam erat contracta, an futura: ut si facta, precium petatur: si futura, merces. Sed non exprimit de actionibus.

bus. Puto autem, ſiquidem perfecta fuit emptio, competere ex uendito actionem: ſi uerò nondum perfecta eſſet, talem, qualem aduerſus deſultorem dari. *Quintum exemplum eſt, ſi do ut manumittas. quod proponitur l. 5. §. at cùm do. ibi: quòd ſi tale. ff. præſcriptis uerbis. cuius uerba uide ſ. ead. cauſa in prin. Concordat l. 7. ff. eod. tit. his uerbis:* Si decem tibi dedero, ut Stichum manumittas, & ceſſaueris: confeſtim agam præſcriptis uerbis, ut ſoluas quanti mea intereſt: aut ſi nihil intereſt, condicam tibi, ut decem reddas.

*Sextum exemplum eſt, ſi dominus ſeruum quæſtionis habendæ gratia dedit. quod exemplum proponitur l. 8. ff. præſcriptis uerbis, in hæc uerba:* Si dominus ſeruum, cum furti argueretur, quæſtionis habendæ cauſa æſtimatum dediſſet, neque de eo compertum fuiſſet; & is non redderetur: eo nomine ciuiliter agi poſſe, Papinianus ait: licet aliquo caſu ſeruum retenturus eſſet, qui traditum accepiſſet. Poteſt enim retinere ſeruum, ſiue dominus pro eo pecuniam elegiſſet, ſiue in admiſſo deprehenſus fuiſſet. tunc enim datam æſtimationem reddi à domino oportere. Sed quæſitum eſt, qua actione pecunia, ſi eam dominus elegiſſet, peti poſſet? Dixit Papinianus, tametſi quod inter eos ageretur, uerbis quoque ſtipulationis concluſum non fuiſſet: ſi tamen lex contractus non lateret, præſcriptis uerbis incerti & hic agi poſſe: nec uideri nudum pactum interueniſſe, quoties certa lege dari probaretur. *Septimum exemplum eſt, ſi utendi fruendi cauſa res data ſit. quod exemplū proponitur l. 10. ff. præſcriptis uerbis. cuius uerba uide ſ. lib. 24. cap. 7. quæſt. 6. reg. 4. except. 2. Octauum exemplum eſt, ſi pecunia data conuenit, ut accipiens pro dante tributum ex uſuris eius pecuniæ ſolueret, & ſi quid ex uſuris ſupereſſet, id danti reſtitueretur, &c. Hoc exemplum proponitur l. 25. ff. d. tit. cuius uerba uide ſ. lib. 39. cap. 2. quæſt. 6. reg. 2. Hactenus ſpecies & exempla propoſitæ cauſæ ſunt enumerata. Sequuntur nunc eius exceptiones, quarum prima hæc eſt: Niſi tale ſit factum, ob quod datum eſt, quod locari ſolet. tunc enim locati & conducti naſcitur actio. Quæ exceptio approbatur uerbis ſ. ead. cauſa in princip. propoſitis hiſce:* Si tale ſit factum, quod locari ſolet (puta ut tabulam pingas) pecunia data, locatio erit, &c. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi non pecunia numerata, ſed alia res data ſit ut faciat. hoc enim caſu non locati, ſed præſcriptis uerbis actio eſt. Quæ replicatio approbatur ibidem his uerbis:* Si res, non erit locatio, ſed naſcetur uel ciuilis actio in hoc quod mea intereſt, uel ad repetendum condictio. *De hac replicatione uide plura ſ. libro proxim. cap. 2. quæſtion. 5. exception. 4. Altera exceptio eſt: Niſi rem potius, quàm intereſſe, repetere actor malit. hoc enim caſu condictio cauſa dati cauſa non ſecuta competit. Quæ exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Vel ad repetendum condictio. *Concordant ea quæ propoſita ſunt paulo ſuperius exemplo 5. Item concordant ea quæ propoſita ſunt ſ. cauſa proxim. exception. 5. Tertia exceptio uidetur: Niſi res æſtimata data ſit. hoc enim caſu ex uendito actio uidetur competere. Sed hæc exceptio reprobatur l. 1. in princip. ff. de æſtimatoria. cuius uerba uide ſ. lib. proxim. cap. 6. quæſtion. 5. exception. 4. Concordat l. 8. ff. præſcriptis uerbis. cuius uerba uide ſ. ead. cauſa, exemplo 6. Quarta exceptio eſt: Niſi re data conuenit, ut ſi extructa eſſet, uel precioſior facta, pars eius rei uel precij reſtitueretur. hoc enim caſu pro ſocio actio eſt. Quæ exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 13. §. Iulianus. ff. præſcriptis uerbis. cuius uerba uide ſ. cauſa proxim. exception. 3. replication. 2. Sed & de hac exceptione uide ſ. lib. proxim. cap. 10. quæſt. 3. cauſa 6. Alias propoſitæ cauſæ exceptiones uide paulo inferius inter exceptiones generales.*

V I I. *Cauſa: Si facio, ut des. Hæc cauſa reprobatur uerbis l. 5. §. quòd ſi faciam. ff. præſcriptis uerbis, ſ. cauſa 4. propoſitis hiſce:* Quòd ſi faciam, ut des, & poſteaquam feci, ceſſes dare: nulla erit ciuilis actio. Et ideo de dolo dabitur. *Planè approbatur cauſa propoſita in exemplis, nimirum l. 15. ff. eodem tit. his uerbis:* Solent qui nouerunt ſeruos fugitiuos alicubi celari, indicare eos dominis, ubi celentur: quæ res non facit eos fures. Solent & mercedem huius rei accipere, & ſic indicare: nec uidetur illicitum eſſe hoc, quod datur. Quare qui accepit, quia ob cauſam accepit, nec improbam cauſam: non timet condictionem. Quòd ſi ſolutum quidem nihil eſt, ſed pactio interceſsit ob indicium: hoc eſt, ut ſi indicaſſet, adprehenſusque eſſet fugitiuus, certi aliquid daretur: uideamus, an poſsit agere? Et quidem conuentio iſta non eſt nuda, ut quis dicat ex pacto actionem non oriri, ſed habet in ſe negocium aliquod. Ergo ciuilis actio poteſt oriri, id eſt, præſcriptis uerbis: niſi quis & in hac ſpecie de dolo actionem competere dicat, ubi dolus aliquis arguatur. *Aliud exemplum in quo cauſa propoſita approbatur. proponitur l. 6. C. de tranſactionibus. cuius uerba uide ſ. lib. 9. cap. 5. exception. 25. replication. 1. Hiſce exemplis poterat uideri cauſam propoſitam regulariter approbandam potius quàm reprobandam eſſe: cui accedit, quòd ratio diuerſitatis à præcedentibus & ſequentibus cauſis ipſo iure approbatis dari non poteſt. Sed lex ipſa ſ. eadem cauſa in princip. propoſita reclamat. Quidquid autem ſit, de dolo certè actio non eſt deneganda: ut ex uerbis*

*d.l.5. & l.15. iam propositis constat. Cui concordat l.4. C. de dolo malo, his uerbis:* Cùm proponas inter te & eum quem in contubernio ancillam tuam sibi coniunxisse memorasti, placuisse ut tibi pro eadem daret mancipium: intelligis quòd si manumisisti, uel ei tradidisti, & ille manumisit, reuocandæ libertatis potestatem non habes: sed solùm, si necdum statutum tempus excesserit, & fidem placiti rumpat, desiderare debes, de dolo decerni actionem. Quòd si penes te dominium eius remansit, adito præside prouinciæ, cum natis hanc potes recuperare, si nulla moueatur status quæstio. Planè si feci ut dares, & dedisti, sed datum euictum est: præscriptis uerbis uel in factum actio nō denegatur. *Quę causa approbatur l.5. §. sed si dedi ff. præscriptis uerbis. cuius uerba uide s. causa 4. Concordat l.7. §.1. ff. de pactis. cuius uerba uide s. lib. 36. cap. 2. diuis. 5.*

VIII. *Causa: Si facio, ut facias: præscriptis uerbis actio nascitur. Quę causa approbatur, simul & exemplis declaratur d. l. 5. in princip. & in fine. cuius uerba uide d. causa 4. Aliud exemplum proponitur l. 9. ff. eod. tt. his uerbis:* Ob eam causam quis accepto liberatus, ut nomen Titij debitoris delegaret. Si fidem contractus non impleat, incerti actione tenebitur. Itaque iudicis officio non uetus obligatio restaurabitur, sed promissa præstabuntur, aut condemnatio sequetur. *Aliud exemplum proponitur l.20. in fine. ff. eod. tt. his uerbis:* Si prædium pro te obligauero, deinde placuit inter nos, ut mihi fideiussorem præstares, nec facias: melius esse dico præscriptis uerbis agi, nisi merces interueniat. Nam si interuenit, ex locato esse actionem. *Huius causę exemplum etiam potest uideri l.26. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. lib. 39. cap. 4. quæst. 2. except. 8. Hactenus quatuor genera causarum, ex quibus præscriptis uerbis actio competit, cum suis exemplis seu speciebus proposita sunt. Quanquam inter huiusmodi species numerari possunt & duæ causæ proximè sequentes.*

IX. *Causa: Si permiseris mihi cretam ex agro tuo eximere, ut locum unde exemi repleam, & exempta creta locum non repleam, uel eo repleto cretam tollere me non permittas. Hæc causa approbatur l.16. ff. præscriptis uerbis, in hæc uerba:* Permisisti mihi cretam eximere ex agro tuo, ita ut eum locum unde exemissem, replerem: exemi, nec repleo. Quæsitum est, quam habeas actionem? Sed certum est, ciuilem actionem incerti competere. Sin autem uendidisti cretam, ex uendito ages. Quòd si post exemptionem cretæ fossam repleuero, nec patiaris me cretam tollere, tunc agam ad exhibendum: quia mea facta est, cùm uoluntate tua exempta sit.

X. *Causa: Si permisisti mihi, ut sererem in fundo tuo, nec postea patiaris me fructum tollere. Hęc causa approbatur d. l.16. in fine, his uerbis:* Permisisti mihi ut sererem in fundo tuo, & fructus tollerem: si non patiare me fructus tollere, nullam iuris ciuilis actionem esse, Aristo ait. An autem in factum dari debeat, deliberari posse. Sed de dolo erit.

EXCEPTIONES PRAECEDENTIUM causarum generales.

*Hactenus genera & species contractuum innominatorum & causarum, ex quibus uel præscriptis uerbis uel in factum actio competit, sunt enumeratæ. Sed & plures huiusmodi causas uide inter adfinia remedia singularum actionum. Sanè sunt & aliæ causæ, ex quibus in factum actio competit, sed quæ delicti speciem habent. de quibus dicetur j. lib. 46. cap. 10. item lib. 47. Planè causarum iam enumeratarum exceptiones generales hæ sunt.*

I. Exceptio: *Nisi pactum innominatum contractui nominato seu bonæ fidei iudicio insit. tunc enim non præscriptis uerbis, sed ex empto & uendito, uel similis actio competit. Quę exceptio approbatur l. 7. §. quinimò. ff. de pactis. cuius uerba cum concordantibus uide s. lib. 37. cap. 3. except. 12. repl. 4. Huius exemplum proponitur l.16. ibi: sin autem uendidisti. ff. præscriptis uerbis. cuius uerba uide paulo superius causa 9. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi contractus bonæ fidei nominatus, cui conuentio innominata interuenit, non sit perfectus. Hæc replicatio approbatur l. 21. §. item apud. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. causa 6. exemplo 4. Concordat d. l. 21. in princip. cuius uerba uide dicto exemplo 4. Item concordat d. l. 21. §. fin. cuius uerba uide j. except. 5. Altera replicatio est: Nisi contractus cui interuenit, sit utilis. Hæc replicatio approbatur exemplo l. 6. ff. præscriptis uerbis. cuius uerba uide s. lib. 41. cap. 1. quæst. 3. reg. 9. except. 1. Plures propositę exceptionis replicationes uide s. lib. 37. cap. 3. except. 12. repl. 4.*

II. Exceptio: *Nisi stipulatio interuenit. hoc enim casu ex stipulatu actio nascitur, non præscriptis uerbis. Quę exceptio approbatur, simul & distinguitur per ea quę proposita sunt s. d. except. 12. repl. 3. Concordat l. 6. in fine. C. de transactionib. cuius uerba uide s. lib. 9. cap. 5. except. 25. replication. 1.*

III. Exceptio: *Nisi contractus innominatus lege aliqua adiuuetur. hoc enim casu ex lege condictio datur. de qua re uide j. cap. 3.*

IIII. Exceptio: *Nisi negocium cum donatione mixtum sit. Hæc exceptio approbatur l. 18. in princip. ff. de donationibus, his uerbis:* Aristo ait, Cùm mistum sit negocium cum donatione, obligationem non contrahi eo casu, quo donatio est. Et ita & Pomponius eum existimare refert. Denique refert,

Aristo-

Ariſtonem putare, ſi ſeruum tibi tradidero ad hoc, ut eum poſt quinquennium manumittas: non poſſe ante quinquennium agi, quia donatio aliqua ineſſe uideatur: aliter atque (inquit) ſi ob hoc tibi tradidiſſem, ut continuò manumitteres. hic enim nec donationi locum eſſe. Et ideo eſſe obligationem. Sed etiam ſuperiore caſu, quid acti ſit, inſpiciendũ, Pomponius ait. Poſſe enim quinquennium non ad hoc eſſe poſitum, ut aliquid donetur.

V. Exceptio: *Niſi res interierit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur exemplo l.17. §. ſi margaritas. ff. præſcriptis uerbis, in hæc uerba:* Si margaritas tibi æſtimatas dedero, ut aut eaſdem mihi adferres, aut preciũ earum: deinde eæ perierint ante uenditionem, cuius periculum ſit? & ait Labeo (quod & Pomponius ſcribit) ſiquidẽ ego uenditorem rogaui, meum eſſe periculũ: ſi tu me, tuum. ſi neuter neutrũ, ſed duntaxat conſenſimus: teneri te hactenus, ut dolum & culpam mihi præſtes. Actio autem ex hac cauſa utique erit præſcriptis uerbis. *Concordat l.18. in prin. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. lib.39. cap.5. quæſt.1. except.3. replic. 2. dupl.2. Item concordat d.l.18. §. ſi cùm mihi, his uerbis:* Si cùm mihi ueſtimenta uenderes, rogauero ut ea apud me relinquas, ut peritioribus oſtenderem: mox hæc perierunt ui ignis, aut alia ui maiore: Vlpianus ait, me minimè periculum præſtaturum. ex quo apparet utique cuſtodiam ad me pertinere. *Concordat item l.21. §. fin. ff. eod. tit. his uerbis:* Si cùm emere argentum uelles, uaſcularius ad te detulerit, & reliquerit: & cùm diſplicuiſſet tibi, ſeruo tuo referendum dediſti, & ſine dolo malo & culpa tua perierit: uaſcularij eſſe detrimentum, quia eius quoque cauſa ſit miſſum. Certè culpam eorum, quibus cuſtodiendum perferendumúe dederis, te præſtare oportere, Labeo ait. Vlpianus. Et puto præſcriptis uerbis actionem in hoc competere. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi dolo rei conuenti res perierit. Quæ replicatio approbatur uerbis d. l.17. ſ. propoſitis hiſce:* Teneri te hactenus, ut dolum & culpam mihi præſtes. *Concordat d.l.18. in princip. Altera replicatio eſt: Niſi culpa rei conuenti res perierit. Quæ replicatio approbatur uerbis d. l.17. iam propoſitis hiſce:* Vt dolum & culpam mihi præſtes. *Concordat d.l.18. in prin. item d.l.18. §. ſi cùm mihi, in fine, uerbis paulo ſuperius propoſitis. Item concordat d.l.21. §. fin. uerbis itidem paulo ſuperius propoſitis. Huius exemplum proponitur l.24. ff. præſcriptis uerbis, in hæc uerba:* Duo ſecundum Tyberim cum ambularent, alter eorum qui ſecum ambulabat rogatus annulum oſtendit, ut reſpiceret: excidit illi annulus, & in Tyberim deuolutus eſt. Alfenus reſpondit, poſſe agi cum eo in factum actione. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi actoris tantùm, non etiam rei conuenti cauſa ſit contractum. hoc enim caſu reus de dolo tantùm, non etiam de culpa tenetur. Quæ duplicatio approbatur l.18. in prin. ibi: ſi uerò mei. ff. præſcriptis uerbis. cuius uerba (ut dixi) uide ſ. lib.39. cap.5. quæſt.1. except.3. repl.2. duplic.2. Concordat d.l.17. §. ſi margaritas, uerbis paulo ſuperius propoſitis hiſce:* Siquidem ego uenditorem rogaui, meum eſſe periculũ, &c. *Tertia replicatio eſt: Niſi culpa eorum quibus reus rem cuſtodiendam perferendamúe dederit, res perierit. Quæ replicatio approbatur uerbis l.21. §. fin. paulo ſuperius propoſitis hiſce:* Certè culpam eorum quibus cuſtodiendum perferendumúe dederis, &c. *Quarta replicatio eſt: Niſi rogatu rei conuenti res æſtimata illi data ſit. Hæc replicatio approbatur d.l.17. §. ſi margaritas, paulo ſuperius ead. except. propoſitis. Concordat l.4. in prin. ibi: nam & qui rem. item l.11. in princip. ff. ſi certum petatur. Quinta replicatio eſt: Niſi res æſtimata uendenda ſit data. hoc enim caſu periculum eſt accipientis. Quæ replicatio approbatur l.1. §. fin. ff. de æſtimatoria. cuius uerba uide j. cap. proxim. quæſt.4. except.1. Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi ita conuenit, ut aut res aut æſtimatio redderetur. Quæ duplicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur l.17. §. ſi margar. ff. præſcript. uerb. cuius uerba uide ſ. ead. exceptione, in princip. Hæc de cauſis propoſitæ actionis, earumq́; exceptionibus ſunt dicta.*

## II. QVID VENIAT IN actione propoſita?

I. Regula: *Id quod intereſt, uenit in hanc actionem. Quæ regula approbatur uerbis l.5. §. & ſiquidem. ff. præſcriptis uerbis, ſ. cauſa 4. propoſitis hiſce:* In qua actione id uenit, non ut reddas quod accepiſti, ſed ut damneris mihi, Quanti intereſt mea illud, de quo conuenit, accipere: uel ſi meum recipere uelim, repetam quod datum eſt, quaſi ob rem datum, re non ſecuta. *Concordat d.l.5. §. at cùm do. ibi: ſed naſcetur. cuius uerba uide d. cauſa 4. Concordat item d.l.5. §. fin. cuius uerba uide d. cauſa 4. Concordat item l.7. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. quæſt. prox. cauſa 6. exemplo 5.*

II. Regula: *Hac actione non repetitur id quod datum eſt, ſed de eo competit condictio cauſa dati, cauſa non ſecuta. Quæ regula approbatur uerbis d. §. & ſiquidem, iam propoſitis hiſce:* Non ut reddas quod accepiſti. *Item hiſce:* Vel ſi meum recipere uelim, &c. *Concordant ea quæ propoſita ſunt ſ. quæſt. prox. cauſa 5. except.5. item cauſa 6. except.2. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi res æſtimata data ſit. hoc enim caſu uel ad*

*ipsam rem, uel ad æstimationem eius restituendam domino præscriptis uerbis actio competit. Quæ exceptio approbatur l. 8. ff. præscriptis uerbis. cuius uerba uide s. quæst. 1. causa 6. exemplo 6. Concordat l. 1. in fine. ff. de æstimatoria. cuius uerba uide s. lib. prox. cap. 6. quæst. 5. except. 4.*

### III. QVANDO COMPETIT hæc actio?

*Statim postquam reus dare uel facere potuit & debuit, nec fecit: competit hæc actio. Quæ regula approbatur l. 7. ff. præscriptis uerbis. cuius uerba uide s. quæst. 1. causa 6. exemplo 5. Concordat l. 5. §. at cùm do. ibi: quòd si tale. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. quæst. 1. causa 4.*

IIII. *Adfinia huius actionis remedia uide s in singulis eius causis, causarumq; exceptionibus.*

## *DE ÆSTIMATORIA præscriptis uerbis actione. Cap. II.*

PRimò: *Ratio huius actionis proponitur l. 1. in prin. ff. de æstimatoria actione. cuius uerba uide j. quæst. 4.*

### II. GENVS.

*Est actio præscriptis uerbis. Quæ regula approbatur d. l. 1. ibi: daretur æstimatoria præscrip. uerbis.*

### III. SIMILE.

*Omnia hic locũ habent, quæ & in bonæ fidei iudicijs. Quæ regula approbatur d. l. 1. §. quare. cuius uerba uide j. proximè.*

### IIII. CAVSA HVIVS ACTIOnis, cum suis exceptionibus.

*Si res aliqua æstimata uendenda data sit. Hæc causa approbatur d. l. 1. in prin. his uerbis:* Actio de æstimato proponitur tollendæ dubitationis causa. Fuit enim ingens dubitatio, cum res æstimata uendenda datur: utrum ex uendito sit actio propter æstimationem: an ex locato, quasi rem uendendam locasse uidear: an ex conducto, quasi operas conduxerim: an mandati. Melius itaq; uisum est, hanc actionem proponi: ut quoties de nomine cõtractus alicuius ambigeretur, cõueniret tamẽ aliquã actionẽ dari: daretur æstimatoria præscriptis uerbis actio. Est enim negocium ciuile gestũ, & quidem bona fide. Quare omnia hic locum habẽt, quæ in bonæ fidei iudicijs diximus. *Huius causæ exceptio prima uidetur: Nisi merces interuenit. Sed hæc exceptio reprobatur l. 2. ff. d. tt. his uerbis:* Hęc actio utilis est, etsi merces interuenit. *Altera exceptio est: Nisi res interierit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 17. §. si margaritas. ff. præscriptis uerbis. cuius uerba uide s. cap. prox. quæst. 1. except. general. 5. in prin. Planè huic exceptioni uidetur contradicere l. 1. §. fin. ff. de æstimatoria, his uerbis:* Æstimatio periculum facit eius qui suscepit. *De qua re uide s. cap. proxim. quæst. 1. except. gener. 5. repl. 4. & repl. 5.*

### V. QVID VENIAT IN actione proposita?

*Definitur hæc quæstio d. l. 1. §. fin. his uerbis:* Æstimatio periculum facit eius qui suscepit. Aut igitur ipsam rem debebit incorruptã reddere, aut æstimationẽ de qua cõuenit.

### VI. ADFINIA REMEdia.

I. *Regula: Si res uendenda data sit ita ut precium inter eos communicaretur, pro socio actio est. Quæ regula ap.pbatur, simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s. lib. prox. cap. 10. quæst. 3. causa 4. & causa 6.*

II. *Regula: Si cùm à me mutuam pecuniam rogares, ego tibi rem uendendam dederim, ut precio utereris: condictio ex mutuo competit. Quæ regula approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s. lib. 39. cap. 2. quæstion. 1. except. 17. replicat. 2.*

## *DE CONDICTIONE EX lege. Cap. III.*

### I. CAVSA, EX QVA COMperit hæc actio?

SI *aliqua lege noua obligatio introducta sit. Hæc causa approbatur, simul & distinguitur l. unica. ff. de condictione ex lege, his uerbis:* Si obligatio noua lege introducta sit, nec cautũ sit eadem lege, quo genere actionis experiamus: ex lege agendum est. *Huius exemplum proponitur l. 35. §. sin uerò & hoc prætermissum. C. de donationibus. cuius uerba uide s. lib. 35. cap. 2. in prin. Aliud exemplum proponitur l. 1. C. de condict. ex lege. cuius uerba uide s. lib. 36. cap. 14. reg. 2. except. 7.*

### II. ADFINIA REMEDIA.

*Etiam ueteribus eo nomine competentibus actionibus uti possumus. Quæ regula approbatur, simul & distinguitur l. 40. in prin. ff. de action. & obligat. his uerbis:* Quoties lex obligationem introducit, nisi nominatim cauerit, ut sola ea actione utamur: etiam ueteres eo nomine actiones competere, Paulus ait. *Hæc de cõtractibus tam nominatis, quàm innominatis, eorumq; actionibus sunt dicta. Nunc de quasi contractibus est dicendum.*

## *DE QVASI CONTRActibus. Cap. IIII.*

PRimò: *Definitio quasi contractuum proponitur Inst. de obligation. quæ quasi ex contract. nascuntur, in prin. his uerbis:* Post genera cõtractuum enumerata, dispiciamus etiam de ijs obligationibus, quæ quidem non propriè nasci ex contractu intelliguntur: sed tamen quia non ex maleficio substantiam capiunt, quasi ex contractu nasci uidentur.

### II. SPECIES QVASI contractuum.

*Quasi cõtractuũ sex species enumerãtur Inst. d. tt.*

I. Species

I. *Species est negociorum gestorum. Quæ approbatur Inst. d. tt. §. 1. his uerbis:* Cùm quis negocia absentis gesserit, ultrò citroque inter eos nascuntur actiones, quæ appellantur negociorum gestorum. Sed domino quidem rei gestæ aduersus eum qui gessit, directa competit actio: negociorũ autem gestori contraria. Quas ex nullo contractu propriè nasci, manifestum est: quippe ita nascuntur istæ actiones, si sine mandato quisq; alienis negocijs gerendis se obtulerit. Ex qua causa ij quorum negocia gesta fuerint, etiam ignorantes obligantur. Idq; utilitatis causa receptum est, ne absentium qui subita festinatione coacti, nulli demãdata negociorum suorum administratione, peregrè profecti essent, deserentur negocia: quæ sanè nemo curaturus esset, si de eo quod quis impendisset, nullam habiturus esset actionẽ. Sicut autem is qui utiliter gessit negocia, dominum habet obligatum negociorum gestorum: Ita & contrà ista quoqne tenetur, ut administrationis reddat rationẽ. Quo casu ad exactissimam qnisque diligentiam compellitur reddere rationem: nec sufficit talem diligentiam adhibere, qualem suis rebus adhibere solet: si modò alius diligentior eo commodius administraturus esset negocia. *Concordat l. 4. §. 1. ff. de action. & obligationib. his uerbis:* Si qnis absentis negocia gesserit, siquidẽ ex mandato: palàm est ex contractu nasci inter eos actiones mãdati, quibus inuicem experiri possint de eo quod ex bona fide alterum alteri præstare oportet. Si uerò sine mandato, placuit quidem sanè eos inuicem obligari, eoq; nomine proditæ snnt actiones, quas appellamus Negociorum gestorum. Qnibus æquè inuicem experiri possunt de eo quod ex bona fide alterum alteri præstari oportet. Sed neq; ex contractu neque ex maleficio hæ actiones nascuntur. Neque enim is qui gessit, cum absente creditur ante contraxisse: neque ullum maleficium est, sine mandato suscipere negociorum administrationẽ. Longè magis is cuius negocia gesta snnt, ignorans aut contraxisse, aut deliquisse intelligi non potest. Sed utilitatis causa receptum est innicem eos obligari. Ideo autem id ita receptum est, quia plerunque homines eo animo peregrè proficiscuntur, quasi statim redituri, nec ob id ulli curam negociorum suorum mandant: deinde nouis causis interuenientibus ex necessitate diutius absunt, quorum negocia deperire iniquum est: quæ sanè deperirẽt, si uel is qui obtulisset se negocijs gerendis, nullam habiturus esset actionem de eo quod de suo ntiliter impendisset: uel is cuius gesta essent, aduersus eum qui inuasisset negocia eius, nullo iure agere posset.

II. *Species est tutelæ actio. Quæ species approbatur Inst. de obligat. quæ quasi ex contractu nasc. §. tutores, his uerbis:* Tutores quoque qui tutelæ iudicio tenentur, non propriè ex contractu obligati esse intelliguntur (nullum enim negocium inrer turorem & pupillum contrahitur) sed quia sanè non ex maleficio tenentnr, quasi ex contractu teneri uidentnr. Hoc autem casu mutuæ snnt actiones. Non tantùm enim pupillus cum tutore habet tutelæ actionem: sed & contrà tutor cum pnpillo habet cõtrariam tutelæ, si uel impenderit aliquid in rem pupilli, uel pro eo fuerit obligatus, aut rem suam creditoribus eius obligauerit. *Concordat l. 4. §. tutelæ. ff. de action. & obligat. his uerbis:* Tutelæ quoque iudicio qui tenentnr, non propriè ex contractu obligati intelliguntur. nullum enim negocium inter tutorem & pupillum cõtrahitur. Sed quia sanè non ex maleficio tenentur, quasi ex contractu uidentur teneri. Hoc autem casu mutuæ sunt actiones. Non tantùm enim pupillus cum tutore, sed contrà & tutor cum pupillo habet actionem, uel si impenderit aliquid in rem pupilli, uel pto eo fuerit obligatus, aut rem suam creditori eius obligauerit.

III. *Species est communi diuidundo actio. Quæ species approbatur Inst. de obligat. quæ quasi ex contr. nasc. §. item si inter, his uerbis:* Item si inter aliquos communis res sit sine societate, ueluti quod pariter eis legata donatáue esset: & alter eorum alteri ideo tenetur communi diuidũdo iudicio, quòd solus fructus ex ea re perceperit, aut quòd socius eius solus in eam rem necessarias impensas fecerit: non intelligitur ex contractu propriè obligatus esse, qnippe nihil inter se contraxerunt. Sed quia ex maleficio non tenetur, quasi ex contractu teneri uidetur.

IIII. *Species est familiæ ercifcundæ actio. Quæ species approbatur Inst. d. tt. §. idem iuris, his uerbis:* Idem iuris est de eo qui cohæredi familiæ ercifcũdæ iudicio ex his causis obligatus est.

V. *Species est, si alicui quid ab aliquo sit legatum. hic enim à quo legatum est, ei cui legatum est, ex quasi contractu tenetur. Quæ species approbatur Inst. d. tt. §. heres quoque, his uerbis:* Hæres quoque legatorum nomine non propriè ex contractu obligatus intelligitur (neq;

enim cum hærede, neque cum defuncto ullum negocium legatarius gesſiſſe propriè dici poteſt) & tamen quia ex maleficio non eſt obligatus, quaſi ex contractu debere intelligitur. *Concordat l.4.§. heres quoq;.ff.de action. & obligat his uerbis:* Hæres quoq; qui legatum debet, neq; ex contractu neq; ex maleficio obligatus eſſe intelligitur. Nam neq; cum defuncto, neq; cũ hærede contraxiſſe quidquam legatarius intelligitur. Maleficium autem nullum in ea re eſſe, plus quàm manifeſtum eſt.

V I. *Species eſt condictio indebiti.* *Quæ ſpecies approbatur Inſt. de obligat. quæ quaſi ex contract. naſc.§. item is cui, his uerbis:* Item is cui quis per errorem non debitum ſoluit, quaſi ex contractu debere uidetur. Adeò enim nõ intelligitur propriè ex contractu obligatus eſſe, ut ſi certiorem rationem ſequamur: magis (ut ſuprà diximus) ex distractu, quàm ex contractu poſsit dici obligatus eſſe. Nam qui ſoluendi animo pecuniam dat, in hoc dare uidetur, ut diſtrahat potius negocium, quàm contrahat. Sed tamen perinde is qui accipit obligatur, ac ſi mutuum ei daretur. Et ideo condictione tenetur. *Ait Imperator:* Vt ſuprà diximus. *Scilicet lib.prox.tt.quib.modis re contrah. obligatio. §. is quoq; qui non debitum. cuius uerba uide J. lib. 49. cap.7. cauſſa 2. Concordat l.4.§. is quoq;.ff.de action. & obligation. his uerbis:* Is quoq; qui non debitum acceperit per errorem ſoluentis, obligatur quidem quaſi ex mutui datione, & eadem actione tenetur, qua debitores creditoribus: ſed non poteſt intelligi is qui ex ea cauſa tenetur, ex contractu eſſe obligatus. Qui enim ſoluit per errorem, magis diſtrahendæ obligationis animo, quàm contrahendæ dare uidetur. *Hæ ſunt ſex ſpecies quaſi contractuum, & actionum hinc deſcendentium: quarum ſecunda tractata eſt ſ.lib.18. quinta tractata eſt ſ.lib.33. ſexta tractabitur J. lib. 49.cap. 6. cum ſequentibus. Prima autem, tertia & quarta tractabuntur in capitibus proximè ſequentib. quibus accedit finium regundorum actio, de qua J.cap.13. cum adfinib. remedijs, cap.14 & 15.*

## *DE NEGOCIORVM GEſtorum actione in genere.*

### *Cap. V.*

PRimò: *Ratio huius actionis proponitur l.1. ff. negocior. geſtor. his uerbis:* Hoc edictum neceſſarium eſt, quoniam magna utilitas abſentium uerſatur: ne indefenſi rerum poſſeſsionem, aut uenditionem patiantur, uel pignoris diſtractionẽ, uel pœnæ committendæ actionem, uel iniuria rem ſuam amittant. *Concordat Inſt. de obligat. quæ quaſi ex contractu naſc.§. idq; utilitas. cuius uerba uide ſ.cap.prox.ſpecie 1. Concordat itẽ l. 4. §. ideo autem id.ff.de action. & obligat. cuius uerba uide d.ſpecie 1.*

II. GENVS HVIVS Actionis.

*In perſonam, non in rem actio eſt. Quæ regula approbatur l. 23. C. de negocior. geſtor. his uerbis:* Negocijs geſtis non in rem, ſed in perſonam eſt actio.

III. DIVISIO HVIVS actionis.

*Hæc actio duplex eſt, directa & contraria. Quæ diuiſio approbatur Inſt. de obligat. quæ quaſi ex cõtractu naſc.§.1.ibi: ſed domino quidem. cuius uerba uide ſ.cap.4. quæſt.2. ſpecie 1. Concordat l.2. ff. negocior. geſtor. cuius uerba uide J.cap.7.in prin.*

IIII. CAVSAE, EX QVIbus actio propoſita competit.

I. *Cauſa: Si quis ſine mandatu abſentis negocia geſſerit. Hæc cauſa approbatur l.3. in prin. ff. negocior. geſtor. his uerbis:* Ait Prætor, Si quis negocia alterius, ſiue quis negocia quæ cuius cum is moreretur fuerint, geſſerit: iudicium eo nomine dabo. Hæc uerba, Si quis: accipienda ſic ſunt, Siue quę. nam & mulieres negociorũ geſtorum agere poſſe, & conueniri, non dubitatur. Negocia ſic accipe, ſiue unum, ſiue plura. Alterius inquit: & hoc ad utrunque ſexum refertur. *Concordat l.2. ff. eod.tt. cuius uerba uide J. cap.7.cauſa 1. Item concordat Inſt. de oblig. quæ quaſi ex contract. naſc. §.1. cuius uerba uide ſ.cap. prox. quæſt.2. ſpecie 1.*

II. *Cauſa: Si quis negocia defuncti geſſerit. Hæc cauſa approbatur uerbis edicti d.l. 3. iam propoſitis hiſce:* Siue quis negocia quæ cuius cum is moreretur fuerint, geſſerit, &c. *Huius cauſe ratio proponitur d.l.3. §. hæc uerba, his uerbis:* Hæc uerba, Siue quis negocia quæ cuius cum is moreretur fuerint, geſſerit: ſignificant illud tempus, quo quis poſt mortem alicuius negocia geſsit. De quo fuit neceſſarium edicere, quoniam neque teſtatoris iam defuncti, neq; hæredis qui nondum adijt, negocium geſsiſſe uidetur. Sed ſi quid acceſsit poſt mortem, utputa partus, & fœtus, & fructus, uel ſi quid ſerui adquiſierunt: etſi his uerbis non continetur, pro adiecto tamen debet accipi. *Huius cauſe exceptio prima hæc uidetur: Niſi defunctus cuius negocia geſta ſunt, apud hoſtes deceſsit. Hæc exceptio reprobatur l.19. ff. negocior. geſtor. his uerbis:* Si apud hoſtes conſtitutus deceſsit, & ſucceſſori, & aduerſus ſucceſſorem eius negociorũ geſtorũ directa & cõtraria cõpetit. *Concordat l.11. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:*

Succeſ-

Successori eius fuetũt negocia, si apud hostes decessit: hæc actio danda erit. *Altera exceptio uidetur: Nisi filijfamiliâs militis defuncti, qui testamento facto decessit, negocia sint gesta. Et hæc exceptio reprobatur d.l.11.§.1.his uerbis:* Sed etsi filijfamiliâs militis defuncti testaméto facto gessi: similiter erit danda. *Tertia exceptio uidetur: Nisi pupillus defuncto, cuius negocia gesta sunt, hæres extiterit. Et hæc exceptio reprobatur l.20.§. qui negocia. ff. d.tt. his uerbis:* Qui negocia hæreditaria gerit: quodammodo sibi hæreditatem, seq; ei obligat. Ideoque nihil refert, an etiam pupillus hæres existat: quia id æs alienum cum cæteris hæreditarijs oneribus ad eum transit.

III. *Causa: Si quis falsò putans sibi mandatum, aliena negocia gesserit. Hæc causa approbatur l.5. in prin. ff. negocior. gestor. his uerbis:* Si cùm putaui à te mihi mandatũ, tua negocia gessi: & hic nascitur negociorum gestorũ actio, cessante mandati actione. Idem est, etiamsi pro te fideiussero, dum puto mihi à te mãdatum esse.

IIII. *Causa: Si curator inutiliter datus negocium eius cui curator datus est, gessit. Hæc causa approbatur l.6. C. de negociot. gestor. his uerbis:* Curatorem tibi quidem testamento patris datum dicis, quod non potest uideri iure factum. Quòd ũ (ut proponis) administrationi se miscuit: negociorum gestorum actio tam aduersus eum, quàm cõtra hæredes eius tibi competit.

V. *Causa: Si quis posthumo tutor datus quædam gesserit, posteaq; posthumus non sit natus. Hæc causa approbatur l.28. ff. de negot. gestis. cuius uerba uide s. lib.18. cap. 9. question. 1. except.13.*

VI. *Causa: Si hæres curatoris, putans negocia adulti ad se pertinere, gesserit. Hæc causa approbatur l.17. C. de negocijs gestis. cuius uerba uide j. cap. prox. quæst.1. except. gener.5. repl.1. dupl.1.*

VII. *Causa: Si quis alienum negocium, suum putans gesserit. Hæc causa approbatur l. ult. ff. de negocijs gestis. cuius uerba uide s. lib.42. cap 9. quæst.1. causa 6. except.1. repl.2.*

VIII. *Causa: Si quis Sempronij negocia, putans Titij esse, gesserit. Hæc causa approbatur l.5.§.1. ff. d.tt. cuius uerba uide j. cap.7. quæst.3. except.2. repl.1. Concordat l.44.§. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide j. cap.7. quæst.1. except.2. Item concordat l.14.§. at si cum puto. ff. communi diuidundo. cuius uerba uide j. cap.11. quæst.1 causa 1. except.2. repl.2.*

IX. *Causa: Si quis uxor Sempronij negocia, Titij quoq; gesserit. Hæc causa approbatur l.14. C. de negocijs gestis, his uerbis:* Si mandatũ solius mariti secutus, tã ipsius quàm uxoris eius negocia gessisti: tam tibi, quàm mulieri inuicem negociorũ gestorũ competit actio. Ipsi sanè qui mãdauit, aduersus te mãdati actio est. Sed & tibi aduersus eũ contraria, si quid fortè super erogasti. *Concordat l.5.§. sed si quis ita. ibi: nam etsi cui. ff. eod. tt. cuius uerba uide j. except. gener.2. repl.1. Item cõcordat l.30.§.1. ibi: cui datur. ff. eod. tt. cuius uerba uide j. cap. prox. quæst.4 reg.2. Concordat item d.l.30.§. tutoris. cuius uerba uide s. lib 27. cap.1. quæst 8. reg.5. except.3. Concordat item l.22 §. si curator. ff. mandati. cuius uerba uide s. lib.17. cap.3. quæst.4. reg.3.*

X. *Causa: Si fideiussor imperitia lapsus alterius quoq; contractus debitum, ad quod nõ tenebatur, soluit, pignoraq; à creditore suscepit. Hæc causa approbatur l.11. in prin. ff. de negocijs gestis. cuius uerba uide s. lib.40. cap.12. quæst.7. except.9.*

XI. *Causa: Si quis quasi seruus alicuius negocia gesserit, cum esset liber. Hæc causa approbatur l.5.§. si quis quasi. ff. d. tt. his uerbis:* Si quis quasi seruus meus negocium meũ gesserit, cum esset uel libertus, uel ingenuus. dabitur negociorum gestorum actio. *Concordat l.18.§. si libero. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. lib. prox. cap. 15. quæst.7. except.1. Item concordat l.55 ff. eod. tt. his uerbis:* Si liber homo bona fide mihi seruiens mutuam pecuniam sumpserit, eãq; in rem meã uerterit: quã actione id quod in rem meam uertit, reddere debeam, uidendum est? non enim quasi amici, sed quasi domini negocium gessit. Sed negociorum gestorum actio danda est: quæ desinit competere, si creditoribus eius soluta sit.

XII. *Causa: Si quis ab alio aliquid ad me perferendum acceperit: inter me & eum negociorum gestorum actio est. quæ causa approbatur l.5.§. si quis pecuniam. ff. de negocijs gestis, his uerbis:* Si quis pecuniã, uel aliam quandã rem ad me perferendam acceperit: quia meum negociũ gessit, negociorũ gestorũ mihi actio aduersus eum competit. *Plures huiusmodi causas uide j. in duob. capitib. sequentibus.*

## DE EXCEPTIONIBVS PRAEcedentium causarum generalibus.

I. *Exceptio: Nisi quis sui lucri, non domini causa negocia eius gesserit. quæ exceptio reprobatur l.5.§. sed si quis. ff. de negocijs gestis. cuius uerba uide j. cap.7. quæst 1. except.9.*

II. *Exceptio: Nisi suum negocium in suis rebus gesserit. Hæc exceptio approbatur d.l.5.§. sed si quis ita, his uerbis:* Si quis ita simpliciter uersatus est, ut suum negocium in suis bonis quasi meũ gesserit: nulla ex utroq; latere nascitur actio: quia nec fides bona hoc patitur. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi commune negocium, suum scilicet & meum, gesserit. Hæc replicatio approbatur ibidem, his uerbis:* Quòd si & suum negocium & meum, quasi meum gesserit: in meum tenebitur. Nam et si cui mãdauero, ut meũ

negocium gerat, quod mihi tecum erat cõmune: dicendum eſſe Labeo ait, ſi & tuũ geſſit ſciens, negociorum geſtorum eum tibi teneri. *Concordat l.30.§.fin.ff.eod.tt.his uerbis:* Vno defendente cauſam communis aquę, ſententia prædio datur. Sed qui ſumptus neceſſarios ac probabiles in cõmuni lite fecit, negociorum geſtorum actionem habet. *Concordat item l.39.ff.eod.tt.his uerbis:* Si communes ædes tecum habeam, & pro tua parte damni infecti uicino cauero: dicendum eſt quod præſtitero, negociorũ geſtorum actione potius quàm communi diuidundo iudicio me poſſe petere: quia potui partem meã ita defendere, ut ſocij partem defendere non cogerer. *Concordat l.3.C.eod.tt cuius uerba uide J.queſt.9.except.5. Cõcordat item l.19.C.eod.tt.his uerbis:* Ab uno hærede pro ſolido re, ueluti communi uenũdata, de precio cohæres uenditoris negociorum geſtorum actione ratam faciens uenditionem agere poteſt. *Concordat l.25.§.non tantùm.ibi: & ideo.ff.familiæ erciſcundæ.cuius uerba uide J.cap.9.queſt.3.cauſa 2.except.4.*

III. Exceptio: *Niſi uel mulier alterius negocium gerat, uel mulieris negocium geratur. Hæc duplex exceptio reprobatur l.3.§.1.ff.de negocijs geſtis. cuius uerba uide ſ.ead.queſt.cauſa 1.*

IIII. Exceptio: *Niſi eius qui apud hoſtes eſt, negocia geſta ſunt. Hæc exceptio reprobatur l.18.§.fin.cum lege ſequente.ff.d.tt. his uerbis:* Dum apud hoſtes eſſet Titius, negocia eius adminiſtraui, poſtea reuerſus eſt: negociorum geſtorum mihi competit actio, etſi eo tempore quo gerebantur, dominum non habuerunt. Si autem apud hoſtes conſtitutus, &c. *Reliqua uerba cum concordantibus uide ſ.cauſa 2.except.1.*

V. Exceptio: *Niſi furioſi negocia geſta ſint. Hæc exceptio reprobatur l.3.§.etſi furioſi.ff. de negocijs geſtis, his uerbis:* Etſi furioſi negocia geſſerim, competit mihi aduerſus eum negociorum geſtorum actio. *Concordant ea quæ propoſita ſunt ſ.lib.36.cap.1.except.2.repl.1.*

VI. Exceptio: *Niſi pupilli negocia geſta ſint. Et hæc exceptio reprobatur per ea quæ proponũtur J.cap.7.queſt.1.except.10.*

VII. Exceptio: *Niſi unum tantùm negocium ſit geſtum. Et hæc exceptio reprobatur l.3.§.1.ff. de negocijs geſtis. cuius uerba uide ſ.cauſa 1.in prin. Plures huiuſmodi exceptiones uide J. in duob. capitibus proximè ſequentibus.*

## V. QVIBVS ACTIO PROpoſita competit?

I. Regula, *De eo cuius intereſt, proponitur l.46.ff.de negocijs geſtis, hiſce uerbis:* Actio negociorum geſtorum illi datur, cuius intereſt hoc iudicio experiri. Nec refert directa quis, an utili actione agat uel cõueniatur. Planè in extraordinarijs iudicijs, ubi conceptio formularum non obſeruatur, hæc ſubtilitas ſuperuacua eſt: maximè cum utraq; actio eiuſdem poteſtatis ſit, eundemq; habeat effectum. *Ait Iuriſconſultus:* Directa quis, an utili, &c. *Quid directa hoc loco, quid utilis ſit actio, uide ſ.lib.36.cap.4 queſt 2.diuiſ.4.*

II. Regula, *De hæredibus, proponitur l.3.§.hæc actio.ff.d.tt.his uerbis:* Hæc actio cùm ex negocio geſto oriatur, & hæredi & in hæredem competit. *Concordat l.11.in prin. & l.19.ff.eod. tt. quarum legum uerba uide ſ. queſt.prox. cauſa 2.except.1.*

## VI. ADVERSVS QVOS competit?

*De hæredib. proponitur uerbis d.§.hæc actio.iam propoſitis.*

## VII. QVAMDIV COMPETAT actio propoſita?

*Perpetua eſt actio: hoc eſt, quæ non niſi triginta annis finiatur. quæ regula approbatur l.9.C.de negocijs geſtis, hiſce uerbis:* Aduerſus eos qui negocia tua geſſerunt, negociorum geſtorũ iudicio utiliter conſiſte: nec tibi oberit, quod propter occupationes militares eã litem tardius fueris executus, cùm hoc genus actionis longi temporis præſcriptione excludi non poſsit.

## VIII. AD FINIA REMEdia.

*Regulariter ex cauſis ſ.propoſitis, nec nõ ijs quæ J.in duob.capitib.proximis proponentur, negociorũ nõ alia competit actio. cuius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi mandatum præceſſerit. hoc enim caſu mandati, non negociorum geſtorum actio competit. quæ exceptio approbatur l.6.§.1. ff. mandati. cuius uerba uide ſ.lib.prox.cap.13.queſt.7.in prin. Concordat Inſt.de obligat. quæ quaſi ex contractu naſc.§.1.ibi: quippe ita. cuius uerba uide ſ. cap. proxim. queſt.2.ſpecie 1. Concordat item l.4.§.1.ff.de action. & obligat. cuius uerba uide d.ſpecie 1. Item cõcordat l.14.in fine.C.de negotijs geſtis. cuius uerba uide ſ.queſt.4.cauſa 9. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi alius quàm dominus negocij mãdauerit. quæ replicatio approbatur exẽplo d.l.14. Cõcordat l.3.§.ſi executor.ff.eod.tt.his uerbis:* Si executor à prætore datus, in negocio gerendo dolũ mihi fecerit, dabitur mihi aduerſus eũ actio. *Item concordat d.l.3.§.fin.cuius uerba uide J.cap.7.queſt.3.exc.2. Itẽ concordat l.20.§.fin.ff.eod.tt.cuius uerba uide J.cap.prox.queſt.3.reg.1. exc.4. Itẽ cõcordat l.25.in fine.ff.eod.tt. cuius uerba uide J.d.queſt.3.reg.3. Itẽ cõcordãt ea quæ ꝓpoſita ſunt ſ.q̃ſt.4.cauſa 9. Huius replicationis duplicatio prima uidetur: Niſi ſerui mãdatu, domini negociũ geſſerit. Hæc duplicatio reprobatur l.41.ff. de negocijs geſtis. cuius uerba uide ſ.lib.prox. cap.11. queſtion.7.exc.2. Altera duplicatio uidetur: Niſi mandatu tutoris.*

*toris, pupilli negocium sit gestum. Sed & hæc duplicatio reprobatur l. 4. C. eod. tit. his uerbis:* Qui pupillæ negocia tutoris mandatu suscepit, pro tutore negocia non uidetur gessisse, sed negociorum gestorum actione pupillæ tenebitur. *Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi alij quàm ei qui gessit, mandatum fuit. Hæc replicatio approbatur, simul & distinguitur l. 45. ff. de negocijs gestis, hisce uerbis:* Mandasti filio meo, ut tibi fundum emeret: quod cum cognouissem, ipse eum tibi emi Africanus. Puto referre, qua mente emerim. Nam si propterea, quòd tibi necessarium esse scirem, & te eius uoluntatis esse, ut emptum habere uelles: agemus inter nos negociorum gestorum: sicut ageremus, si aut nullum omnino mandatum intercessisset, aut Titio mandasses, sed ego (quia per me commodius possem negocium cõficere) emissem. Si uerò propterea emerim, ne filius mandati judicio teneretur: magis est ut ex persona eius & ego tecum mandati agere possim, & tu mecum habeas actionem de peculio. Quia etsi Titius id mandatum suscepisset, & ne eo nomine teneretur, ego emissem: agerem cum Titio negociorum gestorum, & ille tecum, & tu cum illo mandati. Idem est, etsi filio meo mandaueris, ut pro te fideiuberet, & ego pro te fideiusserim. *Concordat d. l. 45. §. fin. his uerbis:* Si proponatur te Titio mandasse, ut pro te fideiuberet: meq;, quòd is aliqua causa impediretur, quo minus fideiuberet, liberandæ fidei eius causa fideiussisse: negociorum gestorum mihi competit actio. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi pater, cùm filio mandatum esset, ne filius mandati iudicio teneretur, pro eo gessit. Hæc duplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Si uerò propterea emerim, ne filius mandati iudicio teneretur, &c. *Concordat l. 12. §. si filiosfamiliâs ff. mandati. cuius uerba uide s. lib. prox. cap. ult. quæst. 2. reg. 2. except. 1. Tertia replicatio est: Nisi inutiliter fuerit mandatum. Hæc replicatio approbatur per ea quæ proposita sunt s. quæst. 4. causa 11. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi dominus id quod sine mandatu gestum est, ratum habuerit. hoc enim casu, quia ratihabitio mandato comparatur, mandati actio uidetur competere. Sed hæc exceptio reprobatur l. 8. ff. de negocijs gestis, cuius uerba uide j. cap. prox. except. gener. 6. Imò adeò reprobatur, ut nisi dominus ratum habuerit quod gestum est, actio negociorum gestorũ illi denegetur. de quo uide j. cap. prox. quæst. 1. except. gener. 7. Tertia exceptio est: Nisi tutor pupilli negocia gesserit. hoc enim casu tutelæ, non negociorum gestorum actio est. quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s. cap. prox. quæst. 2. specie 2. Quarta exceptio est: Nisi quis quasi tutor negocia pupilli gesserit. hic enim protutelæ actione tenetur. quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s. lib. 28. cap. 9. except. 2. repl. 3. Quinta exceptio est: Nisi quis commune negociũ sibi cum alio gesserit. hoc enim casu etiam communi diuidundo, uel familiæ erciscũdæ actio cõpetit. quæ exceptio approbatur l. 3. C. de negocijs gestis, hisce uerbis:* Siue pro fratre cohærede pecuniam soluisti, negociorũ gestorũ actione experiri potes: siue pignoris liberandi gratia debitũ uniuersum soluere coactus es, actionem eãdẽ habebis, uel iudicio familiæ erciscundę (si non est inter uos redditum) eam quantitatem adsequeris. *Plura de exceptione proposita, eiusq; replicationibus uide j. cap. 9. quæst. 10. except. 7. item cap. 11. quæst. 9. Sexta exceptio est: Nisi gestor sui lucri, non domini causa negocium gesserit. hoc enim casu alia uidetur actio competere. Sed hæc exceptio reprobatur l. 5. §. sed si quis negocia. ff de negocijs gestis. cuius uerba uide j. cap. 7. quæstion. 1. except. 9.*

IX. *Pluribus negocijs gestis, utrum unus, an plures sint contractus. Regulariter quidem unus contractus est, non plures. quæ regula approbatur, simul & distinguitur l. 31. ff. de negocijs gestis, hisce uerbis:* Cùm aliquis negocia mea gerit: non multa negocia sunt, sed unus cõtractus: nisi ab initio ad unum negocium accessit, ut finito eo discederet. hoc enim casu, si noua uoluntate aliud quoq; aggredi cœperit: alius contractus erit. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi ab initio ad unum negocium accesserit, ut eo finito discederet. quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Nisi ab initio, &c. *Altera exceptio est: Nisi interim dum pupilli uel serui uel filijfamiliâs negocium gerit, pupillus pubes, seruus liber, uel filiusfamiliâs sui iuris sit effectus, & nihilominus in negocio gerendo perseuerauit. hoc enim casu plures sunt contractus. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 14. ff. eod. tit. his uerbis:* Pomponius lib. XXVI. in negocijs gestis initio cuiusq; temporis cõditionem spectandam ait. Quid enim (inquit) si pupilli negocia cœperim gerere, & inter moras pubes factus sit: uel serui, aut filijfamiliâs. & interea liber, aut paterfamiliâs effectus sit? Et hoc uerius esse didici: nisi ab initio quasi unum negociũ gesturus accessero: deinde alio animo ad alterũ accessero eo tẽpore, quo iam pubes, uel liber, uel paterfamiliâs effectus est. hic enim quasi plura negocia gesta sint, pro qualitate personatũ & actio formatur, & condẽnatio moderatur. *Huius exceptionis replicatio est: Nisi cùm ab initio quasi ad unum negocium gestor accessisset, in eadem uoluntate, quamuis domini conditione mutata, perseuerauerit. hoc enim casu unus, non plures sunt contractus. Hanc replicationem approbari puto:*

*puto, quamuis obscurè, uerbis iam propositis hisce:* Nisi ab ioitio quasi unum negocium gesturus accessero, &c.

## *DE NEGOCIORVM GESTORUM actione directa, quæ datur domino aduersus negociorum gestorem. Cap. VI.*

### I. CAVSAE HVIVS Actionis.

*PRima causa: Si non summa diligentia rem gesſit, etiam maiore quàm in suis rebus præstare solet. Hæc causa approbatur Inst. de obligat. quæ quasi ex contract. nasc. §. quo casu. cuius uerba uide ĩ. cap. 4. quæst. 2. specie 1. Concordat l. 20. ibi: sed etiam leuem. C. de negocijs gestis. cuius uerba uide J. causa 3. Plura de hac re uide J. except. gener. 5. repl. 1.*

II. *Causa: Si quædam quæ gerenda erant, omisit, & rem cœptam deseruit. Hæc causa approbatur l. 5. §. uideamus. ff. de negocijs gestis, hisce uerbis:* Videamus in persona eius, qui negocia administrat, si quædam gessit, quædam non: contemplatione tamen eius alius ad hoc nõ accessit, & uir diligens (quod ab eo exigimus) etiam ea gesturus fuit: an dici debeat, negociorum gestorum actione eum teneri & propter ea quę non gessit? quod puto uerius. Certè si quid à se exigere debuit, proculdubio hoc ei imputabitur. *Concordat l. 17. §. sicut autem. ibi: ut accidit. ff. commodati. cuius uerba uide ĩ. lib. 39. cap. 4. quæst. 1. reg. 6. Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi unum negocium sit finitum, hoc enim casu alterum, quod non cœpit, perficere non tenetur. quæ exceptio approbatur l. 38. §. qui se. ibi: non idem. ff. de administr. tutor. cuius uerba uide ĩ. lib. 17. cap. 5. quæst. 2. reg. 2. in fine. repl. gener. 1. dupl. 3. Concordat l. 20. §. si uiuo. ff. de negocijs gestis. cuius uerba uide J. except. 3. Concordat item l. 20. ibi: hunc autem. C. eod. tit. cuius uerba uide J. causa prox. Altera exceptio est: Nisi interim, dum gerit, conditio domini sit mutata. Hæc exceptio uidetur approbari argumento l. 14. ff. de negocijs gestis. cuius uerba uide ĩ. cap. prox. in fine. Tertia exceptio uidetur: Nisi interim, dum gerit, dominus sit mortuus. Hæc exceptio reprobatur l. 20. §. si uiuo. ff. de negocijs gestis, hisce uerbis:* Si uiuo Titio negocia eius administrare cœpi, intermittere mortuo eo non debeo: noua tamen meo inchoare necesse mihi nõ est, licet oeterа explicare ac conseruare necessarium sit: ut accidit, cum alter ex socijs mortuus est. Nam quæcunq; prioris negocij explicandi causa geruntur: nihil refert quo tempore consumuntur, sed quo tẽpore inchoã tur. *Quarta exceptio est: Nisi cœptum negocium consummare non potuit. Hæc exceptio approbatur exemplo l. 5. §. fin. ff. d. tit. cuius uerba cum concordantib. uide J. causa prox. Quinta exceptio est: Nisi lite nomine absentis suscepta, & condemnatione secuta, non appellauit. ex eo enim non tenetur. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 10. §. lite. ff. de negocijs gestis, hisce uerbis:* Litem in iudicium deductam, & à reo desertam, frustra tutoris amicus ultrò egit, causas absentiæ eius allegans iudici: culpã contraxisse nõ uidebitur, quòd à sententia contra absentem dicta ipse non prouocauit. Vlpianus notat. Et hoc uerum est, cum frustratorie cõ demnatus est. Cæterùm si amicus, cum ab feorem defenderet, condemnatus negociorum gestorũ aget: poterit ei imputari, si cum posset, non appellarit. *Hæc de secunda causa, cuius etiam plures exceptiones uide ĩ. lib. 18. cap. 3. officio 1. except. 2. repl. 1. cum duplicationibus sequentibus.*

III. *Causa: Si à debitoribus non exegit, & rem domini non uindicauit. Hæc causa reprobatur l. 20. in fine. C. de negocijs gestis, hisce uerbis:* Tutori uel curatori similis nõ habetur, qui citra mandatum alienum sponte gerit. Quippe superioribus quidem muneris necessitas administrationi finẽ, huic autem propria uoluntas facit, ac satis abunde q; sufficit, si cui uel in paucis amici labore consulatur. Secundum quæ superius quidem, quæ nec tutor nec curator constitutus ultrò qois administrauit: cum non tantùm dolum, & latam culpam, sed etiam leuem præstare necesse habeat: à te conueniri potest, & ea quæ tibi ab eo deberi patuerit, cum usuris compelletur reddere. De cæteris uerò quæ ab alijs tui constituta ioris deteota exacta non sunt: ab hoc qui nec agendi quidem, propter exceptionis obstaculum, facultatem habere potuit, exigi non potest. Et idcirco aduersus eos quos res tuas tenere dicis, detorquere tuas petitiones debes. *Concordat l. 5. §. fin. ff. eod. tit. his uerbis:* Hoc ei imputari non potest, cur alios debitores non conuenerit: quoniam conueniendi eos iudicio facultatem non habuerit, qui nullam actionem intendere potuit. *Concordat item l. 30. §. quanquam. ibi: quia nec ipsa. ff. eod. tit. cuius uerba uide ĩ. lib. 5. cap. 6. quæstion. 4. exception. 6. replicat. 1. duplicat. 1. Item concordat l. 38. ff. eod. tit. cuius uerba uide ĩ. lib. 36. cap. 5. regul. 6. in prin. Planè admittitur causa proposita, si negociorum gestor talis fuit, à quo mandatum non exigebatur. quæ distinctio approbatur l. 7. in prin. ff. d. tit. his uerbis:* Si is fuit qui negocia administrauit, à quo mandatum non exigebatur: Vlpianus ait, posse ei imputari, cur oblata de rato cautione eum non conuenerit: si modò facile ei fuit satisdare.

IIII. *Causa: Si negociorũ gestor id quod domino debet,*

debet, à semetipso non exegit, & soluit. Hæc causa approbatur l.5.§.fin. cum duabus legibus sequentibus.ff.de negocijs gestis, hisce uerbis: Si quid à se exigere debuit, procul dubio hoc ei imputabitur. Quanquam enim hoc ei imputari non possit, cur alios debitores non conuenerit (quoniam conueniendi eos iudicio facultatem non habuerit, qui nullam actionem intendere potuit) tamen à semetipso cur non exegerit, ei imputabitur. Et si fortè non fuerat usurarium debitum, incipiet esse usurarium, ut diuus Pius Flauio Longino rescripsit: Nisi fortè (inquit) usuras ei remiserit. Quia tantundem in bonæ fidei iudicijs officium iudicis ualet, quantum in stipulatione nominatim eius rei facta interrogatio. Si autem is fuit, qui negocia administrauit, à quo mandatum non exigebatur: Vlpianus ait, posse ei imputari, cur oblata de rato cautione eum non conuenerit: si modò facilè ei fuit satisdare. Certè in sua persona non dubitatum est. Et ideo si ex causa fuit obligatus, quæ certo tempore finiebatur, & tempore liberatus est: nihilominus negociorum gestorum actione erit obligatus. Idem erit dicendum & in ea causa, ex qua hæres non teneretur, ut Marcellus scribit. Concordat l.37.ff.eod.tt. cuius uerba uide J.quæst.4.reg.4.except.3. Concordat item l.6.§.apud Iulianum.ibi: planè si.ff.mandati. cuius uerba uide s̄. lib.prox.cap.13. quæst.1.causa 8. Concordat item l.51.ff. eod.tt. cuius uerba uide s̄.d.causa 8. Huius causæ exceptio prima hæc esse uidetur: Nisi præscriptio temporis actioni ex qua debebatur, eo tempore quo negociorum gestorum agitur obstet. hoc enim casu & huic actioni uidetur obstare. Sed hæc exceptio reprobatur uerbis iam propositis hisce: Et ideo si ex causa fuit obligatus, quæ certo tempore finiebatur, &c. Concordat d.l.51.item l.18.in prin ff.de negocijs gestis. cuius uerba uide J. except.5. Admittitur exceptio proposita in casu, de quo uide s̄.lib.36.cap.15.except.17.repl.1. Altera exceptio est: Nisi seruus debitor creditoris sui negocia gesserit, postea manumissus. Hæc exceptio reprobatur l.17.ff.de negocijs gestis, hisce uerbis: Proculus & Pegasus bonam fidem eum qui in seruitute gerere cœpit, præstare debere aiunt. Ideoque quantum, si alius eius negocia gessisset, seruari potuisset: tantum eum qui à semetipso non exegerit, negociorum gestorum actione præstaturum: si aliquid in peculio habuit, cuius retentione id seruari potest. Tertia exceptio uidetur: Nisi naturaliter tantùm debuit gestor. Et hæc exceptio reprobatur l.18.in prin ff.d.tt.his uerbis: Et qui natura debitor fuit (etiam si in peculio nihil habuit) sibi postea soluere debet in eodem actu perseuerans: sicut is qui temporali actione tenebatur, etiam post tempus exactum negociorum gestorum actione id præstare cogitur.

Quarta exceptio est: Nisi seruus debitor, idemq; gestor in peculio nihil habuit. Hæc exceptio approbatur uerbis l.17. ff. de negocijs gestis s̄. except. 2. propositis hisce: Si aliquid in peculio habuit. Huius replicatio est: Nisi postea liber factus aliquid adquisierit. quæ replicatio approbari uidetur uerbis d.l.18.in prin.s̄.except.prox.propositis hisce: Et qui natura, &c Quinta exceptio est: Nisi maritus qui uxoris negocia gessit, cui ex causa dotis obligatus erat, nihil facere possit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.34.in prin.ff. de negocijs gestis. cuius uerba uide s̄. lib.15. cap.5. quæstion.5. regul.9. Sexta exceptio est: Nisi cùm pignoraticia actione gestor domino teneretur, debitum illi non sit solutum, nec sit in bonis unde soluatur. Hæc exceptio approbatur d.l.34.§.illum etiam. cuius uerba uide s̄.lib.40.cap.4.causa 16. Septima exceptio est: Nisi cùm gestor domino redhibitoria actione teneretur, res redhibenda in bonis non inueniatur, uel deterior inueniatur, aut id quod accessit non inueniatur. quæ exceptio approbatur d.l.34.§.sed nec redhibitoriæ. cuius uerba uide s̄.lib.42.cap.4. quæstion.7. regul.2. except.9. Octaua exceptio est: Nisi nihil intersit actoris solutum non esse. hoc enim casu prior actio, ex qua solutum non est, non transit in actionem negociorum gestorum. quæ exceptio approbatur d.l.34.§.fin. his uerbis: Cæterùm si ex alia causa perpetuæ obligationis, cum sit locuples, debeat: non est imputandum, quod non soluit: utique si neque usurarum ratio querelam mouet. Diuersumq; est in tutore debitore: quia ibi interfuit ex priore obligatione solui, ut deberetur ex tutelæ actione. Nona exceptio est: Nisi rem domini ignorans emit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.18. §. si cùm me. ff. de negocijs gestis, hisce uerbis: Si cùm me absente negocia mea gereres, imprudens rem meam emisti, & ignorans usucepisti: mihi negociorum gestorum, ut restituas obligatus nō es. Sed si antequam usucapias, cognoscas rem meā esse: subijcere debes aliquē qui à te petat meo nomine, ut & mihi rem, & tibi stipulationem euictionis committat. Nec uideris dolum malum facere in hac subiectione. Ideo enim hoc facere debes, ne actione negociorum gestorum tenearis.

V. Causa: Si alij mandauit negocia gerenda, qui malè gessit. Hæc causa approbatur per ea quæ proponuntur J.quæst.5.reg.1.except.4.

VI. Causa: Si nomina quæ contraxit, soluendo non sunt. Hæc causa approbatur, simul & distinguitur l.36.§.1.ff.de negocijs gestis. cuius uerba uide J. quæst.4.reg.5.

VII. Causa:

V II. *Causa: Si quid ex negocio gesto percepit gestor, nec restituat.* *Hæc caasa approbatur l. 2. §. & sanè. ibi: uel ex his negocijs. ff. de negocijs gestis. cuius uerba uide J. cap. prox. caasa 1.* *Huius exemplum proponitur l. 8. C. de negocijs gestis, his uerbis:* Si pecuniam à debitore tuo Iulianus exegit, eamq; solutionem catam habuisti: habes aduersus eum negociorum gestorum actionem. *Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi indebitum gestor percepit. Hæc exceptio reprobatur l. 5. §. item quæritur. ff. eod. tt. his aerbis:* Quæritur apud Pedium libro septimo: si Titium quasi debitocem tuom extra iudicium admonuero, & is soluerit mihi, cum debitor tuus nou esset: tuq; postea cogoouecia, & ratum babuecis: au negociocum gestorum actione me conueniro possis? Et ait dubitari posse: quia nullum negocium tuum gestum sit, cum debitoc tuus non fuerit. Sed raribabitio (inquit) fecit tuum uegocium. Et sicut ei à quo exactũ est, aduersus eum datur repetitio qui ratum babuerit: ita & ipsi debebit post rati habitionem aduersus me cõpetere actio. Et sic catibabitio constituit negociũ tuũ, quod ab iuitio tuum nou erar, sed tui contemplatione gestum. *Concordat d. l. 5. §. item ait si Titij, his uerbis:* Pedius ait, si Titij debitorem, cui te hæredem putabam, cum esset Seius, coouenero similiter & exegero, mox tu tacum habueris: esse mihi aduersus te, & tibi mutuam oegociotum gestorum actionem. Atqui alienum uegocium gestũ est. Sed tatihabitio hoc conciliat. Quę res efficit, ut tuum uegocium gestum uideatur, & à te hæroditas peti posit. Quid ergo (inquit Pedius) si cum te hæredẽ putatem, insulam fulsero hæreditariam, tuq; ratum habueris: au sit mibi aduersus te actio? Sed non fore ait: cùm boc facto moo alrer sit locupletatus, & alterius re ipsa gestum negociũ sit: nec possit, quod alij adquisitum est, ipso gestu hoc tuom oogociũ uideci. *Concordat item l. 7. §. item si fundum. ff. eod. tt. his uerbis:* Si fundum tuum uel ciuitatis per obreptionem petiero, negocium tuum uel ciuitatis gecens, & ampliores quàm oportuit fructus fuero consecurus: debebo hoc ipsum tibi uel reipublicę prę stare, licet petere non potuerim. *Concordat item l. 22. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. cap. prox. quæst. 1. except. gener. 2. Concordat item l. 82. §. si Titius. ff. de furtis. cuius uerba aide J. lib. 46. cap. 3. quæst. 2. caussa 24. except. 2. Altera propositæ causæ exceptio est: Nisi dommus id quod gestum est, ratum non habuerit. Hæc exceptio approbatur l. 62. in fine. ff. de solutionib. cuius uerba uide ꝰ. lib. 34. cap. 24 quæst. 2. reg. 5. except. 12.*

V III. *Causa: Si quis alterim nomine quid accepit.* *Hæc caasa approbatur exemplo l. 31. § fin. ff. de negocijs gestis, hisce uerbis:* Igoocante uirgine matec à sponso filiæ ces donatas suscepit: quia mandati uel depositi cesset actio, negociorum gestorum agetur. *Aliud exemplum proponitur l. 5. §. si quis pecuniam. ff. eod. tt. cuius uerba aide ꝰ. cap. prox. quæst. 4. causa 12.*

IX. *Causa: Si quis rem alienam uendiderit, domino rei de precio restituendo hac actione tenetur. quæ caasa approbatar l. alt. ff. de negocijs gestis. cuius aerba aide ꝰ. lib. 42. cap. 9. quæst. 1. causa 6. except. 2. repl. 2. Concordat l. 19. C. eod. tt. cuius uerba uide ꝰ. cap. prox. quæst. 4. except. 2. repl. 1. Item concordat l. 3. in fine. C. de rei aendicat. cuius uerba uide ꝰ. lib. 21. cap. 4. causa 1. except. 1. repl. 2. Item concordat l. 1. in fine. C. de reb. alienis non alienandis. cuius uerba uide J.*

X. *Causa: Si gestor actus sui rationem non reddat. Hæc causa approbatar l. 2. ibi: & sanè sicut. ff. de negocijs gestis. caius aerba aide J. cap. proxim. quæst. 1. causa 1. Concordat Inst. de obligat. quæ quasi ex contractu nasc. §. sicut autem. cuius uerba uide ꝰ. cap. 4. quæst. 2. specie 1.*

XI. *Causa: Si cùm quis alterius nomine stipulatus esset, uolente eo promissori non acceptum ferat. Hæc causa approbatur l. 47. ff. de negocijs gestis, hisce uerbis:* Ignorante quoq; sorore, si frater negocium eios geteus dotem à uiro stipulatus sit: iudicio uegociorum gestorũ, ut uirum liberet, iure conuenietur.

EXCEPTIONES PRAECAOANTIVM causarum generales.

*Hactenus causæ propositæ actionis enumeratæ sunt: quarum tamen plures uide ꝰ. cap. prox. Planè harum exceptiones generales hæ sunt.*

I. *Exceptio: Nisi pupillus negocium alienũ gessit. Hæc exceptio ipso quidem iure approbatur, uerùm eius replicatio prima hæc est: Nisi locupletior sit factus. Altera replicatio est: Nisi pupillus contraria negociorum gestorum actione experiatur. hoc enim casa ex causis ꝰ. propositis illi obstat exceptio. Hæ duæ replicationes approbãtur l. 3. §. pupillus. ff. de negocijs gestis, hisce aerbis:* Pupillus sanè, si negocia gessit, post cescriptum diui Pij conueniri potest in id io quo factus ost locupletior: agendo autem compẽsatiouem eius quod gessit paitur.

II. *Exceptio: Nisi seraus gessit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt ꝰ. lib. 19. cap. 10. quæst. 13. reg. 9. item lib. 36. cap. 6. reg. 1. Sed & concordat huic exceptioni l. 18. §. Sceaola. ff. de negocijs gestis, hisce aerbis:* Scæuola noster ait, putare se quod Sabinua scribit, A capite rationem teddendam: debere sic intelligi, ut appareat quid celiquũ fuerit tunc, cum primùm liber esse cœperit: non ut dolum aut culpam in seruitute admissam in obligationem reuocet. Itaq; si inueuiatur uel malo more pecunia in ser uitute

uitute erogata, liberabitur. *Concordat l.16. ibi: deniq; si tēpore. ff. eod tt. cuius uerba uide d.reg. 1. except. 1. repl. 1. dupl. 1. Plura de hac exceptione uide (ut dixi) d.reg.9. & d.reg.1.*

III. Exceptio: *Nisi pater res filij à se donatas administrauit. Hæc exceptio reprobatur l.36. §. fin. ff. de negocijs gestis, his uerbis:* Patet si emancipati filij res à se donatas administrauerit: filio actione negociorum gestorum tenebitur.

IIII. Exceptio: *Nisi reus non sponte, sed necessitate urgente, uel necessitatis opinione gessit. Hæc exceptio reprobatur l.3. §. hac actione. ff. d.tt. his uerbis:* Hac actione tenetur non solùm is qui sponte, & nulla necessitate cogente immiscuit se negocijs alienis, & ea gessit: uerùm is etiam, qui aliqua necessitate urgente, uel necessitatis suspicione gessit.

V. Exceptio: *Nisi sine dolo malo rei conuenti factum sit. Hæc exceptio approbatur l.22. C. de negocijs gestis, hisce uerbis:* Negociū gerentes alienum, non interueniente speciali pacto, casum fortuitum præstare non compelluntur. *Eius replicatio prima hæc est: Nisi culpa rei conuenti factum sit. Hæc replicatio approbatur l.10. in prin. ff. de negocijs gestis, hisce uerbis:* Si negocia absentis & ignorantis geras: & culpam & dolum præstare debes. *Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi leui culpa rei factum sit. Hæc duplicatio reprobatur per ea quæ proposita sunt s̄. causa 2. Planè admittitur duplicatio proposita, si hæres defuncti gestoris cōueniatur. hic enim non nisi delata culpa defuncti tenetur. quæ distinctio approbatur l.17. C. de negocijs gestis, hisce uerbis:* Curatoris etiam successores, negociorum gestorum utili cōuentos actione, tam dolum quàm latam culpam præstare debere, nec ad eos officium administrationis transire: ideoq; nullam alienandi eos res adultæ potestatem habere, conuenit. *Altera duplicatio est: Nisi gestor id quod alius gesturus non fuit, gesserit, et eo non gesto dominus damnū erat passurus. hoc enim casu reus de dolo solùm, non etiam de culpa tenetur. quæ duplicatio approbatur l.3. §. interdum. ff. de negocijs gestis, hisce uerbis:* Interdum in negociorum gestorum actione Labeo scribit dolum solummodo uersari. Nam si adfectione coactus ne bona mea distrahantur, negocijs te meis obtuleris: æquissimum esse, dolum duntaxat te præstare: quæ sententia habet æquitatem. *Hæc de prima replicatione. Altera replicatio est: Nisi negocia, quæ dominus gerere non solebat, gesserit, unde dominus damnum est passus hic enim etiam casum gestor præstat. quæ replicatio approbatur l.10. ff. d. tt. his uerbis:* Proculus interdum ait, casum præstari debere, etiamsi nouum negocium quod non sit solitus absens facere, tu nomine eius geras: ueluti uenales nouitios coemen[do], uel aliquam negociationem ineundo. Nam si quod damnū ex ea re secutum fuerit, te sequetur: lucrum uerò absentem. Quòd si in quibusdam lucrū factum fuerit, in quibusdam damnum: absens compensare lucrū cum dāno debet. *Tertia replicatio est: Nisi cùm gestor pecuniam acceptam creditoribus domini soluere potuisset, is eam reposuerit, eaq; perierit. Hæc replicatio approbatur, simul & distinguitur l.12. ff. d.tt. his uerbis:* Debitor meus, qui mihi quinquaginta debebat, decessit: eius hæreditatis curationem suscepi, & impendi decem. Demum redacta ex uenditione rei hæreditariæ centum in arca reposui. hæc sine culpa mea perierunt. Quæsitū est, an ab hærede, qui quandoq; extitisset, uel credita quinquaginta petere possim, & decem quæ impendi? Iulianus scribit, in eo uerti quæstionem: ut animaduertamus, an iustā causam habuerim seponendorum centum. Nā si debuerim & mihi & cæteris hæreditarijs creditoribus soluere: periculum non solùm sexaginta, sed etiam reliquorum quadraginta me præstaturum: decem tamen, quę impenderim, retenturum. Si uerò iusta causa fuerit, propter quam integra centū custodirentur: ueluti si periculum erat, ne prædia in publicum committerētur: ne pœna traiectitiæ pecuniæ augeretur, aut ex compromisso committaretur: non solùm decem, quæ in hęreditaria negocia impenderim, sed etiam quinquaginta, quę mihi debita sunt, ab hærede me consequi posse. *Quarta replicatio est: Nisi gestor nō domini, sed sui lucri causa gessit, & prædo fuit. Hæc replicatio elicitur ex uerbis l.31. in prin. ff. de negocijs gestis, hisce:* Culpam æstimari satis est, non etiam casum: quia prædo fideiussor non uidetur. *Cuius reliqua uerba uide s̄. lib.40. cap.12. quæst.7. except.9.*

VI. Exceptio: *Nisi dominus gestum probauerit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.8. ff. de negocijs gestis, hisce uerbis:* Pomponius scribit, Si negocium à te quamuis malè gestum probauero: negociorum tamē gestorum te mihi non teneri. Vidēdum ergo ne in dubio hoc, an tantum habeā, actio negociorum gestorum pendeat. Nā quomodo, cum semel cœperit, nuda uoluntate tolletur? Sed superius ita se putare, si dolus malus à te absit. Scæuola. Imò puto, etsi comprobem, adhuc negociorum gestorum actionem esse. Sed eo dicto te mihi non teneri, quòd reprobare non possim semel probatum: & quemadmodum quod utiliter gestum est, apud iudicē necesse est pro rato haberi: ita omne quod ab ipso probatum est. Cæterùm si, ubi probaui, nō est ne-

gociorum gestorum actio: quid fiet, si à debitore meo exegerit, & probauerim: quémadmodum recipiam? Item si uendiderit? Ipse deniq; si quid impéderit, quemadmodum recipiet? nam utiq; mandatum non est. Erit igitur & post ratihabitionem negociorum gestorũ actio. Sed an ultrò mihi tribuatur actio sumptuũ quos feci? Et puto competere, nisi specialiter id actum est, ut neuter aduersus alterũ habeat actioné. *Ait Iurisconsultus:* Sed eo dicto. *Id est, ea ratione quæ sequitur. Itaq; in illis uerbis ratio propositæ exceptionis notanda. Ipso igitur iure exceptio proposita subsistit, scilicet si dominus id quod gestum est, quamuis malè gestum sit, comprobauit. hoc enim casu postea tanquam malè gestum sit, agenti negociorũ gestorũ obstabit exceptio, cum uideatur in hoc casu actionem remisisse. Cuius exemplum est, si gestor pecuniam domini mutuam dedit, nomenq; dominus probauit. hoc enim casu, quamuis soluendo nomẽ esse desierit, periculum domini est, non gestoris. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi gestor dolo malo egerit. quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Sed superius ita se putare, si dolus malus à te absit. *Altera replicatio est: Nisi ex alia causa, quàm quæ cõprobata est, agatur. Hæc replicatio approbatur uerbis & exemplis s. propositis hisce:* Cæterùm si, ubi probaui, nõ est negociorum gestorum actio: quid fiet, si à debitore meo exegerit, & probauerim: quemadmodum recipiam? Item si uendiderit? Ipse deniq; si quid impenderit, quémadmodum recipiet? nam utiq; mãdatum non est. Erit igitur & post ratihabitionem negociorum gestorum actio. *Hisce uerbis replicatio proposita approbatur, quam nec Põponius reprobauit, licet à Scæuola reprehẽdatur. Nec enim, si dominus uenditionem rei suæ, quamuis uiliore precio factam, comprobauit, & ob id quod res uiliore precio uendita est, agere aduersus uenditorem nõ potest: ideo etiam uidetur comprobasse, si uenditor precium acceptum domino non restituat, sed retineat. Alia enim res est, & alia agendi causa. Itaq; utraq; sententia tam Põponij quàm Scæuolæ recipi potest, sed in suo genere: ut illa quidem exceptio, hæc uerò replicatio proposita approbetur.*

VII. Exceptio: *Nisi dominus id quod gestum est, ratum non habuerit. Hæc exceptio approbatur l. 62. §. fin. ff. de solutionib. cuius uerba uide s. lib. 34. cap. 14. quæst. 2. reg. 5 except. 12.*

VIII. Exceptio: *Nisi dominus negocium gestori hæres extiterit. quæ exceptio ipso quidem iure subsistit, de quo alibi in confusione obligationum: uerùm eius replicatio hæc est, Nisi pro parte tantùm hæres extiterit. hoc enim casu pro reliqua parte nihilominus illi superest actio quæ replicatio approbatur l. 7. C. de negocijs gestis, hisce uerbis:* Si ab eo qui negocia tua gessit, hæres ex duabus uncijs institutus es: etiamsi adeas hæreditatem, in reliquis decem uncijs aduersus cohæredem competit tibi petitio, si quam aduersus defunctum habuisti actionem.

IX. Exceptio: *Nisi cùm gestor de damno accepto cõuenitur, etiam lucratus sit domino. hoc enim lucri cum damno fit compensatio. quæ exceptio approbatur l. 10. in fine. ff. de negocijs gestis. cuius uerba uide s. except. 5. repl. 2. Hactenus de causis propositæ actionis, earumq; exceptionibus, quarum tamen plures uide s. cap. prox. quæst. 4.*

II. *Quibus competat actio proposita? uide s. cap. prox. quæst. 5.*

III. ADVERSVS QVOS competat?

I. Regula: *Regulariter aduersus alium, quàm qui gessit, actio proposita non datur. cuius tamen regulæ exceptio prima hæc est: Nisi is qui gessit, mortuus sit. hoc enim casu datur aduersus eius hæredem. quæ exceptio approbatur l. 3. §. hæc actio. ff. de negocijs gestis. cuius uerba uide s. cap. prox. quæst. 5. reg. 2. Concordat l. 6. C. eod. tit. cuius uerba uide s. cap. prox. quæst. 4. causa 4. Concordat item l. 7. C. eod. tit. cuius uerba uide paulò superius except. 8. repl. 1. Item concordat l. 17. C. eod. tit. cuius uerba uide s. quæst. 1. except. 5. repl. 1. dupl. 1. Altera exceptio est: Nisi filiusfamiliâs negocium gesserit. hoc enim casu etiam aduersus patrem competit actio. quæ exceptio approbatur l. 13. ff. de negocijs gestis, his uerbis:* Si filiusfamiliâs negocia gessisse proponatur, æquissimum erit in patrem quoq; actionem dari: siue peculiũ habeat, siue in rem patris sui uerterit: et si ancilla, simili modo. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi filiusfamiliâs sui iuris effectus, in cœpto negocio perseuerauerit. hoc enim casu in secuti temporis post emancipationem factum filij pater non præstat. quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur l. 14. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. cap. prox. quæst. 9. except. 2. Tertia exceptio est: Nisi seruus uel ancilla negocium gesserit. hoc enim casu in dominum datur actio. quæ exceptio approbatur uerbis d. l. 13. paulo superius propositis hisce:* Et si ancilla, simili modo. *Huius exceptionis eadem est replicatio exceptionis proximè præcedentis. quæ approbatur d. l. 14. Quarta exceptio est: Nisi gestor alterius mandatu negocium gesserit. hoc enim casu uterq; tam is qui gessit, quàm qui mandauit tenetur. quæ exceptio approbatur l. 20. §. fin. ff. de negocijs gestis, hisce uerbis:* Mandatu tuo negocia mea L. Titius gessit: quòd si non rectè gessit, tu mihi actione negociorum gestorum teneris, non in hoc tantùm ut actiones tuas præstes: sed etiam, quòd imprudenter eum elegeris, quidquid detrimenti negligentia eius fecit, ut mihi præstes. *Concordat l. 27. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. lib. proxim. cap. 12. quæstion. 3. exception. 2. replicat. 5.*

II. *Regula, De seruo manumisso: an & quatenus*

*nus aduersus hunc detur actio negociorum gestorum, uide s. quæst. 1. except. 2.*

III. Regula, *De uno ex pluribus gestoribus. Quilibet non nisi pro sua parte tenetur, nec si unus soluendo non sit, alterius periculum est. quæ regula approbatur l. 25. ff. de negocijs gestis, hisce uerbis:* Cùm alicui ciuitati per fideicommissum restitui iussa esset hæreditas: magistratus actores horum bonorum Titium, & Seiũ, & Caium tunc idoneos creauerunt. Postmodum hi actores diuiserunt inter se administrationem bonorum: idq́; egeruut sine authoritate & sine consensu magistratuum. Post aliquod tempus testamentum quoq; per quod restitui ciuitati hęreditas fideicommissa est, iritum probatum est pro tribunali: atq; ita ab intestato Sempronius legitimus hæres defuncti extitit. sed ex his actoribus unus non soluendo decessit, & nemo eius hæres extitit. Quæro, si Semptonius conueniet actores horum bonorum, periculum inopis defuncti ad quos pertinet? Herennius Modestinus respondit: quod ab uno ex actoribus ob ea quæ solus gessit, negociorum gestorum actione seruari non potest: ad damnum eius, cui legitima hæreditas quæsita est, pertinere.

IIII. QVID VENIAT IN actione proposita?

I. Regula: *Si debitor creditoris sui negocia gessit, etiam id quod illi antequam gereret debuit, hac actione uenit restituendum. quæ regula approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s. quæst. 1. causa 4.*

II. Regula: *Si inter negocia Sempronij etiam Titij negocia ignorans gessit, de eo quoq; Sempronio tenetur. quæ regula approbatur l. 30. §. 1 ff. de negocijs gestis, hisce uerbis:* Inter negocia Sempronij, quæ gerebat, ignorans Titij negociũ gessit: ob eam quoq; speciem Sempronio tenebitur: sed ei cautionem indemnitatis officio iudicis præberi necesse est aduersus Titium, cui datur actio. Idem iuris est in tutore.

III. Regula: *Pupillus gestor quatenus locupletior factus est tenetur, uel per exceptionem in solidũ. quæ regula approbatur l. 3. §. pupillus. ff. de negocijs gestis. cuius uerba uide s. quæst. 1. except. 1.*

IIII. Regula, *De usuris. Regulariter quidem usuræ in hanc actionẽ ueniũt. quæ regula approbatur l. 18. §. non tantùm. ff. de negocijs gestis, hisce uerbis:* Non tantùm sortem, uerùm etiam usuras ex pecunia aliena perceptas, negociorum gestorum iudicio præstabimus, uel etiam quas percipere potuimus. *Concordat l. 30. §. qui aliena. ff. eod. tt. his uerbis:* Qui aliena negocia gerit, usuras præstare cogitur: eius scilicet pecuniæ, quæ putatis necessarija sumptibus superest. *Concordat item l. 16. §. 1. ff. eod. tt. his uerbis:* Si pecuniæ quis negociũ gerat: usuras quoq; præstare cogitur, & periculum eorum nominum, quæ ipse contraxit: nisi fortuitis casibus debitores ita fortunas suas amiserint, ut tempore litis ex ea actione contestatæ soluendo nõ essent. *Concordat item l. 20. ibi: & ea quæ. C. eod. tt. cuius uerba uide s. quæst. 1. causa 3. Concordat item l. 13. C. de usuris. cuius uerba uide s. lib. 36. cap. 9. quæst. 1. except. gener. 1. Itẽ concordat l. 24. C. eod tt. his uerbis:* Si mater tua maior annis constituta, negocia quæ ad te pertinent, gesserit: cum omnem diligentiam præstare debeat, usuras pecuniæ tuæ, quam administrasse fuerit comprobata, pręstare cõpelli potest. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi sententia lata sit, nulla usurarum mẽtione facta. Hæc exceptio approbatur d. l. 13. C. de usuris. Altera exceptio est: Nisi gestor pecuniam ociosam habuerit, quemadmodum & dominus eam habere solitus est. Hæc exceptio approbatur l. 13. §. fin. ff. de usuris. cuius uerba uide s. lib. prox. cap. 13. quæstion. 4. reg. 4. Tertia exceptio uidetur: Nisi ex eo agatur, quò l gestor ea quæ ante gestionẽ domino sine usuris debuit, non soluit. Hæc exceptio reprobatur l. 5. §. fin. ibi: etsi fortè. ff. de negocijs gestis. cuius uerba uide s. quæst. 1. causa 4. in prin. Cõcordat item l. 37. ff. eod. tt. his uerbis:* Qui sine usuris pecuniam debebat, creditoris sui negocia gessit. Quæsitũ est, an negociorum gestorum actione summę illius usuras pręstare debeat? Triphoninus. Dixi, si à semetipso exigere eum oportuit, debiturum usuras. Quòd si dies soluendę pecuniæ, tempore quo negocia gerebat, nondum uenerat: usuras non debiturum. Sed die præterito, si nõ intulit rationibus creditoris, cuius negocia gereret, pecuniá à se debitam: meritò usuras bonæ fidei iudicio præstarurum.

V. Regula: *Quantas usuras debeat is qui debitũ à semetipso non exegit, definitur d. l. 37. his uerbis:* Sed quas usuras debebit uideamus: utrũ eas quibus alijs idem creditor fœnerasset, an & maximas usuras? Quoniá & ubi quis eius pecuniam, cuius tutelam negociaue administrauit, aut magistratus municipij publicam, in usus suos cõuertit: maximas usuras præstat, ut est constitutum à diuis principibus. Sed istius diuersa causa est: quia non sibi sumpsit ex administratione numos, sed ab initio accepit ante negociorum gestorum administrationem. Nam in illis, de quibus constitutum est (cum gratuitá, certè integrá, & abstinentẽ in lucro præstare fidẽ debeant) licentia, qua uidẽtur abuti, maximis usuris uice cuiusdam pœnę subijcitur. Hic bona ratione accepit ab alio mutuum: & usuris, quia non soluit,

non quis ex negocijs quæ gerebat, ad se pecuniam transtulit, condemnandus est. Multum autem refert, incipiat nunc debitum, an ante nomē debitoris fuerit: quòd satis fit, ex non usurario facere usuraitum.

V. QVAMDIV!

*Definitur l.9.C.de negocijs gestis.cuius uerba uide s̄.cap.prox.quæst.7.*

VI. EVENTVS.

I. *Regula, De cautione indemnitatis reo ab actore præstanda, proponitur l.30.§.inter negocia.ff. de negocijs gestis.cuius uerba uide s̄. quæst.4.reg.2.*

II. *Regula, De actionibus reo ab actore præstandis, proponitur l.55.§. qui alienis. ff. de furtis. cuius uerba uide J.lib.46.cap.4.reg.18.*

VII. ADFINIA REMEdia.

*Regulariter ex causis suprà propositis domino rei gestæ directa negociorum gestorum, non alia competit actio. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi quis posthumo tutor datus, antequam posthumus nascatur, gesserit negocia hæreditaria. hoc enim casu posthumo nato tutelæ, non negociorum gestorum actio est. quæ exceptio approbatur l.28.ff.de negocijs gestis.cuius uerba uide s̄.lib.18.cap.9.quæst.1.except.13. Altera exceptio est: Nisi ex eo quòd gestor non à semetipso exegit, agatur. hoc enim casu etiam pristina actio superest. quæ exceptio approbatur exemplo l.34.in prin.ff. d.tt. cuius uerba uide s̄.lib.15. cap.5. quæst.5. reg.9. Tertia exceptio est: Nisi cùm filio mandatum esset ut gereret, pater ne filius mandati obligaretur, gessit. hoc enim casu pater non nisi de peculio tenetur quæ exceptio approbatur l.45.§.si uerò propterea.ff.d.tt.cuius uerba uide s̄.cap.prox.quæst.8.except.1.repl.2. Hæc de directa negociorum gestorum actione.*

## *DE CONTRARIA NEGOciorum gestorum actione, quæ datur negociorum gestori contra dominum. Cap. VII.*

I. CAVSAE EX QVIBVS datur hæc actio.

P*Rima causa: Si quid in negocium gestum impendit, uel ei eius rei causa abest. Hæc causa approbatur l.2.ff.de negocijs gestis, hisce uerbis:* Si quis absentis negocia gesserit, licet ignorantis: tamē quidquid utiliter in rem eius impēderit, uel etiam si se in rem absentis alicui obligauerit: habet eo nomine actionem. Itaq; eo casu ultrò citroq; nascitur actio, quæ appellatur Negociorum gestorū. Et sanè sicut æquum est, ipsum actus sui rationé reddere, & eo nomine condemnari, quidquid uel non ut oportuit gessit, uel ex his negocijs retinet: ita ex diuerso iustum est, si utiliter gessit, præstari ei quidquid eo nomine uel abest ei, uel absuturum est. *Concordat l.44.in prin.ff. eod.tt. his uerbis:* Quæ utiliter in negocia alicuius erogantur, in quibus est etiam sumptus honestè ad honores per gradus obtingentes factus: actione negociorum gestorum peti possunt.

II. *Causa: Si domini nomine se obligauit. Hæc causa approbatur uerbis d. l. 2. s̄. propositis hisce:* Vel etiam si se in rem absentis alicui obligauerit. *Concordat l.3.§.fin.cum lege sequente. ff.eod.tt.cuius uerba uide J.quæst.3.except.2.*

III. *Causa: Si seruum ægrotum curauit. Hæc causa primæ causæ species approbatur l.10.C.de negocijs gestis, hisce uerbis:* Si seruum alienum non inutilem domino constitutum ægrū curastis: negocium non inutiliter gessistis, & competente actione uobis sumptus recuperare potestis.

IIII. *Causa: Si procuratori absentis mutuam dedit pecuniam, uel pro eo fideiussit. Hæc causa approbatur l.10.in prin.ff.eod.tt. his uerbis:* Liberto uel amico mandauit, ut pecuniam acciperet mutuam: cuius literas creditor secutus contraxit, & fideiussor interuenit. etiamsi pecunia non sit in rem eius uersa: tamé dabitur in eum negociorum gestorum actio creditori uel fideiussori, scilicet ad exemplum institoriæ actionis. *Concordat l. 5. §. item si procuratori.ff. eod.tt.his uerbis:* Si procuratori tuo mutuam pecuniā dedero tui contemplatione, ut creditorem tuum, uel pignus tuum liberet: aduersus te negociorum gestorum habeo actionem: aduersus eum, cum quo contraxi, nullam. *Huius causæ exceptio uidetur esse: Nisi à procuratore creditor sit stipulatus. Sed hæc exceptio reprobatur ibidem his uerbis:* Quid tamé si à procuratore tuo stipulatus fuero? potest dici superesse mihi aduersus te negociorum gestorum actionem: quia ex abundanti hanc stipulationem interposui.

V. *Causa: Si pro alio soluit. Hæc causa approbatur l.42.ff.de negocijs gestis, hisce uerbis:* Cùm pecuniam eius nomine solueris, qui tibi nihil mandauerat: negociorum gestorum actio tibi competit, cùm ea solutione debitor à creditore liberatus sit: nisi si quid debitoris interfuit eam pecuniam non solui. *Concordat l.ult.in fine.ff. eod.tt. cuius uerba uide s̄. lib.42.cap.9.quæst.1.causa 6.except.1.repl.2. Concordat item l.3. C. eod. tt. cuius uerba uide s̄. cap.5. quæst.8.except.5.*

VI. *Causa: Si alter alterius factum præstitit. Hæc causa approbatur exemplo l.29.ff.de negocijs gestis, hisce uerbis:* Ex facto, &c.

EXCEPTIONES PRAECEDENTIVM causarum generales.

I. *Exceptio: Nisi nulla re urgente uoluptatis causa impendit. Hæc exceptio approbatur l.26. in prin.ff.de negocijs gestis, hisce uerbis:* Ex duobus

bus fratribus uno quidem ſuæ ætatis, alio uerò minore annis, cum haberent communia ruſtica prædia, maior frater in ſaltu communi habente habitationes paternas, ampla ædificia ædificauerat: cumq; eundem ſaltum cum fratre diuideret, ſumptus ſibi quaſi re meliore ab eo facta deſiderabat, fratre minore iam legitimæ ætatis conſtituto. Herennius Modeſtinus reſpondit: ob ſumptus nulla re urgente, ſed uoluptatis cauſa factos, eum de quo quæritur, actionem non habere. *Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi ad honores impendit. quæ replicatio approbatur l.44. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide paulo ſuperius cauſa 1.*

II. Exceptio: *Niſi indebitum ſoluit. Hæc exceptio approbatur l.22. ff. d. tt. his uerbis:* Si quis negocia aliena gerens, indebitum exegerit, reſtituere cogitur: de eo autem quod indebitum ſoluit, magis eſt ut ſibi imputare debeat. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi cùm tres capti eſſent, & unus ex ijs miſſus, ut pro tribus pecuniam adferret, conuenit ut eo non reuerſo, reliqui duo pro eo pecuniam darent: pro eo non reuerſo reliqui duo ſoluerint. Hæc replicatio approbatur l. 20. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Seruius reſpondit, ut eſt relatum apud Alfenum libro XXXVII. Digeſt. Cum à Luſitania tres capti eſſent, & unus ea conditione miſſus, ut pecuniam pro tribus adferret: & niſi rediſſet, ut duo pro eo quoq; pecuniam darent: iſq; reuerti noluiſſet, & ob hanc cauſam illi pro tertio quoq; pecuniam ſoluiſſent: æquum eſſe prætorem in eum reddere iudicium.

III. Exceptio: *Niſi quis reo iam mortuo pro eo ſuſceperit iudicium, & condemnatus ſoluerit. Hæc exceptio reprobatur l.74. §. cum abſentem. ff. de iudicijs. cuius uerba uide ȷ. except. 16. repl. 2.*

IIII. Exceptio: *Niſi donandi animo ſoluerit uel impenderit. Hæc exceptio approbatur l.12. C. de negocijs geſtis, hiſce uerbis:* Si filius pro patre ſuo debitum ſoluerit, nullam actioné ob eam ſolutionem habet: ſiue in poteſtate patris, cum ſolueret fuerit, ſiue ſui iuris conſtitutus donandi animo pecuniam dedit. Si igitur pater tuus ſui iuris conſtitutus pro patre ſuo negocia gerens, non præcedente mandato debitum eius ſoluit: negociorum geſtorum cum patruis tuis agere potes. *Concordat l. 4. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. queſt. 3. except. 2.*

V. Exceptio: *Niſi pietatis reſpectu & affectione geßit uel impendit. Hæc exceptio approbatur l.26. §. fin. ff. de negocijs geſtis, hiſce uerbis:* Modeſtinus Titiũ, ſi pietatis reſpectu ſororis aluit filiam, actionem hoc nomine contra eam non habere reſpondit. *Cõcordat l.43. ff. eod. tt. his uerbis:* Is qui amicitia ductus paterna, pupillis tutorem petierit, uel ſuſpectos tutores poſtulauerit: nullã aduerſus eos habet actionem, ſecũdum quod diui Seueri conſtitutione declaratur. *Item concordat l. 1. C. eod. tt. his uerbis:* Cùm tutores filiorũ tuorũ ſuſpectos faceres, eiſdemq; tutores ſeu curatores peteres, munere pietatis fungebaris. Quæ cauſa non admittit negociorũ geſtorum actionẽ, ut ſumptus quos in ea lite feciſti, repetere poſsis: cum, etiã ſi quis pro affectione domeſtica aliquos ſumptus fecerit, nulla ratione eos repetere poteſt. *Concordat item l.11. C. eod. tt. his uerbis:* Alimenta quidem, quæ filijs tuis præſtitiſti, tibi reddi non iuſta ratione poſtulas: cum id exigente materna pietate feceris. Si quid autem in rebus eorum utiliter & probabili more impendiſti: ſi non & hæc materna liberalitate, ſed recipiendi animo feciſſe te oſtẽderis, negociorum geſtorum actionem conſequi potes. *Concordat item l.15. C eod. tt. his uerbis:* Si paterno affectu priuignas tuas aluiſti, ſeu mercedes pro ijs aliquas magiſtris expendiſti: eius erogationis tibi nulla repetitio eſt. Quòd ſi ut repetiturus ea quæ in ſumptus miſiſti, aliquid erogaſti: negociorum tibi geſtorum intendenda actio eſt. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi is in quẽ pietatis & affectionis præſumptio cadit, oſtenderit ſe repetendi animo impendiſſe. quæ replicatio approbatur uerbis d. l. 11. iam propoſitis hiſce:* Si non & hæc materna, &c. *Altera replicatio eſt: Niſi geſtor poteſtatis ſit repetendi animo ſe impendere. quæ replicatio approbatur l.33. ff. de negocijs geſtis, hiſce uerbis:* Neſennius Apollinaris Iulio Paulo S. Auia nepotis ſui negocia geſsit. Defunctus utriſq; auiæ hæredes cõueniebantur à nepotis hæredib. negociorũ geſtorum actione, reputabant hæredes auiæ alimẽta præſtita nepoti. Reſpõdebatur auiã iure de ſuo pręſtitiſſe. Nec enim aut deſideraſſe, ut decernerentur alimenta, aut decreta eſſe. Præterea conſtitutũ eſſe dicebatur, ut ſi mater aluiſſet, non poſſet alimẽta quæ pietate cogẽte de ſuo pręſtitiſſet, repetere. E`cõtrario dicebatur, hoc rectè dici, cum de ſuo aluiſſe mater probaretur. At in propoſito, auiam quæ negocia adminiſtraſſet, uериſimile eſſe de re ipſius nepotis eum aluiſſe. Tractatum eſt, nũquid de utroq; patrimonio erogata uiderẽtur? Quęro, quid tibi iuſtius uideatur? Paulus. Reſpondi, hęc diſceptatio in facto conſiſtit. Nam & illud quod in matre conſtitutum eſt, non puto ita perpetuò obſeruãdum. Quid enim ſi etiam proteſtata eſt ſe filium ideo alere, ut aut ipſum aut tutores eius conueniret? Pone peregrè patrem eius obijſſe, & matrem, dum in pa-

triam reuerteretur, tam filium eius, quàm filiā exhibuisse, in qua specie & in ipsum pupillum negociorum gestorum dandam actionem diuus Pius Antoninus cōstituit. Igitur in re facti facilius putabo auiam uel hæredes eius audiendos, si reputari uelint alimenta: maximè si etiam in rationes impensam retulisse auiam apparebit. Illud nequaquam admittendum puto, ut de utroque patrimonio erogata uideantur. *Tertia replicatio est: Nisi is qui pietatis affectione gessisse præsumitur, impensas in rationes suas retulit. quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Maximè si etiam in rationes. &c. *Quarta replicatio est: Nisi dum filij uel sororis negocium putat, alterius fit negocium. quæ replicatio approbatur l. 44. §. fin. ff. d. tt. cuius uerba uide J. quæst. 3. except. 3.*

V I. *Exceptio: Nisi filius patris, in cuius est potestate, negocium gesserit, & pro eo soluerit. quæ exceptio approbatur l. 11. C. de negocijs gestis. cuius uerba uide s̄. except. 4.*

V I I. *Exceptio: Nisi maritus in uxorem suam impenderit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 13. C. d. tt. his uerbis:* Quod in uxorem tuam erogasti ægram, non à socero repetere, sed affectioni tuæ debea impendere. In funus sanè eius, si quid eo nomine quasi recepturus erogasti: patrem, ad quē dos redijt, iure conuenis.

V I I I. *Exceptio: Nisi liberti officio functus in patronum uel eius liberos erogauit. Hæc exceptio approbatur l. 5. C. d. tt. his uerbis:* Officio, nec minus obsequio liberti functos, negociorum gestorum actionem contra patroni filias pupillas habere non posse.

I X. *Exceptio: Nisi sui lucri, non domini causa negocium gesserit. Hæc exceptio approbatur l. 5. §. sed si quis. ff. de negocijs gestis, hisce uerbis:* Si quis negocia mea gesserit non mei contemplatione, sed sui lucri causa Labeo scribit, suum eum potius, quàm meum negociū gessisse. Qui enim deprędandi causa accedit: suo lucro, non meo commodo studet. Sed nihilominus, imò magis & is tenebitur negociorum gestorum actione. Ipse tamen, si circa res meas aliquid impenderit: non in id quod ei abest (quia improbè ad negocia mea accessit) sed in quo ego locupletior factus sum, habet contra me actionem. *Huius exemplum proponitur l. 60. §. 1. ff mandati. cuius uerba uide J. lib. prox. cap. 4. quæst. 6. reg. 1. except. 1. repl. 2. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi quatenus dominus locupletior est factus. quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Sed in quo ego locupletior factus sum, &c. *Altera replicatio est: Nisi socius commune negocium gesserit. Hæc replicatio approbatur per ea quæ proposita sunt s̄. cap. 5. quæst. 4. exception. gener. 2. repl. 1.*

X. *Exceptio: Nisi pupilli negocia gesserit. Hæc exceptio reprobatur l. 2. C. de negocijs gestis, hisce uerbis:* Contra impuberes quoq;, si negocia eorum urgentibus necessitatis rationibus utiliter gerantur, in quantum locupletiores facti sunt, dandam actionem, ex utilitate ipsorum receptum est. Quæ ibi quoq; iure decernitur, quòd sumptus in pupillum, quem Romam tutorum petendorum gratia duxisti, fecisse te allegas: si non matertera eiusdem se facere paratam proprijs impendijs ostenderit. *Concordat l. 5. §. si pupilli. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. quæst. 3. exception. 4. Item concordat l. 20. §. qui negocia. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. cap. 5. quæst. 4. causa 2. except. 3. Concordat item l. 33. abs pone peregrè. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. except. 5. repl. 2.*

X I. *Exceptio: Nisi furiosi negocia gesta sint. Et hæc exceptio reprobatur l. 3. §. etsi furiosi. ff. de negocijs gestis. cuius uerba cum concordantibus uide s̄. cap. 5. quæst. 4. except. gener. 5.*

X I I. *Exceptio: Nisi alius proprijs sumptibus negocium erat gesturus. Hæc exceptio approbatur l. 2. in fine. C. de negotijs gestis. cuius uerba uide s̄. except. 10.*

X I I I. *Exceptio: Nisi dominus ignorauerit suū negocium geri. Hæc exceptio reprobatur inst. de obligat. quæ quasi ex contractu nasc. §. igitur cum quis. ibi: ex qua causa. cuius uerba uide s̄. cap. 4. quæst. 2. specie 1. Concordat l. 2. in prin. ff. de negocijs gestis. cuius uerba uide s̄. causa 1. in prin.*

X I I I I. *Exceptio: Nisi dominus noluerit & prohibuerit negocium suum geri. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. ult. C. de negocijs gestis, hisce uerbis:* Si quis nolente & specialiter prohibente domino rerū, administrationi earum sese immiscuit: apud magnos authores dubitabatur, si pro expensis, quę circa res factæ fuerit, talis administrator negociorum gestorum habeat aliquam aduersus dominū actionem? quam quibusdam pollicentibus directam uel utilem, alijs negantibus (in quibus & Saluius Iulianus fuit) hæc decidentes sancimus: Si contradixerit dominus, & eum res suas administrare prohibuerit: secundum Iuliani sententiam nullam esse aduersus eum contrariam actionem: scilicet post denunciationem, quam ei dominus trāsmiserit, non concedens ei res eius attingere: licet res bene ab eo gestæ sint. Quid deinde, si dominus aspexerit ab administratore multas expensas utiliter factas, & tunc dolosa adsimulatione habita, eum prohibuerit, ut neque anteriores expensas præstet? quod nullo modo patimur: sed ex quo ea testatio ad eum facta est, uel

uel in scriptis uel sine scriptis, sub testificatione tamen aliarum personarũ: ex eo die pro faciendis meliorationibus nullam ei competere actionem. Super anterioribus autem, si utiliter factæ sunt, habere eum actionem contra dominum concedimus sua natura currentem. *Concordant ea quæ proposita sunt s.lib.prox. cap.14. quæst.1. except. 15. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi de ijs quæ ante prohibitionẽ gesta sunt. Quæ replicatio approbatur uerbis iã propositis hisce:* Quid deinde, si dominus aspexerit, &c. *Cuius duplicatio hæc est: Nisi id quod antè gestum est, non prosit domino. Quæ duplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Si utiliter factæ sunt, &c. *Altera replicatio est: Nisi uno ex socijs prohibente, alter non prohibuerit. hoc enim casu nihilóminus aduersus non prohibentẽ salua est actio. Quæ replicatio approbatur l.7.§.Iulianus. ff. de negocijs gestis, his uerbis:* Iulianus libro tertio tractat, Si ex duobus socijs alter me ꝓhibuerit administrare, alter non: an aduersus eũ qui non ꝓhibuit, habeam negociorũ gestorum actionẽ? Mouetur eo quòd si data fuerit aduersus eum actio, necesse erit & eũ perstringi qui uetuit: Sed & illud esse iniquũ, eum qui non prohibuit, alieno facto liberari: cum etsi mutuam pecuniã alteri ex socijs prohibente socio dedissem, utiq; eum obligarem. Vlpianus. Et putò secundum Iulianũ debere dici, superesse contra eum qui non prohibuit, negociorum gestorũ actionem: ita tamen ut is qui ꝓhibuit, ex nulla parte, neq; per socium, neq; per seipsum damni aliquid sentiat. *Plura de exceptione proposita uide s.lib. prox.cap. 14.quæst.1.except.15.*

XV. Exceptio: *Nisi dominus gestum nõ habuit ratum. Hæc exceptio reprobatur l.50.ibi ut refert. ff.mãdati. cuius uerba uide 3.lib. prox.cap.4.quæst. 1.except.1.repl.6.*

XVI. Exceptio: *Nisi res gesta domino non expediat. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.9.ff.de negocijs gestis, his uerbis:* Is qui negociorum gestorum agit, non solùm si effectum habuit negocium quod gessit, actione ista utetur: sed sufficit si utiliter cœpit, etiamsi effectum non habuit negocium. Et ideo si insulam fulsit, uel seruum ægrũ curauit: etiamsi insula exusta est, uel seruus obijt: aget negociorũ gestorũ. idq; & Labeo ꝓbat. Sed (ut Celsus refert) Proculus apud eũ notat, nõ semp deberi dari. Quid enim si eam insulã fulsit, quam dominus quasi impar sumptui dereliquerit, uel quam sibi necessariã nõ putarit? Onerauit (inquit) dominũ secundũ Labeonis sententiã, cum unicuiq; liceat & dãni infecti nomine rem derelinquere. Sed istam sententiã Celsus elegãter deridet. Is enim negociorũ gestorum (inquit) habet actionem, qui utiliter negocia gessit. Non autẽ utiliter negocia gerit, qui nõ necessariam rem, uel quæ oneratura est patrẽfamiliãs, aggreditur. Iuxta hoc est quod Iulianus scribit, eum qui insulam fulsit, uel seruum ægrum curauit: habere negociorũ gestorũ actionem, si utiliter hoc faceret, licet euẽtus non sit secutus. Vlpianus. Ego quæro, quid si putauit se utiliter facere, sed patrifamiliãs non expediebat? Dico hunc nõ habiturum negociorum gestorum actionem. Vt enim euentum non spectemus, debet utiliter esse cœptum. *Concordat exceptioni propositæ l.26.in prin. ff.eod.tt. cuius uerba uide s.except.1. Concordat item l.42. in fine. ff. eod.tt. cuius uerba uide s.eadem quæst.1.causa 5. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi negocium utiliter sit cœptum. hoc enim casu, quamuis effectum non sortiatur, nihilominus actio datur. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Is qui negociorum gestorum agit, non solùm si effectum habuit negocium quod gessit, &c. *Item hisce:* Si utiliter hoc facere, licet euẽtus non sit secutus. *Concordat l.11. in fine. ff.eod. tt. his uerbis:* Sicut in negocijs uiuorum gestis sufficit negocium utiliter cœptum: ita & in bonis mortuorum, licet diuersus exitus sit secutus. *Huius replicationis exemplum est, si res in quam impensum est, postea perierit. quod proponitur uerbis s.propositis hisce:* Etiamsi insula exusta est, uel seruus obijt: aget, &c. *Concordat l.12. ff. eodem tt. cuius uerba uide suprà, capite proximo, quæstione prima, exceptione quinta, replicatione tertia. Concordat item l.21. ff. eodem titul. his uerbis:* Siue hæreditaria negocia, siue quæ alicuius essent, gerens aliquis, necessariò rem emerit: licet ea interierit, poterit quod impendit, iudicio negociorum gestorum consequi. Veluti si frumentum aut uinum familiæ parauerit, idque casu quodam interierit: fortè incendio, ruina. Sed ità scilicet hoc dici potest, si ipsa ruina uel incendium sine uicio eius acciderit. Nam cum propter ipsam ruinam aut incendium damnandus sit: absurdum est, eum istarum rerum nomine quæ ita consumptæ sunt, quidquam consequi. *Aliud exemplum est, si pecunia negocio gerendo destinata perierit. quod proponitur l.17.in princip. ibi nam etsi. ff. de in rem uerso. cuius uerba uide suprà, libro proximo, capite decimoquarto, quæstione prima, exceptione septima, replicatione prima. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi dolo uel culpa negociorum gestoris effectum non sortiatur. Hæc duplicatio approbatur uerbis dictæ legis 21. iam propositis hisce:* Sed ita scilicet

hoc dici poteſt, &c. *Concordat l.30.§.litem. ff.de negocijs geſtis. cuius uerba uide ſ.cap. prox. quæſt.1.cauſa 2.except.5. Altera propoſitæ exceptionis replicatio eſt: Niſi per exceptionem domino id quod geſtum eſt, profit. hoc enim caſu, quãuis ipſo iure non profit, datur tamen actio. Quæ replicatio approbatur exemplo l.74.§.cùm abſentem. ff.de iudicijs, hiſce uerbis:* Cùm abſentem defendere uellem, iudicium mortuo eo iam accepi, & cõdẽnatus ſolui: quæſitũ eſt, an hæres liberaretur? item quæ actio aduerſus eum cõpeteret? Iulianus. Reſpondi, iudicium quod iam mortuo debitore per defenſorem eius accipitur, nullũ eſſe: & ideo hæredẽ non liberari. Defenſorem autem, ſi ex cauſa iudicati ſoluerit, repetere quidem nõ poſſe: negociorum tamen geſtorum ei actionẽ cõpetere aduerſus hęredẽ, quia exceptione doli mali ſe tueri poſsit, ſi ab actore conueniatur. *Tertia replicatio eſt: Niſi cùm quis alicui mandaſſet pecuniam in rem ſuam mutuò accipiendam, alias mandatum illud ſecurus ei cui mandatum erat, pecuniam mutuam dederit, uel pro eo fideiuſſerit. hoc enim caſu, quamuis pecunia in rem mandantis uerſa non ſit: tamen datur illi actio. Quæ replicatio approbatur l.30.in prin. ff.de negocijs geſtis. cuius uerba uide ſ.cauſa 4. Quarta replicatio eſt: Niſi dominus id quod malè geſtum eſt, comprobauerit. Hæc replicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur l.8.cum lege ſequente. ff.de negocijs geſtis. cuius uerba uide ſ.cap.proxim. quæſt.1.except.6.*

XVII. *Exceptio: Niſi cùm antea directa negociorum geſtorum actione actum eſſet, rata ſumptuum factorum habita non ſit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l.7.§.ſi quocunq. ff.de negocijs geſtis, hiſce uerbis:* Si quocunque modo ratio compenſationis habita non eſt à iudice, poteſt contrario iudicio agi. Quòd ſi poſt examinationem reprobatæ fuerint compenſationes, uerius eſt quaſi re iudicata amplius agi contrario iudicio non poſſe: quia exceptio rei iudicatæ opponenda eſt.

XVIII. *Exceptio: Niſi negociorum geſtor legauerit domino, quod pro eo expendit. hoc enim caſu donandi animo expenſum præſumitur. Quæ exceptio approbatur l.32.§. fin. ff.de leg.3. his uerbis:* Cùm Seius ꝓ uxore centũ aureos creditori ſoluerit, & ornamentũ pignori poſitum fuerit, poſtea autẽ teſtamento facto uxori ſuæ legauerit, quidquid ad eũ inuice ſtipulatum eius conceſsit, & hoc amplius uicenos aureos annuos: quæſitum eſt, an hos centum aureos hæredes uiri ab uxore uel hæredibus eius repetant? Scæuola reſpondit: Si donationis cauſa creditori ſoluiſſet, teneri hæredes ex cauſa fideicõmiſsi, ſi repetant, atq; exceptione etiã petentes ſubmoueri: quod præſumptũ eſſe deber, niſi cõtrariũ ab hæredibus ꝓbetur. *Hactenus cauſæ propoſitæ actionis cum ſuis exceptionibus, quarũ tamẽ plures uide ſ.cap.5.quæſt.4.*

II. *Quibus datur actio propoſita? Vide ſ.d.cap.5.quæſt.5.*

III. ADVERSVS QVOS DAtur actio propoſita?

*Regulariter aduerſus alium, quàm cuius negociũ geſtum eſt, non datur actio propoſita. Cuius tamen regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi is ſit defunctus. tunc enim aduerſus eius hæredes datur. Quæ exceptio approbatur l.3.§.hæc actio. ff. de negocijs geſtis. cuius uerba uide ſ.cap.5.quæſt.5.reg.2. Concordat l.19.ff.eodem tt. cuius uerba uide ſ d.cap.5. quæſt.4. cauſa 2. except.1. Concordat item l.20. §.qui negocia. ff. eod.tt. cuius uerba uide ſ.d.cauſa 2.except.3. Altera exceptio eſt: Niſi alio mandante uel fideiubente geſſerit. tunc enim etiam aduerſus eum qui mandauit uel fideiuſsit, datur actio. Quæ exceptio approbatur l.3.§. fin. cum lege ſequente. ff.eod.tt. his uerbis:* Apud Marcellum libro ſecundo Digeſtor. quæritur, ſi cum propoſuiſſem Titij negocia gerere, tu mihi mandaueris, ut feram: an utraq; actione uti poſsim? Et ego puto utrunque locum habere, quemadmodum ipſe Marcellus ſcribit, ſi fideiuſſorem accepero negocia geſturus. Nam & hic dicit aduerſus utrunque eſſe actionem. Sed uideamus, an fideiuſſor hic habere aliquam actionẽ poſsit? & uerum eſt, negociorum geſtorum eum agere poſſe: niſi donandi animo fideiuſsit. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi cùm quis mandaſſet ſua negocia gerenda, mandatarius per ignorantiam alterius quoq; negocium inter mandatoris negocia geſsit. Quæ replicatio approbatur l.5.§.1. ff. eod.tt. his uerbis:* Si putaui Titij negocia eſſe, cum eſſent Sempronij, eaque geſsi: ſolus Sempronius mihi actione negociorum geſtorum tenetur, ut Iulianus libro tertio Digeſtor. ſcribit. *Concordat l.5.§.ſi Titij, his uerbis:* Si Titij ſeruum putans, qui erat Sempronij, dedero pecuniam ne occideretur: ut Põponius ait, habebo negociorum geſtórum aduerſus Sempronium actionem. *Tertia exceptio eſt: Niſi non ueri domini, ſed alterius contemplatione, ad quem negocium pertinere geſtor putabat, geſſerit. hoc enim caſu uidetur aduerſus eum quoq; cuius contemplatione geſtum eſt, actio competere. Sed hæc exceptio reprobatur uerbis d. l.5. §.1. & §. ſi Titij, iam propoſitis. Concordat l. 44. §. Titius. ff. eodem tt. his uerbis:* Titius pecuniam creditoribus hæreditarijs ſoluit, exiſtimans ſororem ſuam defuncto hæredẽ teſtamẽto extitiſſe: quãuis animo gerẽdi ſororis negocia id fecit, in ueritate tamen filiorum defuncti qui ſui hæredes

patri

patri sublato testamento erant, gessit. Sed quia æquum est, in damno eum non uersari: actione negociorum gestorũ id eum petere placuit. *Planè admittitur exceptio proposita, primùm quidẽ, si is cuius contemplatione gestum est, id ratum habuerit. Quæ distinctio approbatur, simul & distinguitur l. 5. §. item ait. ff. de negocijs gestis. cuius uerba uide s̄. cap. prox. quæst. 2. causa 7. except. 1. Deinde admittitur exceptio proposita in casu sequẽtis exceptionis pximæ. Quarta exceptio est: Nisi & alij quàm cuius contẽplatione gestum est, prosit. hoc enim casu & is tenetur. Quæ exceptio approbatur exemplo l. 5. §. si pupilli. ff. de negocijs gestis, his uerbis:* Si pupilli tui negocia gessero non mandato tuo, sed nẽ tutelæ iudicio tenearis: negociorũ gestorum re habebo obligatũ. Sed & pupillum, modò si locupletior factus sit. *Sanè nihilominus & is cuius contẽplatione gestum est, tenebitur. quod ap. pbatur l. 45. ibi: quum etsi Titium. ff eod. tt. cuius uerba uide s̄. cap. 5. quæst. 6. except. 1. repl. 2. Concordat l. 50. in prin. ff. mandati. cuius uerba uide J. lib. prox. cap. 4. quæst. 1. except. 1. repl. 8. Quinta exceptio est: Nisi filijfamiliâs uel serui negocium gestum sit. hoc enim casu pater uel dominus tenetur. Quæ exceptio approbatur d. l. 5. §. sed si ego, his uerbis:* Si ego filij tui negocia gesserim, uel serui: uideamus, an tecum negociorũ gestorum habeam actionẽ? Et mihi uidetur uerum, quod Labeo distinguit, & Pomponius lib. XXVI. probat: ut siquidẽ contemplatione tui negocia gessi peculiaria, tu mihi tenearis. Quòd si amicitia filij tui uel serui, uel eorum contẽplatione: aduersus patrem uel dominũ de peculio duntáxat dandam actionẽ. Idẽq; est, etsi sui iuris eos esse putaui. Nã etsi seruũ nõ necessarium emeto filio tuo, & tu ratum habueris: nihil agitur ratihabitione. Eodẽ locò Pomponius scribit, hoc adiecto: quòd putat, etsi nihil sit in peculio (quoniam plus patri dominoúe debetur) & in patrẽ dandam actionem, in quãtum locupletior ex mea administratione factus sit. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi quoad id quod postquam filius uel seruus sui iuris factus est, gestum est. de eo enim pater uel dominus non tenetur. Quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur l. 14. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. cap. 5. quæst. 9. except. 2. Sexta exceptio est: Nisi liberi hominis qui bona fide ab alio poßidetur, negocia sint gesta. hoc enim casu etiam aduersus possessorem datur actio. Quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur d. l. 5. §. sed etsi hominis, hisce uerbis:* Si hominis liberi, qui tibi bona fide seruiebat, negocia gessero: siquidem putans tuum esse seruum gessi, Pomponius scribit, earum rerum causa quæ te sequi debent, tecum mihi fore negociorum gestorum actionem: earum uerò rerum quæ ipsum sequuntur, non tecum, sed cum ipso. Sed etsi liberum sciui, earum quidém rerum quæ eum cõsequuntur, habebo aduersus eum actionem: earum uerò rerum quæ te sequuntur, aduersus te.

IIII. QVID VENIAT IN actione proposita?

*I. Regula, De omni eo quod actor impendit, eiq; propter negocium gestum abest, restituendo, proponitur l. 2. ff. de negocijs gestis. cuius uerba uide s̄. quæst. 1. causa 1. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi plus quàm debuit, impendit. hoc enim quod excedit, non uenit restituendum. Quæ exceptio approbatur l. 24. ff. d. tt. his uerbis:* Si quis aliena negocia gerens, plus quàm oporteat impenderit: Paulus ait, recuperaturum eum id quod præstari debuit. *Altera exceptio est: Nisi pupilli negocia gesta sint. hoc enim casu nõ ultra id in quo locupletior pupillus factus est, tenetur. Quæ exceptio approbatur l. 5. §. si pupilli. ff. d. tt. cuius uerba uide s̄ quæstion. proxim. except. 4. Concordat l. 2. C. eod. tt. cuius uerba uide s̄. quæst. 1. except. 10. Declaratur exceptio proposita l. 36. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Litis contestatę tẽpore quæri solet, an pupillus cuius sine tutoris authoritate negocia gesta sunt, locupletior sit ex ea re factus, cum is patitur actionem. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi interim dum negocium geritur, pupillus pubes sit factus. Hæc replicatio approbatur l. 14. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. cap. 5. quæst. 9. except. 2. Altera replicatio est: Nisi quis hæreditatis negocium gesserit. hoc enim casu, quamuis pupillus postea hæres extiterit, in solidum obligatur. Quæ replicatio approbari uidetur l. 20. §. qui negocia. ff. d. tt. cuius uerba uide s̄. cap. 5. quæst. 4. causa 2. except. 3. Tertia exceptio est: Nisi pater filij, uel dominus serui nomine conueniatur. hoc enim casu non nisi de peculio actio est. Quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 5. §. sed si ego filij. ff. de negocijs gestis. cuius uerba uide s̄. quæst. proxim. exception. 5. Concordat l. 41. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. lib. proxim. cap. 13. quæst. 7. except. 1. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi non filij uel serui, sed patris uel domini contemplatione gessit. tunc enim in solidum competit actio. Quæ replicatio approbatur d. §. sed si ego. Concordat l. 40. ff. eod. tt. his uerbis:* Qui seruum meum, me ignorãte uel absente, in noxali causa defendit: negociorũ gestorũ in solidũ mecũ, non de peculio aget. *Altera replicatio est: Nisi pater uel dominus locupletior factus sit. tũc enim, quãuis nihil sit in peculio, tamẽ quatenus locupletior factus est, tenetur. Quæ replicatio approbatur d. §. sed si ego, in fine. Quarta exceptio est: Nisi sui lucri, nõ domini causa gessit. hoc enim casu non nisi quatenus dominus locupletior factus est,*

actio

*actio competit. Quae exceptio approbatur l.5.§.sed si quis negocia,in fine. ff.de negocijs gestis.cuius uerba uide 3.quaest.1.except.9.*

II.Regula, *De usuris. Vsurae quoq; in hanc ueniunt actionem ipso iure. Quae regula approbatur l.37.ff.de usuris, bisce uerbis:* Et in contraria negociorum gestorum actione usuræ ueniunt,si mutuatus sim pecuoiam, ut credi torem tuum absoluam,qui aut in possessionem mitteodus erat booorũ tuorum, aut pignora ueoditorus.Quòd si domi ha bens ꝓpter eandẽ causam solui, puto uerum, si liberaui te magno incõmodo, debere dici usuras uenire.Eas autem quæ in regione frequentãtur,ut est in bonæ fidei iudicijs coostitutũ. Sed si motuatus dedi, hæ osuræ ueoient, quas ipse pendo:utiq; si plus tibi præstiti commodi,quàm usorę istæ colliguot, *Concordat l.18. §. non tantùm, in fine. ff. de negocijs gestis, bis uerbis:* Vsuras quas præstitimus, uel quas ex oostra pecunia percipere potuimus, quam io aliena negocia impendimus: seruabimus indicio oegociorum gestorum. *Cõcordat itẽ l.18.C.eod.tt.bis uerbis:* Ob oegocium alienũ gestum sumptnum factorum usuras præstari.bona fides suasit.Quo iure cõtra hoa etiam,quotum te necessitate compolsum negocium gessisse proponis, per iudiciũ negociorum gestorum uteris.

III.Regula: *Quantae usurae sint soluendae, definitur uerbis d.l.37.tam propositis bisce:* Eas autem quæ io regiooe,&c.

V. ADFINIA REMEDIA.

*Regulariter quidem ex causis suprà propositis contraria negociorum gestorum, non alia competit actio. Verùm eius regulae exceptio prima haec est: Nisi mandatum praecesserit. hoc enim casu etiã mãdati actio est. Quae exceptio approbatur l.16.C.de negocijs gestis,bisce uerbis:* Si negocium sororis tuæ gerens, pro ea tributa soluisti, uel mandante ea,uel rogante id fecisti:negociorum gestorũ actione, oel mãdati id qđ soluisse te cõstiterit,recipere poteris. *Cõcordat l.3.§.fin.ff.eod.tt.cuius uerba uide 3.quaest.3. exc.2. Plura de hac exceptione uide 3.cap.5.quaest. 8.except.1. Altera exceptio est: Nisi cõmune negocium sibi cum alio gesserit. hoc enim casu etiã familiae ercifcundae uel communi diuidundo actio est. Quae exceptio approbatur per ea quae proposita sunt 3.d. quaest.8. exc.5. Tertia exceptio est: Nisi nego:iorum gestor.directa actione conueniatur. hoc enim casu exceptionis ope consequi potest, ut sibi id quod debetur, soluatur,reputetur, uel de eo caueatur. Quae exceptio approbatur l. 3. ff. de tutelae actione. cuius uerba uide 3. lib.18. cap.14. quaest.7. reg.2. Quarta exceptio est: Nisi funeris causa sumptus fecit.hoc enim casu actio funeraria competit.de* *qua uide 3.cap. prox. Sed & plures huiusmodi exceptiones uide 3.d. quaest.8. Haec de contraria negociorum gestorum actione.*

DE FVNERARIA ACTIONE. Cap.VIII.

PRimò: *Verba edicti, quo actio proposita introducitur, proponuntur l.12.§.praetor ait.ff. de religiosis,haec scilicet:* Prætor ait,Quod fu oeris causa sumptus factum erit,eius recu petandi nomine in eum ad quem ea res pertinet,iudicium dabo.

II. *Ratio huius actionis proponitur d.l.12.§.hoc edictum, bis uerbis:* Hoc edictum iusta ex causa propositũ est, ut qui funetauit, persequatur id quod impendit.Sic fiet,ne insepulta iaceant corpora,neúe qois de alieno funeretur.

III. NOMEN.

*Funeraria dicitur actio. Quae regula approbatur l.14.§. haec actio. ff. eod. tt. cuius uerba uide 3. quaest.prox.reg.2.*

IIII. GENVS ET PROPRIUM.

I.Regula: *Hereditaria est actio.Quae regula approbatur l.1.ff.de religiosis, bisce uerbis:* Qui ꝓpter funus aliquid impendit,cum defuncto cõtrahere creditor,noo cum hærede.

II.Regula: *Haec actio ex bono & aequo oritur. Quae regula approbatur l.14.§.haec actio.ff.d.tt.bis uerbis:* Hæc actio quæ funeraria dicitur,est ex bono & æquo oritur.contioet autẽ funeris causa tantùm impensam, noo etiã cæteros sumptus. Æquũ autem accipitur ex dignitate eius qui funeratus est,ex causa, ex tẽpore,ex bona fide:ut neq; plus impu tetur sumptus nomioe, quàm factum est, neq; taotum, quantũ factum est,si immodicè factum est. Debet enim haberi ratio facultatũ eius io quem factũ est, & ipsius rei quæ ultra modum sine causa consumi tur,&c. *Reliqua uide 3 quaest.1.in prin.*

V. CAVSAE HVIVS ACTIONIS.

*Si quis in funus alicuius aliquid impendit, hac actione repetit. Quae causa approbatur uerbis edicti 3.eod.cap.in prin propositis. Declaratur haec causa definitione sumptus funeris causa facti,l.14.§. funeris.ff de religiosis,bisce uerbis:* Funeris causa sumptus factus uidetur is demũ, qui ideo fit,ut fuous ducatur,& sine quo funus duci non possit: utpota si quid impensum est in elatione mortui. Sed etsi quid in locum fuerit erogatũ, in quem mortuus inferretur: funeris causa uideri impensum, Labeo scribit:quia necessariò locus paratur,in quo corpus cõ ditur.Impensa peregrè mortui quæ facta est,ut corpus ꝓferretur:funeris est,licet nondũ homo funeretur. Idẽ etsi quid ad corpus custodiendũ, uel

uel etiam commẽdandum factum sit: uel si quid in marmor uel uestem collocandam. Non autem oportet ornamẽta cum corporibus condi, nec quid aliud huiusmodi quod homines simpliciores faciũt. *Concordat l.37.in prin. ff. eod.ti. his uerbis:* Funeris sumptus accipitur, quidquid corporis causa erogatum est: ueluti unguentorum, & precium loci, in quo defunctus humatus est, & si qua uestiaria sunt, uel sarcophagi, & uectura, & quidquid corporis causa antequam sepeliatur, consumptum est: funeris impensam esse existimo. *Sequuntur nunc propositæ causæ exceptiones.*

*I. Exceptio: Nisi nõ funeris, sed alterius rei causa impensum sit. Hæc exceptio approbatur l.14. §. hæc actio. ff. de religiosis, hisce uerbis:* Continet funeris causa tantùm impensam, non etiam cæteros sumptus. *Declaratur hæc exceptio in proximè præcedentibus.*

*II. Exceptio: Nisi pietatis gratia impendit, non ut reciperet. Hæc exceptio approbatur d.l.14. §. sed interdum, his uerbis:* Interdum is qui sumptum in funus fecit, sumptum nõ recipit: ueluti si pietatis gratia fecit, non hoc animo quasi recepturus sumptũ quem fecit. hoc & Imperator noster rescripsit. Igitur æstimandũ erit ab arbitro, & perpendendum quo animo sumptus factus sit: utrũ negocium quis uel defuncti uel hæredis gerat, uel ipsius humanitatis: an uerò misericordiæ uel pietati tribuens, uel affectioni. Potest tamen distingui & misericordiæ motus, ut si in hoc fuit misericors uel pius qui funerauit, ut eum sepeliret, ne insepultus iaceret, non etiam ut de suo sumptũ faceret. Quòd si iudici liqueat, non debet eum qui cõuenitur, absoluere. Quis enim sine pietatis intentione alienum cadauer funerat? Oportebit igitur testari quenq;, quo animo funerat, ne postea patiatur quæstionem. Pleriq; filij, cum parentes suos funerant, uel alij qui & hæredes fieri possent: licet ex hoc ipso neq; pro hærede gestio neq; aditio præsumitur: tamẽ ne uel miscuisse se necessarij, uel cæteri pro hærede gessisse uideantur: solent testari pietatis gratia se facere sepulturam. Quòd si superuacuo fuerit factum, ad illud se munire uidẽtur, ne immiscuisse se credantur: non ad illud, ut sumptum consequantur. Quippe protestantur pietatis gratia id se facere. Plenius igitur eos testari oportet, ut & sumptus possint seruare. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi protestatus sit, se repetendi animo sumptus facere. Hæc replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Potest tamen distingui, &c. *Item hisce:* Oportebit igitur testari, &c. *Concordat d.l.14. §. idem Labeo. ibi: sed pone testatum me. cuius uerba uide J. except. prox. Altera replicatio est: Nisi partem sumptus pietatis animo fecit, partem animo repetendi. hoc enim casu in parte sumptus repetendi animo facti exceptio proposita non obstat. Quæ replicatio approbatur d.l.14. §. fortassis, his uerbis:* Fortassis posset quis dicere, interdum partem facti sumptus posse recuperari: ut si quis ꝑ parte quasi negociũ gerens, pro parte pietatis gratia id facit: Quod est uerius. Partem igitur sumptus cõsequitur, quem nõ donãdi animo fecit.

*III. Exceptio: Nisi prohibẽte hærede fecit sumptus funeris. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt S. cap. prox. quæst.1. except.14. Verùm eius replicatio prima hæc est: Nisi prohibitus sumptus fecit pietatis gratia, & de ijs repetendis est contestatus. Quæ replicatio approbatur d.l.14. §. idem Labeo, his uerbis:* Labeo ait, Si ꝓhibẽte hærede funeraueris testatorẽ, ex causa cõpetere tibi funerariã. Quid enim si filium testatoris hæres eius ꝓhibuit? huic cõtradici potest. Ergo pietatis gratia funerasti. Sed pone testatum me, habiturum me funerariam actionem. De suo enim expedit mortuos funerari. *Altera replicatio est: Nisi testator funus mandauit actori. Hæc replicatio approbatur ibidem his uerbis:* Et quid si testator quidẽ funus mihi mandauit, hæres ꝓhibet, ego tamẽ nihilominus funeraui? nonne æquũ est mihi funerariã cõpetere? Et generaliter puto iudicẽ nõ meram negociorũ gestorum actionem imitari, sed solicitus æquitatẽ sequi, cum hoc ei & actionis natura indulgeat. Diuus autẽ Marcus rescripsit, eum hæredem qui prohibet funerari ab eo quem testator elegit, non rectè facere: pœnam tamen in eum statutam non esse.

*IIII. Exceptio: Nisi quasi hæres, cum hæres nõ esset, sumptus funeris fecit. Hæc exceptio approbatur quidem ipso iure, sed æquitatis ratione reprobatur l.14. §. si quis dum. ff. de religiosis, hisce uerbis:* Si quis dum se hæredem putat, patremfamiliãs funerauerit, funeraria actione uti nõ poterit: quia nõ hoc animo fecit, quasi alienum negociũ gerens. Et ita Trebatius & Proculus putant. Vlpianus. Puto tamen & ei ex causa dandam actionẽ funerariã. *Concordat l.32. in prin. ff. eod. ti. his uerbis:* Si possessor hæreditatis funus fecerit, deinde uictus in restitutione nõ deduxerit, qđ impẽdit, utilem esse ei funerariã, Paulus ait.

*V. Exceptio: Nisi cùm quasi negociũ hæredis gereret in funus impendisset, hæres ratũ nõ habeat. Hæc exceptio reprobatur d.l.14. §. penult. cuius uerba uide J. except. proxim.*

*VI. Exceptio: Nisi alia actione actor suũ recuperare posit. Hæc exceptio approbatur d.l.14. §. Labeo*

ait, his

*tu,bis uerbis:* Lebeo ait, Quoties quis aliem actionem habet de funetis impensa conseqnenda, funerarie eum agere non posse. Et ideo si familiæ etcifcundæ agere posit: funetarie nō actutum. Planè si iem femiliæ ercifcundæ actum fit, posse egi. *Huius exemplum proponitur d.l.14. §. qui mandatu,bis uerbis:* Qui menderu alterius funetauit, non heber funereriem actionem: sine is qui mendeuit scilicet funerandum, non soluit ei cui mandeuit, siue deber. Quòd si pupillus mandeuit sine tutore euthore, urilem funerariam dandem eduersus hæredem ei qui impendit. Lucrari enim hæredem iniquum est. Si autem pupillus funus ed se pertinens sine tutoris autboritare mendeuit, dendem in eum ectionem arbitror, si & hæres extitir ei qni funeratur, foluendoq́; hæredites est. Contrà, si quis mendeiu hæredis funerauerit, non posse eum funeraria egere, Lebeo scribit: quia habet mendeti actionem. Si remen quasi negocium hæredis getens funerauit, licet retum non hebet, tamen funeraria eum agere posse, Lebeo scribit. *Aliud exemplum proponitur l.49.§. fin.ff. familie ercifcunde.cuius uerba uide J.cap.proxim.quest.1.causa 10.except.3.repl.3. Huius exceptionis replicatio prima hec est: Nisi actio per exceptionem elidatur. Quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur exemplo mandati iam proposito,bis uerbis:* Quòd si pupillus mendeuit,&c. *Altera replicatio est: Nisi alia actione actum fit. Hec replicatio approbatur uerbis d. §. Labeo ait, ī. propositis bisce:* Plenè si iem familię etcifcundæ actum fit, posse agi. *Tertia replicatio est: Nisi cùm actor antea à reo conuentus, sumptus per exceptionem retinere posset, per ignorantiam exceptionem noc opposuit. Hec replicatio approbatur l.32.in prin. ff. de religiosis.cuius uerba uide ī.except.4.*

V I I. *Exceptio: Nisi actor rem sibi legatam in funus impendit. Hec exceptio reprobatur l.ultim. §.fin.ff.d.tt.bis uerbis:* Ei cui uestimente legantur, si in funus erogete fint: urilem ectionem in hæredem dendam placuit, & priuilegium funererium.

V I I I. *Exceptio: Nisi heres rem hereditariam in funus impendit. Hec exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio bec est: Nisi alius, nō heres funeraria teneatur. Quæ replicatio approbatur d.l.ult. §.1. bis uerbis:* Si hæres mulieris inferat mortuam in hæreditarium fundum, à mariro qui debet in funus cōferre, pro æstimetione loci consequatur.

I X. *Exceptio: Nisi modicus sumptus funeris causa in contumeliam defuncti factus fit. Hec exceptio approbatur l.14. §.iudex.ff.de religiosis, bisce uerbis:* Iudex qui de ee æquitere cognoscit, interdum sumptum omnino non debet edmittere modicum factum, si fortè in contumeliam defuncti hominis locnpletis modicus fectus fit: nem non deber buius retionem habere, cum contumeliam defuncto fecisse uideatur ita eum funerando.

VI. QVIBVS COMPETIT hæc actio?

I. *Regula, De eo qui mandauit, & eo qui mandatu alterius sumptum funeris fecit. Hoc casu illi,non huic datur actio. Quæ regula approbatur l.14.§. qui mādatu ff.de religiosis.cuius uerba uide ī quæst. proxim.except.6.*

I I. *Regula, De heredibus,proponitur l.31.in fine.ff.d.tt.bis uerbis:* Hæc ectio nō est ennua, sed perperue: & hæredi cæterisq́; successoribus, & in successores datur.

VII. ADVERSVS QVOS competit hæc ectio?

*Regulariter aduersus heredes defuncti siue scriptos siue ab intestato uenientes,non alios, actio proposita competit. Quæ regula approbatur l. 14. §. fin.ff.de religiosis,bisce uerbis:* Detur hæc actio aduersus eos ad qnos funus pertinet, utputa eduersus hæredem bonorumúe possessorem, cæterosq́; successores. *Concordat l.12.§.pretor ait.cuius uerba uide ī.eod.cap. in princip. Item concordat l.12.§ funus,in fine.ff. eod.tt.cuius uerba uide J.except. prox. Item concordat l.31.in fine.ff.eod.tt.cuius uerba uide ī.quest. prox.reg.2. Huius regulæ exceptio prima hec est: Nisi defunctus aliquem elegerit, à quo funerari uoluerit. Quæ exceptio approbatur d.§.funus,bis uerbis:* Funus eum fecere oportet, qué decedens elegerit. sed si ille non fecerit, nullem esse buius rei pœnem constat, nisi eliquod pro hoc ei emolumentum relictum est. tunc enim, si non paruerit uoluntati defuncti, ab hoc repellitur. Sin autem de hec re defunctus non ceuit, nec ulli delegatum id munus est: scriptos hæredes ea res contingit. Si nemo scriptus est, legitimos uel cognetos quosque suo ordine, quo succedunt. *Huius exceptionis replicatio est: Nisi is quem testator elegit, nihil ab eo accepit, uel id quod accepit restituit. Hec replicatio approbatur uerbis iam propositis bisce:* Sed si ille nō fecerir,&c. *Altera exceptio est: Nisi filius familiâs defunctus sit. tunc enim in patrem eius actio funeraria competit. Quæ exceptio approbatur l.32. ff.cod.tt.bis uerbis:* In petrem cuius in potestate fuerit is cuius funus fectum erit, competit funererie actio pro dignitate & feculteribns. *Concordat l.28.ff. eodem tt.cuius uerba uide J. except.4. repl.4. Huius exceptionis replicatio prima hec est: Nisi filiafamiliâs uxore defuncta, dos patri à marito reddita nō fit. hoc enim casu maritus,non pater tenetur. Quæ replicatio approbatur l.20.§.si maritus. ff.eod.tt.cuius uerba uide J.ex-

de J.except.4.in prin. Concordat l.29.§.is qui.ff. d.tt.cuius uerba uide J.except.4.repl.6. Huius replicationis duplicationes uide J. d.except.4. repl.1. cum repl. sequentibus. Altera replicatio est: Nisi filiusfamiliâs miles defunctus, rerum castrensium hæredem reliquerit.hoc enim casu hæres,non pater tenetur. Quæ replicatio approbatur l.31. in prin. ff. eod.tt.his uerbis: Si filiusfamiliâs miles sit, & habeat castrẽse peculium: puto successores eius antè teneri, sic deinde ad patrẽ ueniri. Tertia replicatio est: Nisi filius sui iuris sit defunctus. Quæ replicatio approbatur d. l. 28. Huius replicatio est: Nisi filia sui iuris defuncta, dos patri restituatur. Quæ replicatio approbatur l.16. ff.d. tt. cuius uerba uide J.exc.4. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi nondum dotem receperit. Quæ duplicatio approbatur l.17. ff.eod.tt.cuius uerba uide d. except.4. in prin. Tertia exceptio est: Nisi seruus uel ancilla sepeliatur. hoc enim casu aduersus dominum actio est. Quæ exceptio approbatur d.l.31.§. 1.his uerbis: Qui seruũ alienum,uel ancillam sepeliuit: habet aduersus dominũ funerariam actionẽ. Quarta exceptio est: Nisi mulier sepeliatur superstitè marito apud quem dos remanet. hoc enim casu onus sepulturæ ad maritum pertinet. Quæ exceptio approbatur l.16.cum trib. legib. sequentib.ff.de religiosis, hisce uerbis: In eum ad quem dotis nomine aliquid peruenit, dat prætor funerariã actionem. Æquissimum enim uisum est ueteribus,mulieres quasi de patrimonijs suis,ita de dotibus funerari:& eũ qui morte mulieris dotẽ lucratur,in funus cõferre debere: siue pater mulieris sit, siue maritus. Sed si nondũ dotem pater recuperauerit,uir solus cõuenietur,reputaturus patri quod eo nomine præstiterit. Impensa enim funeris æs alienum dotis est.Ideoq; etiam dos sentire hoc æs alienum debet. Concordat l.20.§.si maritus.ff.eod.tt.his uerbis: Si maritus lucratur dotem,conuenitur funeraria:pater autem non. Concordat itẽ l.46. §.1.ff eod.tt. cuius uerba uide ร.quæst.5.except.8. Huius exceptionis replicatio prima hæc est:Non nisi pro portione dotis & hæreditatis. nam simul cum marito hæredes tenentur pro portione. Quæ replicatio approbatur l.22.cum quinq; legib.sequẽtib. ff.eod.tt.his uerbis: Celsus scribit, Quoties mulier decedit, ex dote quæ penes uirũ remanet, & cæteris muliebribus bonis pro portione funeranda est: ueluti si in dote centum sint, in hæreditate ducenta: duas partes hæres,unum uir conferet. Iulianus scribit, non deductis legatis: nec precijs manumissorum, nec ære alieno deducto. Et sic pro rata & maritum & hæredẽ conferre in funus oportet. Concordat l.30.§.sed si emancipata. ff.d.tt.his uerbis: Si emancipata in matrimonio decedat, Põponius ait, collaturos hęredes bonorũue possessores, & patrem pro portione quam recuperauit, & uirum pro,&c. Altera replicatio est: Nisi dos non sufficiat. tunc enim in superfluũ hæres uel pater conueniendus. Quæ replicatio approbatur l.20.§.si maritus.ff.d.tt.his uerbis: Si maritus lucratur dotem, cõuenitur funeraria: pater autẽ non. Sed & in hunc casum puto, si dos (quia permodica fuit) in funus nõ sufficit: & in superfluũ in patrẽ debere actionem dari. Tertia replicatio est: Nisi maritus facere nõ possit. Hæc replicatio approbatur l. 27.§.fin.ff.de religiosis,hisce uerbis: Maritum puto funeraria in id demum teneri,quod facere potest. In id enim lucrari uidetur, quod præstaret mulieri, si conueniretur. Quarta replicatio est: Nisi maritus dotem nõ acceperit. Hæc replicatio approbatur l.28. ff. d.tt. his uerbis: Quòd si nulla dos esset,tunc omnem impẽsam patrẽ præstare debere, Atilicinus ait,aut hæredes eius mulieris,puta emancipatæ. Quinta replicatio est: Nisi maritus dotem restituit. Hæc replicatio approbatur l. 27.§.1.ff.d.tt.his uerbis: Maritus funeraria nõ cõuenietur,si mulieri in matrimonio dotẽ soluerit,ut Marcellus scribit. Quæ sententia uera est:in his tamẽ casibus, in quibus hoc ei facere legibus permissum est. Concordat l.29.§.is qui.ibi:reddita dote. ff. d.tt.cuius uerba uide J. repl. prox. Sexta replicatio est: Nisi maritus ad dotem alij restituendã teneatur. Hæc replicatio reprobatur d.l.29.§.is qui,his uerbis: Is qui filiam familiâs,antequã dos patri reddatur,cum marito rectè agit: reddita dote patrem obligatũ habet. Vtiq; autẽ,si cum marito actum fuerit,is eo minus patri mulieris restituturus est. Concordat l.17.ff.eod. tt.cuius uerba uide ร.ead. except. in prin. ibi: sed si nondũ. Item concordat l. 60. ff. soluto matrimonio. cuius uerba uide ร.lib.14. cap.7.reg.15. Item concordat l.30.in prin. ff. de religiosis. cuius uerba uide J.quæst.11.reg.2. Septima replicatio est: Nisi is qui pro muliere dotem dedit, pactus est ne quid maritus in funus uxoris suæ conferret. Hæc replicatio approbatur, simul & distinguitur l.20. in prin. ff.d.tt.his uerbis: Neratius quærit,si is qui cum dotem dederat pro muliere, stipulatus est duas partes dotis reddi,tertiã apud maritũ remanere: pactus sit,ne quid maritus in funus cõferret,an funeraria maritus teneatur? Et ait,siquidem ipse stipulator mulierem funerauit: locum esse pacto,& inutilem ei funerariam fore. Si uerò alius funerauit,posse eum maritum conuenire: quia pacto hoc publicum ius infringi non possit. Octaua replicatio est: Nisi mulier post diuortiũ alij nupta decesserit. Hæc replicatio approbatur l.29.in prin. ff. eod.tt.his uerbis: Si mulier post diuortium alij nupta decesserit,

non putat Fulcinius priorem maritum, licet dotem lucrifaciat, funeris impensam præstare.

### DVPLICATIO PRAECEDENTIVM replicationum generalis.

He sunt replicationes proposite quarte exceptionis, quarum duplicatio generalis hec est: Nisi uxor defuncta neq; heredes habeat, neq; patrem qui soluendo existat. Hec duplicatio approbatur l.28. in fine. ff. de religiosis, hisce uerbis: Si mulier defuncta neq; hæredes habeat, neq; pater soluendo sit: maritum in quantum facere potest, pro hoc conueniri, Pomponius ait: ne iniuria eius uideretur quondam uxorẽ eius insepultam relinqui. Hec de quarta exceptione. Quinta exceptio est: Nisi mortua muliere mariti heres ad quem dos peruenit, superfit. hic enim tenetur. Que exceptio approbatur l. 12. in fine. ff. de religiosis, hisce uerbis: Si eodem momento temporis uir & uxor decesserit, Labeo ait, in hæredem uiri pro portionẽ dotis dandam hanc actionem, quoniam id ipsum dotis nomine ad eum peruenit. Sexta exceptio est: Nisi muliere mortua dos eius superfit. hoc enim casu is ad quem dos peruenit, funeraria actione tenetur. Que exceptio approbatur l.20.§.fin. ff. de religiosis, hisce uerbis: Cùm materfamiliâs decedit, nec est soluendo hæreditas: funerari eam ex dote tantùm oportet. Et ita Celsus scribit. Cõcordat l.20.§. quid tamen si quis, hisce uerbis: Si quis dotem hac lege dederit pro muliere, ut ad ipsum rediret, si in matrimonio mortua esset, aut quoquo modo soluto matrimonio: nunquid hic in funus non conferat? Sed cùm dos morte mulieris ad eum peruenerit, potest dici conferre eum. Concordat item l. 16. in fine. ff. eod.tt. cuius uerba uide s̄.except.4. in prin. Huius exceptionis replicatio prima uidetur esse: Nisi ad eum qui pro muliere dotem dedit, dos redierit. Hec replicatio reprobatur uerbis d.l.20. §. quid tamen, iam propositis. Alias huiusmodi replicationes uide s̄.except.2. repl.3.dupl.1. item except.4. repl.1. cum sequentibus. Septima exceptio est: Nisi patronus contra tabulas bonorum possessionem obtinuerit. hic enim etiam pro rata tenebitur. Que exceptio approbatur l. 15. ff. de religiosis, hisce uerbis: Funeris impensas & patronus qui bonorum possessionem petit contra tabulas, præstat. Concordat l.6.in fine. ff. si pars hered petatur. cuius uerba uide s̄.lib.32.cap.2.quest. 8. reg.5. except. 7. Octaua exceptio est: Nisi mãdatu alterius quis sumptus funeris fecit. hoc enim casu aduersus eum qui mandauit, non aduersus heredem actio mandati competit. Que exceptio approbatur l. 14. §. qui mandatu. ff. de religiosis. cuius uerba uide s̄.quest.5. except. 6. Nona exceptio est: Nisi deducto ære alieno hereditario & legatis, hereditas non sufficiat. Hec exceptio reprobatur l.23. cum trib. legib. sequentib. ff. d.tt. cuius uerba uide s̄.except.4.repl. 1. Concordat l.45. ff. eod.tt. cuius uerba uide s̄.lib. 8.cap.9.reg.8.

### VIII. QVID VENIAT IN actione proposita?

Non quantum erogatum est, sed quantum iudex ex bono & equo arbitrabitur, restituendum uenit. Que regula approbatur l.12.§. sumptus. ff. de religiosis, hisce uerbis: Sumptus funeris arbitrantur pro facultatibus, uel dignitate defuncti. Concordat l.14.§. hec actio. ibi: equum autem. ff.eod. tt. cuius uerba uide s̄.quest.4.reg.2. Huius regule exceptio uidetur esse: Nisi tantum, quantum testator uoluit, si erogatum. Hec exceptio reprobatur exemplo l.17.in fine. ff. de religiosis, his uerbis: Munimentum sepulchri id esse diuus Hadrianus rescripsit, quod causa muniendi eius loci factum sit, in quo corpus impositum sit. Itaque si amplum quid ædificari testator iusserit (ueluti in circuitu porticationes) eos sumptus funeris non esse. Alias huiusmodi regulas uide in ijs que proposita sunt s̄.quest.5.in prin.

### IX. QVANDO ET QVAMdiu competat hæc actio?

I.Regula: Pater qui funus fecit, impensam à marito statim repetere potest: licet dotem statim repetere non possit. Que regula approbatur l. 60. ff. soluto matrimon. cuius uerba uide s̄.lib.24.cap.7. reg. 15.

II.Regula: Perpetua est actio. Que regula approbatur l.11.§.fin.ff.de religiosis. cuius uerba uide s̄.quest.6.reg.2.

### X. ADIVNCTA OFFICIA iudicis in hac actione.

Iudex non meram negociorum gestorum actionem, sed solicitus equitatem sequetur. Que regula approbatur l.14.§. idem Labeo, in fine. ff. de religiosis. cuius uerba uide s̄.question.5. exceptior.3. replicat.2.

### XI. EVENTVS.

I. Regula: Maritus potest id quod hac actione conuentus præstitit, in dotem reputare ad dotem restituendam conuentus. Que regula approbatur l. 17. cum duab. legib. sequentib ff.de religiosis. quarum uerba uide s̄.quest.7.except.4.in prin. Concordat l.29.in fine.ff.eod. tt.cuius uerba uide s̄.d.except.4.repl.6.

II. Regula: Quod pater defuncte mulieris in funus impendit, uel ab alio eo nomine conuentus prestitit, per actionem dote à marito repetit. Que regula approbatur l.30. in prin. ff. de religiosis, hisce uerbis: Quod pater in funus filiæ impendit, aut alio secum agente funeraria iam præstitit: ipso per actionem de dote à marito recipit. Concordat l.60. ff.soluto matrimonio: cuius uerba uide s̄.lib.24. cap.7.reg.15.

XII.Ad-

*XII. Adfinia huius actiõis remedia uide s. quæst. 5. except. 6. Hæc de funeraria actione. Planè alia quæ ad funerandum & sepeliendum pertinent, uide s. lib. 10. cap. 11. membr. 5.*

## *FAMILIAE ERCISCVNdæ. Cap. IX.*

PRimò: *Quo iure, quaq; ratione introducta sit actio proposita, definitur l. 1. in prin. ff. familiæ erciscundæ, his uerbis:* Hæc actio proficiscitur ex lege XII Tabularum. Nanq; cohęredibus uolentibus à communione discedere, necessarium uidebatur aliquam actionem constitui, qua inter eos res hæreditariæ distribuerentur.

### II. GENVS ET PROPRIA huius actionis.

I. Regula: *Bonæ fidei actio est. Quæ regula approbatur l. 9. C. familiæ erciscundæ. cuius uerba uide J. cap. prox. quæst. 3. reg 2.*

II. Regula: *Mixta est actio, tam in rem quàm in personam. Quæ regula approbatur Inst. de actionib. §. quædam actiones. cuius uerba uide s. lib. 36. cap. 4. quæst. 2. diuis. 8.*

III. Regula: *Vterq; & actor & reus est in hac actione. Quæ regula approbatur l. 2. §. in familiæ. ff. familiæ erciscundæ, his uerbis:* In familiæ erciscundæ iudicio unusquisq; hæredum & rei & actoris partes sustinet. *Concordat l. 44. §. qui familiæ ff. eod tit. his uerbis:* Qui familiæ erciscundæ, & communi diuidundo, & finium regundorum agunt: & actores sunt, & rei. Ideo iurare debent non calumniæ causa litem intendere, non calumniæ causa inficias ire. *Concordat item l. 10. ff. finium regundorum, his uerbis:* Iudiciũ communi diuidundo, familiæ erciscundæ, finium regundorum, tale est, ut in eo singulæ personæ duplex ius habeant, & agentis, & eius qui cum agitur. *Concordat item l. 36. in fine. ff. de action. & obligat. cuius uerba cum aliis huc pertinentibus uide s. lib. 36. cap. 4. quæst. 2. diuis. 9.*

### III. CAVSAE, EX QVIbus actio proposita competit.

*Familiæ erciscundæ iudicium ex duobus constat, hoc est, rebus atq; præstationibus, quæ sunt personales actiones. Hæc causarum diuisio proponitur l. 22. §. penult. ff familiæ ercisc. his uerbis:* Familiæ erciscundæ iudicium ex duobus constat, id est, rebus atq; pręstationibus, quæ sunt personales actiones. *Concordat l. 4. §. sicut autem. ff. communi diuidundo. cuius uerba uide J. cap. 11. quæst. 3. in prin. De hoc quidem genere causarum in hoc capite dicetur, de illo uerò J cap. prox. Sunt igitur præstationis seu personalis actionis causæ huiusmodi.*

I. Causa: *Si cohæres aliquid ex hæreditate, uel re hæreditaria percepit: ad hoc communicandum datur aduersus eum actio. Quæ causa approbatur l. 19. ff. familiæ erciscundæ, his uerbis:* Prospicere iudex debet, ut quod unus ex hæredibus ex hæreditaria re præcepit, stipulatusúe est: non ad eius solius lucrum pertineat. Quæ ita scilicet consequetur iudex, si aut reputationes inter eos fecerit, aut curauerit cautiones interponi, quibus inter eos communicentur commoda & incommoda. *Concordat Inst. de officio iudicis. §. si familiæ: ibi: eo quoq; nomine, his uerbis:* Eo quoq; nomine cohæredi quisq; suo condemnãdus est, qđ solus fructus hæreditarij fundi perceperit, aut rem hæreditariam corruperit, aut consumpserit. Quæ quidam similiter inter plures quoque quàm duos cohæredes subsequuntur. Eadem interueniunt, etsi communi diuidundo de pluribus rebus actum sit. *Planè propositæ causæ exceptio prima hæc est: Nisi ante aditam hæreditatem hæres ex re hæreditaria perceperit. Quæ exceptio ipso quidem iure approbatur, eius autem replicatio hæc est: Nisi sciuerit rem ex qua percepit, hæreditariam esse. Quæ replicatio approbatur l. 44. §. fructus. ff. familiæ erciscũdæ, his uerbis:* Fructus quos ante aditam hæreditatem ex fundo hæreditario hæres cepit, non aliter familiæ erciscundæ iudicio præstare eum Iulianus ait, quàm si cum sciret hęreditarium fundum esse, ceperit. *Altera exceptio est: Nisi seruus liber & ex parte hæres institutus, status sui ignarus quædam à debitoribus hæreditariis perceperit. hæc enim non familiæ erciscundæ iudicio, sed negociorum gestorum actione ab eo restituenda ueniunt. Quæ exceptio approbatur l. 41. ibi: earum autem. ff. si certum petatur. de qua re uide J. quæst. ultim. except. 7. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi uiuo testatore seruus perceperit. Quæ replicatio approbatur l. 52. §. seruus. ff. familiæ erciscundæ, his uerbis:* Seruus liber & hæres esse iussus, id quod ex rationibus, quas patrifamiliâs gessisset, penes se retineret: iudicio familiæ erciscundæ cohæredibus suis præstabit. *Alias propositæ causæ exceptiones uide J. cap. proxim. quæstione 3.*

II. Causa: *Si cohæres in re hæreditaria dolo uel culpa uersatus est. Hæc causa approbatur l. 16. §. sed etsi dolo. ff. familiæ erciscundæ, his uerbis:* Si dolo & culpa quid in usumfructum ab uno ex hæredibus factum sit, hoc quoque in iudicium uenire, Pomponius ait. Nam omnia quæ quis in hæreditate dolo aut culpa fecit, in familiæ erciscundæ iudicium ueniunt: sic tamen si quasi hæres fecerit. Et ideo si uiuo testatore unus ex hæredibus pecuniam sustulerit, in familiæ erciscundæ iudicium ea non uenit.

Quia tunc nondum hætes erat. Vbi auté quaſi hæres fecit, etſi aliam prætetea quis actionem habet, tamen teneri eum familiæ erciſcundæ iudicio, Iulianus ſcribit. *Concordat l.25.§.non tantùm. ff eod.tt. cuius uerba uide J except.4. Propoſitæ cauſæ ſpecies ſunt J. cauſæ aliquot proximè ſequentes. Planè eius exceptio prima hæc eſt: Niſi non quaſi hæres fecit. Quæ exceptio approbatur uerbis d.§.ſed etſi, iam propoſitis hiſce:* Sic tamen ſi quaſi hæres fecerit, &c. *Altera exceptio eſt: Niſi uiuo teſtatore fecerit. Et hæc exceptio approbatur uerbis d.§. ſed etſi, paulo ſuperius propoſitis hiſce:* Et ideo ſi uiuo teſtatore unus ex hæredibus pecuniam ſuſtulerit, in familiæ erciſcundę indiciũ ea non uenit, &c. *Tertia exceptio eſt: Niſi alia ſuperſit actio. Hæc exceptio reprobatur uerbis d. §. ſed etſi, paulo ſuperius propoſitis hiſce:* Vbi autem quaſi hætes fecit, etſi aliam prætetea quia actionem habet: tamen teneri eum familiæ etciſcundæ iudicio, Iulianua ſcribit. *Concordat d.l. 16. §. idemq; ait. cuius uerba uide J. cauſa 5. Quarta exceptio eſt: Niſi cohæres rem eum præſtitit diligentiam, quam in ſuis rebus præſtare ſolet. Hæc exceptio approbatur d.§.non tantùm, his uerbis:* Non tantùm dolum, ſed etiam culpá in re hæteditaria præſtare debet cohætes: quoniam cum cohærede nõ contrahimus, ſed incidimus in eum. Non tamen diligentiam præſtare debet, qualẽ diligens paterfamiliâs: quoniam hic propter ſuam partem cauſam habuit getendi. Et ideo negociorũ geſtorum ei actio non competit. Talem igitur diligentiam præſtare debet, qualem in ſuis rebus. Eadem ſunt, ſi duob. res legata ſit. nam & hos cõiunxit ad ſocietaté non cõſenſus, ſed res. *Quinta exceptio eſt: Niſi res in qua dolus uel culpa commiſſa eſt, perijt, uel apud hoſtes ſit. Hæc exceptio reprobatur l.22.§. fin. cum duab. legib. ſequentib. ff. familiæ erciſcundæ, his uerbis:* Papinianua de re quæ apud hoſtes eſt, Marcellum reprehendit, quòd non putet præſtationes eius rel uenite in familiæ erciſcundæ iudicium, quæ apud hoſtes eſt. Quod enim impedimentum eſt tei præſtationé uenire, cùm & ipſa ueniat: ꝓpter ſpem poſtliminij, ſcilicet cum cautione. Quia poſsũt non reuerti, niſi ſi tantùm æſtimatus ſit dubius euẽtus. Sed & eius rei quæ in reb. humanis eſſe deſijt, ueniunt prȩſtationes. Et ego Papiniano conſentio. *Nunc propoſitæ cauſæ aliquot uideamus ſpecies.*

III. *Cauſa: Si cohæres rem hæreditariam abſtulit, uel deteriorem fecit. Hæc cauſa approbatur l.19. C. familiæ erciſcundæ, his uerbis:* Incerti iuris non eſt in familiæ erciſcundæ iudicio eatum terum, quas ex cohæredibus quidam de communibus adſumpſerunt, uel deteriores fecerunt, tationem eſſe habendam, eiuſdẽq; rei cæteris præſtandam indemnitaté. *Concordat l.3. C. eod. tt. his uerbis:* Aduerſus cohæredes diuidendæ hæteditatis iudicio ſecundũ iuris formá experire. Iudex datus, ſi quid à cohærede etiam tuæ portionis ex hæteditate ſublatũ fuerit ꝓbatũ: adiudicationibus factis ſecundum iuris formá eum tibi cõdẽnebit. Expilatæ enim hȩreditatis crimen fruſtra cohæredi intéditur, cùm iudicio familiæ erciſcundæ indemnitati eius proſpiciatur. *Concordat item Inſt. de officio iudicis. §. ſi familiæ. ibi: eo quoq; nomine. cuius uerba uide S. cauſa 1. in princip.*

IIII. *Cauſa: Si cohæres rem hæreditariã uendidit. Hæc cauſa approbatur l.44.§. ſi cohæredes. ff. familiæ erciſcundæ, his uerbis:* Si cohæredes abſente uno cohærede rem uendiderunt, & in ea re dolo malo fecerunt, quòd plus ad eos peruenirent: uel familiæ erciſcundæ iudicio præſtabunt ei qui abfuit, uel hæreditatis petitione. *Plura de hac cauſa uide J. quæſt. ultim.*

V. *Cauſa: Si rationes hæreditatis cohæres deleuerit. Hæc cauſa approbatur l.16.§. idemq;. ff. familiæ erciſcundæ, his uerbis:* Iulianua ait, ſi unus ex hȩredibus rationes hæreditatias deleuerit: teneri quidé lege Aquilia, quaſi corruperit: non minus autem & familiæ erciſcundæ iudicio.

VI. *Cauſa: Si cohæres non cõſentiendo impediuit legatum. Hæc cauſa approbatur l.25.§. ſi incerto. ff. familiæ erciſcũdæ, his uerbis:* Si incerto homine legato, & poſtea défuncto legatario aliquis ex hætedib. legatarij nõ conſentiendo impedierit legatũ: is qui impedit, cæteris hoc iudicio, quanti intereſt eorum, dánabitur. Idé eſt, ſi è cõtratio unus ex hȩredibus, à quib. generaliter homo legatus eſt, quẽ ipſi elegerint, noluerit conſentire ut præſtetur, qué ſolui omnib. expediebat, & ideo conuenti à legatario iudicio pluris damnati fuerint.

VII. *Cauſa: Si cohæres ſeruitutes debitas non utendo amiſit. Hæc cauſa approbatur d.l.25.§. item culpæ. his uerbis:* Culpæ nomine tenetur, qui cùm ante alios ipſe adijſſet hæreditatem, ſeruitutes prædijs hæreditarijs debitas paſſus eſt, non utendo amitti

VIII. *Cauſa: Si cùm defunctus promiſiſſet ſtipulanti per ſe hæredemq; ſuũ fieri, uel non fieri: per cohæredem contra ſtipulationem factum ſit. Hæc cauſa approbatur d.l.25.§. in illa, his uerbis:* In illa quoque ſtipulatione proſpiciendum eſt cohæredib. ſi teſtator promiſerit, Neque per ſe, neq; per hæredẽ ſuũ fieri, quo minus ire agete poſsit: quoniá uno prohibente

bente in solidum committitur stipulatio, ne unius factũ cæteris damnosum sit. Idẽ iuris est in pecunia, si à testatore sub pœna promissa sit. Nam licet hęc obligatio diuidatur per legem XII. Tabular. tamẽ (quia nihilum prodest ad pœnam euitandã partem suam soluere) siue nõdum soluta est pecunia, nec dies uenit: prospiciendũ est per cautionẽ, ut de indemnitate, per quẽ factum fuerit ne omnis pecunia solueretur: aut ut caueat se ei qui in solidũ soluit, partem præstaturum, siue iam soluit unus uniuersam pecuniam, quam defunctus promisit, ne pœna committeretur: familię ercisc̃ũdæ iudicio à cohæredibus partes recipere poterit. Idem obseruatur in pignoribus luendis. Nam nisi uniuersum quod debetur offeratur, iure pignus creditor uendere potest. *Cõcordat d. l. 25. §. cõtrà si promissor. cuius uerba uide j. cap. prox. quæst. 3. reg. 1. except. 1. repl. 2. Item concordat l. 44. §. quod ex facto, in fine. ff. eod. tit. cuius uerba uide j. causa 10. except. 3. Item concordat l. 2. §. ex his igitur. ibi: sed quo casu. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide s̃. lib. 36. cap. 6. reg. 5. except. 7. repl. 2. Concordat item d. l. 2. §. item etsi in facto. cuius uerba uide s̃. lib. 38. cap. 6. except. 1. repl. 5. Item concordat l. 5. §. fin. in fine. ff. eod. tit. cuius uerba uide d. except. 7. repl. 6. Item concordat l. 85. §. quòd si stipulatus, in fine. ff. eod. tit. cuius uerba uide s̃. lib. 38. cap. 8. reg. 19. Item concordat l. 11. §. penult. ibi: imputaturum. ff. de leg. 3. cuius uerba uide s̃. lib. 33. cap. 2. reg. 1. except. 1. repl. 4.*

IX. *Causa: Si seruus cohæredis dolo circa res hæreditarias egit. Hæc causa reprobatur sub conditione l. 45. in fine. ff. familiæ ercisc. his uerbis:* Dolus quem seruus hæredis admisit, in iudicium familiæ erciscundæ non uenit: nisi domini culpa in hoc erat, qui non idoneũ seruum rei communi adplicuerat.

X. *Causa: Si unus hæredum commune negocium gesserit, & sumptus fecerit, uel se obligauerit. Hæc causa approbatur l. 18. in fine. C. familiæ erciscundæ, his uerbis:* In communi hæreditate quin sumptus ab uno facti bona fide, familiæ erciscundæ iudicio uel negociorum gestorum actione seruari possint, nõ est ambiguum. *Concordat l. 3. C. de negocijs gestis. cuius uerba uide s̃. cap. 5. quæst. 1. except. 5. Huius duo exempla proponuntur l. 18. §. penult. & ult. ff. familiæ erciscundæ, his uerbis:* Cùm unus ex hæredibus legatum soluit ei qui missus fuerat in possessionem legatorum seruandorum causa: putat Papinianus, & uerum est, familiæ erciscundæ iudicium ei cõpetere aduersus cohæredes: quia non aliàs decederet legatarius possessione, quam uice pignoris erat consecutus, quàm si totum legatum fuisset exolutum. Sed etsi quis Titio debitum soluerit, uel pignus uenierit: Neratius scribit, familiæ erciscundæ iudicium eum posse experiri. *Concordat l. 44. §. penultim. ff. eodem titul. his uerbis:* Vsufructu uxori legato, donec ei dos soluatur, per arbitrum familiæ erciscundæ ram id quod cohæredis nomine ex dote solutum sit, recuperari: quàm ut cohæres soluat effici posse, Cassius ait, & uerũ est. *Aliud exemplum proponitur d. l. 44. §. ult. his uerbis:* Si duo cohæredes damnati sint statuã ponere, & altera cessante alter eam fecerit: non esse iniquum Iulianus ait, familiæ erciscundæ iudicium dari, ut pars impendiorum boni uiri arbitratu præstetur. *Aliud exemplum proponitur l. 39. in prin. ff. eod. tit. his uerbis:* Ex parte hæres institutus causam de totis bonis, quam omnes hæredes patiebantur, suscepit & obtinuit. Cohæredes partem suam ab eo petebat, nec partem sumptuum factorum in litem præstare uolebat: quæsitum est, an doli exceptio noceret: Scæuola respondit, si idcirco amplius erogatum esset, quod ipsius quoq; causa defensa esset, habendam rationem sumptuum. Sed etsi omiserit doli exceptionem, agere posse de recipienda portione sumptuum. *Concordat item causæ propositæ l. 25. §. si unus. ff. eod. tit. his uerbis:* Si unus ex cohæredibus noxali iudicio seruũ hæreditarium defenderit, & litis æstimationem obtulerit, cùm hoc expediret, id pro parte hoc iudicio consequetur. Idem est, etsi unus legatorum nomine cauerit, ne in possessionem mitteretur. Et omnino quæ pro parte expediri non possunt, si unus cogente necessitate fecerit: familiæ erciscundæ iudicio locus est. *Concordant item ea quæ proposita sunt s̃. causa 8. Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi cohæres sine eo quod gessit, suam partem administrare potuisset. hoc enim casu non familiæ erciscundæ, sed negociorum gestorum actio est. Quæ exceptio elicitur ex uerbis iam propositis hisce:* Et omnino quæ pro parte expediri nõ possunt, &c. *Cõcordãt ea quæ proponuntur j. cap. 11 quæst. 3. causa 1. exc. 4. Altera exceptio est: Nisi indebitũ cohæres soluerit. Hæc exceptio approbatur exemplo legati seruo proprio relicti, & à cohærede soluti, l. 39. §. Sticho. ff. familiæ erciscundæ, his uerbis:* Sticho libertatẽ dedit, qui erat annorũ quindecim, cum esir annorũ triginta: eidem ex die mortis suæ quoad uiueret, cibariorum nomine denarios denos: uestiarij denarios uicenos quì nos præstari se uelle significauit. Quæsitũ est, an utile esset cibariorum & uestiariorũ legatum, cum Stichus ante libertatis tempus decesserit? & an, si non est utile, hæres quĩ præstiterat, à cohærede repetere pos-

sit, apud quem morabatur? Scæuola. respondi, non quidem debita fuisse: sed si id quod datum est in alimenta, consumptũ sit: repeti non posse. *Huius exceptionis replicatio proponitur l. 49. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. except. prox. repl. 3. dupl. 1.* *Tertia exceptio est: Nisi coheres ex suo & propter suum factum quid præstitit. hoc enim à cohæredibus non repetit. Quæ exceptio approbatur l. 44. §. quòd ex facto. ff. familiæ ercisc undæ, his uerbis:* Quod ex facto suo unus ex cohæredibus ex stipulatione hęreditaria pręstat, à cohærede non repetet: ueluti si à se hæredeq; suo dolum malum absfuturum defunctus spopõdit: uel neq; per se, neq; per hæredem suum fore, quo minus quis eatagat. Imò si reliqui ꝓpter factum unius teneri cœperint, quia cõditio stipulationis hęreditariæ extiterit: habebunt familiæ erciscundæ iudiciũ cum eo, propter quem commissa est stipulatio. *Huius exceptionis exemplum proponitur l. 39. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis:* Pater inter filios diuisit bona. & eam diuisionem testamento confirmauit, & cauit ut æs alienũ, quod unusquisq; eorum habet, siue habebit, solus sustineret. Postea unus ex filijs cum pecuniã mutuaret, interuenit pater: eiusq; cõsensu prædia, quæ filio adsignauerat, pignori data sunt. Post mortem patris eadem prędia idem filius possedit, usuras soluit: quęro, an familiæ erciscundæ iudicio, si prædia pignori data distrahat creditor, aliquid ei à cohærede præstandum sit? Scæuola. Respondi, secundum ea quæ proponerentur, nihil esse præstandum. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi filius familiàs ex parte hæres debitum peculiare in solidũ soluit. hoc enim casu, quia peculium communicatur, ut infrà cap. proxim. dicetur, etiam onus à reliquis cohæredibus participandum est, quamuis filius soluens is sit, qui debitum contraxerit. Quæ replicatio approbatur l. 18. §. si filius familiàs. ff. familiæ erciscundæ, his uerbis:* Si filiusfamiliàs, cum patri hæres pro parte extitisset, & à creditoribus peculiaribus conueniretur, paratus sit soluere id omne quod debetur: per doli exceptionem consequetur à creditoribus mandati sibi actiones. Sed etiam familiæ erciscundæ iudicium cum cohæredibus habebit. *Concordat l. 38. ibi: idq; maximè. ff. de condictione indebiti. cuius uerba uide J. lib. 49. cap. 7. caussa 6. specie 14.* *Concordat l. 13. C. familiæ erciscundæ. cuius uerba uide J. quæst. 6. reg. 5.* *Altera replicatio est: Nisi ex eo quòd iussu patris testatoris filius contraxerit, soluit. Hæc replicatio approbatur l. 20. §. si filiusfamil. ff. famil. ercisc. his uerbis:* Si filiusfamiliàs iussu patris obligatus sit, debebit hoc debitũ percipere. Sed etsi in rem patris uertit, idem placet: & si de peculio, peculiũ percipiet. Et ita Imp. noster rescripsit. *Huius exemplum est, si filius & ex parte hæres in muneribus publicis, in quibus pater ei consensit, reliquatus est. hoc enim ex communi hæreditate percipit. quod exemplum proponitur l. 20. §. idem scribit. ff. familiæ erciscundæ, his uerbis:* Papinianus scribit, Si filius in muneribus publicis, in quibus pater ei consensit, reliquatus est, & pro parte hæres scriptus est: hoc quoque debere percipere, quia & hoc patris æs alienum fuerit. *Huius replicationis duplicatio in exemplo proposito hæc est: Nisi filius post mortem demum patris munus suscepit, in quod expendit. Hæc duplicatio approbatur ibidem his uerbis:* Sed si qua munera post mortem patris susceperit, ab his hæredes patris soluti sunt. *Huius duplicationis triplicatio prima hæc est: Nisi pater in uita professus sit, unum ex filijs suis munus suscepturum. Quæ triplicatio approbatur ibidem his uerbis:* Neratius autem retulit, eum qui plures filios haberet, unum ex filijs ἀγωνοθεσίαν suscepturum professum esse: & priusquam honore fungeretur, mortuum esse, omnibus filijs hæredibus institutis. Quæsitum esse, an is filius quod in eam rem impendisset, familiæ erciscundæ iudicio consequatur? eique respondisse, nulla actione id consequi posse. Quod meritò displicuit. Debet itaque hoc in familiæ erciscundæ iudicium uenire. *Altera triplicatio uidetur: Nisi pater uiuus pro altero filio & hærede instituto magistratu sit functus. Sed hæc triplicatio reprobatur l. 19. §. filius. ff. eodem titul. his uerbis:* Filius reipublicæ debita, quæ post mortem patris contraxit, fratri suo pro parte hæreditaria reputare non potest, si non in omnibus socij sint: licet hæreditatem paternam communem habent, & pater pro altero filio in patria magistratu functus decesserit. *Tertia triplicatio est: Nisi in omnibus socij sint. Quæ triplicatio elicitur ex uerbis iam propositis hisce:* Si non in omnibus socij sint, &c. *Tertia propositæ exceptionis replicatio est: Nisi cùm rei hæreditariæ nomine cohæres obligasset, ex ea causa soluerit. hoc enim casu, quamuis uideatur propter suum factum & obligationem impendisse: tamen propositæ exceptioni locus non est. Quæ replicatio ipso quidem iure approbatur per ea quæ proposita sunt s. eadem causa in princip. uerùm eius duplicatio hæc est: Nisi cùm se obligare cohæres non deberet, sese obligauerit. Hæc duplicatio reprobatur exemplo l. 49. ff. familiæ erciscundæ, his uerbis:* Qui hæres erat ex parte institutus, testatoremiussus à prætore sepelire, seruum cui erat testamento data libertas, ideo distra-

distraxit, duplamq; promisit: & ex ea cautione conuentus præstitit. Quæsitum est, an familiæ erciscundæ iudicio consequatur, quod ex duplæ stipulatione abest? Primò uideamus an hic debuerit de dupla cauere? Et mihi uidetur non debuisse. hi enim demum ad duplæ cautionem compelluntur, qui sua sponte distrahunt. Cæterùm si officio distrahētis funguntur, nō debent adstringi: non magis quàm si quis ad exequendam sententiam à Prætore datus distrahat. Nam & hic in ea conditione est, ne cogatur implere id quod coguntur hi, qui suo arbitrio distrahunt. Nam inter officium suscipientis, & uoluntate distrahentis multum interest. Quapropter te quidem integra stipulationem duplæ interponere non debuit: sed decernere Prætor debet, esse emptori aduersus hęredem existentem actionem ex empto, si res distracta fuisset euicta. Si autem hæres errauit, & cauit, & seruus peruenit ad libertatem: stipulatio committetur. Quæ si fuerit commissa: æquum erit utilem actionem ei aduersus cohæredem dari, directo iudicio familiæ erciscundæ cessante, ne in damno moretur. Nam ut familiæ erciscundæ iudicio agere quis posit, non tantùm hæredem esse oportet, uerùm ex ea causa agere, quam gessit, quamq; admisit postea quam hæres effectus sit. Cæterùm cesset familiæ erciscundæ actio. Et ideo si antequam quis sciret se hæredem esse, in hę reditate aliquid gesserit: familiæ erciscundæ iudicio non erit locus: quia non animo hæredis gessisse uidetur. Quare qui ante aditam hæreditatem quid gessit, ueluti si testatorem sepeliuit: familiæ erciscundę iudicium non habet. Sed si post aditam hæreditatem id fecit: consequenter dicemus familiæ erciscundæ iudicio consequi eum posse sumptum, quem fecit in funus. *Quarta replicatio est: Nisi in rem defuncti uersum sit id cuius nomine se obligauit. Hec replicatio approbatur l. 20. §. si filiusfam. ff. d. tt. cuius uerba uide §. repl. 2. Hec de tertia exceptione. Quarta exceptio est: Nisi ante aditam hereditatem, & non quasi heres impendit. Hec exceptio approbatur uerbis d. l. 49. iam propositis hisce:* Nam ut familiæ erciscūdę iudicio agere quis posit, non tantùm hæredem esse oportet, &c. *Huius exemplum est, si uiuo adhuc testatore gessit uel impendit. Cuius tamen replicatio hec est: Nisi filius patrē defendit, & cōdemnatus soluit. que replicatio approbatur l. 35. §. si filius. ff. familie erciscunde, his uerbis:* Si filius, cum patrem defenderet, condemnatus soluit uel uiuo eo, uel post mortem: poterit æquius dici, habere petitionem à cohærede in familiæ erciscundę iudicio. *Quinta exceptio est: Nisi in munus publicum filium heres impendit. Hec exceptio approbatur, simul & distinguitur per ea que proposita sunt §. except. 1. repl. 2. Sexta exceptio est: Nisi res in quam impensum est, perijt, uel apud hostes sit. Hec exceptio reprobatur l. 31. ff familie erciscunde, his uerbis:* Si seruus pignori obligatus luatur ab uno ex hæredibus: quamuis postea decedat, officium tamē arbitri durat. Sufficit enim communionis causa quæ præcessit, quęq; hodie duraret, si res nō intercidisset. *Concordat l. 22. §. fin. cum duab. legib. sequentib. ff eod. tt. cuius uerba uide §. causa 2. exc. 5. Hec de decima causa.*

XI. *Causa: Si seruus hereditarius uni heredum furtum fecerit. Hec causa approbatur l. 16. §. fin. ff. familie erciscunde, his uerbis:* Si seruus hæreditarius propriam rem hæredis unius subripuerit: Ofilius ait, esse familiæ erciscūdæ actionem, & communi diuidundo futtiq; actionem cessare. Quare agentem familiæ erciscundæ iudicio consecuturum, ut aut ei seruus adiudicetur, aut litis æstimatio in simplum offeratur.

XII. *Causa: Si coheres debitor sit hereditarius. Hec causa reprobatur l. 51. in fine. ff. familie erciscunde. cuius uerba uide §. quæst. 10. except. 3.*

XIII. *Causa: Si coheredi aliquid à defuncto debeatur. Hec causa approbatur exemplo l. 2. C. familie erciscunde, his uerbis:* Vxor tua, si mortuo patre tuo, cui dotē numerauerat, cum hæres ei extiteris, adhuc in matrimonio tuo fuerit: familiæ erciscundæ actionem ad exequendam dotem secundū iuris pridem placitum aduersus cohæredes tuos nactus es, eamq; tenes, etiam si postea, dum tibi nupta est, decesserit. *Concordat l. 35. §. si filius. ff. eod. tt. cuius uerba uide §. causa 10. except. 4. repl. 1.*

XIIII. *Causa: Si uni coheredum aliquid sit prelegatum. Hec causa approbatur l. 4. in prin. ff. familie erciscunde, his uerbis:* Si nomen uni ex hæredib. legatū sit: iudicio familiæ erciscūdæ hoc hęres consequitur. *Concordat l. 42. ff. eod. tt. his uerbis:* Si ita legatū fuerit uni ex hęredib. Quod mihi debet, pręcipito: officio iudicis familię erciscūdę cōtinetur, ne ab eo cohęredes exigant. Nā et si quod alius deberet, percipere unus iussus fuerit: officio iudicis actiones ei pręstari debebūt pro portione cohęredis. *Concordat item l. 7. C. eod. tt. his uerbis:* Si qua fideicōmissorū portio inter cohęredes consistat: prætor uel pręses prouincię eius rei disceptator cōstituturus, uel iudex familiæ erciscūdę iudicio aditus, ut usuras testatricis seruent, suas partes accommodare debet. *Huius cause exceptio hec est: Nisi rationibus prelegatis, ea nondum sint descripte, uel à legatario non*

*præstetur cautio, ut quoties rationes desideratæ fuerint, earum copia fiat. Hæc exceptio approbatur l. 8. in prin. ff. d. tt. his uerbis:* Pōponius scribit, si uni ex hæredibus prælegatæ fuerint rationes, non prius ei tradendas, quàm cohæredes descripserint. Nam etsi seruus actor (inquit) fuerit legatus, non aliàs tradē dus est, quàm rationes reddiderit. Nos uidebimus, nunquid etiam cautio interponenda sit, ut quoties desideratæ fuerint rationes, uel actor prælegatus, copia eorum fiet? pleróq; enim authenticæ rationes sunt necessariæ actori ad instruenda ea quæ postea emergunt, ad notitiá eius spectantia: & necessarium est cautionem ab eo super hoc cohæredibus præstari.

X V. *Causa: Si cohæres non soluendo creditori hæreditario deteriorem conditionem cohæredum facturus est, agi cum eo potest ut soluat, uel caueat se alijs in solidum soluentibus pro sua parte restituturum. quæ causa approbatur l. 18. §. Celsus. ff. familiæ ercíscundæ, his uerbis:* Celsus illud eleganter edijcit, cohæredem, etsi non soluit, habere familiæ ercíscundæ iudicium, ut cohæres soluere: cum aliàs non sit liberaturus rem creditor, nisi in solidum ei satisfiat. *Concordat l. 20. §. si pater ff. eod. tt. cuius uerba uide ȷ. quæst. ult. reg. 1. except 9. Item concordat d. l. 20. §. Papinianus, in fine. cuius uerba uide ȷ. cap. prox. quæst. 5. reg. 19. Item concordat l. 25. §. idem iuris. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. causa 8. Item concordat l. 44. §. usufructu. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. causa 10. in prin. Item concordat l. 23. C. eod. tt. cuius uerba uide ȷ. quæst. ult. reg 1. except. 10. Item concordat ȷ. cap. prox. quæst. 5. reg. 25.*

X V I. *Causa: Si cohæres aliquid à testatore facere iussus, non faciat. hoc enim casu actione proposita cogi potest ut faciat. quæ causa approbatur exēplo l. 18. §. idemq; ait. ff. familiæ ercíscundæ, his uerbis:* Pomponius ait, Si quis testamento cauerit, ut seruus exportendus ueneat: officio iudicis familiæ ercíscundæ contineri, ut uoluntas defuncti nō intercidat. Sed & cum monumentum iussit testator fieri: familiæ ercíscundæ agetur ut fiet. Idem tamen tenet (quia hæredum interest, quos ius monumenti sequitur) præscriptis uerbis posse eos experiri, ut monumentū fiat. *Huius causæ exceptio hæc est: Nisi uoluntas testatoris sit mutata. Hæc exceptio approbatur l. 3. C. eod. tt. his uerbis:* In ipsius mariti fuit potestate mutare, quod in seruos suos iratus testamento cauerat, ut unus quidem in perpetuis uinculis moraretur, alter uerò exportandus uenundaret. Proinde si offensam istam clemētia flexit (quod licet scriptura non probetur, alijs tamen rationibus doceri nihil impedit, præsertim cum posteriora eorum talia merita deprehenduntur, ut ire domini potuerit intigari) nouissimam eius uoluntatem arbiter familiæ ercíscundæ sequetur. *Plures huius causæ exceptiones uide s̄. lib. 32.*

X V I I. *Causa: Si id quod inter hæredes conuenit, ab uno hærede non seruetur. Hæc causa approbatur l. 3. §. fin ff. communi diuidundo, his uerbis:* Si quid ipsi inter se sine dolo malo pepigerunt, id in primis & familiæ ercíscundæ & communi diuidundo iudex seruare debet. *Hæc de causis personalium præstationum. Sed & plures huiusmodi causas uide ȷ. cap. proxim. quæst. 3 & quæst. 5.*

I I I I. *Quibus & inter quos competat actio proposita? uide ȷ. cap. prox. quæst. 2.*

V. APVD QVEM COMPETAT?

*Si plures sint hæredes diuersi fori, proponitur l. 1. ff. de quib. reb. ad eundem iudicem eatur. cuius uerba uide s̄. lib. 5. cap. 2. quæst. 1. in fine repl. 1.*

VI. QVID VENIAT IN Actione proposita?

I. *Regula, De eo quod interest, proponitur l. 25. §. si incerto. ff. familiæ ercíscundæ. cuius uerba uide s̄. quæst. 3. causa 6.*

I I. *Regula: Ex damno dato in simplum, non in duplum agitur. quæ regula approbatur l. 17. ff. familiæ ercíscundæ, his uerbis:* Damno commisso ab uno hærede, conueniens esse dicetur, simpli habendam æstimationem in familiæ ercíscundæ iudicio.

I I I. *Regula, De usuris sumptuum factorum, proponitur l. 18. §. sumptuum ff. eod. tt. his uerbis:* Sumptuum quos unus ex hæredibus bona fide fecit, usuras quoq; cōsequi potest à cohærede ex die moræ, secundum rescriptū Impp. Seueri & Antonini.

I I I I. *Regula, De fructibus rei præcipiendæ, proponitur l. 51. in prin. ff. d. tt. cuius uerba cum concordantibus uide ȷ. cap. prox. quæst. 3. reg. 2.*

V. *Regula: Filiusfamiliâs ex eo contractu quē fecit condemnatus, agit aduersus suos cohæredes, ut sibi pro quantitate peculij sui quod cōmunicatur, præstetur ad liberādos creditores peculiares. quæ regula approbatur l. 15. C. familiæ ercíscūdæ, his uerbis:* Certum est, liberorū peculia post mortē patris in hæreditatem diuidendā, ad communionem esse reuocanda. Frater autem & cohæres tuus ob contractus, quibus uiuente patre etiam ignorante ipso obligatus fuit, conuenire te & alterum tuum fratrem cohæredem uestrum ultrà non potest, quàm ut de peculio suo recipiet tantam quantitatem, in quantam condemnatus est his cum quibus ipse contraxit. *Reliquas huiusmodi regulas seu res quæ ueniant in diuisionem hæreditatis, uide ȷ. cap. prox. quæst. 1.*

VII. QVAMDIV COMpetit?

*Non nisi triginta annorū præscriptione tollitur.*

*quæ*

*quæ regula approbatur l. 1. C. in quib. causis cesset longi temp. præscript. his uerbis:* Vnus indiuiduum commune pro solido possidens, interuallo temporis, quo minus socius portionē uiodicare, uel eam communi diuidūdo iudicio prouocare posit, non defenditur: cum neq; familiæ erciscundæ iudiciū, neq; cōmuni diuidundo actio excludatur longi temporis præscriptione. *Concordat l. 1. §. nemo itaq; audeat. C. de annali exceptione. cuius uerba uide s. lib. 36. cap. 15. except. 3.*

VIII. *Adiuncta seu officia iudicis in familiæ erciscundæ iudicio uide J. cap. prox. quæst. 5.*

IX. EVENTVS PROPOSITÆ actionis.

I. *Regula: Non confitetur quis hac actione aduersarium sibi esse cohæredem. quæ regula approbatur l. 37. ff. familiæ erciscundæ, his uerbis:* Qui familiæ erciscundæ iudicio agit, non confitetur aduersarium sibi esse cohæredem. *Concordat l. 4. C. de iuris & facti ignor. his uerbis:* Si post diuisionem factam testamenti uiciū in lucem emerserit: ex ijs quæ per ignorantiam confecta sunt, præiudicium tibi non comparabitur. Ostende igitur hoc apud correctorem, &c. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi sententia lata sit, & solutio ex ea facta. quæ exceptio approbatur l. 36. ff. familiæ erciscundæ, his uerbis:* Cùm putarem te cohærēdem meum, &c.

II. *Regula, De actione & exceptione rei iudicatæ ex hoc iudicio danda, proponitur l. 44. §. 1. ff. d. tt. his uerbis:* Si familiæ erciscundæ uel communi diuidundo actum sit: adiudicationem prætor tuetur, exceptiones aut actiones dando. *Concordat l. 15. C. eod. tt. his uerbis:* Si diuisionem conuentione factā, etiā possessio cōsensu secuta, pro solido dominium rerū quas pertinere ad patrem tuū placuit, ei firmauit: earum uindicationē habere potes, si patri tuo successisti. Si uerò placitum diuisionis usq; ad pactū sterit, arbiter familiæ erciscundæ iudicio uobis datus, cōmunionē inter uos finiri prouidebit.

III. *Regula, De actionibus hæreditarijs lite pendente inferendis & excipiendis, proponitur l. 47. ff. familiæ erciscundæ, his uerbis:* In iudicio familiæ erciscundæ uel communi diuidundo, si dum res in arbitrio est, de iure prædij cōtrouersia sit: placet omnes eos, inter quos arbiter sumptus fuit, & agere & opus nouum nunciare pro sua quenq; parte posse. Et cùm adiudicationes ab arbitro fiunt: si uni adiudicetur totus fundus, caueri oportere, ut quæ ex his actionibus recepta fuerint reddantur: aut quæ in eas impensæ factæ fuerunt, præstentur. Et si cùm res in iudicio esset, eo nomine actum non fuerit eum consequi integram actionem, cui totus fundus aut pro quacunq; parte adiudicatus erit. Itē quæ res moueri possunt, & in eā iudicia ueniunt, si interea subreptæ sint: furti eos agere, quorum periculo hæres fuerunt, posse.

X. ADFINIA REmedia.

I. *Regula: Ex causis s. enumeratis & ijs quæ proponuntur J. cap. prox. regulariter quidem familiæ erciscundæ, non alia competit actio. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi communi diuidundo actio. quæ exceptio approbatur l. 20. §. familiæ. ff. familiæ erciscundæ, his uerbis:* Familiæ erciscundæ iudiciū amplius, quàm semel agi non potest: nisi causa cognita. Quòd si quædam res indiuisæ relictæ sint, communi diuidūdo de eis agi potest. *Cōcordat l. 34. §. fin. ff. pro socio, his uerbis:* Inter eos quoq; quibus hæreditario iure communis res est, potest communi diuidundo agi. *Concordat item l. 44. in prin. ff. familiæ erciscūdæ. cuius uerba uide J. repl. prox. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi res non sint hæreditariæ, sed ex hæreditate: ueluti commodatæ, depositæ. Hæc replicatio (Accursio teste) approbatur d. l. 44. in prin. his uerbis:* Inter cohæredes etiam communi diuidundo iudicio agi potest, ut eæ res duntaxat, quæ eorum communes sunt, & causæ ex his rebus pendentes, in iudicium ueniāt: de cæteris uerò integrū sit familiæ erciscundæ iudicium. *Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi is qui familiæ erciscundæ iudicio experitur, hæres negetur. hoc enim casu non familiæ erciscundæ actio, sed petitio hæreditatis competit. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 1. §. sed si is ff. familiæ erciscūdæ. cuius uerba uide J. cap. prox quæst. 1. except. 10. Concordat l. 44. §. si cohæredes, in fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. quæst. 3. causa 4. Item concordat l. 20 in fine. C. eod. tt. cuius uerba uide J. exc. 7. Tertia exceptio est: Nisi id petatur quod in familiæ erciscundæ actionem non uenit. de hoc enim petitio hæreditatis competit. quæ exceptio approbatur, & exēplo declaratur l. 51. § si ego à te. ff familiæ erciscūdæ, his uerbis:* Si ego à te hæreditatem petere uellem, tu mecum familię erciscundę agere: ex causa utriq; nostrûm mos gerendus est. Nam si ego totam hæreditatē possideo, & te ex parte dimidia hæredem cōfiteor, sed à communione discedere uolo: impetrare debeo familiæ erciscundæ iudiciū: quia aliter diuidi inter nos hæreditas nō potest. Item si iniustam causam habeas, propter quàm per hæreditatis petitionē potius, quam per familiæ erciscūdæ iudiciū negociū distrahere uelis: tibi quoque permittendū erit hæreditatē petere. Nam quædam ueniunt in hęreditatis petitionem, quę in familię erciscundę iudiciū nō deducūtur: ueluti si ego debitor hęreditarius

teditariis

reditarius ſim, iudicio familiæ erciſcundæ non conſequeris id quod defuncto debui: per hæreditatis petitionem conſequeris. *Quarta exceptio eſt: Niſi ex damno dato agatur. hoc enim caſu etiam legis Aquiliæ actio eſt. quæ exceptio approbatur l.16.§.idemq; ait.ff.familiæ erciſcundæ. cuius uerba uide ſ. quæſt.3.cauſa 5. Quinta exceptio uidetur: Niſi ex eo quòd hæres rem hæreditariam abſtulit, agatur. hoc enim caſu etiam expilatæ hæreditatis actio uidetur cõpetere. Sed hæc exceptio reprobatur l.3.C.familiæ erciſcundæ. cuius uerba uide ſ.quæſt.3.cauſa 3. Sexta exceptio uidetur: Niſi ex eo quòd ſeruus hæreditarius uni ex hæredibus furtum fecerit, agatur. hoc enim caſu etiam furti actio uidetur cõpetere. uerùm exceptio hæc reprobatur l.16.§.fin.ff.eod.tt. cuius uerba uide ſ quæſt.3. cauſa 11. Septima exceptio eſt: Niſi ex eo quòd unus hæredum commune negocium geſſerit, agatur. hoc enim caſu etiam negociorum geſtorum actio eſt. quæ exceptio approbatur l.18.in fine.C.familiæ erciſcundæ. cuius uerba uide ſ. quæſt.3. cauſa 10. Concordat itẽ l.3.C. de negocijs geſtis. cuius uerba uide ſ.cap.1. quæſt.8. except.5. Concordat item l.31. in prin.ff. de procuratorib. cuius uerba uide ſ.lib.5, cap.8. officio 4. cauſa 1. except.4. Item concordat l.41. ibi: carũ autem ſummarum. ff.ſi certum petatur. cuius uerba uide ſ.lib.19.cap.2.quæſt.1.except.11.repl.5. Huius exemplum eſt, Si unus hæredum rem communem in ſolidum uendidit. quod proponitur l.19.C.de negocijs geſtis. cuius uerba uide ſ. cap.5. quæſt.4. exc.2.repl.1. Concordat l.20.C.familiæ erciſcundæ, his uerbis:* In familiæ erciſcundæ iudicio ab uno pro ſolido rei ueluti communis uenundatæ precium non uenit: ſed mandati, ſi præceſsit, cohęres uenditoris agere poteſt: uel negociorum geſtorum, ſi ratam fecerit uẽditionem. Nã ſi uelut propriã unus diſtraxerit, ac precium poſsideat: hæreditas ab eo petenda eſt. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi id geſtum ſit, ſine quo ſuam partem cohæres adminiſtrare nõ potuit. Hæc replicatio (teſte Accurſio) approbatur l.25.§.non tantum. ibi: et ideo. ff.familiæ erciſcũdæ. cuius uerba uide ſ.quæſt.3.cauſa 2.exc.4. Octaua exceptio eſt: Niſi cohæres mandatu cæterorum commune negocium geſſerit. hoc enim caſu mãdati actio eſt. quæ exceptio approbatur l.20.C.familiæ erciſcundæ. cuius uerba uide ſ.except.prox. Concordat l.31.in prin.ff.de procuratorib. cuius uerba uide ſ.lib.5.cap.8.officio 4.cauſa 1. except.4. Nona exceptio eſt: Niſi ex eo quòd unus contra uoluntatẽ defuncti faciat, agatur. hoc enim caſu præſcriptis uerbis actio eſt. quæ exceptio approbatur exemplo l.20.§.ſi pater.ff.familiæ erciſcundæ, his uerbis:* Si pater inter filios ſine ſcriptura bona diuiſit, & onus æris alieni pro modo poſſeſsionum diſtribuit: non uideri ſimplicem donationem, ſed potius ſupremi iudicij diuiſionẽ, Papinianus ait. Planè (inquit) ſi creditores eos pro portionibus hæreditarijs conueniant, & unus placita detrectet: poterit cum eo præſcriptis uerbis agi, quaſi certa lege permutationẽ fecerint: ſcilicet ſi omnes res diuiſæ ſint. *Aliud exemplũ proponitur l.18.§.ſed & cum.ff.eod.tt. cuius uerba uide ſ.quæſt.3.cauſa 16. Decima exceptio eſt: Niſi inter hæredes conuenerit, ut unus in ſolidum creditoribus hæreditarijs ſoluat. hoc enim caſu, ſi placitis fidẽ non præſtet, uel ex ſtipulatu, uel præſcriptis uerbis actio eſt. quæ exceptio approbatur l.23.C familiæ erciſcundæ, his uerbis:* Licet pacto diuiſionis aduerſus ſingulos actio pro hęreditarijs portionibus creditori parata mutari non poſsit: tamen ad exhibendam fidem his quæ cõuenerãt, ſtipulationis & iuris adhibito remedio, qui placitũ excedit, urgeri poteſt: cum & hoc omiſſo, ſi non contrariũ conueniſſe probaretur, præſcriptis uerbis conueniri potuiſſet. *Vndecima exceptio eſt: Niſi res per diuiſionem uni addicta euicta ſit. hoc enim caſu præſcriptis uerbis actio eſt. quæ exceptio approbatur l.14.C.familiæ erciſcũdæ. cuius uerba uide j.cap. prox.quæſt.1.except.12.repl.8.*

II. *Regula, De exceptione ex cauſis ſuprà propoſitis opponenda, proponitur l.39. in prin. ff. familiæ erciſcundæ. cuius uerba uide ſ. quæſtion. 3. cauſa 10. in prin. Concordat l. 18. §. ſi filiusfamiliãs. ff. eod.tt. cuius uerba uide d.cauſa 10. except.3. repl.1.*

## *DE RERVM HÆREDITARIarum diuiſione. Cap. X.*

*CVm duo ſint genera cauſarum, ex quibus familiæ erciſcundæ actio competit, perſonales ſcilicet præſtationes, & rerum hæreditariarum diuiſio, ut ſ. cap. prox. quæſt. 3. in prin. eſt oſtenſum: cumq; de perſonalibus præſtationibus in ſuperiore capite proximo ſatis ſit dictum, nunc de rerum hæreditariarum diuiſione eſt dicendum.*

I. *Si igitur hæreditas, uel res aliqua hæreditario iure inter aliquos ſit communis: familiæ erciſcundæ iudicio agitur, ut ea diuidatur. quæ regula tum ijs quæ ſ. d. quæſtion. 3. in princip. propoſita ſunt: tum etiam l. 8. C. familiæ erciſcundæ, approbatur, his uerbis:* Bona, quæcunque tibi ſunt communia cum fratre tuo ex hæreditaria ſucceſsione patris uel matris, cum eodem familiæ erciſcundæ iudicio experiens, ut diuidantur, impetrabis. *Huius regulæ prima exceptio, ſumpta ex genere cauſæ, ex qua hæreditas eſt communis, reprobatur l. 2. in princip. ff. eod. tt. his uerbis:* Per familiæ erciſcundæ actionem diuiditur hæreditas, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, ſiue ex lege XII. Tabul. ſiue ex aliqua lege deferatur hæreditas, uel ex Senatuſconſulto, uel etiam conſtitutione. Et generaliter eorum duntaxat diuidi hæreditas poteſt, quorũ & peti poteſt. *Concordat l. 1. cum duabus legibus*

gibus sequentibus. ff. de petitione hæreditatis. cuius uerba uide s̄.lib.28.cap.1.quæst.5.in prin. Huius exceptionis reprobatæ exemplum proponitur l. 24. in fine.ff. familiæ erciscundæ, his uerbis: Familiæ erciscundæ iudicium & inter bonorū possessores, & inter eum cui restituta est hæreditas ex Trebelliano. senatusconsulto, & cæteros honorarios successores locū habet. Altera exceptio uidetur: Nisi ex diuersis causis eadem hæreditas duob. uel pluribus sit cōmunis. Sed & hæc exceptio reprobatur exemplo d.l.24. tā proposito de eo cui ex senatusconsulto Trebelliano & eo cui ex edicto prætoris hæreditas delata est. Concordat l.40.ff.eod.tt. his uerbis: Si ex asse hæres institutus rogatus sit mihi partem aliquam restituere (ueluti dimidiā) utile familiæ erciscūdæ iudicium rectè inter nos agetur. Concordat l.2. §. 1. ff. eod.tt. his uerbis: Si quarta ex constitutione diui Pij ad aliquem adrogatum deferatur: quia hic neq; hæres, neq; bonorum possessor sit, utile erit familiæ erciscundæ iudicium necessarium. Tertia exceptio est: Nisi ex diuersis rebus à milite hæredes sint instituti. Hæc exceptio approbatur l.25.§.1.ff. familiæ erciscundæ, his uerbis: Si miles alium castrensium, alium cæterorū bonorum hæredem fecerit: non est locus familiæ erciscundæ iudicio. Diuisum est enim per cōstitutiones inter eos patrimonium. Quarta exceptio uidetur: Nisi filijfamiliâs militis peculium sit diuidendum. Hæc exceptio reprobatur l.2.§.item si filijfam.ff.d.tt. his uerbis: Si filij familiâs militis peculiū sit, fortius defendi potest hæreditatem effectam per constitutiones. Et ideo huic iudicio locus erit. Quinta exceptio est: Nisi defunctus apud hostes decesserit. Hæc exceptio reprobatur l.25.in prin.ff.d.tt. his uerbis: Hæredes eius qui apud hostes decessit, hoc iudicio experiri possunt. Sexta exceptio est: Nisi omnia in nominibus sint, in corporibus nihil. Hæc exceptio approbatur d.l.25.§.4. ibi: quemadmodum, his uerbis: Cessat familiæ erciscundæ iudicium, cum nihil in corporibus, sed omnia in nominibus sunt. Concordat l.2.§.fin.ff.eod.tt. cuius uerba uide J. quæst.3. reg.1.except.1.repl.2. Itē concordat l.51.§. fin.ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄.cap.prox. quæst.10. except.3. Plura de hac exceptione uide J. quæst.3. reg.1. exc.1. Septima exceptio uidetur: Nisi una tantùm res ex plurib. diuidenda ueniat. Hæc exceptio reprobatur l.30.ff.familiæ erciscundæ, his uerbis: Fundus mihi communis est, & pupillæ cohæredi. In eo fundo reliquiæ conditæ sunt, quib. religio ab utrisq; partibus debebatur. Nā parentes quoq; eiusdem puellæ ibi sepulti sunt. Sed tutores distrahere fundum nolunt. Ego non consentio, sed portionem meam possidere malo, cum uniuersitatē emere non possim, & uellem pro meo arbitrio exequi ius religionis. Quæro, an rectè arbitrum communi diuidundo iudicio ad hunc fundum partiendum petam: an etiā is arbiter qui familiæ erciscundæ datur, ijsdem partibus fungi possit, ut hanc possessionē, exceptis cęteris corporibus hęreditarijs, pro iure cuiq; nobis partiatur? Herennius Modestinus respondit: nihil proponi cur familiæ erciscūdæ iudicio aditus arbiter officiū suum etiā in eius fundi, de quo agitur, diuisione interponere nō possit: sed religiosa loca in iudicium non deduci, eorumq; ius singulis hæredib. in solidum competere. Octaua exceptio est: Nisi nō omnes hæredes ad diuidendum consentiant. Hæc exceptio reprobatur l.41.ff.familiæ erciscundæ, his uerbis: Arbitrium familiæ erciscundæ uel unus petere potest. Nam prouocare ad iudicem uel unum hæredem posse, palàm est. Igitur & præsentibus cęteris & inuitis, poterit uel unus arbitrum poscere. Concordat l.ult.C.communi diuidundo, his uerbis: In communione uel societate nemo compellitur inuitus detineri. Quapropter aditus pręses prouinciæ ea quæ communia tibi cum sorore prospexerit, diuidi prouidebit. Nona exceptio est: Nisi actor testatorem uel eius liberos interfecisse, uel mortem eius non uindicasse dicatur. Hæc exceptio reprobatur l.18.§. 1.ff. familiæ erciscundæ, his uerbis: An in familiæ erciscundæ iudicium de morte testatoris, uel de morte uxoris liberorumq; suorum habebunt quæstionem hæredes quæritur? Et rectissimè Pomponius ait, hæc ad diuisionem rerum hæreditariarum non pertinere. Decima exceptio est: Nisi alteruter cohæres negetur. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.1.§.sed si is ff.familiæ erciscundæ, his uerbis: Si is qui possidet, neget eum sibi cohæredem esse, potest eum excludere per hanc exceptionem: Si in ea re, de qua agitur, præiudiciū hæreditati non fiat. Quòd si possideat eam partem: licet negetur esse cohæres, non nocet talis exceptio. Quo fit ut eo casu ipse iudex, apud quem hoc iudicium agitur, cognoscat an cohæres sit. nisi enim cohæres sit, neq; adiudicari ei quicquā oportet, neq; aduersarius ei condēnādus est. Ait Iurisconsultus: Præiudicium hęreditati non fiat. Huic uidetur contradicere l.37. ff.eod.tt. cuius uerba uide s̄.cap.prox.quæst.9.reg.1. Vndecima exceptio est: Nisi semel familiæ erciscūdæ iudicio actum sit. Hæc exceptio approbatur l.20.§. familiæ. ff. familiæ erciscundæ. cuius uerba uide s̄. cap. prox.quæst.10. except.1. Concordat l. 3. in fine. C. de negocijs gestis. cuius uerba uide s̄. cap. 5. quæstion. 8. exception. 5. Duodecima exceptio est: Nisi diuisio hæreditatis semel sit facta. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur. l. ult. ff. familiæ

*nitur d.l.2.§.sed si is.cuius uerba uide s̄.quæst.prox. except.10.*

III. *Regula, De quibusdam, non omnib. hæredib. proponitur l.2.§.dubitandum.ff.familiæ erciscundæ, his uerbis:* Dubitandum non est, quin familiæ erciscundæ iudicium & inter pauciores hæredes ex pluribus accipi posſit.

IIII. *Regula, De hæredibus cohæredis defuncti, proponitur l.48.ff. d.tt. his uerbis:* Si familiæ erciscundæ, uel communi diuidundo, uel finium regundorum actum sit, & unus ex litigatoribus decesserit, pluribus hæredib. relictis: non potest in partes iudicium scindi, sed aut omnes hæredes accipere id debent, aut dare unum pro curatorē, in quē omnium nomine iudicium agatur. *De reliquis huiusmodi regulis uide s̄. quæst. prox. except.1.cum aliquot sequentibus.*

III. QVAE VENIANT IN HOC indicium diuidenda?

I. *Regula: Regulariter quidquid ex hæreditate defuncti est, inter hæredes uenit diuidendum. quæ regula approbatur l.21.§.penult.ff.de petit. hæred.his uerbis:* Hoc senatusconsultum ad petitionem hæreditatis factum, etiam in familiæ erciscundæ iudicio locum habere placet: ne res absurda sit, ut quæ peti possunt, diuidi non posſint. *Ait Iurisconsultus:* Hoc Senatusconsultum. *Huius Senatusconsulti uerba uide s̄.lib.31.cap.2.reg.2.except.9. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi ea quæ in nominibus sunt, ut debita & credita hæreditaria. Hæc exceptio approbatur l.51.in fine.ff. familiæ erciscundæ. cuius uerba uide s̄.cap.prox.quæst.10. except.3. Concordat l.4. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Cæteræ res, præter nomina, ueniunt in hoc iudicium. *Concordat item l.25.§.1.ff.eod. tt.cuius uerba uide s̄.quæst.1.except.6. Huius ratio proponitur l. 6. C. familiæ erciscundæ, his uerbis:* Ea quæ in nominib. sunt, non recipiunt diuisionem: cùm ipso iure in portiones hæreditarias ex lege XII. Tabularum diuisa sunt. *Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc uidetur esse: Nisi talis sit actio quæ singulis hæredib. & aduersus singulos in solidum competit. Hæc replicatio reprobatur l.25.§.an ea stipulatio.ff. familiæ erciscundæ, his uerbis:* An ea stipulatio qua singuli hæredes in solidum habent actionem, ueniat in hoc iudiciū, dubitatur (ueluti si is qui uiam, iter, actum stipulatus erat, decesserit) quia talis stipulatio per legem XII. Tabul. non diuiditur, quia nec potest? Sed uerius est non uenire eam in iudicium, sed omnibus in solidum competere actionem: etsi non præstetur uia, pro parte hæreditaria condemnationem fieri oportere. Contrà si promissor uiæ decesserit, pluribus hæredibus institutis: nec diuidi obligationē, nec dubiū quin detur. Quoniam uiam promittere & is potest, qui fundum non habet. Igitur quia singuli in solidū tenentur, officio iudicis cautiones interponi debere, ut si quis cōuentus ex his litis æstimationem præstiterit, id pro parte à cæteris consequatur. Idem dicendū est, et si testator uiam legauerit. *Altera replicatio est: Nisi hæredes sponte nomina inter se pacto uel stipulatione diuiserint. quæ replicatio approbatur l.2.§.fin.ff. d.tt.his uerbis:* In hoc iudicium etsi nomina non ueniunt, tamen si stipulationes interpositę fuerint de diuisione eorum, ut stetur ei, & alter alteri mandet actiones, procuratoremq; eum in suam rē faciat: stabitur diuisioni. *Tertia replicatio est: Nisi iudex causa cognita alijs alia debita & credita in solidum attribuat. Hæc replicatio approbatur l.3.ff.d.tt.his uerbis:* Planè ad officium iudicis nonnunquam pertinet. ut debita & credita singulis pro solido alijs alia attribuat: quia sæpe & solutio & exactio partium non minima incommoda habet. Nec tamen, scilicet hęc attributio illud efficit, ut quis totum solus debeat, uel totum alicui soli debeatur: sed ut siue agendum sit, partim suo, partim procuratorio nomine agatur: siue contrà cum eo agatur, partim suo, partim procuratorio nomine conueniatur. Nam licet libera potestas maneat creditoribus cum singulis experiundi: tamen & his libera potestas est suo loco substituendi eos, in quos onera actionis officio iudicis translata sunt. *Hæc de prima exceptione. Secunda exceptio est: Nisi seruitus sit, quæ debetur prædio, uel à prædio hæreditario. Hæc exceptio reprobatur l.19.§.fin.ff. communi diuidundo. cuius uerba uide J. cap.12. quæst 3. reg.1.except.2. Tertia exceptio uidetur: Nisi usus fructus sit. Hæc exceptio reprobatur l.14. in fine, cum duab. legib. sequentib. ff. familiæ erciscundæ, his uerbis:* Vsusfructus an in hoc iudicium deducatur, quæritur: utputa si deducto usufructu fundus fuit ab hæredibus legatus, uel si seruo hæreditario usus fructus legatus sit. Nec enim à personis discedere sine interitu sui potest. Et puto officio iudicis contineri, ut si uolent hæredes à communione usus fructus discedere, morem gerat, cautionibus interpositis. *Quarta exceptio est: Nisi ea res quæ communis esse desijt. Hæc exceptio approbatur l.9.C. communia utriusq; iudicij, &c. his uerbis:* Familiæ erciscundæ uel communi diuidundo iudicium ita demum, si corpora maneant communia, agi potest. *Quinta exceptio est: Nisi res alij legata. Hæc exceptio ipso quidem iure approbatur, uerùm eius prima replicatio est: Nisi sub conditione legata sit. quæ replicatio approbatur l. 12. §. res quæ sub. cum lege sequenti. ff. familiæ erciscundæ,*

T *his*

*his uerbis:* Res quæ sub conditione legata est, interim hæredum est. Et ideo uenit in familiæ erciscundæ iudicium, & adiudicari potest, cum sua scilicet causa: ut existente conditione eximatur ab eo cui adiudicata est: aut deficiente conditione ad eos reuertatur, quibus relicta est. Idem etiam in statulibero dicitur: qui interim est hæredum, donec existente conditione ad libertatem perueniat. Alienationes enim post iudicium acceptum, interdictæ sunt duntaxat uoluntariæ, non quæ uetustiorem causam & originem iuris habent necessariã. *Altera replicatio est: Nisi legatum deficiat, ut penes hæredem maneat. quæ replicatio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius duplicatio hæc est: Nisi cùm creditori à debitore compensationis animo legatum esset, aut si debitum petere mallet, unus hæredum iussus sit in solidum ei soluere, creditor repudiato legato debitũ petat. hoc enim casu legatũ præcipuum habebit is hæres qui solidum soluere iussus est. quæ duplicatio approbatur l. 20. §. penult. ff. d. tt. cuius uerba uide ȷ.* *Sexta exceptio est: Nisi seruus cui libertas in testamento relicta est. Et hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio hæc est: Nisi statuliber sit. quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Idem etiam in statulibero dicetur, &c. *Septima exceptio est: Nisi res cuius suam partem unus hæres alienauit. Hæc exceptio approbatur l. 54. ff. d. tt. his uerbis:* Ex hæreditate Lucij Titij, quæ mihi & tibi communis erat, fundi partem meam alienaui, deinde familiæ erciscundæ iudicium inter nos acceptum est. neq; ea pars quæ mea fuit, in iudicio ueniet, cum alienata de hæreditate exierit: neq; tua, quia etiamsi remanet in pristino iure, hæreditariaque est: tamen alienatione meæ partis exit de communione. Vtrum autem unus hæres partem suam non alienauerit, an plures, nihil interest: si modò aliqua portio alienata ab aliquo ex hæredibus hæreditaria esse desijt. *Concordat l. 3. ff. pro dote. cuius uerba uide ȷ̄. lib. 22. cap. 6. pro dote, in prin. Replicatio est l. 22. in prin. ff. familiæ erciscũdæ. cuius uerba uide ȷ. except. 11. repl. 4.* *Octaua exceptio est: Nisi res cuius pars aliena est, non hæreditaria. Hæc exceptio approbatur l. 25. §. quod pro emptore, in fine. ff. familiæ erciscundæ. cuius uerba uide ȷ. exception. 11. Replicatio prima hæc est: Nisi hæres thesaurum à testatore relictum cum alio sit partitus. Hæc replicatio approbatur d. l. 22. in prin. Altera replicatio est: Nisi res cum alio communis hæredibus sit adiudicata. Hæc replicatio approbatur l. 52. in prin. ff. d. tt. his uerbis:* Mæuius qui nos hæredes fecit, rem communem habuit, &c. *Nona exceptio est: Nisi pecunia ex uenditione rei hæreditariæ ab uno hæredum redacta. Hæc exceptio approbatur l. 20. C. d. tt. cuius uerba uide ȷ̄. cap. prox. quæstion. 10. except. 7. Concordat l. 22. §. fin. ff. de petitione hæred. cuius uerba uide ȷ̄. lib. 31. cap. 3. reg. 28.* *Decima exceptio est: Nisi res ab alio usucapta. Hæc exceptio approbatur l. 24. ff. familiæ erciscundæ, his uerbis:* Si usucapio fuerit cœpta ab eo qui hæres non erat ante litem contestatam, & postea impleta fuerit: rem de iudicio subducit. *Concordat l. 5. ff. pro dote. cuius uerba uide ȷ̄. lib. 22. cap. 6. pro dote, in prin.* *Vndecima exceptio est: Nisi res ab uno hæredum pro emptore uel pro donato, aut alio huiusmodi titulo, non pro hærede possessa. Hæc exceptio approbatur l. 25. §. quod pro emptore. ff. familiæ erciscundæ, his uerbis:* Quod pro emptore, uel pro donato (puta) cohæres possidet, in familiæ erciscundæ iudicium uenire negat Pomponius. Idem scribit, Cum ego & tu hæredes Titio extitissemus: si tu partem fundi quem totum hæreditarium dicebas, à Sempronio petieris, & uictus fueris: mox eandem partem à Sempronio emero, & traditus mihi fuerit: agente te familiæ erciscundæ iudicio, non solùm non ueniet hoc quod pro hærede possidetur, sed nec id quod pro emptore. Cum enim per iudicem priorem apparuit totam rem non esse hæreditati, quemadmodum in familiæ erciscundæ iudicium ueniet? *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi titulus deficiat, ex quo possidere se dicit. Hæc replicatio approbatur l. 22. C. eod. tt. cuius uerba uide ȷ̄. lib. 21. cap. 5. exception. 4. Altera replicatio est: Nisi res à defuncto empta hæredi tradita sit. Hæc replicatio approbatur l. 9. ff. familiæ erciscundæ, his uerbis:* Veniunt in hoc iudicium res quas hæredes usuceperunt, cùm defuncto traditæ essent. Hæ quoque res quæ hæredibus traditæ sunt, cum defunctus emisset. *Tertia replicatio uidetur: Nisi hæres rem à defuncto pignori datam, à creditore comparauerit. Sed hæc replicatio reprobatur l. 17. ff. communi diuidundo, his uerbis:* Quia cohæredes habet, si fundum pignori datum à testatore suo, comparauerit à creditore: non debet à cohæredibus communi diuidundo iudicio conueniri.

*Quarta replicatio est: Nisi hæres thesaurum à testatore relictum effodit. Hæc replicatio approbatur l. 22. in princip. ff. familiæ erciscundæ, his uerbis:* Labeo scribit, Si unus hæredum thesaurum relictum à testatore effodit, familiæ erciscundæ iudicio eum teneri, etsi cum extraneo cõscio partitus sit. *Duodecima exceptio est: Nisi res ab hærede usucapta. Hæc exceptio apꝓbatur ratiõe exceptionis præcedẽtis, uerùm eius replicatio est: Nisi rẽ à defuncto traditã usucepit. Hæc replicatio approbatur l. 9. ff. familiæ erciscundæ. cuius uerba uide ȷ̄. except. proxim. repl. 2.*

Decima

Decimatertia exceptio est: Nisi id quod uni beredum conditionis implendæ causa datum est. Hæc exceptio approbatur l.20. §. fin. cum lege sequente.ff. familiæ ercifcundæ, bis uerbis: Papinianus scribit, quod uni ex hæredibus statuliber conditionis implendæ nomine dedit de peculio: in hoc iudicium non uenire, nec communicari debere. Idem & in communi diuidundo. Decimaquarta exceptio est: Nisi res quam beres suam propriam dicit, non communē. Hæc exceptio approbatur l.45. in prin. ff. d. tit. bis uerbis: Si quid contendis ex hæreditate mihi recum commune esse, quod ego ex alia causa meum proprium esse dico: id in familiæ ercifcundæ iudicium non uenit. Decimaquinta exceptio est: Nisi res litigiosa Hæc exceptio reprobatur per ea quæ proposita sunt s̄. lib. 5. cap. ult. membr. 2. de re litigiosa non alienanda, except. 5. Concordat l.47. ff. familiæ ercifcundæ. cuius uerba uide s̄. cap. prox. quæst. 9. reg. 3. Decimasexta exceptio est: Nisi seruum quē testator in perpetua uincula collocari, uel exportari iussit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio hæc est: Nisi testator uoluntatem mutauit. quæ replicatio approbatur l.5. C. familiæ ercifcundæ. cuius uerba uide s̄. cap. prox. quæst. 3. causa 16. except. 1. Decimaseptima exceptio est: Nisi id quod pater uni filiorum studiorū causa subministrauit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.50. ff. familiæ ercifcundæ, bis uerbis: Quæ pater filio emancipato studiorum causa peregrè agenti subministrauit: si non credēdi animo pater misisse fuerit comprobatus, sed pietate debita ductus: in rationem portionis quæ ex defuncti bonis ad eundem filium pertinuit, cōputari æquitas non patitur. Decimaoctaua exceptio est: Nisi pecunia ab uno hæredum credita. Hæc exceptio ipso quidē iure subsistit, uerùm eius replicatio hæc est: Nisi ita ut defuncto solueretur, credita sit. Hæc replicatio approbatur, simul & distinguitur l.53. ff. familiæ ercifcundæ, bis uerbis: Pecuniam quam filius emancipatus ita credidit, ut patri solueretur, ita demum in hæreditatem patris numerari Vlpianus ait, si parti aduersus filium eiusdem quantitatis nomine actio competebat. Decimanona exceptio est. Nisi id uni hæredum à testatore donatum uel prælegatum est, aut alio modo concessum. Hæc exceptio approbatur exemplo eorū quæ dicta sunt paulo superius except. 11. & except. 17. item s̄. cap. prox. quæst. 3. causa 14. Huius exceptionis replicatio est: Nisi peculium, quod filiofamiliās cohæredi à patre defuncto est concessum. quæ replicatio approbatur l.13. in prin. C. familiæ ercifcundæ. cuius uerba uide s̄. cap prox quæst. 3. causa 10. except. 3. repl. 1. Concordat l.12 ibi: quin autem. C. de collationibus. cuius uerba uide s̄. lib. 30. cap. 5. quæst. 1. except. 4. Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi castrense, uel quasi castrense sit peculiū. quæ duplicatio approbatur d. uers. quin autem. Concordat l.4. C. familiæ ercifcundæ. cuius uerba uide s̄. lib. 16. cap. 3. quæst. 1. except. 4. Concordat item l.1. in fine. C. de castrensi peculio. cuius uerba uide s̄. lib. 16. cap. 9. quæst. 4. reg. 8. Item concordat l.4. in prin. ff. de castrēsi peculio, bis uerbis: Miles præcipua habere debet, quæ detulit secū in castra cōcedēte patre. Concordat item Inst. quib. non est permissum facere test. §. ex hoc intelligere. cuius uerba uide s̄. lib. 16. cap. 3 quæst. 2. reg. 2. Concordat item l.52. §. idē Papinianus, in fine. ff. pro socio. cuius uerba uide s̄. lib. prox. cap. 11. quæst. 2. causa 2. except. 3. Altera duplicatio est: Nisi peculium filio sit prælegatum. quæ duplicatio approbatur d. uers. quin autem. Cōcordat l.65. § fin. ff. de rei uendicat. cuius uerba uide s̄. lib. 12. cap. 5. except. 74. §. præterea uerba. Tertia duplicatio est: Nisi quoad debitum peculiare: quia enim hoc filius præcipit, æquum etiam est, ut è peculio tantundem præcipiat. quæ duplicatio approbatur l.20. §. si filiusfam. in fine. ff. familiæ ercifcundæ. cuius uerba uide s̄. cap. prox. quæst. 3. causa 10. except. 3. repl. 2. Concordat l.13. in fine. C. eod. tit. cuius uerba uide d. except. 3. repl. 1. Vicesima exceptio est: Nisi dos uel donatio ante nuptias pro cohærede à defuncto data. Hæc exceptio approbatur quidem iure antiquo, ratione exceptionis proximè præcedentis, l.35. ff. familiæ ercifcundæ, bis uerbis: Pomponius Philadelphus dotis causa prædia filię, quam habebat in potestate, tradidit, & reditus eorum genero solui mandauit: an ea præcipua filia retinere possit, cum omnes filios hæredes instituisset, quærebatur? Papinianus iustam causam retinēdæ possessionis habere filiam, quoniam pater prædia, de quibus quæratur. dotis esse uoluit: & matrimonium post mortem quoq; patris stetit, respondit. Filiam etenim, quæ naturaliter agros tenuit, specie dotis cuius capax fuit, defendi. Concordat l.14. ff. de dote relegata. cuius uerba uide alibi. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi uiuo testatore soluto matrimonio, dos uel donatio ad testatorem redierit. quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur l.12. C. communia utriusq; iudicij, bis uerbis: Illud æquitatis fouere rationibus, bene nobis apparuit. Si quis etenim pro filio suo ante nuptias donationē conscripserit, uel dederit, uel pro filia sua dotem, & hoc quod dedit, iterum ad eū reuersum, uel stipulatione uel lege hoc faciente: uel et si alio dotē uel ante nuptias donationem dante, stipulationis paternæ tenor, uel fortè legis hoc induxerit: ille autē testamēto condito uel filios suos, uel extraneos scripserit hæredes, & nihil de huiusmodi rebus, quæ ad eum reuersæ sunt, uel peruenerunt, disposuerit: inueniantur autē alij liberi eius res à paterna substātia lucrati uel per ante nuptias donationem, uel dotes, uel militiæ causa, quas (ut

pote teſtamento exiſtente)uon coguntur confetce : tuoc filius uel filia eaſdem tes, quæ ad patrem teueeſæ ſunt, uel pertienerunt,habeant piæcipuas. ad ſimile taman lucrum computandas: ut iu præſenti caſu tantum habeat ipſe uel ipſa, quátum eius frattas à patre ſuot conſecuti,ſacundū eos modos,quos ſupèà diximus,& quos confatra propter teſtamentū uou coartantur. Sin autem oihil tala peoitus iu-ftatres eorum à patte collatū eſt:ueq; ipſos ſibi præcipuè haoc partem uindicaee, ſed quaſi patarnæ facta ſubſtautię ſit, inter omnes ſecundum inſtitutioois tenotem diuidi. Et hæc quidam ſi intat fratres patris alogium compoſitum ſit. Sin auté extranei ſint ſcripti hæradas,& nihil in taſtaméto ſuo neq; in hac parta teſtator dixerit:tunc omnimodo piçcipuum habeat filius,uel filia,quod ad patram tauertitue,uel paruenit. Si tamá minus in fratras collatum ſit, amplius aūt ex huiuſmodi cauſa ad patram peruenit; illo quod ad ſimilem quantitatem concurrit axcepto,cætera quaſi patetnæ ſubſtantiæ facta,ſecundum modum ioſtitutioo ū diuidautut. Illo procul dubio obſaruādo, ſi minus ſit, quod patat ex huiuſmodi caoſa habuit,ea quantitate , quæ intet frattas collata eſt: tota huiuſmodi portio ad eas peeſonas patueniat,quarum occaſione tes ad patrem ceuertitut. Ea igitur quæ in paterna perſona diximus,obtioera uolumus in auo & proauo patetno uel mateeno,& in matte, & in auia & proauia paterna uel materna. *Ait Imp.* Sin autem nibil tale penitus in ftattea eorum à patre collatū eſt: neq; ipſos ſibi peæcipuè hanc paitam uindicaea, ſad quaſi patatnæ facta ſubſtantiæ ſit,intat omnas ſacundum inſtirutionis tenotam diuidi. *Hiſce uerbis propoſita replicatio approbatur. Cuius duplicatio prima hæc eſt: Niſi pro cohæredibus etiam à teſtatore ex cauſa dotis uel alia ſimili cauſa,ex qua conferre non tenentur,aliquid datum ſit .tunc enim etiam is caſe,pro quo quaue dot uel ante nuptias donatio data eſt,eam præcipuam habet.quamuis uiuo teſtatore ſoluto matrimonio dos uel donatio ad eundem teſtatorem redierit: quæ duplicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Inuaniantut auté alij liberi aius tea, à paterna ſubſtautia luctati,&c. *Cuius duplicationis triplicatio hæc eſt : Niſi quoad eam quantitatem,quam alij ſunt lucrati.quæ triplicatio approbatur ibidem his uerbis:* Ad ſimile tamen lucrum computandas,&c. *Concordat d.l.12. §.ſi tamen minus,uerbis iam propoſitis hiſce:* Si tamá minus in frattes collatū eſt, amplius autem ex huiuſmodi cauſa ad pattem pet uenit,&c. *Altera duplicatio eſt : Niſi non fratres,ſed extranei cohæredes ſint inſtituti. Hæc duplicatio approbatur uerbis ſ. propaſitis hiſce:* Sin autem extranei ſint ſcripti hæredas , & uihil in teſtamento,&c. *Tertia duplicatio eſt: Niſi aliud teſtator diſpoſuerit. Hæc duplicatio approbatur uerbis ſ. propoſitis hiſce:* Et uihil de huiuſmodi cabus,quæ ad eum rauatſæ ſuut, ual peruenerunt,diſpoſuerit,&c. *Quarta duplicatio uidetur: Niſi alius quàm pater dotem dederit & receperit. Hæc duplicatio reprobatur uerbis ſ. propoſitis hiſce:* Ea igitur quæ in paterna perſona diximus,&c.

### Mutatio iuris.

*Planè exceptio propoſita iure nouo mutata eſt. quæ mutatio approbatur, ſimul & diſtinguitur ſ. lib.30.cap.4 & 5. Viceſimaprima exceptio : Niſi dos uel donatio ante nuptias uni cohæredum uel patri eius teſtatori nomine uxoris, nurus aut generi data. Hæc exceptio approbatur l.20.§.hoc amplius. ff familiæ erciſcundæ , his uerbis:* Filiusfamiliâs hætea ioſtitutus dotá uxoris ſoæ præcipit:nec immeritò, quia ipſe oneta matrimonij ſuſtiuet. Integeam igitur dotem pręcipiet,& cauabit defanſum iti cohęradas, qui ax ſtipulatu poſſunt conueniri . Idem ſi alius dotem dedit,& ſtipulatua aſt. Nac ſolum oxoris ſuę dotem,ſad etiam filii ſui uxoris: quaſi huius quoq; matrimonij onus ad ipſum ſpactat: quia & filij onata & nurus ipſe agnoſceee nacaſſe habet. Præcipete autem non ſolùm patei datam doté filium oportete,uerùm etiā ipſi filio, Marcellus ſctibit. Sad filio datam tam diu,quá diu peculium patitur,uel in tem patris uet ſum eſt. *Concordat l.51.in prin.ff.eod.tt.cuius uerba uide ȷ.reg.2. Huius exceptionis replicatio uidetur eſſe : Niſi cùm dos patri teſtatori nomine nurus data eſſet,filius maritus non purè,ſed ſub conditione hæres ſit inſtitutus, & conditio adhuc pendeat. Hæc replicatio reprobatur l.46.ff.eod.tt. his uerbis:* Si maeitus ſub conditione à patee inſtitutus ſit:intarim de uxòris dote actio peudet. Planè ſi poſt moetem ſoceri diuottium factum ſit:quamuis pendente cõditione inſtitutionis, dicandum eſt peæceptioni locum aſſe : quia mortuo patra quædá filios ſequūtut, atiam antequam fiant hęradest ut matrimooium,ut liberi,ut tutelę. Igitur & dotem ptæcipete debet, qui ouus matrimonij poſt mortem patris ſuſtinuit. Et ita Scæuolę quoq; noſteo uiſum eſt. *Viceſimaſecunda exceptio eſt : Niſi tes unius hæredis nomine comparata. Hæc exceptio approbatur l.18.C.familiæ erciſcundæ,his uerbis:* Filiæ,cuius nomina patat ees compatauit,ſi non poſtea contrarium eius iudicium ptobetur,per arbitriū diuideodæ hætaditatis præcipuas adiudicari ſæpe teſcriptum eſt. His itaq; ſi patri ſuccaſaiſti,quem nomine tuo quędá comparaſſe dicis , aduerſua ſororé tuam apud

præſidem

præsidem prouinciæ, si res integra est, uti potes. *Vicesimatertia exceptio est: Nisi id quod uni hæredum prælegatum est. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s̄. cap prox quæst. 3. causa 14.* *Vicesimaquarta exceptio est. Nisi eæ res, in quibus defunctus nomine unius hæredis usumfructum tantùm habuit, proprietate penes hæredem constituta. Has enim hæres proprietarius præcipuas habet. quæ exceptio approbatur exemplo l. 2. in fine. C. de bonis maternis. cuius uerba uide s̄. lib. 16. cap. 2. quæst. 1. except. 12.* *Vicesimaquinta exceptio est: Nisi res quæ unius hæredum propria sunt. Hæc exceptio ipso quidē iure subsistit, eiusq; exemplū est superior exceptio proxima: uerùm eius replicationes uide in collatione bonorū s̄. lib. 30. cap 4.* *Vicesimasexta exceptio est: Nisi res nō hæreditariæ; sed alienæ. Hæc exceptio ipso quidē iure subsistit, uerùm eius replicatio prima est: Nisi res defuncto pignori data. quæ replicatio approbatur l. 29. ff. familiæ erciscundæ, his uerbis:* Si pignori res data defuncto sit: dicendum est, in familiæ erciscundæ iudiciū uenire. Sed is cui adiudicabitur, in familię erciscūdæ iudicio pro parte cohæredi erit damnādus: nec cauere debet cohæredi, indemnē eum fore aduersus eum qui pignori dedit: quia pro eo erit, ac si hypothecaria uel Seruiana actione petita, litis ęstimatio oblata sit: ut & is qui obtulerit, aduersus dominū uindicantē exceptione tuendus sit. Contrà quoq;, si is hæres cui pignus adiudicatū est, uelit totū reddi: licet debitor nolit, audiendus est. Non idē dici potest, si alterā partē creditor emerit: adiudicatio enim necessaria est, emptio uolūtaria: nisi obijciatur creditori, quòd animosè licitus sit. Sed huius rei ratio habebitur: q̄a quod creditor egit, pro eo habendū est, ac si debitor per ꝓcuratorē egisset: ut & eius quod propter necessitatem uel ultrà impendit, sit actio creditori. *Altera replicatio est: Nisi res à defuncto bona fide possessa. Hæc replicatio approbatur l. 10. ff. eod. tit. cuius uerba uide ī. exc. 29.* *Tertia replicatio est: Nisi res à defuncto possessa, & ab hærede usucapta quæ replicatio approbatur l. 9. ff. d. tit. cuius uerba uide s̄. except. 11. repl. 2.* *Vicesimaseptima exceptio est: Nisi res religiosæ. quæ exceptio approbatur l. 30. in fine ff. d. tit. cuius uerba uide s̄ quæst. 1. except. 7.* *Vicesimaoctaua exceptio est: Nisi liberti testatoris. Hæc exceptio approbatur l. ult. ff. de iure patronatus, his uerbis:* Camelia Pia ab Hermogene appellauerat, quòd diceret iudicem de diuidenda hęreditate inter se & cohæredem non tantùm res, sed etiam libertos diuisisse: nullo enim iure id eum fecisse. Placuit nullam esse libertorū diuisionem. Alimentorum autem diuisionem à iudice inter cohæredes factam, eodem modo ratam esse. *Concordat l. 41. ff. familiæ erciscundæ, his uerbis:* Quædam mulier à iudice appellauerat, quòd diceret eū in diuidenda hæreditate inter se & cohæredem nō tantùm res sed etiam libertos diuisisse, & alimenta, quę dari testator certis libertis iussisset: nullo enim iure id eū fecisse. Ex diuerso respondebatur, cōsensisse eos ei diuisioni, & multis annis alimenta secundum diuisionem præstitisse. Placuit standum esse alimentorū præstationi: sed illud adiecit, nullam esse libertorum diuisionem. *Vicesimanona exceptio est: Nisi prædia uectigalia uel superficiaria. Hæc exceptio reprobatur l. 10. ff. familiæ erciscundæ, his uerbis:* Veniunt in hoc iudicium prædia, quæ nostri patrimonij sunt. Sed & uectigalia uel superficiaria, nec minus quoq; hæ res quas alienas defunctus bona fide possedit. *Tricesima exceptio est: Nisi res quæ apud hostes est. Hæc exceptio reprobatur l. 22. §. fin. cum lege sequente. ff familiæ erciscundæ. cuius uerba uide s̄. cap. prox. quæst. 1. causa 2. except. 2.* *Tricesimaprima exceptio est: Nisi seruus, qui est in fuga. Hæc exceptio reprobatur l. 29. § Iudex. ff. communi diuidundo. cuius uerba uide ī. cap. 12. quæst 3. reg 1. except. 9.* *Tricesimasecunda exceptio est: Nisi res furto ablatæ. Et hæc exceptio reprobatur l. 47. in fine. ff familiæ erciscūdæ. cuius uerba uide s̄. cap prox. quæst. 9. reg. 2.* *Tricesimatertia exceptio est: Nisi animalia quæ feram naturam habent, & à bestijs erepta. Hæc exceptio reprobatur l. 8. §. idem Pomponius ff. d. tit. his uerbis:* Pomponius ait, & columbas quæ emitti solent de columbario, uenire in familiæ erciscundæ iudicium, cum nostrę sint tamdiu, quamdiu consuetudinem habeant ad nos reuertendi. Quare si quis eas adprehēdisset, furti nobis competit actio. Idem & in apibus dicitur: quia in patrimonio nostro computantur. Sed etsi quid de pecoribus nostris à bestia ereptum sit: uenire in familiæ erciscūdę iudiciū putat, si ferā euaserit. Nā magis est ut nō desinat nostrū esse (inquit) quod à lupo eripitur, uel ab alia bestia: tādiu, q̄diu ab eo fuerit cōsumptū. *Tricesimaquarta exceptio est: Nisi ex iniustis & turpibus causis quæsita. Hæc exceptio approbatur l. 4. §. sed & si quid. ff. d. tit. his uerbis:* Si quid ex peculatu uel sacrilegio quæsitum erit, uel ui, aut clàm, aut latrocinio, aut aggressura: hoc non diuidetur. *Concordant ea quæ proposita sunt s̄. lib. 4. cap. 8. quæst 1. except. gener. 5 repl. 1. Cōcordat item l. 26. ff ad l. Cornel. de falsis. cuius uerba uide s̄. lib. 28. cap. 19. except. 16.* *Tricesimaquinta exceptio est: Nisi uenena, mala medicamēta, & libri improbatæ lectionis. Hæc exceptio approbatur l. 4. §. mala. ff. familiæ erciscundæ. his uerbis:* Mala medicamenta & uenena ueniunt quidem in hoc iudicium: sed iudex omnino interponere se in ijs non debet. Boni enim & innocentis uiri officio eum fungi oportet.

Tantundē debebit facere in libris improbatæ lectionis, magicis fortè nel similibus. Hęc enim omnia ꝑtinus corrūpēda sunt. *Tricesimasexta exceptio est: Nisi post aditam hæreditatem, uel post litem contestatam quæsita. Hæc exceptio reprobatur l. 11. cum lege sequente. ff. familiæ erciscundæ, bis uerbis:* Partum quoq; edirum & post aditam hæreditatem, & post litem contestatam Sabinus scribit in familiæ et ciscūdæ iudiciū uenire, & adindicari posse. Idem erit et si serui hæreditarijs ab extraneo aliqnid datum sit. *Concordat l. 16. §. id quod. ff. eod. tit. bis uerbis:* Id quod amnis post litē contestatā fundo alluit: æquè uenit in hoc iudicium. *Tricesimaseptima exceptio est: Nisi tabulæ testamēti. Hæc exceptio approbatur l. 4. §. fin. ff. familiæ erciscūdæ. cuius uerba uide ī. lib. 28. cap. 3. quæst. 6. reg. 4. Tricesimaoctaua exceptio est: Nisi cautiones hæreditariæ. Hæc exceptio approbatur l. 5. cū lege sequente. ff. d. tit. bis uerbis:* Si quæ sunt cautiones hæreditatiæ, eas iodex curare debet, nt apud eū remaneāt, q maiore ex patte hæres sit: cæteris descriptū & recognitum faciat caotione interposita, ut cum res exegerit, ipsæ exhibeantur. Si omnes ijsdē ex pattib. hæredes sint, nec intet eos cōueniat, apud quē potiꝰ esse debeāt: sortiri eos oportet: aut ex cōsensu, uel suffragio eligēdus est amicus, apud quē depo nātot: nel in ędē sacrā deponi debēt. Nā ad licitationē rē deducete, ut qui licitatione uicerit, hic habeat instrumēta hętedītaria: nō placet nęq; mihi. neq; Pōponio. *Cōcordat l. 5. C. cōmunia utriusq; iudicij. cuius uerba uide ī. lib. 28. cap. 3. quæst. 6. reg. 4. Hæc de prima regula.*

II. *Regula, De fructibus rerum hæreditariarum, proponitur l. 56. ff. familiæ erciscundæ, bis uerbis:* Non solùm in finiom tegundorum, sed in familiæ erciscundę quoq; iudicio præteriti temporis fructos ueniunt. *Concordat l. 9. C. eod. tit. bis uerbis:* Noo est ambiguum, com familiæ erciscūdæ titulus inter bonę fidei iudicia numeratur, portiooē hęreditatis, si qua ad te pertinet, incremento fructuom augeri. *Concordat item l. 17. C. eod. tit. cuius uerba uide ī. quæst. 1. except. 12. repl. 3. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi rei, quæ ab uno præcipitur: nam & eius fructus præcipiēdi ueniūt. quæ exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio hæc est: Nisi fructus ante litem contestatam ex ea fuerint percepti. quæ replicatio approbatur l. 51. in prin. ff. d. tit. bis uerbis:* Fundus qui doris nomine soceto traditus fuit, com socer filium ex aliqua parte hæredem instituit: per arbitrium familiæ erciscundæ præcipi ita debet, ut ea causa filij sit, quæ futura esset, si dos per præceptionem legata foisset. Qua re fructus post litem cōtestatam percepti, ad eum redigendi sunt, habita ratione impensarum. Qui uerò ante litem contestatā percepti fuerint, ęqualiter ad omnes hæredes pertinebunt. Sed & impensarum ratio haberi debet: quia nullos casus interuenire potest, qui hoc genus deductionis impediat. *Altera exceptio est: Nisi deductis impensis. quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis. de qua re uide ī. cap. prox. quæst. 3. causa 10.*

III. *Regula, De una re ex pluribus diuidenda, proponitur l. 10. ff. familiæ erciscundæ. cuius uerba uide ī. quæst. 1. except. 7. l. 25. §. item si plures. ff. eod. tit. cuius uerba uide j. reg. prox.*

IIII. *Regula, De pluribus hæreditatibus uno iudicio diuidendis, proponitur l. 25. §. de plurib. ff. familiæ erciscundæ, bis uerbis:* De pluribus hæreditatibus, quæ intet eosdem ex diuersis causis communes sunt, unum familię erciscundæ iudicium sumi potest. Si inter me & te Titiana hæreditas cōmunis sit, intet me autem & te & Titium Seiana: posse unum indiciū accipi intet tres, Pomponius scribit. Item si plures hęreditates inter nos communes sunt: possumus de nna familię erciscundæ iodicio experiri.

### IIII. ANTECEDENTIA diuisionem.

I. *Regula, De omnibus hæredibus conuocandis, proponitur l. 2. in fine. ff. de quibus rebus ad eundem iud. eatur. cuius uerba uide ī. lib. 5. cap. 2. quæst. 1. in fine, repl. 1.*

II. *Regula, De iuramento calumniæ præstando, proponitur l. 44. §. qui familiæ. ff. familiæ erciscundæ. cuius uerba uide ī. cap. prox. quæst. 2. reg. 3.*

### V. ADIVNCTA ET OFFICIA iudicis in diuidendo.

I. *Regula, Vt diuisionem à testatore factam iudex sequatur, proponitur l. 10. C. familiæ erciscundæ, bis uerbis:* Quoties inter omnes hætedes testator successionem suam diuidit, ac siogulos certis possessionibus cum mancipijs, quæ in eisdem sunt constituta, iubet esse cootentos: uoluntati eius, salua legis Falcidię authoritate, obtemperandum esse manifestum est. Nec mutat, qnòd in sequentibus nerbis maocipia sua uniuersa, nulla facta eorum discretione, commendanda putauerit hætedibus: cum ntique his ea uideatur insinuasse, qoibus etiam testamento relinquenda esse decreuit. *Concordant ea quæ proposita sunt ī. lib. 28. cap. 17. repl. 1.*

II. *Regula: Quamuis testator scripserit se nullas alias res præter eas quas designauit, reliquisse: tamen hæc scriptura ueritati non præiudicat. quæ regula approbatur l. 10. C. communia utriusque iudicij, bis uerbis:* Scriptura testameoti, qoa specialiter omnia diuisa continentur, quo minus res, quarum testator non fecit mentionem, hæredes inquirere possint, nihil impedit. *Huius regulæ exceptio*

*exceptio hæc est: Nisi iureiurando modum patrimonij sui testator definierit. Quæ exceptio approbatur Nouell. c. 48. cuius uerba uide s̄. lib. 7. cap. 2. quæst. 3. reg. 4.*

I I I. Regula: *Vt iudex singulas res singulis hæredibus adiudicet, definitur Inst. de officio iudicis. §. si familiæ, his uerbis:* Si familiæ erciscundæ iudicio actum sit, singulas res singulis hęredibus adiudicare debet: & si in alterius persona prægrauare uideatur adiudicatio, debet hunc inuicem cohæredi certa pecunia (sicut iam dictum est) condemnare. *Ait imperator:* Sicut iam dictum est. *Scilicet Inst. de actionib. §. quedam actiones, in fine. cuius uerba uide s̄. lib. 36. cap. 4. quæstion. 2. diuis. 8.*

I I I I. Regula: *Si difficilis diuisio rei sit, potest uniuersa rei uni adiudicari, isq; ceteris in certa pecunia condemnari. Quæ regula approbatur uerbis iam dictis hisce:* Et si in alterius persona, &c. *Concordat d. §. quedam, in fine. Item concordat l. 22. §. 1. ff. familiæ erciscundæ, his uerbis:* Potest etiam licitarione admissa uni rem adiudicare. *Item concordat l. 55. ff. eod. tt. his uerbis:* Si familiæ erciscundæ, uel communi diuidundo iudicio agatur, & diuisio tam difficilis sit, ut penè impossibilis esse uideatur: potest iudex in unius personam totam condemnationem conferre, & adiudicare omnes res.

V. Regula: *Potest interdum iudex pluribus eãdem rem adiudicare. Quæ regula approbatur d. l. 22. §. 1. his uerbis:* Familiæ erciscundæ iudex potest pluribus eandem rem adiudicare, si aut pluribus fuerit unius rei præcéprio relicta: ubi etiam necessitatem facere, Pomponius scribit, ut pluribus adiudicetur: uel si certam partem unicuiq; cohæredum adsignet.

V I. Regula, *De fundo regionibus diuiso diuidendo, proponitur d. l. 22. §. sed & regionibus, his uerbis:* Et regionibus diuisum fundum posse adiudicare secundum diuisionem, nemo dubitauerit.

V I I. Regula, *De usufructu diuidendo, proponitur l. 16. §. usufructus. ff. familiæ erciscundæ, his uerbis:* Vsusfructus & ex certo tempore, & usq; ad certum tempus, & alternis annis adiudicari potest.

V I I I. Regula, *De nominibus tã debetis quàm creditis hæreditarijs diuidendis, uide s̄. quæst. 3. reg. 2. except. 1.*

I X. Regula, *De rebus indiuisis relictis diuidendis, proponitur l. 32. ff. familiæ erciscund. his uerbis:* Quæ pater in filios non diuisit, post datas actiones uice diuisionis ad singulos pro hæreditaria portione pertinent: si modò cætera quæ non diuisit, in u[...]m generaliter non contulit, uel res datas nõ sequuntur. *Concordat l. 21. ibi: pro uirili. C. eodem titul. cuius uerba uide s̄. lib. 28. capite 17. replication. 1.*

X. Regula: *Vt nihil indiuisum iudex relinquat, proponitur l. 25. §. iudex. ff. familiæ erciscundæ, his uerbis:* Iudex familiæ erciscundæ nihil debet indiuisum relinquere.

X I. Regula: *Vniuersæ res à iudice æstimari debent, non singularum rerum partes. Hæc regula approbatur l. 52. §. fin. ff. d. tt. his uerbis:* Cùm familiæ erciscundæ, uel communi diuidũdo agitur: uniuersæ res æstimari debent, non singularum rerum partes.

X I I. Regula: *In omnium personas condemnatio & absolutio est facienda. Quæ regula approbatur l. 27. ff. d. tt. his uerbis:* In hoc iudicio condemnationes & absolutiones in omnium personas faciendæ sunt. Et ideo si in alicuius persona omissa sit condemnatio, in cæterorum quoq; persona quod fecit iudex non ualebit. Quia non potest uno iudicio res iudicata in partem ualere, in partem non ualere.

X I I I. Regula, *De compensatione ab arbitro admittenda, proponitur l. 52. §. arbiter. ff. familiæ erciscundæ, his uerbis:* Arbiter familiæ erciscundæ inter me & te sumptus, quædam mihi, quædam tibi adiudicare uolebat: pro his rebus alterum alteri cõdemnandum esse intelligebat. quæsitum est, an possit compensatione ultrò citroque facta, condemnatione eum solum, cuius summa excederet, eius duntaxat summæ quæ ita excederet, dãnare? & placuit, posse id arbitrum facere.

X I I I I. Regula, *De seruitute prædio imponenda, proponitur l. 22. §. sed & regionib. ff. d. tt. his uerbis:* Etiam cum adiudicauerit, poterit imponere aliquam seruitutem, ut alij alium seruum faciat ex his quos adiudicat. Sed si purè alij fundũ adiudicauerit, alij adiudicando amplius seruitutem imponere non poterit.

## De cautionibus interponendis.

X V. Regula, *De cautione euictionis interponenda, proponitur l. 25. §. iudex. ff. familiæ erciscundæ, his uerbis:* Iudex curare debet, ut de euictione caueatur his quibus adiudicat.

X V I. Regula, *De cautione rei absentis nomine interponenda, proponitur l. 22. §. fin. cum lege sequente. ff. d. tt. cuius uerba uide s̄. cap. prox. quæst. 3. causa 2. except. 5.*

XVII. Regula, *De cautione usufructus nomine præstanda, proponitur l.16. in princip. ff. d. tt. cuius uerba uide s̄. quæstion. 3. regul. 1. exceptione 3.*

XVIII. Regula, *De cautione actionis nomine, quem unus hæredum intendit uel excipit, interponenda, ut commoda & incommoda inde peruenientia communicentur, proponitur l. 47. ff. d. tt. cuius uerba uide s̄. cap. proxim. quæstion. 9. regul. 3. Concordat l. 19. in fine. ff. eodem titul. cuius uerba uide suprà cap. proxim. quæstion. 3. causa prima.*

XIX. Regula, *De cautione, defensum iri hæredem aduersus creditores hæreditarios, interponenda, si unus debitum præcipit, proponitur l. 20. §. hoc amplius. ff. familiæ erciscundæ. cuius uerba uide s̄. quæst. 3. reg. 1. except. 32. Concordat d. l. 20. §. Papinianus, his uerbis:* Papinianus ait, Si uni ex hæredibus onus æris alieni iniungatur citra speciem legati: officio iudicis familiæ erciscundæ cognoscentis susci pere eum id oportere, sed non ultra dodrantem portionis suæ, ut quadrantem illibatum habeat. Indemnes igitur cohæredes suos præstare cauebit. *Concordat itē l. 25. §. idem iuris. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. cap. prox. quæst. 3. causa 8.*

XX. Regula, *De cautione eius quod ab uno in solidum solutum est, restituendi interponenda, proponitur d. §. idem iuris. Concordat d. l. 25. §. contrà. cuius uerba uide s̄. quæstion. 3. reg. 1. exception. 1. repl. 1.*

XXI. Regula, *De cautione ab eo apud quem cautiones hæreditariæ deponuntur præstanda, proponitur l. 5 ff. familiæ erciscundæ. cuius uerba uide s̄. quæst. 3. reg. 1. except. 38.*

XXII. Regula, *De redimendo pignore rei uni prælegatæ, proponitur l. 28. ff. d. tt. his uerbis:* Rem pignori creditori datam, si per præceptionem legauerit testator: officio iudicis continetur, ut ex communi pecunia luatur, eáq; ferat is cui eo modo fuerat legata.

XXIII. Regula, *De curādo à iudice ut legata & alia debita soluātur, proponitur l. 25. §. si testator. ff. d. tt his uerbis:* Si testator rem communem cum extraneo habebit, siue rei suæ partem alicui legauit, siue hæres ante iudicium familiæ erciscundæ acceptū partem suam alienauit: ad officium iudicis pertinet, ut eam partē quæ testatoris fuit, alicui iubeat tradi. *Hoc exemplum de re communi ideo à Iurisconsulto proponitur, quia s̄. quæstion. 3. reg. 1. except. 7. & except. 8. dictum est, rem quam testator cum alio communem habuit, uel hæres pro parte sua alienauit, non uenire in familiæ erciscundæ iudicium. Cuius in uerbis iam dictis exceptio proponitur. Concordat regulæ propositæ l. 26. ff. eodem tt. cuius uerba uide alibi. Item concordat l. 44. §. usufructu. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. cap. proxim. quæst. 3. causa 10. Concordant item ea quæ proposita sunt s̄. d. quæst. 3. causa 15. Alias huiusmodi regulas uide d. quæst. 3. Planè quid quantumq; hæreditatis nomine cuiq; hæredum debeatur, uide s̄. de hæreditate ex testamento & ab intestato, item in petitione hæreditatis. Hactenus igitur de familiæ erciscundæ iudicio.*

## *COMMVNI DIVIDVNDO. Cap. XI.*

PRimò 1 *Ratio huius actionis proponitur l. 1. ff. communi diuidundo, his uerbis:* Communi diuidundo iudicium ideo necessarium fuit, quòd pro socio actio magis ad personales inuicem præstationes pertinet, quàm ad communium rerum diuisionem.

### II. GENVS ET PROPRIA huius actionis.

I. Regula: *Bonæ fidei actio est. Quæ regula approbatur l. 4. §. hoc iudicium. ff. d. tt. his uerbis:* Hoc iudicium bonæ fidei est. Quare etsi una res indiuisa relicta sit, ualebit utique cæterarum diuisio: & poterit iterum communi diuidundo agi de ea quæ indiuisa mansit. *Concordat l. 14. §. 1. ff. eod. tt. cuius uerba uide j. quæst. proxim. causa 1. except. 2. replicat. 1.*

II. Regula: *Mixta est actio tam in rem, quàm in personam. Quæ regula approbatur Inst. de actionib. §. quædam actiones. cuius uerba uide s̄. lib. 36. cap. 4. quæst. 2. diuis. 8.*

III. Regula: *Vterq; & actor & reus est. Quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt s̄. cap. 9. quæst. 2. reg. 3.*

### III. CAVSAE, EX QVIbus actio proposita competit.

*Veniunt in hanc actionem perinde ac in præcedentem proximam res & præstationes personales. Quæ duplex causa approbatur l. 3. ff. communi diuidundo, his uerbis:* In communi diuidundo iudicio nihil uenit ultra diuisionē rerum ipsarum, quæ communes sunt: & si quid uel in his damni datum factumque est, uel quid eo nomine aut abest alicui sociorum, aut ad eum peruenit ex re communi. *Concordat l. 4. §. sicut. ff. eod. tt. his uerbis:* Sicut ipsius rei diuisio uenit in communi diuidundo iudicio, ita etiā præstationes ueniunt. Et ideo si quis impensas fecerit, cōsequetur. Sed etsi nō cū ipso socio agat, sed cum hærede socij: Labeo rectè existimat, impensas & fructus à defuncto perceptos uenire. *De personalibus quidem præstationibus in hoc capite agetur: de rerum autem*

*autem communium diuisione dicitur* ]. *cap. prox.*

I. *Causa: Si socius commune negocium gesserit, sumptusq; in eam rem fecerit, eiq; eius rei nomine quid absit: hac actione, ut sibi à suo restituatur, agere potest. quæ causa approbatur l. 3. in princip. ff. communi diuidundo. cuius uerba uide paulo superius. Concordat l. 4. §. sicut. ff. eod. tt. cuius uerba uide itidem paulo superius. Concordat item l. 14. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* In hoc iudicium uenit, quod communi nomine actū est, aut agi debuit ab eo qui scit se socium habere. *Concordat item l. 4. in fine. C. eod. tt. cuius uerba uide* ]. *cap. prox. quæst. 1. except. 13. replic. 1. Huius exemplum proponitur l. 12. C. si certum petatur, his uerbis:* Si in rem cōmunem cum Ione mutuam sumpsisti pecuniam, nec re, nec solennitate uerborum te obligasti in solidum: et si eam pòst integram soluisti, de restituenda tibi parte contra Ionem experiri, ut debitum poscerea, iudice cognoscente potes. *Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi non communi nomine, sed ut solus lucraretur, gessit. Hæc exceptio approbatur l. 6. §. siue autem. ibi: si uerò non communi. ff. communi diuidundo. cuius uerba uide* ]. *causa 6. Altera exceptio est: Nisi rem suam propriam putans esse, gessit. Hæc exceptio approbatur l. 29. §. diuersa. ff. d. tt. his uerbis:* Diuersa causa est eius qui putat se in rem propriam impendere, cum sit communis. huic enim nec communi diuidundo iudicium competit, nec utile dandum est. Ille enim qui scit rem esse communem, uel alienam: negocia eo animo gerit, ut aliquem sibi obliget, licet in persona labitur. *Concordat l. 14. §. diuersum. ff. eod. tt. cuius uerba uide* ]. *replic. proxim. Ait Iurisconsultus:* Licet in persona labitur. *Refert se ad id quod d. l. 29. in prin. dixerat. de quo uide* ]. *except. proxim. Huius exceptionis replicatio prima hæc est, Quòd quamuis actio proposita non competat, per exceptionem tamen sumptus retineri possunt. Quæ replicatio approbatur d. l. 14. §. 1. his uerbis:* Impendia quæ dum proprium meum fundum existimo, feci, quæ scilicet, si uindicaretur fundi pars, per exceptionem doli retinere possem, an etiamsi communi diuidundo iudicio mecum agatur, æquitate ipsius iudicij retinere possim, considerandum est. Quod quidem magis puto, quia bonæ fidei iudicium est communi diuidundo. Sed hoc ita, si mecum agetur. Cæterùm si partem meam alienauero, non erit unde retinere possim. Sed is qui à me emit, an retinere possit, uidendum est? nam si uindicaretur ab eo pars, impendiorum nomine quæ ego fecissem, ita ut ego poteram retentionem facere. Et uerius est, ut & in hac specie expensæ retineantur. Quæ cum ita sint, rectissimè dicitur, etiam impendiorum nomine utile iudicium dari debere mihi in socium, & manente rei communione. Diuersum est enim, cum quasi in rem meam impendo, quæ sit aliena aut communis. Hoc enim casu, ubi quasi in rem meam impendo, tantùm retentionem habeo: quia neminem mihi obligare uolui. At cum puto rem Titij esse, quæ sit Mæuij, aut esse mihi communem cum alio, quàm est: id ago ut alium mihi obligem. Et sicut negociorum gestorū actio datur aduersus eū cuius negocia curaui, cum putarem alterius esse: ita & in proposita. Igitur etsi abalienauero prædium (quia in ea causa fuit, ut actio mihi dari deberet) danda mihi erit (ut Iulianus quoque scribit) negociorum gestorum actio. *Altera replicatio est, Quòd quamuis communi diuidundo actio non detur, negociorum tamen gestorum actio in id in quantum socius locupletior factus est, non denegatur. Quæ replicatio approbatur l. 5. §. sed si quis. ibi: ipse tamen si circa. ff. de negocijs gestis. cuius uerba uide supra cap. 7. quæstion. 1. except. general 9. Tertia exceptio uidetur: Nisi cum alio, quàm uero socio reo conuento rem sibi communem putans gesserit. Hæc exceptio reprobatur uerbis d. l. 14. paulo superius propositis hisce:* Quæ cùm ita sint, rectissimè dicitur etiam impendiorum nomine, &c. *Ait ibidem Iurisconsultus:* Et sicut negociorum gestorum actio datur aduersus eum, cuius negocia curaui, cum putarem alterius esse. *De hac re dictum* ]. *cap. 5. quæstion. 4. causa 2. Concordat propositæ exceptioni reprobatæ l. 6. in princip. ff. eod. tt. communi diuidundo, his uerbis:* Si quis putans sibi cum Titio fundum communem esse, fructus perceperit, uel sumptum fecerit, cum esset cum alio Titio communis: agi poterit communi diuidundo iudicio. Quare etsi fundum Titius alienauerit: licet hic communi diuidundo iudicio locus non sit, quia à communione discessum est: utili tamen locum futurum, quod detur de præstationibus, quoties communio esse desijt. *Concordat item l. 29. in princip. ff. eod. tt. his uerbis:* Si quis cum æstimaret fundum communem sibi cum Mæuio esse, quem cum Titio communem habebat, impendisset: rectè dicitur etiam cō muni diuidūdo iudicium ei sufficere. hoc enim est, si sciam rem communem esse; ignorem autem cuius socij: neq; enim negocia socij gero, sed propriam rem tueor, & magis ex re in quā impēditur, quàm ex persona

persona socij actio nascitur. Denique ea actione & pupillum teneri dicimus, ut im pēdia restituat officio iudicis. Diuersa causa est eius, &c. *Reliqua uerba uide* ī.*exc. prox. in prin.* *Quarta exceptio est: Nisi sine eo quod gessit in parte socij, suam partem commodè administrare potuisset. Hæc exceptio approbatur l.6.§. caeterùm.ff. communi diuidundo, his uerbis:* Non aliàs communi diuidundo iudicio locus erit (ut & Papinianus scripsit) nisi id demum gessit aliquis, sine quo partem suam rectè administrare non potuit: alioquin si potuit, habet negociorum gestorū actionem, eaq; tenetur. *Concordat l.39. ff. de negotijs gestis. cuius uerba uide* ī.*cap.5.quæst.4.except.gener.2.repl.1. Concordat item d.l.6. §. sine autem, in fine. cuius uerba uide* j.*causa 6. Huius exēplum proponitur d.l.6. §. si damni, his uerbis:* Si damni infecti in solidum pro ædibus caueris, Labeo ait, communi diuidundo iudicium tibi non esse: cum necesse tibi non fuerit in solidum cauere, sed suffecerit ꝑ parte tua. Quæ sententia uera est. *Idem exēplum proponitur d. l. 39. Quinta exceptio est: Nisi nulla re urgente, sed uoluptatis causa sumptus fecit. Hæc exceptio approbatur, simul & exemplo declaratur l.26.ff. de negocijs gestis. cuius uerba uide* ī.*cap.7.quæst.1.except.1. Aliud exemplum proponitur l.6.§. fin. ff. communi diuidundo, his uerbis:* Vrseius ait, Cùm in communi ædificio uicinus nunciauit, ne quid operis fieret: si unus ex socijs ex hac causa damnatus fuisset, posse eum pœnam à socio pro parte seruare. Iulianus autem rectè notat, ita demum hoc uerum, si interfuit ædium hoc fieri. *Sexta exceptio est: Nisi ex suo delicto præstitit pœnam. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit per ea quæ proposita sunt* ī. *cap. 9. quæst. 3. causa 10. except.3. in princip. Verùm eius replicatio hæc est: Nisi rei communis interfuit fieri. Quæ replicatio approbatur exemplo in uerbis d. l. 6. §. fin.* ī. *except. proxim. propositis. Septima exceptio est: Nisi antequam res communis esset, sumptus in eam factus sit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.4.§. fin. cum lege sequente. ff. communi diuidundo, his uerbis:* Fructus antè percepti, quàm res communis esset, uel sumptus antea facti: in communi diuidundo iudicium non ueniunt. Ea propter scribit Iulianus, Si missi in possessionem damni infecti sumus, & antequam possidere iuberemur, ego insulam fulsero: sumptum istum communi diuidundo iudicio consequi me non posse. Sed si res non defenderetur, & ideo iussi sumus à prætore eas ædes possidere, & ex hoc dominium eorum nancisceremur: respondit Proculus, communi diuidundo iudicio partem eius impensæ me seruaturum esse. *Octaua exceptio est: Nisi post acceptum iudicium sumptus fiat facti. Hæc exceptio reprobatur l. 6. §. si quid post. ff. d. tt. his uerbis:* Si quid post acceptum communi diuidundo iudicium fuerit impensum, Nerua rectè existimat etiam hoc uenire. Sed & partum uenire, Sabinus & Atilicinus responderunt. Sed & accessionem & decessionem hoc iudicium accipere ijdem existimauerunt. *Nona exceptio est: Nisi is qui impendit, postea suam partem alienauit. Hæc exceptio approbatur. l. 9. C. communia utriusque iudicij. cuius uerba uide* ī.*cap. proxim. quæstion.3.regul.1.exception.4. Concordat l.1. in fine. ff. communi diuidundo. cuius uerba uide suprà quæstion. 2. Planè hoc casu nihilominus negociorum gestorum actio superest: quod primæ replicationis loco notandum. Quæ replicatio approbatur l. 14. §. at cum puta, in fine. ff. communi diuidundo. cuius uerba uide* ī. *exception. 2. replication. 1. Alterius replicationis loco notandum, quòd nihilominus is cui res alienata est, impendia per exceptionem retinere possit. Quæ replicatio approbatur d. l.14.§.1. ibi: sed is qui à me. cuius uerba uide d. replicatione 1. Decima exceptio est: Nisi socius postea suam partem alienauerit. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt* ī. *exception. proxim. in princip. Cuius primæ replicationis loco notandum, quòd utilis nihilominus competat actio. Quæ replicatio approbatur l. 6. in princip. ibi: quare. ff. communi diuidundo. cuius uerba uide suprà exceptione tertia. Alterius replicationis loco notandum, quòd si mutandi iudicij causa res sit alienata, actio prætoria competat. Quæ replicatio approbatur l.24. in fine. ff. d. tt. cuius uerba uide* j.*quæstion. ultim. exception. 9. Vndecima exceptio est: Nisi res in quam impensum est, postea interijt. Hæc exceptio reprobatur l. 11. ff. communi diuidundo, his uerbis:* In summa admonendi sumus, quòd si post interitum rei communis is cui aliquid ex communione præstari oportet, eo nomine agere uelit: communi diuidundo iudicium utile datur. Veluti si actor impensas aliquas in rem communem fecerit, sine socius eius solus aliquid ex ea re lucratus est (ueluti operas serui mercedesùe) hoc iudicio eorum omnium ratio habetur. *Concordat l.9. & l.25. ff. eodem titul. quorum uerba uide* j.*quæstion. 6. reg. 2. exception. 2. replicatione 1.*

II. *Causa: Si socius dolo uel culpa in re communi uersatus sit. Hæc causa approbatur l. 3. in princip. ff. communi diuidundo. cuius uerba uide suprà eodem cap. in princip. Concordat l. 14. in princip. ff. eodem titul. cuius uerba uide suprà causa proxim. in princip. Item concordat l. 4. in fine. C. eodem titul. cuius uerba uide infrà cap. proxim. quæstion. 1. exception. 13. replication. 1. Item*

concordat

*concordat l.25.§.non tantùm, in fin. ff. familiæ erciscundæ. cuius uerba uide s.cap 9 quæst.3.causa 2. exception.4. Huius causæ exempla seu species sunt causæ aliquot infrà proximè sequentes. Sed & eius exemplum proponitur l.20. ff. communi diuidundo, his uerbis:* Si is cum quo fundum cõmunem habes, ad edictum non respondit, & ob id motu iudicis uilla diruta est, aut arbusta succisa sunt: præstabitur tibi detrimentum iudicio communi diuidũdo. Quidquid enim culpa socij admissum est, eo iudicio continetur. *Huius causæ exceptio hæc est: Nisi socius rei eam præstitit diligentiam, quam in suis rebus præstare solet. Hæc exceptio approbatur d.§. non tantùm. Sequuntur nunc propositæ causæ aliquot species.*

III. *Causa: Si socius rem communem fecerit deteriorem, seruum fortè uulnerando, aut animum eius corrumpendo, aut arbores ex fundo excidendo, &c. Hæc causa approbatur l.8.§.uenit. ff. communi diuidundo, his uerbis:* Venit in communi diuidundo iudicium etiam, si quis rem communem deteriorem fecerit: fortè seruum uulnerando, aut animum eius corrumpendo, aut arbores ex fundo excidendo.

IIII. *Causa: Si cùm inter socios conuenisset, ut alternis annis fructus perciperent: alter socius alterum non patiatur fructus percipere: uel immisso pecore fecit, ut futuri anni fructus corrumperentur. Hæc causa approbatur l.23. ff. communi diuidundo, his uerbis:* Si conuenerit inter te & socium tuum, ut alternis annis fructum perciperetis, & non patiatur te socius tui anni fructum percipere: uidendum utrũ ex conducto sit actio, an uerò communi diuidundo. Eadem quæstio est, etsi socius qui conuenerat ut alternis annis frueretur, pecus immisit, & effecit ut futuri anni fructus quos socium percipere oportuit, corrumperentur? Vlpianus. Et puto magis communi diuidundo iudicium, quàm ex conducto locum habere. Quæ enim locatio est, cum merces non intercesserit? aut certè actionem incerti ciuilem reddendam.

V. *Causa: Si seruus communis, dum apud alterum ex socijs est, crus fregit in opere. Hæc causa approbatur l.26. ff. d.tt. his uerbis:* Communis seruus, cum apud alterum esset, crus fregit in opere: quærebatur, alter dominus quid cum eo, penes quem fuisset, ageret? Alfenus respondit, si quid culpa illius magis quàm casu res communis dãni cepisset, per arbitrum communi diuidundo posse recuperari.

VI. *Causa: Si socius ex re communi aliquid percepit, nec id communicet. Hæc causa approbatur Inst. de officio iudicis. §. eadem interueniunt. cuius uerba uide s.cap.9.quæst.3.causa 1. in prin. Concordat l.3. in prin. ibi: aut ad eum. ff. communi diuidundo. cuius uerba uide paulo superius ead. quæst. in prin. Concordat item l.6.§.siue autem. ff. eod. tt. his uerbis:* Siue locando fundum communem, siue colendo de fundo communi quid socius consecutus sit: communi diuidundo iudicio tenebitur. Et siquidẽ communi nomine id fecit, neq; lucrum neque damnum sentire eum oportet. Si uerò non communi nomine, sed ut lucretur solus: magis esse oportet, ut & damnũ ad ipsum respiciat. Hoc autem ideo præstat communi diuidundo iudicio, quia uidetur partem suam non potuisse expeditè locare. Cæterùm non aliàs. &c. *Reliqua uerba uide s. causa 1. except. 4. Concordant insuper ea quæ proponuntur J.cap. prox. quæst.3. reg.1. except.6. Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi antequam res communis esset, aliquid ex ea percepit. Hæc exceptio approbatur l.4.§. planè fructus. ff. communi diuidundo. cuius uerba uide s. causa 1. except.7. Altera exceptio uidetur: Nisi cum alio rem sibi communem esse putans, quid ex ea perceperit. Hæc exceptio reprobatur l.6. in prin. ff. d. tt. cuius uerba uide s. causa 1. except. 5. Tertia exceptio est: Nisi actor suam partem in re communi alienauerit. Hæc exceptio ipso quidèm iure subsistit. Verùm ex æquitate reprobatur d.l.26. in prin. ibi: quare etsi. Quarta exceptio est: Nisi res communis perijt, uel communis esse desijt. Hæc exceptio reprobatur d. uers. quare etsi. item l.11. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. causa 1. except.11.*

VII. *Causa: Si seruus cõmunis u[...] socijs furtum fecit, uel damnũ dedit. Hæc causa [...]robatur, simul & distinguitur l.62. in prin. ff. de furtis, hisce uerbis:* Si seruus cõmunis uni ex dominis furtũ fecerit, cõmuni diuidũdo agi debere placet, & in arbitrio iudicis cõtineri, ut aut dãnum præstet, aut parte cedat. Cõi cõsequẽs esse uidetur, ut etiamsi alienauerit suã partẽ, similiter & cũ emptore agi possit, ut quodãmodo noxalis actio caput sequatur. Quod tamẽ nõ eò usq; pducẽdũ erit, ut etiã si liber sit factus, cum ipso agi posse dicamus: sicuti nec ageretur, etiamsi ppriũ fuisset. Ex his igitur apparet, mortuo seruo nihil esse qđ actor eo nomine cõseq possit: nisi fortè q d ex re furtiua ad sociũ puenerit. *Cõcordat l.8.§. fin. ff. de noxal. act. cuius uerb. uide J. li.47. ca.2. quæst.2. exc.15. rep. [...]*

VIII. *Causa: Si socius parietẽ cõmunẽ reficere, demoliri, uel in eũ immittere uelit, & à socio phibeatur. Hæc causa approbatur l.12. ff. communi diuidundo. cuius uerba uide s. lib.26. cap.13. de reb. communib. reg 1. except.5.*

IX. *Causa: Si opus in re communi socius inuito altero socio fecit. Hæc causa approbatur l.28. ibi: sed etsi in. ff. communi diuid. cuius uerba uide d. reg. 1. except.2. Concordat l.25. ff. de seruit. urb. prær. præd. cuius uerba uide d. reg. 1. except.1.*

X. Causa:

*X. Causa: Si à socio non præstetur fides ijs, de quibus inter eos conuenit. Hæc causa approbatur l. 3. in fine. ff. communi diuidundo. cuius uerba uide s. cap. 9. quæst. 3. causa 17. Huius exemplum proponitur l. 21. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. causa 4. Hæc de causis, seu personalibus præstationib. propositæ actionis. Sed & plures huiusmodi causas uide ā. lib. prox. cap. 11. quæst. 2. itē s. lib. 26. cap. 15. de reb. cōmunib. Sed & propositarum causarum exceptiones generales uide j. cap. prox. quæst. 2.*

### IIII. QVIBVS COMPETIT actio proposita?

*De eo cui socius qui impendit, partem suam alienauit, proponitur l. 14. §. impendia. ibi: sed is qui à me. ff. communi diuidundo. cuius uerba uide s. quæst. prox. causa 1. except. 2. repl. 1. Reliquas huius loci regulas uide j. cap. prox. quæst. 2.*

### V. ADVERSVS QVOS COMpetit actio proposita?

*Regulariter aduersus socium actio proposita cōpetit. Quæ regula ipso quidem iure subsistit, uerùm eius exceptio prima hæc est: Nisi is mortuus sit. hoc enim casu aduersus eius heredem datur actio. Quæ exceptio approbatur l. 10. in prin. ff. communi diuidundo, his uerbis:* Quamuis legis Aquiliæ actio in hæredem non competit, tamen hoc iodicio heres socij prestat, si quid defunctua in re communi admisit, quo nomine legis Aquiliæ actio nascitur. *Concordat l. 4. §. sicut. ibi: sed etsi non. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. quæst. 3. in prin. Altera exceptio est: Nisi socius suam partem alienauerit. hoc enim casu aduersus singularem successorem actio competit. Quæ exceptio approbatur l. 1. in prin. C. commun. diuid. his uerbis:* Frater tuus si solam portionem prædij ad se pertioeotem distraxit, uenditionem reuocari non oportet: sed aduersus eum, cum quo tibi idem prædium commune esse cœpit, communi diuidundo iudicio coosiste. *Concordat l. 3. ibi: nam & eo. C. eod. tt. cuius uerba uide j. cap. proxim. quæst. 1. reg. 1. except. 17. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi iudicij mutandi causa socius suam partem alienauit. Quæ replicatio approbatur l. 24. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide j. quæst. ultim. except. 9. Altera replicatio est: Nisi ad personalem præstationem agatur. hoc enim casu nihilominus utile communi diuidundo actio est aduersus socium, qui suam partem alienauit. Quæ replicatio approbatur l. 6. in prin. ibi: quare etsi. ff. cōmuni diuidundo. cuius uerba uide ā. quæst. 1. causa 1. except. 1. Tertia exceptio est: Nisi socius pupillus sit. Hæc exceptio reprobatur l. 29. §. deniq;. ff. d. tt. his uerbis:* Hac actione & pupillum teneri dicimus, ut impendia restituat officio iudicis. *Quarta exceptio est: Nisi socius mutus sit. Et hæc exceptio reprobatur d. l. 29. in fine, his uerbis:* Etiamsi unus ex socijs mutus erit, rectè com eo communi diuidundo iudicio agi, Pomponius scribit. *De reliquis propositæ quæstionis regulis & exceptionibus, uide j. cap. prox. quæst. 2.*

### VI. QVID VENIAT IN hac actione?

*I. Regula, De usuris, proponitur l. 1. §. socius. ff. de usuris. cuius uerba uide ā. lib. 36. cap. 9. quæst. 1. causa 12.*

*II. Regula: Regulariter tantum, quantum rei communis nomine socius impendit, hac actione repetit. Cuius exceptio prima hæc est: Nisi seruum cōmunis nomine noxali iudicio conuentus, plus æstimatione serui præstitit. Hæc exceptio approbatur l. 8. §. penult. ff. communi diuidundo, his uerbis:* Si communis serui gratia noxæ nomine plus præstitit socius, æstimabitur seruus, & eius partem cōsequetur. *Altera exceptio est: Nisi minus sit in peculio serui communis, quàm socius eius nomine conuentus præstitit. Hæc exceptio approbatur d. l. 8. §. fin. his uerbis:* Si unus in solidum de peculio conoentus & damnatus sit, est cum socio communi diuidundo actio, ot partem oeculij consequatur. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi postquam socius serui communis nomine quid præstitit, peculium serui sit deminutū, ut minus in eo eo esset, cùm eo tempore quo impendebat, tantum uel etiam plus in eo esset. Hæc replicatio approbatur l. 9. ff. d. tt. his uerbis:* Sed & postquam socius serui cōmunis nomine de peculio in solidū damnatus est, si apud sociū res peculiares intercidant, nihilominus utile erit iudiciū communi diuidundo ad recuperandam partem pecuniæ. Alioquin iniquum fore, si tota ea res ad damoum eius qui iudicium acceperit, pertineat: cum utriusque domini periculum io rebus peculiaribus esse debeat. Nam & eum qui mandatu domini defensionem serui susceperit, omne qood bona fide præstitit seruaturū: quāuis peculium postea interciderit. Hæc ita si neutrius culpa interuenerit. Etenim dominum, cum qoo de peculio agitur, si paratus sit à rebus peculiaribus petitori cedere: ex causa audieodum, Africanus putauit: scilicet si non dolo malo & frustratione id faciat. *Concordat l. 25. ff. eod. tt. his uerbis:* Si Stichus cōmunis meus & tuus seruus habuerit Pamphilum uicarium aureorum decem, & mecum actum de peculio fuerit, condemnatusq; decem præstitero: quamois postea Pamphilus decesserit, nihilominus actione commuoi diuiduodo uel pro socio quinque præstare debebis: quia te hoc ære alieno liberaui. Longè magis consequar, si Stichus post mortem Pamphili alium uicarium adquisierit. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi dolo uel culpa socij actoris peculium perierit. Quæ*

dupli-

*duplicatio approbatur uerbis d. l. 9. iam propositis hisce:* Hæc ita si neutrius culpa interuenerit.

III. Regula: *Si socius communi pecunia sibi rem aliquam emit, non ad rem emptam, sed ad pecuniam communicandam competit actio. Quæ regula approbatur l. 4. C. communia utriusq; iudicij, his uerbis:* Si patruus tuus ex communibus bonis res comparauit sibi negocium gerens, non omnium bonorum socius cõstitutus: pro competentium portionum modo indemnitati tuæ consuli oportet. Et ideo rem emptam communicare eum contra iuris formam postulas. *De reliquis propositæ quæstionis regulis uide J. cap. px. quæst. 3.*

VII. QVANDO ET QVAMdiu hæc actio competit?

I. Regula: *Etiam antequam impenderit, agere impensarum nomine potest. Quæ regula approbatur l. 15. ff. communi diuidundo, his uerbis:* Si socius serui communi nomine cõuentus & condemnatus sit, aget communi diuidundo etiam antequam præstet. Nam etsi noxali iudicio cum uno actum sit, statim aget cum socio, ut ei pars tradatur: cautionib. interpositis, ut si non dederit, reddat.

II. Regula: *Triginta annis durat hæc actio. Quæ regula approbatur l. 1. § nemo itaq;. C. de annali except. cuius uerba uide s̄. lib. 36. cap. 15. exc. 3. Concordat l. 3. C. in quib. causis cessat longi temp. cuius uerba uide s̄. cap. 9. quæst. 7.*

VIII. *Euentus huius actionis uide J. cap. prox. quæst. 6.*

IX. ADFINIA REMEdia.

*Ex causis s̄. propositis regulariter communi diuidundo actio competit, non alia. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi res ex societate sit communis. hoc enim casu etiam pro socio actio est. de qua uide s̄. lib. prox. cap. 9. Declaratur exceptio ꝓposita l. 2 in prin ff. communi diuidundo. cuius uerba uide J. cap. prox. quæst. 1. except. 8. Concordat l. 10. in fine. ff. de noxalib. actionib. cuius uerba uide J lib. 47. cap. 2. quæst. 10. reg. 7. Altera exceptio est: Nisi socius qui communẽ gessit negocium, siue socij parte suam commodè administrare potuit. hoc enim casu non communi diuidundo, sed negociorum gestorum actio est. Quæ exceptio approbatur l. 6. § cæterùm. ff. communi diuidundo. cuius uerba uide s̄. quæstion. 3. causa 1. exception. 4. Concordant ea quæ proposita sunt s̄. cap. 5. quæst. 4. except. gener. 2. repl. 1. item s̄. d. except. 4. Tertia exceptio est: Nisi cùm socius in rem communem impendisset, postea suam partem alienauerit. hoc enim casu negociorum gestorum actio est. Quæ exceptio approbatur l. 14. § diuersum. ff. communi diuidundo. cuius uerba uide s̄. quæst 3. causa 1. except. 2. repl. 1. Quarta exceptio est: Nisi quis in uiam communem impenderit. has enim impensas non actione proposita, sed negociorum gestorum repetit. Quæ exceptio approbatur l. 19. § si per eundem. ff. communi diuidundo, his uerbis:* Si per eundem locum uia nobis debeatur, & in ea impensa facta sit, durius, ait Pomponius, communi diuidundo uel pro socio agi posse. Quæ enim communio iuris separatim intelligi potest? Sed negociorum gestorum agendũ. *Quinta exceptio est: Nisi eo eo quod socius in locum communem mortuum intulerit, agatur. hoc enim casu in factum actio est. Quæ exceptio approbatur l. 6. § si quis in. ff. communi diuid. cuius uerba uide s̄. lib. 26. cap. 1. de religiosis, quæst. 2. except 2. Sexta exceptio est: Nisi res communis non sit. hoc enim casu rei uendicatio est, non communi diuidundo actio. Quæ exceptio approbatur l. 1. in fine. ff. communi diuidundo. cuius uerba uide s̄. quæst. 3. causa 2. except. 9. Septima exceptio est: Nisi duo uel plures diuersum, non idem ius in re habeant. hoc enim casu non communi diuidundo, sed uel rei uendicatio uel alia actio, quæ pro iure quod quisq; in re habet, competit, datur. Quæ exceptio approbatur exemplo l. 7. § sed etsi de usufructu. ibi: planè si iam. ff. d. ti. cuius uerba uide J. cap. prox. quæst. 1. except. 3. exemplo 4. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi re legata incertum sit quantum legati nomine debeatur. hoc casu inter hæredem & legatarium, quamuis diuerso iure succedant, communi diuidundo actio est. Quæ replicatio approbatur l. 8. § 1. ff. communi diuid. cuius uerba uide s̄. lib. 33. cap. 11. reg. 4. Octaua exceptio est: Nisi ex eo agatur, quòd socius socium parietem communemq; reficere, demoliri, uel in eum immittere quid prohibeat. hoc enim casu etiam interdictum Vti possidetis cõpetit. Quæ exceptio approbatur l. 12. ff. d. ti. cuius uerba uide s̄. lib. 26. cap. 13 quæst. 2. reg. 1. except. 5. Nona exceptio est: Nisi is qui hac actione tenebatur, partem suam iudicij mutandi causa alienauit. hic enim actione prætoria tenetur de alienatione iudicij mutandi causa facta. Quæ exceptio approbatur l. 24. in fine. ff. communi diuid. his uerbis:* Cùm agere tecum communi diuidundo uellem, partẽ tuam Titio tradidisti mutãdi iudicij causa: teneris mihi prætoria actione, quod feciss ea ne tecum communi diuidundo ageretur. *Decima exceptio est: Nisi is cui ex causis s̄. propositis competit actio, ab eo contra quem competit, conueniatur. hoc enim casu per exceptionem causas s̄. dictas proponere potest. Quæ exceptio approbatur l. 24. § 1. ff. communi diuid. cuius uerba uide s̄. quæst. 3. causa 2. except. 2. repl. 1. Vndecima exceptio est: Nisi res hæreditario iure communis sit. hoc enim casu etiam familiæ erciscundæ actio est. De quis uide s̄. capitib. duobus proximis.*

*Concordat l. 4 in prin ff. communi diuid cuius uerba uide J. cap. proxim quæstion. 1. exception. 1.*

## *DE RERVM COMMVnium diuisione. Cap. XII.*

*ALterum genus causæ, quod in communi diuidundo iudicium uenit, est, ut res communis diuidatur. de quo nunc dicendum.*

*1. Si igitur res inter aliquos communis sit, agitur communi diuidundo iudicio, ut ea diuidatur. Quæ regula approbatur l.3. in prin. ff. communi diuidundo. cuius uerba uide s. cap. proxim. quæst. 3. in prin. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi hæreditas inter aliquos sit communis & diuidenda. Quæ exceptio approbatur l. 4. in prin. ff. d. tt. his uerbis:* Per hoc iudicium corporalium rerum fit diuisio, quarum rerum dominium habemus, non etiam hæreditaris. *Altera exceptio est: Nisi res communis esse negetur, uel desijt. Hæc exceptio approbatur l. 1. in fine. ff. communi diuid. cuius uerba uide s. cap. proxim. quæst. 3. causa 1. excepi. 9. Concordat l. 3. in prin. C. eod. tt. cuius uerba uide J. quæst. 5. reg. 1. except. 17. Item concordat l. 9. C. communia utriusq; iudicij. cuius uerba uide s. cap. 10. quæst. 3. reg. 1. exc. 4. Tertia exceptio est: Nisi non dominium, sed aliud ius in re inter aliquos sit commune. Hæc exceptio reprobatur primùm quidem exemplo pignoris l. 7. §. si duo. ff. communi diuidundo, his uerbis:* Si duo sunt qui rem pignori acceperunt, æquissimum est utile commnni diuidundo indicium dari. *Deinde exemplo usufructus d. l. 7. §. sed etsi de, his uerbis:* Sed etsi de usufructu sit inter duos controuersia, dari debet. *Concordat l. si usufructus. 16. §. fin. cum lege sequente. ff. de usufructu, & quemadmod. cuius uerba uide s. lib. 24. cap. 4. quæst. 1. reg. 6. Concordat item l. 4. in fine, ff. de aqua quotid. cuius uerba uide s. li. 25. cap. 11. interd. 1. quæst. 5. excepi. 2. in fine. Tertiò reprobatur exemplo seruitutis prædiorum, utputa aquæductus, d. l. 4. in fine. Concordat l. 4. in fine. ff. de aqua quotid. cuius uerba uide s. lib. 25. cap. 11. interd. 1. quæst. 5. exc. 2. in fine. Planè quoad impensas seruitutis communis nomine factas, hoc iudiciū non datur, l. 19. §. si per eundem. ff. communi diuidundo. cuius uerba uide s. cap. proxim. quæstion. 9. except. 4. Quartò reprobatur exemplo missionis in possessionem legatorum uel uentris nomine, d. l. 7. §. item si duo, his uerbis:* Item si duo à prætore missi sint in possessionem legatorum. Est enim iusta causa possidendi custodię gratia. Ergo etsi duo uentres, idem erit dicendum. Quod haber rationem. Planè si iam dāni infecti missus iussus sit possidere, non erit huic utili iudicio locus, cum uindicationem habere possit. *Quintò reprobatur exēplo possessionis à non domino adquisitæ, d. l. 7. §. qui in rem, his uerbis:* Qui in rem Publicianam habent, etiam communi diuidundo iudiciū possunt exercere, de quibus etiā causis uindicatio cesset (si tamē iusta causa est possidendi) utile cōmuni diuidundo cōpetit: utputa si ex causa indebiti soluti res possideatur. *Planè admittitur exceptio proposita in quibusdam casibus, de quib. uide J. exceptiones proximè sequentes. Quarta propositæ regulæ exceptio est: Nisi ex causa locati uel depositi quibusdam possessio sit communis. Hæc exceptio approbatur d. l. 7. §. neq; colonis, hisce uerbis:* Neq; colonis, neq; ijs qui depositum susceperūt, hoc iudiciū competit, quāuis naturaliter possideant. *Quinta exceptio est: Nisi ex iniusta causa quibusdam possessio sit cōmunis, uel uni ex illis. Hæc exceptio approbatur d. l. 7. §. inter prædones, his uerbis:* Inter pręedones hoc iudiciū locū non habet, nec si precariò possideant locum habebit, nec si clàm: quia iniusta est possessio ista, precaria uerò iusta quidem, sed quę nō pergat ad iudicij uigorē. Iulianus scribit, si alter possessor puocet, alter dicat eū ui possidere: nō debere hoc iudiciū dari, nec post annū quidē: quia placuit etiā post annū in eū qui ui deiecit, interdictū reddi. Et si precariò (inquit) dicat eū possidere, adhuc cessabit hoc iudiciū: quia & de precario interdictū datur. Sed etsi clàm dicatur possidere qui prouocat, dicendū esse ait cessare hoc iudiciū: nam & de clādestina possessione cōpetere interdictum inquit. *Sexta exceptio est: Nisi ex causa precarij possessio inter aliquos sit communis, uel uni ex illis. Hæc exceptio approbatur uerbis d. §. inter prædones, iam propositis hisce:* Nec si precariò possideant, locum habebit. *Item hisce:* Et si precariò (inquit.) *Septima exceptio est: Nisi ex diuersis causis res inter aliquos sit communis. Hæc exceptio reprobatur exemplo l. 8. §. 1. ff. communi diuidundo. cuius uerba uide s. lib. 33. cap. 11. reg. 4. Octaua exceptio uidetur: Nisi cum societate res sit communis, uel sine societate. Hæc exceptio reprobatur l. 2. in princip. ff. communi diuidundo, his uerbis:* Nihil interest cum societate, an sine societate res inter aliquos communis sit: nam utroque casu locus est communi diuidundo iudicio. Cum societate res communis est inter eos qui pariter eandem rem emerunt. Sine societate communis est inter eos quibus eadem res testamento legata est. *Nona exceptio est: Nisi conuenit ne diuidatur. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 14. §. si conueniat, cum sequentibus. ff. communi diuidundo, his uerbis:* Si conueniat ne omnino diuisio fiat, huiusmodi pactum nullas uires habere, manifestissimum est. Si autem ne intra certū tempus, quod etiam ipsius rei qualitate prodest, ualet. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ne in perpetuū diuisio fiat, cōuenit. Quæ replicatio approbatur uerbis*

ion

*iam propositis hisce:* Si conueniat ne omnino diuisio fiat, huiusmodi pactum nullas uires, &c. *Altera replicatio est: Nisi socius postea suam partem alienauerit, & is cui alienata est, diuidi petat. Hæc replicatio reprobatur d.l.14. §. penult. his uerbis:* Si inter socios conuenisset, ne intra certum tempus societas diuideretur: quin uendere liceat ei qui tali cõuentione teneretur, non est dubiũ. Quare emptor quoq; cõmuni diuidundo agendo eadem exceptione submouebitur, qua auctor eius submoueretur. *Concordat l.16. §.fin. cum lege sequente. ff. pro socio. cuius uerba uide s. lib. prox. cap.11. quæst.2. causa 9. except.2. repl. 1. Decima exceptio est: Nisi triginta annos communio durauit. Hæc exceptio approbatur l.1. §. nemo. C. de annali except. cuius uerba uide s. lib.36. cap.15. except.5. Vndecima exceptio est: Nisi sociorum alter alteri suam partem pignori dederit, nec debitum soluerit. Hæc exceptio approbatur l.6. §. idem scribit. ff. communi diuidundo, his uerbis:* Iulianus scribit, Si is cum quo seruum communem habebam, partem suam mihi pignori dederit, & cõmuni diuidundo agere cœperit: pignoraticia exceptione eum submoueri debere. Sed si exceptione usus non fuero, officiũ iudicis erit, ut cum debitori totum hominẽ adiudicauerit, partis æstimatione eum condemnet. Manere enim integrũ ius pignoris. Quòd si mihi iudex adiudicauerit, tanti dũtaxat me cõdẽnet, quanto pluris pignus sit quàm pecunia credita, & debitorẽ à me iubeat liberari. *Duodecima exceptio est: Nisi non omnes diuisioni cõsentiant. Hæc exceptio reprobatur l.ult. C. communi diuid. cuius uerba uide s. cap.10. quæst. 1. except.8. Cõcordat l.29. §. fin. ff. eod. tit. his uerbis:* Pomponius scripsit, posci iudicẽ posse à quolibet sociorũ. *Planè admittitur exceptio proposita in uestibulo communi binarum ædium diuidendo, l.19. §. de uestibulo ff. d. tit. his uerbis:* De uestibulo cõmuni binarũ ædium arbiter communi diuidũdo inuito utrolibet dari non debet: quia qui de uestibulo liceri cogitur, necesse habet interdũ totarum ędiũ preciũ facere, si aliàs aditum non habeat. *Decimatertia exceptio est: Nisi diuisio semel sit facta. Hæc exceptio approbatur l.8. C. cõmunia utriusq; iudicij, his uerbis:* Si inter uos maiores annis uiginti quinq; rerũ cõmuniũ diuisio relicta uel trãslata possessione finẽ accepit: instaurari mutuo bona fide terminata cõsensu minimè possunt. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est. Nisi minor uiginti quinque annis diuisionẽ fecit. Hæc replicatio approbatur, simul & distinguitur l. 4. C. cõmuni diuid. his uerbis:* Si maior quinq; & uiginti annis soror tua tecũ res cõmunes diuisit, quãuis non instrumẽtis, sed alijs probationibus earum cõmunionẽ direptã esse probetur: stare finitis cõuenit. Quòd si minor fuit, nec tẽpus inintegrũ restitutioni prẹfinitũ adhuc excessit: an integrũ propter diuisionẽ restitui debeat, causa cognita prouincię prẹses æstimabit. Idẽ eorum etiã quæ uobis permanent communia, fieri diuisionẽ prouidebit: tam sumptuũ (si qs de uobis in res cõmunes fecit) quàm fructuũ, item doli & culpæ (cum in cõmuni diuidũdo hæc omnia uenire nõ ambigitur) rationẽ, ut in omnibus æquabilitas seruetur, habiturus. *Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi tempus in integrum restitutioni præfinitũ præterierit. Hæc duplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Nec tẽpus in integrũ restitutioni præfinitum adhuc excessit. *Altera duplicatio est: Nisi iudici causa cognita aliter uideatur. Quæ duplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* An in integrum propter diuisionẽ restitui debeat, causa cognita prouinciæ præses æstimabit. *De quibus duplicationib. cum alijs dicetur alibi in integrum restitutionibus. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi quædam res indiuisæ permãserint. de his enim ut diuidantur, nihilominus diuisorium iudicium superest. Quæ replicatio approbatur uerbis d.l.4. iam propositis hisce:* Idem eorũ etiam quę uobis permanẽt cõmunia, fieri diuisionẽ prouidebit. *Concordat l.4. §. hoc iudicium. ff. cõmuni diuidundo. cuius uerba uide s. cap. prox. quæst.2. reg.1. Tertia replicatio est: Nisi is diuisioni arbitrũ dedit, cui ius dandi non est. Hæc replicatio reprobatur l.2. C cõmunia utriusq; iudicij, his uerbis:* Etiamsi is diuisioni arbitriũ dedit, cui dandi ius nõ fuit: tamen si socij quondam cõsensum diuisioni dederint, quod quisq; eorum secundũ placita possedit, pro parte socij dominiũ nactus est. *Quarta replicatio est: Nisi dolo inæqualiter diuisio facta sit. Hæc replicatio approbatur l.3. C. d. tit. his uerbis:* Maioribus etiã, per fraudẽ uel dolum uel perperã sine iudicio factis diuisionibus, solet subueniri: quia in bonæ fidei iudicijs, quod inæqualiter factũ esse cõstiterit, in melius reformabitur. *Quinta replicatio est: Nisi cùm hac conditione diuisio facta esset, ut socius iuraret se nullum dolum adhibuisse, is iurare nolit. Hæc replicatio approbatur l.6. C. d. tit. his uerbis:* Si cum patruo uestro hac conditione diuisionem fecistis, ut se nullum dolum adhibuisse iuraret, nec fidẽ placitis exhibuit: quo minus res indiuisas requiratis, eorũ placitũ qui in diuisionẽ uenerunt, nihil uobis nocere potest. *Sexta replicatio est: Nisi instrumentum diuisionis nullum intercessit. Hæc replicatio reprobatur l.4. in prin. C. communi diuidundo. cuius uerba uide s. repl. 1. Septima replicatio est: Nisi res ex diuisione accepta euicta sit. Hæc replicatio approbatur l.7. C. cõmunia*

*utriusq; iudicij. cuius uerba uide s.lib.42.cap.7.quæstion.1.except.4.* *Octaua replicatio est: Nisi socius testatus uel intestatus decesserit. Hæc replicatio reprobatur l.4.C.pro socio, his uerbis:* Si societatis iure uel transactionis stipulatione subdita bonorũ omnium æquis partibus inter te & Fauiam diuisionẽ rectè fieri placuit, quo minus hæc rata seruentur, nihil interest, utrũ testatus quis fuerit obligatus, an intestatus rebus sit humanis exemptus. *Nona replicatio est: Nisi nõ diuidendi, sed alio animo factum sit. Hæc replicatio approbatur exemplo l.ult. ff. communi diuid. his uerbis:* Bina mancipia quæ ex hæreditate essent iussu prætoris pupillis ministerij causa reseruata essent, diuisa non uideri, sed omniũ cõmunia permansisse, Paulus ait.

## II. QVIBVS ET INTER quos competit actio proposita?

I. *Regula: Regulariter ijs & inter eos quibus res uel ius in re commune est, diuisio celebranda est. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi quis non possideat. Hæc exceptio reprobatur l.30. ff. communi diuidundo, his uerbis:* Scæuola respondit, cõmuni diuidundo iudicio rectè agi, siue neuter possideat, siue alter sociorum tantum non possideat. *Altera exceptio est: Nisi quis suam partem alienauerit. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s.cap.prox.quæst.5.except.2. Concordat l.ult. ff. de alienat. iudicij mutandi. cuius uerba uide j.lib.49.cap.13.quæst.8.reg.4. Tertia exceptio est: Nisi quis ex socijs ex iniusta causa possideat, aut ui, clàm uel precariò. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s. quæst.prox.except.5 & 6.*

II. *Regula: Maritus qui fundum cum alio communem in dotem accepit, hoc iudicio prouocare nõ potest, sed potest prouocari. Quæ regula approbatur l.2. C. de fundo dotali. cuius uerba uide s.lib.25.cap.10.reg.9.*

III. *Regula: Socij minoris tutores prouocare nõ possunt, sed possunt prouocari. Quæ regula approbatur l.7. in prin. ff. de reb. minor. cuius uerba uide s.lib.16.cap.6.quæst.1.except.22.repl.3.*

IIII. *Regula, De quibusdam, non omnibus socijs, proponitur l.8. in prin. ff. communi diuidundo, his uerbis:* Etsi non omnes qui rem communem habent, sed certi ex his diuidere desiderant: hoc iudicium inter eos accipi potest. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi quidã, non omnes ex heredibus socij agant. Quæ exceptio approbatur l.48. ff. familiæ ercisc. cuius uerba uide s.cap.10.quæst.2.reg.4.*

## III. QVAE VENIANT IN HOC iudicium uel diuidenda uel communicanda?

I. *Regula, De omni re cõmuni. Regulariter omnis res quæ cõmunis est, uenit in diuisionẽ. Quæ regula approbatur, simul & distinguitur l.13. ff. cõmuni diuidũdo, his uerbis:* In iudiciũ cõmuni diuidũdo omnes res ueniunt, nisi si quid fuerit ex cõmuni cõsensu exceptũ nominatim, ne ueniat. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi id de quo cõuenit ne diuideretur. Quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis. Altera exceptio est: Nisi seruitutes prædiorũ. Hæc exceptio approbatur l.4. in prin. ff. cõmuni diuid. cuius uerba uide s.quæst.1.exc.1. Cõcordat l.19.§. de uestibulo. ff. eod. tt. cuius uerba uide s.quæst.1.exc.12. Item cõcordat d.l.19.§. si per eundem. cuius uerba uide s.cap.prox. quæst.9.exc.4. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi seruitus sit accessoria rei corporali pro indiuiso cõmuni. Quæ replicatio approbatur d.l.19.§. aquarũ, his uerbis:* Aquarũ iter nõ uenire in iudiciũ cõmuni diuidũdo, Labeo ait. Nã aut ipsius fundi est, & ideo in iudiciũ non uenit: aut separatum à fundo, diuisum tamẽ aut mẽsura aut tẽporibus. Paulus. Sed possunt iura interdũ separata à fundo esse, nec mẽsura, nec tẽporibus diuisa: ueluti cum is cuius fuerũt, plures hæredes reliquit: quod cum accidit, cõsentaneũ est & ea in arbitrio familiæ erciscũdæ uenire: nec uidere se (inquit Pomponius) quare minus in cõmuni diuidundo iudicio, quàm familiæ erciscũdæ iudiciũ ueniant. Igitur in omnibus huiusmodi speciebus in cõmuni diuidũdo iudicio uenit, ut præfata iura aut mẽsura aut tẽporibus diuidãtur. *Tertia exceptio est: Nisi puteus. Hæc exceptio reprobatur sub cõditione l.4.§.1. ff. cõmuni diuidũdo, his uerbis:* De puteo quæritur, an cõmuni diuidũdo agi possit? Et ait Mela, ita demũ posse, si solum eius cõmune sit. *Quarta exceptio est: Nisi arbor in cõfinio nata, uel lapis per utrũq; fundũ extensus. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.19. in prin. ff. cõmuni diuid. his uerbis:* Arbor quæ in cõfinio nata est, item lapis qui per utrũq; fundum extenditur, quãdiu cohærent fundo, è regione cuiusq; finium utriusq; sunt, nec in cõmuni diuidundo iudiciũ ueniunt. Sed cùm aut lapis exemptus, aut arbor eruta uel succisa est: cõmunis pro indiuiso fit, & uenit in communi diuidundo iudicium. Nam quod erat finitis partibus, rursus cõfunditur. Quare sicut duabus massis duorum dominorum conflatis, tota massa cõmunis est, etiamsi aliquid ex prima specie separatum maneat: ita arbor & lapis separatus à fundo, cõfundit ius dominij. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi arbor uel lapis à solo separetur. Quæ replicatio uerbis iam propositis approbatur. Planè hoc casu non in partes æquales, sed eas quas quisq; dum arbor uel lapis solo cohæsit habuit, diuisio facienda est. Quòd approbatur l.penult. ff. pro socio, his uerbis:* Illud quærendũ est, arbor quæ in confinio nata est,

item

item lapis qui per utrunq; fundũ extenditur: an cùm succisa arbor est, uel lapis exẽptus, sicut fundus, pro ea quoq; parte singulorum esse debeat, pro qua parte in fundo fuerit? an qua ratione duabus massis duorum dominorũ conflatis, tota massa communis est: ita arbor hoc ipso quòd separatur à solo, propriamq; substantiam in unum corpus redactũ accipit, multo magis pro indiuiso cõmunis fiat, quàm massa? Sed naturali conuenit rationi, & postea tantam partem utrunq; habere tam in lapide, quàm in arbore, quantam & in terra habebat. *Concordat item l. 8. ff. de adquir. rer. dom. his uerbis:* Si in confinio lapis nascatur, & sint pro indiuiso communia prædia: tunc erit lapis pro indiuiso communis, si terra exemptus sit. *Quinta exceptio uidetur: Nisi id quod accesßit uel decesßit rei cõmuni. Hec exceptio reprobatur l. 6. §. si quid post. ff. communi diuidũdo. cuius uerba uide ĩ. cap. prox. quæst. 1. causa 2. except. 8. Sexta exceptio uidetur: Nisi fructus rei communis. Sed & hec exceptio reprobatur l. 4. §. sicut. ibi: sed etsi non. ff. eod. tt. cuius uerba uide ĩ. d. quæst. 3. in prin. Concordat l. 18. §. item si diuidere. ff. de usuris & fructibus, his uerbis:* Si diuidere tecum fundum uelim, tu nolis, & colam: an fructus diuidi debeant post deductionẽ impensarũ? & puto diuidẽdos. *Cõcordat l. 25. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide ĩ. lib. 21. cap. 1. causa 16. except. 1. item ea que proposita sunt ĩ. cap. prox. quæst. 1. causa 6. Septima exceptio est: Nisi partus ancillæ cõmunis. Sed & hec exceptio reprobatur d. §. si quid post. Octaua exceptio est: Nisi ager uectigalis. Hec exceptio reprobatur certo modo l. 7. in prin. ff. communi diuid. his uerbis:* Cõmuni diuidundo iudicium locũ habet & in uectigali agro. Sed uectigalis ager an regionibus diuidi possit, uidendũ? Magis autẽ debet iudex abstinere ab huiusmodi diuisione, alioquin præstatio uectigalis cõfundetur. *Nona exceptio est: Nisi seruus cõmunis qui est in fuga. Sed & hec exceptio reprobatur l. 19. §. iudex. ff. cõmuni diuid. his uerbis:* Iudex cõmuni diuidũdo, itẽ familiæ erciscũdæ, de seruo qui in fuga est, iubere potest liceri eos inter quos iudex est: & tũc eum adiudicare ei penes quem licitatio remãsit. nec erit periculum, ne ex senatuscõsulto pœna legis Fauiæ cõmittatur. *Decima exceptio est: Nisi id quod sub cõditione debetur. Hec exceptio reprobatur l. 18. ff. pro socio, his uerbis:* Si socij simus, & unus ex die pecuniã debeat, & diuidatur societas: nõ debet hoc deducere socius, quẽadmodũ præsens deberet: sed omnes diuidere & cauere, cum dies uenerit, defensum iri socium. *Cõcordat l. 16. ff. cõmuni diuid. his uerbis:* Cùm socij diuidunt societatẽ, de eo quod sub cõditione debetur, cautiones interuenire solẽt. *Vndecima exceptio est: Nisi res pignori data. Hec exceptio reprobatur l. 6. §. si fundus. ff. cõmuni diuid. cuius uerba uide ĩ. lib. 40 cap. 3. exc. 40. repl. 13. dupl. 2. Duodecima exceptio est: Nisi id quod ex turpi causa est adquisitũ. Hec exceptio reprobatur l. 53. cũ l. sequẽte. ff. pro socio. cuius uerba uide ĩ. lib. prox. cap. 11. quæst. 2. causa 2. exc. 1. Decimatertia exceptio est: Nisi id quod seruus cõmunis ex re unius domini adquisiuit. Hec exceptio approbatur l. 24. in prin. ff. cõmuni diuid. cuius uerba cũ cõcordãtib. uide ĩ. li. 21. cap. 2. reg. 4. exc. 1. repl. 1. Decimaquarta exceptio est: Nisi id quod uni sociorũ à statulibero conditionis implendæ causa datum est. Hec exceptio approbatur l. 20. §. fin. cũ lege sequẽte. ff. familie erciscundæ. cuius uerba uide ĩ. cap. 10. quæst. 3. reg. 1. exc. 13. Decimaquinta exceptio est: Nisi dos uni sociorũ ab uxore sua data. Hec exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 65. §. fin. cũ lege sequẽte. ff. pro socio, his uerbis:* Si unus ex socijs maritus sit, & distrahatur societas manẽte matrimonio: dotẽ præcipere maritus debet, quia apud eum esse debet, qui onera sustinet. Quòd si iam dissoluto matrimonio societas distrahatur: eadem die recipienda est dos, qua & solui debet. Quòd si eo tẽpore quo dissoluitur societas, in ea causa dos sit, ut certũ sit eam uel partẽ eius reddi nõ oportere: diuidere eã inter socios iudex debet. *Decimasexta exceptio est: Nisi ea que in nominibus sunt. Hec exceptio approbatur l. 1. in prin. ff. pro socio, his uerbis:* Ea quæ in nominibus erũt, manẽt in suo statu, sed actiones inuicẽ præstare debent. *Concordãt ea que proposita sunt ĩ. cap. 10. quæst. 3. reg. 1. exc. 1. Decimaseptima exceptio est: Nisi id cuius partẽ socius alienauit. Hec exceptio approbatur l. 1. in prin. C. cõmuni diuid. his uerbis:* Ad officiũ arbitri qui inter te & fratrẽ tuũ de diuidendis bonis datus fuerit, ea sola pertinent, quæ manent cõmunia tibi & illi. Nã & ea quorũ partem is uẽdidit, cum emptoribus tibi cõmunia sunt, & aduersus singulos arbitrũ petere debes, si ab illorũ quoq; societate discedere placeat. *Concordant ea que proposita sunt ĩ. cap. prox. quæst. 5. except. 2. Decimaoctaua exceptio est: Nisi antea diuisa. Hec exceptio approbatur, simul & distinguitur ĩ. quæst. 1. exc. 13. Decimanona exceptio: Nisi cùm duo rẽ cõmunem apud aliquem deposuissent, unus ex ijs partem suam receperit, alter non. hoc enim casu pars recepta non est diuidenda. Que exceptio approbatur l. ult. C. depositi. cuius uerba uide ĩ lib. 19. cap. 8. quæst. 9. except. 25. Hec de prima regula.*

II. Regula, *De eo quod unus suo & alterius nomine fecit. hoc quoq; communicatur. Que regula approbatur exemplo l. 12. ff. communi diuid. his uerbis:* Si meo & uicini nomine parietem ædificẽ, uel repetiturus ab eo pro parte impensam,

pensam, uel donationis gratia: cōmunis fiet paries. *Plures propositæ quæstionis regulas uide s. lib. prox. cap. 11. quæst. 2. causa 2. item quæst. 5. item s. hoc lib. cap. 10. quæst. 3.*

### IIII. ANTECEDENTIA diuisionem.

I. Regula, *De socijs in unum conuocandis, proponitur l. 2. in fine. ff. de quibus reb. ad eundem iud. eat. cuius uerba uide s. lib. 5. cap. 2. quæst. 1. in fine, replicat. 1.*

II. Regula, *De iuramento calumniæ præstando, proponitur l. 44. §. qui familiæ. ff. familiæ ercisc. cuius uerba uide s. cap. 9. quæst. 2. reg. 3.*

### V. ADIVNCTA ET OFFICIA iudicis in diuidundo.

I. Regula: *Vt singulis singulas partes adiudicet, & si unius pars prægrauare uideatur, eū alteri certa pecunia condemnet, proponitur Inst. de officio iudicis. §. eadem. bis uerbis:* Quòd si de una re, ueluti de fundo cōmuni diuidundo agatur. Siquidem iste fundus commodè regionibus diuisionem recipiat, partes eius singulis adiudicare debet: & si unius pars prægrauare uidebitur, is inuicem certa pecunia alteri condemnandus est. Quòd si cōmodè diuidi non possit, ueluti si homo fortè aut mulus erit, de quo actum sit: tūc totus uni adiudicandus est, & is inuicem alteri certa pecunia condemnandus est. *Cōcordat l. 54. in prin. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide s. lib. 38. cap. 8. reg. ult. in prin. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi res commodè diuidi non possit. tunc enim totam uni adiudicare potest, eumq́; alteri in certa pecunia condemnare. Quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Quòd si commodè diuidi non possit, &c. *Concordat l. 55. ff. familiæ ercifcundæ. cuius uerba uide s cap. 10. quæst. 5. reg. 4. Concordat item l. 1. C. communi diuid. bis uerbis:* Communi diuidūdo actione aut uniuersum prædium, si licitatione uiceris, exoluta socio parte precij: obtinebis, aut precij portionem, si meliorem alius conditionē obtulerit, consequeris. Quòd si diuisio prædij sine cuiusquam iniuria cōmodè fieri poterit, portionē suis finibus tibi adiudicatā possidebis: hoc uidelicet custodiēdo, ut post litis contestationē nec partē suá, cæteris eiusdem rei dominis non cōsentientibus alienare possit. *Concordat l. 2. §. idem. C. eod. tit. bis uerbis:* Præses prouinciæ de diuisione uinearum inter te & creditorē fratris tui cognoscet, & iubebit eum accepta pecunia, quanti statuerit partē fratris tui ualere, eá partē quam de fratre tuo accepit, tibi restituere: aut æstimata tua parte ad creditorē fratris tui, data pecunia, quanti eam æstimauerit, transferre. *Concordat item l. 3. §. cū autem. C. eod. tit. bis uerbis:* Cùm regionibus diuidi aliquis inter socios non potest, uel ex pluribus singuli: æstimatione iusta facta unicuiq; sociorum adiudicantur, cōpensatione precij facta: eoq́; cui maioris precij res obuenerit, cæteris cōdemnato: ad licitationē nōnunquá etiá extraneo emptore admisso, maximè si se nō sufficere ad iusta precia alter ex socijs sua pecunia uincere uilius licenté profiteatur. *Altera exceptio est: Nisi non species, sed genera debeātur. hoc enim casu numero diuisio fit. Quæ exceptio cum alijs quibusdā approbatur per ea quæ proposita sunt s. lib. 38. cap. 8. reg. ult. Tertia exceptio est: Nisi ager uectigalis diuidendus sit. Quæ exceptio approbatur l. 7. in princip. ff. communi diuid. cuius uerba uide s. quæst. 3. reg. 1. except. 8. De reliquis huiusmodi exceptionib. uide d. reg. ult. item j. regulas sequentes.*

II. Regula: *Potest item iudex alij fundum, alij fundi usumfructū adiudicare. Quæ regula approbatur l. 6. §. officio. ff. cōmuni diuid. bis uerbis:* Officio iudicis etiá talis adiudicatio fieri potest, ut alteri fundū, alteri usumfructū adiudicet. Cætera eadē sunt quæ in familiæ erciscūdæ iudicio tractauimus. *Cōcordat l. 16. §. 1. ff. familiæ ercisc. bis uerbis:* Iulianus ait, si alij fundū, alij usumfructū fundi iudex adiudicauerit, nō cōmunicari usumfructum.

III. Regula: *Quod omnibus utilissimum est, uel quod malunt, iudex sequetur. Quæ regula approbatur l. 21. ff. communi diuid. bis uerbis:* Iudicem in prædijs diuidendis quod omnibus utilissimum est, uel quod malunt litigatores, exequi conuenit.

IIII. Regula: *Vniuersæ res æstimari debent, non singularum rerum partes. Quæ regula approbatur l. 52. §. fin. ff. familiæ erciscūdæ. cuius uerba uide s. cap. 10. quæst. 5. reg. 11.*

V. Regula: *Iusto precio res æstimādæ sunt. Quæ regula approbatur l. 10. §. fin. ff. communi diuid. bis uerbis:* In communi diuidundo iudicio iusto precio æstimare rem debebit iudex. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi pignus inter creditores sit diuidendum. Quæ exceptio approbatur l. 7. §. inter eos. ff. eodem titul. cuius uerba uide s. lib. 40. cap. 12. quæst. 1. except. 12. Altera exceptio est: Nisi res pignori alij obligata adiudicetur. Quæ exceptio approbatur l. 6. §. si fundus. ibi: arbitrum. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. lib. 40. cap. 3. except. 40. repl. 13. dupl. 2.*

VI. Regula: *Alter alteri de euictione cauebit. Quæ regula approbatur d. §. fin. bis uerbis:* De euictione quoq; cauendum est.

VII. Regula: *Potest iudex etiam seruitutē prædijs imponere. Quæ regula approbatur l. 7. §. Neratius. ff. communi diuidund. bis uerbis:* Neratius scribit, arbitrum, si regionibus fundū non uectigalē diuisum duobus adiudicauerit, posse quasi in duob. fundis seruitutē imponere.

ponere. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi ita ut fundus hæreditarius non hæreditario seruiat, arbiter cõstituerit. Hæc exceptio approbatur l.18.ff.eod.tt. bis uerbis:* Vt fundus hęreditarius fundo nõ hęreditario seruiat, arbiter disponere non potest: qa ultra id quod in iudiciũ deductũ est, excedere potestas iudicis non potest.

VIII. Regula, *De seruis qui possesionibus adhærent diuidẽdis. proponitur l.11.C.cõmunia utriusq; iudicij, bis uerbis:* Possesionum diuisiones ita fieri oportet, ut integra apud successorem unum quenq; seruorum uel colonorũ adscriptitię conditionis, seu inquilinorum proximorum adgnatio uel adfinitas permaneat. Quis enim ferat liberos à parẽtibus, à fratribus sorores, à uiris cõiuges segregari? Igitur si qui sic sociata in ius diuersum mancipia uel colonos traxerint: in unum eadem redigere cogantur.

IX. Regula, *Si usufructus diuidẽdus sit, proponitur l.7.§.cũ de usufructu.ff.cõmuni diuid. bis uerbis:* Cùm de usufructu communi diuidundo iudicio agitur: iudex officiũ suũ ita diriget, ut uel regionibus eis uti frui permittat, uel locet usumfructũ uni, uel tertiæ personæ, ut hi pensiones sine ulla controuersia percipiant: uel (si res mobiles sint) etiã sic poterit, ut inter se conueniant, caueantq; per tẽpora se usuros, fruituros: hoc est, ut apud singulos mutua uice certo tẽpore sit usus-fructus. *Concordat l.16.§.usumfructus.ff.familiæ ercifcundæ. cuius uerba uide s.cap.10.quæst.5.reg.7.*

X. Regula, *Si usus diuidendus sit, proponitur l.10.§.si usus.ff.communi diuid. bis uerbis:* Si usus tantùm noster sit, qui neq; uendere, neq; locari debeat: quemadmodum diuisio possit fieri in communi diuidundo iudicio, uideamus? Sed prętor interueniet, & rẽ emẽdabit, ut si iudex alteri usum adiudicauerit, non uideatur alter, qui mercedem accepit, nõ uti, quasi plus faciat (quia uideatur frui) quia hoc propter necessitatem fit.

XI. Regula: *Si seruitus diuidenda sit, tẽporib. & mẽsuris diuidi potest. quæ regula approbatur l.19.§.fin.ff.cõmuni diuid. cuius uerba uide s.quæst.3.reg.1.exc.2. Cõcordat l.5.in fine.ff. de seruitutib. bis uerbis:* Vsus seruitutũ tẽporib. secerni potest: fortè ut qs post horã tertiã usq; in horã decimã eo iure utatur, uel ut alternis dieb. utatur. *Cõcordat itẽ l.5.in prin.ff.de aqua quotid. bis uerbis:* Cõstat nõ solùm tẽporib. sed etiã mẽsuris aquã posse diuidi. Potest eodẽ tẽpore alius quotidianã, alius æstiuã aquã ducere: ita ut æstate diuidatur inter eos aqua, hyeme solus ducat is qui quotidianæ ius habet.

XII. Regula, *Si pignus inter creditores sit diuidendum, proponitur l.7.§.inter eos.ff.cõmuni diuid. cuius uerba uide s.lib.40.cap.12.quæst.1 except.13.*

XIII. Regula, *Si socius alter alteri suam partem pignori obligauerit, proponitur l.6.§.idem scribit.ff.d.tt. cuius uerba uide s.quæst.1.except.11.*

XIIII. Regula, *Si res pignori extraneo obligata uni adiudicanda sit, proponitur l.6.§.si fundus.ibi: arborum.ff.communi diuid. cuius uerba uide s.lib.40.cap.3.except.40.repl.11.dupl.2.*

XV. Regula, *Si res quæ sub conditione debetur, sit diuidenda, proponitur l.16.ff.d.tt. cuius uerba uide s quæst.3.reg.1.except.10.*

XVI. Regula: *Cætera eadem sunt, quæ in familiæ ercifcundæ iudicio. quæ regula approbatur l.6.§.officio.in fine.ff.d.tt. cuius uerba uide s.reg.2.*

VI. EVENTVS HVIVS ACTIONIS, & factæ diuisionis.

I. Regula: *Diuisio uicem emptionis obtinet. quæ regula approbatur l.1.C.communia utriusq; iudicij, bis uerbis:* Diuisionem prædiorum uicem emptionis obtinere placuit.

II. Regula: *Si unus ex socijs, cui tota res fuit adiudicata, uel qui licitatione uictus est, partem suam alij cogatur restituere uel iure pignoris, uel iure uenditionis, uel ex alia simili causa: quid iuris sit, definitur l.7.§.si debitor.ff.communi diuid. cuius uerba uide s.lib.40.cap.4.causa 1.except.8.*

III. Regula: *Si uni fundus, cuius nomine cum extraneo actio est, sit adiudicatus: quid iuris, definitur l.47.ibi: & cum adiudicationes.ff.familiæ ercifcũdæ, cuius uerba uide s.cap.9.quæst.9.reg.3.*

IIII. Regula: *Si alij fundus, alij fundi ususfructus adiudicatus sit: prior in usufructu nihil iuris habet. quæ regula approbatur l.16.§.1.ff familiæ ercifcundæ. cuius uerba uide s.quæst, prox.reg.2.*

V. Regula: *Diuisione facta, ei cui res ex diuisione obuenit, ad eam persequendam actio competit. cuius regulæ exceptio hæc est: Nisi nudo pacto diuisio facta sit. quæ exceptio approbatur l.diuisionis.45.ff.de pactis. cuius uerba uide s.lib.37.cap.3.exc.12.in prin. Plures exceptiones uide s.quæst.1.exc.13.repl.1.cum sequentibus. Hæc de communi diuidundo iudicio.*

*FINIVM REGVNDORVM. Cap. XIII.*

I. GENVS ET PROPRIA huius actionis.

PRima regula: *Hæc actio mistam habet causam tam in rem, quàm in personam. quæ regula approbatur l.1.ff.finium regund. bis uerbis:* Finium regundorum actio in personam est, licet per uindicationem rei est. *Concordat Inst. de actionibus.§.quædam. cuius uerba uide s.lib.36.cap.4.quæst.2.diuis.8.*

II. Regula: *Vter sit actor, uter reus in hoc iudicio, uide s.d.quæst.2.diuis.9.item s.cap.9.quæst.2.reg.5.*

II. CAVSAE EX QVIBVS competit hæc actio.

I. Causa: *Si de finib. agri cõtẽtio sit. Hæc causa approbatur Inst. de officio iudicis.§.si finiũ, bis uerbis:* Si finium regundorum actũ fuerit: dispicere

debet iudex, an necessaria sit adiudicatio. Quæ sanè uno casu necessaria est, si euidentioribus finibus distingui agros commodius sit, quàm olim fuissent distincti. Nam tunc necesse est ex alterius agro partem aliquam alterius agri domino adiudicari. Quo casu conueniens est, ut is alteri certa pecunia debeat condemnari. Eo quoque nomine condemnandus est quisque hoc iudicio, quòd fortè circa fines aliquid maliciosè commisit: uerbi gratia, quòd lapides finales furatus est, uel arbores finales excidit. Cõtumaciæ quoq; nomine quisq; eo iudicio condemnatur: ueluti si quis iubente iudice metiri agros passus non fuerit. Quod autem istis iudicijs alicui adiudicatum fuerit: id statim eius fit, cui adiudicatum est.

II. *Causa: Si quis circa fines agri maliciosè quid commisit: lapides finales auferendo, uel arbores excidendo, &c. Hæc causa approbatur uerbis iam propositis hisce:* Eo quoq; nomine, &c.

III. *Causa: Si termini dicantur deiecti uel exarati. Hæc causa approbatur l. 4. §. si dicantur. ff. finium reg. his uerbis:* Si dicantur termini deiecti uel exarati: iudex qui de crimine cognoscit, etiam de finibus cognoscere potest.

IIII. *Causa: Si quis contumax fuerit: utpute si iubente iudice agros metiri passus non sit. Hæc causa approbatur Inst. de officio iud. §. penult. cuius uerba uide s̄. causa 1.*

V. *Causa: Si inundatio fluminis fines agri confudit. Hæc causa approbatur l. 8. in prin. ff. finium reg. his uerbis:* Si irruptione fluminis fines agri confuderit inundatio, idq; usurpandi quibusdam loca, in quibus ius non habent, occasionem præstet: Præses prouinciæ alieno eos abstinere, & domino suum restitui, terminosq; per mensorem declarari iubet.

VI. *Causa: Si quis sepem, maceriam, murum, domum, sepulchrum aut foueam faciens, terminos à lege definitos excedat. Hæc causa approbatur, simul & declaratur l. ult. ff. finium regund. his uerbis:* Sciendum est in hac actione finium regundorum illud obseruandum, quod ad exemplum quodammodo eius legis scriptum est, quam Athenis Solon dicitur tulisse. Nam illic ita est: *ἐάν τις αἱμασιὰν παρ' ἀλλοτρίῳ χωρίῳ ὀρύγῃ, τὸν ὅρον μὴ διαβαίνειν. ἐὰν τειχίον, πόδα ἀπολείπειν· ἐὰν δὲ οἴκημα, δύο πόδας. ἐὰν δὲ τάφον ἢ βόθρον ὀρύττῃ, ὅσον τὸ βάθος ᾖ τοσοῦτον ἀπολείπειν. ἐὰν δὲ φρέαρ, ὀργυιάν, ἐλαίαν δὲ ἢ συκῆν, ἐννέα πόδας ἀπὸ τοῦ ἀλλοτρίου φυτεύειν. τὰ δὲ ἄλλα δένδρα, πέντε πόδας.* id est: Si quis sepem ad alienum prædium fixerit, infoderitque: terminum ne excedito. Si maceriam: pedem relinquito. Si uerò domum: pedes duos. Si sepulchrum aut scrobem foderit: quantum profunditatis habuerint, tantum spacij relinquito. At uerò oleam aut ficum ab alieno ad nouem pedes plantato. cæteras arbores ad pedes quinq;.

EXCEPTIONES PRAECEDENTIUM CAUSARUM GENERALES.

I. Exceptio: *Nisi prædia urbana sint, non rustica. Hæc exceptio approbatur l. 4. §. hoc iudicium. ff. finium regund. his uerbis:* Hoc iudicium locum habet in confinio prædiorum rusticorum, in urbanorum displicuit. Neque enim confines hic sunt, sed magis uicini dicuntur, & ea communibus parietibus plerunque disterminantur. Et ideo etsi in agris ædificia iuncta sunt, huic actioni locus non erit. Et in urbe hortorum latitudo efficere potest, ut etiam finium regundorum agi possit. *Concordat l. 2. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Hæc actio pertinet ad prædia rustica, quamuis ædificia interueniant. Neque enim multum interest, arbores quis in confinio, an ædificium ponat.

II. Exceptio: *Nisi flumen uel uia publica interueniat. Hæc exceptio approbatur d. l. 4. §. fin. cum lege sequente, his uerbis:* Si flumen uel uia publica interuenit, confiniũ non intelligitur: & ideo finium regundorũ agi non potest. Quia magis in cõfinio meo uia publica uel flumen sit, quàm ager uicini. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi riuus priuatus tãtùm interueniat. Hæc replicatio approbatur l. 6. ff. d. tt. his uerbis:* Sed si riuus priuatus interuenit, finium regundorum agi potest.

III. Exceptio: *Nisi de plurium fundorum finibus simul agatur. Hæc exceptio reprobatur d. l. 4. §. non solùm, his uerbis:* Non solùm inter duos fundos, uerùm etiam inter tres pluresúe fundos accipi iudicium finium regundorum potest: utpute singuli plurium fundorum confines sunt, trium fortè uel quatuor.

IIII. Exceptio: *Nisi de uno fundo communi inter duos disceptetur. Hæc exceptio approbatur d. l. 4. §. qui communem, his uerbis:* Qui communem fundum inter se habent, non condemnantur: neq; enim inter ipsos accipi iudicium uidetur.

V. Exceptio: *Nisi de fundo communi & proprio alterutrius sociorum disceptetur. Hæc exceptio approbatur d. l. 4. §. si communem, his uerbis:* Si communem fundum ego & tu habemus, & uicinum fundum ego solus: an finium regundorum iudicium accipere possumus? Et scribit Pomponius, non posse: quia ego & socius meus in hac actione

aduersarij

aduersarij esse non possumus, sed unius loco habemur. Idem Pomponius ne utile quidem iudiciũ dandum dicit: cum possit qui proprium habet, uel communem uel proprium fundum alienare, & sic experiri.

V I. *Exceptio: Nisi non de totius, sed de partis fundi finibus contentio sit. Hæc exceptio reprobatur d.l. 4. in prin. his uerbis:* Et loci unius controuersia in partes scindi adiudicationibus potest, prout cuiusq; dominiũ in eo loco iudex compererit. *Concordat l.5 C. finium regund. his uerbis:* Quinq; pedum præscriptione submota, finalis iurgij uel locorum libera peragatur intentio.

V I I. *Exceptio: Nisi communi diuidundo iudicio actum sit, uel fundus alienatus sit. Hæc exceptio reprobatur l.9. ff. finium regund. his uerbis:* Iudicium finium regundorum manet, quamuis socij communi diuidundo egerint, uel fundum alienauerint.

V I I I. *Exceptio: Nisi actor pendente lite aliquid ex finibus propria authoritate occupauit. Hæc exceptio approbatur l.4. C. finium reg. his uerbis:* Si constiterit, eum qui finalẽ detulerit quæstionem, priusquam aliquid sententia determinetur, rem sibi alienam usurpare uoluisse: non solùm id quod malè petebat amittat, sed quo magis unusquisq; contentus suo, rem non expectet iuris alieni, qui irreptor agrorum in lite fuerit superatus: tantum agri modum, quantum adimere tentauit, amittat.

III. QVIBVS ET INTER QVOS competit actio proposita?

I. Regula, *De usufructuarijs, item usufructuario & proprietario, item de ijs qui iure pignoris possident, proponitur l.4. §. finium. ff finium regund. his uerbis:* Finium regundorum actio & in agris uectigalibus, & inter eos qui usumfructum habent, uel fructuarium & dominũ proprietatis uicini fundi, & inter eos qui iure pignoris possident, competere potest.

II. Regula, *De emphyteutis & ijs qui agros uectigales habent, proponitur uerbis iam dictis hisce:* Et in agris uectigalibus. *Concordat l.5. in fine. ff. arborum furtim cæsarum. cuius uerba uide ]. lib. 47. cap. 12. quæst. 4. reg 2.*

III. Regula, *De heredibus actoris uel rei defuncti, proponitur l.48 ff familiæ erciscundæ. cuius uerba uide ̄s. cap. 10. quæst. 2. reg. 4.*

IIII. APVD QVEM competat?

I. Regula, *De eo qui de termino moto cognoscit, proponitur l.4. §. si dicantur. ff. finium reg. cuius uerba uide ̄s. quæst. 2. causa 1.*

II. Regula, *De arbitris proponitur l.7. ff. eod. tt. cuius uerba uide ]. quæst. 7. reg. 5.*

V. QVID VENIAT IN Actione proposita?

I. Regula, *De eo quod interest, proponitur l.4. §.1. ff. eod. tt. his uerbis:* In iudicio finium regundorum etiam eius ratio fit, quod interest. Quid enim si quis aliquam utilitatem ex eo loco percepit, quam uicini esse apparebat: an iniquè condemnatio eo nomine fiet? Sed etsi mensor ab alterutro solo cõductus sit, condẽnatio erit faciẽda eius qui non conduxit, in partem mercedis.

II. Regula, *De fructibus proponitur d.l.4. §. post litem, his uerbis:* Post litem contestatã etiam fructus ueniũt in hoc iudicio. Nam & culpa & dolus exinde præstantur. Sed ante iudicium percepti non commodo in hoc iudicium uenient. Nam aut bona fide percepit, & lucrari eum oportet, si eos consumpsit: aut mala fide, & condici oportet. *Concordat l.56. ff. familiæ erciscundæ. cuius uerba uide ̄s. cap. 10. quæst. 3. reg. 2.*

VI. QVAMDIV COMpetit?

*Non nisi triginta annorum præscriptione submouetur. quæ regula approbatur l.6. C. finium reg. his uerbis:* Cunctis molitionibus & machinis amputatis decernimus in finali quæstione non longi temporis, sed tantummodo triginta annorum præscriptionem locum habere.

VII. ANTEDENTIA ET ADiuncta officia tam litigatorum quàm iudicis.

I. Regula, *De iuramento calumniæ à partibus præstando, proponitur l.44. §. qui familiæ ercisc. cuius uerba uide ̄s. cap. 10. quæst. 4. reg. 2.*

II. Regula: *Si altera pars se subtraxerit, ne quæstio finiatur, proponitur l.3. in fine. C. finium reg. cuius uerba uide ̄s. lib. 7. cap. 8. quæst. 1. reg. 2.*

III. Regula, *De quæstione possessionis prius terminanda à iudice, proponitur d.l.3. in prin. cuius uerba uide d. reg. 2.*

IIII. Regula, *De agri mensore à iudice mittendo, proponitur l.8. §. fin. ff. finium reg. his uerbis:* Ad officiũ de finibus cognoscẽtis pertinet & mensores mittere, & per eos dirimere ipsam finiũ quæstionẽ, ut æquũ est, & (si ita res exigat) oculis etiã suis subiectis locis. *Cõcordat l.3. ibi: & tunc agri mensor. C. eod. tt. cuius uerba uide ̄s. lib. 7. cap. 8. quæst. 1. reg. 2.*

V. Regula, *De æquandis locis si alter maiorem locum, alter minorem habeat, proponitur l.7. ff. d. tt. his uerbis:* De modo etiam agrorum arbitri dantur, & is qui maiorem locum in territorio habere dicitur, cæteris qui locum minorem possident, integrum locum adsignare compellitur: idq; ita rescriptum est.

V I. Regula: *uetera monumenta & uestigia, nec non census authoritas in definiendis finibus sequenda.*

*ſequenda.que regula approbatur l.11 ff.finium regund.his uerbis:* In finalibus quæſtionibus uetera monumenta & cenſus authoritas ante litem inchoatam ordinati ſequenda eſt:ſi modò non uarierate ſucceſsionum, & arbitrio poſſeſſorum fines additis uel detractis agris poſtea permutatos ꝓbetur. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi uetera monumenta & ueſtigia conſenſu partium poſtea mutata probentur.quæ exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Si modò non narietate ſucceſsionum.&c. *Concordat l.2.C.eod.tt. his uerbis:* Succeſsionum uarietas & uicinorum noui conſenſus additis & detractis agris alterutro determinationis ueteris monumenta ſæpe permutant. *Huius exemplū proponitur l.1.C.eod.tt.cuius uerba uide ſ. lib.42. cap.2.reg.7.Concordat l.12.ff.eod.tt.cuius uerba uide J reg.prox.Altera exceptio eſt:Niſi iudex amouendæ ueteris obſcuritatis gratia per aliam regionē fines dirigere malit.Hæc exceptio approbatur l.2.in fine. ff.finium regund.his uerbis:* Si fortè amouendæ ueteris obſcuritatis gratia per aliam regionem fines index dirigere uelit: poteſt hoc facere per adiudicationem & condēnationem. *Concordat Inſt.de officio iud.§.ſi finium.cuius uerba uide ſ.quæſt.2.cauſa 1.*

V II.Regula,*De terminis quos demonſtrat is qui utriuſq; prædij dominus fuit.ſequendis,proponitur l. 12.ff.finiū regund.his uerbis:* Eos terminos(quātum ad dominij quæſtionē pertinet)obſeruari oportet fundorū, quos demonſtrauit is qui utriuſq; prędij dominus fuit,cum alterum eorum uenderet.Non enim termini,qui ſingulos fundos ſeparabant,obſeruari debent:ſed demonſtratio confinium, quæ nouos fines inter fundos conſtituit.

VIII.Regula:*Si quis ſepē,maceriā,murū,domū, ſepulchrū,uel foueā propè uicinū prædiū fecerit,uel arbores plantet:quātū ſpacij relinquēdū ſit,definitur l.ult.ff.d.tt.cuius uerba uide ſ.quæſt.2.cauſa 6.*

IX. Regula,*De adiudicationibus & condemnationibus faciendis, ſi iudex alio modo cammodiore fines non poßit dirimere, proponitur l. 2. §. iudici, cum lege ſequente. ff. finium regund. his uerbis:* Iudici finium regundorum permittitur, ut ubi non poſsit dirimere fines, adiudicatione controuerſiam dirimat.Et ſi fortè amouendæ ueteris obſcuritatis gratia per aliam regionem fines iudex dirigere uelit: poteſt hoc facere per adiudicationē & cōdemnationem. Quo caſu opus eſt ut ex alterutrius prædio alij adiudicandū ſit:quo nomine ia cui adiudicatur, certa pecunia condemnandus eſt. *Concordat Inſt.de officio iud.§.ſi finium. cuius uerba uide ſ. quæſt.2. cauſa 1. Huius cauſæ exceptio uidetur eſſe:Niſi agri,de quorum finibus diſceptatur,plurium ſint diuerſi numeri. Hæc exceptio reprobatur l.4.§.ſi alter.ff. finium regund.his uerbis:* Si alter fundus duorum, alter trium ſit:poteſt iudex uni parti adiudicare locū,de quo quæritur,licet plures dominos habeat:quoniam magis fundo quàm perſonis adiudicari partes intelliguntur.Hic autem cum ſit adiudicatio pluribus,unuſquiſq; portionem in fundo habet,quam & pro indiuiſo habebat.

VIII. EVENTVS.

I. Regula:*Quod tribus iudicijs hactenus propoſitis alicui adiudicatur, ſtatim eius ſit cui adiudicatū eſt.quæ regula approbatur Inſt.de officio iud.§.fin. cuius uerba uide ſ.quæſt.2.cauſa 1.*

II. Regula:*Si menſor falſum agri modum renunciauerit:tenetur actione, de qua J. cap. 15. dicetur.*

IX.*Adfine remedium huius actionis eſt iudicium de termino moto.de quo J.cap.prox.*

## *DE TERMINO MOTO.*
## *Cap. XIIII.*

### I. CAVSAE HVIVS actionis.

PRima cauſa: *Si quis terminum agri mouit, uel protulit. Hæc cauſa approbatur l.2 & l.3.ff.de termino moto:quarum uerba uide J.quæſt.5.*

II. Cauſa:*Si finalium quæſtionū obſtruendarum cauſa faciem loci conuertit:ut ex arbore arbuſtū,ex ſylua cædua nouale.aut aliquid eiuſmodi fecit. Hæc cauſa approbatur l.3.§.fin.ff.d.tt.his uerbis:* Hi qui finalium quęſtionum obſtruendarum cauſa faciem locorum connertunt:utputa ex arbore arbuſtum, aut ex ſylua nouale, aut aliquid eiuſmodi faciunt: pœna plectendi ſunt pro perſona,& conditione, & factorum uiolentia.

III. Cauſa:*Si quis terminos effodit. Hæc cauſa approbatur l.3.C.de accuſationibus.cuius uerba uide J.quæſt.3.*

### II. QVIBVS DATVR hæc actio?

*Cuilibet de populo competit.quæ regula approbatur l.3.in prin ibi: & eius actionis.ff. de termino moto.cuius uerba uide J.quæſt.prox.reg.2.*

### III. QVID VENIAT, SEV quæ pœna comperat ex termino moto?

I.Regula:*Extraordinaria pœna eſt pro uarietate circumſtantiarum. quæ regula approbatur l.1. C. de accuſationib.his uerbis:* Eos qui terminos effoderunt, extraordinaria animaduerſione coerceri debere,Præſes prouincię nō ignorabit. *Concordat l.1.ff.de termino moto.cuius uerba uide J.reg prox.Item concordat l.2. ff. eod.tt.his uerbis:* Diuus Hadrianus in hæc uerba reſcripſit:Quin peſsimum factum ſit eorum, qui terminos finium cauſa poſitos protnlerunt,dubitari non poteſt. De pœna autē modus ex conditione perſonæ & mente

facientis

facientis magis ſtatui poteſt. Nam ſi ſplendidiores perſonę ſunt, quę conuincuotur: non dubiè ſi id occupãdorum alieoorum ſiuium cauſa admiſerunt, poſſunt ad tempua, ut cuiuſq; ætas patietur, relegari: & ſi iuuior, in longius: ſi ſenior, reciſiua. Si uerò alij nagocium geſſerinr, & miniſterio functi ſint: caſtigari, & ad opus bieouio dari. Quòd ſi per ignorsutiam, aut fortuitò lapidea furati ſunt: ſufficiet eos uerberibua cædere. *Concordat item l.3 §.fin.ff.eod.tt. cuius uerba uide s̃.queſt.1.cauſa 2.*

I I. Regula: *Pecuniaria pœna non eſt. quæ regula approbatur l.1.ff. de termino moto, bis uerbis:* Terminorom auulſorum non mulcta pecuoiaria eſt, ſed pro cooditione admittentium coercitiooe tranſigendum eſt. *Mutatur ac tollitur hæc regula l.3.in prin.ff. eod.tt. bis uerbis:* Agraria lege, quam Caius Cæſar tulit aduerſus eoa, qui terminos ſtatutos extra ſuum gradum fineaúe mouerunt dolo malo: pecuniaria pœna conſtituta eſt. Nã io termioos ſioguloa, quos eieceriot, locoúe mouerint, quinquagiota anreos in publicum dari: & eioa actionem ei qui uolet, eſſe iober.

III. Regula: *Seruus capite punitur. quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur d.l.3.§.alia quoq;, bis uerbis:* Alia lege agraria, quam diuua Nerua tulit, cauetor: ut ſi ſeruus ſeruaúe inſcionte domino dolo malo fecerit, ei capitale ſit: niſi dominua dominaúe mulctem ſufforre maluerit.

IIII. ADIVNCTA OFFICIA iodicis.

*Iudex qui de crimine propoſito cognoſcit, etiam de finibus cognoſcere poteſt. quæ regula approbatur l.4.§.ſi dicantur.ff. finium regund. cuius uerba uide s̃.cap.prox.queſt.2.cauſa 3.*

V. *Adfine remedium eſt finium regundorum actio. quæ regula approbatur Inſt.de officio iud. §.ſi finium. ibi: eo quoq; nomine. cuius uerba uide d. queſt.2.cauſa 1.*

## *DE IN FACTVM ACTIONE, ſi menſor falſum modum dixerit. Cap. XV.*

PRimò: *Ratio buius actionis proponitur l.1. in prin. ff. ſi menſor falſum modum dixerit, bis uerbis:* Aduerſus menſorem agrorũ prætor in factum actionem propoſuit, à quo falli noa nõ oportet. Nam intereſt noſtra, ne fallamur in modi renunciatione, ſi fortè uel de finibus contentio ſit, uel emptor ſcire nelit, uel uonditor, cuiua modi ager ueneat. Ideo antem hanc actionem propoſuit: quia non crediderunt ueterea inter talea perſonas locationem eſſe, ſed magia operam beneficij loco pręberi; & id quod datur, ei ad remuneraodum dari, & inde honorarium appellari. Si autem ex locato fuerit actum: dicendum erit, nac teoere iotentionem.

II. GENVS HVIVS actionia.

I. Regula: *Ex contractu, non ex maleficio actio eſt. quæ regula approbatur l.4. ff. d.tt. cuius uerba uide J.queſt.7.*

I I. Regula: *In factum actio eſt. quæ regula approbatur uerbis d.l.1.in prin. paulo ſuperius propoſitis biſce:* Aduerſus menſorem agrorum prætor io factum actionem propoſuit.

III. CAVSAE HVIVS actionis.

I. Cauſa: *Si menſor falſum modum renunciauit. Hæc cauſa approbatur uerbis d.l.1. in prin. s̃. queſt. 1. propoſitis. Concordat d.l.1.§.fin. cum lege ſequẽte, bis uerbis:* Is tenetur hac actiooe qui renũciauit. Sed renũciaſſe & eũ accipere debẽmus, qoi p aliũ renũciauit, uel per literaa.

I I. Cauſa: *Si menſor traxerit renunciationem. Hæc cauſa approbatur quoad de dolo actionem l.5. in prin.ff.ſi menſor falſum modum. cuius uerba uide J.queſt.ult.except.2.*

III. Cauſa: *Si quis in menſura frumenti, uini uel alterius rei, item in computatione feſellerit. Hæc cauſa approbatur l.5.§.fin. cum duab. legib. ſequentib. ff. d.tt. bis uerbis:* Hoc iudicium latius prætor porrexit. Nam etſi cuiuſuis alterius rei mẽſuram falſam renunciaſſe dicetur, hæc actio competit. Proinde ſiue in ædificij mẽſura feſellit, uel frumenti, uel uini, ſiue de itinoria latitudioe, ſiue ſeruitutom immittendi proijciendiq; queratur: ſiue aream, uel tignum, uel lapidem metiendo mentitus fuerit, uel cuius alteriua rei; tenebitur. Et ſi mẽſor machioarius feſellerit, hæc actio datur. Nec oon illud quoq; Pomponiua dicit, etiam in eum qui menſor non fuit, feſellit tamen in modo: competere hanc actiooem. Hoc exemplo etiam aduerſus architectum dari debet, qui feſellit. Nam & diuus Seuerus aduerſus architectum & redemptorem actiones dandas decreuit. Ego & aduerſua tabularium poto actiooes daodaa, qoi in computatione feſellit.

IIII. Cauſa: *Si quis alius in modo feſellit. Hæc cauſa approbatur uerbis iam propoſitis biſce:* Nec nõ illud quoq; Põpouiua dicit, etiã io eũ qui menſor nõ fuit, feſellit tamẽ in modo, &c.

AXCEPTIONES HARVM CAVſarum generales.

I. Exceptio: *Niſi ſine dolo malo fecit. Hæc exceptio approbatur l.1.§.hæc actio.ff.ſi menſor falſum mod. bis uerbis:* Hæc actio dolum malum duntaxat exigit. uiſum eſt enim ſatis abundeque coerceri menſorẽ, ſi dolus malus ſolua

conueniatur

conueniatur eius hominis, qui ciuiliter obligatus non est. Proinde si imperitè oet satus est, sibi imputare debet, qui eum adhibuit. Sed etsi negligenter, æquè meosor securus erit. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi lata culpa mensor fecit. quæ replicatio approbatur ibidem his uerbis:* Lata culpa planè dolo comparabitur. *Altera replicatio uidetur: Nisi merces interuenerit. Sed hæc replicatio reprobatur ibidem his uerbis:* Sed etsi mercedē acceperit, non omnem culpam eum præstare propter uerba edicti. Vtiq; enim scit prætot & mercede eos interuenite.

II. *Exceptio: Nisi nihil intersit actoris. Hæc exceptio approbatur l.5.§.1. ibi: sed si nihil. ff. eod. tt. his uerbis:* Si nihil actoris interest, condēnari mensorem non oportet. *Huius exemplū proponitur l.3.§. competit autem. ff. eod. tt. cuius uerba uide ĩ. except.4.*

III. *Exceptio: Nisi propter iudicium à iudice adhibitus mensor falsum renunciauerit. Hæc exceptio reprobatur l.3.§. item Pomponius. ff. si mensor falsum mod. his uerbis:* Pomponius scribit, si propter iudicium adhibitus mensor fraudauerit me in renunciatione: teneri eum, si ob hoc de iudicio minus tuli. Planè si ab iudice adhibitus contra me renunciauerit dolo malo, dubitat an teneri mihi debeat? quod magis admittit.

IIII. *Exceptio: Nisi mensor non fuit, qui fefellit in modo. Hæc exceptio reprobatur l. ult. ibi: nec non illud. ff. eod. tt. cuius uerba uide ĩ. causa 3.*

V. *Exceptio: Nisi in alterius rei quàm agri mensura fefellit. Hæc exceptio reprobatur l.5.§. fin. cum duab. legib. sequentib. ff. eod. tt. cuius uerba uide ĩ. d. causa 3.*

VI. *Exceptio: Nisi actor alia actione, uel ab alio id quod sua interest, consequi possit. Hæc exceptio approbatur d.l.3.§. competit, his uerbis:* Competit hæc actio ei cuius interfuit falsum modum renunciatum non esse: hoc est, uel emptori uel uenditori, cui renūciatio obfuit. Pomponius tamen scribit: Si emptor plus dederit propter renunciationem uenditori (quia cōdicere potest quòd plus dederit) agi cum mensore non posse. Nihil enim emptoris interesse, cum possit cōdicere: nisi soluendo uenditor non fuit. tūc enim mensor tenebitur. Sed si uenditor maiorem modum tradiderit, fraudatus à mensore: consequenter dicit Pomponius, non esse actionem aduersus mensorem, quia est ex uendito actio aduersus emptorem: nisi & hic emptor soluendo non sit. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi is, aduersus quem competit actio, soluendo non sit. quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Nisi soluendo uenditor non fuit. *Item hisce:* Nisi & hic emptor soluendo non sit.

VII. *Exceptio: Nisi semel actum sit. Hæc exceptio approbatur l.3. in prin. ff. si mensor falsum modum, his uerbis:* Si duobus mandauero, & ambo dolose fecerint, aduersus singulos in solidum agi poterit: sed altero conuento, si satisfactum erit, in alterum actionem denegari oportebit. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi cum aduersus alium actū esset, ab eo actori satisfactum non sit, uel minus præstitum. Hæc replicatio approbatur l.5.§. si cum falsus. ff. eod. tt. his uerbis:* Si cum falsus modus renunciatus esset, emptor cum uenditore ex empto egisset: agere poterit & cum mensore. Sed si nihil eius interest, condemnari mensorem non oportet. Quòd si non de toto modo qui deerat, cum uenditore egerit, sed de minore: consequenter scribit Pomponius, de residuo cum mensore agi posse.

IIII. QVIBVS DATVR Actio proposita?

I. *Regula, De eo cuius interest, proponitur l.3.§. competit. ff. si mensor falsum mod. cuius uerba uide ĩ. quæst. prox. except. 6.*

II. *Regula, De hæredibus, proponitur d.l.3.§. penult. his uerbis:* Hanc actionem hæredi similibusq; personis dandam, Pomponius scribit. Sed in hæredem similesq; personas denegandam ait.

V. ADVERSVS QVOS competit?

I. *Regula, De eo cui mandatum est ut metiretur, & eo cui is delegauit, proponitur l.2. ff. d. tt. his uerbis:* Si ego tibi, cum esses mensor, mandauerim ut mensuram agri ageres: & tu Titio id delegaueris, & ille dolo quid in ea re fecerit, tu teneberis: quia dolo malo uersatus es, qui tali homini credidisti.

II. *Regula, De hæredibus proponitur l.3.§. penult. ff. eod. tt. cuius uerba uide ĩ. quæst. prox. reg. 2.*

III. *Regula, De uno ex pluribus, proponitur d.l.3. in prin. cuius uerba uide ĩ. quæst. 3. except. 7.*

VI. QVID VENIAT IN hac actione?

I. *Regula, De eo quod interest, proponitur per ea quæ dicta sunt ĩ. quæst. 3. except. 2.*

II. *Regula: Vnus ex pluribus in solidum tenetur. quæ regula approbatur d.l.3. in prin.*

III. *Regula: Dominus serui nomine noxali actione, non de peculio tenetur. quæ regula approbatur d.l.3.§. fin. his uerbis:* Serui nomine magis noxalem, quàm de peculio cōpetere, Pomponius ait: quamuis ciuilis actio de peculio competat.

VII. QVAMDIV COMpetit?

*Perpetua est actio. quæ regula approbatur l.4. ff. si mensor falsum mod. his uerbis:* Hæc actio perpetua est, quia initium rei non à circūscriptione,

ſcriptione, ſed à ſuſcepto negocio originem accepit.

### VIII. ADFINIA REmedia.

*Regulariter quidem ex cauſis ſuprà propoſitis actio propoſita competit, uerùm eius regulæ exceptio prima hæc uidetur: Niſi merces interuenerit. hoc enim caſu ex locato actio competere uidetur. Sed hæc exceptio reprobatur l. 1. §. ideo autem in fine. ff. menſor falſam mod. cuius uerba uide ſ. quæſt. 1. Secunda exceptio eſt: Niſi ex eo quod menſor renunciationem dolo malo traxerit, agatur, hoc enim caſu de dolo malo actio competit. quæ exceptio approbatur l. 5. in prin. ff. d. tit. his uerbis:* Si menſor oon falſum modum renunciauerit, ſed traxerit renuocistiooem, & ob hoc euenerit, ut uenditor liberetur, qoia adſignaturum ſe modum intra certum diem promiſit: hæc actio locum oon habet, ſed oec utilē dari debere, Pomponius ait. Erit ergo ad actionem de dolo decurrendom. *Tertia exceptio eſt: Niſi emptor uel uenditor propter falſum modum renunciatum plus ſoluerit uel tradiderit. hoc enim caſu uel condictio indebiti, uel ex uendito actio competit. quæ exceptio approbatur l. 3. §. competit. ibi: Pomponius. ff. d. tit. cuius uerba uide ſ. quæſt. 3. except. 6. Hæc de innominatis & quaſi contractibus.*

# DIGESTORVM LIBER QVADRAGESIMVSQVINTVS:

## *DE OBLIGATIONIBVS ET ACTIONIbus ex contractu deſcendentibus, quibus non noſtro, ſed alieno nomine tenemur.*

*Caius Iuriſconſultus l. 1. §. ſed aut proprio. ff. de actionib. & obligat. Aut proprio nomine (inquit) quiſq; obligatur, aut alieno. Cum igitur hactenus dictum ſit de contractibus qui re, uerbis & conſenſu fiunt, item de innominatis & quaſi contractibus: supereſt ut etiam de ijs contractibus diſpiciamus, quibus non noſtro, ſed alieno nomine obligamur. Huius generis obligatio & actio eſt ex ſtipulatu fideiuſſoria, mandati aduerſus eum qui ut credatur mandauit, de conſtituta pecunia, item actio aduerſus eum, in cuius poteſtate eſt is, cum quo contractum eſt: ut actio de peculio, de in rem uerſo, quod iuſſu, exercitoria, inſtitoria & tributoria: quas ſingulas nunc ordine perſequemur.*

### *DE FIDEIVSSORIBVS ET mandatoribus. Cap. I.*

ETSI ex diuerſis cauſis fideiuſſores & mandatores obligantur illi quidem, quia ſtipulanti promiſerint ex ſtipulatu: hi uerò, quia ut crederetur mandauerint ex mandato: tamē cum pleraq; utriuſq; actionis iura communia ſint, & quod de una dicitur, de altera quoq; intelligendum ſit: coniunctim utraq; actio tractabitur.

I. Ratio fideiuſſorū proponitur *l. 1. §. ſed aut proprio. ff. de action. & obligat. his uerbis:* Qui alieno nomine obligatur, fideiuſſor oocatur: & plerunq; ab eo quem proprio nomine obligamus, alios accipimus qui eadē obligarione teneantur: dum curamus ut quod in obligatiooem deduximus, turius nobis debeatur. *Concordat Inſt. de fideiuſſoribus. in princip. his uerbis:* Pro eo qui promittit, ſolent alij obligari, qui fideiuſſores appellaotur: quos homines accipere ſolent, dū curant ut diligentius ſibi cautū ſit.

### II. CAVSA, EX QVA DAtur actio propoſita.

*Si quis pro aliquo fideiuſsit, uel ut alicui crederetur mandauit. Hæc cauſa approbatur l. 32. ibi: & in ſumma. ff. mandati, his uerbis:* Quicunq; contractus tales ſunt, ot eorum nomine fideiuſſor obligari poſſit: & mādati obligationem coofiſtere puto. Neq; multū referre, præſens quis interrogatus fideiubat, an abſeos uel præſens mandet. *Concordat Inſt. de mandato. §. tua tantùm. ibi: & adeò hæc. cuius uerba uide ſ. lib. 43. cap. 12. quæſt. 3. exc. 1. repl. 2. Planè cauſa propoſita plures recipit exceptiones, primùm quidem ex perſona intercedentis deſumptas, deinde ex perſona eius pro quo interceditur, tertiò ex perſona eius apud quem interceditur, quartò ex cauſa in qua, quintò ex tempore quo interceditur, ſextò ex modo & uerbis interceßionis, poſtremò ex conſequentibus interceßionem. de quibus ordine dicetur.*

*I. Exceptio: Niſi is qui obligari non poteſt, nec cōueniri, interceſſerit. Hæc exceptio approbatur l. 3. ff. fideiuſſorib. cuius uerba uide ſ. lib. 6. cap. 7. quæſt. 2. except. 2. repl. 1. Huius exceptionis ſpecies*

sunt exceptiones aliquot proximè sequentes.

II. Exceptio: Nisi mulier intercesserit. Hæc exceptio approbatur Senatusconsulto Velleiano. de quo uide J. cap. 6.

III. Exceptio: Nisi seruus intercesserit. Hæc exceptio approbatur l. 20. ibi: cũ seruus. ff. de fideiussorib. his uerbis: Seruus fideiussionis nomine obligari non potest. Concordat d. l. 3. Concordant item ea quæ proponũtur J. cap. 11. quæst. 3. except. 7.

IIII. Exceptio: Nisi filiusfamiliâs intercesserit. Hæc exceptio reprobatur l. 5. C. quod cum eo qui in aliena potest. his uerbis: Nulla lea prohibet filiosfamiliarũ, si pro alijs maiores uiginti quinq; annis fideiusserũt, actione cõperẽti aduersus eos teneri. Sed si dũtaxat de peculio tecũ agatur: defensionib. si quæ tibi cõpetũt, uteris. Cõcordat l. 3. §. sed si filius ff de peculio. cuius uerba uide J. cap. 11. quæst. 3 exc. 7. repl. 1.

V. Exceptio: Nisi filiusfamiliâs pro patre intercesserit. Et hæc exceptio reprobatur l. 10. §. filiusfamiliâs. ff. de fideiussorib. his uerbis: Filiusfamiliâs ꝓ patre poterit fideiubere, nec erit sine effectu hęc fideiussio: primò quidẽ quòd sui iuris effectus, poterit teneri in id q̃d facere potest: dein quòd & dũ in potestate manet, condẽnari potest. Sed an pater ex hac causa Quod iussu teneatur, uideamus? Et puto ad omnes cõtractus Quod iussu etiã referri. Sed si ignotãte patre ꝓ eo fideiusserit, cessat ista actio: tamẽ quasi in rẽ patris uersum sit, potest agi cum patre. Planè si emãcipatus soluerit: utilis ei actio debebit competere. In potestate etiam manenti eadẽ actio cõpetit, si de peculio castrensi pro patre soluerit. Cõcordat l. 8. C. eod. tt. his uerbis: Filiusfamiliâs qui pro patre, quamuis in uenditione fundi, fideiussit, tenetur.

VI. Exceptio: Nisi legatus Romæ fideiusserit. Hæc exceptio reꝓbatur l. 39. in fine. ff. de iudicijs. cuius uerba uide s̃. li. 5. ca. 2. q̃st. 1. exc. 15. repl. 5. dupl. 2. tripl. 2.

VII. Exceptio: Nisi ꝓ se in ꝓpria obligatione qs fideiubeat. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 21. §. seruo tuo. ff. de fideiussorib. his uerbis: Seruo tuo pecuniã credidi, tu eũ manumisisti, deinde eundẽ fideiussorẽ accepi: siquidẽ in ea obligatione fideiubeat, quę aduersus te intra annũ sit: obligari eũ Africanus ait. Si uerò in naturalẽ suã, potius esse ut nihil agatur. Nõ enim intelligi posse, ut quia fideiubẽdo pro se obligetur. Cõcordat d. l. 21. §. quod si hic, in fine. cuius uerba uide J. quæst. 4. reg. 1. exc. 1. repl. 3. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi seruus manumissus in sua causa, quam in seruitute contraxit, pro quondam domino suo fideiubeat. Hæc replicatio approbatur uerbis iã propositis hisce: Si quidem in ea obligatione fideiubear, &c. Altera replicatio est: Nisi duo rei promittendi inuicem fideiubeant. Hæc replicatio approbatur l. 11. in prin. ff. de duob. reis constit. cuius uerba uide s̃ lib. 18. cap. 12. reg. 2. except. 23.

VIII. Exceptio: Nisi pro eodẽ apud eundẽ intercesserit. Hæc exceptio approbatur l. 72. ibi: uel quia nõ potest, uẽ ibi: quia non possunt. ff. de fideiussorib. cuius uerba uide J. lib. 48. cap 18. reg. 2. except. 8.

IX. Exceptio: Nisi is qui pro uno reo promittẽdi fideiusseras, postea pro altero quoq; eiusdẽ pecuniæ reo intercedat. Hæc exceptio reprobatur l. 21. §. cum tu. ff. de fideiussorib. his uerbis: Cùm tu & Titius eiusdẽ pecuniæ rei essetis: eũ q ꝓ te fideiussit, posse & pro Titio fideiubere, Africanus respõdit: quãuis eandẽ pecuniã eidẽ debiturus sit: non tamen inanẽ eã creditori futurã, nonnullis etiã casibus emolumentũ habiturã: ueluti si ei pro quo antè fideiussisset, hæres existat. tunc enim confusa prima obligatione, posteriorem duraturam.

X. Exceptio: Nisi pro ignorante quis fideiubeat. Hæc exceptio reprobatur l. 30. ff. d. tt. his uerbis: Fideiubere pro alio potest quisque, etiamsi promissor ignoret.

XI. Exceptio: Nisi pro non mandante, neq; ratum habente intercesserit. Et hæc exceptio reprobatur l. 60. §. 1. in fine. ff. mandati. cuius uerba uide J. cap. 4. quæst. 6. reg. 1. except. 1. repl. 2.

XII. Exceptio: Nisi pro pupillo, furioso uel simili, qui obligari nequit, fideiusserit. Hæc exceptio approbatur l. 6. ff. de uerb obligat. his uerbis: Is cui bonis interdictum est, stipulando sibi adquirit: tradere uerò uel promittendo obligari nõ potest. Et ideo nec fideiussor pro eo interuenire poterit, sicuti nec pro furioso. Concordat l. 70. §. si à furioso. ff. de fideiussorib. his uerbis: Si à furioso stipulatus fueris, non posse te fideiussorem accipere certum est: quia non solùm ipsa stipulatio nulla intercessit, sed ne negocium quidem ullum gestum intelligitur. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi pupillus, furiosus, aliusue uel naturaliter saltem sit obligatus. Hæc replicatio approbatur d. §. si à furioso, his uerbis: Quòd si pro reo furioso iure obligato fideiussorem accepero: tenetur fideiussor. Concordat l. 25. ff. de fideiussorib. his uerbis: Marcellus scribit, Si quis pro pupillo sine tutoris authoritate obligato, ꝓdigoue uel furioso fideiusserit: magis esse ut nõn ei subueniatur: quoniã his mãdati actio nõ cõpetat. Huius exẽplũ proponitur l. 2. ff. eod. tt. his uerbis: Et cõmodati & depositi fideiussor accipi potest: & tenetur etiãsi apud seruũ, uel pupillũ depositũ, commodatũue fuerit: sed ita demũ, si aut dolo malo, aut culpa hi fecerũt, ꝓ qb. fideiussũ est. Aliud exemplum proponitur l. 127. in fine. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide s̃. lib. 38 cap. 4. except. 6. repl. 1. Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi nihil dolo uel culpa eius pro quo fideiussum est, factũ sit. quæ duplicatio apꝓbatur uerbis iã propositis hisce: Sed ita demum, si aut

dolo

dolo malo aut culpa hi fecerunt, pro quibus fideiuſſum eſt. *Huius duplicationis triplicatio hæc eſt: Niſi dolo uel culpa fideiuſſoris factum ſit. quæ triplicatio approbatur d.l.127.in fine. Concordat l.88.in fine.ff.de uerb.obligat. cuius uerba uide J.lib.48. cap.19.exc.6.repl.5.Item concordat l.19. ff. de dolo malo . cuius uerba uide ſ. lib. 18. cap.10. reg 3. Altera duplicatio eſt: Niſi res debita poſt moram à naturali debitore factam interierit. quæ duplicatio approbatur d.l.127.*

XIII. Exceptio: *Niſi pro ſeruo fideiuſſerit. Hæc exceptio reprobatur inſt.de fideiuſſorib.§.1.his uerbis*: Pro ſeruo quoq; fideiuſſor obligatur, ſiue extraneus ſit qui fideiuſſorem à ſeruo accipiat, ſiue ipſe dominus in id quod ſibi naturaliter debetur. *Concordat l.2.ff.de fideiuſſorib.cuius uerba uide ſ.except.prox.repl.1. Planè admitti uidetur exceptio propoſita primùm quidem, ſi pro ſeruo apud dominum fideiubeat. Sed hæc diſtinctio reprobatur uerbis iam propoſitis hiſce*: Siue ipſe dominus in id, &c. *Concordat l.56. §.1.ibi: ex diuerſo ergo.ff. eod.tt. cuius uerba uide J. except.16. Item concordat l.70.§.adeò.ff. eod.tt. his uerbis*: Adeò à ſeruo poteſt fideiuſſor accipi, ut ipſe quoq; dominus in id quod ſibi debetur, fideiuſſorem ab eo rectè accipiat: quem fideiuſſorem etiam ab eo ipſo ſeruo interrogari nihil impedit. *Concordat item l.7.§.ſeruus.ff.de dolo malo. cuius uerba uide J. lib.49.cap.3.quæſt.4. cauſſa 24. Deinde admitti uidetur exceptio propoſita, ſi nihil ſit in peculio. Sed & hæc diſtinctio reprobatur l.35 ff. de fideiuſſ. cuius uerba uide J.quæſt.5.reg.1.except.5. Tertiò admitti uidetur, ſi poſtquam dominus de peculio conuentus eſt, pro ſeruo quis fideiubeat. Sed & hæc diſtinctio reprobatur l.50.§.etiã poſtquã ff.de peculio, his uerbis*: Etiã poſtquã dominus de peculio cõuentus eſt, fideiuſſor pro ſeruo accipi poteſt. Et ideo qua ratione, ſi poſt actionẽ dictatam ſeruus pecuniam exoluit, non magis repetere poteſt, quàm ſi iudicium dictatum non fuiſſet: eadem ratione fideiuſſor quoq; utiliter acceptus uidebitur: quia naturalis obligatio, quam etiam ſeruus ſuſcipere uidetur, in litem tranſlata non eſt.

XIIII. Exceptio: *Niſi pro eo cui aqua & igni interdictum eſt, uel pro deportato quis fideiuſſerit. Hæc exceptio approbatur l.47.in prin ff.de fideiuſſor. his uerbis*: Si debitori deportatio irrogata eſt: non poſſe pro eo fideiuſſorem accipi ſcribit Iulianus, quaſi tota obligatio cõtra eum extincta ſit. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi deportatus correũ promittendi habeat, in cuius perſona obligatio ſubſiſtat. Hæc replicatio approbatur l.ult.in fine.ff.de duob.reis cõſtit. his uerbis*: Cùm duo eandem pecuniã deberẽt, ſi unus capitis deminutione exemptus eſt: obligatione alter non liberatur. Multũ enim intereſt, utrũ res ipſa ſoluatur, an perſona liberetur. Cùm perſona liberatur manẽte obligatione: alter durat obligatus. Et ideo ſi aqua & igni interdictum eſt alicui: fideiuſſor poſtea ab eo datus tenetur.

XV. Exceptio: *Niſi pro filio apud patrem, uel pro ſeruo apud dominum intercedat. Hæc exceptio reprobatur l.56 §.1.ff. de fideiuſſorib. cuius uerba uide J.except.prox. Concordant ea quæ propoſita ſunt ſ.except.13.diſtinct.1.*

XVI. Exceptio: *Niſi pro patre apud filiũ, uel pro domino apud ſeruum intercedat. Hæc exceptio approbatur d.§.1. his uerbis*: Si filius à patre, uel ſeruus à domino ſtipuletur: nec fideiuſſor acceptus tenetur: quia non poteſt pro eodem & eidem eſſe obligatus. Ex diuerſo ergo, patre à filio, uel domino à ſeruo ſtipulato, fideiuſſor acceptus tenetur.

XVII. Exceptio: *Niſi adoleſcens luxurioſus pro meretrice intercedat. Hæc exceptio approbatur l.12.§.ſi adoleſcens, in fine.ff. mandati. cuius uerba uide ſ.lib.43.cap.12.quæſt.3.except.5.*

XVIII. Exceptio: *Niſi apud eũ qui ſolutionis tãtùm gratia ſtipulationi adiectus eſt, fideiuſſerit. Hæc exceptio ap pbatur l.23 ff.de fideiuſſorib. his uerbis*: Si mihi aut Titio decẽ ſtipulatus fuerim, Titius fideiuſſorem accipere non poteſt: quia ſolutionis tantùm cauſa adiectus eſt.

XIX. Exceptio, *ſumpta ex genere obligationis pro qua interceditur, reprobatur l.1.ff de fideiuſſorib. his uerbis*: Omni obligationi fideiuſſor accedere poteſt. *Cõcordat l.8.§.1.ff. eod. tt. his uerbis*: Sciendũ eſt, fideiuſſorẽ omni obligationi adhiberi poſſe, ſiue re, ſiue uerbis, ſiue conſenſu. Pro eo etiã qui iure honorario obligatus eſt, poſſe fideiuſſorẽ accipi, ſciendũ eſt. *Concordat d.l.8.§.à tutore, cum ſequentib. his uerbis*: A`tutore qui teſtamento datus eſt, ſi fuerit fideiuſſor datus, tenetur. Sed etſi ex delicto oriatur actio: magis putamus teneri fideiuſſorem. Et generaliter omniũ obligationũ fideiuſſorẽ accipi poſſe, nemini dubium eſt. *Ait Iuriſconſultus*: Sed etſi ex delicto oriatur actio, &c. *Huic concordat l.56.§.fin ff. eod.tt. his uerbis*: Pro furti actione fideiuſſor accipi poteſt. Item pro eo qui in legẽ Aquiliã cõmiſit. Diuerſa cauſa eſt populariũ actionũ. *Concordat l.70.§.id quod uulgo.ff eod.tt. cuius uerba uide J.except.24. Concordat itẽ propoſitæ exceptioni reprobata Inſt. de fideiuſſorib.§.1.his uerbis*: In omnibus obligationib. adſumi poſſunt fideiuſſores: id eſt, ſiue re, ſiue uerbis, ſiue literis, ſiue conſenſu cõtractæ fuerint. At nec illud quidẽ intereſt, utrũ ciuilis, an naturalis ſit obligatio, cui adijcitur fideiuſſor. *Ait Imp.* Siue re. *Huic concordat l.2.ff.de fideiuſſorib. cuius uerba uide ſ.exc.12.repl.1. Ait inſuper*: At nec illud quidem intereſt, utrum ciuilis, an naturalis ſit obligatio, cui adijcitur fideiuſſor. *Huic con-*

*cordat l.6.§.fin.cũ lege ſequẽte.ff.eod.tt. his uerbis:* Adhiberi fideiuſſor tam futuræ quàm præcedenti obligationi poteſt: dũmodo ſit aliqua uel naturalis futura obligatio. Quod enim ſolutũ repeti non poteſt, conueniẽs eſt huiuſmodi naturalis obligationis fideiuſſorẽ accipi poſſe. *Cõcordat l.16.§.fideiuſſor. ff.eod.tt. his uerbis:* Fideiuſſor accipi poteſt, quoties eſt aliqua obligatio ciuilis uel naturalis, cui applicetur. Naturales autẽ obligationes nõ eo ſolo æſtimantur, ſi actio aliqua earũ nomine cõpetit: uerùm etiam cùm ſoluta pecunia repeti nõ poteſt. Nam licet minus propriè debere dicantur naturalis actionis debitores: per abuſionẽ tamẽ intelligi poſſunt debitores: & qui ab his pecuniã recipiunt, debitũ ſibi recepiſſe. *Huius exempla propoſita ſunt s̄.except.12.repl.1. item except.13.item J.except.24.repl.1. Planè admittitur exceptio propoſita, uel ſaltem admitti uidetur in caſibus, de quib. in proximè ſequentibus aliquot exceptionibus ſequitur.*

XX. *Exceptio: Niſi pro populari actione fideiuſſor detur. Hæc exceptio approbatur l.56.§.fin.ff. de fideiuſſorib. cuius uerba uide s̄.except.prox.*

XXI. *Exceptio: Niſi fideiuſſor in ſuam obligationẽ fideiuſſorẽ dederit. Hæc exceptio reprobatur l.8.§.fin.ff.d.tt.his uerbis:* Pro fideiuſſore accipi fideiuſſorẽ, nequaquam dubium eſt.

XXII. *Exceptio: Niſi fideiuſſor pro ſua obligatione fideiuſſorẽ acceperit. Et hæc exceptio reprobatur l.4.in prin.ff.eod.tt.his uerbis:* Poteſt accipi fideiuſſor eius actionis, quam habiturus ſum aduerſus eum, pro quo fideiuſsi, uel mandati uel negociorum geſtorum.

XXIII. *Exceptio: Niſi pro actione de peculio quis intercedat. Et hæc exceptio reprobatur l.12. ff. d.tt.his uerbis:* Eius actionis nomine, quę de peculio aduerſus eum cõpetit, fideiuſſor rectè accipitur. *Concordat l.35.ff.eod.tt. cuius uerba uide J.quæſt.5.reg.1.except.5. Planè admitti uidetur exceptio propoſita, ſi nihil ſit in peculio. Sed et hæc diſtinctio reprobatur l.50.in prin. ibi: ſed fideiuſſorẽ.ff.de peculio, his uerbis:* Fideiuſſorẽ datum eo tempore, quo nihil in peculio eſt, teneri putat Iulianus: quoniam fideiuſſor futuræ quoq; obligationis accipi poſsit: ſi tamen ſic acceptus ſit.

XXIIII. *Exceptio: Niſi pro inutili obligatione, qua nec reus principalis tenetur, quis fideiuſſerit. Hæc exceptio approbatur l.46.ff.de fideiuſſorib.his uerbis:* Cùm lex uenditionibus occurrere uoluit, fideiuſſor quoq; liberatur: eo magis quòd per huiuſmodi actionẽ ad reum peruenitur. *Cõcordat l.16.in prin.ff.eod.tt.cuius uerba uide J.quæſt.prox.reg.2. Huius exemplũ proponitur l.29.ff.eod.tt.his uerbis:* Si ſub impoſſibili conditione ſtipulatus ſim: fideiuſſor adhiberi non poteſt. *Aliud exemplũ proponitur l.1.§.ſi quis ita, in fine. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide s̄.lib.38. cap.4. except.21.in fine. Aliud exemplũ proponitur l.56.in prin.ff.de fideiuſſorib. his uerbis:* Si quis pro eo qui libertus non eſſet, & operas præſtaturum ſe iuraſſet, fideiuſſerit: non tenebitur. *Aliud exemplũ proponitur d.l.56.§.ſi numos, his uerbis:* Si numos alienos quaſi tuos mutuos dederis ſine ſtipulatione: nec fideiuſſorem teneri Pomponius ait. Paulus. Quid ergo ſi conſumptis numis naſcatur condictio? fideiuſſorẽ puto obligatum fore. In omnẽ enim cauſam acceptus uidetur, quæ ex ea numeratione naſci potuit. *Aliud exemplum eſt, ſi inhoneſtum quid in obligationem, pro qua fideiuſſor intercedit, deductum ſit. quod proponitur l.70. §. id quod uulgò.ff.d.tt.his uerbis:* Id quod uulgò dictum eſt, maleficiorum fideiuſſorem accipi non poſſe: non ſic intelligi debet, ut in pœna furti is, cui furtum factum eſt, fideiuſſorem accipere non poſsit (nã pœnas ob maleficia ſolui magna ratio ſuadet) ſed ita potius, ut quis cum alio, cum quo furtum admiſit, in partem quam ex furto ſibi reſtitui deſiderat, fideiuſſorem obligare non poſſit: & qui alieno hortatu ad furtum faciendum prouectus eſt, ne in furti pœnam ab eo qui hortatus eſt, fideiuſſorem accipere poſsit. In quibus caſibus illa ratio impediet fideiuſſorem obligari: quia ſcilicet nulla ratione adhibeatur fideiuſſor, cum flagitioſæ rei ſocietas coita nullã uim habeat. *Simile exemplum proponitur Nouell.c.51. cuius uerba uide s̄.lib.37. cap.4. repl.1. Alia item propoſitæ exceptionis exempla uide s̄.except.12.in prin. Planè propoſitæ exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi reus principalis naturaliter ſaltẽ ſit obligatus. quæ replicatio approbatur exemplis d. except.12. repl.1. item except. 13. propoſitis. item approbatur per ea quæ propoſita ſunt s̄.except.19.§.ait inſuper: At nec illud quidem. Huius replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi quis pro filiofamiliâs mutuam pecuniã contra ſenatuſconſultum Macedonianum accipiente fideiuſſerit. hoc enim caſu, quamuis filius naturaliter ſit obligatus, ſecundum ea quæ propoſita ſunt s̄. lib.36.cap.1.ſpecie 4. tamen fideiuſſor uel mãdator, qui pro filio interceſsit, eadem qua filius exceptione defenditur. quæ duplicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur per ea quæ propoſita ſunt s̄.lib.39. cap. 3.quæſt.2.reg.4. Alias propoſitæ replicationis duplicationes, reprobatas tamen, uide s̄. exc.13. diſtinct.2. cum ſequentibus. Altera propoſitæ exceptionis replicatio eſt: Niſi ex pòſt facto obligatio conualeſcat. Hæc replicatio approbatur exemplo alienæ pecuniæ mutuò datæ, & poſtea conſumptæ, l.16.§. ſi numos. ff.de fideiuſſorib. cuius uerba uide paulo ſuperius ead.except.in prin. Aliud exemplũ proponitur l.50. in prin.ibi: ſed fideiuſſorem.ff.de peculio. cuius uerba uide s̄.except.prox. Tertia replicatio uidetur: Niſi*

reus

reus nolit fideiussorem exceptione uti, sed malit se mandati actione conueniri. Hæc replicatio reprobatur l.15.in prin.ff.d.tt. his uerbis: Si stipulatus essem à me sine causa, & fideiussorẽ dedissem, & nollem eum exceptione uti, sed potius soluere, ut mecum mandati iudicio ageretur: fideiussori etiam me inuito exceptio dari debet. Interest enim eius, pecuniam retinere potius, quàm solutam stipulatori à reo repetere. Concordat l.32.ff. eod.tt. cuius uerba uide J.except.54. Sed & plura de exceptione proposita uide d.except.54.

XXV. Exceptio: Nisi ante contractam obligationẽ quis intercesserit. Hæc exceptio reprobatur inst. de fideiussorib.§.fideiussor, his uerbis: Fideiussor & præcedere obligationẽ, & sequi potest. Concordat l.6.§.fin.ff.eod.tt.cuius uerba uide š.except.19. Concordat item l.35.ff.de iudicijs.cuius uerba uide š.lib.36.cap.14.reg.6. Concordat item l.50. in prin.ibi: sed fideiussorem.ff.de peculio.cuius uerba uide š.except.23.

XXVI. Exceptio: Nisi post contractam obligationem ex interuallo quis intercesserit. Et hæc exceptio reprobatur uerbis inst.d.§.fideiussor, iam propositis hisce: Et sequi potest. Concordat d.l.6. in prin. cuius uerba uide J.except.30.repl.2. Item concordat d.l.6.§.fin.cuius uerba uide š.except.19. Concordat item l.52.§.fideiussores, in fine.ff.de fideiussorib.cuius uerba uide J.except.53.repl.1. Planè admittitur exceptio proposita in mandatore, qui post creditam pecuniam, eam mandet credendam. quæ distinctio approbatur l.12.§.si post creditam.ff.mandati.cuius uerba uide š.lib.43.cap.14.quest.1.except.gener.11.repl.3.

XXVII. Exceptio: Nisi post litem cum alio contestatam fideiusserit quis. Hæc exceptio reprobatur l.8.§.& post.ff.de fideiussoribus, his uerbis: Et post litem contestatam fideiussor accipi potest: quia & ciuilis & naturalis subest obligatio. Et hoc etiam Iulianus admittit, eoq; iure utimur. An ergo cõdemnato reo exceptione uti possit, quæritur? Nam ipso iure non liberatur. Et siquidem iudicati actionis acceptus non est, sed tantùm litis exercitationis: rectissimè dicetur uti eum exceptione posse. si uerò acceptus fuerit etiam totius causæ: cessabit exceptio. Concordat l.50.§.etiam postquam.ff.de peculio.cuius uerba uide š.except.13.distinct.3.

XXVIII. Exceptio: Nisi post mortem rei ante aditam hæreditatem quis fideiusserit. Hæc exceptio reprobatur l.22.ff.de fideiussorib. his uerbis: Mortuo reo promittendi, etiam ante aditam hæreditatem fideiussor accipi potest: quia hæreditas personæ uice fungitur, sicuti municipium, & curia, & societas. Planè admittitur exceptio proposita in filiofamilias mortuo, qui contra senatusconsultum pecuniam mutuam accepit. quæ distinctio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt š.lib.39.cap.1.quest.2.reg.4.except.2.repl.1.

XXIX. Exceptio: Nisi eo tempore intercesserit, quo reus principalis liberatus est, uel exceptionẽ aliquam est nactus. Hæc exceptio approbatur exemplo l.37.ff.de fideiussorib.his uerbis: Si quis postquam transacto tempore liberatus est, fideiussorem dederit, fideiussor nõ tenetur: quoniam fideiussio erroris nulla est. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi reo liberationis exceptionem obijcienti replicatio aliqua obstet. Hæc replicatio approbatur exemplo l.91.§.fin.ff.de uerb.obligat.cuius uerba uide J.lib.48.cap.19.except.7.in prin. Aliud exemplũ proponitur l.18.§.si quis pro reo.ff.de solutionib. cuius uerba uide J.except.54.repl.5. Altera replicatio est: Nisi obligatio rursus resuscitari possit. quæ replicatio approbatur exemplo l.50.in prin.ibi: sed fideiussorem.ff.de peculio.cuius uerba uide š.except.23.

XXX. Exceptio: Nisi aliter ac reus principalis, fideiussor se obligauerit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.8.§.illud.ff.de fideiussorib. his uerbis: Illud commune est in uniuersis, qui pro alijs obligantur: quòd si fuerint in duriorem causam adhibiti, placuerit eos non omnino obligari. In leniorem planè causam accipi possunt. Propter quod in minorem summã rectè fideiussor accipietur. Huius exceptionis exemplum proponitur l.42.ff.eod.tt.his uerbis: Si ita fideiussorẽ accepero, Quòd ego decem credidi, de tua pecunia mille modios tritici fide tua esse iubes? nõ obligatur fideiussor: quia in aliã rẽ, quàm quæ credita est, fideiussor obligari non potest: quia nõ ut æstimatio rerum, quæ mercis numero habentur, in pecunia numerata fieri potest: ita pecunia quoque merce æstimanda est. Aliud exemplum proponitur Inst.eod.tt.§.fideiussores, cuius uerba uide J.repl.prox. Aliud item exemplum proponitur d.l.8.§.si quis Stichum, his uerbis: Si quis Stichum stipulatus, fideiussorem ita acceperit: Stichũ aut decem fide tua esse iubes? non obligari fideiussorem Iulianus ait, quia durior eius fuerit conditio: utputa cum futurum sit, ut mortuo Sticho teneatur. Marcellus autem notat, non ideo tantùm non obligari, quia in duriorem conditionẽ acceptus est. Deniq; pro eo qui decem promiserat, non poterat fideiussor ita accipi, ut decem aut Stichũ promittat: quamuis eo casu nõ sit eius conditio durior. Aliud exemplũ proponitur l.32.in prin.ff.eod.tt.his uerbis: Si Stichũ aut Pamphilum stipulatus essem, utrũ promissor uoluisset: non possum fideiussorem ita accipere, Stichum aut Pamphilum, utrũ fideiussor uellet: quia futurum esset in eius potestate aliũ uelle, quàm reus uoluisset. Aliud exemplum proponitur l.16.§.qui certo.ff.de

*fideiussorib bis uerbis:* Qui certo loco dari promisit: aliquatenus duriore cōditione obligatur, quàm si purè interrogatus fuisset. Nullo enim alio loco, quā in quē promisit, soluere inuito stipulatore potest. Quare si purè reum interrogauero, & fideiussorem cum adiectione loci accepero: nō obligabitur fideiussor. Sed etsi reus Romæ cōstitutus, Capuæ dare ꝑmiserit, fideiussor Ephesi: perinde non obligabitur fideiussor, ac si reus sub conditione promisisset, fideiussor aūt in diem certā, uel purè. *Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi in leuiorē, non duriorem caussam se obligauerit fideiussor. Hæc replicatio approbatur uerbis ī. ead. exc. in prin. propositis hisce:* In leuiorē planè causam accipi possunt. Propter quod in minorē causam rectè fideiussor accipietur. *Concordat l. 34. ff. de fideiussorib. bis uerbis:* Hi qui accessionis loco promittunt, in leuiorē caussam accipi possunt, in deteriorē nō possunt. Ideo si à reo mihi stipulatus sum, à fideiussore mihi aut Titio: meliorē caussā esse fideiussoris, Iulianus putat: quia posit uel Titio soluere. Quòd si à reo mihi aut Titio stipulatus, à fideiussore mihi tantùm interrogem: in deteriorē causam acceptum fideiussorē, Iulianus ait. Quid ergo, si à reo Stichum aut Pamphilum, à fideiussore Stichū interrogem? Vtrū in deteriorē caussam acceptus est sublata electione, an in meliorē? quod & uerū est: quia & mortuo eo liberari potest. *Ait Iurisconsultus:* Ideo si à reo mihi stipulatus sum, à fideiussore mihi aut Titio; &c. *Huic cōcordat l. 16. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide ] quæst. prox. reg. 2. Concordat uē propositæ replicationi Inst. de fideiussorib. §. fideiussores, bis uerbis:* Fideiussores ita obligari nō possunt, ut plus debeāt, quàm debet is pro quo obligāur. Nā eorū obligatio accessio est principalis obligationis, nec plus in accessione potest esse, q̄ in principali rē. At ex diuerso, ut minus debeāt, obligari possunt. Itaq; si reus decē aureos ꝑmiserit, fideiussor in qnq; rectè obligatur. cōtrà uerò obligari nō potest. Itē si ille purè ꝑmiserit, fideiussor sub cōditione promittere potest: cōtrà uerò nō potest. Nō solùm aūt in quātitate, sed etiā in tempore minus aut plus intelligitur. Plus est enim statim aliquid dare, minus est post tempus dare. *Ait imp.* Vt minus debeant, obligari possunt, &c. *Concordat l. 9 ff. eod. tt. bis uerbis:* Fideiussores & in partem rei rectè accipi possunt. *Ait insuper imp.* Item si ille purè promiserit, fideiussor sub conditione promittere potest. *Huic concordat l. 6. in prin. ff. eod. tt bis uerbis:* Stipulatus sum à reo, nec accepi fideiussorem ab eo: postea uolo adijcere fideiussorē. Si adiecero, fideiussor obligatur: & parui refert, utrum purè fideiussorem obligem, an ex die, an sub conditione. *Item concordat l. 8. §. item accepto. ff. eod. tt. bis uerbis:* Accepto reo purè, ipse fideiussor ex die uel sub conditione accipi potest. Enimuerò si reus sub cōditione sit acceptus: fideiussor purè nō obligabitur. *Aliud propositæ replicationis exēplum proponitur d. l. 8. §. idem Iulianus, bis uerbis:* Iulianus ait, Si is qui hominem aut decem dare stipulatus fuerat, fideiussorem ita acceperit: Hominem aut decem, utrum ego uelim? nō obligauit eum: quia durior eius conditio facta est. Contrà autem, is qui hominem aut decem, utrum ipse stipulator uellet, stipulatus est: rectè fideiussorē ita accipiet, Decē aut hominē, utrum tu uoles. fit enim (inquit) hoc modo fideiussoris cōditio melior. *Aliud exemplum proponitur d. l. 8. §. penult. bis uerbis:* Sed etsi reum sic interrogauero: Stichū & Pamphilū dare spōdes? fideiussorē, Stichū aut Pamphilū? rectè interrogem: quia leuior fideiussoris cōditio est. *Aliud exemplū proponitur l. 70. §. si reo. ff. eod. tt. bis uerbis:* Si reo in fundum obligato fideiussor in usumfructū accipiatur: quæsitum est, utrū obligetur fideiussor, quasi in minus: an nō obligetur, quasi in aliud? nobis in eo uidetur dubitatio esse, ususfructus pars rei sit, an ꝓpriū qd dā? Sed cū ususfructus fundi ius est: inciuile est, fideiussorē ex sua ꝑmissione nō teneri. *Aliud exēplū proponitur d. l. 70. in prin. bis uerbis:* Si à reo sub conditione fuero stipulatus: potero fideiussorē in hanc & in aliam cōditionē obligare: si modò eas coniungam. nisi enim utraq; extiterit, non tenebitur: cum reus ex una conditione teneatur. Quòd si eas disiungam: durior fit cōditio fideiussoris, nec ob id obligabitur. Quippe siue communis utriusq; conditio extiterit, siue alterutra: uidetur adprehēdi: cum reus nō aliter teneatur, quàm si cōmunis extiterit. Aut igitur nullo modo tenebitur fideiussor: aut (qđ magis est) ita tenebitur, si prius extiterit cōmunis. *Huius replicationis duplicatio est: Nisi in aliam rem se obligauerit fideiussor. hoc enim casu, quamuis non sit durior eius conditio, tamen non obligatur. quæ duplicatio approbatur exemplo l. 8. §. si quis Stichum. ff. de fideiussorib. cuius uerba uide ī. ead. except. in prin. Concordat l. 42. ff. eod. tt. cuius uerba uide itidem ī. ead. except. in prin. Item concordat l 38. in prin ff. eod. tt. cuius uerba uide ibidem. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi cùm reus in diem uel sub conditione obligatus esset, & fideiussor in alium diem, uel sub alia cōditione se obligasset: dies uel conditio rei principalis prior extiterit. hoc enim casu, postea existente die uel conditione in persona fideiussoris: eius obligatio conualescit.*

Quæ

*Quæ replicatio approbatur uerbis d. l. 70. in prin. iam propositis hisce:* Aut (quod magis est) ita tenebitur, si prius extiterit communis. *Concordat d. l. 70. §. 1. bis uerbis:* Sub diuersis quoque conditionibus si fuerint interrogati, interest utra earum prior extiterit. Si reo iniuncta, tenebitur etiam fideiussor, cum conditio eius extiterit: tanquam si statim ab initio reus purè, fideiussor sub conditione acceptus esset. Ex diuerso autem, si fideiussoria conditio prior extiterit, nõ tenetur: perinde ac si statim ab initio purè acceptus esset, reo sub cõditiõe obligato. *Cõcordat itẽ l. 16. §. stipulatione. ff. eod. tt. bis uerbis:* Stipulatione in diem cõcepta, fideiussor si sub conditione acceptus fuerit, ius eius in pendenti erit: et si ante diẽ cõditio impleta fuerit, nõ obligetur: si cõcurrerit dies & conditio, uel etiam diem conditio secuta fuerit: obligetur. *Tertia replicatio est, Quòd quamuis in maiorem quantitatem fideiussor se obligauerit, in eam tamen quantitatem sit obligatus, qua reus. Quæ replicatio approbatur l. 22. C. de fideiussorib. bis uerbis:* Si ultra hoc quod accepit ea pro qua te mandatorio nomine intercessisse commemoras, daturum te scripsisti: præses prouinciæ ex hoc quod ultra mandatum tuum numeratum est, à te nihil exigi patietur. *Concordat l. 33. in fine. ff. mãdati. cuius uerba uide ȷ. cap. 4. quæst. 4. reg. 2. except. 1. Quarta replicatio est: Nisi alijs uerbis, eadem tamen re manente, fideiussor se obligauit. Hæc replicatio approbatur per ea quæ proponuntur ȷ except. prox.*

XXXI. Exceptio, *sumpta ex uerbis quibus fideiussor se obligauit, reprobatur l. 8. in prin. ff. de fideiussorib. bis uerbis:* Græcè etiam fideiussor ita accipitur, τῇ ἐμῇ πίστει κελεύω ἐγώ. Sed & si dixerit θέλω, siue βούλομαι, sed & φημὶ pro eo erit, ac si dixerit, λέγω. *Cõcordat ijsdem uerbis Inst. eod. tt. §. Græcè. Concordat l. 12. C. eod. tt. cuius uerba uide ȿ. lib. 38. cap. 4. exc. 21.*

XXXII. Exceptio: *Nisi sine stipulatione quis pro aliquo intercesserit. Hæc exceptio approbatur quidem in fideiussore, in mandatore autẽ reprobatur, l. 32. ibi: & in summa. ff. mandati. cuius uerba uide ȿ. ead. quæst. in prin.*

XXXIII. Exceptio: *Nisi fideiussor alienũ factum promiserit, hoc est, reum principalẽ daturũ uel facturũ. Hæc exceptio approbatur l. 65. ff. de fideiussorib. cuius uerba uide ȿ. li. 37. cap. 3. exc. 24. in prin.*

XXXIIII. Exceptio: *Nisi non intercedendi animo, sed uel ut testis, uel ut proxeneta quid fecit. Hæc exceptio approbatur primùm quidem in teste, l. 6. C. de fideiussorib. bis uerbis:* Si pater tuus pro Cornelio, cum pecuniam mutuã acciperet, se non obligauit: frustrà tu ex eo quòd tabulas obligationis ut testis adsignauit, conueniris. *Deinde approbatur in proxeneta l. 2. ff. de proxeneteis, bis uerbis:* Si proxeneta interuenerit faciẽdi nominis gratia (ut multi solent) uideamus, an possit quasi mandator teneri? & non puto teneri: quia hic monstrat magis nomen, quàm mandat, tametsi laudat nomen. Idem dico, etsi aliquid philãthropij nomine acceperit: nec ex locato & conducto erit actio. Planè si dolo & calliditate creditorem circumuenerit, de dolo actione tenebitur.

XXXV. Exceptio: *Nisi nulli specialiter, sed generaliter credendum mandauit. Hæc exceptio approbatur l. 46. §. fin. ff mandati. cuius uerba uide ȿ. lib. 43. cap. 12. quæst. 3. except. 1. repl. 4.*

XXXVI. Exceptio: *Nisi non mandante debitore pro eo intercessit. Hæc exceptio reprobatur per ea quæ proposita sunt ȿ. except. 10 & 11.*

XXXVII. Exceptio: *Nisi pro eo intercessit, qui satisdare non tenebatur. Hæc exceptio reprobatur exemplo l. 8. §. à tutore. ff. de fideiussorib. cuius uerba uide ȿ except. 19. in prin.*

XXXVIII. Exceptio: *Nisi etiam pignus in eandem obligationem sit acceptũ. Hæc exceptio reprobatur l. 51. §. creditor. ff. d. tt. cuius uerba uide ȿ. lib. 40. cap. 7. quæst. 5. reg. 1. Concordat l. 56. in prin. ff. mandati, bis uerbis:* Qui mutuam pecuniam dari mandauit, omisso reo promittendi & pignoribus non distractis eligi poterit. quod uti liceat, si literis exprimatur: distractis quoq; pignoribus ad eũ creditor redire poterit. Etenim quæ dubitationis tollendæ causa contractibus inseruntur, ius commune non lædunt. *Concordat item l. 2. C. de fideiussorib. bis uerbis:* Creditori qui pro eodẽ debito pignora & fideiussorem accepit, licet (si malit) fideiussorem cõuenire in eam pecuniã, in quam se obligauerit. Quod cum facit, debet ius pignorum in eum transferre. Sed cum in aliam quoq; causam eadẽ pignora uel hypothecas habet obligatas, non prius cõpellẽdus est trãsferre pignora, quàm omne debitum exoluatur. *Cõcordat item l. 17. C. eod. tt. bis uerbis:* Omissis quoq; pignoribus fideiussorem à creditoribus utiliter conueniri, nisi in id quod ex ijs refici non potuerit, acceptus sit: explorati iuris est. *Concordat item l. 8. C. mandati, his uerbis:* Si tibi pupillorum pater, ut pecuniam in rem suam seruis eius crederes, mandauit, & in hanc rem æquè ipso præcipiente pignora sunt obligata: & mãdati actione pupillos post mortem patris conuenire, & exequi ius obligationis pignorum poteris, si in solutione cessabitur. *Planè admittitur exceptio proposita, si ita fideiusserit quis, ut non sufficientibus pignoribus ipse teneatur. tunc enim ante pignoris uenditionem fideiussor conueniri non*

potest. Quæ distinctio approbatur uerbis d.l.17.iā propositus bisre: Nisi in id quod ex ijs refici non potuerit, acceptus sit. Concordat l.63. ff.de fideiussorib.his uerbis: Inter creditorē & debitorem pactum intercesserat, ut si centum quæ mutua dederat, ubi primùm petita fuissent, non soluerentur: ornamenta pignori data intra certum tempus liceret ei uendere, & si quo minoris uenissent, q̄ quod sortis uel usurarum nomine deberetur, id creditori redderetur: & fideiussor acceptus est. Quæsitum est, an fideiussor in uniuersam obligari summā potuerit? Scæuola respōdit, secundum ea quæ proponerentur, teneri fideiussorē in id quod minus ex pignoribus uenditis redactum esset. Huius distinctionis replicatio hæc est: Nisi pignus perierit. tunc enim fideiussor etiam non uendito pignore tenetur in solidum. Quæ replicatio approbatur l.52. in prin. ff. de fideiussorib. his uerbis: Amissa ruina pignoris damnū tam fideiussoris, quàm rei ꝓmittēdi periculū spectat: nec ad rem ꝑtinebit, si fideiussor ita sit acceptus: Quanto minus ex precio pignoris distracti seruari potest. Istis enim uerbis etiam totum cōuenit contineri. Plura de exceptione proposita uide J.cap.1.quæst.10.reg.1.

XXXIX.Exceptio: Nisi hypothecaria actione sit actum. Hæc exceptio reprobatur l.9.C.de fideiussorib. his uerbis: Etiamsi de iure obligationis pignorum actum fuerit, fideiussoribus liberatio non contingit. Plura de hac exceptione uide d.reg.1.except.1.

XL.Exceptio: Nisi pignora distracta sint. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit per ea quæ proposita sunt in Cōment.liberat.cap.24.in prin. Eius autem replicatio prima hæc est: Nisi preciū pignoris debito soluendo nō sufficiat. Quæ replicatio approbatur l.25.C.de fideiussorib.his uerbis: Pignoribus datis à reo principali, distractis: nec post longi temporis interuallū residuum à fideiussore creditor petere ꝓhibetur. Cōcordat l.56.in prin.ibi: distractis quoq;. ff.mandati. cuius uerba uide 5 exc.18.in prin. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi pluris uendi pignus potuit. Quæ duplicatio approbatur l.18.C.de fideiussorib.his uerbis: Si(ut proponis) fundum ob debitū obligatū non iusto precio uendidisti, residuam quātitatē quam ex precio eiusdē seruare potuisses, refundi tibi à fideiussore nō iure reposcis. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi pignus distractū emptori sit euictū. Hæc replicatio approbatur, simul & distinguitur l.59.§.creditor. ff. mandati, his uerbis: Creditor pignus uendidit. quæro, an si euicta sit possessio emptori, regressū creditor ad mandatorē habere possit? & an intersit creditoris iure uendiderit, an cōmuni iure promiserit? Paulus respondit, si creditor ex precio pignorū debitum consecutus non sit: mandatorem liberatū non uideri. Ex hoc responso apparet, & si euictionis nomine non teneatur, proficere eam rem ad liberationem.

XLI.Exceptio: Nisi creditor monente fideiussore, debitorem conuenire uel pignus distrahere noluit. Hæc exceptio reprobatur l.62.ff.de fideiussorib.his uerbis: Si fideiussor creditori denūciauerit, ut debitorem ad soluendam pecuniam compelleret, uel ut pignus distraheret, isq; cessauerit: an possit eum fideiussor doli mali exceptione submouere? Scæuola respondit, non posse. Concordant ea quæ proponuntur J.cap.1.quæst.10.reg.1. Planè iure nouo exceptio proposita approbatur, de quo J. d.reg.1.in fine.

XLII.Exceptio: Nisi nulla scriptura interueniente fideiusserit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.27.C.de fideiussorib.his uerbis: Si fideiussor nullā quidem cautionē faciat, ostendens se fideiussorē extitisse, præsentibus autē tabularijs hoc cōfessus est, qđ in fide sua eum susceperit: dubitabatur à Palæstina aduocatione, utrū'ne post duos mēses liberatur, quasi sine scriptis fideiussione facta, secundū generalia edicta sublimissimæ prætorianæ sedis: an utpote scriptura interueniēte teneatur? Et diuisio alia introducebatur, si idē iuris esse debeat tam in publicis caussis, quàm in priuatis? Sancimus itaq;, nisi cōfessio literis exposita fuerit à fideiussoribus, & ex repræsentatione ꝑsonarū: licet attestatio super hoc ꝓcesserit, attamen adhuc sine scriptis esse fideiussionē uidelicet in caussis priuatis existimari, & duobus mēsib. effluētib. ab huiusmodi nexu fideiussores liberari: nisi in tēpus certū data est fideiussio. tunc enim in tātum eā extēdi, in quātū attestatio fuerit expressa. Sin autē publica caussa interuenerit, tunc omnimodo attestationem pro scriptura haberi. Multis etenim priuilegijs propter publicas necessitates publico iuri præstitis, non ab re est & non huiusmodi prærogatiuam ei condonare.

XLIII.Exceptio: Nisi tēpus ad quod se fideiussor obligauit, sit finitū. Hæc exceptio reprobatur l.59.§.penult. ff.mandati, his uerbis: Ille illi salutem. Mando tibi ut Blæsio Seuero adfini meo octoginta credas sub pignore illo, in quam pecuniam, & quidquid usurarum nomine accesserit, indemnem rationem tuam me esse ex caussa mandati in eum diem, quoad uixerit Blæsius Seuerus, præstaturum. Postea sæpe conuentus mandator non respondit. Quæro, an morte debitoris liberatus sit? Paulus respōdit, mādati obligationē perpetuā esse,

licet

licet in mandato adiectum uideatur: Indemnem rationem tuam esse, me ex causa mandati in eum diem, quoad uixerit Blæsius Seuerus, præstaturum. Paulus respondit, non uideri mandati conditioni paritum, cùm mandato adiectũ sit, ut idonea cautio à debitore exigeretur: si neq; fideiussor, neq; pignora accepta sint.

XLIIII. *Exceptio: Nisi conditio fideiußionis ante diem uel cõditionem principalis obligationis extiterit. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt* s̄. *except.30.repl.2.*

XLV. *Exceptio: Nisi cùm sub hac cõditione, Si reus nõ soluerit, fideiußisset: reus nõ sit interpellatus. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.16.§ fin.ff.de fideiussorib.bis uerbis:* Cùm fideiussor hoc modo acceptus esset, Si reus quadraginta quę ei credidi, non soluerit, fide tua esse iubes? uerisimile est id esse actum, ut cum appellatus reus non soluisset, fideiussor teneretur. Sed etsi reus antequam appellaretur, decessisset, fideiussor obligatus erit, quasi hoc quoq; casu uerum esset reum non soluisse. *Plura de hac exceptione uide* j. *cap.3.quest.10.reg.1.except.3.*

XLVI. *Exceptio: Nisi cùm sub cõditione aut modo quis fideiußisset, conditio uel modus defecerit. Hæc exceptio approbatur l.7.C.de fideiussorib.bis uerbis:* Si creditor conditioni mandato adscriptæ, cum pecuniam mutuam daret, in accipiendis hypothecis non paruit: frustrà te iudicio mandati conuenit, quando non aliter te obligasse intelligeris, quàm si pignoribus cõtraheretur obligatio. *Concordat l.59.§.fin.ff.mandati.cuius uerba uide* s̄. *exception.43.*

XLVII. *Exceptio: Nisi cùm in id quod à curatore seruari non posset, pro eo quis fideiußisset, finita cura curator soluendo exiterit: & cessante creditore, apud quem fideiussum erat, curator soluendo esse desierit. Hæc exceptio approbatur l.41.in prin.ff.de fideiussorib.bis uerbis:* Si fideiussores in id accepti sunt, quod à curatore seruari non possit: & post impletam legitimam ætatẽ tam ab ipso curatore, quàm ab hæredibus eius solidum seruari potuerit: & cessante eo qui pupillus fuit, soluendo esse desierit: non temerè utilem in fideiussores actionem competere.

XLVIII. *Exceptio: Nisi cùm quis fideiußisset in id quanti stipulator opus postea locasset, stipulator postea ipse opus fecerit. Hæc exceptio approbatur l.44.ff.de fideiussorib.bis uerbis:* Stipulatus es opus arbitratu tuo ante certã diem fieri, quod si effectum non esset, quanti ut efficeretur opus locasses, tanti fideiussores accepisti. Et quia opus effectum non erat, alij locasti: & cum posterior conductor satis non daret, ipse opus fecisti, quæro, an fideiussor teneatur? Iabolenus respondit, Secundum ea uerba stipulationis quæ à te ꝓposita sunt, fideiussores nõ tenentur. Non enim id fecisti, quod in stipulatione conuenerat: id est, opus alij nõ locasti, tametsi postea locasti. Ea enim locatio, quam secutus non es, perinde est ac si interposita non esset, & si statim tu opus facere cœpisses.

XLIX. *Exceptio: Nisi fideiussor debitori, uel cõtrà debitor fideiussori, uel fideiussor creditori, aut contrà, hæres extiterit. De hac exceptione uide Cõment.de liberationib.cap.20.*

L. *Exceptio: Nisi cum reo principali uel uno ex fideiussoribus uel mãdatoribus actũ sit. Hæc exceptio reprobatur l.52.§.fin.ff.de fideiussorib. bis uerbis:* Plures eiusdẽ pecuniæ credendæ mãdatores, si unus in iudicio eligatur, absolutione quoq; secuta, non liberãtur: sed pecunia soluta omnes liberantur. *Concordat l.23.C.eod.tit.bis uerbis:* Reos principales uel mandatores simpliciter acceptos eligere, uel pro parte conuenire, uel satis non faciente, contra quẽ egeras, primo: post illũ ad aliũ reuerti (cum nullus de ijs electione liberetur) licet. *Concordat item l.28.C.eod. tit.cuius uerba uide* s̄. *lib.48.cap.17.reg.1 except.6. repl.3. Concordant item ea quæ proponuntur* j. *cap.1.quest.10.reg 1.except.1.*

LI. *Exceptio: Nisi creditor fideiussori actionibus suis non cesserit. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proponuntur* j. *cap.3 quest.9.*

LII. *Exceptio: Nisi hæres qui à debitoribus hæreditarijs fideiussorẽ accepit, hæreditatem alij restituit. Hæc exceptio reprobatur l.21.in prin.ff.de fideiussorib.bis uerbis:* Hæres à debitore hæreditario fideiussorem accepit, deinde hæreditatẽ ex Trebelliano restituit: fideiussoris obligationẽ in suo statu manere, Africanus ait. Ideóq; in hac caussa seruandũ, quod seruaretur cum hæres, contra quem emancipatus filius bonorũ possessionem acceperit, fideiussorem accepit. Ideoq; in utraq; specie transeunt actiones.

LIII. *Exceptio: Nisi ex alia causa agatur, quàm in qua intercessio facta est. Hæc exceptio approbatur exẽplo l.2.§.fin.ff.de custodia & exhibit.reorũ.cuius uerba uide* s̄. *lib.3.cap.6.actu 5 reg.1. Aliud exẽplũ proponitur l.54.ff.de fideiussorib. cuius uerba uide* s̄. *lib.40.cap.10.quest.1.causa 2. Aliud etiã exẽplũ ꝓponitur l.49.§.si stipulatus.ff.de uerb.obligat.cuius uerba uide* s̄. *lib.38.cap.6.quest.1. exc.1. in prin. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi causa ex qua agitur, ex ea obligatione, pro qua intercessio facta est, nata sit. Hæc replicatio approbatur l.56.§.si numos.ff.de fideiussorib.bis uerbis:* In omnem causam acceptus uidetur, quę ex ea numeratione nasci potuit. *Huius exemplũ uide d.§.si numos. cuius uerba uide* s̄. *except.24. in prin.*

in prin. Aliud exemplum proponitur l.52.§.fideiussores.ff.eod.tt.his uerbis: Fideiussores à colonis datos etiam ob pecuniam dotis prædiorum teneri cōuenit, cùm ea quoq; species locationis uinculum ad se trahat: nec mutat, confestim, an interiecto tempore fidem suam adstrinxerint.

LIIII. Exceptio: Nisi reus liberatus sit, uel exceptione aliqua se tueri poßit. Hæc exceptio approbatur l.32.ff.de fideiussorib.his uerbis: Ex plona rei (& quidē inuito reo) exceptio & cætera rei cōmoda fideiussori cæterisq; accessionibus cōpetere possunt. Cōcordat l.46.ff.eod.tt.cuius uerba cū plurib.cōcordantib.uide s̄.except.24. Cōcordat item l.38.§.fin.ff de solutionib.cuius uerba uide j.quæst.4.reg.1.exc.1.repl.2. Sed & eius aliquot species proponūtur j. exceptionibus proximis. Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi reus naturaliter maneat obligatus. Quæ replicatio approbatur l.60.ff.de fideiussoribus, his uerbis: Vbicūq; reus ita liberatur à creditore, ut natura debitū maneat: teneri fideiussorē, Scæuola respondit. Cùm uerò genere nouationis obligatio transeat, fideiussorē aut iure, aut exceptione liberandum. Plura de hac replicatione uide s̄.d.exc.24.repl.1. Altera replicatio est: Nisi debitor exceptionem aliquā nactus sit, quæ personā eius nō egreditur. Hæc replicatio approbatur exēplo pacti l.21.§.fin.cū lege sequente. ff.de pactis. cuius uerba uide s̄.lib.17.cap.6.reg.1.exc.1. Aliud exemplum uide j.repl.prox. Planè huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi fideiussor reo hæres extiterit. tūc enim quoad obligationē fideiussoriā, exceptio personalis fideiussori incipit prodesse. Quæ duplicatio approbatur l.95.§.quod uulgò.ibi: & è contrario.ff.de solutionib.cuius uerba uide j.lib.48.cap.18.reg.5.exc.3. Tertia replicatio est: Nisi per capitis deminutionem reus sit liberatus. Hæc replicatio approbatur l.20.C.de fideiussorib.his uerbis: Sentētia bonorū omniū adēptionē cōtinēte, rei dānati principalis intercessores eligēdi creditori potestas nō adimitur. Cōcordat l.1.in fine. C.eod.tt. cuius uerba uide j.lib.48.cap.21.quæst.1.exc.4. Cōcordat item l.53.ff.de fideiussorib.his uerbis: Capitis postulati fideiussores ex cōtractu citra ullā præscriptionē à creditore qui reū postulauerat, rectè cōueniuntur. Quarta replicatio est: Nisi cessionis bonorū exceptione reus defendatur. hæc enim exceptio fideiussorib.nō datur. Quæ replicatio approbatur per ea quæ proponuntur in Cōment.liberat.cap.22.exc.8. Quinta replicatio est: Nisi cùm quis p reo iam reuerso fideiußisset, annus postea in integrū restitutionis præterierit. hoc enim casu quāuis liberetur reus, fideiussor tamē manet obligatus. Quæ replicatio approbatur l.18.§.si quis pro.ff.de solutionib.his uerbis: Si quis p reo reuerso fideiusserit, &c. Sexta replicatio est: Nisi reus in pristinā obligationē reciderit. Hæc replicatio reprobatur exēplo l.7.C.de locato & cōducto. cuius uerba uide s̄.lib.43.cap.2.quæst.3.reg.1.exc.3. Aliud exemplū proponitur l.ult.ff.de pactis. cuius uerba uide s̄.lib.37.cap.6.exc.10.repl.5. Plures ppositæ exceptiōis replicationes uide s̄.exc.24.

LV. Exceptio: Nisi debitū solutū sit, uel oblatū. Hæc exceptio approbatur l.52.§.fin.ff.de fideiussorib.cuius uerba uide s̄.exc.50. Concordat l.15 in fine.C.eod.tt.his uerbis: Nō est dubiū, fideiussorē rei pmittēdi bonis ad fiscū deuolutis, si idē fiscus ob debitū restituendū fuerit cōuentus, & soluerit: liberari. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi alio loco fideiussor debitū offerat, quàm quo promiserat reus. Hæc replicatio approbatur l.61.ff.de fideiussorib.cuius uerba uide s̄.lib.38.cap.13.quæst.4.reg.1. Altera replicatio est: Nisi id quod solutū est, per condictionē indebiti repeti poßit. Hæc replicatio approbatur l.49.§.1.ff.de fideiussorib.his uerbis: Ex duobus fideiussoris hæredibus, si per errorē alter solidū exoluat: quidā putant eum habere cōdictionē, & ideo manere obligatū cohæredem. Condictione quoq; cessante, durare obligationē cohæredis probatur: ppterea quòd creditor qui dum se putat obligatum, partē ei qui totum dedit, exoluit: nullam habeat cōdictionem. Plures propositæ exceptionis replicationes uide in Comment. liberationum.

LVI. Exceptio: Nisi res in obligationem deducta interierit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur in Comment.liberat.cap.21.

LVII. Exceptio: Nisi de causa transactum sit. Hæc exceptio approbatur l.68.§.fin. ff.de fideiussorib.his uerbis: Non possunt cōueniri fideiussores, liberato reo transactione.

LVIII. Exceptio: Nisi nouatio principalis obligationis sit facta. Hæc exceptio approbatur l.4.C.de fideiussorib.his uerbis: Nouatione legitimè perfecta debiti in aliū translati: prioris contractus fideiussores uel mandatores liberatos nō ambigitur, si modò in sequenti se non obligauerunt. Concordat l.60.in fine. ff.eod.tt. cuius uerba uide s̄.except.54.replicat.1.

LIX. Exceptio: Nisi reo principali liberatio in testamento creditoris sit legata. Hæc exceptio approbatur l.49.in prin.ff.d.tt.his uerbis: Si testamento liberatum debitorē hæres omittat, fideiussorē autem eius conueniat: proderit exceptio doli fideiussori ppter improbitatē hæredis, quæ prodesse reo debuerat, si conueniretur.

LX. Exceptio: Nisi creditor debitori, uel contrà debitor creditori hæres extiterit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur in Comment. liberat.cap.20.specie 1 & 2.

LXI. Exceptio: Nisi creditor debitoris hæreditatem possedit, & quantum ei debetur, ex ea percepit.

*cepit.* *Hæc exceptio reprobatur l.59.§. ſi creditor. ff. de ſolutionib. his uerbis:* Si creditor debitoris hæreditatem ad ſe non pertinētem poſſedit, & tantum ad eum peruenit, quātum ſi quilibet alius bonorū poſſeſſor ei ſolueret, liberari et hæredē: non poteſt dici fideiuſſores liberari. non enim ipſum ſibi ſoluiſſe pecuniā credendum eſt, à quo hęreditas euincitur. *Concordat l.21.§. quòd ſi idem. ibi: quòd ſi poſſeßio. ff. de fideiuſſorib. cuius uerba uide alibi.*

L X I I. *Exceptio: Niſi reus principalis fideiuſſori non ſoluat. Hæc exceptio reprobatur l.5.C.de nouationib. his uerbis:* Si pater tuus cui re ſucceſsiſſe proponis, creditori pro Alexādro ſuſcepto nomine certam pecuniam ſtipulanti ſpopondit: licet per improbitatem Alexander ei ſatis non fecit, tamen ſummæ pmiſſę nimis impbè ſolutio negatur.

L X I I I. *Exceptio: Niſi eám quis pro ſeruo apud dominum pro libertate paciſcente intercesſiſſet, ita ut manumiſſus in ſe obligationem reciperet: dominus poſtea non patiatur in manumiſſum obligationem transferri. Hæc exceptio approbatur l.7.§.ſeruus. ff.de dolo malo. cuius uerba uide ſ.lib 49. cap.3. quæſt.4. cauſſa 24. Hæc de exceptionibus aduerſus duplicem actionem propoſitam.*

III. QVIBVS COMPETIT actio propoſita uel mandati, uel ex ſtipulatu?

I. *Regula: Si fideiuſſor à duobus reis ſtipulandi interrogatus, uni promiſerit: ei ſoli competit actio. Quæ regula approbatur l.6.§.duobus, in fine. ff. de duob. reis conſtit. his uerbis:* Duobus reis conſtitutis, quin liberum ſit ſtipulatori uel ab utroq; uel ab altero duntaxat fideiuſſorē accipere, non dubito. Sed ſi à duobus reis ſtipulandi interrogatus reſpondiſſet, uni ſe ſpondere: ei ſoli tenetur.

I I. *Regula: Si cùm reus principalis uni promiſiſſet, fideiuſſor illi aut illi ſe daturum reſpondiſſet: ſoli ei cui reus tenetur, aduerſus fideiuſſorem datur actio. Quæ regula approbatur l.16.in prin.ff.de fideiuſſorib. his uerbis:* Fideiuſſor obligari nō poteſt ei apud quem reus promittēdi obligatus non eſt. Quare ſi ſeruus communis Titij & Sempronij nominatim Titio dari ſtipulatus fuerit, & fideiuſſorē ita interrogauerit: Titio aut Sēpronio id dare ſpondes? Titius quidē petere à fideiuſſore poterit, Sēpronij uerò pſona in hoc ſolùm interpoſita uidebit', ut ſolui ei ante litē cōteſtatā & ignorāte uel inuito Titio poſsit.

I I I. *Regula. De eo cui hæres qui fideiuſſorem accepit, hæreditatem reſtituit, proponitur l. 21. in prin. ff. de fideiuſſoribus. cuius uerba uide ſ. quæſt. prox. except. 52.*

I I I I. *Regula: Si conductor rem alij locauerit, & fideiuſſorem ab eo acceperit: hic fideiuſſor priori locatori non tenetur. Quæ regula approbatur l. 53. ff. locati. cuius uerba uide ſ. lib. 43. cap. 2. quæſt. 3. reg. 1. except 4.*

IIII. ADVERSVS QVOS COMpetit actio propoſita?

I. *Regula, De hæredibus fideiuſſoris uel mandatoris, pponitur Inſt. de fideiuſſorib. §. fideiuſſor, his uerbis:* Fideiuſſor non tantùm ipſe obligatur, ſed etiam hæredē relinquit obligatum. *Concordat l.4. in fine. ff. eod. tit. his uerbis:* Fideiuſſor & ipſe obligatur, & ſuū hęredem obligatum relinquit, cum rei locū obtineat. *Concordat item l.8. C. mandati. cuius uerba uide ſ. quæſt. 2. except. 18. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi debitor fideiuſſori hæres extiterit: hoc enim caſu fideiuſſoria obligatio extinguitur. Quæ exceptio approbatur l.93.§.fin. in fine. ff. de ſolutionib. his uerbis:* Quid ſi fideiuſſor reum hæredē ſcripſerit? confundetur obligatio ſecundum Sabini ſententiā, licet Proculus diſſentiat. *Concordat l.14. ff. de fideiuſſorib. his uerbis:* Cùm reus promittendi fideiuſſori ſuo hæres extitit, obligatio fideiuſſoria perimitur. Quid ergo eſt? Si tāquam à reo debitū petatur, & ſi exceptione fideiuſſori competente uſus fuerit: in factum replicatio dari debebit, aut doli mali proderit. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt, Quòd quamuis hæres fideiuſſoris hoc caſu fideiuſſoria actione conueniri non poßit, tamen tanquam reus principalis poßit. Quæ replicatio approbatur uerbis d. l.14. iam propoſitis hiſce:* Quid ergo eſt? Si tanquam à reo debitum petatur, &c. *Altera replicatio eſt, Quòd pignus à fideiuſſore defuncto obligatum nihilominus peti poßit. Quæ replicatio approbatur l.18.§.fin. ff. de ſolutionib. his uerbis:* Qui pro te apud Titium fideiuſſerat, pignus in ſuā obligationem dedit. Pòſt idem hæredem te inſtituit. quamuis ex fideiuſſoria cauſa non tenearis: nihilominus pignus tamen obligatum manebit. At ſi idem alium fideiuſſorem dederit, atque ita inſtituerit te hæredem: rectius exiſtimari Africanus ait, ſublata obligatione eius pro quo fideiuſſum ſit, eum quoque qui fideiuſſerit, liberari. *Tertia replicatio eſt: Niſi principalis reus naturaliter tantùm fuit obligatus. tunc enim acceſſoria non confunditur. Quæ replicatio approbatur l.21.§. quòd ſi hic. ff. de fideiuſſorib. his uerbis:* Seruo tuo pecuniam credidi, tu eum manumiſiſti. Quòd ſi hic ſeruus manumiſſus fideiuſſorem dederit, deinde fideiuſſori ſuo hæres exiſtat: durare cauſam fideiuſsionis Africanus putauit: & tamen nihilominus naturalē obligationē manſurā: ut ſi obligatio ciuilis peat, ſolutū repetere non poſsit. Nec his contrarium eſſe, qđ cum reus fideiuſſori hæres exiſtat,

fide-

fideiussoris obligatio tollatur: quia tunc duplex obligatio ciuilis cnm eodem esse non potest. Retrò quoqne si fideinssor seruo manumisso hęres extiterit, eadē aduersus eū obligatio manet: quāuis & naturaliter teneatur, nec ꝓ se quis fideiubere possit. *Hæc de prima exceptione. Altera exceptio est: Nisi idem utriq; tam debitori quàm fideiussori hæres extiterit. Hæc exceptio approbatur l.24. C. de fideiussorib. his uerbis:* Fideiussoris quidē hæres exēplo rei principalis tenetur. Sed si idem ntrisque succedat, intercessionis obligatione finita, nelnt principalis debitoris tantū hæres conueniri potest. *Tertia exceptio est: Nisi confideiussor fideiussori hæres extiterit. Hæc exceptio reprobatur l.21.§.non est nouum. ff. de fideiussorib. cuius uerba uide s̄.lib.38. cap.3.reg.7. Quarta exceptio est: Quòd hæres fideiussoris non nisi pro hæreditaria parte teneatur. Quæ exceptio ipso quidē iure subsistit. de quo s̄.lib. 36. cap.6.reg.5.exc.7. Verùm eius replicatio uidetur esse: Nisi in cohæredis persona fideiussoria sit confusa & sublata. Sed hæc replicatio reprobatur l.24. ff. de fideiussorib. his uerbis:* Lncius Titius, cùm pro Seio fratre suo apnd Septiciū interuenire nellet, epistolam ita emisit: Si petierit à te frater meus, peto des ei nnmos fide & periculo meo. post quam epistolam Septicius Seio pecuniam numerauit, deinde Titius inter reliqnos & Seinm fratrē pro tertia parte reliquit hæredē: quæro, an quia aduersus Seium debitorem Septicij confusa sit actio pro tertia parte, qua Titio fratri suo hęres extitit: cum cohæredibus eius agere in solidum posſit? Marcellus respondit, cnm cohærede Seij non pro maiore, quàm hęreditaria parte, mandati agi. *Plures propositæ exceptionis replicationes uide d.reg.7.*

II. Regula, *De patre fideiussoris, proponitur l. 10.§.sed an pater. ff. de fideiussorib. cuius uerba uide s̄.quæst.2.except.5.*

III. Regula: *Singuli fideiussorum in solidū tenentur. de qua re uide J.quæst.prox.reg.3.*

## V. QVID ET QVANTVM neniat in actione proposita?

I. De regula, *De omni eo quod reus principalis creditori debet, proponitur l.56.§.si numos, in fine. ff. de fideiussorib. cuius uerba uide s̄.quæst. 2. exc. 24. in princip. Huius exemplum proponitur l.58. in prin. ff. de fideiussorib. his uerbis:* Si à colono stipulatus fideinssorem accepi, nna stipulatio est plurium personarum. Et ideo in uniuersis pensionibus fideiussor tenetur. *Aliud huius exemplum proponitur l.55. ff. eodem tit. cuius uerba uide s̄.lib.38. cap.8. reg. 8. Item aliud huius exemplum proponitur in usuris, l.54. in prin. ff. locati & conducti. cuius uerba uide s̄.lib.43. cap. 2. quæst.3. reg.1. except.5. Concordat l.2.§.conductore. ff. de administrat. rer. ad ciuit pertin. cuius uerba uide s̄.lib.12.cap.10.reg.7. Concordat item l.10. in prin. C. de fideiussorib. his uerbis:* Si fideiussor uel mandator in usuras quoque obligatus est, iustā causam recusandi soluere eas non habet. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi ad sortem tantum seu ad certā summam fideiussor se obligauit, non in genere, uel ad usuras. tunc enim ad usuras & alia non tenetur. Quæ exceptio approbatur l.68.§.1. ff. de fideiussorib. his uerbis:* Pro Aurelio Romulo conductore uectigalis centum annua Petroninus Thallus & alij fideiusserant. bona Romuli fiscus occupauerat, ut obligata sibi: & conueniebat fideiussores tam in sortē quàm in usuras. qui deprecabantur. Lecta subscriptione fideiussoris, qnoniam in sola centū annna se obligauerant, non in omnem conductionem: decreuit Imperator fideiussores in usuras nō teneri, sed quidqnid ex bonis fuisset redactnm, prius in usuras cedere, reliquum in sortem: & ita in id quod defuisset fideiussores conueniendos exemplo pignorum à creditore distractorum. *Concordat l.22. C. eod. tit. cuius uerba uide s̄. quæst.2. except.30. repl. 3. Altera exceptio est: Nisi ad pœnam uel mulctam fideiussor conueniatur. Hæc exceptio approbatur d.l. 68. in prin. his uerbis:* Fideiussores magistratnū in pœnam uel mulctam qnam non spopōdissent, non debere conueniri Imperator decreuit. *Tertia exceptio est: Nisi ex alia causa debeatur, quàm in qua intercessio facta est. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s̄. quæst.2.except.53. Quarta exceptio est: Nisi id quod à reo seruari potest. hoc enim à fideiussore non petendum. Quæ exceptio approbatur l. 13. in fine. ff. de fideiussorib. his uerbis:* Si mandatu meo Titio decem credideris, & mecum mandati egeris: non liberatur Titius. Sed ego tibi non aliter cōdemnari debebo, quàm si actiones, qnas aduersus Titium habes, mihi præstiteris. Item si cum tibi Titio egeris, ego non liberabor: sed in id duntaxat tibi obligatus ero, quòd à Titio seruare non potueris. *Concordat l.48. §. 1. ibi: & ita in id quod. ff. eod. tit. cuius uerba uide s̄.exc.1. Concordat item l.55. in fine. ff. eod. tit. cuius uerba uide s̄. lib.18. cap.8. reg.8. Concordat item l.27.§. fin. ff. mandati. cuius uerba uide J.cap.5.quæstion.9. reg.3. Planè huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi creditor prius elegerit & conuenerit fideiussorem, non reum. hoc enim casu fideiussor in solidum cōnueniri potest. Quæ replicatio approbatur per ea quæ proponuntur J. d.cap.3.quæst.10.reg.1. Sed mutatur hæc replicatio iure nouo: de quo uide d. reg.1. in fine. Quinta exceptio est: Nisi pro seruo uel filiofamiliâs fideiusserit. hoc enim casu nō nisi in id quod in peculio eius est, teneri uidetur. Sed hæc*

*exceptio*

*exceptio reprobatur l.15. ff. de fideiussorib.his uerbis:* Cùm fideiubet aliquis ꝑ seruo, in solidum tenetur, etiamsi nihil in peculio sit. Planè si pro domino fideiubeat, cum quo de peculio actio est, duntaxat de peculio tenebitur, quod tunc erit, cum res iudicatur. *Sexta exceptio est: Nisi in id se obligauerit fideiussor, quod ex distractione pignorū seruari nō posset. tunc enim ulterius non tenetur. Quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt sunt* $\bar{s}$. *quæst.2.exe.18.distinct.1. Septima exceptio uidetur: Nisi ab altero reorū tantùm sit datus fideiussor. Hæc exceptio reprobatur l.40.ff.de fideiussorib.his uerbis:* Cùm duo rei cōstituti sunt, siue ab utroq; siue ab altero fideiussor datus fuerit: in solidū rectè accipietur. *Huius exceptionis reprobatæ ratio hæc est: Quia quilibet reorum promittendi in solidū tenebatur. Quod tamen iure nouo quodammodo immutatum est. de quo uide* $\bar{s}$. *lib.38 cap.12.reg 2.except.19.*

I I. Regula: *Fideiussor nō in maiorem summam tenetur, quàm reus principalis. Hæc regula indubitato iure subsistit, uerùm eius exceptio hæc est: Nisi rei principalis bona pro parte sint publicata. hoc enim casu reus pro parte, fideiussor in solidū tenetur. Quæ exceptio approbatur l.1. C. de fideiussorib. cuius uerba uide J. lib.48. cap.21. quæst.1 exc.4. Plures huiusmodi exceptiones uide* $\bar{s}$. *quæst. 2. exc. 12. repl.2.exc.13. & exe.54.repl.1. cum sequentibus.*

I I I. Regula: *Si plures sint fideiussores uel mādatores, singuli in solidū tenentur, poteſtq; unus eligi. Quæ regula approbatur Inst.de fideiussorib.his uerbis:* Si plures sint fideiussores, quotquot erūt numero, singuli in solidum tenētur. Itaq; liberū est creditori, à quo uelit solidū petere. Sed ex epistola diui Hadriani cōpellitur creditor à singulis, q modò soluēdo sunt litis cōtestatæ tēpore, partes petere. Ideoq; si qs ex fideiussorib. eo tēpore soluēdo non sit, hoc cæteros onerat. Sed si ab uno fideiussore creditor totum cōsecutus fuerit: huius solius detrimentū erit, si is ꝑ quo fideiussit, soluēdo non sit: & sibi imputare debet, cum potuerit iuuari ex epistola diui Hadriani, & desiderare ut ꝑ parte in se detur actio. *Cōcordat propositæ regulæ l.3 in fine. ibi: nam & cum hoc. C. eod. tit. cuius uerba uide J. cap.prox.exe.4. Item concordat l.59.§.Paulus respōdit. ff. mādati, his uerbis:* Paulus respōdit, unūquenq; mandatorū in solidū eligi posse, etiāsi non sit conceptum in mādato. Post cōdemnationē autem in duorū personam collatā, necessariò ex causa iudicati singulos ꝑ parte dimidia cōueniri posse & debere. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi plures in iudiciū uocati sint, & aduersus eos lis cōtestata. hoc enim casu adēpta est potestas cōueniēdi unū in solidū. Quæ exceptio approbatur uerbis iā propositis hisce:* Post cōdēnationē autē, &c. *Cōcordat l.16.C. de fideiussorib.his uerbis:* Liberū fuit, antequā aduersus fideiussores lis cōtestaretur, unum eorum eligere creditori, si modò cæteros minus idoneos existimaret. At nunc post litis contestationem petitionem diuisam redintegrari iuris ratio nō patitur. *Altera exceptio est: Nisi creditor actionem diuidere uelit. Quæ exceptio approbatur l.51. §. duo. ibi: planè si uelit. ff. de fideiussor. cuius uerba uide J. cap. prox. quæst.1.exe.7. Concordat l.11. in prin. ff. de duob. reis const. cuius uerba uide* $\bar{s}$. *lib.38 cap.12.reg 2.except. 21. Tertia propositæ regulæ exceptio est: Quod beneficio diui Hadriani unus fideiussorum in solidum conuentus, petere potest ut diuidatur obligatio, & ut non nisi pro parte uirili condemnetur: de qua re sequitur J. cap. prox.*

## *DE BENEFICIO DIVISIOnis ex epistola diui Hadriani.*

### *Cap. I I.*

### I. CAVSAE, EX QVIBVS beneficium diuisionis peti & impetrari debet.

SI *plures sint fideiussores, & unus ex iis in solidum cōueniatur: diuiditur obligatio nō quidē ipso iure, sed per petitionē & exceptionē ex epistola diui Hadriani. Quæ causa approbatur l.26. ff. de fideiussorib. his uerbis:* Inter fideiussores non ipso iure diuiditur obligatio, sed ex epistola diui Hadriani. Et ideo si quis eorum ante exactā à se partē sine hęrede decesserit, uel ad inopiā ꝑuenerit: pars eius ad cęterorū onus respicit. *Cōcordat l.28. ff. eod. tit. his uerbis:* Si contēdat fideiussor cæteros soluēdo esse, etiā exceptionē ei dandam. Si non & illi soluendo sint, Caius scribit. *Cōcordat itē Inst. de fideiussorib. §. si plures. ibi: sed ex epistola. cuius uerba uide* $\bar{s}$. *cap. ꝓx. quæst.5. reg. 5. in prin. Cōcordat itē l.10. in fine. C. eod. tit. his uerbis:* Vt is qui cum altero fideiussit, nō solus conueniatur, sed diuidatur actio inter eos qui soluēdo sunt: ante cōdemnationē ex ordine postulari solet. *Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi unus in solidū sit cōdēnatus beneficio diuisionis nō petito. Hæc exceptio approbatur uerbis tam propositis hisce:* Ante cōdemnationē, &c. *Altera exceptio est: Nisi solidū ab uno sit solutū. Hæc exceptio approbatur l.49.§. quòd si duo. ff. de fideiussoribus, his uerbis:* Quòd si duo fideiussores accepti fuerint (uerbi gratia) in uiginti, & alter ex duob. hæredibus alterius fideiussoris totū creditori exoluerit: habebit quidē decem quæ ipso iure nō debuit. cōdictione: an autem & alia quinq; repetere possit, si fideiussor alter soluēdo est, uidendū est. Ab initio enim hæres fideiussoris, siue hæredes ut ipse fideiussor, audiēdi sunt: ut scilicet pro

parte singuli qui fideiussores sunt, conueniantur. Sed uerior & utilior est in utroq; casu illa sententia, solutionē non indebitæ quātitatis nō debere reuocari: quod etiā epistola diui Pij significatur in persona fideiussoris qui totū exoluerat. *Cōcordat Inst. eod. tt. §. si plures. ibi: sed si ab uno. cuius uerba uide ī. cap. prox. quæst. 5. reg. 3. in prin. Itē concordat l. 11. C. eod. tt. cuius uerba uide J. cap. prox. quæst. 9. reg. 1.* *Tertia exceptio est: Nisi alter fideiussorum partem debiti soluerit. Hæc exceptio approbatur l. 51. §. 1 ff. de fideiussorib. his uerbis:* Fideiussor qui partē pecuniæ suo nomine uel rei pmittēdi soluit: quo minus residui diuisione facta portionis iudiciū accipiat, recusare non debet. Eam enim quantitatē inter eos qui soluēdo sunt, diuidi conuenit, quā litis cōtestatæ tempore singuli debēt. Sed humanius est, si & alter soluendo sit litis cōtestatæ tempore, per exceptionē ei qui soluit, succurri. *Quarta exceptio est: Nisi cōuenit ut singuli in solidū teneantur. Hæc exceptio reprobatur l. 3. C. de fideiussorib. his uerbis:* Non rectè pcuratores nostri, si allegationi tuæ fides adesset, audire te noluerūt, ex bonis fideiussoris quæ ad fiscū peruenerunt, pecuniam repetentem, sed eum principalē cōuenire iusserunt: cū electionis potestas permittatur creditori. Sed cùm te duos fideiussores accepisse pponas, si alter idoneus est, intelligis te diuisam quantitatē à pcuratore petere debere, & aduersus aliū fideiussorē eius experiri. Nā licet significes adiectū in obligatione, ut singuli in solidū tenerētur: tamē nihil hæc res mutat cōditionē iuris & constitutionē. Nam & cum hoc non adijcitur, singuli tamen in solidū tenentur. Sed ubi sunt omnes idonei, in portionem obligatio diuiditur. *Ait Imperator:* Nihil hæc res mutat conditionē iuris. *Concordat Nouell. c. 99. in prin. ibi: quòd si & tale aliquid. cuius uerba uide ī. lib. 38. cap. 12. reg. 2. except. 19.* *Quinta exceptio est: Nisi is qui diuisionem petit, intercessionem negauerit. Hæc exceptio approbatur l. 10. §. 1. ff. de fideiussoribus, his uerbis:* Ita demum inter fideiussores diuiditur actio, si non inficientur. Nam inficiantibus auxilium diuisionis non est indulgendū. *Sexta exceptio est: Nisi alij fideiussores non sint soluendo. Hæc exceptio approbatur Inst. de fideiussorib. §. si plures, his uerbis:* Si quis ex fideiussoribus litis contestatæ tempore soluendo non sit, hoc cæteros oneret. *Concordat l. 26. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide ī. eadem quæst. in prin. Concordat item l. 3. in fine. C. eod. tt. cuius uerba uide ī. except. 4. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi litis contestatæ tempore & diuisione facta soluendo fuerint. tunc enim quamuis postea soluendo esse desierint, tamen hoc non pertinet ad onus aliorum. Quæ replicatio approbatur l. 51. §. penult ff. de fideiussoribus, his uerbis:* Cùm inter fideiussores actione diuisa quidam post litem contestatam soluendo esse desierunt, ea res ad onus eius qui soluendo est, non pertinet: nec auxilio defendetur ætatis actor. non enim deceptus uidetur, qui iure communi usus est. *Huius replicationis duplicatio prima uidetur esse talis: Nisi actor fuerit minor annis. Sed hæc duplicatio reprobatur uerbis iam propositis hisce:* Nec auxilio defendetur ætatis actor, &c. *Concordat l. 52. §. 1. ff. eod. tt. cuius uerba uide ī. libro 18. cap. 3. officio 2. reg. 2. in prin. Altera duplicatio est: Nisi fideiussor sub conditione acceptus, litis contestatæ tempore soluendo existens, tempore quo existit conditio soluendo esse desierit. Hæc duplicatio approbatur l. 27. in princip. ibi: sed si cùm. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. except. 8. Altera replicatio est: Nisi nihilominus, quamuis quidam soluendo non fuerint, diuisio sit facta. Hæc replicatio approbatur l. 16. C. de fideiussoribus. cuius uerba uide ī. cap. proxim. quæst. 5. reg. 1. except. 1. Eius duplicatio hæc est: Nisi actor fuerit minor annis. Hæc duplicatio approbatur d. l. 52. §. 2. cuius uerba uide d. regul. 2 in prin. Tertia replicatio est: Nisi computato eo quod alter fideiussor facere possit, prior fideiussor sit soluendo. Hæc replicatio approbatur l. 27. §. preterea. ff. de fideiussoribus, his uerbis:* Si quæratur, an soluendo sit principalis fideiussor: etiam uires sequentis fideiussoris ei adgregandæ sunt. *Quarta replicatio est: Nisi statim ab initio quisq; se non nisi in partem uirilem obligauit. Hæc replicatio approbatur l. 51. in princip. ff. de fideiussoribus. cuius uerba uide J. quæstion. 4. Quinta replicatio est: Nisi unus in solidum electus paratus sit creditori cauere, ut suo periculo cæteri fideiussores conueniantur. Hæc replicatio approbatur l. 10. in princip. ff. d. tt. his uerbis:* Si dubitet creditor, an fideiussores soluendo sint, & unus ab eo electus paratus sit offerre cautionem, ut suo periculo cæteri fideiussores conueniantur in partem: dico audiendum esse eum, ita tamen, ut & satisdationes offerat, & omnes confideiussores qui idonei esse dicuntur, præstò sint. nec enim semper facilis est nominis emptio, &c. *Hæc de sexta exceptione. Septima exceptio est: Nisi à diuersis reis fideiussores dati sint. Hæc exceptio approbatur l. 43. ff. d. tt. his uerbis:* Si à Titio stipulatus fideiussorem te acceperim, deinde eandem pecuniam ab alio stipulatus, alium fideiussorem accipiam, confideiussores non erunt: quia diuersarum stipulationum fideiussores sunt. *Concordat l. 51. §. duo. ff. eodem titul. his uerbis:* Duo rei promittendi separatim fideiussores dederūt. inuitus creditor inter omnes fideiussores

actiones

actiones diuidere non cogitur, sed inter eos duntaxat, qui pro singulis interuenerunt. *Huius exceptionis replicatio est. Nisi creditor inter eos diuidi actionē uelit. Quæ replicatio approbatur ibidē, his uerbis:* Planè si uelit inter omnes actionem suam diuidere, nō erit prohibendus, non magis quàm si duos reos ꝑ partibus cōueniret. *Octaua exceptio est: Nisi fideiussorum alter purè, alter in diem, uel sub cōditione sit acceptus. Hæc exceptio approbatur l. 27. in prin. ff. d. tit. his uerbis:* Si plures sint fideiussores, & unus purè, alius in diē uel sub conditione acceptus: succurri oportet ei qui purè acceptus est, dum existere conditio potest: scilicet ut interim in uirilē conueniatur. Sed si cum conditio extitit, non est soluendo, qui sub cōditione acceptus est: restituendam actionē in purè acceptū, Pomponius scribit. *Nona exceptio est: Nisi alter fideiussorum non sit obligatus uel ipso iure, uel exceptionis ope. Hæc exceptio approbatur exēplis l. 48. ff. de fideiussoribus, his uerbis:* Si Titius & Seia pro Mæuio fideiusserint, subducta muliere, dabimus in solidū aduersus Titium actionem: cum scire potuerit, aut ignorare non debuerit, mulierem frustrà intercedere. Huic similis & illa quæstio uideri potest, ob ætatem si restituatur in integrum unus fideiussor, an alter onus obligationis integrum excipere debeat? Sed ita demum onus alteri totum irrogandum est, si postea minor intercessit, propter incertum ætatis ac restitutionis. Quòd si dolo creditoris inductus sit minor, ut fideiubeat: non magis creditori succurrendum erit aduersus confideiussorem, quàm si facta nouatione circumuento minore, desideret in ueterem debitorē utilem actionem sibi dari. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi dolo creditoris minor ætate simul fideiusserit. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Quòd si dolo creditoris, &c. *Altera replicatio est: Nisi non tam fideiussio, quàm nouatio sit facta. hoc enim casu, quamuis unus ex ijs à quibus postea creditor stipulatus est, non obligetur: hoc tamen ad onus cæterorum non pertinet. Quæ replicatio approbatur l. 8. C. ad S.C. Velleianum. cuius uerba uide ℑ cap. 6. quæstion. 5. reg. 8. Tertia replicatio est: Nisi exceptio alterius fideiussoris replicatiōe aliqua elidatur. Hæc replicatio approbatur exemplo l. 17. §. fin. cum lege sequente. ff. ad S.C. Velleianum. cuius uerba uide s̄. lib. 18. cap. 12. reg. 2. except. 6. Quarta replicatio uidetur: Nisi facto creditoris alter fideiussorum exceptionem nactus sit. Hæc replicatio reprobatur exemplo l. 15. § si ex duobus. ff. de fideiussoribus. cuius uerba uide s̄. lib. 37. cap. 6. except. 12. Contradicit l. 95. §. penult. ff. de solutionib. cuius uerba uide ℑ. lib. 48. cap. 17. reg. 1. except. 4. repl. 1. Decima exceptio est: Nisi alter fideiussorum sine hæreditate decesserit. Hæc exceptio approbatur l. 26. ff. de fideiussorib. cuius uerba uide s̄. eod. cap. in prin. Hæc de exceptionibus epistolæ diui Hadriani.*

## II. QVIBUS ET INTER quos competit beneficium diuisionis?

I. Regula, *De duobus pecuniæ constitutæ reis, proponitur l. ult. C. de constituta pecunia, his uerbis:* Diui Hadriani epistolam quæ de periculo diuidendo inter mandatores & fideiussores loquitur, locum habere & in his qui pecunias pro alijs simul constituunt, necessarium est. æquitatis enim ratio diuersas species actionis excludere nullo modo debet.

II. Regula, *De duobus reis promittendi, proponitur Nouell. c. 99. cuius uerba uide s̄. lib. 38. cap. 12. reg. 2. except. 19. Secus iure antiquo l. 11. in prin. ibi: neq; enim diuidere. ff. de duob. reis constit. cuius uerba uide d. reg. 2. except. 21.*

III. Regula, *De reo & fideiussore, proponitur l. 27. §. si fideiussor. ibi: nec potest. ff. de fideiussorib. his uerbis:* Non potest reus desiderare, ut inter se & fideiussorem diuidatur obligatio, &c. *Reliqua uerba uide ℑ. reg. prox.*

IIII. Regula, *De fideiussore rei principalis et fideiussoris fideiussore, proponitur d. §. si fideiussor, his uerbis:* Si fideiussor fuerit principalis, & fideiussor fideiussoris: non poterit desiderare fideiussor, ut inter se & eum fideiussorē, pro quo fideiussit, diuidatur obligatio. Ille enim loco rei est, nec potest reus desiderare, ut inter se & fideiussorem diuidatur obligatio. Proinde si ex duobus fideiussoribus alter fideiussorem dederit, aduersus eum quidem non diuiditur obligatio, pro quo interuenit: sed aduersus confideiussorem magis est, ut diuidatur. *Huius regulæ exceptio est: Nisi aduersus confideiussorem eius confideiussoris, pro quo intercessit. Quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Sed aduersus confideiussorem, &c. *Concordat d. l. 27. §. 2. his uerbis:* Si fideiussor extitit fideiussori, siue unus siue plures, æquè hic quoq; pertinet it ad eandem causam: in quorū persona æquè locum habebūt ea quæ sunt à diuo Hadriano constituta.

V. Regula, *De hæredibus fideiussoris, proponitur d. l. 27. §. sicut, his uerbis:* Sicut ipsi fideiussori, ita hæredibus quoq; eius succurrendum, Pomponius scribit. *Concordat l. 49. §. quòd si duo. ibi: ab initio. ff. eod. tit. cuius uerba uide s̄. quæst. prox. except. 2.*

VI. Regula, *De fisco ad quem bona fideiussoris peruenerunt, proponitur l. 51. §. fin. ff. de fideiussoribus, his uerbis:* Bonis damnati fideiussoris fisco uindicatis, inter fideiussores actio po

ftes si diuidi cœperit: ut hæredis, ita fisci rationé haberi oportet. *Concordat l.3. ibi: sed cùm te. C. de fideiussoribus. cuius uerba uide s. quæst.prox.except.4.*

III. QVOMODO COMPETIT beneficium diuisionis?

*Non ipso iure competit, sed per petitionem uel exceptionis ope. Quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt s. quæst.1. in prin.*

IIII. *Adfine remedium est stipulatio, facta de parte uirili à singulis præstanda. Quod remedium proponitur l.51. in prin. ff. de fideiussorib. his uerbis:* Inter eos fideiussores actio diuidenda est, qui solidum & partes uiriles fide sua esse iusserunt. Diuersum erit uerbis ita conceptis, Solidum aut partem uirilem fide tua esse iubes? tunc enim ab initio nõ nisi uiriles partes singulos debere couenit. *Hæc de beneficio diuisionis ex epistola diui Hadriani, nũc ad propositum.*

## DE RELIQVO ACTIONIS *aduersus fideiussores & mandatores iure.* *Cap. III.*

*HActenus actionum aduersus fideiussores & mandatores, quinq; loci propositi sunt atq; tractati: ratio scili et fideiussorum, item causæ harũ actionum cum suis exceptionib. Quibus competant istæ actiones? Aduersus quos? Item quid quantumq; in eas ueniat? Supersunt alij quinq; earundẽ actionum loci, Quando scilicet competant? Quamdiu? Adiuncta? Euentus? & Adfinia remedia. De quibus in hoc capite agendum.*

VI. QVANDO ACTIO ADuersus fideiussores & mandatores competit?

I. *Regula: Fideiussor antequam reus debeat, cõueniri non potest. Quæ regula proponitur ijsdem uerbis l.57. ff. de fideiussoribus.*

II. *Regula: Prius reus principalis quàm fideiussor conueniendus est. Quæ regula approbatur Nouell. c.4. in prin. usq; ad §. quòd autem, his uerbis:* Legem quidé iam olim apud ueteres positam, usu autem haud scimus quomodo non approbatam, & tamen ob quotidianas rerum controuersias illi necessariá apparentem, si denuò reuocaremus, inq; rempub. reduceremus, nõ simpliciter eá, ut erat posita referentes (prolata enim erat quædam in ea pars omnino indistinctè) sed cum cõpetente & Deo placita accessione digerentes, præclarè nos facturos arbitrati sumus. Si quis igitur mutuũ dederit, & in eam rem fideiussorem, aut mandatorem, aut constitutæ pecuniæ reum acceperit: non sanè initio statim mandatorem, aut fideiussorem, aut constitutæ pecuniæ reum aggrediatur, & eo neglecto qui mutuum contraxit, negocium intercessionibus facessat: sed primùm eum qui aurum suscepit, quiq; mutuũ contraxit, cõueniat, atq; ab eo si id receperit, ab alijs abstineat. Quid enim cum extraneis potest habere negocij, cui iam à cõtrahente ipso satisfactum est? Si uerò ab eo qui mutuũ contraxit, id pro parte uel in solidum recipere nequierit: pro eo quantũ ab illo recipere non potuit, fideiussorem uel cõstitutæ pecuniæ reum, uel mandatoré cõueniat, & ab illo quod reliquũ est, ferat. Atq; hæc quidé omnino seruẽtur, si utriq; tam principalis, quàm qui fideiussit, aut mandatũ dedit, aut pecuniam constituit, creditori præstò fuerint. Cæterùm si fideiussor, aut mandator, aut qui de cõstituta pecunia obligationem subijt, præsens sit, principalé uerò debitoré abesse cõtingat: acerbum uidetur creditoré alio mittere, cum in re præsenti possit fideiussoré, aut mandatoré, aut cõstitutæ pecuniæ reum exigere. Sed hoc sanè à nobis, quo fieri modo potest, adhibito remedio curandũ est. Neq; enim uetus lex aliquá hoc loco medendi rationé definitá habuit, quáuis magnus ille Papinianus primus ista dictauerit. Postulet igitur in iudicio fideiussorem, aut cõstitutæ pecuniæ reũ, aut mandatoré, & iudex qui disceptãdę causę pręsidet, tẽporis spaciũ addat fideiussori, itẽ cõstitutæ pecuniæ reo & mãdatori. (Idẽ enim de singulis licet dicere) ad principalem debitorem adducendum, si uelint, ut prius actionem excipiat ille, eoq; ipsi pacto in subsidiũ reseruentur. Ac tueatur in ea quoq; re fideiussoré, & cõstitutæ pecuniæ reum, & mandatoré iudex (fideiussoribus enim atq; id genus hominibus auxiliũ ferre pium est) ut tantisper, dum ille adducitur, liberi à suscipiẽdo iudicio sint qui pro illo molestantur. Quòd si tempus huic rei præfixũ præterea t (oportet enim & tempus à iudice finiri) tunc fideiussor, aut mandator, aut cõstitutæ pecunię reus causam dicat simul, & cessis à creditore actionibus contra eum pro quo uel fideiussionem exposuit, uel mandatum conscripsit, uel pecuniam constituit, debitum exoluat. Enimuerò neq; ad res debitoris, &c. *Reliqua uerba uide s. lib. 40. cap. 8. quæst. 7. reg. 2. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi reus principalis sit absens. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur uerbis iam propositis hisce:* Cæterùm si fideiussor aut mandator, &c. *Altera exceptio est: Nisi aliter inter creditorem & fideiussorem conuenerit. Hæc exceptio approbatur Nouell. c.136. §.1. his uerbis:* Cùm sacra nostra existat cõstitutio, quæ uult ut exactiones ordine fiant, ac primùm qui dẽ princi-

principales rei & res eorum excutiantur, deinde uerò & fideiussores, & mandatores, neq; nō cōstitutæ pecuniæ rei: ab hac legislatione argentariorū eximi consortium, & pari omoiū grauissima, si ipsi quidem constitutionis auxilio uti nequeant, sed protinus exigentur. Cùm uerò constitutæ pecuniæ obligationes ab alijs percipiant, nō item ipsis satisfaciant, qui pecuniā cōstituerint, mādatoresúe in eā rem, aut fideiussores extiterint, & cōueniēs putetur nostrā ipsis cōstitutionē opponere. Sancimus igitur, ut cum aliqui ex his qui argētariæ mensæ præpositi sunt, mutuam alicui pecuniā dederint, & uel constitutæ pecuniæ reos, uel fideiussores, uel mādatores in eā rem acceperint, opponatutq; ipsis cōstitutio, & ordo per eam iotroductus, nihilominus & in ipsis constitutio obtinest: nisi speciale pactū fecerint, ut creditori licētia sit tam principalē debitorē, quàm mandatorē, atq; fideiussorē, & constitutæ pecuniæ reum cōueniendi, nō expectato constitutionis gradu. Propter ingens enim illud studiū, quod argētatij circa publicos cōtractus adhibēt, huiusmodi pacta conuenta admittimus: cum non uideantur cōtra legē esse, ꝓpterea quòd unicuiq; integrū est his quæ ipsi à lege data & cōcessa sunt, renunciare. Proinde sicubi tale pactū fiat, licitū ipsis esto, tam principalē debitorē, quàm mandatorē, & fideiussorē, atq; alias porrò personas cōuenire. Vt quidē si nullum pactū adscriptū sit, penitùs & in ipsis ualeat cōstitutio. Si pacta uerò adscripta sint, simul formā ac regulam addant cōtractui, simul exinde inferatur exactio. *Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi argentarij pro alijs intercesserint. Hæc exceptio approbari uidetur uerbis iam propositis hisce:* Ab hac legislatione argentariorum eximi cōsortium. & pari omniū grauissima, si ipsi quidē cōstitutionis auxilio uti oequeant, sed protinus exigantur, &c. *Plura de regula proposita uide J. quæst. 10. reg. 1.*

VII. QVAMDIV COMPETIT actio aduersus fideiussores & mandatores?

*Perpetua est actio, hoc est, quæ non nisi triginta annorum præscriptione submouetur. Quæ regula approbatur l. 25. C. de fideiussorib. cuius uerba uide ī. cap. 1. quæst. 2 except. 40. Huius regulæ exceptio prima hæc est. Nisi nulla scriptura interuenerit. tunc enim duorum mensium præscriptio illi obstat. Quæ exceptio approbatur l. 27. C. d. tt. cuius uerba uide ī. cap. 1. quæst. 2. except. 42. Secunda exceptio est: Nisi ad certum tempus fideiusserit. Hæc exceptio reprobatur l. 59. §. ille illi. ff. mandati. cuius uerba uide ī. cap. 1. quæst. 2. except. 43. Tertia exceptio est: Nisi intercessor intra certum tempus se soluturum promisit. Hæc exceptio reprobatur d. l. 59. §. Paulus, his uerbis:* Paulus respoodit, die adiecto in mandato, intra quam præstaturū se Lucius Titius scripsit: non esse impedimento quo minus etiā post eum diem cōueniri mandati iudicio possit. *Quarta exceptio est: Nisi principalis actio temporali præscriptione submoueatur. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt ī. cap. 1. quæst. 2. except. 54. Huius replicationem uide d. except. 54. repl. 5.*

VIII. ADIVNCTA, SEV DE probatione & præsumptione.

*Si quis scripserit se fideiussisse, præsumuntur omnia solenniter acta. Quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt ī. lib. 50. cap. 9. reg. 1.*

IX. EVENTVS HARVM actionum.

I. Regula, *De iure pignoris à creditore fideiussori cedendo, & à fideiussore persequendo, proponitur l. 11. C. de fideiussoribus, his uerbis:* Cùm alter ex fideiussoribus in solidū debito satisfaciat, actio ei aduersus eum qui unà fideiussit, non cōpetit. Potuisti sanè, cum fisco solueres, desiderate ut ius pignoris, quod fiscus habuit, in te trāsferretur: & si hoc ita factū est, cessis actionibus uti poteris. Quod & in priuatis debitis obseruandum est. *Concordat l. 14. C. eod. tt. his uerbis:* Mandati actio personalis est. Quæ si nomine fideiussoris, uel aduersus debitorē, seu hæredes eius cōpetit: præses prouinciæ quæ deberi cōpeterit, reddi iubebit. Pignora etenim quæ reo stipulandi nexa fuerūt, ita demum ad uos transeūt, si facta nominis redēptioue solutio celebrata est, uobisq; mandatæ sunt actiones. Quòd si factū est, ea quoq; uobis persequentibus aduersus pignorū possessores extra ordinariam iurisdictionē idem uir clarissimus impertiet. *Cōcordat item l. 21. C. eod. tt. his uerbis:* Sicut eligendi fideiussores creditor habet potestatem: ita intercessorem postulantem cedi sibi hypothecæ siue pignori obligata, non prius ad solutionē, nisi mādata super hac re fuerit persecutio, cōuenit urgeri. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi in aliam quoq; causam idem pignus creditori sit obligatum. hoc enim casu ad cedendum pignus non tenetur. Quæ exceptio approbatur l. 2. C. eod. tt. cuius uerba uide ī. cap. 1. quæst. 2. except. 38.*

II. Regula, *De cedendis actionibus fideiussori soluenti aduersus alios confideiussores seu intercessores, proponitur l. 17. ff de fideiussoribus, his uerbis:* Fideiussoribus succurri solet, ut stipulator compellatur ei qui solidum soluere paratus est, cedere cęterorum nomina. *Concordat l. 41. in fine. ff. eod. tt. his uerbis:* Modestinus respondit, si in solidum condemna-

 demna-

demnatus est unus ex mãdatoribus: cum iudicati conueniri cœperit, posse eum desiderare, ut aduersus eos qui idem mãdauerunt, actiones sibi mandentur.

III. Regula, *De cedendis actionibus fideiussori soluenti aduersus reum principalem, proponitur l.36.ff.de fideiussoribus, his uerbis:* Cùm quis & reum & fideiussores habens, ab uno ex fideiussoribus accepta pecunia præstat actiones: poterit quidem dici nullas iam esse, cum suum perceperit, & perceptione omnes liberatos. Sed non est ita. Non enim in solutum accepit, sed quodammodo nomen debitoris uendidit. Et ideo habet actiones, quia tenetur ad id ipsum, ut præstet actiones. *Concordat l.13. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide s.cap.1. quæst.5.reg.1.except.4. Concordat item l.27.§.fin.ff.mandati.his uerbis:* Si mandatu meo Titio credideris, & mecum mandati egeris: non aliter cõdemnari debeo, quàm si actiones tuas quas aduersus Titium habes, mihi præstiteris. Sed si cum Titio egeris, ego quidem non liberabor: sed in id duntaxat tibi obligatus ero, quod à Titio seruare non poteris. *Concordat item l.28. ff. eod.tt. his uerbis:* Papinianus libro XIII. Quæstionum ait, mandatorem debitoris soluentem, ipso iure reum non liberare. Propter mandatum enim suum soluere, & suo nomine. Ideoq; mandatori actiones putat aduersus reum cedi debere. *Concordat denique l.95.§.si mandato.ff.de solutionibus. cuius uerba uide j. in Comment. liberation. cap.2. quæst.2.reg.4. Concordat item Nouell. c. 4. §. postulet igitur. ibi: quòd si tempus. cuius uerba uide s.quæst.6.reg.2.*

IIII. Regula: *Ex iam dictis constat, quòd fideiussori uel mandatori condemnato & soluenti actio competat ea quæ antea competiit creditori, uel aduersus debitorem principalem, uel aduersus confideiussores, uel denique ad persequendum pignus. Cuius tamen regulæ exceptio hæc est: Nisi actio ista soluenti fideiussori à creditore cessa uel mandata non sit. Quæ exceptio cum ex iam dictis constet, approbatur etiam l.39. ff. de fideiussoribus, his uerbis:* Vt fideiussor aduersus confideiussorem suũ agat, actio danda non est. Ideoq; si ex duobus fideiussoribus eiusdem quãtitatis, cum alter electus à creditore totũ exoluerit, nec ei cessæ sint actiones: alter nec à creditore, nec à fideiussore rectè conuenietur. *Concordat l.11.in prin.C.de fideiussoribus. cuius uerba uide s.reg.1. Item concordat l. 14. ibi: ita demum. C. eod.tt. cuius uerba uide s.d. regul.1.*

V. Regula: *Planè suo nomine fideiussor qui soluit, aduersus debitorem pro quo soluit, mandati habet actionem uel negociorum gestorum. de qua re uide j.cap.prox.*

## X. AD FINIA REMEDIA.

I. Regula: *Creditor omisso fideiussore uel mandatore, ipsum reum principalem conuenire potest. Et sanè iure antiquo electio permittebatur creditori, utrum reum principalem, an eius intercessores prius conuenire uellet. Quæ electio approbatur l.5. C.de fideiussoribus, his uerbis:* Iure nostro est potestas creditorẽ, relicto reo eligendi fideiussores: nisi inter contrahentes aliud placitum doceatur. *Concordat l. 19. C. eod. tt. his uerbis:* Si alienam reo principaliter constituto obligationem suscepisti uel fideiussorio, siue mandatorio, uel quocunque alio nomine pro debitore intercessisti: non posse urgeri creditorem, eum qui mutuam accepit pecuniam, magis quàm te conuenire, scire debueras: cum si hoc initio contractus specialiter non placuit, habeat liberam electionem. *Concordat item l.3.in princip.C.eod.tt. cuius uerba uide s. cap. prox. quæst.1. except.4. Concordat item l.23.C. eod.tt. cuius uerba uide s.cap.1. quæst.2.except.50. Concordat item l.56.in prin.ff.mandati. cuius uerba uide d.quæst.2.except.38. Concordat item l. 7. C.mãdati, his uerbis:* Si literas eius secutus qui pecuniæ actor fuerat, ei qui tibi literas tradidit, pecunias credidisti: tam condictio aduersus eum qui à te mutuã sumpsit pecuniam, quàm aduersus eum cuius mandatum secutus es, mandati actio tibi competit. *Huius electionis propositæ exceptio prima hæc esse uidetur: Nisi unus sit conuentus. hoc enim casu alter amplius non conueniri posse uidetur. Sed hæc exceptio reprobatur per ea quæ proposita sunt s. cap.1 quæst.2. except.50. Concordat l.13 in fine.ff.de fideiussoribus. cuius uerba uide s.cap.1.quæst.5.reg.1. except.4. Item concordat l.27. §. fin. in fine. ff. mandati. cuius uerba uide s. quæst. prox. reg.3. Item concordat l. 60. in prin. ff.eod.tt.his uerbis:* Creditor mandatorem conuenit, is condemnatus prouocauit: quærendum est, an manente appellatione debitor à creditore cõueniri potest? Paulus respondit, posse. *Concordat item l. 116. ff. de uerb.obligat. cuius uerba uide j.except.3. Altera exceptio est: Nisi aliud ab initio conuenit. Hæc exceptio approbatur l.5.C.de fideiussoribus.cuius uerba uide s.ead.reg.in prin. Concordat item l.19.in fine.C.eod.tt.cuius uerba uide s.ead.reg.in princip. Tertia exceptio est: Nisi ita intercessio facta sit, ut quod à reo seruari non posset, fideiussor præstaret. hoc enim casu prius reus principalis est cõueniẽdus. Quæ exceptio approbatur l.116.in fine.ff.de uerb.oblig.his uerbis:* Decẽ stipulatus à Titio, postea quãto minus ab eo cõseq posses, si à Mæuio stipuleris: sine dubio Mæuius uniuersum periculũ potest subire. Sed etsi decẽ petieris à Titio: Mæuius nõ erit solutus, nisi iudica-

iudicatũ Titius fecerit. Paulus notat: Non enim sunt duo rei Titius & Mæuius eiusdem obligationis: sed Mæuius sub cõditione debet, si à Titio exigi nõ poterit. Igitur nec Titio conuento Mæuius liberatur, qui an debiturus sit, incertum est: & soluente Titio, non liberatur Mæuius, qui nec tenetur, cum conditio stipulationis deficit: nec Mæuius pendente stipulationis cõditione rectè potest conueniri. A' Mæuio enim ante Titium excussum non rectè petetur. *Concordat l.16. §.fin. ff. de fideiussorib. cuius uerba uide s̃.cap.1.quæst.2.except 45. Concordat item l.21 ff. de solutionib. & l.ult. in prin. ff. si certum petatur. quarum legum uerba uide ĵ.lib.48.cap.17. reg.1. exc.6. repl.3.* *Quarta exceptio est: Nisi quis pro alio se soluturum constituisset, alius satis fit soluendo. quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s̃. lib.18.cap 6.quæst.1.except.9.*

Mutatio iuris.

*Planè hæc quidem de iure antiquo. Iure autem nouo electio & regula præposita tollitur & reprobatur, Nouell.c.4.cuius uerba cum eius exceptionibus uide s̃.quæst.6.reg 2. Hæc de prima regula.*

*II. Regula, De actione hypothecaria & pignoris uenditione uide s̃.cap.1.quæst.2.except.18.*

*III. Regula, De mandati actione, si creditor mãdatu fideiussoris cum reo principali experiatur, proponitur l.22.§.interdum. & l.45.§.fin. ff. mandati, de qua re uide s̃.lib.41.cap.12.quæst.1.except.1. repl.3.*

*IIII. Regula: Si quis pro eo quem negociationi præfecit, fideiußit: etiam institoria actione tenetur. quæ regula approbatur l.penult.§.tabernæ.ff.de institoria, his uerbis:* Tabernæ præpositus à patre filius, mercium caussa mutuã pecuniã accepit, pro eo pater fideiussit: etiã Institoria ab eo petetur, cùm acceptę pecuniæ speciẽ fideiubẽdo tabernę negocio miscuerit.

## *DE ACTIONE MANDATI, quæ competit intercessori aduersus eum, pro quo intercesßit. Cap. IIII.*

*Pendet hoc caput ex cap.prox.quæst.9.reg 5.*

I. CAVSA HVIVS ACTIONIS.

*SI quis pro alio intercesßit: hac actione ut indemnis præstetur ab eo pro quo intercesßit, cõsequitur. quæ causa seu regula approbatur Inst. de fideiussorib. §. si quid, his uerbis:* Si quid fideiussor pro reo soluerit: eius recuperandi caussa habet cum eo mandati iudicium. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi nondum soluerit is qui pro reo intercesßit. Hæc exceptio approbatur l.10. C. mandati, his uerbis:* Si pro ea cõtra quam supplicas, fideiussor seu mandator intercessisti, & neq; condẽnatus es: neq; bona eam dilapidare postea cœpisse cõprobare possis, ut tibi iustã metuendi causam præbeat: neq; ab initio ita te obligationẽ suscepisse, ut eã posaia & ante solutionẽ conuenire: nulla iuris ratione, antequã satis creditori pro ea feceris, eam ad solutionẽ urgeri certum est. *Ait Imp.* Et neq; condemnatus es. *Ex his uerbis elicitur prima propositæ exceptionis replicatio talis: Nisi fideiussor condemnatus sit. hoc enim casu, etiam antequam soluat, agere potest. Cui concordat l.6. C.eod. tt. cuius uerba uide s̃. lib. 41. cap.14.causa 1.except.11.repl.1. Concordat itẽ l.45. ff. de fideiussoribus, his uerbis.* Fideiussor pro uẽditore fundorum tuorũ, altero euicto, conuentus ab emptore, condẽnatus est in certam quantitatem: quæsitũ est, an cum hærede uenditoris ante diem, quo iudicatũ facere cõpelleretur, agere possit? Scæuola respondit, agere quidem posse: sed ex iusta caussa ad officiũ iudicis pertinere, quo fideiussor aut defendatur, aut liberetur. *Altera replicatio est: Nisi fideiussor pecuniam debitori obtulit, & obsignatam deposuit. Hæc replicatio approbatur l 5a.§.fideiussor. ff. mandati, his uerbis:* Fideiussor, qui pecuniam in iure obtulit, & propter ætatem eius qui petebat, obsignauit, ac publicè deposuit: confestim agere mandati potest. *Concordat l.64. ff. de fideiussoribus his uerbis:* Fideiussor, qui minori uiginti quinq; annis pecuniam obtulit, & in publico loco metu in integrum restitutionis consignatam deposuit: confestim experiri mandati poterit. *Tertia replicatio est: Nisi fideiussor debitorem suum delegauerit. Hæc replicatio approbatur l.18. ff. de fideiussorib. his uerbis:* Qui debitorẽ suum delegat, pecuniam dare intelligitur, quanta ei debetur. Et ideo si fideiussor debitorem suũ delegauerit (quamuis eũ qui soluendo nõ erat) confestim mandati agere potest. *Concordat l.26.§ abesse. ff. mandati, his uerbis:* Abesse intelligitur pecunia fideiussori, etiã si debitor ab eo delegatus sit creditori, licet is soluendo non fuerit: quia bonum facit creditor, qui admittit debitorẽ delegatũ. *Quarta replicatio est: Nisi fideiussor uel alius in gratiã fideiussoris creditorẽ aliqua obligatione liberauit. Hæc replicatio approbatur d l. 26.§. si is qui, his uerbis:* Si is qui fideiussori donare uult, creditorẽ eius habeat debitorẽ suũ, eũq; liberauerit: cõtinuò aget fideiussor mãdati, quatenus nihil interest utrũ nummos soluerit creditori, an eũ liberauerit. *Quinta replicatio est: Nisi creditor fideiussori debitũ remiserit. Hæc replicatio approbatur l.10.§.fin. ff. mandati, his uerbis:* Si fideiussori donationis causa accepto factũ sit à creditore: puta si fideiussorẽ remunerare uoluit creditor: habere eum mandati actionẽ, Vlpianus ait. Multo magis si mortis caussa accepto tulisset creditor, uel si eĩ liberationẽ legauit. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi magis principali quàm fideiussori donando creditor debitum remisit. Hæc duplicatio ap-*

probatur l.12.in prin.ff.eod.tt.his uerbis: Si uerò non remunerandi causa, sed principaliter donando, fideiussori remisit actionem: mādati eum non acturum. Sexta replicatio est: Nisi alius pro fideiussore soluerit. Hæc replicatio approbatur d.l.12.§.1.his uerbis: Marcellus fatetur: si quia donaturus fideiussori, pro eo soluerit creditori: habere fideiussorē mandati actionem. Concordat l.50.in prin.ibi: fideiussor etiam.ff.eod.tt.his uerbis: Si is qui negocia fideiussoria gerebat, ita soluit stipulatori, ut reum fideiussoremq; liberaret, idq; utiliter fecit: negociorum gestorū actione fideiussorē habet obligatū: nec refert ratū habuit, nec'ne. Fideiussor etiā antequā soluat procuratori pecuniā, simulatq; ratū habuit, habet tamen mandati actionē. Cōcordat item l.14. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. quæst.prox. Itē cōcordat l.71.§.fin.ff.de fideiussorib. his uerbis: Placet mandatorē teneri, etiamsi fœnerator creditori mādet pecuniā credere. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi pro seruo uel filiofamiliàs fideiussore alius eis donaturus soluerit. quæ duplicatio approbatur d.l.12.§.1.ibi: planè (inquit.) cuius uerba uide J.quæst.prox.reg.1.except.1. Septima replicatio est: Nisi uxor creditrix fideiussori promiserit, doti futurū ei id quod ex caussa fideiußionis debet. Hæc replicatio approbatur l.47.in prin.ff mandati, his uerbis: Iulianus ait, Si fideiussori uxor doti promiserit, quod ei ex caussa fideiussoria debebat: nuptijs secutis confestim mandati aduersus debitorem agere eum posse: quia intelligatur abesse ei pecunia, eo quòd onera matrimonij sustineret. Octaua replicatio est: Nisi fideiussor creditori hæres extiterit. Hæc replicatio approbatur l.11.ff. mandati, his uerbis: Si ei cui damnatus ex caussa fideiussoria fueram, hæres postea extitero: habebo mandati actionem. Planè admittitur replicatio proposita, si ex causa fideiussoria condemnatus fideiussor creditori hæres extiterit, non etiamsi nondum fuit cōdēnatus. hoc enim casu principali potius quàm mādati actione aget. quæ duplicatio approbatur l. 21. §. fin. ff. de fideiussorib. cuius uerba uide J. quæst. ult. reg. 1. except.6. Nona replicatio est: Nisi fideiussor creditori pecuniam credi mandauit. Hæc replicatio approbatur l.71.§.fin.ff.de fideiussorib. cuius uerba uide S̄.repl.6. Plures replicationes uide J.quæst.5.reg.1. Hæc de prima propositæ regulæ exceptione, eiusq; replicationibus.

II. Exceptio: Nisi intercessor inutiliter soluit, ut debitor non liberetur. Hæc exceptio approbatur l.50.in prin.ibi: idq; utiliter fecit.ff.mandati. cuius uerba uide S̄.except. prox.repl.6. Huius exemplum proponitur l.47.§.si is qui.ff.eod.tt. his uerbis: Si is qui pro te hominem dare fideiussit, alienum hominem stipulatori dederit: nec ipse liberatur, nec te liberat. Et ideo mandati actionem tecum non habet. Sed si stipulator eum hominem usuceperit, dicendum esse Iulianus ait, liberationem contingere. Eo ergo casu mandati actio post usucapionem demum tecum erit. Aliud exemplum proponitur l.26.§.mandatu.ff.mandat., his uerbis: Mandatu tuo fideiussi in decem, & procuratori creditoris solui. Si uerus procurator fuit: statim mandati agam. Quòd si procurator non est: repetā ab eo. Aliud exemplum proponitur l.20.ibi: sequitur.ff.de fideiussorib. cuius uerba uide J. quæst. 6. reg.1.except.5. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi solutio inutilis ex pòst facto utilis efficiatur. Hæc replicatio approbatur exemplo iam proposito, his uerbis: Sed si stipulator eum hominem usuceperit, &c. Aliud exemplum proponitur l.94.§.sed et si fideiussor.ff.de solutionib. his uerbis: Si fideiussor alienos numos in caussam fideiussionis dedit: consumptis his, mandati agere potest. Et ideo si eā pecuniā soluat, quam subripuerat: mandati aget, postquam furti uel ex caussa condictionis præstiterit. Huius replicationis duplicatio uidetur esse: Nisi eo tempore conualescat solutio, quo iam alia exceptio reo competere cœpit. Hæc duplicatio reprobatur l. 71. §.1.ff.de solutionib. cuius uerba uide J. exception.7. repl.6.

III. Exceptio: Nisi fideiussor minus uel aliud soluit, quàm est id pro quo fideiußit. Hæc exceptio ipso quidem iure approbatur ratione exceptionis præcedentis, uerùm eius replicatio prima hæc est: Nisi eo quod soluit, in solidum debitori liberatio contingat. quæ replicatio approbatur exemplo l.46.ff. mandati. cuius uerba uide ā.lib.43.cap.14.quæst.1. except. 1.repl.2. Altera replicatio est: Nisi in maiorē summā nō fideiußit, quàm soluit. Hæc replicatio ap̄pbatur p̄ ea quæ proposita sunt S̄.cap.1.quæst.2.exc.30.repl.1.

IIII. Exceptio: Nisi res in solutum data perierit. Hæc exceptio reprobatur l.50.§.fin.ff.mādati. cuius uerba uide J.quæst.4.reg.1.exc.2. Cōcordat l.27. ff.eod.tt. cuius uerba uide S̄.lib.36.cap.2.reg.3.exc.4.

V. Exceptio: Nisi debitor idem debitum creditori soluit. Hæc exceptio approbatur l.29.§. hoc idem ff.mandati, his uerbis: Si fideiussor, cum soluisset, non certiorauit reum, & sic deinde reus soluit, quod soluere eū nō oportebat: credo si cum posset certiorare, non fecit: oportere mandati agentem fideiussorē repelli. Dolo enim proximum est, si post solutionem non nunciauerit debitori. Cedere autem reus indebiti actionem fideiussori debet, ne duplū cōsequatur creditor. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi debitor fideiussori condictionem indebiti non cesserit. quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce: Cedere autem reus, &c. Altera replicatio est: Nisi debitor ante fideiussorem soluit, nec certiorauit fideiussorem. quæ replicatio approbatur d.l.29.

*d.l.29.§.si cum debitor, bis uerbis:* Si cum debitor soluisset, ignatus fideiussor soluerit: puto eum mandati habere actionem. Ignoscendum enim est, si non diuinauit debitorem soluisse. Debitor enim debuit notum facere fideiussori iā se soluisse, ne fortè creditor obrepat, & ignorantiā eius circūueniat, & excutiat ei summam, in quam fideiussit. *Concordat l.8.§.si ignorantes.ibi: quod & ad.ff.eod.ti.cuius uerba uide j.except.9.*

VI. Exceptio: *Nisi fideiussor sine iudice soluit. Hæc exceptio reprobatur l.10.§.fideiussores.ff. mandati, bis uerbis:* Fideiussores & mandatores, et si sine iudicio soluerint, habent actionem mandati.

VII. Exceptio: *Nisi cùm fideiussor creditorem exceptione aliqua submouere posset, ea omissa nihilominus soluit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.29. in prin.ff. mandati, bis uerbis:* Si fideiussor conuentus, cum ignoraret non fuisse debitori numeratā pecuniā, soluerit ex caussa fideiussionis: an mandati iudicio persequi possit id quod soluerit, quęritur? Et siquidē sciēs prætermiserit exceptionē uel doli, uel nō numeratę pecunię: uidetur dolo uersari. Dissoluta enim negligentia propè dolū est. Vbi uerò ignorauit: nihil est quòd ei imputetur. Pari ratione etsi aliqua exceptio debitori cōpetebat (pacti fortè cōuenti, uel cuius alterius rei) & ignarus hāc exceptionē nō exercebat: dici oportet mandati ei actionē cōpetere. Potuit enim atq; debuit reus promittēdi certiorare fideiussorē suū, ne fortè ignarus soluat indebitū. *Concordat l.48.in prin.ff.eod.ti.cuius uerba uide j.quæst.4.reg.2. Concordat item l.10.in fine.C. eod.ti.cuius uerba uide j.except.9. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi fideiussor ignorauit exceptionem competere. Hæc replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Vbi uerò ignorauit, nihil est quòd ei imputetur, &c. *Concordat d.l.29.§.si cum debitor.cuius uerba uide s̄.except.5. repl.1. Concordat item l.47.in fine.ff. de condict. indebiti.cuius uerba uide j.lib.49.cap.6.quæst.3.reg.2.except.1. Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi dissoluta fuit ignorantia fideiussoris. Hæc duplicatio approbatur uerbis paulo superius propositis hisce:* Dissoluta enim negligētia propè dolum est. *Altera duplicatio est: Nisi ius ignorauit fideiussor. Hæc duplicatio approbatur d.l.29.§. non malè, bis uerbis:* Non malè tractabitur, si cum ignoraret fideiussor inutiliter se obligatū, soluerit: an mandati actionē habeat? Et si quidē factū ignorauit, recipi ignorantia eius potest: si uerò ius, aliud dici debet. *Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi exceptionem dilatoriam, non peremptoriam fideiussor omisit. Hæc replicatio approbatur d.l.29. §. quedā, bis uerbis:* Quædā etsi sciens omittat fideiussor, caret fraude: utputa si exceptionem procuratoriam omisit siue sciens siue ignatus. De bona enim fide agitur, cui non cōgruit de apicib. iuris disputare: sed de hoc tantùm, debitor fuerit, nec'ne. *Tertia replicatio est. Nisi fideiussor exceptionem sibi tantùm, nō etiam debitori competentem omisit. Hæc replicatio approbatur l.10.§.generaliter.ff.mādati, bis uerbis:* Generaliter Iulianus ait, si fideiussor ex sua persona omiserit exceptionē, qua reus uti nō potuit, siquidē minus honestā: habere eū mādati actionē. Quòd si eā qua reus uti potuit: si sciens id fecit, nō habiturum mandati actionem, si modò habuit facultatem rei conueniendi, desiderandiq; ut ipse susciperet potius iudiciū, uel suo uel procuratorio nomine. *Huius replicationis exēplum proponitur l.31.ff.ad S.C.Velleianū.cuius uerba uide j cap.6.quæst.ult.reg.5. Aliud exemplū proponitur d.l.29.§.fin.bis uerbis:* Fideiussor, si solus tempore liberatus, tamen soluerit creditori: rectè mandati habebit actionem aduersus eum. Quanquā enim iam liberatus soluit, tamen fidem impleuit, & debitorē liberauit. Si igitur paratus sit defendere reum aduersus creditorē: æquissimū est mādati iudicio eum quod soluit, recuperare. Et ita Iuliano uidetur. *Quarta replicatio est: Nisi fideiussor reo tantùm, non etiam sibi competentem exceptionem omisit. Hæc replicatio approbatur l.71.§.penult.ff.de fideiussorib. bis uerbis:* Si ponamus unum ex reis promittendi pactum esse, ne à se peteretur, deinde mandatorem soluisse: mandati iudicio conuenire poterit etiam eum, cum quo pactum est. Non enim pactum creditoris tollit actionem alienam. *Sanè quæ sint huiusmodi exceptiones quæ reo tantùm, non etiam fideiussori prosint, uide s̄.cap.1.quæst.2.except.54. Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi culpa fideiussoris factum sit, quo minus exceptione quæ reo competit, uti possit: puta quis ius iniquum impetrauit, ne quis ei agenti aliquam opponere possit exceptionem. Ideoq; ipse quoq; fideiussoria actione conuentus exceptionem competentem obijcere actori non potuit. quæ duplicatio approbatur l.3.§.si is pro quo, in fine.ff.quod quisq; iuris.cuius uerba uide s̄.lib.8.cap.2.membr.5.quæst.3.reg.6. Altera propositæ replicationis duplicatio hæc est: Nisi quis pro minore uiginti quinq; annis, uel pro pupillo, prodigo uel furioso sine tutoris uel curatoris authoritate obligato fideiusserit. hoc enim casu, quamuis fideiussor obligatus sit, reus autem principalis obligatus non sit, nisi naturaliter tantùm: tamen fideiussor mandati actionem non habet. de qua re uide j. except.21. cum sequente. Tertia duplicatio est: Nisi cùm posset, reo non denunciauit, ut ipse iudicium susciperet. Hæc duplicatio approbatur l.10.§.generaliter.ff. mandati.cuius uerba uide s̄. replic.prox. Quinta*

replicatio

replicatio est: Nisi salua conscientia fideiussor exceptionem opponere non possit. Hæc replicatio approbatur l.48.in prim.ff.mandati.cuius uerba uide J. quæst.4. Sexta replicatio est: Nisi post solutionem demum exceptio competere cœpit. Hæc replicatio approbatur l.71.§.1.ff.de solutionib.his uerbis: Si fideiussor procuratori creditoris soluit, & creditor post tempus, quo liberari fideiussor potuerit, ratum babuit: tamẽ quia fideiussor, cum adhuc ex causa fideiussionia teneretur, soluit: nec repetere potest, nec minus agere aduersus reum mandati potest, quàm si tum præsenti dedisset. Ait Iurisconsultus: Nec repetere potest. Huic contradicere uidetur l.ult.§. procurator.ibi: argumentum rei. ff.ratam rem baberi.cuius uerba uide s̄.lib.6. cap.8. quæst.3.except.4.repl.1.

VIII. Exceptio: Nisi iniuria iudicis fideiussor dãnatus soluit. Hæc exceptio approbatur l.67.ff.de fideiussorib.his uerbis: Exceptiona quę tibi prodesse debebat, nsus iniuria iudicis dãnatus es. nihil tibi præstabitur iure mãdati: quia iniuriã illã quæ tibi facta est, penes te manere, quàm ad alium transferri, ęquius est: scilicet si culpa tua iniustæ damoationis caussam præbuisti. Concordat l.10.§.fin. C. mandati.cuius uerba uide J.except.prox.

IX. Exceptio: Nisi fideiussor condemnatus non prouocauit. Hæc exceptio approbatur d.l.10.§.fin. his uerbis: Fideiussorem seu mandatorem exceptione munitum, & iniuria iudicia dãnatum, & appellatione cõtra bonã fidem minimè usum, non posse mandati agere mauifestũ est. Concordat l.8.§.si ignorantes.ff. mandati,his uerbis: Si ignorantes fideiussorea debitorẽ soluisse, uel etiã acceptilatione, siue pacto liberatũ, ex substãtia debitoria soluerunt: non tenebũtur mandati. Quod & ad actionẽ fideiussoris pertinet. Et hoc ex rescripto diuorũ fratrũ intelligere licet, cuius uerba hæc sunt: Impp. Antou. & Verus A A Catullio Iuliano. Si hi qui pro te fideiusserant, in maiorẽ quantitatẽ dãnati, quàm debiti ratio exigebat, sciẽtes & prudantea auxilium appellationia omiserunt: poteris mandati agentib. his æquitate iudicis tueri te. Igitur si ignorauerũt, excusata iguorantia est: si sciuerunt, incumbebat eis necessitaa prouocandi. Cæterùm dolo uersati sunt, si nou prouocauerint. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi fideiussor ignorans sententiã iniustã esse, non prouocauit. quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce: Igitur si ignorauerunt, excusata ignorãtia est. Altera replicatio est: Nisi ob paupertatẽ causam appellationis prosequi non potuit. Hæc replicatio approbatur ibidem, his uerbis: Quid tamẽ si paupertas eis nõ permisit? excusata est eorum inopia. Tertia replicatio est: Nisi fideiussor testatò conuenit debitorem, ut si ipse putaret, appellaret. Hæc replicatio approbatur ibidem his uerbis: Sed etsi testatò conuenerunt debitorem, ut si ipse putaret, appellaret: puto rationem excusationis eis constare.

X. Exceptio: Nisi ex alia causa, quàm in qua fideiussit, soluit fideiussor. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio hæc est: Nisi cùm fideiussor creditori uel heredi eius tutor existeret, à semetipso id quod ex causa fideiussionis debet, non exegit: ideoq; tutelæ iudicio damnatus soluerit. quæ replicatio approbatur l.69.ff. de fideiussoribus, his uerbis: Triphoninus. Tutor datus eius filio, cui ex fideiussoria caussa obligatua erat, à semetipso exigere debet: & quamuis tempore liberatus erit, tamen tutelæ iudicio eo nomine tenebitur, item hęres eius: quia cum eo ob tutelã, nõ ex fideiussione agitur. Et quãuis non quasi fideiussor, sed quasi tutor soluerit: etiã sũ tẽpore liberatus est, mandati actionẽ eum habere aduersua reũ promittendi dixi. Inhæret enim in utraq; caussa adhuc illius debiti persecutio: Nam eius solutione liberauit reũ promittendi ab obligatioue, iu qua pro eo fideiusserat: & nõ titulus actionis, sed debiti caussa respicienda est. Licet enim is tutor, qui fideiussor apud pupillũ pro reo obligatus est, soluit se autore pupillo: qa reo promittẽdi liberato, & ipse tutor, ideq; fideiussor liberabitur: quod sua authoritate efficere non potest: tamẽ si nõ pro se soluendi animo, sed pro Titio fecit, ut maximè eũ liberet: cum eo mandati actionem habebit.

XI. Exceptio: Nisi fines mãdati excessit, uel aliter quàm ei mandatum est, egit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s̄.lib.41.cap.14.except.gener.1. Sed & eius replicatio præter ibi enumeratas & hæc est: Nisi cùm quis rogatus esset ut fideiuberet pro tertio, is non fideiussit, sed mandauit tertio credi. quæ replicatio approbatur l.62.§.fin ff mandati, his uerbis: Mandauit iu hæc uerba Lucius Titius Caio Suo Salutem Peto & maudo tibi, ut fidem dicas pro Publio Mæuio apud Semprouiũ: quæque à Publio soluta tibi non fuerint, me repræsentaturum, hac epistola manu mea scripta notum tibi facio. Quæro, si nõ fideiussisset, sed mandasset creditori, & aliter egisset, quàm ei mandatum esset: an actione mandati teneretur? Scæuola respondit, teneri.

XII. Exceptio: Nisi fideiussori mandatum non sit, ut intercederet pro reo. De hac exceptione uide J. quæst.ult.reg.1.except.1.

XIII. Exceptio: Nisi fideiussor sine mandato, suo magis, quàm debitoris nomine intercesserit. Hæc exceptio approbatur l.60.§.1.ff. mandati. cuius uerba uide J.d.except.1.repl.2.

XIIII. *Exceptio: Nisi fideiussor pro muito & uetante intercesserit. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s̄.lib.45.cap.14.quæst.1.except.15.*

X V. *Exceptio: Nisi heredes à testatore iussi sint, ut pro tertio intercedant. Hæc exceptio approbatur l. 8. §. finito. ff. de usufructu earum rerum, quæ usu consumuntur. cuius uerba uide s̄. lib. 24. cap.6.quæst.1.except.9.*

X VI. *Exceptio: Nisi mulier mandauerit, ut pro alio intercederet fideiussor. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proponuntur J quæst 5.reg.1.except.2.repl.1.*

X VII. *Exceptio: Nisi cùm quis de quota litis pactus, & pacta mercede, iudicatum solui fideiußisset. Hæc exceptio approbatur l.6.§.Marius.ff.mandati, his uerbis:* Marius Paulus quidã fideiusserat pro Daphnide, mercedem pactus ob suam fideiussionem: & sub nomine alterius ex euentu litis cauerat sibi certam quantitatem dari. Hic à Claudio Saturnino prætore maiores fructus inferre iussus erat: aduocationibus ei idem Saturninus interdixerat. Videbatur autem mihi iudicatum solui fideiussisse, & quasi redemptor litis extitisse, & uelle à Daphnide mandati iudicio consequi, quod erat cõdemnatus. Sed rectissimè diui fratres rescripserunt, nullam actionem eum propter suam calliditatem habere: quia mercede pacta accesserat ad talem redemptionem.

X VIII. *Exceptio: Nisi quis pacta mercede fideiusserit, ita ut periculum in se recipiat. Hæc exceptio approbatur d.l.6.§.fin. his uerbis:* Marcellus sic loquitur de eo qui pecunia accepta spopondit, ut siquidem actum est, ut suo periculo spondeat: nulla actione agat. Sin uerò non est hoc actum: utilis potius ei actio competat. Quæ sententia utilitati rerum consentanea est.

X I X. *Exceptio: Nisi filiusfamiliâs pro patre fideiusserit & soluerit. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s̄. lib. 36. cap.3. except.5. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi filius emancipatus soluerit. Altera replicatio est: Nisi filiusfamiliâs de peculio castrensi soluerit. Hæ duæ replicationes approbantur l.10. §. fin. ff. de fideiussoribus. cuius uerba uide s̄. cap.1. quæstion.2. except.5.*

X X. *Exceptio: Nisi seruus pro alio fideiußit, & soluit. hoc enim casu non mandati actio est, sed nummorum uindicatio uel similis actio. de qua re uide J. quæst.ult.reg.1.except.5.*

X XI. *Exceptio: Nisi pro minore uiginti quinque annis fideiußit & soluit. Hæc exceptio approbatur l.13.in prin.ibi: sed potius. cum sequentib.ff.de minorib.uiginti quinque annis. cuius uerba uide J. lib.49. cap.4.quæst.5.except.4. Concordat l.1.in fine. C.de fideiussorib.minor.cuius uerba uide d.except.4.*

X X II. *Exceptio: Nisi pro pupillo, prodigo uel furioso sine tutoris uel curatoris authoritate contrahente fideiußit. Hæc exceptio approbatur l.25. in fine.ff.de fideiussorib.cuius uerba uide s̄.cap.1.quæst. 2.except.12.repl.1.*

X X III. *Exceptio: Nisi mãdatu adolescentis pro meretrice fideiusserit, & soluerit. Hæc exceptio approbatur l.12.§.si adolescens.ff.mandati.cuius uerba uide s̄.lib.43.cap.12 quæst.3.except.5. Hæc de exceptionibus propositæ causæ.*

## II. QVIBVS DATVR ACTIO proposita?

I. *Regula, De herede fideiussoris, proponitur l. 14.in prin.ff.mandati, his uerbis:* Hæredem fideiussoris, si soluerit, habere mãdati actionem, dubium non est. *Huius regulæ exceptio uidetur esse talis: Nisi hæreditate uendita emptor soluerit ex causa fideiußionis. Hæc exceptio reprobatur d.l.14.his uerbis:* Sed si uendiderit hæreditatẽ, & emptor soluerit: an habeat mandati actionẽ, quæritur? Et Iulianus libro XIII. scribit, idcirco hæredem habere mandati actionem, quia tenetur iudicio ex empto, ut præstet actiones suas: idcircoque cõpetere ex empto actionẽ, quia potest præstare. *Planè admitti uidetur exceptio proposita, si hæres cohæredi suo uendiderit suam partem hæreditatis, emptorque eorum debitũ soluerit. hoc enim casu non uenditori, sed emptori heredi etiam sine cessione mandati actio uidetur competere. Sed hæc distinctio reprobatur d.l.14.§.si fideiussori, his uerbis:* Si fideiussori duo hæredes extiterint, & alter eorũ à cohærede emerit hæreditatem: deinde omne quod defunctus fideiusserat, stipulatori soluerit: habebit aut ex stipulatu, aut ex empto obligatum cohæredẽ suum. Idcirco (ait) mandati actionem habebit.

II. *Regula, De patre & domino fideiussoris. His regulariter mandati actio competit ad recuperandũ id quod filius uel seruus ex causa fideiußionis pro alio soluit. quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt s̄. lib. 56. cap.5. reg. 1 & 2. Concordat l. 12. §.1. ibi: planè si seruus. ff. mandati, his uerbis:* Si seruus fideiussor soluerit: Marcellus ait, dominum mandati acturum. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi alius pro seruo uel filiofamiliâs fideiussore donaturus eis soluerit. quæ exceptio approbatur d. §. 1. his uerbis:* Marcellus ait, Si filiusfamiliâs uel seruus fuit fideiussor, & pro his soluero donaturus eis: mandati patrem uel dominum non acturos. Hoc ideo, quia non donare patri uoluit, qui soluit. *Altera exceptio est: Nisi nihil sit in peculio filij. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur d. l. 12. §. idem Marcellus, his uerbis:* Marcellus ait, Si filiusfamiliâs non iussu patris fideiusserit: cessat mandati actio, si nihil sit in peculio.

Huius

Huius replicatio prima hæc est: Nisi iussu patris filius fideiusserit. Altera replicatio est: Nisi ex peculio solutum sit debitum, pro quo filius fideiußit. Hæ duæ replicationes approbantur ibidem his uerbis: Quòd si iussu, uel ex peculio solutum est: multo magis habet pater mandati actionem. Tertia exceptio uidetur: Nisi non filius, sed pater soluerit. Hæc exceptio reprobatur d.l.12.§.si filiosfamiliâs. cuius uerba uide s̄ lib. 43. cap. 14. quæst. 2. reg. 2 except. 1. Quarta exceptio est: Nisi filiusfamiliâs fideiussor post emancipationem soluerit. hoc enim casu non patri, sed filio competit actio. quæ exceptio approbatur d.l.12.§.si filiofam. cuius uerba uide s̄. d. except. 1. repl. 2. Quinta exceptio est: Nisi dominus fideiußionem & solutionem à seruo factam ratam non habuerit. tunc enim non mandati actio, sed indebiti condictio, uel eius quod solutum est uindicatio domino competit. de qua re uide j. quæst. ult. reg. 1. except. 5.

III. ADVERSVS QVOS Actio proposita competit?

I. Regula, De alio, quàm pro quo fideiussum uel solutum est. Aduersus alium, quàm pro quo fideiussum est, non datur actio. quæ regula cum ipso iure subsistat, recipit aliquot exceptiones. quarum prima hæc est: Nisi is sit defunctus. tunc enim aduersus eius heredes datur actio. quæ exceptio approbatur l.18. C. mandati. cuius uerba uide s̄. lib. 45. cap. 14. quæst. 4. reg. 5. except. 2. Altera exceptio est: Nisi alterius mandatu fideiußit & soluit. hoc enim casu is tenebitur, cuius mandatu fideiußit, quamuis pro alio. quæ exceptio approbatur l.21. ff. mandati. his uerbis: Cùm mandatu alieno pro te fideiusserim, non possum aduersus te habere actionem mandati: quemadmodum nec qui alienũ mandatum intuitus spopondit. Sed si nõ utiq; unius, sed utriusq; mandatum intuitus id fecerim, habeo mandati actionem etiam aduersus te: quemadmodum & si duo mihi mandassent, ut tibi crederem, utrunq; haberem obligatum. Concordat l.53. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. lib. 45. cap. 14. quæst. 1. except. gener. 13. repl. 1. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi is quoq; qui fideiußit, mandauit. tunc enim aduersus utrunq; datur actio. quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis his see: Sed si non utiq; unius, sed utriusque mandatum intuitus, &c. Altera replicatio est: Nisi alter, pro quo fideiußit, præsens cum ab alio mandaretur, non cõtradixit. nam & hoc casu uterq; tenetur. quæ replicatio approbatur d.l.53. Tertia replicatio est: Nisi mulieris mandatu pro alio intercesserit. Hæc replicatio approbatur l.6. cum lege sequente. ff ad S.C. Velleianum. cuius uerba uide j. cap. 6. quæst. 4. reg 1. except. 1. Cõcordat l.32. §. si mulier, in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide d. except. 1. Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi quis pro procuratore fideiusserit. hoc enim casu contra dominũ datur actio. quæ exceptio approbatur l.10. §. idem Papinianus ff. mandati, his uerbis: Papinianus refert, fideiussori condemnato, qui ideo fideiussit, quia dominus procuratori mandauerat, ut pecuniam mutuam acciperet: utilem actionem dandam, quasi institoriam. Quia & hic quasi præposuisse eum mutuæ pecuniæ accipiendæ uidearur.

II. Regula, De uno ex pluribus, pro quibus intercessit, in solidum conueniendo, uel utrunq;, proponitur l.59. §. Paulus respondit: unumquenq;. ff. mandati. cuius uerba uide s̄. lib. 41. cap. 14. quæst. 3. reg. 2. Concordat l.21. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. reg prox. except. 2. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi omnes conuenti & condemnati sint. tunc enim in singulos non nisi pro parte competit actio. quæ exceptio approbatur d. §. Paulus respondit. Altera exceptio uidetur: Nisi unus pactus sit cum creditore, apud quem intercessio facta est, ne à se peteretur. quæ exceptio reprobatur l 71. §. si ponamus. ff. de fideiussorib. cuius uerba uide s̄. quæst. 1. except. 7. repl. 4.

IIII. QVID QVANTVMQVE ueniat in actione proposita?

I. Regula: Hac actione non plus consequitur fideiussor uel mandatarius, quàm soluit. quæ regula approbatur l.26. §. præterea. ff. mandati. cuius uerba uide s̄. lib. 43. cap. 14. quæst 4. reg. 5. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi usuras ob moram uel ex alijs similibus causis. de quibus uide d. reg 5. except. 2. cum sequentib. Altera exceptio est: Nisi ultra id quod soluit, etiam alios sumptus ex iusta causa fecit. Hac exceptio approbatur l. 45. §. si fideiussor. ff. mandati, his uerbis: Si fideiussor multiplicauerit summam, in quam fideiussit, sumptibus ex iusta ratione factis: totã eam præstabit is, pro quo fideiussit. Concordat l.50. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis: Siue cum frumentũ deberetur, fideiussor Africũ dedit: siue quid ex necessitate soluendi plus impendit, quàm precium esset solutæ rei: siue Stichũ soluit, isq; decessit, aut debilitate flagitioue ad nullam precium sui redactus est: id mandati iudicio consequetur.

II. Regula: Non minus consequitur hac actione fideiussor, quàm soluit. quæ regula ipso quidem iure subsistit, uerùm eius exceptio prima hæc est: Nisi cùm rogatus esset, ut in minorem summam fideiuberet, is in maiorem summam fideiusserit, & soluerit. hoc enim casu non nisi id, in quod rogatus erat, consequitur, quamuis plus soluerit. quæ exceptio approbatur l 33. ff. mandati, his uerbis: Rogatus ut fideiuberet, si in minorem summam se obligarit, rectè teneri: si in maiorem, Iulianus uerius putat, quod à plerisq; responsum est, eum qui in maiorem summam, quàm rogatus erat, fideiussisset, hactenus mandati actionẽ habere, quatenus rogatus esset: quia id fecisset, quod ei mandatum esset. Nam usq; ad eam summam, in quam rogatus

rogatus erat, fidem eius ſpectaſſe uidetur, qui rogauit. *Concordat inſt.de mandato.§.ſi qui exequitur. ibi: adeò quidem. cuius uerba uide ſ̄.lib. 41.cap.14.quæſt.1.except.1. in prin.* *Altera exceptio eſt. Niſi plus debito ſoluerit fideiuſſor. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 48. in prin.ff.mandati, his uerbis:* Quintus Mutius Scæuola ait, Si quis ſub uſuris creditam pecuniam fideiuſsiſſet, & cum reus in iudicio cõuentus recuſare uellet ſub uſuris creditam eſſe pecuniam, fideiuſſor ſoluendo uſuras poteſtaté recuſandi eas reo ſuſtuliſſet: eam pecuniam à reo non petiturum. Sed ſi reus fideiuſſori nõ denunciaſſet, ut recuſaret ſub uſuris debitá eſſe, nec is propter ſuam exiſtimationem recuſare uoluiſſet: quod ita ſoluerit, à reo petiturũ. Hoc bene cenſuit Scæuola. Parum enim fideliter facit fideiuſſor in ſuperiore caſu, quòd poteſtatem eximere reo uidetur, ſuo iure uti. Cæterùm in poteſteriore caſu non oportet eſſe noxiæ fideiuſſori, ſi ipſe pepercit pudori ſuo. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi ſalua conſcientia fideiuſſor minus ſoluere non potuit. quæ replicatio conſtat ex uerbis iam propoſitis.* *Tertia exceptio eſt: Niſi fideiuſſor, cum deteriorem rem ſoluere potuiſſet, eáq; ſolutione reum liberare, precioſiorem ſoluit. Hæc exceptio approbatur l.52 ff.mandati, his uerbis:* Fideiuſſorem, ſi ſine adiectione bonitatis tritici pro altero triticium ſpopondit: quodlibet triticum dando liberari poſſe exiſtimo. A' reo autem non aliud triticum repetere poterit, quàm quo peſsimo tritico liberare ſe à ſtipulatore licuit. Itaq; ſi paratus fuerit reus, quòd dando ipſe creditori liberari potuit, fideiuſſori dare: & fideiuſſori id quod dedit, id eſt melius triticum condiceret: exceptione eum doli mali ſubmoueri exiſtimo. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi deteriorem rem non habuit, uel ſoluere non potuit. quæ replicatio approbatur l. 50. §. fin.ff. eod. ti. cuius uerba uide ſ̄. reg. proxim. exception.2.*

III. *Regula, De pignoribus in hanc cauſam obligatis, proponitur l.2.C.mandati, his uerbis:* Cùm ex cauſſa fideiuſsionis pecuniam patrem tuum exoluiſſe proponas, habes mandati actionem, qua non ſolùm pecuniam, ſed etiam pignora in obligationem deducta potes conſequi.

IIII. *Regula: Interdum hac actione ut fideiuſſor liberetur, agi poteſt. de qua re uide ſ̄. quæſt.1.except. 1.repl.1.*

## V. QVANDO COMPETIT actio propoſita?

I. *Regula: Antequam ſoluat fideiuſſor creditori, hac actione experiri non poteſt. quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur per ea quæ propoſita ſunt ſ̄. quæſt.1. except.1. Sed & eius regulæ inter alias ſ̄. d. except. prima enumeratas & hæc eſt: Niſi diu in ſolutione reus ceſſet. & fideiuſſor non habeat quod numeret. item & hæc: Niſi reus ſoluendo eſſe deſinere incipiat. Hæ duæ exceptiones approbantur l.38. in fine.ff. mandati. cuius uerba uide ſ̄. lib. 41. cap.14.quæſt.5.except.3.*

II. *Regula: Si cum in diem deberetur, fideiuſſor ante diem uenientem ſoluit: non niſi die ueniente actione propoſita experiri poteſt. quæ regula approbatur l.22. in prin. ff. mandati, his uerbis:* Si mandauero tibi, ut pro me in diem fideiubeas, tuq; purè fideiuſſeris & ſolueris: utilius reſpondebitur, interim tibi non eſſe mãdati actionem, ſed cum dies uenerit. Item tractatum eſt, ſi cum in diem deberem, mandatu meo in diem fideiuſſoris, & ante dië ſolueris: an ſtatim habeas mandati actionem? Et quidam putant præſentem quidem eſſe mandati actionem: ſed tanto minorem, quanti mea intereſt, ſuperueniente die ſolutum fuiſſe. Sed melius eſt dici, interim nec huius ſummę mãdati agi poſſe: quoniam nõnullum adhuc cõmodum meum ſit, ut ne hoc ante diem ſoluã. *Concordat l. 31.ff.eod.ti.his uerbis:* Si fideiuſſor, quãuis per errorem, ante diem pecuniam ſoluerit: repetere tamen ab eo non poteſt. Ac ne mandati quidem actioné antequã dies ſoluendi ueniat, cum reo habebit. *Concordat item l.31.ff.de fideiuſſorib. his uerbis:* Si fideiuſſor, uel quis alius pro reo ante diem creditori ſoluerit: expectare dië debebit, quo eum ſoluere oportuit. *Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi non ſoluerit fideiuſſor, ſed condemnatus ante diem quo iudicatum facere debet, agat ut liberetur. Hæc exceptio approbatur l.45 ff de fideiuſſorib. cuius uerba uide ſ̄. quæſt.1. except.1. repl.1.*

## VI. ADFINIA REmedia.

I. *Regula: Regulariter quidem ex cauſa ſuperius propoſita fideiuſſori, uel alij qui pro reo interceßit, mandati competit actio, ut uel ſolutum ei reſtituatur, uel ab interceßione liberetur. Cuius tamen regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi nullo mandato præcedente pro reo interceſſerit. hoc enim caſu non mandati, ſed negociorum geſtorum competit actio. quæ exceptio approbatur l.20. in fine. ff. mandati. cuius uerba uide ſ̄.lib.41 cap.14.quæſt.1. except.15. Concordat l.4. cum lege ſequente. ff. negociorum geſtorũ. cuius uerba uide ſ̄.lib. prox. cap.5. quæſt.4. cauſa 3. itẽ cap. 7.quæſt.3.except.2. Huius etiam exemplũ proponitur l.74.§.fin.ff.de iudicijs. cuius uerba uide ſ̄.d. cap.7. quæſt.1.except.16.repl.2. Concordat item l.22. C. de pignor. & hypoth. cuius uerba uide ſ̄.lib.40. cap.8. quæſt.4.reg.1. except.5. repl.1. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi præſente, & non recuſante reo quis pro eo interceſſerit. hoc enim caſu quia tacens conſentire uidetur, mandati competit actio.*

ctio. quæ replicatio approbatur per ea quæ proposita sunt s. lib.41. cap. 14. quæst.1. except.13.repl.1. Altera replicatio est: Nisi fideiussor sui magis quàm debitoris causa sine mandato intercesserit. hoc enim casu nec mandati neq; negociorum gestorum actio est. quæ replicatio approbatur l.60.§.1.ff. mandati, his uerbis: Titius ad eum, qui uxorem ducturus erat, literas fecit tales: Titius Seio salutem. Semproniam ad animum meum pertinere cognouisti. Ideoq; cum ex uoto meo nuptura tibi sit: uelim certus sis secundum dignitatem tuam contrahere te matrimonium: & quamuis idoneè promissuram tibi Titiam matrem puellæ dotem sciam: tamen & ipse, quo magis conciliem animum tuum domui meæ, fidem meá interponere non dubito. Quare scias quodcunque ab ea ex ea caussa stipulatus fueris, id me mea fideiussisse saluum te habiturum. Atq; ita Titia, quæ neq; Titio mandauerat, neq; ratum habuerat quod scripserat, dotem Seio promisit. Quæro, si hæres Titij ex caussa mandati præstiterit: an actione mandati hæredem Titiæ conuenire potest? Scæuola respondit, secundum ea quæ proponuntur, non posse. Item quæsitum est, an nec negociorum gestorum? Respondit, neq; hoc nomine iure agere posse. Palàm enim facere Titium, non tá Titiæ nomine, quàm quòd consultum sibi uellet, mandasse. Item si maritus aduersus mandatorem ageret: an aliqua exceptione submoueatur? Respondit, nihil proponi, cur submouendus sit. Plura de proposita replicatione uide s. lib. prox. cap.7. quæst.1. except.9. Tertia replicatio est: Nisi alius mandauerit. hoc enim casu, quamuis non is pro quo intercessum est mandauerit, mandati tamen actio est. quæ replicatio approbatur per ea quæ proposita sunt s. quæst.3. reg.1. except.2. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio: Nisi inutile mandatum interuenerit. tunc enim negociorum gestorum actio competit, non mandati. quæ exceptio approbatur l.7.ff.ad S. C. Velleianum. cuius uerba uide s. cap.6. quæst.4. reg.1. except.1. Tertia exceptio est: Nisi aliud quoq; debitum, quàm pro quo intercesserat, fideiussor per errorem soluit: quantum enim ad hoc debitum, negociorum gestorum, non mandati actio competit. quæ exceptio approbatur l.31. in prin. ff. de negocijs gestis. cuius uerba uide s. lib.40. cap.12. quæst. 7. except.9. Quarta exceptio est: Nisi indebitum fideiussor soluit. hoc enim casu condictione indebiti, non actione mandati id quod soluit, repetit. quæ exceptio approbatur l.29.§. in omnib. ff. mandati, his uerbis: In omnibus decisionibus quæ propositæ sunt, ubi creditor uel non numeratam pecuniam, uel numeratam iterum accepit: repetitio contra eum competit: nisi ex cōdemnatione fuerit ei pecunia soluta. tunc enim propter authoritatem rei iudicatæ repetitio quidem cessat: ipse autem stellionatus crimine propter suam calliditatem plectetur. Ait iurisconsultus: Quæ propositæ sunt. Scilicet eadem lege: de quibus uide s. quæst. 1. except.5. & except. 7. Concordat d.l. 29.§. hoc idem, in fine. cuius uerba uide d. except.5 in prin. Concordat item l.26.§. mandatu ff. eod. tit. cuius uerba uide s. quæst.1. except.2. Quinta exceptio est: Nisi seruus inscio uel inuito domino fideiussit & soluit: uel dominus ipse per errorem ex hac causa soluit. hoc enim casu uel uindicatio competit uel condictio indebiti, non mandati. quæ exceptio approbatur l.19. cum lege sequente. ff. de fideiussorib. his uerbis: Seruus inscio domino pro quodam fideiusserat, & eo nomine pecuniá soluerat: quærebatur, posset'ne dominus ab eo, cui solutú esset, repetere? Vlpianus. Respondi: Interest quo nomine fideiusserit. Nam si ex caussa peculij fideiusserit: tunc id quod ex peculio soluerit, repetere dominus nō poterit. Quòd si ex dominica caussa soluerit: uindicabitur. Si uerò extra caussam peculij fideiusserit: quod ex pecunia dominica soluerit, æquè uindicabitur: quod ex peculio, cōdici poterit. Sed et si serui dominus pecuniam soluerit: repetere eá non ab eo pro quo fideiussit, sed ab eo cui numerauit, poterit: cum seruus fideiussionis nomine obligari nō possit. Sequitur ergo, ut ab eo pro quo fideiusserat, repeti nō possit, cùm ipse ære alieno obligatus sit: nec solutione liberari eius pecuniæ nomine potuerit, cuius obligatio ad seruū nō pertinuerit. Sexta exceptio est. Nisi fideiussor creditori hæres extiterit. hoc enim casu non mandati, sed ex stipulatu actionem habet. quæ exceptio approbatur l.21.§. fin. ff. de fideiussorib. his uerbis: Cùm fideiussor reo stipulandi hæres extiterit: quæritur, an quasi ipse à se exegerit, habeat aduersus reum mandati actionem? Africanus respondit, cum reus obligatus maneat: non posse intelligi & ipsum à se fideiussorem pecuniam exegisse. Itaq; ex stipulatu potius, quàm mandati agere debebit. Huius exceptionis replicatio est: Nisi fideiussor postquam creditori condēnatus fuit, eidem hæres extiterit. quæ replicatio approbatur l.11.ff. mandati. cuius uerba uide s. quæst.1. exception.1. repl. 8. Septima exceptio est: Nisi debitor tutor extiterit hæredi fideiussoris. hoc enim casu etiam tutelæ actione tenetur. quæ exceptio approbatur l.8 §.1. ff. de administrat. tutor. cuius uerba uide s. lib.18. cap.5. reg.2. Octaua exceptio est: Nisi cùm quis pro seruo, qui de libertate pactus erat, apud dominum intercessisset, ita ut manumissus in se obligationem reciperet: manumissus postea obligationem recipere nolit. hoc enim casu de dolo actio est. quæ exceptio approbatur

*approbatur l.7.§.seruus.in fine. ff. dolo malo. cuius uerba uide J.lib.49.cap.3. quæst.4.caussa 24.*

II. *Regula: Præter mandati actionē fideiussor soluens impetrare à creditore potest, ut et actiones quas creditor eius debiti nomine habet, sibi tedantur, cessasq; actiones instituere. De qua re uide s̄. cap. prox. quæst.9. item J.lib. 48. cap.5. quæst.2. reg.4. Hactenus de fideiussoribus, & mandatoribus. Sequitur nunc de constitutæ pecuniæ reis.*

## *DE CONSTITVTA PECVNIA. Cap. V.*

### I. RATIO HVIVS actionis.

H*Ac actione tam proprio, quàm alieno nomine obligari possumus. cuius ratio proponitur l. 1. in prin. ff. de constituta pecunia, his uerbis:* Hoc edicto prætor fauet naturali æquitati, qui constitura ex consensu facta custodit: quoniam graue est fidem fallere.

### II. CAVSAE EX QVIBVS actio proposita competit.

I. *Causa generalis est: Si quis pro se uel pro alio debitum se soluturum uel facturum constituit. Hæc causa approbatur Inst. de actionib. §. de constituta, his uerbis:* De constituta pecunia cum omnibus agitur, quicunq; pro se uel pro alio soluturos se constituerint, nulla scilicet stipulatione interposita. nam alioquin si stipulanti promiserint, iure ciuili tenentur. *Declaratur atq; distinguitur hæc causa Nouell.c.115. §. ad hæc & aliud, his uerbis:* Aliud capitulum, quod constitutæ pecuniæ obligationes seu promissiones concernit, præsente nobis lege exprimere uisum est. Sancimus igitur, si quando aliquis uel pro se, uel pro alia persona pecuniam constituerit, dicens fortè alicui, Satis tibi facio: ut hic omnibus modis ad quantitatem, quam protulit, obnoxius sit, & à se constitutum implere, atq; debitum persoluere compellatur. Si quia uerò dixerit, Satis tibi fiet: hic, utpote cum talis sermo absque determinatione certæ personæ prolatus sit, pinde quasi nihil dixerit, ab omni exactione liber conseruetur. At si quis dixerit, Fiet tibi satis à me & ab hoc & illo: hi quidem, quos ille nominauerit, nisi consenserint, nullam ex tali locutione præiudicium nascatur: sed neq; ipse, qui hoc dixit, pro illis personis, quas nominauit, aliquam exactionem sustineat. Pro se uerò id quod ex ære alieno secundum leges comprobato deberi monstratum fuerit, pro rata duntaxat parte soluat. Cæterùm si dixerit, Satis tibi fiet à me, aut ab hoc, aut illo: tunc personis quidem nominatis, nisi consentiant, consimili modo nullum præiudicium generetur. Qui uerò eam pecuniam constituit, is integrum quidem debitum persoluere compellatur: si quam tamen contra nominatas personas actionem sibi competere putauerit, hanc contra ipsos secundum leges proponat, & legitimo potiatur auxilio.

II. *Caussa: Si scripsit ea quæ alius debet, penes se esse. Hæc caussa approbatur l.26. ff. de constituta pecunia, his uerbis:* Quidam ad creditorem literas eiusmodi fecit: Decem, quæ Lucius Titius ex arca tua mutua acceperat (salua ratione usurarum) domine penes me habes. Scæuola respondit, secundum ea quæ proponerentur, actione de constituta pecunia eum teneri.

III. *Caussa: Si quis scripserit se cauturum & soluturum, si quod debitum fuerit adprobatum. Hæc caussa approbatur l. 5. §. Iulianus quoq;. ff. d. tt. his uerbis:* Iulianus libro undecimo scribit: Titius epistolam ad me talem emisit: Scripsi secundum mandatum Seij, si quid tibi debitum adprobatum fuerit, me tibi cauturum & soluturum sine controuersia. tenetur Titius de constituta pecunia.

IIII. *Caussa: Si ita scripsit: Remanserunt apud me quinquaginta ex credito tuo, quos tibi reddere debebo, &c. Hæc caussa approbatur l. 24. ff. de constituta pecunia, his uerbis:* Titius Seio epistolam emisit in hæc uerba: Remanserunt apud me quinquaginta ex credito tuo, ex contractu pupillorum meorum, quos tibi reddere debebo Idibus Maij probos. Quòd si tibi ad diem suprascriptum non dedero: tunc dare debebo usuras tot. Quæro an Lucius Titius in locum pupillorum ad cautionem reus successerit? Marcellus respondit, si intercesserit stipulatio, successisse. Item quæro, an si non successisset, de cōstituta teneatur? Marcellus respondit, in sortem teneri. Est enim humanior & utilior ista interpretatio.

V. *Caussa: Si quis inutiliter sit stipulatus. Hæc caussa reprobatur l.1.§.eum qui. ff. d.tt. cuius uerba uide J.except.28.*

VI. *Caussa: Si quis partem debiti alieni soluerit. Hæc caussa reprobatur l.ult.C.ne uxor pro marito. cuius uerba uide s̄. lib.36. cap. 6. reg.4. exemplo 6.*

### DE EXCEPTIONIBVS PRAECEDENtium causarum generalibus.

I. *Exceptio, sumpta ex modo & uerbis quibus constitutum est, reprobatur l.14.§.fin. ff. de constit. pecunia, his uerbis:* Constituere & præsentes & absentes possumus, sicut pacisci & per nuncium, & per nosmetipsos, & quibuscunq; uerbis.

II. *Exceptio: Nisi mulier constituerit. Hæc exceptio reprobatur sub conditione l.1.§.1. ff. d. tt. his*



*uerbis:*

uerbis: Ait prætor: Qui pecuniam debitã constituit. Qui, sic accipiedum est, Quóque: nam & mulieres de constituta tenentur, si non intercesserint. *Planè exceptio proposita admittitur, si mulier pro alio se soluturam constituerit animo intercedendi. quæ distinctio approbatur uerbis tam propositis bisce:* Si non intercesserint. *De qua re plura uide* 3.*cap.prox.*

III. *Exceptio: Nisi pupillus constituerit. Hæc exceptio approbatur d.l.1. §. de pupillo, bis uerbis:* De pupillo etsi nihil sit expressum edicto, attamen sine tutoris authoritate constituendo non obligatur. *Concordat l. ult. ff. eod. tt. cuius uerba uide* 3.*except.*15.

IIII. *Exceptio: Nisi filiusfamiliâs constituerit. Hæc exceptio reprobatur d.l.1.§.sed si filiusfam. bis uerbis:* Si filiusfamiliâs constituerit, an teneatur quæritur? Sed puto uerum, & ipsum constituentem teneri, & patrem de peculio.

V. *Exceptio: Nisi alius, non is qui constituit: uel alij, non ei cui constituitur, debeat uel debeatur. Hæc exceptio reprobatur l. 5. §. quod exigimus. ff. de constituta pecunia. cuius uerba uide* 3.*except.*19.*repl.*3.

VI. *Exceptio: Nisi alij se soluturum constituit. Hæc exceptio approbatur l. 5. §. item si mihi. ff. d. tt. bis uerbis:* Si mihi constituas te soluturũ, teneberis. Quòd si mihi constitueris Sempronio te soluturum, non teneberis. *Huius replicatio hæc est: Nisi tutor curatori uel actori cõstituatur pupillo, adolescenti uel municipib. solui. Hæc replicatio approbatur d. l. 5. §. item tutori, bis uerbis:* Tutori pupilli constitui potest, & actori municipum, & curatori furiosi. Sed & ipsi constituentes tenebuntur. Si actori municipum, uel tutori pupilli, uel curatori furiosi, uel adolescentis ita constituatur: municipibus solui, uel pupillo, uel furioso, uel adolescenti: utilitatis gratia puto dandam municipibus, uel pupillo, uel furioso, uel adolescenti utilem actionem.

VII. *Exceptio: Nisi procuratori constituatur. Hæc exceptio reprobatur sub conditione d.l.5.§.Iulianus, bis uerbis:* Iulianus lib. XI. Digestorum scribit, procuratori constitui posse. Quòd Põponius ita interpretatur, ut ipsi procuratori cõstituas te soluturũ, nõ dño.

VIII. *Exceptio: Nisi seruo uel ei qui bona fide seruit, constituerit. Hæc exceptio reprobatur d.l.5.§. fin. cum lege sequente, bis uerbis:* Seruo cõstitui posse constat. Et si seruo constituatur, domino solui, uel ipsi seruo: qualem qualem domino seruum obligationem adquirere. Idem est, etsi ei qui bona fide mihi seruit, constitutum fuerit.

IX. *Exceptio: Nisi filiofamiliâs constituatur. Et hæc exceptio reprobatur l. 7. ff. eod. tt. bis uerbis:* Etsi filiofamiliâs constituatur, ualet constitutum.

X. *Exceptio: Nisi cùm quis sibi aut Titio stipulatus esset, Titio sit constitutum. Hæc exceptio approbatur d.l.7. bis uerbis:* Si mihi aut Titio stipuler, Titio constitui suo nomine nõ posse, Iulianus ait: quia non habet petitionẽ, tametsi solui ei possit.

XI. *Exceptio: Nisi per nuncium uel per epistolã constituatur. Hæc exceptio reprobatur l.14.§.fin.ff. de constituta pecunia. cuius uerba uide* 3. *except.* 1. *Concordat l.15.ff.eod.tt.bis uerbis:* Licet libera persona sit, per quam tibi constituit: non erit impedimentum, quod per liberã personam adquirimus, quia ministerium tantummodo hoc casu præstare uidetur.

XII. *Exceptio: Nisi incertam personam soluturam constituit. Hæc exceptio approbatur Nouell.c. 115.§.ad hæc & aliud. ibi: si quis uerò dixerit. cuius uerba uide* 3.*causa* 1.

XIII. *Exceptio: Nisi alium soluturum uel facturum cõstituit. Hæc exceptio approbatur d.§. ad hæc & aliud. ibi: at si quis dixerit, cum sequentibus. Concordat l.1.§.sed & si quis.ff. de constit. pecunia, bis uerbis:* Si quis constituerit alium pro se soluturum, non se pro alio, non tenetur: & ita Pomponius libro octauo scribit. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi fideiussurum aliũ pro se constituerit. Hæc replicatio approbatur l.14. §.sed etsi quis.ff.de constit.pecunia, bis uerbis:* Si quis certam personam fideiussuram pro se constituerit, nihilominus tenetur, ut Pomponius scribit. Quid tamen si ea persona nolit fideiubere? puto teneri eum qui constituit: nisi aliud actum est. Quid si antè decesserit? si mora interueniente: æquum est teneri eum qui constituit, uel in id quod interest, uel ut aliam personam non minus idoneam fideiubendam præstet. Si nulla mora interueniente, magis puto non teneri.

XIIII. *Exceptio: Nisi pro absente debitore constituerit. Hæc exceptio reprobatur l.27. in prin. ff. d. tt. bis uerbis:* Vtrum præsente debitore, an absente constituat quis, parui refert.

XV. *Exceptio: Nisi pro inuito debitore constituerit. Et hæc exceptio reprobatur d.l.27. bis uerbis:* Etiam inuito debitore constituere quem posse, Pomponius libro XXXIIII. scribit. Vnde falsam putat opinionem Labeonis, existimantis: si posteaquam quis constituit pro alio, dominus ei denunciet, ne soluat: in factum exceptionem dandam: nec immeritò id Pomponius. Nam cum semel sit obligatus qui constituit, factum debitoris non debet eum excusare.

XVI. *Exceptio: Nisi debitor defunctus sit nullo adhuc herede eius existente, uel apud hostes sit. Hæc exceptio reprobatur l. 11. in prin. ff.*

de

*de conſtit.pecunia, his uerbis:* Hactenus conſtitutum ualebit, ſi quod conſtituitur, debitum ſit: etiamſi nullus appareat, qui interim debeat: utputa ſi ante aditam hæreditatem debitoris, uel capto eo ab hoſtibus, conſtituat quis ſe ſoluturum. nam & Pomponius ſcribit, ualere conſtitutum: quoniam debita ea pecunia coonſtituta eſt.

XVII. Exceptio: *Niſi pro ſatis locuplete conſtituerit ſe ſoluturum. Hæc exceptio approbatur l. 97.§. poſſum. ff. de uerb. obligat. cuius uerba cum concordantibus uide ſ̄ lib 18 cap.6.except.9.*

XVIII. Exceptio: *Niſi non conſtituendi animo factum ſit: puta ſi inutiliter quis ſit ſtipulatus. Hæc exceptio approbatur l.1.§.cum qui.ff de conſtit.pecunia, his uerbis:* Eum qui inutiliter ſtipulatus eſt, cum ſtipulari uoluerit, non coonſtitui ſibi: diceodum eſt, de conſtituta pecunia experiri ooo poſſe: quooiam non animo conſtitueotis, ſed promittentis factum ſit.

XIX. Exceptio: *Niſi debitum quod conſtituitur, nullum ſit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l.18.§. quod adijcitur.ff. de conſtit. pecunia.his uerbis:* Quod adijcitur, Eamque pecuniam, cum conſtitoebatur, debitam fuiſſe: interpretationem pleoiorem exigit. Nam primùm illud efficit, ut ſi quid tunc debitũ fuit cum conſtitueretur, nunc noo ſit: nihilominus teneat coonſtitutum: quia retrorſum ſe actio refert. Proinde & temporali actione obligatum conſtitueodo, Celſus & Iulianus ſcribunt, teneri debere: licet poſt cõſtitutum dies temporalis actionis exierit. Quare etſi poſt tempus obligationis ſe ſoluturum coonſtituerit, adhuc idem Iulianus putat: quoniam eo tẽpore conſtituerit quo erat obligatus: licet in id tempus, quo non tenebitur. *Cõcordat l.11.in prin.ff. eod.tt. cuius uerba uide ſ̄. except. 16. Concordat l.2.§.ſed & heredibus. ibi: ita tamen.C. eod.tt.cuius uerba uide ȷ. except. 26. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi tempore quo conſtituebatur, debitum fuit. tunc enim quamuis debitam eſſe defierit, nihilominus de conſtituta pecunia actio competit. quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Nam primùm illud efficit, &c. *Altera replicatio eſt: Niſi ipſo iure debitum ſit, quamuis per exceptionem elidi poſſit. Hæc exceptio reprobatur l.3.§.1.ff.d.tt.his uerbis:* Si quis conſtituerit, quod iure ciuili debebat, iure prætorio oon debebat (id eſt per exceptionem) an conſtituendo teneatur, quæritur? & eſt uerum (ut Pomponius ſcribit) eum noo teneri: quia debita iuribus oon eſt pecunia, quæ conſtituta eſt. *Tertia replicatio eſt: Niſi alij debeatur, uel alius debeat. tunc enim quamuis non ei cui conſtituitur, debeatur, uel is debeat qui conſtituit: nihilominus conſtitutum ualet. quæ replicatio approbatur l.5. §. quod exigimus. ff. de conſtituta pecunia, his uerbis:* Quod exigimus, ut ſit debitum quod conſtituitur: in rem exactum eſt, oon utiq; ut is cui conſtituitur, creditor ſit. nam & quod ego debeo, tu conſtituendo teneberis: & quod tibi debetur, ſi mihi conſtituatur, debetur. *Quarta replicatio eſt: Niſi natura debeatur, ut ad exceptionem proſit. tunc enim quamuis ex eo actio non detur, conſtituti tamen actio tenet. quæ replicatio approbatur l.1.§. debitum. ff. d. tt. his uerbis:* Debitum uel natura ſufficit. *Quinta replicatio eſt: Niſi iuratum ſit deberi, uel iuſiurandum relatum. Hæc replicatio approbatur l. 25. §. ſi iureiurando.ff. d. tt. his uerbis:* Si iureiorando delato debari tibi iuraueris: cum habeas eo nomine actionem, rectè de coonſtituta agis. Sed etſi noo ultrò detulero iuſiurandum, ſed refereodi oeceſsitate compulſus id fecero: quia oemo dubitat modeſtius facere qui referat, quàm qui ipſe iuret: nulla diſtioctio adhibetur, tametſi ob tuam facilitatem, ac meam uerecundiam ſubſecuta ſit referendi neceſsitas.

XX. Exceptio: *Niſi poſt rei debitæ interitum conſtituatur. Hæc exceptio approbatur ratione exceptionis ſuperioris proximæ. cuius replicatio hæc eſt: Niſi interitu rei debitæ non fuerit debitor liberatus. Hæc replicatio approbatur exemplo l.21.in prin.ff.de conſtit.pecunia, his uerbis:* Promiſſor Stichi, poſt moram ab eo factam mortuo Sticho, ſi conſtituerit ſe precium eius ſoluturum, tenetur. *Concordat l. 23. ff. eod. tt. his uerbis:* Promiſſor homio͛s homioe mortuo, cum per eum ſtaret, quo minus traderetur: etſi hóminem daturum ſe conſtituerit: de conſtituta pecunia tenebitur, ut precium eius ſoluat.

XXI. Exceptio: *Niſi in diem debitum, ante diem uenientem conſtituatur. Hæc exceptio reprobatur l.1. §. ſi is qui. ff. d.tt. his uerbis:* Si is qui iore ciuili & prætorio debeat, in diem ſit obligatus: an conſtituendo teneatur? Et Labeo ait teneri. quam ſeotentiam & Pedius probat: & adijcit Labeo, uel propter has potiſsimum pecunias, quæ nondum peti poſſunt, conſtituta inducta. Quam ſententiam non minus probarim. habet enim utilitatem: ut ex die obligatus, conſtituendo ſe eadem die ſoluturum, teneatur. *Concordat l.2. §. & liceat.C.eod.tt.cuius uerba uide ȷ.except.26.*

XXII. Exceptio: *Niſi conditionale debitum conſtituatur. Et hæc exceptio reprobatur d.§. & liceat. Concordat l.19.in prin.ff.eod.tt.cuius uerba uide ȷ.except.38.*

XXIII. Exceptio, *ſumpta ex cauſſa, ex qua debetur id quod conſtituitur, reprobatur l.1. §. debitum.*

*tum.ff.de constit.pecun.his uerbis:* Debitum ex quacunq; caussa potest constirui:.id est,ex quocunq; contractu,siue certi,siue incerti: & si ex caussa emptionis quis precium debeat,uel ex caussa dotis, uel ex caussa turelæ,uel ex quocunq; alio contractu. *Concordat l.29.ff.eod.tt.his uerbis:* Qui iniuriarũ, uel furti,uel ui bonorum raptorum actione renerur:& constiruendo tenetur.

XXIIII. *Exceptio,sumpta ex iure quo debetur id quod constitu tur,reprobatur d.l. 1. §. fin. his uerbis:* Debitum uel natura sufficit. Sed & is qui honoraria actione,non iure ciuili obligatus est,cõstiruẽdo tenetur. Videtur enim debitũ,& quod iure honorario debetur. Ideo & pater & dominus de peculio obstricti,si cõstituerint, renebũtut usq; ad eam quanritatem, quæ tunc fuit in peculio, cum constituebatur. Cærerùm si plus suo nomine constituant: non teneutur in id qnod plus est.

XXV. *Exceptio: Nisi falsò persuasus à creditore,quasi debitoris hæres esset,constituerit.* Hæc *exceptio approbatur l.ult.ff.d.tt.his uerbis:* Lucius Titius Seiorum debiror decessit. hi persuaserunr pupillo Mæuio,quòd hæreditas ad eum pertineret: & fecerunt ut epistolam in eos exponeret, debirorem sa esse, quasi hæredem patrui sui confirentem Qui & addidit epistolæ suæ,quòd in rationes suas eadem pacunia peruenisset. Quæsitum est, cum ad Publium Mæuium ex hæreditare Lucij Tirij nihil peruenerit:an ex scriptura proposira de constituta pecunia conueniri possit, & an doli exceptione uti possit? Scæuola respondit, nec ciuilem eo nomine actionem competere:sed nec de constiruta eum teneri, secundum ea quæ proponerẽrur.Idem quę sijt,usurarum nomine, quod ex caussa suprascripra datum sit,an reperi possit? Scæuola respondit,secundum ea quæ proponatentur,posse.

XXVI. *Exceptio, sumpta ex re constituta, reprobatur l.2. C. de constituta pecunia. his uerbis:* Recepticia actione cessante, quæ solennibus uerbis composita inusitaro recessit uestigio: necessarium nobis uisum est,magis pecuniæ constitutæ naturam ampliare. Cùm igitur præfata pecuniæ constirutæ actio in his casibus tantummodo à ueteribus conclusa est, ur exigeret res, quæ pondete,numero, mensura consistunt, in alijs autem rebus nullam haberet communionem:& neq; in omnibus casibus longæua esset constituta,sed in speciebus certis annali spacio concluderetur:& dubitaretur,an pro debito sub conditione uel in diem constituto eã possibile esset fieri, & an purè constituta pecunia contracta ualeret? Hac apertissima lege definimus,ut liceat omnibus constituere, non solùm res quę pondere,numero, mensura consistũt: sed etiam alias omnes siue mobiles, siue immobiles,siue sese mouentes,siue instrumenta,ual alias quascunq; res,quas in stipulationem possint homines deducere. neq; sit in quocunque casu annalis: sed siue pro se quis cõstiruat,siue pro alio: sit & ipsa in tali uiræ mẽsura,in qua omnes per sonales actiones positæ sunt: id est,annorũ meris triginta.Et liceat pro debito purè,uel in diem,uel sub conditione constitui:& non absimilem penitus stipulationi habear dignitatem, suis tamen naturalibus priuilegijs minimè defraudata. Sed & hæredibus contra hæredes competat: ut neq; recepriciæ actionis,neq; alio indigeat respublica in huiusmodi casibus adminiculo.sed sit pecuniæ constituræ actio per nostram constiturionem sibi in omnia sufficiens:ita ramen ut hoc ei inhæreat, ut pro debito fiat constitutum: cum secundũ antiquam recepriciam actionem exigebatur,& si quid non fuerat debitũ: cum satis absurdũ,& tam nostris temporib. quàm iustis legib.contrarium sit, permittere per actionem tecepriciã tes indebitas cõsequi, & iterum mulras proponere conditiones, quæ & pacunias indebitas & promissiones corrũpi & testitui definiunt. Vt igitur non erubescar tale legũ iurgium:hoc tantummodo constituatur, quod debirũ est: & omnia quæ de recepricia in diuersis libris legislatotum posita sunt, aboleantur: & sit pecuniæ constituræ actio omnes casus complectens,qui & per stipulationem possunt explicari. Et neminẽ moueat, qđ sub nomine pecuniæ etiã omnes res exigi definiamus: cum & in antiquis libris prudentũ, licet constituta pecunia nominabatur,tamẽ non pecuniæ tantùm per eã exigebantur,sed omnes tes quæ pondere,numero,mensura cõstituræ erãt. Sed & possibile est omnes tes in pecuniam conuerti: si enim certa domus,uel certus ager, uel certus homo, uel alia res, quæ expressa est, in constituendis rebus ponatur: quid distat à nomina ipsius pecuniæ? Sed ut subtilitati eorum satisfiat, qui non sensum, sed uana nominum uocabula amplecti desiderant: ita omnes res ueniant in constitutã actionem,tanquam si fuisset ipsa pecunia constituta: cum etiam ueteres pecuniæ appellatione omnes res significari definiant, & huiusmodi uocabulum & in libris iuris authorum, & in alia antiqua prudentia manifestissimè inuentum sit.

His

His uidelicet quæ argenti distractores, & alij negociatores in defensę cōstituerint, in sua firmitate secundum morem usque adhuc obtinentem durantibus.

XXVII. Exceptio: *Nisi non soluturum debitum, sed cauturum de eo, seu pignus uel fideiussorem daturum constituerit. Hæc exceptio reprobatur l. 14. §. 1. ff. de constituta pecunia, his uerbis:* Si quis constituerit se pignus daturum, cum utilitas pignorũ irrepserit, deberet iam hoc constitutum admitti. Sed & si quis certam personam, &c. *Reliqua uerba uide s. except. 13. repl. 1.*

XXVIII. Exceptio: *Nisi aliud quàm debetur, sit constitutum. Hæc exceptio reprobatur l. 1. §. an poßit. ff. d. tt. his uerbis:* An possit aliud constitui, quàm quod debetur, quæsitum est? Sed cùm iam placet, rem pro te solui posse: nihil prohibet & aliud pro debito constitui. Deniq; si quis centum debens, frumētum eiusdem precij constituat, puto ualere constitutum.

XXIX. Exceptio: *Nisi plus quàm debetur, constitutum sit. Hæc exceptio approbatur l. 11. §. fin. cum lege sequente. ff. de constituta pecunia, his uerbis:* Si quis centum aureos debens, ducentos constituat: in centum tantũmodo tenetur, quia ea pecunia debita est. Ergo & is qui sortem & usuras quæ non debebantur, constituit: tenebitur in sortē duntaxat. Sed etsi decem debeantur, & decem & Stichum constituat: potest dici decem tantummodo nomine teneri. *Huius exemplum est, si pater uel dominus de peculio obligati, plus quàm in peculio est, constituerint. Quod exēplum proponitur l. 1. §. fin. ff. de constituta pecunia. cuius uerba uide s. except. 24. Huius exceptionis in exemplo proposito replicatio prima hæc est: Nisi pater non suo, sed filij nomine plus quàm in peculio est, constituerit. Quæ replicatio approbatur l. 2. ff. eod. tt. his uerbis:* Quòd si filij nomine cōstituerit se decem soluturum, quamuis in peculio quinque fuerint, de constituta in decem tenebitur. *Altera replicatio est: Nisi ex pòst facto debitum sit minutum. hoc enim casu non minuitur actio constitutoria. Quæ replicatio approbatur in exemplo proposito l. 19. §. fin. cum lege sequente. ff. d. tt. his uerbis:* Si pater uel dominus constituerit se soluturum quod fuit in peculio, non minuetur peculium, ex quo ex ea caussa obstrictus esse cœperit. Et licet interierit peculium, non tamen liberatur. Nec enim quod crescit aut decrescit peculium, pertinet ad constitutoriam actionem.

XXX. Exceptio: *Nisi minus quàm debetur, constitutum sit. Hæc exceptio reprobatur l. 13. ff. de cōstit. pec. his uerbis:* Si quis uiginti debēs, decem constituit se soluturum: tenebitur.

XXXI. Exceptio: *Nisi certa quantitas constituta non sit. Hæc exceptio reprobatur l. 14. in prin. ff. d. tt. his uerbis:* Qui constituit se soluturum, tenetur: siue adiecerit certā quātitatem, siue non.

XXXII. Exceptio: *Nisi sine die sit constitutum. Hæc exceptio reprobatur l. 21. §. 1. ff. de constit. pecunia, his uerbis:* Si sine die cōstituas, potest quidem dici te non teneri, licet uerba edicti latè pateant. Alioquin & confestim agi tecum poterit, si statim ut constituisti, non soluas. Sed modicum tempus statuendum est, non minus decē dierum, ut exactio celebretur.

XXXIII. Exceptio: *Nisi certo tēpore uel loco cōstituat. Hæc exceptio reprobatur l. 16. §. 2. ff. d. tt. his uerbis:* Certo loco & tempore cōstituere quis potest, nec solùm eo loco petere, ubi ei constitutum est, sed exemplo arbitrariæ actionis ubiq; potest.

XXXIIII. Exceptio: *Nisi alio tempore, quàm quo debetur, se soluturum constituit. Hæc exceptio reprobatur l. 4. ff. d. tt. his uerbis:* Et si citeriore die cōstituat se soluturũ, tenetur. *Concordat l. 19. in prin. ff. d. tt. cuius uerba uide J. except. 38.*

XXXV. Exceptio: *Nisi post tempus obligationis se soluturum constituat. Et hæc exceptio reprobatur l. 15. §. quare etsi post. ff. d. tt. cuius uerba uide s. except. 19.*

XXXVI. Exceptio: *Nisi alio loco quàm debetur, se soluturum constituit. Hæc exceptio reprobatur l. 5. in prin. ff. d. tt. his uerbis:* Eum qui Ephesi promisit se soluturum, si cōstituat alio loco se soluturum, teneri constat. *Hactenus exceptiones aduersus caussam propositam, desumptæ ex ijs quæ ipsi constituto insunt. Nunc eæ exceptiones enumerandæ sunt, quæ sumuntur ex cōsequentibus constitutum.*

XXXVII. Exceptio: *Nisi id quod constitutum est, debitũ esse desierit. Hæc exceptio reprobatur l. 18. §. quod adijcitur. ff. de const. pecun. cuius uerba uide s. except. 19.*

XXXVIII. Exceptio: *Nisi conditio debiti quod constitutum est, defecerit. Hæc exceptio approbatur l. 19. in prin. ff. de constit. pecunia, his uerbis:* Id quod sub conditione debetur (siue purè, siue certo die constituatur) eadē conditione suspenditur, ut existēte conditione, teneatur: deficiēte, utraq; actio depereat. Sed is qui purè debet, si sub cōditione cōstituat? inquit Pomponius in hūc utilem actionem esse.

XXXIX. Exceptio: *Nisi cùm pater uel dominus de peculio constituisset, peculium postea interierit. Hæc exceptio reprobatur d. l. 19. §. fin. cum lege sequente, cuius uerba uide s. exception. 29. replicat. 2.*

XL. Exceptio: *Nisi per reum non stet, quo minus præstetur id quod est cōstitutum. Hæc exceptio*

*approbatur l. 16. §. ait prætor, his uerbis:* Ait Prætor, Si appareat eum qui constituit, neq; soluisse, neq; fecisse, neq; per actorē stetisse, quo minus fieret quod constitutū est. Ergo si non steterit per actorem, tenet actio, etiamsi per rerum naturā stetit. Sed magis dicendum est, subueniri reo debere. *Concordat d. l. 16. §. fin. cum lege sequente, his uerbis:* Hæc uerba Prætoris, Neq; fecisse: utrum ad tempus constituti pertineāt, an uerò usque ad litis contestationem trahamus, dubitari potest? & puto ad tempus constituti. Sed etsi alia die offerat, nec actor accipere noluit, nec ulla iusta caussa fuit non accipiendi: æquum est succurri reo aut exceptione, aut iusta interpretatione, ut factum actoris usque ad tempus iudicij ipsi noceat: ut illa uerba, Neq; fecisse: hoc significent, ut neque in diem in quem constituit, fecerit, neque postea. *Concordat item l. 18. in prin. ff. eodem tt. his uerbis:* Item illa uerba Prætoris, Neque per actorem stetisse: eandem recipiunt dubitationem. Et Pomponius dubitat, si fortè ad diem constituti per actorem non stetit, an antè steterit, uel postea? & puto & hæc ad diem constituti referenda. Proinde si ualetudine impeditus, aut ui, aut tempestate petitor non uenit: ipsi nocere, Pomponius scribit. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi cùm quis aliquem pro se fideiussurum constituisset, is fideiubere nolit. hoc enim casu constituens nihilominus ad interesse tenetur. Altera replicatio est: Nisi cùm quis aliquem pro se fideiussurum constituisset, is antequam fideiubeat post moram constituentis decesserit. Hæ duæ replicationes approbantur l. 14. §. sed & si quis. ff. eodem tt. cuius uerba uide s. except. 13. repl. 1. Plura de exceptione proposita uide s. libro 38. cap. 6. except. 8.*

X L I. Exceptio: *Nisi is cui tanquam hæredi constitutum est, hæreditatem restituit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 22. ff. de constit. pecun. cuius uerba uide j. quæstion. proxim. except. 2.*

X L I I. Exceptio: *Nisi is pro quo constituit, denunciauit constituenti, ne soluat. Hæc exceptio reprobatur l. 27. ff. d. tt. cuius uerba uide s. exceptio. 15.*

X L I I I. Exceptio: *Nisi is pro quo constitutum est, constituenti non soluat. Hæc exceptio reprobatur l. 5. C. de nouationibus. cuius uerba uide s. lib. 45. cap. 1. quæst. 2. except. 62.*

X L I I I I. Exceptio: *Nisi constituens satisdationem offerat. Hæc exceptio reprobatur l. 21. §. penult. ff. de constit. pec. his uerbis:* Constituto satis non facit, qui soluturū se constituit, scilicet si offerat satisdationem. *Planè admittitur exceptio hæc, si satisfacturum se constituit. Quæ distinctio approbatur d. l. 21. §. fin. his uerbis:* Si quis constituat se satisfacturum, & fideiussorem uel pignora det: non tenetur, quia nihil interest quemadmodum satisfaciat.

X L V. Exceptio: *Nisi solutum uel factum est, quod est constitutum. Hæc exceptio approbatur l. 16. §. ait prætor. ff. d. tt. cuius uerba uide s. except. 40. Concordat l. 18. §. fin. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide j. quæst. 9. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi post moram factam seu post tempus constitutum offerat. Hæc replicatio approbatur d. l. 16. §. fin. cum lege sequente. cuius uerba uide d. except. 40. Et plura de hac re uide s. lib. 38. cap. 6. except. 8. Altera replicatio est: Nisi cùm illud aut illud deberetur, alterū ex ijs cōstitutū sit, alterū solutum uel oblatū. Hæc replicatio approbatur l. 25. in prin. ff. de cōstit. pec. his uerbis:* Illud aut illud debuit, & constituit alterum: an uel alterum quod non constituit, soluere possit, quæsitum est? Papinianus. Dixi non esse audiendum, si uelit hodie fidem constitutæ rei frangere. *Tertia replicatio est: Nisi alij quàm constituit, soluat. Hæc replicatio approbatur quidem ipso iure, uerùm eius duplicatio prima hæc est: Nisi cùm seruo constituisset, domino soluat. Hæc duplicatio approbatur l. 5. §. fin. ff. de constit. pecunia. cuius uerba uide s. except. 8. Altera duplicatio est: Nisi cùm ei qui bona fide possidetur constituisset, possessori soluat. Hæc duplicatio approbatur l. 6. ff. d. tt. cuius uerba uide d. except. 8. Tertia duplicatio est: Nisi cùm quis tibi constituisset hoc modo, Tibi aut Titio se soluturum: Titio soluit. Hæc duplicatio approbatur l. 30. ff. d. tt. his uerbis:* Si quis duobus pecuniam constituerit, tibi aut Titio: etsi stricto iure propria actione constitutæ pecuniæ manet obligatus, si Titio soluerit: tamen per exceptionem adiuuatur, &c. *Plura de replicatione proposita uide in Comment. liberationum, cap. 3. except. 9. repl. 3. Hactenus de causa propositæ actionis, eiusq; exceptionibus.*

## III. QVIBVS COMPETIT actio proposita?

I. Regula: *Regulariter ei cui constitutum est, non alij competit actio proposita. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi is mortuus sit. hoc enim casu eius hæredibus competit. Quæ exceptio approbatur l. 2. §. sed & hæredibus. C. de constit. pecunia. cuius uerba uide suprà quæstione proxima, exceptione uigesimasexta. Altera exceptio est: Nisi cùm alicui tanquam hæredi constitutum esset, is postea hæreditatem restituit. hoc enim casu ei cui restituta hæreditas est, actio competit. Quæ exceptio approbatur l. 22. ff. de constit. pec. his uerbis:* Si post constitutā tibi pecuniam hæreditatē ex S. C. Trebelliano restitueris, quoniam

fortia

ſortis petitionem trāſtuliſti ad alium, deneganda eſt tibi pecuniæ cōſtitutæ actio. Ide eſt in hæreditatis poſſeſſore poſt euictam hæreditatem. Sed magis eſt, ut fideicommiſſario, uel ei qui euicit, decernēda ſit actio. *Tertia exceptio eſt: Niſi ſeruo conſtitutum ſit. hoc enim caſu domino cōpetit actio. Quæ exceptio approbatur l.5.§.fin ff.d.tt.cuius uerba uide s̄.quæſt.prox except.8. Quarta exceptio eſt: Niſi ei qui bona fide ſeruit, conſtitutum ſit. hoc enim caſu bonæ fidei poſſeſſori competit actio. Quæ exceptio approbatur l.6. ff.eod.tt.cuius uerba uide s̄: d.except 8.*

II. Regula: *Si quis mihi aut Titio ſe ſoluturum conſtituit, ſoli mihi competit actio, non Titio. Quæ regula approbatur l.8. ff. de conſtit.pec. his uerbis:* Si mihi aut Titio conſtitueris te ſoluturū, mihi competit actio. Quòd ſi poſteaquā ſoli mihi te ſoluturum conſtituiſti, ſolueris Titio: nihilominus mihi teneberis: *Plura de regula propoſita uide s̄.lib.37. cap.3.except.26.repl.12.*

IIII. ADVERSVS QVOS datur actio?

I. Regula: *Filiofamilias conſtituente, tam ipſe quàm pater eius tenetur. Quæ regula approbatur l.2.§.ſed ſi filiusfam ff.de conſtit.pec.cuius uerba uide s̄.quæſt.2.except.4.*

II. Regula, *De heredibus conſtituentis, proponitur l.1.C. eod.tt. his uerbis:* Si pro alieno debito te ſoluturum conſtituiſti, pecuniæ conſtitutæ actio non ſolùm aduerſus te, ſed etiam aduerſus hæredes tuos perpetuò cōpetit. *Concordat l.2.§. ſed & heredib. C.eod.tt.cuius uerba uide s̄.quæſt.2.except.26.*

V. QVID VENIAT IN actione propoſita?

I. Regula: *Non pœnam, ſed rei perſecutionem continet hæc actio: Quæ regula approbatur l.18. §.ē re autem. ff.de conſtit. pecunia, his uerbis:* Ē re eſt hic ſubiungere, utrùm pœnam contineat hæc actio, an rei perſecutionē? Et magis eſt (ut etiam Marcellus putat) ut rei perſecutionem.

II. Regula: *Id quod plus debito conſtitutum eſt, non debetur. Quæ regula approbatur per ea quæ propoſita ſunt s̄.quæſt.2.except.29. Huius exemplum proponitur l.1. in prin. ff. de conſt. pecun. his uerbis:* Quòd ſi maritus plus conſtituit ex dote, quàm facere poterat: quia debitum conſtituit, in ſolidum quidem tenetur, ſed muliere in quātum facere poteſt, condemnatur.

III. Regula, *De eo quod intereſt, ſi conſtitutum non præſtitur, proponitur l.14. §. ſed etſi quis. ff.d.tt.cuius uerba uide s̄.quæſt.2.except.13.repl.1.*

IIII. Regula: *Vnus ex duob. conſtituentibus in ſolidum tenetur. Quæ regula approbatur l.16. in prin. ff. d. tt. his uerbis:* Si duo quaſi duo rei conſtituerimus, uel cum altero agi poterit in ſolidum. *Planè diuiſionis beneficium ex epiſtola diui Hadriani perinde ac inter fideiuſſores impetrari poteſt: quod primæ exceptionis loco notandum. Quæ exceptio approbatur l.3. C.eod. tt. cuius uerba uide s̄. cap.2. quæſt.2. reg.1. Altera exceptio eſt: Niſi in correorum perſonis conſtitutum ſit inutile. hoc enim unū cōſtituentem non onerabit in ſolidum. Quæ exceptio approbatur Nouell. c.115. §. at ſi quis dixerit, in fine. cuius uerba uide s̄. quæſt.2.cauſa 1.*

V. Regula: *Vſuræ non ueniunt in hanc actionem ex conſtituto. Quæ regula approbatur l.24. ff. de conſtit. pec. cuius uerba uide s̄. quæſt.2.cauſa 4. Contradicere uidetur l.26.ff.eod.tt.cuius uerba uide d.quæſt.2.cauſa 2. Sed ibi in reſponſo nulla uſurarum ſit mentio.*

VI. VBI COMPETIT Actio propoſita?

I. Regula: *Si certo loco conſtitutum eſt, arbitrariæ actionis exemplo ubiq; competit. Quæ regula apprpbatur l.16.§.1.ff.de conſtit. pecun. cuius uerba uide s̄.quæſt.2.except.31.*

II. Regula: *Legatus Romæ conſtituens, reuocādi domum ius non habet. Quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur l.5.§.1.ff.d.tt.his uerbis:* Iulianus legatum Romæ conſtituentē quod in prouincia acceperat, putat cōueniri debere. Quod & uerum eſt. Sed ſi cùm non Romæ eſſet, ſed in prouincia adhuc, conſtituit ſe Romæ ſoluturum: denegatur in eum actio de conſtituta.

VII. QVANDO COMPEtit actio propoſita?

I. Regula: *Si ſine die conſtitutum eſt, non niſi poſt decem dies actio competit. Quæ regula approbatur l.21.§.ſi ſine.ff.de conſtit.pec. cuius uerba uide s̄.quæſt.2.except.32.*

II. Regula: *Debitum cōditionale, quamuis purè conſtitutum, non niſi exiſtente conditione propoſita actione peti poteſt. Quæ regula approbatur l. 19.in princip. ff.d.tt.cuius uerba uide d.quæſtion.2. exception.38.*

III. Regula: *Prius reus principalis eſt conueniendus. de qua re uide s̄.cap.3.quæſt.6. regul.2.*

VIII. QVAMDIV COMpetit?

I. Regula: *Perpetua eſt actio, hoc eſt, triginta annorum. Quæ regula approbatur l.1.C.de conſtit. pec.cuius uerba uide s̄.quæſt.4.reg.2. Concordat l.2.§.neq; ſit in quocunq; caſu.C.eod.tt. cuius uerba uide s̄.quæſt.2.except.26.*

II. Regula: *Præſcriptio temporis quæ obſtat principali actioni, huic non obeſt. Quæ regula approbatur l.18.§.quod adijcitur. ibi: proinde & temporali.ff.de conſt.pecun.cuius uerba uide s̄.quæſtion.2.except.19. Sed & de hac re uide s̄. lib.36.cap.15.except.7.*

IX. EVEN.

### IX. EVENTVS.

*Pecunia constituta non liberatur reus principalis, nec prior actio tollitur. Quae regula approbatur d.l.18.§.fin.bis uerbis:* Vetus fuit dubitatio, an qui hac actione egit, sortis obligationem consumat? Et tutius est dicere, solutione potius ex hac actiono facta liberationem contingere, non litis conrestatione: quoniam solutio ad utranq; obligationem proficit. *Concordat l.28.ff.eod.tt. bis uerbis:* Vbi quis pro alio constituir se solururum, adhuc is pro quo constituit, obligatus manet. *Concordat item l.15. ibi: nam qui. ff. de in rem uerso. cuius uerba uide J. cap.13. quaest.2.caussa 3.except.3.repl.3.*

### X. ADFINIA REMEDIA.

*I. Regula: Etiam principali actione agi potest, ut ex iam dictis patet. Imò si quis pro alio se soluturum constituit, prius principali actione agi debet, per ea quae proposita sunt S.cap.3.quaest.6.reg.2.*

*II. Regula: Si stipulatio interuenit, non de constituta pecunia, sed ex stipulatu actio cõpetit. Quae regula approbatur Inst.de actionib.§.de constituta, in fine.cuius uerba uide S.quaest.2.causa 1.*

*III. Regula: Si quis alicui scripserit, ut debitorem suum liberet, se ei pecuniam soluturum: mandati actio est. Quae regula approbatur l.27.in prin. ff.mandati.cuius uerba uide S.lib.41.cap.14.quaest. 2.except.13.repl.5.*

*IIII. Regula, De recepticia actione sublata, proponitur l.2.in prin.C.de constit.pecun.cuius uerba uide S.quaest.2.except.26.*

### XI. SIMILE.

*Constitutae pecuniae actio per omnia sequitur naturam actionis ex stipulatu, nisi si quid specialiter fuerit exceptum. Quae regula approbatur d.l.2.§. hac aperiissima lege ibi: & non absimilem penitùs. item ibi: & si pecuniae constitutae. cuius uerba uide (ut dixi) d. except. 26. Haec de constitpte pecuniae actione.*

## *DE EXCEPTIONE SENATUSCONSULTI VELLEIANI. Cap. VI.*

*Pendet hoc caput ex superiore cap. 1. quaest. 2. except. 2. item S. cap. proxim. quaest.2. exception. 2.in fine.*

PRimò: *Verba senatusconsulti, quo exceptio proposita introducta est, cum adfinibus eius remedijs proponuntur l.2.in prin.ff.ad S.C.Velleianum, in hunc modum:* Primò quidom remporibus diui Augusti, mox deinde Claudij, edictis eotum erat interdictum, ne foeminae pro uiris suis intercoderent: postea factum est senatusconsultum, quo plenissimae foeminis omnibus subuentum est, cuius senatusconsulti uerba haec sunt: Quòd Marcus Syllanus, & Velleius Tutor consules uerba fecerunt do obligationibus foeminarum, quae pro alijs reae fierent: quid de ea re fieti oporteret, de ea re ita consuluerunt. Quod ad fideiussiones & mutui dationes pro alijs, pro quibus intercesserunt foeminae, pertinet (tametsi antea oidetur ita ius dictum esse, ne eo nomine ab his petitio fiat, neue in eas actio detur) cum eas uirilibus officijs fungi, & eius generis obligationibus obstringi, non sit aequum: arbitrari senatum, rectè eos atq; ordine facturos, ad quos de ea re in iure aditum erit: si dederint operam, ut in ea re senatus uoluntas seruetur.

*II. Ratio huius exceptionis proponitur d.l.2.§. uerba, bis uerbis:* Verba senatusconsulti excutiamua, priua prouidentia amplissimi ordinis laudata: qua opem tulit mulieribus, propter sexus imbecillitatem multis huiusmodi casibus suppositis atq; obiectis. *Concordat l.1.ff. eod. tt.cuius uerba uide J. quaest.prox.in prin.*

### III. CAVSAE HVIVS exceptionis.

*I. Caussa, eaq; generalis haec est: Si mulier pro alio intercesserit. Quae causa approbatur uerbis senatusconsulti iam propositis. Concordat d.l.1.bis uerbis:* Velleiano senatusconsulto plenissimè cõprehensum est, ne pro ullo foeminae intercederent. Nam sicut moribus ciuilia officia adempta sunt foeminis, & pleraque ipso iure non ualent: ita multo magis adimendũ eis fuit id officiũ, in quo non sola opera nudumque ministerium earum uersaretur, sed etiam periculum rei familiaris. *Concordat item l.4. C.ad S. C.Velleianum.cuius uerba uide J.causa 3. Item concordat l.14.C.eod. tt. bis uerbis:* Mulierem contra senatusconsulti Velleiani authoritatẽ nõ posse inrercedere, eademq; exceptione fideiussores eius uti posse, iutis authoritas probat. Vnde si mater tua marito quondam suo hęres non extitit, satis idoneae exceptionis remedio tuta ast. *Huius caussae species sunt caussae sequentes.*

*II. Caussa: Si mulier alium defendit. Haec caussa approbatur l.2.§.fin.ff.ad S.C.Velleianum, bis uerbis:* Si mulier defensor alicuius exriterit, proculdubio intercedit. Suscipit enim in so alienam obligationem, quippe cum ex hac te subeat condemnationom. Proinde neque maritum, neque filium, neq; patrẽ permittitur mulieri defendere. *Huius caussae exceptio haec est: Nisi mulier eum defendat, qui condemnatus ad eam regressum est habiturus. Haec exceptio approbatur l.1.ff.eod.tt.bis uerbis:* Si eum defendat, qui damnatus regressum ad eam habeat: ueluti cum uenditorem

ditorem hæreditatis sibi uenditæ, uel fideiussorem suum defendat: intercedere non uidetur.

III. *Caussa: Si mulier soluit pro alio. Hæc caussa reprobatur l.4. in fine, cum lege sequente. ff. d. tt. his uerbis:* Si tibi donatura, creditori tuo numos numerauit: non intercedit. Senatus enim obligatæ mulieri succurrere uoluit, non donanti: hoc ideo, quia facilius se mulier obligat, quàm alicui donat. Nec interest pecuniam soluendi caussa numeret, an quamlibet suam rem in solutũ det. Nam & si uendiderit rem suam, siue precium acceptum pro alio soluit, siue emptorem delegauit creditori alieno: non puto senatusconsulto locum esse. *Concordat l.8. §. planè si mulier. ibi: quia etsi. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. causa 6. Concordat item l. 1. C. eodem tt. his uerbis:* Mulieribus quidem quæ alienam obligationem suscipiunt, uel in se transferunt, si id contrahentes nõ ignorent, senatuscõsulto subuenitur. Sed si pro alijs, cum obligatæ non essent, pecuniam exoluerunt: intercessione cessante repetitio nulla est. *Concordat item l.4. C. eod. tt. his uerbis:* Senatusconsultũ locum habet, siue eam obligationem, quæ in alterius persona constitit, mulier in se transtulit, uel participauit: siue cum alius pecuniam acciperet, ipsa se ab initio ream cõstituit, quod in rerum earum pro alijs obligationibus admissum est. Sed si prædia tua annis maior XXV. uendidisti, & pro marito pecuniá soluisti: deficit auxiliũ senatusconsulti. *Planè admittitur caussa proposita, si ex intercessione mulier soluit pro alio, ignorãs se exceptione senatuscõsulti defendi. Quæ distinctio approbatur l.9. C. d. tt. cuius uerba uide J. quæst. 6. reg. 6. Concordat l. 8. §. interdum. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. causa 6.*

IIII. *Caussa: Si mulier id quod alius debet, ipsa promittat uel constituat. Hæc caussa approbatur uerbis d. l. 1. & l. 4. C. ad S. C. Velleianum, iam propositis.*

V. *Caussa: Si mulier fundum alterius creditori uendat, ita ut pecuniam debitori suo faciat acceptã. Hæc caussa approbatur l. 32. §. item si mulier. ff. ad S. C. Velleianũ, his uerbis:* Si mulier creditori uiri fundum uendidit ea conditione, ut emptor acceptam pecuniá uiro referret, & hunc fundum uindicat: exceptio quidẽ opponitur ei de re empta & tradita, sed replicabitur à muliere, ac si ea uẽditio cõtra senatusconsultum facta sit. Et hoc procedit, siue ipse creditor emerit, siue interposuerit aliũ, quo mulier ea ratione careat re sua. Idem est, etsi non pro uiro, sed pro alio debitore rem suá tradidit. *Huius caussæ exceptio est: Nisi non creditori, sed alij mulier uendiderit rem suam, preciumq; creditori soluit pro alio, uel emptorem creditori delegauit. Hæc exceptio approbatur l. 5. ff. ad S. C. Velleianũ. cuius uerba uide s. caussa 1. Concordat l. 4. in fine. C. eod. tt. cuius uerba uide d. causa 3. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi creditor aliũ qui rem à muliere emeret, interposuit. Hæc replicatio apprbatur uerbis iã propositis hisce:* Siue interposuerit aliũ, &c.

VI. *Caussa: Si mulier pro alio debitorem suum delegauit. Hæc caussa reprobatur uerbis d. l. 5. d. caussa 3. propositis. Concordat l. 8. §. planè si mulier. ff. eod. tt. his uerbis:* Si mulier intercessura debitorem suum delegauit, senatuscõsultum cessat: quia etsi pecuniá numerasset, cessaret senatusconsultũ. Mulier enim per senatusconsultum releuatur, nõ in his quæ deminuit, restituitur. *Concordat l. 19. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. quæst. prox. reg 2. Planè admittitur caussa pposita primùm, si cum intercessisset pro alio mulier, postea ex ea caussa debitorem suũ creditori delegauerit: hoc enim casu cõdictio mulieri cõpetit. Quæ distinctio approbatur d. l. 8. § interdũ, his uerbis:* Interdũ intercedenti mulieri & cõdictio cõpetit, utputa si contra senatusconsultũ obligata, debitorẽ suũ delegauerit. Nã hic ipsi cõpetit cõdictio, quemadmodũ etsi pecuniá soluisset, condiceret. Soluit enim & qui reum delegat. *Deinde admittitur caussa proposita, si delegatus à muliere debitor eius non fuit. Quæ distinctio approbatur ibidem his uerbis:* Sed si is qui à muliere delegatus est, debitor eius nõ fuerit: exceptione senatuscõsulti poterit uti, quẽadmodũ mulieris fideiussor. *Concordat l. 8. §. sed si eũ, his uerbis:* Sed si eũ delegauerit, qui debitor eius fuit: fraus senatuscõsulto facta uidebitur. Et idcirco exceptio datur.

VII. *Caussa: Si alij mandauit mulier, ut pro alio intercederet. Hæc caussa approbatur per ea quæ proposita sunt s. cap. 4. quæst. 5. reg. 1. exc. 2. repl. 3.*

VIII. *Caussa: Si mulier à debitore creditori sit delegata, et inde cõueniatur. de hac causa uide J. exc. 7.*

IX. *Caussa: Si mulier debitori suo ius pignoris remisit. Hæc caussa reprobatur l. 8. in prin. ff. ad S. C. Velleianum, his uerbis:* Quamuis pignoris datio intercessionem faciat, tamen Iulianus lib. XII. Digestor. scribit, redhibitionem pignoris (si creditrix mulier rem quã pignori acceperat, debitori liberauerit) non esse intercessionem. *Concordat l. 11. C. eod. tt. cuius uerba uide s. lib. 15. cap. 5. quæst. 5. reg. 2. except. 1. repl. 2.*

X. *Caussa: Si mulier rem suam uel sibi obligatã pro alio pignori dederit. Hæc caussa ap.pbatur uerbis iam propositis hisce:* Pignoris datio intercessionẽ faciat. *Cõcordat l. 5. in prin. C. eod. tt. cuius uerba uide J. exc. gener. 14. Cõcordat itẽ l. 7. C. eod. tt. cui. uerb. uide J. quæst. 6. reg. 7. Huius caussæ exc. hæc est: Nisi cũ mulieri res pignori esset obligata:*

*gata, quæ alij etiam obligata erat, posterior creditor ei debitum soluerit, & ita mulier ius pignoris ei cesserit.* *Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.17.§. si mulier.ff.ad S.C.Velleianum. cuius uerba uide s̄. lib. 40. cap. 9. reg. 1. except. 41. replicat. 7.*

X I. *Caussa: Si mulier intercedendi animo seruum alienum in iure interrogata, suum esse responderit. Hæc causa approbatur, simul & distinguitur l.26.ff.d.tt.his uerbis:* Si mulier intercedendi animo seruum alienum suum esse responderit, quasi intercesserit, auxilio senatusconsulti utetur. Planè si pro bona fide sibi seruiente responderit, non uidetur intercessisse.

X I I. *Causa: Si mulier in iure interrogata hæredem se responderit, cum non esset. Hæc causa approbatur, simul & distinguitur l.23. ff. d.tt.his uerbis:* Si mulier in iure interrogata, responderit se hæredem esse: si sciens se hæredē non esse respōderit, minimè intercessisse uideri, Paulus ait: quia decepit. Quòd si existimauit se hęredem, & eo nomine decepta respondit: in eam actionem quidē dari plerique existimauerūt, sed exceptione senatusconsulti adiuuari.

X I I I. *Caussa: Si mulier hæreditatem alicuius adeat, ut æs alienum eius suscipiat. Hæc caussa reprobatur l.32. in prin.ff.d.tt.his uerbis:* Si mulier hæreditatem alicuius adeat, ut æs alienum eius suscipiat: uix est, ut succurri ei debeat, nisi fraude creditorum conceptū id sit. Nec enim loco minoris uigintiquinque annorū circumscripti per omnia habenda est mulier. *Concordat l.13. in prin. ibi: aut si hæred. ff. eod. tit. cuius uerba uide J. except. gener. 2.*

X I I I I. *Caussa: Si mulier adierit hæreditatem, cuius debitores soluendo non sunt. Hæc caussa reprobatur l.19. §. denique si proponas. ff.d.tt. cuius uerba uide J. caussa prox.*

X V. *Caussa: Si mandatu mulieris quis damnosam adijt hæreditatem, muliere indemnitatem promittente. Hæc caussa reprobatur d.l.19. in prin. his uerbis:* Tutor pupilli decesserat hærede instituto Titio, cum de adeunda hæreditate dubitaret, quoniam malè gesta tutela existimaretur: persuadente matre pupilli, ut suo periculo adiret, adijt: stipulatusque de ea caussa est, indemnem se eo nomine præstari. Si ex ea caussa Titius pupillo aliquid præstitisset, isque matrem conueniret: Africanus negauit exceptioni senatuscōsulti locum esse, quando uix sit ut aliqua apud eundem pro eo ipso intercessisse intelligi possit. Nec dissimilem esse huic propositioni ex facto agitatam quæstionem. Cùm quidam uir prætorius decessisset, duobus filijs superstitibus, quorum alter impubes, alter legitimus frater tutor esset: & cùm pater ea hæreditate se abstinere uellet, mandatu uxoris defuncti, quæ mater pupillo esset, abstento pupillo solum se hæreditati miscuisset. Vbi similiter se respondisse ait, Si ex caussa agente pupillo, damnum eo nomine passus esset: non impediri eum senatusconsulto, quo minus à muliere rem seruaret. In proposita specie & illud tractatum esse, an is qui mandatu mulieris adierit, si damnum ob id patiatur, quòd debitores hæreditarij soluendo non fuerint, senatuscōsulto locus sit, quasi mulier quodammodo eorū obligationes susceperit. Magis autē esse, ut ne ob hanc quidem caussam senatuscōsultum locū habeat: quando non ea mente fuerit, ut pro his intercederet: sed ut tutoris aduersus pupillum & cæteros fortè creditores indemnem præstaret hæredē. Deinde si proponas mulierem in emptione hæreditatis eo nomine damnum pati, quòd debitores hæreditarij soluendo non sint: nulla puto dubitatio erit, quin senatusconsulto locus non sit, etiamsi maximè creditoribus aliquantum præstiterit. Quid ergo si cum propterea de adeunda hæreditate dubitaret Titius, quòd parum idonea nomina debitorum uiderentur, mulier hoc ipsum repromisit, ut quāto minus à quoquo eorum seruari possit, ipsa præstaret? propè est ut sit intercessio.

X V I. *Caussa: Si mulieri crediturus quis, alij mandatu mulieris promiserit. Hæc caussa reprobatur d.l.19.§. cùm haberes. cuius uerba uide J. quæst. prox. reg. 2.*

X V I I. *Caussa: Si mulier cum aliquo contrahat, alij donatura, creditura, uel alio modo id quod ex contractu percipit, ad alium translatura. Hæc caussa reprobatur l.4 ff.ad S.C.Velleianum, his uerbis:* Si ego cum muliere ab initio contraxerim, cum ignorarem cui hoc factū uellet: non dubito senatusconsultum cessare. & ita diuus Pius & Imperator noster rescripserunt. Proinde si dum uult Titio donatum, cepit à me mutuam pecuniam, & Titio donauit: senatusconsultum cessabit. Sed etsi tibi donatura, &c. *Reliqua uerba uide s̄. causa 1. Concordat l.11.ff.eod.tt.his uerbis:* Si mulier tanquam in usus suos pecuniā acceperit alij creditura, non est locus senatusconsulto. Alioquin nemo cum fœminis contrahet: quia ignorari potest, quid actura sint. *Concordat item l.17. ibi: nec id contrarium. ff. eod.tt. cuius uerba uide J. except. gener. 7. repl. 1. Item concordat l.19 § cùm haberes. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. quæst. prox. reg. 2. Item concordat l.27. in prin. ff. eodem tt. his uerbis:*

Bona

Bona fide personam mulieris in contrahendo secutus, ob ea quæ inter uirum & uxorem accepta pecunia gesta sunt, exceptione senatusconsulti non submouetur. *Concordat item l. 2. C. eod. tt. his uerbis:* Frustrà senatusconsulti exceptione, quod de intercessionibus fœminarum factum est, uti tentasti: quoniam principaliter ipsa debitrix fuisti. Eius enim senatusconsulti exceptio tunc mulieri datur, cum principaliter ipsa nihil debet, sed pro alio debitore apud creditorem eius intercessit. *Concordat item l. 10. C. eod. tt. his uerbis:* Si aduersarius tuus non cum marito tuo, sed tecum negocium gessit: reliqua conductionis quæ dicis esse contracta, obtentu eiusmodi obligationum non potes recusare. Enimuerò si cum eosdem fundos non tibi, sed marito tuo locaret, personā tuam ut idoneam secutus est: beneficio amplissimi ordinis, quod factum est de intercessionibus fœminarum, te tueri potes. *Item concordat l. 13. C. eodem tt. his uerbis:* Si fœnebris pecunia iuxta fidē ueri à creditore tibi data est, siue tota quantitas fœnoris, siue pars eius in usum mariti processisse proponatur: decreto patrum non adiuuaris, licet creditor caussam contractus non ignorauerit. *Planè admittitur caussa proposita, si creditor sciuit mulierem alterius caussa contrahere. Quæ distinctio approbatur l. 12. ff. ad S.C. Velleianum, his uerbis:* Imò tunc locus est senatusconsulto, cum scit creditor eam intercedere. *Concordat l. 8. §. fi. cùm essem. ff. eod. tt. his uerbis:* Si cùm essem tecum contracturus mulier interuenerit, ut cum ipsa potius contraham: uidetur intercessisse. Quo casu datur in te actio quæ instituit magis, quàm restituit obligationem: ut perinde obligeris eodem genere obligationis, quo mulier obligata est. Verbi gratia, si per stipulationem mulier, & tu quasi ex stipulatu conueniaris. *Concordat item l. 28. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis:* Fundum uxoris suæ maritus obligauit Sempronio ob conductionem, mox mulier à Numerio sua fide mutuam pecuniam acceptam sub obligatione eiusdem fundi, soluit statim Sempronio pro marito suo: quęsitum est, an aduersus senatusconsultum obligata sit? Scæuola respondit, si Numerius sciisset eam intercedere: fore senatusconsulto, de quo quæritur, locum. *Concordat item l. 29. ff. eod. tt. his uerbis:* Quidam uoluit hęredibus Lucij Titij mutuam pecuniam dare, & cum eis contrahere: sed quoniam facultates eorum suspectas habuit, magis uoluit uxori testatoris dare pecuniam, & ab ea pignus accipere. Mulier eandem pecuniam dedit hæredibus, & ab eis pignus accepit. Quæro, an intercessisse uideatur: & an pignora quæ ipsa accepit, teneantur? Paulus respondit, si creditor, cū contrahere uellet cum hæredibus Lucij Titij, euitatis ijs magis mulierem ream elegit: & in ipsius persona senatusconsulto quod de intercessionibus factum est, locū esse: & pignora data non teneri. Eas autem res quas mulier ab his pro quibus intercedebat, pignori accepit, creditori mulieris obligatas non esse. Sed non sine ratione prætorem facturum, si non tātùm persona mulieris sub ducta, in principales debitores dederit actionem, sed etiam in res quæ mulieri obligatæ sunt. *Concordat deniq; l. 19. C. eod. tt. his uerbis:* Cùm ad eas etiam obligationes quæ ex mulieris persona calliditate creditoris sumpserint primordium, decretum patrum quod de intercessione fœminarum factum est, pertinere perpetuo edicto declaratur (si tamen creditor qui cum alio contrahere ꝓposuerat, mulieris personam eligit) exceptione contra petitores secūdum ea quæ adseueras, defendi potes. *Planè propositæ distinctionis qua caussa proposita approbatur, exceptio hæc est: Nisi non in fraudem senatusconsulti, sed bona fide creditor cum muliere contraxerit, crediturus etiam sine intercessione mulieris ei cui à muliere pecunia datur, si petijsset. Hæc exceptio elicitur ex legibus iam propositis. Cui concordat l. 13. in fine. C. eod. tt. cuius uerba uide paulo superius ead. caussa, in prin.*

XVIII. *Caussa: Si cùm mulieri alterius nomine solutum esset, eaq; de rato cauisset, dominus ratum non habuerit, ideoq; mulier ex cautione sua conueniatur. Hæc caussa reprobatur l. 15. ff ad S.C. Velleianum, his uerbis:* Si mulieri soluero id quod debebam, & ab ea ratam rem te habiturum stipulatus fuero, & fortè te ratū non habente agere ex stipulatu instituero: exceptio senatuscōsulti quod de intercessionibus fœminarum factum est, non proderit mulieri. Non enim uideri potest alienam obligationem recusare, cum meam debito obligatus, & ipsa de lucro agat: ac potius reddere cogatur quod nō debitum acceperat, quàm pro alio soluere.

XIX. *Caussa: Si mulier in re aliena quid faciendum, uel non faciendum mandauit, & eo nomine indemnitatem promisit. Hæc caussa reprobatur exemplo l. 8. §. 1. ff. ad S. C. Velleianum, his uerbis:* Si mulier interuenerit apud tutores filij sui, ne prædia eius distraherent, & indemnitatem eis repromiserit: Papinianus lib. IX. Quæstionum non putat eam intercessisse. Nullam enim obligationem

Aa alienam

alienam recepisse, neque ueterem neque nooam: sed ipsam fecisse hanc obligationem. *Concordat l.6.C.eod.tt.his uerbis:* Si mater cum filiorum suorum patrimoniũ gereret, tutoribus eorum securitaté promitteret, & fideiussorem præstiterit, uel pignora dederit: quoniam quodammodo suum negocium gessisse uidetur, senatusconsulti auxilio neque ipsa neque fideiussor ab ea præstitas, neque res eius pignoratæ adiuuantur. Sin autem tutore se excusare uolente, ipsa se interposuit, indemnitatem ei repromittens: auxilio senatusconsulti uti minimè prohibetur. Si uerò tutores perijt, & sponte periculum suscepit: quo minus teneatur, authoritas eam iuris tuetur. *Aliud exemplum proponitur l.19. in prin. ff. eod.tt. cuius uerba uide s̄.caussa 15. Planè admittitur caussa proposita in indemnitate promissa eius, quod debebitur ei cui indemnitas est promissa, non eius quod debiturus est is alij. Quæ distinctio (Accursio in d.l.8. §.1. teste) approbatur uerbis d.l.6. iam propositis hisce:* Sin autem tutore se excusare uolente, &c.

X X. *Caussa: Si mulier pro alio iudicium suscipiat. Hæc caussa approbatur, simul & distinguitur l.ult.§.penult.ff.ad S.C.Velleianum, cuius uerba uide j.except.22.*

X X I. *Caussa: Si cùm mulier pecuniam mutuam accepisset fideiussore marito dato, maritus in suo testamento cauerit, se eam pecuniam principaliter debere. Hæc caussa reprobatur l.28.in prin. ff.d.tt. his uerbis:* Seia mancipia emit, & mutuam pecuniam accepit sub fideiussore marito, eamq; soluit uenditori. Postea maritus decedens, &c.

DE EXCEPTIONIBUS PRAE-
cedentium caussarum generalibus.

*Hactenus exceptionis propositæ aliquot caussas tum generales tum speciales partim approbatas, partim reprobatas enumerauimus. Approbatarum autē caussarum exceptiones hæ sunt.*

I. Exceptio, *sumpta ex genere obligationis, qua & in qua mulier intercessit, reprobatur l.2.§.omnis omnino.ff.ad S.C.Velleianum, his uerbis:* Omnis omnino obligatio senatusconsulto Velleiano comprehenditur, siue uerbis, siue re, siue quocunque alio contractu intercesserint. *Concordat l.18.C.eodem tt. cuius uerba uide j.except.14.*

I I. Exceptio: *Nisi obligatio, in qua mulier intercedit, ipsam contingat, eiusq; sit negocium. Hæc exceptio approbatur l.11. in princip. ff.d.tt.his uerbis:* Aliquando licet alienam obligationem suscipiat mulier, non adiuuatur hoc senatusconsulto. Quòd tum accidit, cùm prima facie quidem alienam, reuera autem suam obligationem suscipit: ut, ecce si ancilla ob pactionem libertatis ex promissore dato, post manumissionem id ipsum suscipiat, quod expromissor debebat: aut si hæreditatem emerit, & æs alienum hæreditarium in se transcribat: aut si pro fideiussore suo intercedat. *Concordat l.25.in fine.ff.eod.tt.cuius uerba uide j.exception.9. Huius exemplum proponitur l.27. §.fin. ff. eod.tt. his uerbis:* Uxor debitricem suam uiro delegauit, ut uir creditori eius pecuniam solueret: et si fidem suam pro ea quam delegauit, apud uirum obligauerit: locum exceptio senatusconsulti non habebit, quia mulier suum negocium gessit. *Aliud exemplum proponitur l.3. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. causa 2. except. 1. Huius etiam exceptionis exemplum est s̄. caussa 17. item j. aliquot exceptiones sequenter. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi cùm mulier cum alio in rem communem pecuniam mutuam acciperet, rea promittendi sit facta. hoc enim casu non nisi pro parte tenetur, non etiam pro alio reo. Quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur l.17.§.fin. cum lege sequente. ff. ad S.C.Velleianum. cuius uerba uide s̄. lib.38. cap.12.reg.2.except.6. Altera replicatio est: Nisi mulier à creditore suo delegata promiserit aliquid, ne delegetur. nam & hoc casu, quamuis suum negocium gesserit, tamen ex stipulatu conuenta exceptione S.C.Velleiani se tuebitur. Quæ replicatio approbatur l.24. in prin. ff. eod.tt.his uerbis:* Si pecuniam promisit, ne delegetur: intercessisse uidetur.

I I I. Exceptio: *Nisi liberaliter quid fecit mulier. Hæc exceptio approbatur, simul & exemplo declaratur l.21.in fine ff d.tt.his uerbis:* Si quid liberaliter fecerit mulier, ueluti ne iudicatus pater eius propter solutionem uexaretur: non erit tuta senatusconsulto Velleiano. oneribus enim eorum succurrit. *Concordat l.ult.in fine. C.eod.tt. cuius uerba uide j. except.proxim.*

I I I I. Exceptio: *Nisi dotem pro alia mulier promiserit, uel res suas pro dotis caussa obligauerit. Hæc exceptio approbatur d.l.ult.his uerbis:* Generaliter sancimus, ut si quis maior uiginti quinq; annis, siue masculus siue fœmina dotem pollicitus sit, uel spoponderit pro qualibet muliere, cum qua matrimonium licitum est: omnimodo compellatur suam confessionem adimplere. Neq; enim ferendum est, quasi casu fortuito interueniente, mulierem fieri indotatam, & sic à uiro forsitan repelli, & distrahi matrimonium. Cùm enim scimus, fauore dotiũ & antiquos iuris conditores seueritatem legis sæpius mollire, meritò & nos ad huiusmodi uenimus sanctionem. Nam si spontanea uoluntate ab initio liberalitatem suam ostēdit, necesse est eum uel eam pro-

promissionibus satisfacere: ut quod ab initio sponte scriptum, aut in pollicitatione deductum est, hoc ab inuitia postea cōpleatur: omni authoritate Velleiani senatusconsulti in hac caussa cessante. *Concordat l.12.C. eod. tt. his uerbis:* Si dotare filiam uolēs genero res tuas obligasti, pertinere ad te beneficium senatusconsulti falsò putas. hanc enim caussam ab eo beneficio esse remouendam, prudentes uiri putauerunt.

V. Exceptio: *Nisi in caussa serui certa conditione manumittendi mulier intercesserit. Hæc exceptio approbatur l.24.C.eod.tt.his uerbis:* Veterum ambiguitatē decidentes sancimus, si quis ut seruo suo manumissionem imponat, mulierem acceperit obnoxiam sese pro certa quantitate facientem, si ad libertatem seruum perduxerit: siue principaliter mulier sese obligauit, siue pro seruo hoc fecit: teneri eam, rectè omnimodo senatusconsultum Velleianum in hoc casu tacere imperantes. Satis etenim acerbum est, & pietatis rationi contrarium, dominū serui qui credidit mulieri, siue soli, siue pro serui promissione & libertatem seruo imponere, & suum famulum perdere, & ea minimè accipere, quibus fretus ad huiusmodi uenit liberalitatem.

V I. Exceptio: *Nisi pro eo intercesserit mulier, qui condemnatus ad mulierem habiturus est regressum. Hec exceptio approbatur l. 13. in prin.ff.ad S.C.Velleianum.cuius uerba uide s.except.2. Concordat l.3.ff.eodem tt. cuius uerba uide s.caussa 2. except.1.*

V I I. Exceptio: *Nisi pro creditore suo uel pro eo cui delegata est, mulier intercesserit. Hæc exceptio approbatur l.24.in princip. ff. d.tt. his uerbis:* Debitrix mulier à creditore delegata, pro eo cui delegata est, promisit: non utetur exceptione. Sed si pecuniam promisit, ne delegetur: intercessisse uidetur. *Concordat l.2.in fine.C.eod.tt.his uerbis:* Si pro creditore suo alij se obligauerit, uel ab eo se uel debitorem suum delegari passa est: huius senatusconsulti auxilium non habet. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi à creditore suo delegante conuenta, exceptione se tueri potuit, uel prior contractus inutilis sit. Quæ replicatio approbatur exemplo l.8.§.si mulier.ff.d.tt.his uerbis:* Si mulier apud Primum pro Secundo interuenerit, mox pro Primo apud creditorem eius: duas intercessiones factas esse, Iulianus lib. XII. Digest. scribit: unam pro Secundo apud Primum, aliam pro Primo apud creditorem eius. Et ideo Primo restitui obligationē, & aduersus eū Marcellus aūt notat, esse aliquā differentiam: utrum hoc agatur, ut ab initio mulier in alterius locum subdatur, & onus debitoris, à quo obligationē transferre creditor noluit, suscipiat: an uerò quasi debitrix delegetur: scilicet ut cum quasi debitrix est delegata, una sit intercessio. Proinde secundum hanc suam distinctionē, in Primi fideiussione, ubi quasi debitrix delegata est, exceptionē ei senatusconsulti Marcellus non daret. Sed cōdemnata, uel ante cōdemnationem condicere utiq; ei à quo delegata est, poterit, uel quod ei abest: uel si nondum abest, liberationem. *Concordat l.19.§.diuersum.ff.de nouat.cuius uerba uide J.lib.48.cap.14 quæst.3.reg.7.except. 4. Aliud exemplum proponitur l.17.in prin.ff.ad S.C.Velleianum,his uerbis:* Vir uxori donationis caussa rem uiliore precio addixerat, & in id precium creditori suo delegauerat. Africanus. Respondi: Venditionem nullius momenti esse: & si creditor pecuniam à muliere peteret, exceptionem utilem fore: quamuis creditor existimauerit mulierem debitricem mariti fuisse. Nec id cōtrariū uideri debere ei quod placeat, si quando in hoc mulier mutuata esset, ut marito crederet: non obstaturam exceptionē, si creditor ignorasset, in quam caussam mulier mutuaretur: quandoquidem plurimum interfit, utrum cum muliere quis ab initio contrahat, an alienam obligationē in eam transferat. tunc enim diligentiorem esse debere. *Propositæ replicationis duplicatio uidetur esse talis: Nisi creditor cui delegata est mulier, ignorauit eam aduersus creditorem delegantem exceptione defendi. Quæ tamē duplicatio reprobatur uerbis iam propositis hisce:* Quamuis creditor existimauerit mulierē debitricem mariti, &c.

V I I I. Exceptio: *Nisi pro eo quem mulier creditori suo delegauit, intercesserit. Hæc exceptio approbatur l.27.§.fin ff.ad S.C. Velleianum.cuius uerba uide s.except.2.*

I X. Exceptio: *Nisi mulier pro seruo suo intercesserit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.25.ff.d.tt.his uerbis:* Si domina seruo suo credi iusserit, actione honoraria tenebitur. Quòd si pro eo fideiusserit, exceptione senatusconsulti Velleiani, iudicio cōuenta aduersus creditorem tueri se poterit: nisi pro suo negocio hoc fecerit.

X. Exceptio: *Nisi pro eo qui obligari nō potest, mulier intercesserit. Hæc exceptio reprobatur per ea quæ proponuntur J.quæst.5. reg.1 except.6.item regul.7.*

X I. Exceptio: *Nisi pro filio suo mulier intercesserit. Hæc exceptio reprobatur l.3.C.ad S.C.Velleianum, his uerbis:* Si cùm ipse mutuā pecuniam acciperes, mater tua contra amplissimi ordinis consultum fidem suam in-

terpnsuit: exceptione se tueri potest.

XII. Exceptio: Nisi pro patre suo mulier intercesserit. Et hæc exceptio reprobatur l.8.C.d.tt. cuius uerba uide J.quæst.5.reg.8. Planè admittitur exceptio proposita in casu liberalitatis l.21. in fine. ff.eod.tt.cuius uerba uide s̄.except.3.

XIII. Exceptio: Nisi mulier pro marito suo intercedat, uel ei contrahenti consentiat, instrumētoq; nomen eius inseratur. Hæc exceptio reprobatur Nouell.c.134.§.illud quoq; ad, his uerbis: Si qua mulier in instrumento mutui merito sun cnnsentiet, uel patrimnniū suum subsctibens, eut etiam seipsam reddēs obnnxiā: inbemus ne tele ualeet aut nbtineet, siue semel, siue sæpius huiusmodi aliquid in eo ipsn fiet negocio: siue priuatū, siue publicum debitū sit: sed perinde habeetur, quasi neq; scriptum sit: nisi manifestè ostēdatur, quòd pecunie numerate in ꝑprins ipsius uxorie usus insumpte fuerit. Concordat l.2.in prin.ff. ad S.C.Velleianum.cuius uerba uide s̄.eod.cap.in prin.

XIIII. Exceptio: Nisi mulier callidè sit uersata, & creditorem decepit. Hæc exceptio approbatur d.l.2.§.uerba.ibi: sed ita demum, his uerbis: Ita demū eis subuenit, si non cellidè sint uersatæ. hnc enim dinus Pius & Senerus rescripserunt. Nem deceptis, nnn decipientibus iure opitnlentur. Et est egregiū Seueri rescriptum, ταῖς ἀπατήσασαι γυναιξὶ τὸ δόγμα τῆς συγκλήτου βουλῆς οὐ βοηθεῖ: id est, Decipientibue mulieribus senatuscnnsultū auxilio nnn est. Infirmitas enim fœminarnm, nnn calliditas auxilium cnmmetuit. Concordat l.10. in prin. ff. eod. tt. his uerbis: Si decipiendi animn, uel cum sciret se nnn teneri, mulier pro aliqnn intetcesserit: exceptio senatusconsulti ei nō datur. Actionem enim quæ in dnlum mulieris cnmpetit, amplissimus nrdn nō excludit. Concordat item l.18.C.eod.tt.his uerbis: Fœminis elienas uel neteres uel nouas nbligatinnee alique retinne suscipientibus subuenitur, nisi craditnt aliqua retinne per mnlierem deceptus sit. Nem tunc teplicetinne doli senetuscnnsulti exceptioné remnneri cōstitntum est. Concordat item l.110.§.fin. ff. de reg.iuris, hisce uerbis: Mulieribus tnnc succurrendum est, cum defreudentur, non ut facilius calumnientur. Huius exemplum proponitur l.23.in prin.ff. ad S.C.Velleianum.cuius uerba uide s̄.caussa 12. Aliud exemplum proponitur l.5. C.eod.tt.his uerbis: Si sine uoluntete tue res tuæ à meritn tuo pignnri datę sunt, nō tenentur. Quòd si cnnsensisti nbligatinni sciente ctedittice, euxilin senetuscnnsulti uti pntes. Qnòd si patientiam præstitisti, ut quasi sues res maritus obligaret, decipere uoluisti mutuam pecuniā dentem. Et ideo tibi nnn succnttetur senatusconsultn, quo infirmitati, nnn calliditeti mulierum cnnsultum est. Concordat l.11. C. de distractione pign. cuius uerba uide s̄.lib.40. cap.7. quæst.1.causa 2.except.2.

XV. Exceptio: Nisi is apud quem mulier intercedit, ignoret mulierem intercedendi animo negociū contrahere. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s̄.causa 17. Huius exceptionis replicatio est: Nisi non ab initio cum muliere contrahatur, sed cum antea cum alio contractum esset, obligatio illa in mulierem transferatur. hic enim ignorantia creditorem non excusat. Quæ replicatio approbatur l.17.in prin. ff. ad S.C. Velleianum. cuius uerba uide s̄. except. 7. repl.1. Concordat l.7. ff. eod. tt.cuius uerba uide J.quæst.prox.reg.1.exc.1.

XVI. Exceptio: Nisi apud seruum creditorē mulier intercesserit. Hæc exceptio reprobatur l.27. §.1. ff. d.tt. cuius uerba uide s̄.lib.19.cap.1.quæst.3. reg.4.except.1.

XVII. Exceptio: Nisi apud minorem uiginti quinq; annis mulier intercesserit. Hæc exceptio reprobatur sub cōditione l.12.ff.de minor.uiginti quinque annis, hisce uerbis: Si epud minnrem ꝑ elin mulier intetcesserit, nnn est ei actin in mulierem dende: sed perinde etq; cæteri per exceptionem submoueri debet, scilicet qnia cnmmuni iure in priorē debitnrem ei actin restituitur. Hæc si soluēdn sit prior debitnr, elinquin muliet non utetur senatuscnnsulti auxilin.

XVIII. Exceptio: Nisi mulier pro intercessione aliquid accepit. Hæc exceptio approbatur l. 23.C.ad S.C. Velleianū, his uerbis: Antiqnæ iurisdictinnis retie & difficillimns nndos resoluentes, & snperuecuas distinctionee exulere cupientes: sencimus mnlierem, si intercesserit, siue eb initin, siue postea aliquid accipiens, ut sese interpnnet: nmnimndo teneri, & nnn posse senatnscnnsulti Velleieni uti auxilin, siue sina scriptis, siue per scripturē sese interposuerit. Et siquidē in ipso instrumētn intercessionis dixerit sese aliquid eccepisse, & sic ad intercessionē uenisse, & hnc instrumentū publicè confectū inueniatur, & trib. testibus cōsignetū: omnimndn esse credendū eē pecunias uel res accepisse, & non esse ei ad senetuscōsulti Vellaiani euxiliū tegressum. Sin aūt sina scriptis intetcesserit, uel instrumentn nnn sic cnnfectn: tunc si pnssit stipuletor nstendere eā accepisse pecunies usl res, & sic subijsse obligationē: repelli eā à senatuscōsulti iuuamine. Sin uerò hoc minimè fuerit eb eo edꝓbatū, tūc mulieri superesse euxiliū, & entiquē actinnem eduersus eū setuari, ꝓ qun mulier intetcessit, uel ei actionē perari. Sed si minus idoneæ mulieri cnnstitutæ eliqnis pecu-

niaa

nia uel rea dedit, ut pro eo sese obligeret: mulieri quidem quæ reuera hæc accepit, nullus pateat aditus ad senatuscõsulti authoritaté. Creditori auté liceat aduersus eam uenire, & quod potest ab ea exigere, & in reliquum antiquũ debitoré aggredi, uel in parté, si aliquid à muliere possit accipere: uel in totó, si ea penitùs inopia fatigetur. *Ait Imp.* Creditori auté liceat aduersus eam uenire, &c. *Hæc hodie sunt mutata per ea quæ proposita sunt* s̃. *cap. 2. quæst. 6. regul. 2.*

X I X Exceptio: *Nisi mulieri data sit pecunia, ut eam pro dante soluat uel expromittat. Hæc exceptio similis præcedenti approbatur l. 22. ff. ad S.C. Velleianum, his uerbis:* Si mulieri dederim pecuniam, ut eam creditori meo soluat, uel expromittat: si ea expromiserit, locum non esse senatusconsulto, Pomponius scribit: quia mandati actione obligata, in rem suam uidetur obligari. *Concordat l. 16. in princip. ff. eodem titul. his uerbis:* Si mulier contra senatusconsultum Velleianum pro me intercesisset Titio, egoque mulieri id soluissem, & ab ea Titius eam pecuniam peteret: exceptio senatusconsulti non est profutura mulieri: neque enim potuit periclitari, ut eam pecuniam perdat, cum iam eam habeat.

X X. Exceptio: *Nisi in rem mulieris id pro quo intercessit, uersum sit. Hæc exceptio approbatur l. 21. in princip. ff. dicto titul. his uerbis:* Si pro aliquo mulier intercesserit, & in rem eius quod acceptum est, uertatur: exceptio senatusconsulti locum non habet, quia non sit pauperior. *Concordat Nouell. c. 134. §. illud quoq; ibi: nisi manifestè. cuius uerba uide* s̃. *except. 13.*

X X I. Exceptio: *Nisi prædium quod mulier pro alio pignori dedit, debitoris sumptibus melius sit factum. eatenus enim quatenus melius factum est, exceptio proposita S. C. Velleiani cessat. Quæ exceptio approbatur l. 1. §. fin. ff. de pignor. & hypothec. his uerbis:* Cùm prædium uxor uiro donasset, idque prædium uir pignori dedisset: post diuortium mulier possessionem sui prædij recuperauit, & idem prædium ob debitum uiri pignori dedit. In ea duntaxat pecunia rectè pignus à muliere contractum apparuit, quam offerre uiro debuit, meliore prædio facto: scilicet si maiores sumptus quàm fructus fuissent, quos uir ex prædio percepit. Etenim in ea quantitate proprium mulier negocium gessisse, non alienum suscepisse uidetur.

X X I I. Exceptio: *Nisi mulier exceptioni S. C. Velleiani renunciauit. Hæc exceptio approbatur l. ultim. §. penultim. ff. ad S. C. Velleianum, his uerbis:* Si mulier pro eo pro quo intercessit, iudicium parata sit accipere, ut non in ueterem debitorem actio detur: quoniam senatus exceptionem opponere potest, cauere debet exceptione se non usuram, & sic ad iudicem ire. *Concordat l. 21. C. eod. tt. cuius uerba uide* s̃. *lib. 15. cap. 5. quæst. 5. reg. 2. except. 1.*

X X I I I. Exceptio: *Nisi post bienniũ quàm intercesserit mulier, cautionem renouauerit. Hæc exceptio approbatur l. 22. C. d. tt. his uerbis:* Si mulier perfectæ ætatis constituta, post intercessionem uel cautionem conscripserit, uel pignus aut intercessoré præstiterit: sancimus, antiqua legum uarietate cessante, siquidem intra biennale iuge tempus, post priorem cautionem numerandum, pro eadem causse fecerit cautionem, uel pignus, aut intercessorem dederit: nihil sibi præiudicare, quòd adhuc ex consequentia suæ fragilitatis in secundam iacturam inciderit. Sin autem post biennium hæc fecerit, sibi imputet, si quod sæpius cogitare poterat & euitare, non fecit, sed ultrò firmauit. Videtur etenim ex huiusmodi temporis prolixitate non pro aliena obligatione se illigare, sed pro sua causse aliquid agere: & tam ex secunda cautione sese obnoxiam facere, in quantum hoc fecit, quàm pignus aut intercessorem utiliter dare. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi pro marito uxor intercesserit. hoc enim casu propositæ exceptioni locus non est. Quæ replicatio approbatur Nouell. c. 134. §. illud quoq; ibi: siue semel. cuius uerba uide* s̃. *except. 13.*

X X I I I I. Exceptio: *Nisi mulier ex sua intercessione soluit. Hæc exceptio reprobatur per ea quæ proponuntur* j. *quæst. ult. reg. 6.*

X X V. Exceptio: *Nisi mulier ei pro quo intercesserat, hæres extiterit. Hæc exceptio approbatur l. 95. §. aditio. ibi: aliquando euenit. ff. de solutionibus. cuius uerba uide* j. *lib. 48. cap. 18. regul. 1. Concordat l. 8. §. planè si mihi. ff. ad S. C. Velleianum. cuius uerba uide* j. *quæstion. 5. regul. 1. except. 5.*

X X V I. Exceptio: *Nisi mulier malit ex intercessione soluere, & mandati iudicio experiri. Hæc exceptio approbatur l. 31. ff. ad S.C. Velleianũ. cuius uerba uide* j. *quæst. ult. reg. 5.*

REPLICATIONES PRAECEDENTIUM EXCEPTIONUM GENERALES.

*Hactenus exceptiones propositarum caussarum generales enumeratæ sunt. Quibus adnumerari possunt aliquot caussæ superius propositæ reprobatæ. Harum autem exceptionum replicatio prima generalis*

*neralis hæc est: Nisi in fraudem senatusconsulti quid factum sit, ex quo exceptio opponitur. tunc enim exceptio contra senatusconsultum Velleianum non datur. Quæ replicatio approbatur l. 29. §. fin. ff. ad S.C. Velleianum, his uerbis:* Paulus respondit, Ea quæ in fraudem senatuscoosulti quod de intercesßionibos fœminarum factum est, excogitata probari possunt: rata habere oon oportere. *Huius replicationis exemplum uide* ꝰ. *ead. quæst. caussa 17. distinct. 1. Altera replicatio generalis hæc est: Nisi instrumento publico à tribus testibus suscripto pro alijs non interuenerit mulier. Quæ replicatio approbatur l. 23. §. fin. C. eod. tt. cuius uerba uide* ꝰ.*quæst.6.reg.1. Sed & alias huiusmodi replicationes uide d. quæst. 6. reg. 2. cum sequent.*

## IIII. QVIBVS DATVR exceptio proposita?

I. Regula, *De eo qui mandatu mulieris pro alio intercesßit. Huic quoq; eadem quæ mulieri datur exceptio. Quæ regula approbatur l.30. in fine. ff. ad S.C. Velleianum, his uerbis:* Procurator si mãdato mulieris pro alio intercesserit, exceptions senatusconsulri Velleiani adiuuatur, nec aliâs actio intercidit. *Concordat l. 25. C. eod. tt. cuius uerba uide* ꝰ.*reg.3. Item concordat l.6. ff. eod. tt. his uerbis:* Si fideiussores pro defensore absentis filij mandatu matris eius intercesserint: qnæritur, an etiam his senatusconsulto subneniatur? Et ait Papinianns lib. IX. Quæstion. exceptione eos usuros, nec multũ facere quòd pro defensore fideiusserũt: cum cõtemplatione mãdati matris interueoerint. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi creditor ignorauit mandatu mulieris eum intercesßisse. Quæ exceptio approbatur d.l.6. in fine, cum lege sequente, his uerbis:* Plaoè (inqt) si is qoi acceperit eos fideinssores, matrem eis mãdasse ignoranit, exceptionem senatusconsulti replicatione doli repellendam. Quanquam igitur fideiussor doli replicatiooe opposita, defensionem exceptionis amittit: nullam tamen replicationem aduersus mulieré hsbebit, qnia non poterit facti ignoratiooé prætẽdere. Sed non erit iniquũ dari oegociorum gestorum actionem in defensoré: quia mandati caussa per senatusconsulrũ constituitur irrita, & pecunia fideiossoris liberatur. *Concordat l.32. §. si mulier ne. ff. eod. tt. his uerbis:* Si mulier ne ipsa intercederet, alij mandarit, ut id faceret: an in huius persona locus huic senatuscõsulto sit, qui rogatu mulieris id faceret? totus enim sermo senatuscõsulti ad petitioné non dandã aduersus ipsam mulieré, spectat. Et pnto ré ita esse distinguendã: ut siquidé creditor cui me obligaui mãdante muliere, hoc in fraudé senatuscõsulti egisset, ne ipsa intsrueniret contra senatusconsultũ daret autem aliũ: excludendũ eum exceptiooe fraudis factæ senatusconsulto. Si oerò is ignorasset, ego autem scissem: tunc mandati me agẽtem cum muliere, excludendum esse, me autem creditoti teneri.

II. Regula, *De eo qui à muliere delegatus est ei apud quẽ mulier pro alio intercesßit. Et huic exceptio proposita nõ est deneganda. Quæ regula approbatur l.8. §. interdũ. ibi: sed si is. ff. ad S.C. Velleianum. cuius uerba uide* ꝰ.*quæst.3. causa 6. distinct. 2. Concordat d.l.8. §. sed si cum. cuius uerba uide d. distinct. 2. Item cõcordat l.19. §. cùm haberes. ff. eod. tt. his uerbis:* Cùm haberes Titiõ debitoré, & ꝑ eo mnlier intercedere uellet, nec tu mulieris nomé ꝓpter seoatusconsultũ sequereris: petijt à me mnlier mntuã pecuniam, solutura tibi: & stipulãti mihi ꝓmisit, ignoranti in qnam ré mutuaretur: atq; ita oumerare me tibi iussit, deinde ego qa ad manũ numos nõ babebã, stipulãti tibi ꝓmisi. Quęsitũ est, si eã pecnniã à muliere petã, an exceptio senatuscõsolti ei piosit? Africanus respõdit, Videndũ, ne non sine ratione dicatur, eius loco qui pro muliere fideiusserit, haberi me debere: ut quéadmodũ illi (qnamnis ignorauit mulieré intercedere) exceptio adoersus creditorem datur, ne in mulieré mãdati actio cõpetat: ita mihi quoq; aduersus te otilis exceptio detur, inq; mulieré actio denegetur: quãdo hæc obligatio periculo mulieris futura sit. Et hæc paulo expeditius dicenda, si priusquã ego tibi pecuniã soluerè, cõpererim eã intercessisse. Cæterùm si ante soluerim, uidendũ ntrũ 'ne nihilominus mulieri quidé exceptio aduersus me dari debeat, & ego tibi pecuniã cõdicere posim: an uerò perinde habẽdũ sit, ac si ab initio ego pecuniã mulieri credidissé, ac rursus tu mihi in creditũ isses? Qood quidé magis dicendũ existimauit, ut sic senatuscõsulto locus nõ sit: sicuti & cum debitorem suum mulier deleget, intercessione locus non est. Sed postea non rectè cõparari ait, quãdo delegatione debitoris facta, mulier nõ obligetur. At in ꝓposito alienã obligationé in se trãstulerit, qnod certè senatus fieri ooluit. *Planè propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi pro alio delegatus debitor sit mulieris delegãtis. Quæ exceptio approbatur per ea quæ ꝓposita sunt* ꝰ. *quæst. prox. causa 6. in prin.*

III. Regula, *De fideiussore mulieris pro alio intercedentis. Huic quoq; eadem competit exceptio. Quæ regula approbatur uerbis d. §. cùm haberes, iã propositis hisce:* Vt quemadmodum illi. &c. *Cõcordat l.8. §. interdũ. ibi: sed si is, in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide* ꝰ. *quæst. proxim. caussa 6. distinction. 2. Item concordat l.25. C. eod. tt. his uerbis:* Si

Si uxor ꝑ marito cõtra senatuscõsultũ intercessura te rogauit mãdatorio nomine, ut pro ea tuam fidem adstringeres: initio contractus per exceptionis auxiliũ obligationi tuæ adhæsit securitas, qua conuentus defendi potes. *Concordat l.14.C.eod.tt. cuius uerba uide s̄.quæst.prox.caussa 1. Huius regulæ exceptio uidetur: Nisi fideiussor ad mulierem non habeat regressum iudicio mandati. Sed hæc exceptio reprobatur l.16.in fine. ff.ad S.C. Velleianũ, his uerbis:* Si ab ea muliere, quæ contra Senatusconsultũ intercessisset, fideiussorem accepissem: Caius Cassius respondit, ita demum fideiussori exceptionem dandam, si à muliere rogatus fuisset. Iulianus. Ego autem puto rectè fideiussori exceptionẽ dandam, etiamsi mandati actionem aduersus mulierem non habeat: quia totam obligationem Senatus improbat, & à Prætore restituitur prior debitor creditori.

IIII. *Regula, De hæredibus mulieris intercedentis. His quoq; eadem competit exceptio. quæ regula approbatur l.20.C.ad S.C. Velleianum, his uerbis:* Hæredes quoq; mulieris aduersus creditores eadem exceptione, quæ ex senatusconsulto introducta est, uti posse, non dubium est.

V. EVENTVS PROPOSITAE exceptionis: seu de pristina actione creditori restituenda.

I. *Regula, De pristina actione aduersus debitorẽ, pro quo mulier intercesserat, creditori restituenda, proponitur l.1.in fine.ff.ad S.C. Velleianum, his uerbis:* Aequum uisum est ita mulieri succurri, ut in ueterem debitorem, aut in eum qui pro se constituisset mulierem ream, actio daretur. magis enim ille quàm creditor mulierem decepit. *Concordat l.8.§.si mulier apud.ibi: & ideo Primo.ff.eod.tt.cuius uerba uide s̄. quæst.3.except.7.repl.1. Item concordat l.16. in fine. ff.eod.tt.cuius uerba uide s̄.quæst.prox.reg.3.exc.1. Item concordat l.16.C.eod.tt.his uerbis:* Si mulier alienam suscepit obligationẽ: cum ei per exceptionem Velleiani senatuscõsulti succurratur, creditori contra priores debitores rescissoria actio datur. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi debitor priusquam mulier intercesserat, acceptilatione fuit liberatus. Hæc exceptio reprobatur l.8.§.quoties.ff.ad S.C.Velleianum, his uerbis:* Quoties pro debitore intercesserit mulier: datur in eum pristina actio, etsi ille prius acceptilatione liberatus sit, quàm mulier intercesserit. *Concordat d.l.8. §.si conuenerit.cuius uerba uide j reg.15. Altera exceptio uidetur: Nisi mulieri à creditore sit acceptolatum. Et hæc exceptio reprobatur d.l.8.§.Marcellus, his uerbis:* Marcellus scribit, si mulieri post intercessionem acceptotulerit creditor: nihilominus restitutoriam actionem ei dari debere. Inanem enim obligationem ei dimissam. *Planè admittitur exceptio proposita, si ei mulieri, quæ si soluisset, solutum repetere non potuisset, sit acceptolatum. quæ distinctio approbatur d.l.8.§.si mulier post his uerbis:* Cùm releuatur reus, si mulier sic soluit, ut repetere non possit: & cum ei mulieri, quæ repetere non poterat, si soluisset, acceptotulerit creditor: similiter releuatur reus. *Tertia exceptio est: Nisi mulier sic soluit, ne repetere posit. Hæc exceptio approbatur d.§. si mulier, his uerbis:* Si mulier post intercessionem sic soluerit, ne repetere possit: iustè prior debitor actionẽ recusat. *Quarta exceptio est: Nisi creditor mulieris hæres extiterit. Hæc exceptio reprobatur d.l.8.§.si mulieris, hisce uerbis:* Si mulieris hæres extitit creditor: uidendum an restitutoria uti non possit? Et ait Iulianus lib. XII. restitutoria eum nihilominus usurũ. nec immeritò: cum non obligatæ cum effectu successerit. Deniq; in Falcidia hoc æs alienũ non imputabitur. *Quinta exceptio est: Nisi mulier ei pro quo intercesserat, hæres extiterit. Hæc exceptio reprobatur d.l.8.§.planè si mihi, his uerbis:* Si mihi proponas mulierẽ ueteri debitori successisse: dicendũ erit, restitutoria eã conueniri posse. Sed & directa actione. Nihil enim eius interest, qua actione cõueniatur. *Sexta exceptio est: Nisi mulier pro eo intercesserit, qui ipse non obligatur. Hæc exceptio approbatur d.l.8.§.fin.his uerbis:* Illud uidendũ est, si mulier pro eo interuenit, qui si cum ipso contractum esset, non obligaretur: an hac actione ille debeat teneri: utputa si pro pupillo intercessit, qui sine tutoris authoritate non obligatur? Et puto non obligari pupillum, nisi locupletior factus est ex hoc contractu. Item si minor uiginti quinq; annis sit, pro quo mulier intercessit: in integrum restitutionem poterit implorare: uel cum filius contra senatusconsultum contracturus esset. *Septima exceptio est: Nisi mulier exceptione senatusconsulti uti non posit. quæ exceptio ipso quidem iure antiquo subsistit, uerum eius replicatio hæc est: Nisi mulier minus sit soluendo. tunc enim in id quod à muliere seruari non potest, contra debitorem datur actio. quæ replicatio approbatur l.23.§.sed si minus.C.ad S.C. Velleianum. cuius uerba uide s̄. quæst.1. except.18. Planè iure nouo, quamuis mulier exceptione S.C.Velleiani uti non posit, prius tamen reus principalis conueniendus est. de qua re dictum s̄. cap.3. quæst. 6.regul.2.*

Quibus competat actio restitutoria?

II. *Regula, De altero ex duob. reis stipulãdi, apud quem mulier non intercesit. Huic non restituitur actio. quæ regula approbatur l.8.§. quanquam.ff. ad S.C.Velleianum, his uerbis:* Quanquã in om-

nes qui libersti sunt, restituitur actio: non tamen omnibus restituitur. Vtputa duo rei stipulandi fueruor, apud alterum mulier intercessit: ei soli restituitur obligatio, apud quem intercessit.

III. Regula, *De heredibus creditoris, proponitur l. 10. ff. d. tt. his uerbis:* Hæ actiones, quæ in eos pro quibus mulier intercessit, dantur: & hæredibus, & in hæredes, & perpetuò competunt. habent enim rei persecutionem. Cæteris quoq; honorarijs successoribus dabuntur, & aduersus eos.

Aduersus quos restituitur actio?

IIII. Regula, *De heredibus debitoris, proponitur uerbis d. l. 10. iam propositis hisce:* Et in hæredes. *Item hisce:* Et aduersus eos. *Huius regule exceptio uidetur: Nisi mulier que intercesserat, debitori heres extiterit. Sed hæc exceptio reprobatur l. 8. §. planè si mihi. ff. ad S.C. Velleianum. cuius uerba uide s. reg. 1. except. 5.*

V. Regula, *De fideiussoribus debitoris, proponitur l. 14. ff. d. tt. his uerbis:* Si mulier contra senatusconsultum intercesserit: æquum est, non solùm in ueterem debitorem, sed & in fideiussores eius actionem restitui. Nam cum mulieris persona subtrahatur, creditori propter senatusconsultū integra caussa pristina restituenda est.

VI. Regula, *De correo promittendi eius pro quo mulier intercesserat, proponitur l. 20. ff. d. tt. his uerbis:* Si pro uno reo intercesserit mulier: aduersus utrunq; restituitur creditori actio.

VII. Regula, *De domino serui pro quo mulier intercesserat, proponitur l. 9. ff. d. tt. his uerbis:* Si pro alieno seruo intercedat, quemadmodum in patremfamiliâs prior ei restituitur actio, ita in dominum quoq; restituenda erit. *Concordat l. ult. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis:* Intercedere mulierem intelligendum est, & pro eo qui obligari non possit: ueluti si pro seruo alieno intercedat. Sed rescissa intercessione, in dominum restituenda est actio.

Quid ueniat in actione restitutoria?

VIII. Regula: *Si pluribus pro se datis pecuniæ constitutæ reis, inter eos & fœmina sint, tantùm pro ea parte, pro qua fœminæ sese obligauerant, restituitur actio in debitorem principalem. quæ regula approbatur l. 8. C. ad S.C. Velleianum, his uerbis:* Si paternam obligationē non tantùm masculini sexus filij, uerùm etiam filiæ emancipatæ in se receperunt: quamuis filiæ uirilibus obligationibus eximantur propter exceptionem, quæ ex S. C. Velleiano descendit: tamen filios in id, in quod se obligauerunt, teneri: filiarumq; subducta persona, patrem in id conueniri posse, in quo conueniretur, si filiæ non intercessissent, dubium non est. Pignora tamen patris, etsi in posteriorem obligationem accepta sunt, sine dubio tenentur. Sed etsi in priore fuerint: quatenus ad patrem per restitutoriam actionem redit, hactenus tenebuntur.

Quando restituenda est actio?

IX. Regula: *Etiam pendente conditione uel die intercessionis restituitur actio. quæ regula approbatur l. 11. §. fin. ff. ad S.C. Velleianum, his uerbis:* Si sub conditione uel in diem mulier pro alio intercesserit: etiam pendente conditione uolenti creditori cum priore debitore experiri, actio dāda est restitutoria. Quod enim bonum est expectare conditionem uel diem, cum in ea caussa sit prior iste debitor, ut omnino ipse debeat suscipere actionem?

X. Regula: *Etiam antequam soluat mulier, actio restituenda. quæ regula approbatur l. 24. §. 1. ff. d. tt. his uerbis:* Si senatusconsulti beneficium interuenerit: utrum statim cum mulier intercesserit, actio in priorem debitorem competit: an si mulier solutum condicat? Paulus. Puto statim, & non expectandam solutionem.

Quamdiu actio restitutoria competat?

XI. Regula: *Perpetua est hæc actio. quæ regula approbatur l. 10. ff. ad S.C. Velleianum. cuius uerba uide s. reg. 3. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi pro temporaria actione mulier intercesserit. quæ exceptio approbatur l. 24. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis:* Si pro eo qui temporaria actione tenetur, mulier intercesserit: temporaria actio restituetur: sic tamen ut ex præcedente caussa continua tempora numerentur post restitutionem, quamuis statim atq; intercesserit mulier, competierit.

Quæ actio restituatur?

XII. Regula, *De hypothecaria actione, proponitur l. 13. §. de pignoribus. ff. ad S.C. Velleianum, his uerbis:* De pignoribus prioris debitoris nō est creditori noua actione opus: cum quasi Seruiana, quæ hypothecaria uocatur, in his utilis sit: quia uerum est de pignorib. conuenisse, nec solutam esse pecuniam.

XIII. Regula, *De hypothecaria actione in res quæ mulieri à debitore obligatæ erant, restituenda, proponitur l. 29. ibi: sed non sine ratione. ff. d. tt. cuius uerba uide s. quæst. 3. causa 17. distinct. 1.*

XIIII. Regula: *Si cum essem tecū contracturus, mulier interuenerit, ut cum ipsa potius contraherē: es actio quæ cum muliere contracta est, in debitorē competit. quæ regula approbatur l. 8. §. si cum essem. ff. d. tt. cuius uerba uide s. d. distinct. 1.*

Adsi-

### Adfinia restitutoriæ actionis remedia.

XV. *Regula: Si cùm couenisset cum debitore, ut expromissorem daret, & accepto latum ei sit: data muliere expromissore, ipso iure etiam sine restitutionis ope obligatus manet. quæ regula approbatur l. 8. §. si conuenerit. ff. ad S.C. Velleianum, his uerbis:* Si conuenerit cum debitore, ut expromissorem daret, & accepto ei latum sit: deinde is mulierem dederit, quæ auxilio senatusconsulti munita est. potest ei condici quasi non dedisset. Quid enim interest, nõ det, an talem det? nõ erit igitur actio utilis necessaria, cum condictio competat. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi non generaliter ut expromissorem daret, sed ut mulierem expromissorem daret, conuenit. hoc enim casu restitutoria actione est opus. quæ exceptio approbatur d. l. 8. §. quoties. cuius uerba uide s̄. reg. 1. except. 1.*

XVI. *Regula: Si mulier quæ intercessit, debitori hæres extiterit: etiam directa actione conueniri potest. quæ regula approbatur d. l. 8. §. planè si mihi. cuius uerba uide s̄. d. reg. 1 except. 5.*

XVII. *Regula: Si cùm tecum essem contracturus, mulier interuenerit ut cum ipsa contraherem: magis instituitur, quàm restituitur actio. quæ regula approbatur d. l. 8. §. si cum essem. cuius uerba uide s̄. quæst. 1. caussa 17. distinct. 1.*

XVIII. *Regula: Pristina hypothecaria actio ipso iure competit etiam sine restitutione. quæ regula approbatur l. 13. §. de pignorib. ff. eod. tit. cuius uerba uide s̄. reg. 12.*

### VI. ADFINIA PROPOSITAE exceptionis remedia.

I. *Regula: Si instrumentum à tribus testibus subscriptum intercessioni mulieris non interuenit, ipso iure nihil ualet quod actum est, etiam sine exceptionis ope. quæ regula approbatur l. 23. §. fin. C. ad S.C. Velleianum, his uerbis:* Ne mulieres perperã sese pro alijs interponant: sancimus, nõ aliter eas in tali contractu posse se obligare pro alijs, nisi instrumento publicè confecto, & à tribus testib. subsignato, accipiant homines à muliere pro alijs confessionẽ. tunc etenim tantummodo eas obligari: & sic omnia tractari, quæ de intercessionib. fœminarũ uel ueteribus legibus cauta, uel ab Imperiali authoritate introducta sunt. Sin autẽ extra eandem obseruationem susceperint mulieres intercedẽtes: ꝓ nihilo habeatur huiusmodi scriptura, uel sine scriptis obligatio, tanquã nec cõfecta nec scripta: ut nec senatusconsulti auxiliũ imploretur, sed sit libera & absoluta, quasi penitus nullo in eadem caussa subsecuto.

II. *Regula: Si cum alius accepisset mutuam pecuniam, scriptũ sit mulierem mutuam accepisse: ipso iure tamen defenditur, sine exceptionis S.C. Velleiani ope. quæ regula approbatur l. 17. C. d. tit. cuius uerba uide s̄. lib. 7. cap. 1. quæst. 5. except. 13.*

III. *Regula: Si quis res mulieris sine eius uoluntate pro se pignori obligauerit: ipso iure nõ ualet, quod actum est. quæ regula approbatur l. 5. in prin. C d. tit. cuius uerba uide s̄. quæst. 3. except. 14.*

IIII. *Regula: Senatusconsulti Velleiani adfinia remedia sunt Impp. Augusti & Claudij edicta, de quib. l. 2. in prin. ff. ad S.C. Velleianum. cuius uerba uide s̄. quæst. 1.*

V. *Regula: In arbitrio mulieris est, utrũ exceptione S.C. Velleiani opposita debitum retinere uelit, uel solutum condicere, an illud mandati actione à debitore repetere. quæ regula approbatur l. 31. ff. d. tit. his uerbis:* Si mulier quod ex intercessione soluit, nolit repetere, sed mandati agere, & cauere uelit de indemnitate reo: audienda est.

VI. *Regula: Si mulier ex intercessione soluit, indebiti condictione solutum repetere: uel si nondum soluit, ut liberetur condicere potest. quæ regula approbatur l. 9. C. ad S.C. Velleianum, his uerbis:* Quamuis mulier pro alio soluere possit: tamẽ si præcedẽte obligatione, quam Senatuscõsultũ de intercessionib. efficacẽ esse nõ sinit, solutionẽ fecerit, eius Senatuscõsulti beneficio munitã se ignorãs: locũ habet repetitio. *Concordat l. 8. §. si mulier apud, in fine. ff. eod. tit. cuius uerba uide s̄. quæst. 3. except. 7. repl. 1. Concordat item d. l. 8. §. interdum. cuius uerba uide s̄. quæst. 1. causa 6.*

VII. *Regula: Mulier pignus quod pro alio dedit, uiñdicare potest. quæ regula approbatur l. ult. §. 1 ff. ad S.C. Velleianum. cuius uerba uide s̄. lib. 40. cap. 7. quæst. ult. reg. 14. except. ult. Concordant ea quæ proposita sunt s̄. lib. 40. cap 4. causa 1. except. 13. repl. 10. Sed & concordat l. 7. C. ad S.C. Velleianũ, his uerbis:* Si sciens creditor à marito propter propriũ debitũ fundum mulieris, licet ea consentiente, pignori accepit: propter senatusconsulti auxiliũ uendendo eum dominiũ mulieris auferre nequiuit: nec tibi necesse est ꝑstito precio emptori uẽdicare, si matri hæres extitisti. *Hactenus de S.C. Velleiano.*

## QVOD CVM EO QVI IN aliena potestate est, negocium gestum esse dicitur. Cap. VII.

PRimò: *Filiofamiliás uel seruo contrahente, aduersus patrem uel dominum eius eo nomine datur actio. qua regula approbatur inst. quod cum eo qui in alienas in prin. his uerbis:* Quia superius mentionem habuimus de actione, qua in peculiũ filiorũ familiatũ seruorũq; agitur: opus est ut de hac actione, & de cæteris, quæ eorundem nomine in parentes dominosue dati solent, diligentius admoneamus.

neamus. Et quia cum seruis negocium gestum sit, siue cum ijs qui in potestate parétum sunt, eadem ferè iura seruãtur: ne uerbosa fiat disputatio, dirigamus sermonẽ in personam serui dominiq́;, idem intellecturi de liberis quoq; & parentibus, quorum in potestate sunt. Nam si quid in his propriè seruetur, separatim ostendemus. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi ex eo cõtractu, quem fecit filius antequam adoptaretur, agatur. Hæc exceptio approbatur certo modo Inst. de adquisit. per adrogat. §. fin. his uerbis:* Pro eo quod is debuit, qui se in adoptionem dedit, ipso quidem iure adrogator non tenetur, sed nomine filij conuenietur: & si noluerit eũ defendere, permittitur creditoribus per competentes magistratus bona, quæ eius cum usufructu futura fuissent, si se alieno iuri non subiecisset, possidere, & legitimo modo ea disponere. *Concordat l. 42. ff. de peculio, his uerbis:* In adrogatorem de peculio actionem dandam quidam rectè putant: quãuis Sabinus & Cassius ex ante gesto de peculio actionem non esse dandam existiment. *Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi filiusfamiliâs contra senatusconsultum Macedonianum mutuam pecuniam acceperit. De hac exceptione uide 7. lib. 39. cap. 3. Plures huiusmodi exceptiones uide 7. in actione de peculio, cap. 11.*

## II. QVAE ET IN QVANTVM actio contra parentem uel dominum competat?

*Regulariter quidem pater filij, & dominus serui nomine, nõ nisi quatenus est in peculio filij uel serui, tenetur actione de peculio. quæ regula approbatur l. 1. in fine. ff. quod cũ eo qui in aliena potest. his uerbis:* Omnino procõsul agit, ut qui cõtraxit cum eo qui in aliena potestate fuit, etiãsi deficiant superiores actiones, id est exercitoria, institoria, tributoriaue: nihilominus tamen in quantũ ex bono & æquo res patitur, suũ cõsequatur. Siue enim iussu eius, cuius in potestate est, negociũ gestũ fuerit: in solidum eo nomine iudiciũ pollicetur. siue non iussu, sed tamẽ in rẽ eius uersum fuerit: eatenus introduxit actionẽ, quatenus in rem eius uersum fuerit. Siue neutrũ eorum sit: de peculio actionem constituit. *Concordat l. 12. C. quod cum eo qui in aliena potestate, his uerbis:* Dominũ per seruum obligari non posse, ac tantũ de peculio, deducto scilicet quod naturaliter seruus domino debet, eius creditorib. dari actionem: uel si quid in rẽ eius conuersum probetur, de in rẽ uerso, edicto perpetuo declaratur. *Concordant item ea quæ proponuntur 7. cap. 11. quæst. 3. in prin. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi ex eo quod filius uel seruus gessit, in rem patris uel domini sit uersum tunc enim uel in solidum pater dominusue tenetur, si solidum in rem eius uersum est: uel si minus uersum est, eatenus de in rem uerso actione tenetur, quatenus in rem eius uersum est: de reliquo, quatenus in peculio est. quæ exceptio approbatur uerbis d. l. 1. iam propositis hisce:* Siue non iussu, sed tamen in rem eius uersum fuerit, &c. *Concordat Inst. eod. tit. §. præterea, his uerbis:* Introducta est actio de peculio, deq́; eo quod in rem domini uersum erit: ut quamuis sine uoluntate domini negocium gestum erit: tamen siue quid in rem eius uersum fuerit, id totum præstare debeat: siue quid non sit in rem eius uersum, id eatenus præstare debeat, quatenus peculium patitur. In rem autem domini uersum intelligitur, quidquid necessariò in rem eius impenderit seruus: ueluti si mutuatus pecuniam creditoribus eius soluerit, aut ædificia ruentia fulserit, aut familiæ frumentum emerit, uel etiam fundum, aut quamlibet aliam rem necessariam mercatus erit. Itaque si ex decem puta aureis, quos seruus tuus à Titio mutuò accepit, creditori tuo quinque aureos soluerit, reliquos uerò quinq; quolibet modo consumpserit: pro quinque quidem in solidum damnari debes: pro cæteris uerò quinque eatenus, quatenus in peculio sit. Ex quo scilicet apparet, si toti decem aurei in rem tuam uersi fuerint: totos decem aureos Titium cõsequi posse. Licet enim una est actio, qua de peculio, deq́; eo quod in rem domini uersum sit, agitur: tamen duas habat condemnationes. Itaq; iudex, apud quem de ea actione agitur, ante dispicere solet an in rem domini uersum sit: nec aliter ad peculij æstimationem transit, quàm aut nihil in rem domini uersum intelligatur, aut non totum.

II. *Exceptio: Nisi iussu domini uel patris, seruus uel filium contraxerit. tunc enim in solidum dominus uel pater tenetur actione quod iussu. quæ exceptio approbatur uerbis l. 1. ff. quod cum eo qui in alterius, 7. eod. regul. in princip. propositis hisce:* Siue enim iussu eius, cuius in potestate est, negocium gestum fuerit: in solidum eo nomine iudicium pollicetur. *Concordat Institut. eod. tit. §. si igitur iussu, his uerbis:* Si iussu domini cum seruo negocium gestum erit: in solidum prætor aduersus dominum actionem pollicetur: scilicet quia is qui ita contrahit, fidem domini sequi uidetur. Eadem ratione prætor duas alias in solidum actiones pollicetur: quarum altera exercitoria, altera institoria appellatur.

III. Ex-

III. Exceptio est: Nisi dominus seruum, uel pater filium naui præposuerit, & eius rei gratia cum eo sit contractum. hoc enim casu pater uel dominus in solidum tenetur exercitoria actione. quæ exceptio approbatur uerbis Inst. iam propositis hisce: Eadem ratione prætor duas alias in solidum actiones pollicetur, &c. De hac actione uide ȷ.cap.prox.

IIII. Exceptio: Nisi dominus seruum, uel pater filium tabernæ aut alij negociationi præposuit, & eius rei gratia cum eo est contractum. Ex hoc enim contractu pater uel dominus in solidum tenetur actione institoria. quæ exceptio approbatur etiam uerbis iam dictis hisce: Eadem ratione, &c. De qua actione uide ȷ.cap.9.

V. Exceptio: Nisi seruus sciente domino in peculiari merce negociatur, & quid cum eo eius rei caussa contractum est. hoc enim casu aduersus dominum tributoria competit actio, ut quidquid in his mercibus erit, quodq; inde receptum erit, id inter dominum, si quid ei à seruo debebitur, & cæteros creditores pro rata portione distribuatur. quæ exceptio approbatur Inst. d. tit. §. introduxit. cuius uerba cum alijs ad istam actionem pertinentibus uide ȷ. cap.10.

VI. Exceptio: Nisi uoluntate patris filiusfamiliâs decurio creatus, aut tutor datus sit, & ex isto officio debitor esse cœperit. hoc enim casu pater in solidum tenetur. quæ exceptio approbatur l.1. C. quod cum eo qui in aliena potestate, his uerbis: Cùm filiusfamiliâs tutor aut curator datur, pater tutelæ uel negociorum gestorum iudicio de peculio & de in rem uerso conueniendus est. Quòd si uoluntate eius filius decurio sit creatus, & à magistratibus tutor constitutus: pater in solidū satisfacere cogitur, cum id omnis exemplo cæterorum munerum ciuilium introductum intelligatur. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi ex eo agatur quod filiusfamiliâs duumuir rem pupillo saluam fore caueri non curauit. quæ replicatio approbatur l.3.§.fin.ff.de peculio, his uerbis: Si filiusfamiliâs duumuir pupillo rem saluam fore caueri non curauit, Papinianus lib. IX. Quæstionum de peculio actionem competere ait. Nec quidquam mutare arbitror, an uoluntate patris decurio sit: quoniam rempub. saluam fore pater obstrictus est.

VII. Exceptio: Nisi pater mandator uel fideiussor pro filio interuenerit. hoc enim casu ex contractu filij in solidum tenetur. quæ exceptio approbatur l. 9. C. quod cum eo qui in aliena potest. his uerbis: Si mandator pro filio tuo extitisti, uel iussu tuo cum eo quem in potestate habuisti, cōtractum est: intelligis & sorti & usuris te parêre oportere, si te his omnibus obligasti, ut res quæ pignoris iure detinentur, liberari possint. Quòd si fideiussor creditæ pecuniæ intercessisti, teneri te ex ea obligatione, ex plorati iuris est. Concordat l.7. ff.eod.tit. cuius uerba uide s̄. lib.16. cap. 11. quæst.1. causa 8. except.3.repl.1.

VIII. Exceptio: Nisi ex delicto serui uel filij agatur. hoc enim casu serui quidem nomine noxalis est actio. de qua infrà in parte proxima dicetur: filij autem nomine pater non tenetur. Inst. de noxalib. actionib. §. fin. de qua re alibi.

IX. Exceptio: Nisi sciente & uolente dominō cum seruo sit contractum. Hæc exceptio approbatur l.6.C. de exercitor. actione, his uerbis: Qui secutus domini uoluntatē cum seruo ipsius habuit contractum, instar actionis institoriæ rectè pro solido dominum conuenit. Plures huiusmodi exceptiones uide ȷ. cap 11. quæst. 6.reg.1.

## III. AD FINE PROPOSITARVM actionum remedium.

I. Regula: Ex contractu filijfamiliâs non solùm istæ sunt actiones aduersus patrem, quas iam enumerauimus, sed etiam ipse filius suo nomine conueniri potest. quæ regula approbatur l. 44. ff. de peculio. cuius uerba uide s̄. lib. 36. cap. 11. quæst.1. causa 8. except.1. Concordat l.18 ff. de action. & obligat. cuius uerba uide s̄. lib.16. cap.1. except.4. Item concordat l.57. ff. de iudicijs cuius uerba uide s̄ lib. 36. cap. 6. reg.2. Huius regulæ exceptio prima hæc uidetur: Nisi pater filio peculium ademerit. Sed hæc exceptio reprobatur l.45. ff. de peculio. cuius uerba uide d. caussa 8. except.1. Altera exceptio est: Nisi filius ex contractu patris iussu eius mutuam sumpsit pecuniam. quæ exceptio approbatur l.4. C. quod cum eo qui in aliena potest. his uerbis: Si ex contractu patris iussu eius mutuam pecuniam accepisti, teq; eius hæreditate abstines: frustra uereris ne à creditoribus eius conueniaris. Tertia exceptio est: Nisi filiusfamiliâs mortuus sit. tunc non nisi de peculio actio aduersus patrē superest. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur d.l.57. ff. de iudicijs.

II. Regula: In quantum filiusfamiliâs conueniri possit? Regulariter quidem filiusfamiliâs in solidum tenetur. quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt s̄. reg. prox. in prin. cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi mortuo patre filius non suo nomine, sed tanquam hæres patris conueniatur. hoc enim casu non nisi pro parte hæreditaria tenetur. quæ exceptio approbatur l.4. in prin. ff. quod cum eo qui in aliena potest. cuius uerba uide s̄. lib. 16. cap. 11. quæst.1. caussa 8. except.3. repl.1. Concordat l.7. ff. eod.tit. cuius uerba uide d. repl.1. Altera exceptio est: Nisi filius sui iuris effectus conueniatur. tunc enim ex contractu, quem in patris potestate constitutus iniit, non nisi in quantum facere potest, tenetur. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur d. caussa 8.

DE

## DE EXERCITORIA Actione. Cap. VIII.

PRimò: *Nomen huius actionis, nominisq; ratio proponitur Inst. quod cum eo qui in aliena. §. exercitoria. ibi: ideo. cuius uerba uide J. quæstion. 3. in prin.*

II. *Ratio huius actionis proponitur l. 1. in prin. ff. de exercitoria actione, his uerbis:* Vtilitatem huius edicti patere, nemo est qui ignoret. Nam cum interdum ignari, cuius sint conditionis uel quales, cum magistris propter nauigandi necessitatē contrahamus: æquum fuit, eum qui magistrum naui imposuit, teneri: ut tenetur qui institorem tabernæ uel negocio præposuit: cum sit maior necessitas contrahendi cum magistro, quàm institore. Quippe res patitur, ut de conditione quis institoris dispiciat, & sic contrahat: in nauis magistro non ita. Nam interdum locus, tempus non patitur plenius deliberandi consilium.

III. CAVSSA EX QVA DAtur actio proposita.

*Si exercitor aliquem magistrum naui præposuit, cum quo eius rei gratia, cui præpositus est, est contractum. Hæc caussa approbatur Inst. quod cum eo qui in aliena potest. §. exercitoria, his uerbis:* Exercitoris tunc habet locum, cum quis seruū suum magistrum naui præposuerit, & quid cum eo eius rei gratia, cui præpositus erit, cōtractum fuerit. Ideo autem exercitoria uocatur, quia exercitor is appellatur, ad quē quotidianus nauis quæstus pertinet. *Ait Iurisconsultus:* Magistrum naui. *Declarantur hæc uerba l. 1. §. 1. ff. de exercitoria, hisce uerbis:* Magistrum nauis accipere debemus, cui totius nauis cura mandata est. *Huius caussæ exceptiones hæ sunt.*

I. Exceptio: *Nisi non dominus magistrum naui præposuit. Hæc exceptio reprobatur d. l. 1. §. exercitorem, his uerbis* Exercitorem eum dicimus, ad quem obuentiones & reditus omnes perueniunt, siue is dominus nauis sit, siue à domino nauem per auersionem conduxit, uel ad tempus, uel in perpetuum.

II. Exceptio: *Nisi magister nauis eum cum quo contractum est, præposuit. Et hæc exceptio reprobatur d. l. 1. §. magistrum autem, his uerbis:* Magistrū accipimus non solùm quem exercitor præposuit, sed & eum quem magister. Et hoc consultus Iulianus in ignorante exercitore respondit. Cæterùm si scit, & passus eū est in naue magisterio fungi: ipse eum imposuisse uidetur. Quę sententia mihi uidetur probabilis. Omnia enim facta magistri debet præstare, qui eū præposuit, alioquin contrahentes decipientur: & facilius hoc in magistro, quàm in institore admittendum propter utilitatem. Quid tamen si sic magistrum præposuit, ne alium ei liceret præponere? an adhuc Iuliani sententiam admittamus, uidēdum est. Finge enim & nominatim eum prohibuisse, ne Titio magistro uteris. dicendum tamen erit, eousq; producendam utilitatem nauigantium.

III. Exceptio: *Nisi mulier magistrum naui præposuit. Hæc exceptio reprobatur d. l. 1. §. parui autem refert, his uerbis:* Parui refert, qui exercet, masculus sit an mulier: paterfamiliâs, an filiusfamiliâs, uel seruus. *Concordat d. l. 1. §. in potestate. cuius uerba uide J. quæst. 5. reg. 2. except. 3. Concordat item l. 4. C. de exercitoria act. his uerbis:* Etsi à muliere magister naui præpositus fuerit: ex contractibus eius ea exercitoria actione ad similitudinem institoriæ tenetur.

IIII. Exceptio: *Nisi filiusfamiliâs uel seruus magistrum naui præposuit. Hæc exceptio reprobatur uerbis d. §. parui autem, iam propositis hisce:* An filiusfamiliâs, uel seruus. *Plura de hac re uide J. quæst. 5. reg. 2.*

V. Exceptio: *Nisi pupillus magistrum naui præposuit. Hæc exceptio approbatur d. §. parui autem, his uerbis:* Pupillus si nauem exerceat, exigemus tutoris authoritatem. *Huius exceptionis replicatio est: Nisi tutore authore pupillus magistrum naui præposuit. quæ replicatio ex uerbis iam propositis constat.*

VI. Exceptio, *sumpta ex persona magistri præpositi, cum quo est contractum, reprobatur l. 1. §. cuius. ff. de exercitoria actione, his uerbis:* Cuius conditionis sit magister iste, nihil interest. Vtrum liber, an seruus: & utrū exercitoris, an alienus. Sed nec cuius ætatis sit, intererit, sibi imputaturo qui præposuit. *Concordat Inst. quod cum eo qui in aliena potest. §. istas tamen duas. cuius uerba uide J. cap. prox. quæst. 3. except. 5.*

VII. Exceptio, *sumpta ex naui, cui magister præpositus fuit, reprobatur l. 1. §. nauem. ff. de exercit. action. his uerbis:* Nauē accipere debemus, siue marinam, siue in aliquo stagno nauiget, siue schedia sit.

VIII. Exceptio: *Nisi cum alio, quàm magistro nauis sit contractum. Hæc exceptio approbatur d. l. 1. §. si cum quolibet, his uerbis:* Si cum quolibet nautarum sit contractū, nō datur actio in exercitorē: quanquā ex delicto cuiusuis eorū, qui nauis nauigandæ caussa in naue sunt, detur actio in exercitorē. Alia est enim cōtrahendi caussa, alia delinquendi. Siquidē qui magistrū præponit, contrahi cū eo permittit: qui nautas adhibet, non contrahi cum eis permittit, sed culpa & dolo carere eos curare debet. *Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi cum eo quem magister nauis præposuit, sit contractum. Hæc replicatio approbatur d. l. 1. §. ma-*

*§.magistrum autē.cuius uerba uide 5.except.2.* *Altera replicatio est: Nisi cum ipso exercitore filiofamiliâs uel seruo sit cōtractū.Hæc replicatio approbatur d.l.1.§.quanquam,his uerbis:* Quanquā si cum magistro eius gestū sit,dūtaxat pollicetur prætor actionē: tamen (ut Iulianus quoq; scripsit)etiāsi cum ipso exercitore sit cōtractū, patet dominutúe in solidū tenebitur.

IX.Exceptio:*Nisi cùm plures essent magistri nauis,cum uno tantùm,non omnibus sit contractū.Hæc exceptio approbatur,simul & distinguitur d.l.1.§.si plures,his uerbis:* Si plures sint magistri,non diuisis officijs: quodcunq; cum uno gestū erit,obligabit exercitorē.si diuisis,ut alter locando,alter exigēdo: pro cuiusq; officio obligabitur exercitor. Sed si sic præposuit (ut plerunq; faciūt)ne alter sine altero qd gerat: q cōtraxit cum uno,sibi imputabit.

X.Exceptio:*Nisi dominus uel pater magistri nauis cum eo contraxit.Hæc exceptio reprobatur l.5.in prin.ff.de exercit.action.his uerbis:* Si eū qui in mea potestate sit, magistrū nauis habeas: mihi quoq; in te cōpetit actio.si quid cum eo cōtraxero.Idē si cōmonis seruus nobis erit.Ex locato tamē mecū ages,qđ operas serui mei cōduxeris:qa & si cum alio cōtraxisset,ageres mecū ot actiones,quas eo nomine habui,tibi pręstatē:quemadmodū cū libero(siqdē cōduxeris) experireris.Quòd si gratuitæ operæ fuerint:mandati ages.

XI. Exceptio:*Nisi unus ex plurib.exercitoribus cum magistro nauis contraxerit.Hæc exceptio reprobatur d.l.5.§.fin. his uerbis:* Si unus ex multis exercitorib. cum magistro nauis cōtraxerit: agere cum alijs exercitoribus poterit.

XII.Exceptio,*sumpta ex specie contractus cum magistro nauis initi.reprobatur l.1.§. magistri autem.ff.de exercit.action his uerbis:* Magistri imponuntur uel locandis nauibus,uel mercibus,aut uectoribus conducendis,armamētisúe emendis. Sed et si mercib. emendis uel uendendis fuerit præpositus: etiā hoc nomine obligat exercitorem. *Huius exemplum proponitur d.l.1.§.quid si mutuam,his uerbis:* Quid si mutuā pecuniā sumpserit:an eius rei nomine uideatur gestum? Et Pegasus existimat,si ad usum eius rei,in quam præpositus est,fuerit mutuatus:dandā actionem. Quam sententiā puto ueram. Quid enim si ad armandā siue instruendā nauē,uel nautas exhibendos mutuatus est?

XIII.Exceptio:*Nisi in aliam rem uel alio modo, quàm cui magister nauis fuit præpositus, cum eo sit contractum. Hæc exceptio approbatur d.l.1.§.non autem,his uerbis:* Non ex omni caussa prætor dat in exercitorem actionem, sed eius rei nomine,cuius ibi pręposítus fuit:id est, in eam rem, cui præpositus fuit. Vtputa si onus uehendum locatum sit,aut aliquas res emerit utiles nauiganti:uel si quid reficiendæ nauis caussa contractum,uel impēsum est:uel si quid nautæ operarū nomine petent. *Concordat l.7.§.itaq; & illud.ff.eod.tit. cuius uerba uide 5.quæst.8.reg 1.* *Huius exempla proponuntur d.l.1.§.igitur præpositio, his uerbis:* Præpositio certam legem dat contrahentibus.Quare si eū proposuit naui ad hoc solùm,ut uecturas exigat,non ut locet,quod fortè ipse locauerat:non tenebitur exercitor,si magister locauit.Vel si ad locandū tātùm,non ad exigendum:idem erit dicendum.Aut si ad hoc ut uectoribus locet, nō ut mercibus nauem præstet,uel cōtrà: modum egressus non obligauit exercitorem. Sed etsi,ut certis mercibus eam locet,præpositus est, (puta legumini, canabi) ille marmoribus,uel alij locauit materiæ:dicēdū erit exercitorē nō teneri. Quædā enim naues onerariæ,quædā(ut ipsi dicunt)*ἐπιβάται* sunt.Et plerosq; mandare scio,ne uectores recipiant, & sic ut certa regione & certo mari negociētur:ot ecce sunt naues, quæ Brundusiū à Cassopa,uel à Dyrrachio uectores traijciunt,ad onera inhabiles. Itē quædam capaces fluminum ad mare non sufficientes.*Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est:Nisi magister nauis pecuniam mutuatus sit in hoc,ut liberaret eum,qui in refectionem nauis crediderat.Hæc replicatio approbatur d.l.1.§.sed etsi ab alio,his uerbis:* Si ab alio mutuatus liberauit eum,qui in nauis refectionē crediderat: puto etiā huic dandam actionē, quasi in nauem crediderit. *Altera replicatio est:Nisi magister nauis dixerit se in eam rem,cui præpositus sit,contrahere.Hæc replicatio approbatur d.l.1.§.unde quærit.cuius uerba uide 5 except.15.*

XIIII.Exceptio: *Nisi ex eo quòd dolosè in cōtractu magister nauis uersatus sit,agatur.Hæc exceptio reprobatur d.§.unde quærit.in fine, his uerbis:* Si in precijs rerum emptarum fefellit magister:exercitoris erit damnum, non creditoris.

XV. Exceptio:*Nisi magister nauis pecuniam in eam rem cui præpositus fuerat acceptam, postea in suos usus conuertat. Hæc exceptio reprobatur d.§.unde quærit,his uerbis:* Quærit Ofilius, si ad reficiendam nauem mutuatus, numos in suos usus conuertit:an in exercitorem detur actio? Et ait, si hac lege accepit, quasi in nauem impensurus, mox mutauit uolūtatem: teneri exercitorem,imputaturū sibi cur talē præposuerit. Quòd si ab initio consilium ceperit fraudandi creditoris, & hoc specialiter non expresserit, quod ad nauis caussam accipiat:contrà esse. Quam distinctionem Pedius probat.

XVI.Exceptio:*Nisi cum magistro nauis actum sit.Hæc exceptio approbatur d.l.1.§.penult.his uerbis:*

*bis:* Hæc actio ex persona magistri in exercitorem dabitur. Et ideo si cum alterutro eorum actū est, cum altero agi non potest.

XVII. *Exceptio: Nisi solutum sit. Hæc exceptio approbatur d. §. penult. bis uerbis:* Si quid solutum sit, siquidem à magistro: ipso iure minuitur obligatio. Sed etsi ab exercitore, siue suo nomine, id est propter honorariā obligationem, siue magistri nomine soluerit: minuetur obligatio, quoniam & alius pro me soluendo me liberat.

XVIII. *Exceptio: Nisi exercitor seruus alienatus sit uel mortuus. Hæc exceptio reprobatur l. 4. §. si seruus. ff. de exercitoria actione. cuius uerba uide J. quæst. 5. reg. 1. except. 4.*

XIX. *Exceptio: Nisi magister nauis decesserit. Et hæc exceptio reprobatur d. §. si seruus, in fine.*

IIII. QVIBVS DATVR actio proposita?

*De hæredibus eius qui cum magistro nauis contraxit, proponitur d. l. 4. §. fin. cuius uerba uide J. quæst prox. reg. 3.*

V. ADVERSVS QVOS datur actio?

I. *Regula: Datur hæc actio in exercitorem nauis. Vnde exercitoria quoq; appellatur. quæ regula approbatur l. 1. §. penult. ff. de exercitoria action. cuius uerba uide S. quæst. 1. except. 16. Concordant ea quæ proposita sunt d. quæst. 3. in prin. Declaratur hæc regula definitione exercitoris d. l. 1. §. exercitorem. cuius uerba uide S. d. quæst. 3. except. 1. Huius regulæ exceptiones propositæ sunt: S. d. quæst. 3.*

II. *Regula, De patre & domino exercitoris. Hic quoq; proposita actione tenetur. quæ regula approbatur l. 1. §. si is qui ff. de exercitor. action. his uerbis:* Si is qui nauem exercuit, in aliena potestate erit, eiusq; uoluntate nauem exercuerit: quod cum eius magistro gestum erit, in eum cuius in potestate is erit, qui nauem exercuit, iudicium datur. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi uolente patre uel domino filius uel seruus nauem exercuerit. Hæc exceptio approbatur ibidem, his uerbis:* Licet datur actio in eum cuius in potestate est, qui nauem exercet tamen ita demum datur, si uoluntate eius exerceat. Ideo autem ex uoluntate in solidum tenetur, qui habet in potestate exercitorem: quia ad summam Reipub. nauiū exercitium pertinet. At institorum nō idem usus est. Ea propter in tributū duntaxat uocantur, qui contraxerunt cum eo qui in merce peculiari sciente domino negociatur. *Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi sciente patre uel domino filius uel seruus nauem exercuit. tunc enim tenetur attributoria duntaxat. quæ replicatio approbatur ibidem his uerbis:* Si sciente duntaxat, non etiam uolēte domino, cum magistro contractum sit: utrum quasi in uolentem dabimus actionem in solidum, an uerò exemplo tributoriæ? In re igitur dubia melius est uerbis edicti seruire: & neq; scientiam solam, & nudam patris, dominiue in nauibus onerare, neq; in peculiaribus mercibus uoluntatem extendere ad solidi obligationē. Et ita uidetur etiam Pomponius significare: si sit in aliena potestate, siquidem uoluntate gerat, in solidū eum obligari: si minus, in peculiū. *Altera replicatio est: Nisi de peculio. nā quatenus in peculio filij uel serui est, etiam nolens uel ignorans pater dominusue tenetur. quæ replicatio approbatur uerbis iā propositis hisce:* Si minus, in peculiū. *Concordat l. 6. in prin ff. eod. tt. his uerbis:* Si seruus non ex uoluntate domini nauē exercuerit: si sciente eo, quasi tributoria: si ignorante, de peculio actio dabitur. *Concordat l. 1. §. in potestate. ibi: pater dominusue ff. eod. tt. cuius uerba uide J. repl. prox Cōcordat item l. 41. ff. de furtis. cuius uerba uide J. lib. prox. cap. 5. reg 1. exc. 1. repl. 1. Tertia replicatio uidetur: Nisi cum filiusfamiliâs haberet seruum peculiarem exercitorem, uel seruus uicarium seruum filiusfamiliâs uel seruum uoluerit. Hæc replicatio reprobatur d. §. in potestate, his uerbis:* Si seruus peculiaris uolente filiofamiliâs, in cuius peculio erat: uel seruo, uicarius eius nauem exercuit pater dominusue, qui uoluntatem non accommodauit, duntaxat de peculio tenebitur, sed filius ipse in solidum. Planè si uoluntate domini uel patris exercuit, in solidum tenebitur: & præterea filius, si & ipse uoluntatem accommodauerit, in solidum erit obligatus. *Altera propositæ regulæ exceptio uidetur: Nisi exercitor sit seruus peculiaris filijfamiliâs uel serui. Sed hæc exceptio reprobatur uerbis iam dictis hisce:* Planè si uoluntate domini uel patris exercuit, &c. *Tertia exceptio, sumpta ex sexu exercitoris, reprobatur d. §. in potestate, his uerbis:* In potestate accipiemus utriusq; sexus filios uel filias, seruos uel seruas. *Quarta exceptio uidetur: Nisi seruus exercitor alienatus sit, uel mortuus. Hæc exceptio reprobatur l. 4. §. si seruus. ff. de exercitoria action. his uerbis:* Si seruus sit, qui nauem exercuit uoluntate domini, & alienatus fuerit: nihilominus is qui eum alienauit, tenebitur. Proinde etsi decesserit seruus, tenebitur. Nā & magistro pro defuncto, tenebitur. *Quinta exceptio uidetur: Nisi mortuo seruo exercitore annus excesserit. Et hæc exceptio reprobatur l. 5. §. fin. ff. d. tt. his uerbis:* Si seruus qui uolūtate domini exercuit, decessit: etiam post annum hæc actio dabitur, quamuis de peculio ultra annum non detur.

III. *Regula, De hæredibus exercitoris, proponitur d. §. fin. his uerbis:* Hæ actiones perpetuò & hæredibus & in hæredes dantur.

IIII. *Regula, De filiofamiliâs qui habet exercitorem*

torem

*torem in suo peculio, proponitur l.1. §. in potestate. ibi: si tamen seruus. ff. de exercitor. act. cuius uerba ui de s. reg. 2. ex. ept. 1. repl. 1.*

## VI. QVID QVANTVMQVE ueniat in actione proposita?

*Regulariter exercitor nauis in solidum tenetur. Cuius regulæ prima exceptio est: Nisi maior pecunia credita sit, quàm ad eam rem, cui magister præpositus fuit, erat necesse. Hæc exceptio approbatur l. ult. §. quare etsi in ea. ff. de exercit. action. his uerbis:* Si in ea caussa fuerit nauis, ut refici deberet: mulro tamen maior pecuoia credita fuerit, quàm ad eam rem esset necessaria: Africanua air, non debere in solidű aduersua domioum nauia actionem dari. *Altera exceptio est: Nisi quid sit solutum. Hæc exceptio approbatur l.1. §. penult. ff. d. tt. cuius uerba uide s. quæst. 3. except. 17. Tertia exceptio uidetur: Nisi unus ex pluribus exercitoribus conueniatur. hic enim non nisi pro parte conueniendus uidetur. Sed hæc exceptio reprobatur d. l. 1. §. fin. cũ duab. legib. sequẽt. his uerbis:* Si plures oauẽ exerceant, cũ quolibet eorũ in solidũ agi potelt: ne in plures aduersarioe distringatur, qui cum uno contraxerit. Nec quidquam facete, quotam quisque pottionem in naue habeatt eumq; qui præstiterit, societatis iudicio à cæreris consecuturum. *Planè admittitur exceptio proposita, si ex pluribus exercitoribus quisq; pro se nauem exerceat. quæ distinctio approbatur l. 4. in prin. ff. d. tt. his uerbis:* Si tameo pluree per se nauem exetceant: pro portiooibus exerciratioria conueniuntur. neque enim inuicem sui magistri uidebuotur. Sed si plures exerceant, uoum autem de numeto suo magistrum fecerint: huius nomioe in solidum poterunt conoeniri. *Quarta exceptio uidetur: Nisi unus ex pluribus dominus exercitoris conueniatur. Sed & hæc exceptio reprobatur d l. 4. §. sed etsi seruus, his uerbis:* Sed etsi seruua plurium nauem exetceat uoluotate oorum: idem placoir, qnod in pluribue exercitoribue. *Concordat l. 6. in fine. ff. eod. tt. his uerbis:* Si communis seruus uoluntate dominorum exetceat nauem: in singoloa dari debebit in solidum actio. *Quinta exceptio uidetur: Nisi quis plurium uoluntate nauem exercuit. Sed & hæc exceptio reprobatur d. l. 4. §. planè si unus, his uerbis:* Si unus ex omnium uoluntare exercuit: io solidum ille tenebirur. Et ideo puto etiam io supetiore casu io solidum omoea teneri.

## VII. QVAMDIV COMPETIT actio proposita?

*Perpetua est actio. quæ regula approbatur l. 4. §. fin. ff. de exercitoria actione. cuius uerba uide s. quæst. 5. reg. 1.*

## VIII. ADIVNCTA ET EVENtus huius actionis.

*I. Regula, De probatione & præsumptione in hac actione. Creditor non tenetur probare pecuniã in rem, cui magister nauis præpositus fuit, uersam esse: sed sufficit illi, si res ista talis fuerit, ut eius caussa pecunia insumenda fuerit. quæ regula approbatur, simul & distinguitur l ult. ff. de exercitoria actione, his uerbis:* Lucius Titiua Stichum magistrum naui præposuit, ia pecuoiam mutuatus, cauir se in tefectionem oauis eam accepisse. Quæsitum est, an oon aliter Lucius Titius exercirotia teoearut, quàm si creditor probaret pecuniam in refectionem esse consumpram? Africanua respondit: Creditotem utiliter acturum, si cùm pecunia credetetut, nauia in ea caussa fuisset, ut refici deberet. Erenim non oportere creditorem ad hoc adstriogi, nt ipse reficiendę oauis curam suscipiat, & oegociũ domini gerat. Quod cetrè futurom sir, si necesse habeat probare, pecuniam in refectionem erogatam esse. Itaq; & illud exigendum, ot sciat io hoc se credere, cui tei magister quia sit ptæpositus. Quod certè eliter fieri non posair, quàm si illud qooq; scierir, necessariam refectioni pecuniam esse. Quare etsi in ea caussa fuerit oauia, ut refici deberet: multo tamen maiot peconia credita fuerit, quàm ad eam tem esset necessaria: oõ debere in solidum aduersue dominum nauis actionem dari. Interdum etiam illud æstimandum: ao in eo loco pecunia credita sit, in quo id ptopter quod credebatur, cõparari potuerit. Qoid eoim (ioquir) si ad uelum emendũ io eiusmodi iosula pecuniã quie crediderit, in qoa omnioo uelum comparari noo potuerit? Et in summe, aliquam diligeotiam in eam rẽ creditotem debere præstare. Eadem ferè dicenda eit, & si de institoria actione quæratur. Nam tunc quoque creditotem scire debete, necessariam esse mercia comparationem, coi emeodę seruus sir ptæpositus: & sufficere si in hoc crediderit: non etiam illud exigaodum, ut ipse curam suscipiat, en io haoc rom pecunia erogata sit. *Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi creditor scire potuit, uel debuit, eiusmodi rem cuius gratia credidit, eo loco comparari non posse. quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Ioret dum etiam illud, &c. *Altera exceptio est: Nisi magister nauis nõ specialiter expressent, eius rei gratia, cui præpositus sit, se contrahere. quæ exceptio approbatur l.1. §. unde quærit. ibi: quod si ab initio. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. quæst 1. except. 15.*

*II. Regula: Vnus ex pluribus exercitoribus in solidum condemnatus, societatis iudicio partem recuperat. quæ regula approbatur l. 1 in fine. ff. de exer-*

 citoria

citoria action. cuius uerba uide s̄. quest. 6. except. 5.

III. Regula, De actione quæ competit exercitori condemnato aduersus magistrum nauis, uel eius dominum, cuius nomine condemnatus est, proponitur l. 5. in prin. ibi: ex locato. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. quest. 3. except. 10. Concordat l. 1. §. est autem. ibi: sed aut. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. eod. cap. in fine.

IX. ADFINIA REmedia.

I. Regula: Etiam aduersus magistrum nauis, cum quo contractum est, contrahenti agere licet. quæ regula approbatur d. l. 1. §. est autem, his uerbis: Est nobis electio, utrum exercitorem, an magistrum conuenire uelimus. Concordat d. l. 1. §. hec actio. cuius uerba uide s̄. quest. 3. except. 16. Huius regule exceptio uidetur esse: Nisi magister nauis, cum quo contractum est, à seruo actoris contrahentis sit præpositus. Sed hæc exceptio reprobatur l. 5. §. item si seruus. ff. eod. tt. his uerbis: Si seruus meus nauem exercebit, & cum magistro eius contraxero: nihil obstabit, quo minus aduersus magistrum experiar actione, quę mihi iure uel ciuili uel honorario cōpetit. Nā & cuiuis alij nō obstat hoc edictū, quo minus cū magistro agere possit. hoc enim edicto non transfertur actio, sed adijcitur.

II. Regula, De directa actione, proponitur Inst. quod cum eo qui in aliena potest. §. fin. his uerbis: Ei qui exercitoria uel institoria actione tenetur, directò posse cōdici placet: quia huius quoq; iussu contractum intelligitur.

III. Regula, De actione de peculio & de in rem uerso, proponitur Inst. d. tt. §. ceterùm, his uerbis: Dubium nō est, quin is quoq; qui iussu domini contraxerit, cuiq; institoria uel exercitoria actio cōpetit: de peculio, deq; eo quod in rē domini uersum est, agere possit. Sed erit stultissimus, si omissa actione, qua facillimè solidum ex cōtractu cōsequi possit: se ad difficultatē perducat probādi in rem domini uersum esse, uel habere seruum peculium, & tantum habere, ut solidum sibi solui possit. Concordāt ea quæ proposita sunt s̄. quest. 5. reg. 2. except. 1. repl. 2.

X. De contraria actione, quæ competit exercitori ex contractu magistri sui, proponitur l. 1. §. est autem nobis. ff. de exercitoria actione, his uerbis: Ex contrario, exercenti nauem aduersus eos qui cum magistro contraxerunt, actionem non pollicetur: quòd non eodem auxilio indigebat. Sed aut ex locato cum magistro, si mercede operam ei exhibet: aut si gratuitam, mandati agere potest. Solent tamen præfecti propter ministerium annonæ, item in prouincija præsides prouinciarum, extra ordinem eos iuuare ex contracto magistrorum.

DE INSTITORIA ACTIOne. Cap. IX.

PRimò: Nomen huius actionis, nominisq; ratio proponitur Inst. quod cum eo qui in alien. potest. §. institoria. ibi: ideo autem. cuius uerba uide J. quest. 1. in prin.

II. Ratio huius actionis proponitur l. 1. in prin. ff. de Institoria actione. cuius uerba uide J. quest. ult.

III. CAVSSA HVIVS actionis.

Si quis aliquem tabernæ aut cuilibet alij negociationi præposuit, cum quo eius rei caussa, cui præpositus est, est contractum: is qui eum præposuit, eo nomine hac actione conueniri potest. quæ caussa seu regula approbatur Inst. d. §. institoria, his uerbis: Institoria tunc locum habet, cum quis tabernæ fortè, aut cuilibet negociationi seruū suum præposuerit, & quid cum eo eius rei caussa, cui præpositus erit, contractum fuerit. Ideo autem Institoria appellatur: quia qui negociationibus præponuntur, Institores uocantur. Declaratur caussa proposita definitione Institoris l. 3. cum duab. legib. sequentib. ff. de Institoria actione. cuius uerba uide J. except. 7. Concordat l. 18. ff. eod. tt. his uerbis: Institor is est, qui tabernæ locoue ad emendum uendendumue præponitur, quiue sine loco ad eundem actum præponitur. Exempla propositæ caussæ proponuntur l. 5. §. non tamen, cum sequentibus. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. except. 8. Huius caussæ seu regulæ exceptiones hæ sunt.

I. Exceptio, sumpta ex persona præponentis, reprobatur l. 7. §. parui. ibi: item quisquis. ff. de institoria actione. cuius uerba uide J. except. 5.

II. Exceptio: Nisi mulier præposuerit institorem. Hæc exceptio reprobatur d. uers. item quisquis. Concordat l. 4. C. de exercit. action. cuius uerba uide s̄. cap. prox. quest. 1. except. 1.

III. Exceptio: Nisi pupillus præposuerit. Hæc exceptio approbatur l. 9. cum lege sequente. ff. de institoria actione, his uerbis: Si ipse pupillus præposuerit: siquidem tutoris authoritate, obligabitur. Si minus: non. Eatenus tamē dabitur in eū actio, quatenus ex ea re locupletior est. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi authoritas tutoris interuenerit. quæ replicatio approbatur uerbis iā propositis hisce: Siquidem tutoris authoritate: obligabitur. Altera replicatio est: Nisi quatenus locupletior pupillus factus est. quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce: Eatenus tamen dabitur, &c. Tertia replicatio est: Nisi pupillus præponentis heres extiterit. quæ replicatio approbatur l. 11. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. quest. 5. except. 3. repl. 1.

IIII. Exceptio: Nisi minor uiginti quinq; annis præposuerit. Hæc exceptio approbatur d. l. 11. §. 1. his uerbis: Sed etsi minor uiginti quinq; annis

nis erit, qui præposuit: auxilio ætatis utetur, nec sine causſæ cognitione.

V. *Exceptio, ſumpta ex perſona præpoſiti inſtitoris, reprobatur l. 7. §. paru, cum lege ſequente. ff. de inſtitor. action. his uerbis:* Parui refert, quis ſit inſtitor, maſculus an fœmina: liber, an ſeruus: proprius, an alienus. Item quiſquis præpoſuit. Nam etſi mulier præpoſuit, cõpetet inſtitoria actio exemplo exercitoriæ actionis. Et ſi mulier ſit præpoſita, tenebitur etiam ipſa. Sed etſi filiaſfamiliâs ſit, uel ancilla præpoſita: cõpetit inſtitoria actio. Pupillus etiá inſtitor obligat eum, qui eũ præpoſuit, inſtitoria actione: quoniam ſibi imputare debet, qui eum præpoſuerit. Ná pleriq; & pueros puellasq; tabernis præponunt. *Concordat inſt. quod cum eo qui in aliena poteſt. §. iſtas tamen, his uerbis:* Iſtas duas actiones prætor reddit, etſi liberum quis hominem, aut alienum ſeruum naui aut tabernæ, aut cuilibet negociationi præpoſuerit: ſcilicet quia eadem æquitatis ratio etiam eo caſu interueniat.

V I. *Exceptio: Niſi inſtitor præpoſitus ſoluẽdo ſit. Hæc exceptio reprobatur l. 19. in prin. ff. de inſtitor. act. his uerbis:* In eũ qui mutuis accipiẽdis pecunijs procuratorem præpoſuit, utilis ad exemplũ inſtitoriæ dabitur actio. Quod ęquè faciendum erit, etſi procurator ſoluendo ſit, qui ſtipulanti pecuniam promiſit.

V I I. *Exceptio, ſumpta ex re, cui præpoſitus fuit is cum quo contractum eſt, reprobatur l. 3. cum duabus legib. ſequentib. ff. de inſtitoria actione, his uerbis:* Inſtitor appellatus eſt ex eo quòd negocio gerendo inſiſtat: nec multum facit, tabernæ ſit præpoſitus, an cuilibet alij negociationi. Cùm interdum etiam ad homines honeſtos adferant merces, & ibi uẽdant. Nec mutat cauſſam actionis locus emendi, uendendiúe: cùm utroq; modo uerum ſit, inſtitorẽ emiſſe aut uẽdidiſſe. Quicũq; igitur negocio prępoſitus eſt, inſtitor rectè appellabitur. Ná & Seruius libro primo ad Brutum ait: Si quid cum inſulario geſtũ ſit, uel cum eo quẽ quia ædificio prępoſuit, uel frumento coemendo: in ſolidũ eum teneri. Labeo quoq; ſcribit: ſi quis pecunijs fœnerandis, agris colendis, mercaturis redẽptur iaq; faciendis præpoſuerit: in ſolidum eum teneri. Sed etſi menſæ habuerit quis ſeruũ præpoſitũ: nomine eius tenebitur. Sed etiam eos inſtitores dicendos placuit, quib. ueſtiarij uel lintearij dãt ueſtem circumferendá & diſtrahendam, quos uulgò circuitores appellamus. Sed etiá muliones quis propriè inſtitores appellet. Item fullonũ & ſarcinatorũ præpoſitus. Sed & ſtabularij quoq; loco inſtitorũ habendi ſunt. Sed etſi tabernarius ſeruum ſuum peregrè mitteret ad merces comparandas, & ſibi mittẽdas: loco inſtitoris habendũ Labeo ſcribit. Idem ait, ſi libitinarius, quem Græci κτιριτὴν uocant, ſeruum pollinctorem habuerit, isq; mortuum ſpoliauerit: dandá in eum quaſi inſtitoriam actionẽ, quamuis & furti, & iniuriarũ actio competeret. Idem Labeo ait, ſi quis piſtor ſeruum ſuum ſolitus ſit in certum locum mittere ad panẽ uendendum, deinde is pecunia accepta præſente, ut per dies ſingulôs cui panẽ præſtaret, conturbauerit: dubitari non oportere, quin ſi permiſit ei ita dari ſummas, teneri debeat. Sed & cũ fullo peregrè proficiſcens rogaſſet quem, ut diſcipulis ſuis, quibus tabernam inſtructá tradiderat, imperaret: poſt cuius profectionem ueſtimenta diſcipulus accepiſſet, & fugiſſet: fullonem non teneri, ſi quaſi procurator fuerit relictus. Sin uerò quaſi inſtitor: teneri eum. Planè ſi adfirmarit mihi, rectè me credere operarijs ſuis: non inſtitoria, ſed ex locato tenebitur. *Concordat l. 19. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. except. 6. Concordat item l. 5. C. eod. tt. his uerbis:* Si mutuam pecuniá accipere Demetriano Domitianus mádauit, & hoc poſſe probare cõfidis: ad exemplũ inſtitoriæ eundẽ Domitianũ apud cõpetentem iudicẽ potes cõuenire.

V I I I. *Exceptio: Niſi alterius rei gratia, uel alio modo quàm cui præpoſitus eſt, cum inſtitore ſit contractum. Hæc exceptio approbatur l. 5. §. non tamen omne. ff. de inſtitor. act. his uerbis:* Non omne qđ cum inſtitore geritur, obligat eũ qui præpoſuit: ſed ita ſi eius rei gratia, cui præpoſitus fuerat, contractũ eſt. Proinde ſi præpoſui ad merciũ diſtractionẽ: tenebor nomine eius ex empto actione. Item ſi fortè ad emendũ præpoſuero: tenebor dũtaxat ex uendito. Sed neq; ſi ad emendũ, & ille uendiderit: neq; ſi ad uẽdendũ, & ille emerit: debebo teneri. Idemq; Caſsius ſcribit. Sed etſi pecuniá quis crediderit inſtitori ad emendas merces præpoſito, locus eſt inſtitoriæ. idemq; ſi ad penſionem pro taberna exſoluendá. Quod ita uerum puto, niſi prohibitus fuit mutuari. Si ei quem ad uendẽdum emendumúe oleũ præpoſui, oleum mutuum datũ ſit: dicendũ erit, inſtitoriam locum habere. Item ſi inſtitor cum oleum uendidiſſet, annulũ arcæ nomine acceperit, neq; eum reddat: dominũ inſtitoria teneri. Ná eius rei cauſſa, in quam præpoſitus eſt, contractum eſt: niſi fortè mandatũ ei fuit, præſente pecunia uendere. Quare etſi fortè pignus inſtitor ob precium acceperit, inſtitoriæ locus erit. *Concordat l. 11. §. conditio. ff. eod. tt. his uerbis:* Conditio præpoſitionis ſeruanda eſt. Quid enim ſi certa

lege, nel interuentu cuiusdá personæ, uel sub pignore uoluit cum eo cõtrahi, uel ad certá rem? æquissimú erit id obseruari, in quo præpositus est. Itê si, cũ plures habuit institores, uel cum omnib. simul contrahi uoluit, nel cum uno solo. Sed etsi denũciauit cui, ne cum eo cõtraheret: nõ debet institoria teneri. Nam & certá personá possumus prohibere cõtrahere, uel certũ genus hominũ uel negociatorũ: & certis hominib. permittere. Sed si aliâs cum alio cõtrahi uetuit, cõtinua uariatione: dáda est omnib. aduersus eũ actio. neq; enim decipi debẽt contrahentes. Sed si in totũ prohibuit cũ eo cõtrahi, præpositi loco nõ habetur: cũ magis hic custodis sit loco, quàm institoris. Ergo nec uẽdare mercé hic poterit, nec modicũ quid ex taberna. *Exemplũ huius exceptionis proponitur l.16.ff.eod.tt.bis uerbis:* Si cum uillico alicuius contractũ sit, nõ dabitur in dominũ actio: quia uillicus propter fructus percipiendos, nõ propter quæstũ pręponitur. Si tamen uillicum distrahẽdis quoq; mercib. præpositũ habuero: nõ erit iniquũ exemplo institoriæ, actioné in me cõpetere. *Aliud exemplũ proponitur l.19.§. fin. ff.de institor.act. cuius uerba uide J.repl.prox. Est aũt propositæ exceptionis replicatio prima hæc: Nisi institor pro eo qui ei pecuniã ut rem, cui præpositus fuerat, mutaatus est, alij per delegationẽ promisit. hoc enim casu, quãuis uideatur pro alio intercessisse, & ita alterius rei gratia, quàm cui præpositus fuit, cõtraxisse: tamẽ dominus tenetur in solidum. quæ replicatio approbatur d.§.fin.bis uerbis:* Seruus pecunijs tantùm fœnerãdis præpositus, per intercessioné æs alienũ suscipiẽs, ut institor dominũ in solidũ iure prętorio nõ adstringit. Quod aũt pro eo qui pecuniá fœnerauit, alij per delegationé promisit: à domino rectè petetur, cui pecuniæ creditæ contra eũ qui delegauit, actio quæsita est. *Altera replicatio est: Nisi dominus sciens passus sit institorem etiam in alijs rebus, quàm quibus præpositus est, contrahere. Hæc replicatio approbatur l. ult. ff. quod cum eo qui in aliena potest. bis uerbis:* Titianus Primus præposuerat seruum mutuis pecunijs dandis, & pignoribus accipiandis. Sed seruus etiam negociatoribus hordei solebat pro emptore suscipere debitũ, & soluare. Cũ fugisset seruus, & is cui obligatus fuerat date preciũ hordei, cõueniret dominũ nomine institoris: negabat eo se nomine cõueniri posse: quia nõ in eá rem pręposìtus fuisset. Cùm aũt & alia quędá gessisse, & horrea códuxisse, & multis soluisse idẽ seruus probaretur: præfectus annonæ cõtra dominũ dederat sententiá. Dicebamus, quasi fideiussioné esse uideri, cum ꝓ alio solueret debitũ. Nõ solere aũt ex ea caussa in dominũ dari actioné: nec uideri hoc dominũ mandasse. Sed quis uidebatur in omnib. eũ suo nomine substituisse: sententiam confirmauit Imperator.

IX. Exceptio: *Nisi dominus serui ab alio præpositi cum eo contraxerit. Hæc exceptio reprobatur l.11.§.fin. cum lege sequente. ff. de instit. act. bis uerbis:* Si à seruo tuo operas uicarij eius conduxero, & eum merci meæ institorem fecero, isq; tibi mercem uendiderit: emptio est. Nam cum dominus à seruo emit: est emptio, licet dominus non sit obligatus iure ciuili: usq; adeò, ut etiá pro emptore & possidere, & usucapere dominus possit. Et ideo utilis institoria actio aduersus me tibi cõpetet: mihi uerò aduersus te uel de peculio dispensatoris, si ex conducto agere ualim: uel de peculio uicarij, quòd ei mercem uendendam mandauerim. Precium quoq;, quo emisti, in rem tuam uersum uideri poterit, eo quòd debitor serui tui factus es.

X. Exceptio, *sumpta ex loco ubi est contractum, reprobatur l.4.ff.de instit.action. cuius uerba uide š. except.7.*

XI. Exceptio: *Nisi post mortem domini præponentis cum institore sit contractum. Hæc exceptio reprobatur l.5.§.penult.ff.d.tt.bis uerbis:* Si institor sit præpositus, is tamen decesserit qui præposuit: & hęres ei extitetit, qui eodem institore utatur: sine dubio teneri eũ oportebit. Necnon si ante aditam hæreditaté cum eo contractũ est: æquum est, uel ignoranti dari institoriam actionem. *Concordat l.17.§.si impubes.ff.eod.tt. cuius uerba cum alijs hac pertinentib. uide J.quæst.5.except.3.*

XII. Exceptio: *Nisi seruus præpositus, antequam cum eo contrahatur, fuerit manumissus. Hæc exceptio reprobatur l.19.§.1.ff.d.tt.bis uerbis:* Si dominus, qui seruum institorem apud mensam pecunijs accipiendis habuit, post libertatem quoq; datam idem per libertum negocium exercuit: uarietate status non mutabitur periculi caussa.

XIII. Exceptio: *Nisi dominus mutata uoluntate palàm denũciauerit, ne quis cum præposito institore contrahat. Hæc exceptio approbatur l.11.§.de quo.ff. de instit.act.bis uerbis:* De quo palàm proscriptũ fuerit, ne cum eo cõtrahatur: is præpositi loco nõ habebitur. Nõ enim permittẽdum erit cum eo, quasi cum institore, cõtrahere. Sed si quis nolit cõtrahi, prohibeat. Cæterùm q̃ præposuit, tenebitur ipsa præpositione. *Cõcordat d.l.11.§.conditio.ibi: sed etsi denunciauit. item ibi: sed si in totum. cuius uerba uide š.except.8. Item concordat l.17.§.Proculus.ff.eod.tt. cuius uerba uide J.repl.4. Itẽ cõcordat d.l. 17.§. 1. in fine. cuius uerba uide J.quæst.10.reg.1. Itẽ concordat l.47. in prin.ff.de peculio. cuius uerba uide J.cap.12. quæst.*

*quæst.3.exc.11.* *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi obscurè uel nõ rectè sit denunciatũ uel proscriptũ.* *Hæc replicatio approbatur, simul & declaratur d.l.11.§. proscribere, his uerbis:* Proscribere palàm sic accipimus, claris literis, ut de plano rectè legi possint, ante tabernam scilicet, uel ante eũ locũ, in quo negociatio exercetur: nec in loco remoto, sed in euidẽti. Literis utrũ Græcis, an Latinis? puto secundũ loci cõditionẽ, ne quis caussari possit ignorantiã literarũ. *Altera replicatio est: Nisi is qui cum institore cõtraxit, literas ignorauit, uel nõ obseruauit.* *Hæc replicatio reprobatur ibidẽ his uerbis:* Certè si qs dicat, ignorasse se literas, uel nõ obseruasse quod ꝓpositũ erat, cum multi legerẽt, cumq; palàm esset ꝓpositũ: nõ audietur. *Tertia replicatio est: Nisi eo tẽpore quo cõtrahebatur, nõ fuit proscriptũ, uel proscriptio obscurata: Hæc replicatio approbatur ibidẽ his uerbis:* Proscriptum ꝑperuò esse oportet. Cæterùm si id tẽporis quo ꝓpositũ nõ erat, uel obscurata ꝓscriptione contractũ sit: institoria locũ habebit. Proinde si dominus quidem mercis ꝓscripsisset, alius autem sustulisset, aut uetustate, uel pluuia, uel quo simili contigisset, ne proscriptũ esset, uel non appareret: dicendũ est, eum qui præposuit, teneri. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi dolo eius qui cum institore cõtraxit, proscriptũ sit detractum. Hæc duplicatio approbatur ibidem his uerbis:* Sed si ipse institor decipiendi mei caussa detraxit, dolus ipsius præponenti nocere debet: nisi particeps doli fuerit qui cõtraxit. *Quarta replicatio est: Nisi dominus id in quo locupletior ex eo contractu factus est, non restituat. Hæc replicatio approbatur l.17.§. Proculus.ff.de institor.act.his uerbis:* Proculus ait, si denũciauero tibi, ne seruo à me præposito crederes: exceptionẽ dandã, Si ille illi nõ denũciauerit, ne illi seruo crederet, Sed si ex cõtractu peculiũ habeã, aut in rem meã uersum sit, nec uelim quo locupletior sim, soluere: replicari de dolo oportet. Nã uideri me dolũ facere, qui ex aliena iactura lucrũ quæram. *Quinta replicatio est: Nisi dominus in denunciando & probibendo uariauerit. Hæc replicatio approbatur d.l.11.§.conditio.ibi: sed si aliàs. cuius uerba uide s̄.except.8.*

XIIII. Exceptio: *Nisi semel actũ sit. Hæc exceptio ipso quidẽ iure subsistit, uerùm eius replicatio hæc est: Nisi ex alia caussa antea sit actũ. Hæc replicatio approbatur l.13.in prin.ff de instit.act.his uerbis:* Habebat qs seruũ merci oleariæ præpositũ Arelati, eũdẽq; & mutuis pecunijs accipiẽdis. accepat mutuã pecuniã. putãs creditor ad merces eũ accepisse, egit ꝓposita actione. ꝓbare nõ potuit, mercis gratia eũ accepisse. Licet cõsumpta est actio, nec amplius agere poterit, quasi pecunijs quoque mutuis accipiẽdis esset ꝓpositus: tamẽ Iulianus utilem ei actionẽ competere ait.

X V. Exceptio: *Nisi nouatio obligationis postea sit facta. Hæc exceptio approbatur d.l.13.§.1.his uerbis:* Meminisse oportebit, institoria dominum ita demum teneri, si non nouauerit quis eam obligationẽ, uel ab institore, uel ab alio nouandi animo stipulando.

IIII. QVIBVS COMPETIT actio proposita?

I. Regula, *De fideiussore institoris, proponitur l.5.§. item fideiussori. ff. de institor.act. his uerbis:* Fideiussori quoq; qui pro institore interuenerit, institoria competit. eius enim rei sequela est.

I I. Regula; *De hæredibus eius qui cum institore contraxit, proponitur l.15.in fine.ff.de instit.act. cuius uerba uide J.quæst prox.except.1.*

V. ADVERSVS QVOS actio proposita competit?

*Regulariter aduersus eum qui institorem præposuit, non etiã alium cõpetit actio proposita. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi procurator, tutor uel curator alicuius institorẽ præposuerit: hoc enim casu aduersus utrũq; datur actio, tam aduersus eũ qui præposuit, quàm aduersus eum cuius nomine præpositio est facta. Quæ exceptio approbatur l.5.§. fin.cũ l. sequẽte.ff.de institor.act.his uerbis:* Si procurator meus, tutor curatorúe institorem præposuerit: dicendũ erit, uelùti à me præposito, dandã institoriam actionẽ. Sed & in ipsum ꝓcuratorẽ (si omniũ rerũ ꝓcurator est) dari debebit institoria. *Altera exceptio est: Nisi quis absentis amici nomine tanquam negociorũ gestor præposuerit: nam & hoc casu idẽ dicendũ est, quod iam except.prox.est dictũ. Quæ exceptio approbatur l.7.in prin.ff.eod.tt.his uerbis:* Sed & si quis rem meã gerens præposuerit, & ratum habuero: idem erit dicendũ. *Tertia exceptio est: Nisi is qui præposuit, mortuus sit. hoc enim casu hæres eius tenetur. Quæ exceptio approbatur l.15.ff.de institor.act.his uerbis:* Sciẽdum est, has actiones perpetuò dari, & in hæredem, & hæredibus. *Concordat l.1.§. penult. ff. eod.tt. cuius uerba uide s̄.quæst.3.exc.11. Huius exceptionis replicatio prima uidetur esse: Nisi hæres impubes sit. Sed hæc replicatio reprobatur l.11.in prin.ff.d.tt.his uerbis:* Etsi pupillus hæres extiterit ei qui præposuerat, æquissimũ erit pupillũ teneri, quãdiu præpositus manet: remouẽdus enim fuit à tutorib. si nollẽt uti opa eius. *Cõcordat l.17.§.si impubes. ff.eod.tt.his uerbis:* Si impubes patri habẽti institores, hæres extiterit, deinde cũ his contractũ fuerit: dicẽdũ est, in pupillũ dari actionẽ ꝓpter utilitatẽ ꝓmiscui usus: quẽadmodũ ubi post mortẽ tutoris, cuius authoritate institor ꝓpositus est, cũ eo cõtra-

herur. *Altera replicatio uidetur: Nisi hæres furiosus sit. Et hæc replicatio reprobatur d.l.17.§.certè, his uerbis:* Eius contractus nomine qui ante aditam hæreditatem intercessit, etsi furiosus hæres extiterit, dandam actioné etiam, Pomponius scripsit. non enim impune dum ei est, qui sciens dominú decessisse, cum institore exercente mercem contrahat. *Tertia replicatio est: Nisi pro parte hæres in solidum conueniatur. Hæc replicatio approbatur l.14. in fine. ff. d.tt. cuius uerba uide J. quæstion. prox. reg. 2.*

VI. QVID VENIAT IN actione proposita?

I. Regula: *Dominus qui institorem præposuit, in solidum tenetur. Quæ regula approbatur l.2. C. de exercitoria actione, his uerbis:* Ex cótractibus seruorum, quáuis de peculio duntaxat domini teneantur, de eo tamen quod in rem eorum uersum est, uel cum institore ex caussa cui præpositus est, contractú est: etiam in solidum conueniri posse, dubium non est. *Concordat l.6. C. eod.tt. cuius uerba uide s̄.cap.7.quæst.2.except.14.*

II. Regula: *Vnus ex pluribus dominis præponentibus in solidum tenetur. Quæ regula approbatur, simul & distinguitur l.13.§.fin.cú l.sequēte. ff. de instit.act. his uerbis:* Si duo pluresúe tabernam exerceant, & seruú quem ex disparibus habebát partibus, institoré præposuerint: utrú pro dominicis partibus teneantur, an pro æqualibus, an ꝑ portione mercis, an uerò in solidum, Iulianus quærit? Et uerius esse ait, exemplo exercitorú, & de peculio actionis in solidum unúquenque conueniri posse: & quidquid is præstiterit qui cóuentus est, societatis iudicio uel communi diuidúdo consequi: quam sententiá & suprà probauimus. Idem erit, etsi alienus seruus communi merci præpositus sit. Nam aduersus utrunq; actio in solidum dari debet, & quod quisq; præstiterit, eius parté societatis uel cómuni diuidundo iudicio cósequetur. Certè ubicúq; actio societatis uel cómuni diuidúdo cesset, queuq; ꝑ parte sua cόdemnari oportere cóstat: ueluti si is cuius seruo creditum est, duobus hæredibus institutis, ei seruo libertaté dederit. Nam hęredú quisque pro sua parte conueniendus est: quia cessat inter eos cómuni diuidúdo iudiciú. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi inter plures dominos præponentes societatis uel cõmuni diuidũdo iudicium cesset. hoc enim casu singuli non nisi pro parte tenẽtur. Quæ exceptio uerbis iam propositis approbatur hisce:* Certè ubicunq; actio societatis, &c.

III. Regula: *Ex omnib. caussis præponens tenetur, ex quib. alius quisq; teneretur, cum quo contractũ esset. Hæc regula appbatur exēplo l.17. in prin. ff. de instit. act. his uerbis:* Si quis mácipijs, uel iumentis, pecoribusúe emendis uendendisúe præpositus sit: non solùm institoria cópetit aduersus eum qui præposuit, sed etiam redhibitoria, uel ex stipulatu duplæ simplæúe in solidum actio danda est.

VII. QVAMDIV COMpetit?

*Perpetua est actio. Quæ regula approbatur l.15. ff. de instit. act. cuius uerba uide ū. quæst.5. except.3.*

VIII. ADIVNCTA, SEV de probationibus.

I. Regula: *Actor tenetur probare, se eius rei caussa, cui institor sit præpositus, cũ eo cõtraxisse. Quæ regula approbatur l.3. C. de exercitoria act. his uerbis:* Institoria tibi aduersus eum actio cópetit, à quo seruum mensæ præpositú dicis: si eius negocij caussa quod per eum exercebatur, deposita pecunia nec reddita potest probari. *Concordant ea quæ proposita sunt ū. quæst.3. except.2.*

II. Regula: *Institorem etiã pecuniæ mutuæ accipiendæ præpositum esse, non præsumitur, nisi probetur. Quæ regula approbatur l.1. in prin. C. d. tt. his uerbis:* Seruus tuus pecuniá mutuam accipiendo, ita demú te institoria actione obligauit, si cum eú officio alicui uel negociationi exercendæ pręponeres, etiá ut id faceret ei permissum à re probetur. *Concordat l.13. in prin. ff. de institor. action. cuius uerba uide ū. quæst.3. except.14.*

III. Regula: *Creditor non tenetur probare pecuniam creditã in rem, cui institor præpositus fuit, uersam esse: sed sufficit illi quòd res ista talis fuerit, ut eius caussa pecunia insumenda fuerit. Quæ regula approbatur l.ult. §. fin. ff. de exercitor. act. cuius uerba uide s̄. cap. prox. quæst.8. reg.1.*

IX. EVENTVS.

*Vnus ex plurib. in solidum conuentus & cõdemnatus, à socijs partem per actionem pro socio uel cõmuni diuidundo recuperare potest. Quæ regula approbatur l.13. §. fin. cum lege sequente. ff. de institor. act. cuius uerba uide ū. quæst.6. reg.1.*

X. ADFINIA REmedia.

I. Regula: *Etiam aduersus ipsum institorẽ præpositum, uel eius dominum competit actio. Quæ regula approbatur exēplo magistri nauis per ea quæ proposita sunt ū. cap. prox. quæst.9. reg.1. Concordat l.17. §.1. ff. de institor. action. his uerbis:* Si seruum Titij institorem habueris, uel tecum ex hoc edicto, uel cum Titio ex inferioribus edictis agere potero. Sed si tu cum eo contrahi uetuisti, cum Titio duntaxat agi poterit. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi institor in contractu & cautione adiecerit nomen eius cui contrahat, eiusq; officium finitum sit. Hæc exceptio approbatur exemplo*

l.ult.

*l.ult.ff.d.tt.his uerbis:* Lucius Titius meosæ numulariç, quam exercebat, habuit libertum præpositú, is Caio Seio cauit in hæc uerba: Octauius Terminalis rem agens Octauij Fœlicis, Domitio Fœlici salutem. Habes penes mensam patroní mei deoarios mille, quos denarios uobis numerare debebo pridie Calédas Maias: quæsitum est, Lucio Titio defuncto sine bęrede, bonis eius uenditis: an ex bac apistola iure conueniri Terminalis posiit? Scæuola respondit, nec iure his uerbis obligatum, nec æquitatam cõueoiendi eum suporesse: cum id ex institoris officio ad fidé mésæ præstandam scripsisset.

I I. Regula: *Etiam directò condici domino qui præposuit, potest. Quæ regula approbatur l.29.ff. si certú petatur, his uerbis:* Si iostitoré seruú dominus habuerit, posse dici, Iulianꝰ ait: etiá condici ei posse, quasi iussu eius cõtrahatur, à quo pręposites sit. *Cõcordat l.17.§.fin. ff. de institor.act. his uerbis:* Ex hac caussa etiá condici posse, uerum est. *Concordat item Inst. quod cum eo qui in aliena. §.fin. cuius uerba uide s̄.cap.prox.quæst.9.reg.2.*

I I I. Regula: *Seruo à domino præposito, etiam de peculio et de in rem uerso aduersus dominú præponentem competit. Quæ regula approbatur l.2.in fine.C.de exercitor.act.his uerbis:* Quòd si hæc actio locum non habeat, siquidem in rem tuam oersum probabitur: actione in eam rem ꝓposita cogeris exoluece. *Cõcordat l.2.C.eod.tt.cuius uerba uide s̄.quæst.6.reg.1. Concordat itë Inst.quod cum eo qui in aliena.ibi: ceterú dubiú. cuius uerba uide s̄.cap.prox.quæst.9.reg 3.*

IIII. Regula: *Si seruus merces peculiaris, nõ dominicæ institor fuit: tributoria, non institoria cõpetit actio. Quæ regula approbatur l.11.§.si institoria ff. de institor.act.his uerbis:* Si institoris coctè actõ est, tributoria ipso iore locú nõ habet. neque enim potest habere locú tributoria in merce dominica. Qoòd si nõ fuerit institor dominicæ meecis: tributoria supest actio.

V. Regula: *Si cùm fullo dixisset rectè me credere operarijs suis, uestiméta operarijs data ab uno ex ijs subrepta sint: ex locato, nõ institoria actio est. Quæ regula approbatur l.5.§.sed & cum fullo, in fine. ff. de institor.action.cuius uerba uide s̄. quæst.3.exc.7.*

V I. Regula: *Seruo à domino præposito, etiam noxalis actio ex delicto eius competit. Quæ regula approbatur d.l.5.§.idem ait, si libitinarius. cuius uerba uide d.except.7.*

X I. *De contraria actione quæ ex cõtractu institoris domino præponenti cõpetat. An, quæ & aduersus quos actio cõpetat ex cõtractu institoris, definitur l.1.cú lege sequëte. ff.de instit. action. his uerbis:* Æquú prætori uisum est, sicut commoda sentimus ex cõtractu institorú: ita etiá obligari nos ex cõtractibus ipsorú, & cõueniri. Sed non idé facit circa eum qui institorem præposuit, ut experiri poßit. Sed si qoidé saruum ꝓpriú institoré habuit, potest esse securus, adquisitis sibi actionibus. Si aút uel alienú seruum, uel etiá hominé liberú: actio deficiet. Ipsum tamé institorem, oel dominú eius conuenire poterit, uel mádati, uel negociorú gestorú. Marcellus etiá ait, debere dari actioné ei qui institoram præposuic, in eos qui cum eo contraxerút, eo nomine quo institor contraxit: si modò alitec rem suá seruace non potest. *Ex his patet, regulariter quidem ex contractu institoris domino actioné non dari. Cui concordat l.49.§.fin. ff.de adq.possess. cuius uerba uide s̄.lib. 38.cap.7.reg.1.in fine. Huius exceptio prima hæc est: Nisi mádati uel negociorú gestorú actione ei ab institore cedatur. Quæ exceptio approbatur uerbis iá propositis hisce:* Ipsum tamen institoré, &c. *Cui concordat d.l.49.§.fin. Altera exceptio est: Nisi institor seruus sit præponentis. Quæ exceptio approbatur uerbis s̄.propositis hisce:* Sed si quidem seruum propriú, &c. *Tertia exceptio est: Nisi institor soluendo non sit. Quæ exceptio approbatur uerbis s̄.propositis hisce:* Marcellus etiam ait, &c. *Cui concordat l.5.ff.de prætorijs stipulat. cuius uerba uide d.reg.1.*

## *DE TRIBVTORIA Actione. Cap. X.*

PRimò: *Nomen huius actionis nominisq; ratio proponitur Inst.quod cum eo qui in aliena. §. introduxit. cuius uerba uide j.quæst.4.caussa 1.*

I I. *Ratio huius actionis proponitur l.1.in prin. ff.de tributor.act.his uerbis:* Huius edicti non minima utilitas est, ut dominus qui alioquin in serui cõtractibus priuilegió habet (quippe cum de peculio dontaxat teneatur, cuius peculij æstimatio deducto eo quod domino debetur, fit) tamé si sciecit seruú in peculiari merce negociari: uelut extraneus creditor, ex hoc edicto in tributum nocetur. *Concordat Inst. quod cum eo qui in aliena. §. is quoq; cui. cuius uerba uide j. quæst. proxim.*

I I I. *Differentia huius actionis & eius quæ est de peculio, patet ex uerbis iam propositis. Cui concordat d.§.is quoq; cui, his uerbis:* Is cui tributoria actio competit, æquè de peculio, & de in ram uerso agere potest. Sed sanè huic modò tributoria expedit agere, modò de pecolio, & de in rem uerso. Tributoria ideo expedit agere, quia in ea domini conditio præcipua non est: id est, qood domino debetur, non deducitur: sed eiusdé iuris est dominus, cuius & cęteri creditores. At in actione de peculio antè deducitur, quod domino debetur: & in id q̃ reliquú est, creditori dominus cõdemna-

dēnatur. Rursus de peculio ideo expedit agere, quòd in hac actione totius peculij ratio habetur. At in tributoria, eius tātùm quo negociatur. Et potest quisque tertia fortè parte peculij, aut quarta, uel etiā minima negociari: maiorem autem partē in prædijs, uel mancipijs, aut fœnebri pecunia habere. Prout ergo expedit, ita quisq; uel hanc actionem, uel illam eligere debet. Certè qui potest probare, in rem domini uersum esse: de in rem uerso agere debet. *Ait Imperat.* Rursus de peculio ideo expedit agere, quòd in hac actione totius peculij ratio habetur. At in tributoria, &c. *Huic concordat l.11.ff.de tributor.action.his uerbis:* Aliquando etiam agentibus expedit potius de peculio agere, quàm tributoria. Nam in hac actione, de qua loquimur, hoc solùm in diuisione uenit, quod in mercibus est, quibus negociatur, quodq; eo nomine receptum est: at in actione de peculio totius peculij quantitas spectatur, in quo & merces continentur. Et fieri potest, ut dimidia fortè parte peculij, aut tertia, uel etiam minore negocietur, fieri præterea potest, ut patri dominoúe nihil debeat. *Ex uerbis iam propositis duæ differentiæ actionis tributoriæ, & de peculio patent. Prima quidem, quòd in actione de peculio totum deducatur, quod domino debetur: in tributoria nequaquam. Altera differentia est, Quòd in tributoria quidem id tantùm peculium ueniat, quo seruus negociatur: in actione de peculio autem totius peculij ratio habeatur. Tertia differentia est, Quòd in actione de peculio occupantis melior sit conditio: in tributoria nequaquam. Quæ differentia approbatur l.6.ff.de tributoria actione. cuius uerba uide J.quæst.6. reg. 7.except.1. Quarta differentia est, Quòd tributoria non nisi aduersus eum qui contractus tempore serui dominus fuit, competat: de peculio actio etiam aduersus emptorem. Quæ differentia approbatur l.10.ff.d.tt.his uerbis:* De peculio actione etiā cum emptore serui agi potest, tributoria non potest.

IIII. CAVSAE, EX QVIBVS actio proposita competit.

I. *Caussa: Si seruus sciente domino in peculiari merce negociatur, & quid cum eo eius rei caussa cōtractū est. Quæ caussa approbatur Inst.quod cū eo qui in aliena potest.§.introduxit, his uerbis:* Introduxit aliā actionē prætor, quæ tributoria uocatur. Nanq; si seruus in peculiari merce sciente domino negocietur, & qd cum eo eius rei cōtractum erit: ita prætor ius dicit, ut quidquid in his mercib. erit, quodq; inde receptū erit, id inter dominum, si quid ei debebitur, & cæteros creditores pro rata portione distribuatur. Et ideo tributoria uocatur, quia ipsi domino distributionē prætor pmittit. Nā si quis ex creditorib. queratur, quasi minus ei tributum sit, q̄ oportuerit: hanc ei actionē accōmodat, quæ tributoria appellatur. *Concordat l.1.§. peculiarem, in fine. ff.de tribut.action. cuius uerba uide J. except. 6. Item concordat d.l. 1.§.scientiam.cuius uerba uide J.except.9.*

II. *Caussa: Si dominus dolo malo minus tribuit, quàm in merce serui peculiari est, hac actione teneatur. Quæ caussa approbatur, simul & exēplis declaratur l.7.§.si cuius, cum sequētib. ff.de tributoria actione, his uerbis:* Si cuius dolo malo factū est, quo minus ita tribueretur: in eū tributoria datur, ut quāto minus tributum sit, quàm debuit, prǽstet. Quæ actio dolū malum coercet domini. Minus aūt tribuere dominus uidetur, etiāsi nihil tributū est. Si tamē ignorans in merce seruū habere, minus tribuit: nō uidetur minus dolo tribuisse. Sed re cōperta, si non tribuit: dolo nō caret. Proinde si ex ea merce sibi solui fecit, utiq; dolo uidetur minus tribuisse. Sed etsi mercem perire passus est, aut eam euertit, aut uilius data opera distraxit, uel ab emptorib. preciū non exegit: dicendū erit, teneri eū tributoria, si dolus interuenit. *Cōcordat l.12.ibi: tributoria actione.ff.eod.tt. cuius uerba uide J.cap.12.quæst 2.reg.3.exc.4.*

III. *Caussa: Si dominus falsò negauerit cuiquam deberi. Hæc caussa ap.pbatur d.l.7.§.penult. his uerbis:* Si negauerit dominus cuiquā deberi, uidendū erit, an tributoriæ locus sit? Et est uerior Labeonis sentētia, tributoriā locū habere, alioqn expediret domino negare.

EXCEPTIONES PRAECEDENtium caussarum generales.

I. *Exceptio, sumpta ex pſona negociantis in merce peculiari, reprobatur l.1.§.potestatis.ff.de tributoria actione, his uerbis:* Potestatis uerbum ad omnē sexū, item ad omnes qui sunt alieno iuri subiecti, porrigendū erit. *Cōcordat Inst. quod cum eo qui in aliena. §. quæ diximus, his uerbis:* Quæ diximus de seruo & domino, eadem intelligimus de filio, & filia, & nepote, & nepte, & patre, auoúe, cuius in potestate sunt. *Huius exceptionis reprobatæ species sunt aliquot exceptiones proximè sequentes.*

II. *Exceptio: Nisi is qui bona fide possidetur, uel in quo usumfructū habemus, in merce peculiari negociatus sit. Et hæc exceptio reprobatur d.l.1.§.fin. cum lege sequente, his uerbis:* Non solùm ad seruos pertinebit tributoria actio, uerùm ad eos quoq; qui nobis bona fide seruiūt: siue liberi, siue serui alieni sunt, uel in quibus usumfructū habemus. Vt tamē merx, qua peculiariter negociet', ad nos ptineat.

III. *Exceptio: Nisi non cum seruo, sed uicario eius cōtractū sit. Hæc exceptio reprobatur l.5.§.1. ff.de tributor.act.cuius uerba uide J.exc.8.repl.3.*

IIII. Ex-

IIII. Exceptio: Nisi non cum seruo, sed cum institore eius contractum sit. Et haec exceptio reprobatur d.l.5.§. item parui, his uerbis: Parui refert, cum ipso seruo contrahatur, an cum institore eius.

V. Exceptio: Nisi cum foemina quae in alterius potestate est, contractum sit. Haec exceptio reprobatur d.l.5.§. sed etsi ancilla, his uerbis: Etsi ancilla negociabitur, admittendam tributoriam dicimus. Concordat l.27.§.1.ff. de peculio. cuius uerba uide J. cap. prox. quaest.3. except.1. Concordat itẽ Inst. quod cum eo qui in aliena potest. §. quae diximus. cuius uerba uide s̄.exc.1.

VI. Exceptio: Nisi non in merce peculiari, sed alio modo cum seruo uel filio sit contractũ. Haec exceptio appbatur d.l.5.§. mercis, hisce uerbis: Mercis nomine meritò adijcitur, ne omnis negociatio cum eo facta tributoriã inducat. Cõcordat l.11.§. si institoria. ff. de instit. act. cuius uerba uide J. exc.15. repl.2. Declaratur haec exceptio l.1. §. peculiarem. ff. eod. tt. his uerbis: Peculiarem mercẽ, nõ sicuti peculiũ, accipimus: quippe peculiũ deducto quod domino debetur, accipitur: merx peculiaris, etiãsi nihil sit in peculio, dominũ tributoria obligat: ita demũ, si sciente eo negociabitur. Huius exceptionis replicatio haec est: Nisi negociatio peculiaris sit. tunc enim, quamuis mercis uocabulo non cõprehendatur, tamen datur haec actio. Quae replicatio approbatur l.1.§. licet. ff. eod. tt. his uerbis: Licet mercis appellatio angustior sit, quàm ut ad seruos fullones, uel sarcinatores, uel textores, uel uenalicíarios pertineat: tamen Pedius lib. XV. scribit, ad omnes negociationes porrigendum edictum.

VII. Exceptio: Nisi pupillus dominus sit. Haec exceptio approbatur, simul & distinguitur l.3.§. fin. ff. de tributor. act. his uerbis: Si ipsius pupilli dolo factũ sit (si eius aetatis sit, ut doli capax sit) efficere ut teneatur: quãuis scientia eius nõ sufficit ad negociationẽ. Quid ergo? Sciẽtia quidẽ tutoris & curatoris debet facere locũ huic actioni: dolus autem quatenus noceat, ostẽdi. Ait Iurisconsultus: Ostendi. Scilicet ead.l.3.§. si seruus. cuius uerba uide J. except. prox. repl.1. Huius exceptionis replicatio haec est: Nisi dolo pupillus sit uersatus. Quae replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce: Si ipsius pupilli dolo factum sit, &c. Concordat l.4. ff. eod. tt. his uerbis: Si pupillus cuius tutor scierit, pubes factus, uel furiosus sanae mentis, dolum admittant: tenentur ex hoc edicto.

VIII. Exceptio: Nisi dominus ignorauit seruum negociari. Haec exceptio approbatur l.1.§. peculiarem, in fine. ff. de tributoria act. cuius uerba uide s̄. except.6. Cõcordant ea quae proposita sunt s̄. caussa 1. Huius exceptionis replicatio prima haec est: Nisi tutor uel curator domini sciat. Quae replicatio approbatur uerbis d.l.3.§. fin. s̄. except. prox. propositis hisce: Scientia quidem tutoris debet facere locum huic actioni. Huius replicationis duplicatio haec est: Nisi nõ ex scientia solùm, sed etiam ex dolo tutoris uel curatoris agatur. Haec duplicatio approbatur, simul & distinguitur d.l.3.§. si seruus, his uerbis: Si seruus pupilli uel furiosi, sciente tutore uel curatore, in merce peculiari negocietur: dolum quidem tutoris uel curatoris nocere pupillo uel furioso non debere puto, nec tamẽ lucrosum esse debere. Et ideo hactenus eum ex dolo tutoris tributoria teneri, si quid ad eum peruenit. Idem & in furioso puto: quamuis Pomponius lib. VIII. Epistolarũ, si soluẽdo tutor sit, ex dolo eius pupillum teneri scripserit. Et sanè hactenus tenebitur, ut actionẽ quam contra tutorẽ habet, praestet. Huius duplicationis prima triplicatio haec est: Nisi quatenus locupletior ex dolo tutoris pupillus factus est. Quae triplicatio approbatur uerbis iã propositis hisce: Nec tamẽ lucrosum esse debere, &c. Altera triplicatio est: Nisi pupillus nõ cedat tutelae actionem. Quae triplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce: Et sanè hactenus, &c. Altera propositae exceptionis replicatio est: Nisi procurator domini sciuit. Haec replicatio approbatur l.5. in prin. ff. de tribut. action. his uerbis: Procuratoris scientiam & dolum nocere debere domino, neq; Pomponius dubitat, neq; nos dubitamus. Tertia replicatio uidetur: Nisi uicario seruo negociante ordinarius sciat. Sed haec replicatio reprobatur d.l.5.§.1. his uerbis: Si uicarius serui mei negocietur, siquidem me sciente, tributoria tenebor: Si me ignorante, ordinario sciente: de peculio eius actionẽ dandã, Pomponius lib. LX. scripsit: nec deducendũ ex uicarij peculio, quod ordinario debetur: cùm id qđ mihi debetur, deducatur. Sed si uterq; sciemus, & tributoriã, & de peculio actionẽ cõpetere sit: tributoriã, uicarij nomine: de peculio uerò, ordinarij. Eligere tamen debere agentem, qua potius actione experiatur: sic tamẽ ut utrunq; tribuatur, & quod mihi & seruo debebitur: cùm si seruus ordinarius ignorasset, integrũ deduceretur, quod ei à uicario deberetur.

IX. Exceptio: Nisi dominus ei quod seruus in peculiari merce cõtraxit, cõtradixit. Haec exceptio approbatur l.1.§. scientiã. ff. d. tt. his uerbis: Scientiam hic eam accipimus, quae habet & uoluntatem. Sed (ut ego puto) non uoluntatem, sed patientiam. Non enim uelle debet dominus, sed non nolle. Si igitur scit, & non protestatur, ac contradicit: tenebitur actione tributoria.

X. Exceptio: Nisi minus uel nihil sit in merce peculiari. Haec exceptio ap.pbatur l.7.§. si cuius. ibi: si

tamen

tamen ignorans. ff. de tributor. act. cuius uerba uide s̄. caussa 2. Concordat l. 8. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. quæst. prox. reg. 2. Huius exceptionis replicatio est: Nisi dolo malo domini nihil uel minus sit in merce peculiari. Hæc replicatio approbatur s̄. d. caussa 2.

X I. Exceptio: Nisi merx in qua seruus negociatur, ad dominum non pertineat. Hæc exceptio approbatur l. 2. ff. d. tt. cuius uerba uide s̄. except. 2.

X II. Exceptio: Nisi dominus peculio uel mercibus cedere malit. Hæc exceptio approbatur l. 7. §. 1. ff. de tribut. act. his uerbis: Quid tamē si dominus tribuere nolit, nec hanc molestiam suscipere, sed peculio uel mercibus cadere paratus sit? Pedius refert, audiendum eum. Quæ sententia habet æquitatem, & plerunq; arbitrū in hanc rem prætor debebit dare, cuius interuentu tribuantur merces peculiares.

X III. Exceptio: Nisi seruus mortuus sit. Hæc exceptio reprobatur l. 8. ibi: quare etiam. ff. d. tt. cuius uerba uide J. quæst. prox. reg. 2.

X IIII. Exceptio: Nisi seruus in testamento manumissus sit, eiq; peculium sit legatum. Hæc exceptio reprobatur l. 9. §. si seruo. ff. d. tt. his uerbis: Si seruo in testamēto manumisso peculiū legatum sit, non debere hæredē tributoria teneri, quasi neq; ad eum peruenerit, neq; dolo fecerit, Labeo ait. Sed Pomponius lib. LX. scripsit, hæredem, nisi curauerit caueri sibi à seruo, uel deduxerit de peculio quod tribuendum erat: teneri tributoria. Quę sententia nō est sine ratione. Ipse enim author doli est, qui egit ne tribueret. Toties enim in hæredē damus de eo quod ad eū peruenit, quoties ex dolo defuncti conuenitur, non quoties ex suo.

X V. Exceptio: Nisi semel actum sit. Hæc exceptio approbatur l. 9. §. 1. ff. de tribut. actione, his uerbis: Eligere quis debet, qua actione experiatur: utrum de peculio, an tributoria: cum sciat sibi regressum ad aliā non futurum. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ex alia caussa antea egerit. Quę replicatio approbatur ibidem his uerbis: Planè si quis uelit ex alia caussa tributoria agere, ex alia caussa de peculio: audiendus erit. Altera replicatio est: Nisi inutiliter antea sit actum. Hæc replicatio approbatur exemplo l. 11. §. si institoria. ff. de institor. action. cuius uerba uide s̄. cap. prox. quæst. 10. reg. 4.

## V. ADVERSVS QVOS ACTIO proposita competit?

I. Regula, De eo qui in potestate negociantem seruum uel filiū habet, proponitur l. 5. §. in tributū. ff. de tribut. action. his uerbis: In tributum uocantur qui in potestate seruos habēt, à creditoribus mercis. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi tempore contractus seruum in potestate nō habuerit, ut emptor. Hæc exceptio approbatur l. 10. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. quæst. 3. differ. 4.

II. Regula, De hæredibus, cæterisq; successoribus, proponitur l. 7. §. fin. cum duab. legib. sequētib. ff. d. tt. his uerbis: Hæc actio & perpetuò, & in hæredē datur, de eo duntaxat quod ad eum peruenit: quia nō de dolo est, sed rei persecutionē continet. Quare etiā dominus mortuo seruo, itē hæres eius ꝑpetuò teneri debebit, ꝑpter factū defuncti: quāuis nō aliter quam dolo interueniente cōpetat. Quod in hæredē dicimus, idem erit & in cæteris successoribus. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi nihil ad hæredē peruenit. Quę exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce: De eo duntaxat quod ad eum peruenit. Huius exceptionis replicatio est: Nisi per hæredem stetit, quo minus ad eum perueniret. Quę replicatio approbatur l. 9. §. si seruo. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. quæst. prox. except. 14.

III. Regula, De pluribus dominis eiusdē serui. Aduersus omnes cōpetit actio proposita. Quę regula approbatur, simul & distinguitur l. 3. in prin. ff. de tribut. action. his uerbis: Si seruus cōmunis sit, & ambo sciant domini: in utrumlibet ex illis dabitur actio. Quòd si alter sciuit, alter ignorauit: in eū qui sciuit, dabitur actio: deducetur tamē in solidū quod ei qui ignorauit, debetur. At si quis ipsum ignorantē conueniret, quoniam de peculio conuenitur: deducetur etiam id quod scienti debetur, & quidem in solidū. Nam etsi ipse de peculio cōuētus esset: in solidū quod ei deberetur, deduceretur, ut Iulianus lib. XII. Digestor. scripsit.

## VI. QVID VENIAT IN actione proposita?

I. Regula: Rei persecutionem cōtinet hæc actio. Quę regula approbatur l. 8. ff. de tribut. act. cuius uerba uide s̄. quæst. prox. reg. 2. in prin.

II. Regula: Quod in mercibus peculiaribus serui est, quodq; inde receptum est, id inter dominum, si quid ei à seruo debebitur, & cæteros creditores pro rata portione distribuēdum. Quę regula approbatur Inst. quod cum eo qui in aliena potest. §. introduxit. cuius uerba uide s̄. quæst. 4. caussa 1. Concordat Inst. eod. tt. §. is quoq; ibi: tributoria ideo. cuius uerba uide s̄. quæst. 3. in prin. Concordat item l. 7. §. si cuius dolo. ff. de tribut. act. cuius uerba uide s̄. quæst. 4. caussa 2. Item cōcordat l. 5. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. reg. 7.

III. Regula: Solùm id quod in mercibus est, quodq; inde receptum est, non etiam aliud peculium uenit distribuendum. Quę regula approbatur, simul & declaratur d. §. is quoq; ibi: rursus. Cui cōcordat l. 5. §. per hanc. ff. de tribut. action. his uerbis: Per hanc actionem tribui iubetur, quod ex ea merce, & quod eo nomine receptū est. Concordat d. l. 5. §. non aūt, his uerbis: Non

totum

totum peculium uenit in tributum, sed id duntaxat quod ex ea merce est, siue merces manent, siue precium earum receptũ, conuersumúe est in peculium. Sed etsi adhuc debeatur mercis nomine à quibusdã, quibus solebat seruus distrahere: hoc quoque tribuetur, prout fuerit receptũ. Concordat item d.l.5.§.si propter, his uerbis: Si propter mercem seruus iste in taberna habet instrumentum, an hoc quoq; tribuatur? Et Labeo ait, etiã hoc tribui. Et est æquissimum. Plerunq; enim hic apparatus ex merce est: imò semper. Cætera tamen quę extra hęc in peculium habuit, non tribuentur. Vtputa argentum habuit uel aurum, nisi hæc ex merce comparauit. Item si mãcipia in negociatione habuit ex merce parata, etiam hæc tribuentur. Concordat item l.11.ff.eod.tit.cuius uerba uide s̄.quæst.5.

IIII. Regula: Dominus deducit id quod sibi à seruo debetur pro rata. Quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt s̄. reg. 2. Cuius regulæ exceptio prima hæc uidetur: Nisi non mercis nomine, sed ex alia caussa domino debeatur. Hæc exceptio reprobatur l.5.§. sed est quæsitum. ff. de tributoria action. his uerbis: Est quæsitum, utrum dominus ita demum partietur ex merce, si quid ei mercis nomine debeatur: an uerò etsi ex alia caussa? Et Labeo ait, ex quacunq; caussa ei debeatur: paruiq; referre, ante mercẽ, an postea debere ei quid seruus cœperit. Sufficere enim quòd priuilegium deductionis perdidit. Altera exceptio, sumpta ex tempore quo domino deberi cœpit, reprobatur uerbis iam propositis hisce: Paruiq; referre, ante mercem, &c. Tertia exceptio est: Nisi ex ijs mercib. quæ creditorib. pignori sunt obligatæ. tunc enim hi domino in pignore præferũtur. Quæ exceptio approbatur d.§. sed est quæsitũ. ibi: quid tamen, his uerbis: Quid tamen si qui contrahebant, ipsam mercem pignori acceperint? puto debere dici, præferendos domino iure pignoris. Cõcordat d.l.5.§.planè si in, in fine. cuius uerba uide J.exc.prox. Quarta exceptio est: Nisi in illis mercib. quæ unius creditoris pecunia sunt cõparatæ. hic enim domino in ijs potior esse uidetur, quẽadmodũ & cæteris creditorib. Sed hæc exceptio reprobatur d.§. planè si, his uerbis: Planè si in eadẽ taberna merces eædẽ deferebantur, licet hæ quæ extent, ex unius creditoris pecunia sint cõparatæ: dicendũ erit, omnes in tributũ uenire, nisi fuerint creditori pignoratæ. Quinta exceptio est: Nisi ex ijs mercib. quas unus creditorum seruo dedit uendẽdas. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur d.l.5.§. sed & si dedi, his uerbis: Si dedi mercẽ meam uendendã, & extat: uideamus, ne iniquũ sit in tributum me uocari? Et siquidẽ in creditũ abij, tributio locum habebit. Enimuerò si nõ abij, quia res ueditæ nõ aliâs desinẽt esse meæ (quãuis uẽdidero) nisi ære soluto, uel fideiussore dato, uel aliâs satisfacto: dicendũ erit, uindicare me posse. Sexta exceptio est: Nisi non ipsi domino, sed ei quẽ in potestate habet, debeatur. Hæc exceptio reprobatur d.l.5.§. siue autẽ, his uerbis: Siue domino, siue his qui in potestate eius sunt, debeatur: utiq; erit tribuendum.

V. Regula: Dominus id quod sibi à seruo debetur, nõ nisi pro rata deducit, cõputatione eorũ quæ alijs debẽtur facta. Quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt s̄.reg.2. Cõcordat l.5.§. sed etsi duo. ff. de tribut. act. his uerbis: Etsi duo pluresúe domini sunt, utiq; omnib. tribuetur pro rata sui debiti. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi unus ex plurib. dominis ignorauit seruũ in peculiari merce negociari. hic enim in solidũ quod sibi debetur, deducit. Quæ exceptio approbatur l.5. in prin. ff. d.tit. cuius uerba uide s̄.quæst. prox. reg.3. Concordant ea quæ proposita sunt s̄.quæst.4. except. 8. Vbi etiã huius exceptionis replicationes uide. Altera exceptio est: Nisi unus ex dominis qui ignorauit, à creditoribus serui conueniatur. hoc enim casu etiam is qui sciuit seruum negociari, in solidũ deducit quod sibi debetur. Quæ exceptio approbatur d.l.3. in prin. ibi: at si ipsum. Plures propositæ regulæ exceptiones uide s̄.quæst.4.

VI. Regula: Si plures sint creditores eiusdẽ serui diuersarũ mercium uel tabernarũ, separandi, nõ cõiungendi sunt. Quæ regula approbatur l.5.§. si plures. ff. de tribut. act. his uerbis: Si plures habuit seruus creditores, sed quosdã in mercibus certis: an omnes in idẽ cõfundendi erũt, & omnes in tributũ uocãdi? utputa duas negociationes exercebat (puta sagariã, & lintteariã) & separatos habuit creditores. Puto separatim eos in tributum uocari. Vnusquisq; enim eorũ merci magis, quàm ipsi credidit. Sed etsi duas tabernas eiusdẽ negociationis exercuit, & ego fui tabernæ (uerbi gratia) quam ad Bucinũ habuit, ratiocinator: alius eius, quã trans Tyberim: æquissimũ puto, separatim tributionem faciẽdam: ne ex alterius re mercéue alij indemnes fiant, alij damnũ sentiant.

VII. Regula: Vnusquisq; creditorum pro rata, non in solidum habet hanc actionem. Quæ regula approbatur d.l.5.§. fin. his uerbis: Tributio fit pro rata eius quod cuiq; debetur. Cõcordant ea quæ proposita sunt s̄.reg.2. Huius regulæ exceptio prima hæc uidetur: Nisi uni solidum sit solutum. Sed hæc exceptio reprobatur d.§. fin. cum lege sequente, his uerbis: Si unus creditor ueniat, desiderans tribui sibi integram portionem: consequitur. Sed quoniam fieri potest, ut alius quoq;, uel alij existere possint mercis peculiaris creditores: cauere debet creditor iste, pro rata se refusurum,

si fortè alij emerserint creditores. Non enim hæc actio, sicut de peculio, occupantia meliorem caussam facit: sed æqualem conditionem quandocunquo agentium. *Altera exceptio est: Nisi in ijs mercibus quæ specialiter uni creditorum pignori sunt obligatæ. Quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s. reg. 4. except. 5. Sed & alias duas exceptiones uide d. reg. 4. except. 4 & 5.*

VII. ADIVNCTA OFFIcia actoris.

*Actor cauere debet de refundenda portione pro rata, si alij creditores emerserint, uel alia domini debita. Quæ regula approbatur l. 5. §. fin. cum lege sequente. ff. de tribut. action. cuius uerba uide s. reg. prox. exc. 1. Concordat l. 7. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Illnd quoq; cauere debet, siquidem aliud domini debitum emersorit, refusurū se ei pro rata. Finge enim cōditionale debitum imminere, nel in occulto esse, hoc quoq; admittendnm ost. Nam ininriam dominus peti non debet, licet in tributum uocatur.

VIII. QVAMDIV COMPETIT actio proposita?

*Perpetua est actio. Quæ regula approbatur l. 7. §. fin. cum lege sequente. ff. de tribut. act. cuius uerba uide s. quæst. 5. reg. 2.*

IX. ADFINIA REmedia.

*I. Regula: Cui actio proposita competit, is etiā de peculio agere potest. Quæ regula approbatur Inst. quod cum eo qui in aliena. §. is quoq; cui. cuius uerba uide s. quæst. 3. Cōcordat l. 11. ff. de tributor. act. cuius uerba uide s. quæst. 3. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi tributoria sit actum. Quæ exceptio approbatur l. 9. §. 1. ff. d. tt. cuius uerba uide s. quæst. 4. except. 15.*

*II. Regula: Deficiente tributoria actione, de peculio actio competit. Quæ regula approbatur exēplo l. 3. §. 1. ff. d. tt. cuius uerba uide s. quæst. 5. reg. 3. Aliud exemplum proponitur l. 5. §. 1. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. quæst. 4. exc. 8. repl. 3. Aliud exemplū pponitur l. 10. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. quæst. 3.*

*III. Regula: Cui tributoria actio competit, is etiam de in rem uerso agere potest. Quæ regula approbatur Inst. d. §. is quoq; cui.*

## *DE ACTIONE DE PEculio. Cap. XI.*

PRimò: *Transitio proponitur l. 1. in prin. ff. de peculio, his uerbis:* Ordinarium prætor arbitratus est, prius eos contractns exponere eorum qui alienæ potastati subiecti sunt, qui in solidum tribuūt actionem: sic deinde ad hoc peruenite, ubi de peculio datur actio. Est autom triplex hoc edictū: aut enim de peculio, aut de in rem uerso, aut quod iussu hinc oritur actio.

II. PROPRIVM HVIVS actionis.

*Occupantis melior est conditio in hac actione. Quæ regula approbatur l. 6. ff. de tribut. action. cuius uerba uide s. cap. prox. quæst. 6. reg. 7. except. 1. Cōcordat l. 10. ibi: quia in actione ff. de peculio. cuius uerba uide J. cap. prox. quæst. 2. reg. 3. exc. 5. Item cōcordat l. 52. in prin. ibi: & quia occupantis. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. cap. px. quæst. 2. reg. 1. exc. 5. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi creditores priuilegiati supersint. Quæ exceptio approbatur p ea quæ proponuntur J. quæst. 7. Altera exceptio est: Nisi is qui posterior egit, prior sententiā obtinuerit. Hæc exceptio approbatur d. l. 10. in fine. Alia propositæ actionis propria uide s. cap. prox. quæst. 2.*

III. CAVSA, EX QVA HAEC actio compatit.

*Si quod cum eo qui in aliena potestate est, negocium gestum sit: pater dominusue eius actione de peculio tenetur. Quæ caussa approbatur l. 7. C. quod cum eo qui in aliena potest. his uerbis:* Ei qui seruo alieno dat pecuniam mutuam, quādiu superest seruus, item post mortē eius intra annum, de peculio in dominū comporere actionē. Vel si in rem domini hęc quātitas uersa sit, post annū etiam esse honorariā, non est ambigui iuris. Quaptopter siquidem in tem domini uersa pecunia est, hæredes eins cōueniri possunt da ea summa quæ in rem ipsius processit. Si uerò hoc pbari nō potuerit, cōsequēs est, ut superstite quidē seruo, dominū de pecnlio cōuenias: nel si iam seruus rebus humanis exēptus est, uel distractus, seu manumissus, nocannus excessit: de peculio quondam aduersus eū experiri possis. Alioquin si cum libero res eius agente, cuius precib. meministi, contractū habuisti, & eius personā elegisti: prouides contra dominum nullā te habuisse actionē, nisi uel in rem eius pecunia pcessit, nel hunc contractum ratū habuit. *Concordat l. 41. ff. de peculio, his uerbis:* Nec seruus quidquā debere potest, nec seruo potest deberi. Sed cū eo uerbo aburimur, factum magis demonstramus, quàm ad ius ciuile reforimus obligationē. Itaque quod seruo debetur, ab extranais dominns rectè pętet. Quòd seruus ipse dabet, eo nomine in peculiū, & si quid inde in rem domini uersum est, in dominum actio datur. *Cōcordat itē Inst. de actionib. §. actiones autē, his uerbis:* Actiones de peculio ideo aduersus patrē dominūue cōparauit prætor, quia licet ex cōtractu filiorum seruorumue ipso iure nō teneātur: æquū tamē est peculio tenus (quod ueluti patrimoniū est filiorū filiarūq; item seruorū) cōdēnari eos. *Cōcordant itē ea quæ proposita sunt s. cap 7. quæst. 2.*

*quæst.2.in prin.* *Planè propositæ caussæ seu regulæ exceptiones hæ sunt.*

I. *Exceptio, sumpta ex sexu eius cum quo est contractũ seu negociũ gestum, reprobatur l.1. §. uerba. ff. de peculio, his uerbis:* Verba edicti talia sunt, Quòd cũ eo qui in alterius potestate est, negociũ gestũ erit. De eo loquitur, nõ de ea: sed tamen & ob eam quæ est fœminini sexus, dabitur ex hoc edicto actio. *Cõcordat l.27.in prin.ff.eod.tit.his uerbis:* Et ancillarũ, & filiarũfamiliarũ nomine de peculio actio datur: maximè si qua sarcinatrix aut textrix erit, aut aliud artificiũ uulgare exerceat. Datur ꝓpter eas actio depositi quoq;: & cõmodati actionẽ dandam earũ nomine, Iulianus ait. Sed & tributoriam actionẽ, si peculiari merce sciẽte patre dominoúe negocientur, dandam esse longè magis, non dubitatur. Et si in rem uersum est, quidúe iussu patris dominiúe cõtractum. *Concordat item l.11.C.quod cum eo qui in aliena potest.cuius uerba uide J.except.prox.*

II. *Exceptio: Nisi cum impubere contractũ sit. Hæc exceptio ipso quidẽ iure subsistit, uerùm eius replicatio hæc est: Nisi tatenus quatenus locupletius peculiũ est factũ ex eo cõtractu. Quæ replicatio approbatur l.1.§.si cum impubere.ff.de peculio, his uerbis:* Si cum impubere filiofamiliâs uel seruo contractũ sit, ita datur in dominũ uel patrẽ de peculio actio, si locupletius eorũ peculiũ factũ sit. *Cõcordat l.11.C.quod cum eo qui in aliena, his uerbis:* Cum ancilla contrahenti, quam iure nõ obligari posse cõstat, aduersus dominum in quantum locupletius eius peculiũ est, ea superstite: ac post mortem intra annum utilem dandam actionem, non ambigitur.

III. *Exceptio: Nisi nõ cum seruo, sed cum filiofamiliâs gestũ sit. Hæc exceptio reprobatur d.l.1.§.fin. his uerbis:* Potestatis uerbũ cõmuniter accipiendũ est tam in filio, quàm in seruo: nec magis dominiũ seruorum spectandũ, q̃ facultas habẽdi eos. Nõ enim solùm seruorũ propriorũ nomine cõueniemur, itẽ cõmuniũ: uerùm eorũ quoq; q bona fide nobis seruiũt, siue liberi, siue serui alieni.

IIII. *Exceptio: Nisi cum libero homine, uel seruo alieno, qui bona fide ab alio poßidetur, sit gestũ. Hæc exceptio reprobatur uerbis iam propositis hisce:* Non enim solùm, &c.

V. *Exceptio: Nisi cum seruo hæreditario gestum sit. Hæc exceptio reprobatur l.3.in prin.ff.de peculio, his uerbis:* Licet tãtùm prætor, si cum eo qui in potestate sit, negociũ gestũ erit, polliceatur actionẽ: tamen sciendũ est, etsi in nullius sit potestate, dari de peculio actionẽ: utputa si cũ seruo hæreditario cõtractũ sit ante aditã hæreditatẽ. Vnde Labeo scribit, etsi secũdo tertioúe gradu substitutus sit seruus, & deliberãtibus primis hæredibus cũ eo contractũ sit, mox repudiãtibus eis ipse liber hæresq; extiterit: posse dici de peculio eũ cõueniri, & de in rem uerso.

V. *Exceptio: Nisi cum seruo uicario, nõ ordinario sit contractum. Hæc exceptio reprobatur l.17. §.cum Sticho.ff.de in rem uerso. cuius uerba uide J. quæst.8.except.1.repl.1.*

VI. *Exceptio, sumpta ex persona domini uel patris in cuius potestate est is cum quo contractũ est, reprobatur d.l.3.§.parui, his uerbis:* Parui refert, seruus quis masculi, an mulieris fuerit. Nã de peculio & mulier cõuenietur. Pedius etiã impuberes dominas de peculio obligari ait. non enim cum ipsis impuberibus contrahitur, ut tutoris authoritatẽ spectemus. Idẽ adijcit, pupillũ nõ posse seruo peculiũ cõstituere, nec tutoris authoritate. In furiosi quoq; curatorẽ dicimus dandã de peculio actionẽ. Nã & huius seruus peculium habere potest, nõ si fuerit concessum ut habeat: sed si nõ fuerit ꝓhibitũ, ne habeat. *Concordat l.3.§.contractum.ff.quib.ex caußis in poſſeſſ.eatur. cuius uerba uide ĩ.lib.8.cap.8.quæst.1.except.1.repl.1.dupl.1.*

VII. *Exceptio: Nisi ex intercesßione eius qui in aliena potestate est, agatur. Ex hac enim caussa non datur de peculio actio. Hæc exceptio approbatur l.3.§.si filiusf.ff.de peculio, his uerbis.* Si filiusfamiliâs uel seru, ꝓ alio fideiusserint, uel aliâs interuenerint, uel mãdauerint: tractatum est, an sit de peculio actio? Et est uerius, in seruo caussam fideiubẽdi uel mãdãdi spectandã: quam sententiã & Celsus lib. VI. probat in seruo fideiussore. Si igitur quasi intercessor seruus interuenerit, nõ rem peculiarẽ agẽs: nõ obligabitur dominus de peculio. *Cõcordant ea quæ ꝓposita sunt ĩ cap.1. quæst.2.exc.1. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi seruus in rem domini, aut ob rem peculiarẽ intercesserit. Hæc replicatio approbatur d.l.3. §.Iulianus, his uerbis:* Iulianus lib. XII. Digest. scribit, si seruus mãdauerit, ut creditori solueretur: referre ait, quã caussam mandãdi habuerit. Si ꝓ creditore suo solui mãdarit, obligatũ esse dominũ de peculio. Quòd si intercessoris officio functus sit, nõ obligari dominũ de peculio. *Cõcordat l.47.§ 1. ff. eod.tit. his uerbis:* Sabinus respõdit, nõ aliâs dandã de peculio actionẽ in dominũ, cum seruus fideiussisset: nisi in rẽ domini, aut ob rem peculiarẽ fideiussisset. *Cõcordat uerò d.l.3.§.cui cõgruit. cuius uerba uide J.cap.13.quæst.2.exc.gener.1. Altera replicatio est: Nisi nõ seruus, sed filiusfamiliâs ꝓ alio intercesserit. Quæ replicatio approbatur d.l.3.§.sed si filius, his uerbis:* Si filius fideiussor, uel quasi interuentor acceptus sit: an de peculio patrẽ obliget, quæritur? Et est uera Sabini & Cassij sententia,

existimantiũ, semper obligari patrẽ de peculio, & differe in hoc à seruo. Quare & ex cõpromisso pater tenebitur, & ita Papinianus quoq; lib. IX. Quæst. scribit. Nec interest, ait, ex qua caussa cõpromiserit: utrũ ex ea caussa, ex qua potuit cum patre de peculio agi: an uerò ex ea, ex qua non potuit: cùm ex stipulatu pater conueniatur. *Cõcordãt ea quæ ꝓposita sunt s.ca.1.quæst.2.exc.4.*

VIII. *Exceptio: Nisi ex cõpromisso eius qui in aliena potestate est, agatur. Hæc exceptio approbatur l.3.§.si seruus.ff.de peculio, his uerbis:* Si seruus, cùm se pro libero gereret, cõpromisit: quæritur an de peculio actio ex pœna cõpromissi quasi ex negocio gesto dãda sit, sicuti traiecticiæ pecuniæ datur? Sed hoc & Neruæ filio, & mihi uidetur uerius, ex cõpromisso serui nõ dandã de peculio actionẽ: quia nec si iudicio condẽnetur seruus, detur in eum actio. *Huius exceptionis replicatio est in filiofamiliâs compromittente. Quæ replicatio approbatur d.l.3.§.sed si filius, in fine. cuius uerba uide s.except.prox.repl.2.*

IX. *Exceptio: Nisi ex caussa iudicati agatur. Hæc exceptio approbatur uerbis d.§.si seruus, iam ꝓpositis hisce:* Quia nec si iudicio condẽnetur seruus, datur in eum actio. *Et huius exceptionis replicatio est in filiofamiliâs d.l.3.§.idem scribit, his uerbis:* Papinianus scribit, iudicati quoque patrẽ de peculio actiõe teneri. Quod Marcellus putat etiã eius actionis nomine, ex qua nõ potuit pater de peculio actionem peti. Nã sicut stipulatione cõtrahatur cum filio, ita iudicio cõtrahi. Proinde nõ originẽ iudicij spectandã, sed ipsam iudicati uelut obligationẽ. Quare etsi quasi defensor condẽnatus sit, idẽ putat. *Hisce uerbis proposita replicatio approbatur, simul & reprobatur eius duplicatio talis: Nisi ex ea caussa filius cõdemnatus sit, ex qua non potuit cum patre de peculio esse actio.*

X. *Exceptio: Nisi ex caussa iurisiurãdi agatur. Et hæc exceptio in filiofamiliâs quidẽ reprobatur, approbatur autẽ in seruo l.5.§.si filiusfamiliâs.ff.de peculio, his uerbis:* Si filiusfamiliâs iusiurandum detulerit, & iuratum sit: de peculio dande est actio, quasi contractum sit. Sed in seruo diuersum est.

XI. *Exceptio: Nisi ex caussa pœnali agatur. Hæc exceptio ap̃pbatur l.58.ff.de reg.iuris. hisce uerbis:* Ex pœnalib. caussis nõ solet in patrẽ de peculio actio dari. *Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi pœnalis caussa ex cõtractu descẽdat. Hæc replicatio approbatur l.42.ff.de action. & obligat. his uerbis:* Ex cõtractib. uenientes actiones in heredes dantur, licet delictũ quoq; uersetur: ueluti cũ tutor in tutela gerẽda dolo fecerit, aut is apud quẽ depositum est. Quo casu etiã cum filiusfamiliâs, aut seruus tale quid cõmiserit, de peculio actio datur, nõ noxalis. *Altera replicatio est: Nisi quatenus pater dominusúe ex delicto filij uel serui locupletior est factus. Hæc replicatio approbatur l.3. §.ex furtiua.ff.de peculio, his uerbis:* Ex furtiua caussa à filio quidẽ familiâs condici posse cõstat. An uerò in patrẽ uel in dominũ de peculio dãda sit actio, quæritur? Et est uerius, in quantũ dominus locupletior factus est ex furto facto, actionẽ de peculio dandã. Idẽ Labeo probat. Quia iniquissimum est, ex furto serui dominũ locupletari impunè. Nam & circa rerũ amotarum actionẽ filiæfamiliâs nomine in id quod ad patrẽ peruenit, cõpetit actio de peculio. *Tertia replicatio est: Nisi ob res ab uxore uel à uiro amotas agatur. Hæc replicatio approbatur l.1. §. si filiafamiliâs. ff. rerum amotarum. cuius uerba uide j.lib.47.cap.5.quæst.5.reg.2.*

XII. *Exceptio: Nisi dominus cum seruo cõtrahi prohibuit. Hæc exceptio reprobatur l.29.in fine.ff. de peculio, his uerbis:* Etiamsi prohibuit cũ seruo cõtrahi dominus, erit in eum de peculio actio. *Concordat l.47.in prin. ff. eod.tit. his uerbis:* Quoties in taberna scriptũ fuisset, Cum Ianuario seruo meo geri negocium ueto: hoc solùm cõsecutum esse dominum constat, ne institoria teneatur, nõ etiam ne de peculio.

XIII. *Exceptio: Nisi nihil sit in peculio. Hæc exceptio approbatur l.30. in prin. ibi: qui si iudiciũ. ff.de peculio. cuius uerba uide s.lib.8.cap.8.quæst.2. except.12. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi rei iudicandæ tempore in peculio esse cœperit. Quæ replicatio approbatur l.30.in prin.ff.eod. tit. cuius uerba uide s.lib.21. cap.5. except.13. repl.3. Concordat l. 7. §. si quis actione, in fine.ff. quib.ex caussis in possess.eatur. cuius uerba uide d.except.12. Altera replicatio est: Nisi res quæ seruo uel filio credita est, adhuc apud filiũ uel seruũ extet. Hæc replicatio reprobatur l.38.in prin. ff.de peculio, his uerbis:* Deposui apud filiũfamiliâs decem, & ago depositi de peculio. quamuis nihil patri filius debeat, & hæc decẽ teneat: nihilo magis tamẽ patrem damnandũ, Africanus existimauit, si nullum præterea peculium sit. hanc enim pecuniã, cùm mea maneat, nõ esse peculij. Deniq; quolibet alio agente de peculio, minimè dubitandum erit, computari non oportere. Itaq; ad exhibendum agere me. & exhibitam uindicare debere. *Tertia replicatio est: Nisi dolo domini uel patris in peculio esse desierit. Hæc replicatio approbatur l.9. §. præterea. ibi: quoniam etsi. ff.de peculio. cuius uerba uide j.cap.prox.quæst.2. reg.6. Concordat l.19. §. in actione. ff. de in rem uerso. cuius uerba uide j.cap.11.quæst.2.caussa 9. Huius replicationis duplicatio pr[illegible]a hæc est: Nisi semel ex caussa doli actũ sit & [illegible]ltũ. Hæc duplicatio approba-*

approbatur l.26.in prin.ff.d.tt.his uerbis: Si semel ex ea caussa quod dolo fecerit, dominus præstitit de peculio conuentus:cæteris ex eadē caussa nihil præstabit. Altera duplicatio est: Nisi tātundem seruus domino debeat, quantū dominus dolo ex peculio demmuit. Hæc duplicatio approbatur ibidem his uerbis: Sed etsi tantundē seruus ei debeat, quātum dolo minuit:non erit condēnandus. Tertia duplicatio est: Nisi seruo manumisso uel alienato annus excesserit. Hæc duplicatio approbatur ibidem hisce uerbis: His consequens erit,ut manumisso quoque uel alienato seruo, ex caussa doli intra annū teneatur. Quarta duplicatio est: Nisi biennium à dolo cōmisso excesserit. Hæc duplicatio approbatur l.10.§.fin.ff.de peculio,his uerbis:In dolo obijciendo tēporis ratio habetur.fortassis enim post tempus de dolo actionis,nō patietur dolū malū obijci prętor: quoniā nec de dolo actio post statutū tēpus datur. Quinta duplicatio est:Nisi hæres de peculio cōueniatur.huic enim proposita replicatio nō obstat. Cuius duplicationis triplicatio prima hæc est: Nisi quatenus ad hæredem ex dolo defuncti peruenit. Quæ triplicatio approbatur d.l.10.§.fin. his uerbis: In hæredem doli clausula in id quod adſeū peruenit,fieri debet: ultrà nō. Altera triplicatio est: Nisi de dolo hæredis agatur. Quæ triplicatio ap.pbatur l.31. ff.eod.tt. his uerbis: Sed si ipse hæres dolo fecerit, solidū præstat. Plura de proposita replicatione uide J.cap. prox.quæst.1.reg.8.

XIIII.Exceptio: Nisi dominus uel pater recuset de peculio actionē, peculio cedens. Hæc exceptio reprobatur l.21.§.fin.ff.de peculio, his uerbis: Si dominus uel pater recuset de peculio actionem,non est audiendus, sed cogēdus quasi aliam quamuis personalem actionē suscipere.

XV.Exceptio: Nisi dominium serui tēpore cōtractus,uel postea penes creditorē fuerit. Hæc exceptio approbatur l.27.§.sed ipsi qui uēdidit.ff.de peculio,his uerbis: Ipsi qui uendidit seruū,non putat Iulianus de eo quod ante uenditionem credidit,cū emptore de peculio agere permittendū.Sed etsi alieno credidero, eūq; redemero, deinde alienauero: æquè nō putat mihi in emptorem debere dari. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi emptor serui de eo quod ante uenditionē seruo credidit, cum uenditore de peculio agat. Hæc replicatio approbatur l.47.§.non tantùm.ff.d.tt.his uerbis: Non tātùm quiuis creditor cum uenditore ex ante gesto agere potest, sed & ipse emptor. Idq; & Iuliano uidetur:quamuis & deducere ipse potest aduersus aliū agentem,dum tamē id quod apud se habet,cōputet. Plura de hac re uide J quæst prox.reg.1.

XVI.Exceptio: Nisi creditor domino serui hæres extiterit. Hæc exceptio ipso quidē iure cōfusionis subsistit,uerùm eius replicatio est: Nisi pro parte tātùm hæres extiterit. tunc enim pro reliqua parte nihilominus illi aduersus cohæredes competit actio. Quæ replicatio approbatur l.19. ff. de peculio.his uerbis: Si quis seruum testamento liberū esse iusserit,relictis hęredibus his qui cum seruo contraxerunt: possunt inter se cohæredes, uel de peculio agere:quia de eo quisq; peculio quod apud eum est,quolibet alio agente tenetur.

XVII.Exceptio: Nisi dominus uel pater creditori hæres extiterit. Et hæc exceptio iure confusionis subsistit,uerùm eius replicatio hæc est: Nisi hæreditatem uendiderit rursus,hac stipulatione, Quāta pecunia ex hæreditate ad te peruenerit, &c. interposita. Quæ replicatio approbatur l.37.in prin. ff.de peculio, his uerbis: Si creditor filij tui hæredem te instituerit,& tu hęreditatem eius uendideris: illa parte stipulationis, Quanta pecunia ex hæreditate ad te peruenerit,teneberis de peculio.

XVIII. Exceptio: Nisi semel actum sit. Hæc exceptio approbatur ipso iure, uerùm eius replicatio hæc est: Nisi antea agens creditor per falsam exceptionem & erroneam sit remotus. Hæc replicatio approbatur l.1.§. fin. ff.quando actio de peculio annalis sit,his uerbis: Quæsitum est apud Labeonem, Si cùm filius uiueret,tu credens eū mortuū, annali actione egeris: & quia annus præterierat, exceptione sis repulsus: an rursus experiri tibi,cōperto errore, permittendum sit? & ait,permitti debere duntaxat de peculio, non etiā de in rem uerso.Nam priore iudicio de in rem uerso rectè actum esse, quia annua exceptio ad peculium,non ad in rem uersum pertineret. Altera replicatio est: Nisi antea de peculio ordinarij, nunc de peculio uicarij agatur, uel cōtrà. Hæc replicatio in primo casu reprobatur, in altero approbatur l.19. in prin. ff. de peculio, his uerbis: Quæritur, si ordinarij serui nomine actū sit de peculio,an agi possit & uicariorum nomine? & puto non posse:licet si actum sit de peculio uicarij,agi poterit & de peculio ordinarij. Tertia replicatio est:Nisi antea cum alio sit actum. Hæc replicatio approbatur exemplo filij antea conuenti & condemnati, l.15. ff. de noxalib. actionib. his uerbis: Illud dicendū est, patrem quoq; post condemnationem filij,duntaxat de peculio posse conueniri. Aliud exemplum proponitur in uenditore prius cōuento,l.10.§.si annua.ff.de peculio,his uerbis: Si annua exceptione repulsus sit à uenditore creditor, subueniri ei aduersus emptorem debet. Sed si alia exceptione,hactenus ut deducta ea quantitate,quam à uenditore consequi potuisset,ab emptore residuum cōsequatur. Aliud exemplum in em-

*plore prius conuento, proponitur l.47.§.si creditor.ff.eod.tt. his uerbis:* Si creditor serui ab emptore esset partẽ consecutus, cõpetere in reliquũ in uendirorem urile iudicium, Procolus ait. Sed re inregra non esse permittendũ actori diuidere actionem, ur simul cum emptore, & cum uenditore experiator: satis enim esse hoc solum ei tribui, ut rescisso superiore iudicio, in alteiũ detur exactio: cum electo reo minus esset cõsecurus. Et hoc iure utimor. *Alia exempla proponuntur l.12.ff.eod.tt.his uerbis:* Si ex duobus uel pluribus hæredibus eius qui manumisso seruo, uel libero esse iusso, uel alienato, uel mortuo, intra anoũ conueniri poterat, unus fuerit cõuẽtus: oẽs hæredes liberabũtur, quãuis nõ in maiore quãtitate, q̃ eius peculij quod penes se habet qui cõuenitur, condẽoetur. Idq; ita Iulianus scriosit. Idẽq; est, etsi in alterius rem fuerit uersum. Sed etsi plures sint fructuarij, uel bonę fidei possessores: unus cõuenrus cęteros liberat: quãuis non maioris peculij quãtitate, quàm penes se est, condemnari debeat. Sed licet hoc iure cõtingat, tamen æquitas dictat iudiciũ in eos dari, qui occasione iuris liberãtur: ut magis eos perceptio, quàm intentio liberet. Nã qui cũ seruo cõtrahit, uniuersum peculium eius qood ubicũq; est, ueluti patrimoniũ intuetur. Io hoc autem iudicio licet restauretur recedens, tamẽ & augmẽti, & decessionis rationem haberi oportet. Ideo siue hodie nihil sit in peculio, siue accesserit aliquid: pręsens status peculij spectãdus est. Quare circa uenditorẽ quoq; & emptorẽ hoc nobis uidetur uerius, quod accessit peculio, posse nos ab emptore cõse qoi: nec retrorsum, oelut in uno iudicio, ad id tẽpus conuentionẽ reducere emptoris, quo uẽditor cõuentus sit. *Aliud exemplũ proponitur in usufructuario & proprietario l.37.§.si actũ.ff.de peculio, his uerbis:* Si actũ sit de peculio cum eo qui usumfructũ io seruo hsbeat, & minus cõsecutus sit creditor: non est ioiquũ, ut ex uniuerso eius peculio (siue apud fructuarium, siue apud proprietariũ erit) rem cõsequatur. *Hactenus exempla, quibus replicatio proposita approbatur, enumerata sunt. Planè eius replicatiõis duplicatio hæc est: Nisi excepta ea quãtitate, quam à priore reo actor consequi potuisset. Hæc duplicatio approbatur exemplo l.30. §. si annua.ff.de peculio. cuius uerba uide s.ead.replicat.in prin. Quarta propositæ exceptionis replicatio est: Nisi cum prius non totum debitum consecutus esset actor propter exiguitatem peculij, postea aucto peculio rursus agatur. Hæc replicatio approbatur d.l.10.§.is qui semel, his uerbis:* Is qui semel de peculio egit, rursus aucto peculio de residuo debiti agere potest. *Concordat l.37.§.si actum.ff.eod.tt. cuius uerba uide s repl.prox.in fine. Planè quamuis postea aucto peculio rursum agi potest, tamen in priore iudicio non potest exigi cautio à reo residui aucto peculio soluendi. Quod approbatur l.47.§.si semel.ff.de peculio. cuius uerba uide J.quæst.6.reg.2.*

## IIII. QVIBVS COMPETIT actio de peculio?

I Regula: *Occupantis melior est conditio in hac actione. Quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt s.quæst.2.*

II. Regula: *Etiam fructuario serui aduersus proprietarium de peculio actio competit. Quæ regula approbatur l.19.§.fin. cum lege sequente. ff. de peculio, his uerbis:* Interdum & ipsi fructuaiio aduersus domioõ datur actio de peculio, utputa si apud eum habeat peculiũ, apud ipsum uerò nihil, aut minus quàm fructuario debetur. Idẽ etiã contrà eueniet, quãuis in doobus dominis sufficiat pro socio uel communi diuidũdo actio. Nam inter se agere socij de peculio nõ possunt. *Concordat l.37.§.fin.ff.eod.tt. his uerbis:* Nihil interest, operas suas cõ duxerit serous à fructuario, an pecuniam mutuam ab eo acceperit. Dari itaq; debebit actio ei aduersus domioom proprietatia, deducto eo quod seruus peculij nomine apod fructuarium habet.

III. Regula: *Etiam domino serui hæc actio cõpetit. Quæ regula approbatur uerbis d.l.19.§.fin. s.propositis hisce:* Idem etiam contrà eueniet. *Concordat l.11.§.idem scribit, si quis. ff. de peculio. cuius uerba uide J.cap.prox.quæst.2.reg.1. except.4. repl.1. item concordat l.27.§. in uenditorem. ff.eod.tt. his uerbis:* In uenditorem duntaxat iotra aonum post redemptionem numerandum, de eo quod adhuc alieno crediderim, dandam esse mihi emptori actionem, Iulianus existimat: deducto scilicet eo qood apud me peculij seruus habebat. *Concordat item l.47.§.non tantùm. ff.eodem tt. cuius uerba uide s. quæstion.proxim. exception. 15. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi quoad id quod ex peculio penes se dominus habet. Quæ exceptio legib. iam propositis approbatur. Altera exceptio est: Nisi dominus seruum uendiderit, & contra emptorem de peculio agat. Hæc exceptio approbatur d. l. 27. §. sed ipsi. cuius uerba uide s. quæstion. proxim. except. 15. Concordat d.l.27. §. sicut, his uerbis:* Sicut de eo qđ ipse crediderim seruo meo, nõ putat Iulianus in emptorem, alienaro eo, actionem mihi dari debere: ita & de eo quod seruus meus seruo meo crediderit (si is cui creditũ fuerit, alienatus sit) negat pmitti mihi debere cũ emptore experiri.

Tertia

*Tertia exceptio est: Nisi unus ex dominis contra alterum dominum eiusdem serui agat. hoc enim casu non de peculio, sed pro socio datur actio. quæ exceptio approbatur l.19.§. fin. cum lege sequente.ff. de peculio. cuius uerba uide s̄ reg.prox.* *Quarta exceptio est: Nisi dominus cum seruo experiri uelit. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s̄.lib.16.cap.3.except.6.*

IIII. *Regula: Hæredibus domini æquè ac ipsi domino potest cōpetere actio de peculio. cuius regulæ exceptio hæc est: Nisi seruo alij legato, hæredes aduersus legatarium experiri uelint. quæ exceptio approbatur l.54. ff. de peculio, his uerbis:* Filiofamiliâs uni ex hæredib. prædiu prælegauit, ut instructa erant cum seruis: hi serui domini debitores fuerūt. quæsitū est, an cæteris hæredib. aduersus eū actio de peculio cōpetat? Scæuola respondit, non cōpetere. *Concordat l.ult.ff.eod.tit.his uerbis:* Vni ex hæredib. prædia prælegauit ut instructa erant cum seruis, & cæteris reb. & quidquid ibi esset. hi serui domini debitores fuerunt tam ex alijs caussis, quàm ex ratione calendarij. Quæsitū est, an cæteris hæredib. aduersus eū pecuniæ ab his debitæ actio de peculio cōpetat? Scæuola respondit, non cōpetere. *Alias exceptiones uide s̄. reg. prox.*

## V. ADVERSVS QVOS COMPETIT actio de peculio?

I. *Regula: Aduersus dominū serui, non aliū regulariter actio de peculio competit. quæ regula cōstat ex ijs quæ proposita sunt s̄.quæst.3.in prin. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi seruum postquā cum eo contractū est, sit alienatus. hoc enim casu tā is qui alienauit, quàm is cui alienatus est, cōueniri potest. quæ exceptio approbatur l.11.§.idē scribit.ibi: nā & quiuis.ff. de peculio, his uerbis:* Quiuis creditor potest eligere, utrū cum emptore, an cum uenditore agere uelit. *Cōcordat l.27.§. si seruus.ff.eod.tit.his uerbis:* Si seruus alienatus sit: quāuis in eum qui alienauit, intra annum prætor de peculio actionē pollicetur: tamē nihilominus & in nouū dominū actio datur. Et nihil interest, aliud apud eum adquisierit peculium, an quod pariter, cum eum emit, uel ex donatione accepit, eidē concesserit. *Concordat itē l.37.§.seruū, in fine.ff.eod. tit. cuius uerba uide j.cap.prox.quæst.2.reg.10.exc.11. Itē concordat l.10.ff.de tributor.actio.cuius uerba uide s̄.cap.prox.quæst.3. differ. 4. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi annus ab alienatione serui excesserit. hoc enim casu solus emptor, non uenditor tenetur. quæ replicatio approbatur per ea quæ proponuntur j.quæst 8.except.1. Concordat d.§ seruum. ibi: quis iam mecum. Altera replicatio est: Nisi cum peculio seruus sit alienatus. hoc enim casu solus emptor, non etiā uenditor tenetur. quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur l.32.§.fin. cum tribus legib. sequentib ff. de peculio, his uerbis:* Vēditor serui, si cum peculio seruū uendiderit, & tradiderit peculiū: ne intra annū quidem de peculio cōuenietur Neq; enim hoc precium serui peculiū est, ut Neratius scripsit. Sed si quis seruū ita uendiderit, ut preciū pro peculio acciperet: penes eū uideri esse peculiū, ad quē preciū peculij peruenit, nō penes quē res peculiaris sit. At cum hæres iussus est peculiū dare, accepta certa summa: nō uidetur penes hæredē esse peculiū. *Tertia replicatio est: Nisi cum alterutro actū sit. tunc enim alter est liberatus. quæ replicatio ipso quidem iure subsistit: uerùm eius duplicatio est: Nisi non totum debitum ab uno creditor sit consecutus. hoc enim casu reliquum ab altero petere non prohibetur. quæ duplicatio approbatur l.47.§.si creditor.ff. de peculio. cuius uerba cum concordantibus uide s̄.quæst 1. except.11. repl.3.* *Quarta replicatio, sumpta ex genere alienationis, reprobatur d.l.47.§.fin. his uerbis:* Quæ diximus in emptore & uenditore, eadem sunt etsi alio quouis genere dominium mutatū sit: ut legato, dotis datione: quia quasi patrimoniū liberi hominis, peculium serui intelligitur, ubicunq; est. *Concordat l.1.§.in alienatione.ff. quando actio de peculio annalis sit, his uerbis:* In alienatione accipitur utiq; uenditor, qui actione de peculio intra annū tenetur. Sed etsi donauit seruum, uel permutauit, uel in dotem dedit: in eadem caussa est. *Concordat l.19.§.1. ibi: sed in marito. ff. de peculio. cuius uerba uide j. cap.prox.quæst.2.reg.1.except.12.* *Quinta replicatio est: Nisi ex cōtractu post uenditionē celebrato agatur. Hæc replicatio approbatur l.18.§.fin ff.eod. tit. cuius uerba uide j.cap prox quæst.1.reg.10. Hæc de prima exceptione.* *Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi seruus ab alio bona fide possideatur. hoc enim casu non dominus solùm serui, sed & bonæ fidei possessor de peculio conueniri potest. quæ exceptio approbatur l.1.§.fin.ff de peculio. cuius uerba uide s̄ quæst.1.except.3.* *Huius exceptionis replicatio est: Nisi de eo agatur, quod seruo creditum, & ab eo bonæ fidei possessori pro libertate datum est. quæ replicatio approbatur l.50.§.fin. ff. eod.tit. his uerbis:* Seruus alienus, cùm bona fide mihi seruiret, nummos à Titio mutuatus mihi dedit, ut eum manumitterem, & manumisi: creditor quærebat quem de peculio conueniret? Papinianus. Dixi, quanquam creditor electionem aliâs haberet, tamen in proposito dominum esse conueniendū: & eum ad exhibendū mecū acturum pecuniæ nomine, quæ ipsi esset adquisita, nec in eum caussam alienatæ, quæ pro capite serui data proponeretur. Neq; enim admittendam distinctionem existimantium, si non manumittam, domini pecuniam esse: manumissione uerò secuta, uideri pecuniam ex re mea quæsitam

mihi:quoniam magia propter rem meam, quàm ex te mea pecunnia mihi datetur. *Tertia exceptio est: Nisi usufructus uel usus serui alienus sit. hoc enim casu in usufructuarium quoq; serui & usuarium de peculio actio danda est. quæ exceptio approbatur l.17.§.si actum.ff.de peculio. cuius uerba uide ↄ.quæst.3.except.18. repl.3.* *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ex ea caussa agatur, ex qua non solet adquiri fructuario per seruum. quæ replicatio approbatur l.2.ff.d.tt.his uerbis:* Ex ea caussa, ex qua soleret seruus fructuariu uel usuarius adquirere: in eum cuius usufructus uel usus sit, actio duntaxat de peculio, cæteræq; honorariæ dantur: ex reliquia in dominum proprietatis. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi eo prius conuento, cui per illum contractum adquisitum est, creditori in solidum satisfactum non sit. tunc enim in superfluum fructuarius serui conuenriri potest. quæ duplicatio approbatur l. 19. §.1. ibi: quæ quæstio. ff. eod.tt. cuius uerba uide J. cap. prox. quæst.2. reg.1. except.12.* *Altera replicatio est: Nisi usufructus serui finitus sit. cuius duplicatio hæc est: Nisi nondum annus excesserit. quæ duplicatio approbatur l.1. §.usufructu. ff. quando actio de peculio, his uerbis:* Vsufructu quoq; extincto, intra annum actionem dandam in usufructuarium, Pomponius lib. XI. scripsit. *Quarta exceptio est: Nisi dominus serui peculium alij legauit. hoc enim casu legatarius uidetur conueniendus. Sed hæc exceptio reprobatur d.l.1.§.item hæres, his uerbis:* Item intra annum tenetur hæres eius qui seruum legauit, non cum peculio. Nam si cum peculio uel legauit uel liberum esse iussit, quæstionis fuit? Et mihi uerius uidetur, non dandã neq; in manumissum, neq; in eum cui legatum sit peculium, de peculio actionem. An ergo teneatur hæres? & ait Cælius, teneri: quia peculium penes eũ sit, qui tradendo id à legatario se liberauit. Pegasus autem caueri hæredi debere ait ab eo cui peculium legatum sit: quia ad eum ueniunt creditores. Ergo si tradiderit sine cautione, erit conueniendus.

II. *Regula: Aduersus patrem filijfamiliâs de peculio actio competit. quæ regula approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt ↄ. cap. 7. quæst.5.*

III. *Regula. De hæredibus eius qui de peculio tenetur. Hi quoq; eadem actione conueniri possunt. quæ regula approbatur l.1.§.item hæres. ff. quando actio de peculio. cuius uerba uide ↄ. reg.1. except.4. Concordat l.5.§.1. ff. de peculio. cuius uerba uide ↄ. quæst.3.except.5. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi seruus eum quo contractum est, domino hæres extiterit. Sed hæc exceptio reprobatur d.§.1. Concordat l.50.§.si cum. ibi: sed & si ipse. ff. eod.tt. cuius uerba uide J.quæst prox.reg.5.except.4.repl.1. Altera exceptio est: Nisi ex dolo defuncti agatur. Hæc exceptio approbatur. simul & distinguitur ↄ.quæst. 3.except 13.repl 3.dupl.5.* *Tertia exceptio uidetur: Nisi peculium serui ab hærede alij legatum sit. Hæc exceptio reprobatur d.§.item hæres.* *Quarta exceptio est: Nisi hæres ex S C. Trebelliano hæreditatem restituerit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio hæc est: Nisi hæres præcepto seruo & peculio hæreditatem restituerit. quæ replicatio approbatur d.l.1 §.si præcepto, his uerbis:* Si præcepto seruo & peculio rogatus sit hæres restituere hæreditatem: si de peculio conueniatur, Trebelliani exceptione nõ utetur, ut Marcellus tractans admittit. Is enim cui restituta est hæreditas, non tenetur (ut Scæuola ait) cum peculiũ non habeat, nec dolo fecerit, quo minus haberet. *Quinta exceptio est: Nisi pro parte hæres de peculio in solidũ cõueniatur. Hæc exceptio approbatur l.14. ff. de peculio, his uerbis:* Cùm testamẽto præsente die seruus liber esse iussus est, cum omnibus hęredibus de peculio agendum est: nec quisquam eorũ amplius deducet, quàm id quod ipsi debetur. Item cum seruus uiuo domino mortuus est, deinde dominus intra annum plures hæredes reliquit: & de peculio actio, & deductionis ius scinditur. *Concordat l.30.§. si cum. ff. eod. tt. cuius uerba uide J.quæst.prox.reg.5.except.4.*

EXCEPTIO PRÆCEDENTIVM regularum generalis.

*Hactenus aduersus quos competat actio de peculio, per certas regulas est demonstratum, quarum tamen regularum exceptio generalis hæc est: Nisi penes eum, aduersus quem de peculio actio regulariter competit, peculiũ non sit. quæ exceptio approbatur exemplo l.12.§.fin.ff.de peculio. cuius uerba uide ↄ. reg.1.exc.1.repl.2. Aliud exemplum proponitur l.1. § si præcepto, in fine. ff. quando actio de peculio est annalis. cuius uerba uide ↄ.reg.prox.except.4. Planè huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi reus dolo fecerit, quo minus penes eum sit peculium. quæ replicatio elicitur ex uerbis d §.si præcepto, in fine. Altera replicatio est: Nisi reus peculium uendiderit, preciumq; pro eo acceperit. Hæc replicatio approbatur l.53.ff.de peculio. cuius uerba uide d.repl.2. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi hæres iussus sit alicui peculium dare, certa summa accepta. quæ duplicatio approbatur l.55.ff.eod.tt. cuius uerba uide d. repl.2. Huic duplicationi uidetur contradicere J.repl.prox.* *Tertia replicatio est: Nisi ab hærede peculium alij legatum sit. hoc enim casu tenetur hæres etiam restituto alij peculio. quæ replicatio approbatur l.1.§.item hæres.ff.quando actio de peculio. cuius uerba uide ↄ.reg.1.except.4.* *Quarta replicatio est: Nisi proprietas peculij penes reum sit. tunc enim quamuis illud non posideat, nihilominus tamen tenetur. quæ replicatio approbatur l.12. ff. de peculio. cuius uerba uide J. cap prox. quæst.2.reg.7.*

VI. QVID

## VI. QVID ET QVANTVM ueniat in actione proposita?

I. *Regula: Quatenus in peculio serui uel filij est, eatenus pater dominusue tenetur. quæ regula approbatur Inst. de actionib. §. sunt præterea, his uerbis:* Sunt quædam actiones, quibus non semper solidum, quod nobis debetur, persequimur: sed modò solidum persequimur, modò minus: ut ecce, si in peculiũ filij seruiue agamus. Nam si nõ minus in peculio sit, quàm persequimur: in solidum dominus paterue condemnatur. Si uerò minus inueniatur: eatenus condemnat iudex, quatenus in peculio sit. Quemadmodum autem peculium intelligi debeat, suo ordine proponemus. *Concordat Inst. quod cum eo qui in aliena potest. §. præterea. ibi: id eatenus. cuius uerba uide s. cap. 7. quæst. 2. except. 1. Huius regulæ exceptiones uide d. quæst. 2. Sed & præter istas exceptiones & hæc est: Nisi dolo malo patris dominiue quid fiat. hoc enim casu in solidum competit actio. quæ exceptio approbatur l. 36. ff. de peculio, his uerbis:* In bonæ fidei contractibus quæstionis est de peculio, an in solidum pater uel dominus teneatur? ut est in actione de dote agitatum, si filiofamiliâs dos data sit: an pater duntaxat de peculio conueniatur? Vlpianus. Ego autem arbitror, non solùm de peculio, sed & si quid præterea dolo malo patris capta fraudataq; est mulier, competere actionem. Nam si habeat res, nec restituere sit paratus: æquum est, eum quanti ea res est, condemnari. Nam quod in seruo, cui res pignori data est, expressum est: hoc & in cæteris bonæ fidei iudicijs accipiendum esse Pomponius scribit. Nanq; etsi seruo res pignori data sit, nõ solùm de peculio, & in rem uerso competit actio: uerùm hãc quoq; habet adiectionẽ, & si quid dolo malo domini captus fraudatusq; est actor. Videtur autem dolo facere dominus, qui cum habet restituendi facultatem, non uult restituere. *Concordat l. 1. §. filiumfamiliâs. ibi: planè ut Iulianus. ff. depositi, cuius uerba uide s. lib. 39. cap. 8. quæst. 4. reg. 3. except. 1. repl. 1. Alia propositæ regulæ exceptio uidetur: Nisi depositi agatur, uel de precario. Sed hæc exceptio reprobatur l. 5. in prin. ff. de peculio, his uerbis:* Depositi nomine pater uel dominus duntaxat de peculio conueniuntur, & si quis dolo malo eorum captus sit. Sed etsi precariò res filiofamiliâs uel seruo data sit: duntaxat de peculio pater dominusue obligatur. *Plures propositæ regulæ exceptiones uide (ut dixi) d. quæst. 2.*

II. *Regula: Vt caueat reus, aucto peculio residuũ se soluturum: hac actione non tenetur. quæ regula approbatur l. 47. §. si semel. ff. de peculio, his uerbis:* Si semel actum sit de peculio: quamuis minus inueniatur rei iudicandæ tempore in peculio, quàm debet: tamen cautionibus locum esse nõ placuit de futuro incremento peculij: hoc enim in pro socio actione locum habet, quia socius uniuersum debet. *Planè aucto postea peculio, nihilominus de residuo agi potest. de qua re dictum s. quæst. 3 except. 18. repl. 4.*

III. *Regula: Venit quoq; in actionem propositã quod in rem patris, uel domini uersum est. quæ regula approbatur Inst. quod cum eo qui in aliena potest. §. præterea introducta, in fine. cuius uerba uide s. cap. 7. quæst. 2. except. 1. Concordat l. 19. in fine. ff. de in rem uerso. cuius uerba uide j. cap. 13. quæst. 2. caussa 9. Hinc si plures agant, quorum unius creditum in rem patris uel domini uersum sit, hic uberiorem habebit actionem. quæ regula approbatur l. 1. §. item si plures. ff. de in rem uerso, his uerbis:* Si plures agant de peculio: proficere hoc ei cuius pecunia in rem uersa est, debet, ut ipse uberiorem actionem habeat.

IIII. *Regula: Si cum dominus seruo permisisset aliquid octo aureis emere, ille decem emerit: duo aurei actione de peculio ueniunt petendi. quæ regula approbatur l. 37. §. 1. in fine. ff. de peculio. cuius uerba uide j.*

V. *Regula: Si plures sint domini: creditoribus liberum est uel cum singulis in partes agere, uel cum uno in solidum. quæ regula approbatur l. 27. §. illud quoque. ff. de peculio, his uerbis:* Illud placuit (quod & Iulianus probat) omnimodo permittendũ creditoribus uel in partes cum singulis agere, uel cum uno in solidũ. *Concordat d. l. 27. §. si quis cum, his uerbis:* Si quis cum seruo duorum pluriumue contraxerit: permittẽdum est ei cum quo uelit dominorum in solidũ experiri. Est enim iniquũ, in plures aduersarios distringi eum, qui cum uno contraxit. Nec huius duntaxat peculij ratio haberi debet, quod apud eũ, cum quo agitur, is seruus habet: sed etiã eius, quod apud alterum. Nec enim res damnosa futura est ei qui condemnatus est: cum possit rursus ipse iudicio societatis, uel communi diuidundo, quod amplius sua portione soluit, à socio socijsue suis consequi. *Concordat item l. 1c. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide j. cap. prox. quæst. 2. reg. 7. exc. 2. Planè huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi apud alterum sociũ, qui non conuenitur, peculium nullum sit. quæ exceptio approbatur d. §. si quis cum seruo, his uerbis:* Quod Iulianus ita locũ habere ait, si apud alterum quoq; fuit peculium: quia eo casu soluendo quisque socium etiam ære alieno liberare uidetur. at si nullum sit apud alterum peculium, contrà esse: quia nec liberare ullo modo ære alieno eum intelligitur. *Declaratur hæc exceptio l. 7. in princip. ibi: & congruit. ff. eod.*

eod.tt.cuius uerba uide s̄.lib.19.cap.2.quæst.4.except.5.item declaratur l.16.ff.eod.tt.cuius uerba uide J.cap.prox.quæst.2.reg.7.except.2. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi reus ab altero partem repetere non poßit. Hæc exceptio approbatur l.28.ff.de peculio, his uerbis: Si socio neq; hæres, neq; bonorum possessor extitisset: eatenus damnari debet is cum quo actũ fuerit, quatenus peculium apud eum erit, & quantum ex bonis consequi potest. Aliud huius exceptionis exemplum proponitur l.37.§.seruum.ff.eod.tt.cuius uerba uide J. cap.prox. quæst.1. reg.10. except.1. Huius replicatio est: Nisi culpa rei conuenti factum sit, quo minus ab altero partem recuperare poßit. quæ replicatio approbatur exemplo l.41.ff.de peculio. cuius uerba uide J. cap. proxim. quæst.1.reg.11. Tertia exceptio est: Nisi plures domini separata habeant peculia, non commune. tunc enim quisq; pro suo tantùm peculio conuenitur. quæ exceptio approbatur, simul & declaratur l.15. cum lege sequenti. ff. de peculio. cuius uerba uide J.cap. prox. quæst.2. reg.7. except.2. Quarta exceptio est: Nisi eiusdem domini plures existant hæredes. hoc enim casu quisq; hæredum non nisi pro parte peculij, quæ apud eum est, conueniri potest. quæ exceptio approbatur l.10.§.si cum ex parte.ff. de peculio, his uerbis: Si cum ex parte hærede domini uel patris agatur: Vlpianus ait, duntaxat de peculio condemnandum, quod apud eum hæredem sit, qui conuenitur. Idem & de in rem uerso pro parte: nisi si quid in ipsius hæredis rem uertisset: nec quasi unum ex socijs esse hunc hæredem conueniendum, sed pro parte duntaxat. Concordat l.34.ff. eod.tt.cuius uerba uide s̄.quæst.prox. reg.3. except. 5. Concordat item l.32.in prin.ff.eod. tt. cuius uerba uide s̄.quæst.3.except.18. repl.3. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi is cum quo contractum est, pro parte hæres extiterit. Hæc replicatio reprobatur quidem in seruo, approbatur autem in filio, d.§. si cum, his uerbis: Sed etsi ipse seruus sit hæres ex parte institutus: æquè cum eo agendum erit. Si uerò filius sit: quamuis ex parte institutus, nihilominus in solidũ actionem patietur. Sed si uelit pro parte nomen cohæredis redimere: audiendus est. Quid enim, si in rem patris uersum sit? cur non consequatur filius à cohærede, quod in patris re est? Idem etsi peculium locuples sit. Quinta exceptio est: Nisi reus conuentus paratus sit cedere actionem aduersus socios. quæ exceptio approbatur l.51. in fine. ff. de peculio. cuius uerba uide J. cap.prox.quæst.1.reg.4. Hæc de regulis sextæ quæstionis: quanquam ad eam etiam pertinent ea quæ in peculium connumeranda sint, quæq; ex eo deducenda. uerùm de his J.cap.prox.

## VII. QVANDO COMPETIT actio proposita?

Si creditores peculiares alij sint priuilegiati, alij non: horum petitio differtur, donec illi suum fuerint consecuti. quæ regula approbatur l.52.§.fin.ff. de peculio, his uerbis: Si dos filiofamilias sit data, uel tutelam administrauerit: habenda erit ratio priuilegiorũ in actione de peculio, dilata interim cæterorũ creditorum actione: uel interposita cautione, si priores agãt qui priuilegium non habent, restituturi quod acceperunt, si inferatur postea cum patre actio priuilegiorum. Concordat d.l.52. §. planè in ceteris. cuius uerba uide J. cap. proxim. quæst.2.reg.1.except.5.

## VIII. QVAMDIV COMPETIT actio de peculio?

Regulariter quidẽ actio de peculio perpetua est: hoc est, non nisi triginta annorum præscriptione submouetur. uerùm eius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi filius uel seruus, cum quo contractũ est, mortuus sit. hoc enim casu actio incipit esse annalis. quæ exceptio cum alijs quibusdam approbatur edicto prætoris l.1.in prin. ff. quando actio de peculio annalis sit, his uerbis: Prætor ait, Post mortẽ eius, qui in alterius potestate fuerit: posteaue, quã is emancipatus, manumissus, alienatusúe fuerit: duntaxat de peculio, & si quid dolo malo eius, in cuius potestate est, factũ fuerit, quo minus peculij esset: in anno, quo primùm de ea re experiundi potestas erit, iudiciũ dabo. Cõcordat d.l.1.§.1.his uerbis: Quãdiu seruus uel filius in potestate est, de peculio actio perpetua est. Post mortẽ autẽ eius, uel postquã emancipatus, manumissus, alienatusúe fuerit: tẽporaria esse incipit, id est annalis. Concordat itẽ d.l.1.§.alienatio.ibi: mors.cuius uerba uide J.exc.prox. Itẽ concordat l.7.C.quod cum eo qui in aliena.cuius uerba uide s̄.quæst.3.in prin. Itẽ concordat l.5.ibi: sed ex cõtractu.C.ad S.C.Macedonianũ, his uerbis: Ex cõtractu filij post mortẽ eius de peculio actio in patrẽ cõpetere ita demum poterit, si anni utilis spaciũ petitionẽ nõ impedit. Ratio huius et sequentium exceptionũ proponitur d.l.1.§.meritò, his uerbis: Meritò temporariã in hoc casu fecit prætor actionẽ. Nã cùm morte uel alienatione extinguatur peculiũ: sufficiebat usq; ad annũ produci obligationẽ. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi de in rẽ uerso agatur. tunc enim exceptio proposita non obstat. quæ replicatio approbatur d.l.1.§.fin.in fine. cuius uerba uide s̄.quæst.3.except.18.repl.1. Concordat l.19.in fine.ff.de in rem uerso.cuius uerba uide J.cap.21.quæst.2. caussa 9. Huius replicationis duplicatio est: Nisi non in rem domini, sed serui uersum sit. quæ duplicatio approbatur l.17.§.cum Sticho.ff. de in rẽ uerso.cuius uerba uide J.repl.3. Altera replicatio est: Nisi cùm quis cum uicario, non ordinario seruo contraxisset, uicario mortuo ordinarius adhuc uiuat. Hæc replicatio approbatur l.17.§.cum Sticho.ff. de in rem uerso.cuius uerba uide J.replicat.proxim.

Tertia

*Tertia replicatio est: Nisi cùm quis cum uicario, non ordinario seruo contraxisset, ordinario mortuo uicarius seruus adhuc uiuat. Hæc replicatio reprobatur d.§. cum Sticho, his uerbis:* Cum Sticho uicario serui tui Pamphili contraxi, actio de peculio, & de in rem uerso dari debet: ut quod uel in tuam, uel ipsius rem, uel in peculium Pamphili uersum sit, comprehendatur: scilicet etiamsi mortuo uel alienato Sticho agatur. Quòd si Pamphilo mortuo agam, magis est, ut quamuis Stichus uiuat, tamen de eo quod in peculiũ Pamphili uersum est, nõ nisi intra annum quàm is decessit, actio dari debeat. Etenim quodammodo de peculio Pamphili tum uidebor experiri, sicuti etsi quid iussu eius credidissem, experirer: nec nos mouere debet, quòd Stichus, de cuius peculio agitur, uiuat: quando non aliter ea res in peculio eius esse potest, quàm si Pamphili peculium maneat. Eadem ratio efficiet, ut id quod in peculium Pamphili uersum est, ita præstari debere dicamus: ut prius eius quod tibi Pamphilus debuit, deductio fiat. Quod uerò in tuam rem uersum fuerit, præsterne, etiam non deducto eo quod Pamphilus tibi debebat. *Quarta replicatio est: Nisi actor experiundi potestatem non habuerit. Hæc replicatio approbatur l. 1. §. annus. ff. quando actio de peculio annalis est, his uerbis:* Annus utilis computabitur. Et ideo si conditionalis sit obligatio, Iulianus scripsit, ex eo computandum annum, non ex quo emancipatus est, sed ex quo peti potuit cõditione existente. *Concordat d. l. 1. in prin. ibi quo primùm de ea re. cuius uerba uide s. ead. except. in prin.*

I I. Exceptio: *Nisi filius emancipatus, uel seruus manumissus sit, aut alio modo sui iuris effectus. nã & hoc casu actio incipit esse annalis. quæ exceptio approbatur d. l. 1. in prin. Concordat d. l. 1. §. 1. cuius uerba uide item s. except. prox. in prin. item concordat d. l. 1. §. alienatio, his uerbis:* Alienatio & manumissio ad seruos pertinet, non ad filios: mors autem tam ad seruos, quàm ad filios refertur: emancipatio uerò ad solum filiũ. Sed etsi alio modo sine emancipatione desierit esse in potestate, annalis erit actio. Sed etsi morte patris, uel deportatione sui iuris fuerit effectus filius: de peculio intra annum hæres patris, uel fiscus tenebuntur.

I I I. Exceptio: *Nisi seruus, cum quo contractum est, alienatus sit. Hæc exceptio approbatur uerbis edicti l. 1. in prin ff. quando actio de peculio. s. except. 1. in prin. propositis hisce:* Alienatusúe fuerit, &c. *Concordat d. l. 1. §. alienatio. cuius uerba uide s. except. prox Concordat item l. 27. §. in uenditorem. ff. de peculio. cuius uerba uide s. quæst. 4. reg. 1. in prin. Huius exceptionis replicatio prima, sumpta ex genere alienationis, reprobatur per ea quæ proposita sunt s. quæst. 5. reg. 1. except. 1. repl. 4. Alterius replicationis loco notandum, quòd quamuis is qui alienauit, annali exceptione defendatur: tamen ei cui seruus alienatus est, exceptio ita non competat. quæ replicatio approbatur l. 50. §. si antea. ff. de peculio. cuius uerba uide s. quæst. 3. exception. 18. repl. 3.*

I I I I. Exceptio: *Nisi cùm usufructuarius serui de peculio tenetur, usufructus sit extinctus. nam & hoc casu actio incipit esse annalis. quæ exceptio approbatur l. 1. §. usufructu. ff. quando actio de peculio. cuius uerba uide s. quæst. 5. reg. 1. except. 1. repl. 2. Planè hoc casu nihilominus aduersus proprietarium perpetua manet actio. quæ replicatio approbatur l. 37. §. si actum. ff. de peculio. cuius uerba uide s. quæst. 3. ex- except. 18. repl. 5.*

V. Exceptio: *Nisi seruus, cum quo contractum est, ab hostibus captus sit. Hæc exceptio reprobatur l. 2. in fine. ff. quando actio de peculio, his uerbis:* Si seruus cui creditum est, apud hostes sit, de peculio actio in dominum, non anno facienda est: quia postliminio reuerti potest.

V I. Exceptio: *Nisi actio, si cum libero & eo qui sui iuris est, contractum esset, temporaria esset, non perpetua. hoc enim casu actio quoq; de peculio eodẽ tempore finitur. quæ exceptio approbatur d. l. 2. in prin. his uerbis:* Cùm post mortem filijfamiliâs annua aduersus patrem actio est, quemadmodũ aduersus eũm esset perpetua, uiuo filio: ideo si ex caussa redhibitionis erat de peculio actio, sex mensium erit post mortem filij. Idem dicendum erit in omnibus temporalibus actionibus.

Replicationes præcedentium exceptionum generales.

*Hactenus propositæ regulæ exceptiones enumeratæ sunt, quarum quatuor priorum replicationes aliquot sunt communes, quas uide s. except. 1.*

IX. EVENTVS PROPOSITÆ actionis.

I. Regula: *Socius conuentus & condemnatus in solidum, partem à socio recuperat actione pro socio, uel communi diuidundo. quæ regula approbatur l. 27. §. si quis cum. ibi: nec enim res. ff. de peculio. cuius uerba uide s. quæst. 6. reg. 5. in prin.*

I I. Regula: *Maritus de peculio serui dotalis nomine conuentus, an & quatenus dotis actione conuentus deducere possit id quod præstitit, definitur l. 19. §. sin autem maritus. ff. de peculio. cuius uerba uide j. cap. prox quæst. 2. reg. 1. except. 12.*

X. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula: *Ex caussa s. quæst. 3. in prin. proposita regulariter quidem de peculio competit actio, non alia: uerùm eius exceptio prima hæc est. Nisi unus ex dominis cum seruo communi contraxerit. hoc enim casu non de peculio, sed pro socio, uel communi*

*muni diuidundo actio competit. quæ exceptio approbatur l.19.§ fin.cum lege sequente.ff de peculio.cuius uerba uide s.quæst. 4. reg.2.* *Altera exceptio est:Nisi res quæ seruo uel filio credita est,apud patrẽ uel dominum,cui filium uel seruum exiet. hoc enim casu ad exhibendum actio,& rei uendicatio competit.quæ exceptio approbatur l.18.in prin.ibi:itaq; ad exhibendum.ff.de peculio.cuius uerba uide s.quæst. 3.except.13.repl.2.Concordat l.52.ibi: planè si ex re. ff.eod.tt.cuius uerba uide J.cap.prox. quæst.2. reg.1. except.5.* *Tertia exceptio est: Nisi creditor seruũ postea comparauit. hoc enim casu per exceptionem retinere debitum potest, de peculio conuentus. quæ exceptio approbatur l.11.§.idem scribit,si quis seruũ.ff.de peculio.cuius uerba uide J.cap.prox.quæst. 2.reg.1.except.4.repl.1.Concordat l.47.§. non tantùm.ff.eod.tt.cuius uerba uide s.quæst.3. except.15. repl.1.* *Quarta exceptio est:Nisi actor pro filio uel seruo apud patrem uel dominum intercesserit, cum filius uel seruus debitor non esset.hoc enim casu exceptio & condictio indebiti competit.quæ exceptio approbatur l.3.§.cui congruit,in fine.ff.eod.tt.cuius uerba uide J.cap.11.quæst.2.except.3.*

I I.Regula:*Aduersus ipsum etiam filiumfamiliâs, cum quo contractum est, directa competit actio. quæ regula approbatur,simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s.cap.7.quæst.3.*

## *QVAE IN PECVLIVM connumeranda, quæq́; de peculio deducenda sint. Cap.XII.*

PEndet hoc caput ex quæst. 6. capitis proximè præcedentis.

### I. QVAE IN PECVLIVM CONnumeranda sint?

I.Regula: *Peculij id est,quod seruus uel filius cõcedente domino uel patre quasi proprium patrimonium à rationibus domini uel patris separatum habet.quæ regula approbatur,simul & distinguitur s. lib.19.cap.2.quæst.1.& quæst.4.*

II.Regula, *De uicarijs & horum peculio,proponitur l.7.§.in peculio.ff.de peculio.cuius uerba uide d.quæst 4.except.8.*

I I I. Regula, *De hæreditate & legato seruo uel filio relictis, proponitur d.§. in peculio, his uerbis:* Hæreditas quoq; & legatũ, ut Labeo ait, in peculium computabitur.

I I I I. Regula,*De eo quod seruo debetur. Hoc quoq; in peculium computatur. quæ regula approbatur d.§.in peculio.* *Huius regulæ exceptio prima hæc est:quòd impensæ quæ in litem sint faciendæ, deducendæ sint:item ratio temporis habenda, quod datur iudicatis.* *Altera exceptio est: Nisi dominus actionem cedere sit paratus. Hæ duæ exceptiones approbantur l.51.ff. de peculio, his uerbis:* Quod debetur seruo ab extraneis, agenti de peculio non omnimodo dominus ad quantitatem debiti condemnandus est:cum & sumptus in petendo,& euentus executionis possit esse incertus: & cogitãda sit mora temporis,quod datur iudicatis,aut uenditionis bonorum,si id magis faciendum sit.Ergo si paratus sit actionem mandare, absoluetur. Quod enim dicitur, si cum uno ex socijs agatur, uniuersum peculium computandum,quia sit cum socio actio:in idem redibit,si actiones paratus sit præstare. Et in omnibus, quos idcirco teneri dicimus, quia habent actionem: delegatio pro iusta præstatione est. *Tertia exceptio uidetur:Nisi pœnali actione seruo debeatur.Sed hæc exceptio reprobatur l.7.§.sed etsi quid.ff. de peculio,his uerbis:* Et si quid furti actione seruo debetur,uel alia actione,in peculium computabitur.

V. Regula,*De eo quod dominus seruo debet,proponitur d.l.7.§.sed & id quod, his uerbis:* Et id quod dominus seruo debet, sibi in peculium habebit: si fortè in domini rationes impendit, & dominus debitor ei manere noluit:aut si debitorem eius dominus conuenit. Quare si fortè ex serui emptione euictionis nomine duplũ dominus exegit, in peculium serui erit conuersum:nisi fortè dominus eo proposito fuit, ut nollet hoc esse in peculium serui. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi dominus id quod serui nomine exegit,peculij esse nolit.quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Nisi fortè dominus,&c. *Altera exceptio est:Nisi dominus seruo damnum dederit,uel furtum fecerit. hoc enim debitum in peculium computandum nõ est. quæ exceptio approbatur l.9.in prin.ff.de peculio,his uerbis:* Si damnum seruo dominus dederit,in peculio hoc non computabitur, non magis quàm si subripuerit.

V I. Regula, *De eo quod dominus serui nomine exegit,proponitur uerbis d.§.sed & id quod,s.reg. prox.propositis.Concordat d.l.9.§.1.his uerbis:* Si quid dominus ab eo qui rem peculiarem subripuit,uel consecutus est,uel consequi potuit:in peculium esse computandũ,Neratius libro secundo Respõsorum scribit.

V I I. Regula,*De eo quod conseruus seruo debet, proponitur l.7.§.fin.ff.de peculio, his uerbis:* Et si quid ei cõseruus debet,erit peculij:si modò ille habet peculiũ,uel habebit. *Cõcordat l.9.§.1.ff.eod.tt.his uerbis:* Si cõseruus dederit damnũ,uel subripuerit:in peculiũ uidetur haberi.Et ita Põponius lib. X X I I. scribit.

V I I I.Regula,*De eo quod ne esset in peculio,dolo domini factum est.hoc quoq; in peculium computatur.quæ regula approbatur l.21.in prin.ff.de peculio,his uerbis:* Summa cum ratione etiam hoc peculio prætor imputabit,quod dolo malo domini factum est,quo minus in peculio esset. *Concordat l.1.in prin.ibi:& si quid dolo.ff. quando actio de peculio, cuius uerba uide s. cap.*

*cap.prox.quæst.8.except.1. Declaratur regula proposita exemplis d.l.21.§.1.his uerbis:* Dolum malum accipera debemua, si aiademit paculium. Sed etsi eum intricare pecolium in necem creditorum passus ast: Mela scribit, dolo malo eios factum. Sed ersi quis, com suspicatur alium secum acturum, aliò peculium auertat: dolo non caret. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi creditori soluit. Hæc exceptio approbatur d.l.21.§.sed si alij, his uerbis:* Si alij soluerit, oon dubiro de hoc, quio non teneatur: quoniam creditori soluit, & licet creditori uigilare ad soum consequendum. *Altera exceptio est: Nisi non rei conuenti, sed alterius dolo factum sit. Hæc exceptio approbatur d.l.21.§.emptor, his uerbis:* Emptor ex dolo uendiroris non tenebitor, nec hæres oel alius successor: nisi in id quod ad eum peruenit. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi quatenus ex dolo alterius ad reum peruenit. quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Nisi in id quod ad eum peruenit. *Concordat l.10.§.fin.ff.de peculio. cuius uerba uide s̄.cap.prox.quæst.3.except.13.repl.1. dupl.5. Altera replicatio est: Nisi tutor, curator, uel procurator rei conuenti dolo fecerit. Hæc replicatio approbatur d.l.21.§.si dolo, his uerbis:* Si dolo tutoris, nel curatoris furiosi, oel procuratoris factom sit: an pupillus, uel furiosus, uel dominos de peculio cõueniatur, uidendum est? Et puto, si soluendo tutor sit, præstare pupillom ex dolo eius: maximè si quid ad eum peruanit. Ita & Pomponius lib. VIII. Epistolarum scribit. Idem in curatore & procuratore erit dicendum. *Tertia propositæ regulæ exceptio, sumpta ex tempore quo dolo factum est, reprobatur d.l.21.§.siue antè, his uerbis:* Siue post iudicium acceptum, siue antè dolo factum sit: continetur officio iudicis. *Plures propositæ regulæ exceptiones uide d.repl. 1. dupl.1.cum sequentibus.*

IX. *Regula, De peculio quod est apud socium rei conuenti. Eius quoq; ratio in condemnatione habenda. quæ regula approbatur, simul et distinguitur per ea quæ proposita sunt s̄.cap.prox.quæst.6.reg.5.*

X *Regula, De peculio, quod est apud auctorem rei conuenti. Hoc non imputatur reo conuento. quæ regula approbatur l.18.§.fin.ff.de peculio, his uerbis:* Seruo quem tibi uendideram, pecuniam credidi: quæsitom est, an ira mihi in te actio de peculio dari debeat, ut deducatur id qđ apud me ex eo remãserit? Quod quidem mioimè nerum est. Nec intererit intra annum quàm uẽdiderim, an postea experiar. Nam nec cæteris qoidẽ, qui tuoc cum eo contraxerunt, in me actio datur. In contrarium quoq; agentibus mecũ hia, qui anrea cum eo seruo cootraxissent: non deducam id quod postea mihi debere cœperit. Ex quo apparebit, onus eius peculij, quod apud me remansit, ad posterioris tẽporia cootractua pertinere non debere. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi intra annum à tempore alienationis serui computandum agatur. Hæc exceptio approbatur l.37.§.seruum ff. eod. tit. his uerbis:* Seruum quem communẽ cum Titio aut cum Sempronio habui, nendidi Titio, antequã eius oomioe ageretur mecum de peculio. Quæsitũ est, si de peculio cum Titio, aut cum Sẽpronio ageretur: an aius peculij, qood apud me esset, ratio haberi debeat? Iulianua. Dixi, si cum Sẽpronio ageretur, nunquã rationẽ eius peculij, quod apud me esset, haberi debere: qnia is nullã adoersus me actionem haberet, per quã id qđ præstitisset, cõsequi posset. Sed etsi cum Titio post anoũ, quàm uendidissem, ageretur: similiter non essa computãdum peculium, qood apud me esset: quia iam mecũ agi de peculio nõ posset. Sio aũt intra annum ageretur: tuoc quoq; habendam huius peculij rationẽ: postquam placuit, alienato homioe permittendũ creditori & cum uẽditore, & cũ emptore agere. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi ex eo contractu, qui alienationem secutus est, agatur. quæ replicatio approbatur uerbis d.l.38.§.fin. paulo superius propositis hisce:* Nec iotererit, intra anoum qoàm uendiderim, ao postea experiar, &c.

XI. *Regula. De peculio quod est apud cũ, cui reus seruum alienauit. Hoc quoq; imputatur uenditori cõuento. quæ regula approbatur certo modo l.43.ff.de peculio, his uerbis:* Si posteaquam tecum de peculio egi, ante rem iudicatam seruum ueodideris: Labeo ait, etiam eius peculij nomine, quod apud emptorem quæsierit, damnari te debere: nec succurrendum tibi: culpa enim tua accidisse, quod seruum uendidisses.

XII. *Regula, De castrensi peculio. Hoc peculio in actione proposita non connumeratur. quæ regula approbatur Inst. quib. non est permiss. facere test. §. ex hoc intelligere. cuius uerba uide s̄. lib. 26. cap. 3. quæst. 2. reg. 1.*

XIII. *Regula, De uestimento quod dominus seruo dedit. Hoc peculio annumeratur. quæ regula approbatur, simul & distinguitur l.25.ff.de peculio, his uerbis:* Id uestimentõ peculij esse incipit, qđ ita dedit dominus, ut eo uestitu seruũ perperuò uti uellet: eoq; nomine ei tradidit, ne qnis alius eo uteretur, idque ab eo eius usus gratis custodirerur. Sed quod uestimeotũ seruo dominus ita dedit utẽdum, ut non semper, sed ad certõ usum, certisq; temporib. eo uteretur: ueluti cum sequeretur aum, siue cœnanti mioistraret: id uestimentũ non est peculij. *Huius regulæ exceptio*

*prima hæc est: Nisi non perpetui usus gratia seruo dominus uestimentum dedit. Hæc exceptio approbatur uerbis iā propositis hisce:* Sed quod uestiméťū, &c. *Altera exceptio est: Nisi tale sit uestimentum, quod dominus seruo præstare necesse habet. Hæc exceptio approbatur l.40.§. quomodo.ff. de peculio. cuius uerba uide ī lib.19.cap.2.quæst.3.reg.2.*

XIIII.*Regula, De eo quod dominus seruo præstare habet necesse. Hoc peculij non est. quæ regula approbatur d.§.quomodo.*

XV.*Regula, De re uel pecunia apud seruum deposita. Hæc peculio non connumeratur. quæ regula approbatur l.38.in prin.ff.de peculio. cuius uerba uide ī.cap.prox.quæst.3.except.21.repl.2.*

XVI.*Regula, De pecunia seruo mutua data, & ab eo data domino ut manumittatur. Hæc peculij nō est. quæ regula approbatur l.3. in prin.ff. de in rem uerso. cuius uerba uide ĵ.cap.prox.quæst.2. except. gener.4.repl.1.*

XVII.*Regula: Cuius temporis peculium spectādum? Regulariter ea peculij quantitas spectatur, quæ est tempore sententiæ ferendæ. quæ regula approbatur l.32.ibi: in hoc autem iudicio.ff. de peculio. cuius uerba uide ī.cap. prox. quæst.3. exception.18. repl.1. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi creditor peculiaris patrem uel dominum serui hæredem reliquerit. hoc enim casu tempus mortis testatoris spectatur. quæ exceptio approbatur l.50.§. si creditor.ff.eod.tt.his uerbis:* Si creditor patré, qoi de peculio tenebatur, hæredem instituerit: quia mortis tépus in Falcidiæ ratione spectatur, illius temporis peculium considerabitur. *Altera exceptio est: Nisi filius uel seruus pendente iudicio decesserit. hoc enim casu tempus mortis filij uel serui spectatur. quæ exceptio approbatur l.57.in prin.ff. d. tt. his uerbis:* Si filius uel secuus, cuius nomine duntaxat de peculio actum est, ante finitum iudicium decesserit: id peculium inspicierur, qood aliquis eorum, cum moriebatur, habuit. *Tertia exceptio est: Nisi peculium serui alicui legatum sit. hoc enim casu tempus mortis testatoris spectatur. quæ exceptio approbatur d.l.57.in fine. cuius uerba uide ī.lib.54.cap.14.quæst.2 reg.1 Huius exceptionis replicatio est: Nisi seruo, cui in testamento libertas relicta est, simul etiam peculium legatum sit. hoc enim casu tempus aditæ hæreditatis spectatur. quæ replicatio approbatur d. l. 57. §. sed cum cui. cuius uerba uide d.reg.1. Quarta exceptio est: Nisi reus ui sit exemptus. hoc enim casu tempus, quo ui exemptus est, spectatur. quæ exceptio approbatur l.55. ff. de peculio, his uerbis:* Is cum quo de peculio agebam, à te ui exemptus est. Qood tunc, cum ui eximeres, in eo pecolio fuerit, spectari Neratios air.

## II. QVAE DE PECVLIO DEducenda sint?

I.*Regula, De eo quod domino uel reo conuento à seruo debetur, deducendo, proponitur Inst. quod cum eo qui in aliena potest. §. cum autem quæritur, his uerbis:* Cùm quæritur, quantum in peculio sit: antè deducitur, qoidquid seruus domino, eiúe qui in potestate eios sit, debet: & quod superest, id solùm peculiū intelligitur. *Concordat l.9.§.peculium.ff. de peculio, his uerbis:* Peculium, deducto quod domino debetur, computandū est: quia præuenisse dominus, & cum seruo suo egisse creditur. Huic definitioni Seruius adiecit: etsi quid his debeatur, qui sunt in eius potestate: quoniam hoc quoq; domioo deberi, nemo ambigit. *Concordat d.l.9.§ præterea.ibi: nam ut eleganter. cuius uerba uide ĵ.reg.6. Item concordat l.11.§. quod autem deduci. ibi: quoniam non est.ff.eod.tt. cuius uerba uide ĵ. except.4. Declaratur regula proposita exemplis d.l.11.in prin.his uerbis:* Si noxali iudicio conuentus dominus litis æstimationem obtulerit: de peculio deducendum est. Quod si noxæ dediderit: nihil est dedocendū. Sed et si quid dominus soluturum se serui nomine repromiserit: deduci oportebit, quemadmodum si quid domioo seruus pro debitore expromiserit. Idem est, et si pro libertate quid domino expromisit, quasi debitor domino sit effectus: sed ita demum, si manumisso eo agatur. Sed si à debitore dominico seruus exegerit: an domino debitorem se fecerit, quæritur? Et Iulianus lib. XII. Digestor. non aliter domioom deducturum ait, quàm si ratō habuisset, quod exactum est. Eadem & in filiofamiliâs dicenda sunt. Et puto ueram Iuliaoi sententiam. naturalia enim debita spectamus in peculij deductione. Est auté natura æquum, liberari filium uel secuum obligarione, eo quòd uidetur indebitum exegisse. *Aliud exemplum proponitur l. 49. §. 1. ff. de peculio, his uerbis:* Si ignorante me seruus meus negocia mea administrauerit: tantidé debitor mihi intelligitur, quanti teneretur, si liber negocia mea administrasset. *Aliud exemplum proponitur l. 56. ff. eod.tt.his uerbis:* Quod seruus meus pro debitore meo mihi expromisit, ex peculio deduci debet, & à debitore nihilominus debetur. Sed uideamus, ne credendum sit peculiare fieri nomé eius, pro quo expromissum est. Paulus. Vtiq;, si de peculio agéte aliquo, dedocere uelit: illud nomé peculiare facit. *Concordat l.11.in prin.ibi: quemadmodū si quid domino.ff.eod.tt. cuius uerba uide paulo superius. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi cùm pro libertate seruus domino promisisset, seruus nondū sit manumissus. quæ exceptio approbatur d.l.11.in prin.ibi: sed ita demū. Altera exceptio est: Nisi cum seruus à debitore dominico exegisset, et ita domini debitor factus esset, dominus exactionem*

ncm

*nē ratā non habuerit. Hæc exceptio approbatur d.l. 11. in prin. ibi: sed si à debitore.* *Tertia exceptio est: Nisi dominus antea etiam de peculio conuentus idē debitum deduxerit. Hæc exceptio approbatur d.l. 11. §. est etiam, his uerbis:* Quæstionis est, an id quod dominus semel deduxit, cum conueniretur: rursus si conueniatur, de peculio eximere debeat. an uerò ueluti solutū ei uideatur, semel facta deductione? & Neratius & Nerua putant. *Huius exceptionis replicatio est: Nisi uerbo tantùm deduxit, reipsa non deduxit, eandem peculij positionem relinquens. Hæc replicatio approbatur ibidem, his uerbis:* Idem Iulianus lib. XII. Digestor. scribit, Si quidem abstulit hoc de peculio, non debere deduci: si uerò eandem positionem peculij reliquit, debere eum deducere. *Huius replicationis duplicatio uidetur esse: Nisi uicarius, quem pro debito dominus uerbo deduxit, postea decesserit. hoc enim casu quasi interitu speciei debitæ seruus à domino uidetur liberatus. Sed hæc duplicatio reprobatur ibidem, his uerbis:* Deniq; scribit, Si seruus uicarium quinq; ualentem in peculium habuisset, & domino quinq; deberet, pro quibus uicarium dominus deduxisset: & postea uicario mortuo, alium eiusdem pretij seruus comparasset: non desinere domini esse debitorem, quasi uicarius ille domino decesserit: nisi fortè cū eum seruo ademisset, & sibi soluisset, tūc decesserit. Idem rectè ait, si eum uicarius ualeret decem, dominus conuentus de peculio, quinq; pro eo seruo præstitisset, quoniam quinq; ipsi debebantur: mox hic uicarius decessisset, aduersus alium agentē de peculio, decem dominum deducturum: quia in eo quod iam pro eo soluit, debitorem sibi seruum fecerit. Quæ sententia uera est: nisi seruo ademit uicarium, ut sibi solueret. *Quarta exceptio est: Nisi dominus aliunde consequi possit, quod sibi à seruo debetur. Hæc exceptio approbatur d. l. 11. §. quod autem deduci, his uerbis:* Quòd deduci debere diximus id quod debetur ei qui de peculio conuenitur: ita accipiendum est, si hoc non aliunde consequi potuit. Deniq; Iulianus scribit, uenditorem qui seruū cum peculio uendidit, si de peculio conueniatur, non debere deducere quod sibi debetur. Potuit enim hoc ex ratione peculij detrahere, & nunc condicere quasi indebitū: quoniam non est in peculio quod domino debetur. Potest etiam (inquit) ex uendito agere. Quod ita erit probandum, si tantum fuit in peculio, cum uenderet, ut satisfacere debito dominus posset. Cæterùm si postea quid accessit, conditionibus debiti existentibus quod dominus non distraxerat: contrà erit dicendum. *Huius exceptionis replicatio est: Nisi per actionem de peculio dominus ab alio consequi possit quod sibi debetur. tunc enim nihilominus deducere potest, proposita exceptione non obstante. quæ replicatio approbatur d.l. 11. idem scribit, his uerbis:* Iulianus scribit, Si quis seruum, cuius nomine de peculio habebat actionem, comparasset: an possit deducere, quod sibi debeatur, quoniam aduersus uenditorē habet actionem de peculio? & rectè ait, posse. Nā & quiuis alius potest eligere, utrum cum emptore, an cum uenditore agere uelit. Hunc igitur eligere posse pro actione deductionem. Nec ideo quid habeant creditores quòd querantur, cum possint ipsi uenditorem conuenire, si quid fortè putāt esse in peculio. *Quinta exceptio est: Nisi actor priuilegiatus sit, qui cæteris creditoribus præferatur. Hæc exceptio reprobatur l. 22. ff. de peculio, his uerbis:* Ex facto quæritur. Qui tutelā quasi liber administrabat, seruus pronunciatus est: an si conueniatur eius dominus à pupillo (cuius quidem potiorem causam, quàm creditorum cæterorum serui habēdā rescriptum est) uel id deducatur ex peculio quod domino debetur? & si putaueris posse deduci, an intersit, utrum cum adhuc in libertate ageret, debitor domini factus est, an postea? & an de peculio impuberi competat? Paulus. Respōdi, nullū priuilegium præponi patri uel domino potest, cum ex persona filij uel serui de peculio cōueniuntur. Planè in cæteris creditoribus habēda est ratio priuilegiorū. Quid enim si filius dotem accepit, tutelā administrauit? Meritò ergo & in seruo qui pro tutore egit, id rescriptum est: & quia occupantis melior solet esse conditio, quàm cęterorum: inhibebitur actio. Planè si ex re pupilli nomina fecit, uel pecuniā in arcam deposuit: datur ei uindicatio numorum, & aduersus debitores utilis actio: scilicet si numos consumpserunt. hic enim alienare eos non potuit. Quod & in quouis tutore dicendum est. Nectamen interesse puto, quando domino debere cœperit: utrum cum in libertatis possessione esset, an postea. Nam & si certi seruo credidero, eiusq; dominus esse cœpero: deducā quod prius credidi, si conueniri de peculio cœpero. Quid ergo est? Quis de peculio actio deficit, utilis actio in dominū quasi tutelę erit: ut quod ille pro patrimonio habuit, peculium esse intelligatur. *Sexta exceptio est: Nisi de peculio ad liberandum agatur. Hæc exceptio approbatur l. 38. §. si nuptura. ff. de peculio, his uerbis:* Si nuptura filiofamiliâs dotis nomine certam pecuniā promiserit, & diuortio facto agat de dote cum patre: utrumue tota pro

missione, an deducto eo quod patri filius debeat, liberari eam oporteat? Africanus respondit, tota promissione eam liberandā esse: cum certè etsi ex promissione cum ea ageretur, exceptione doli mali tueri se posset. *Septima exceptio est: Nisi postquā seruus à reo alienatus est, debitor eius esse cœpit. Hæc exceptio approbatur l.47.§.penult.ff.de peculio, his uerbis:* Si seruus deducto peculio uenditus sit: procedit ut uenditor & deductione uti possit. Sed si post uenditionem cœperit ali quid uenditori seruus debere, non minuit peculia: quia non domino debet. *Cōcordat l.18.§ fin.ibi: in contrarium.ff.eod.tt. cuius uerba ui de s̄.quæst.prox.reg.10.* *Octaua exceptio est: Nisi antequam reus dominiū serui nactus sit, debitor eius seruus factus sit. Hæc exceptio reprobatur l.11.§. idē scribit: si quis seruum. cuius uerba uide s̄. except. 4. repl.1. Concordat l.9.§.sed & creditor.ff.eod.tt.cuius uerba uide J.except.prox.repl 1. Item concordat l.47.§.non tantùm.ff.eod.tt.cuius uerba uide s̄.cap. prox.quæst.3.except.15. repl.1. Item concordat l.52. ibi: nam etsi Titij.ff.eod.tt.cuius uerba uide s̄. exc.5. Concordat in patre adrogatore l.7.ff. de peculio legato his uerbis:* Si quis creditori suo adrogandum se dederit, & agetur de peculio cum adrogatore: idem puto dicendū, quod de hærede dicitur. *Ait Iurisconsultus:* Quod de hærede dicitur. *scilicet l.præcedente 6.§.fin.cuius uerba uide s̄.lib.34.cap.14.quæst.2.reg.5.exc.9. de qua re uide itē J.exc.prox.repl.1.* *Nona exceptio est: Nisi reus creditor serui non sit dominus eius. Hæc exceptio approbatur exemplo l. 47. §. penult. ibi: quia non domino.ff.de peculio.cuius uerba uide s̄.except.7. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi hæres domini de peculio cōueniatur. quæ replicatio approbatur l.9. §. sed & creditor. ff.eod.tt.his uerbis:* Creditor serui, qui hæres extitit domino eius, deducit de peculio. qđ sibi debetur, siue libertatē seruus acceperit, siue non. Idemq; etsi purè legatus sit seruus Nā quasi præuenerit, & ipse cum seruo egerit: sic deducet qđ sibi debetur, si cōueniatur: licet nullo momento dominiō in manomisso uel legato purè habuerit. Et ita Iulianus lib.XII.scribit. Certè si sub conditione seruus libertatē acceperit, minus dubitatur. Et Iulianus eodē loco scribit, hęredē deducere: dominus enim factus est. Ad defensionē sententiæ suæ Iulianus etiā illud adfert: quòd si ei, q post mortē serui uel filij intra annū potuit cōueniri de peculio, hęres extiterim: proculdubio deducā, qđ mihi debetur. *Decima exceptio, sumpta ex caussa ex qua reo debetur, reprobatur d.l.9.§.si aūt, cum sequētib. his uerbis:* Siue ex cōtractu qd domino debeatur, siue ex ratione reliqs: deducet dominus. Sed etsi ex delicto ei debeatur: utputa ob furtū quod fecit, ęquè deducetur. Sed est quæstionis, utrū ipsa furti æstimatio, id est solùm quod domino abest: an uerò tātum, quantū si alienus seruus cōmisisset, id est cū furti pœnis? Sed prior sentētia uerior est, ut ipsa furti ęstimatio sola deducatur. Si ipse seruus sese uulnerauerit, non debet hoc dānū deducere: nō magis quàm si se occiderit, uel p̄cipitauerit. Licet enim seruis naturaliter in suū corpus sæuire. Sed si à se uulneratū seruū dominus curauerit: sumptuū nomine debitorē eū domino puto effectū: quanquā si ęgrū eū curasset, rem suā potius egisset. *Vndecima exceptio est: Nisi in ualetudinē serui dominus quid erogauerit. hoc enim de peculio tanquā debitū non est deducendū. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur uerbis iā propositis hisce:* Sed si à se uulneratū seruū, &c. *Duodecima exceptio est: Nisi cùm maritus de peculio serui dotalis cōueniretur, ei debeatur ex contractu qui nō ad suū, sed uxoris suæ peculiū pertinet. Hæc exceptio reprobatur per cōsequentiā l.19.§.potest.ff. de peculio, his uerbis:* Potest esse apud me duplicis iuris peculiū: utputa si seruus dotalis est, potest habere peculiū, quod ad me respiciat, potest & qđ ad mulierē. Nā qđ ex re mariti quæsijt, uel ex operis suis: id ad maritū ptinet. Et ideo si respectu mariti hæres sit institutus, uel ei legatū datū: id eū nō debere restituere Pōpon. scribit. Igitur si mecū agatur ex eo cōtractu, q ad me respicit: utrū omne deducā qdqd mihi debetur siue ex mea caussa, siue ex ea q̄ ad uxorē respicit: an uerò separās caussas quasi in duob. peculijs, ut & caussa debiti, &c.

*II. Regula. De eo quod dominus serui nomine præstitit, de peculio deducendo. proponitur l.9. §. item deducetur. ibi: aut præstitit.ff. de peculio. cuius uerba uide J.reg prox. Concordat l.11. in prin.ff. eod.tt. cuius uerba uide s̄.reg. prox. in prin. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi seruum ex noxali caussa præstiterit. quæ exceptio approbatur d. l. 11. in prin. Altera exceptio uidetur: Nisi non condemnatus dominus serui nomine præstitisset. Hæc exceptio reprobatur l.9.§.fin.in fine.ff. d.tt. cuius uerba uide J. reg. prox. except.1. Tertia exceptio est: Nisi in ualetudinem serui dominus quid erogauerit. De hac exceptione uide s̄.reg prox.except.11.*

*III. Regula. De eo ad quod dominus serui nomine obligatus est, deducendo, proponitur d.l.9.§. item deducetur, his uerbis:* Item deducetur de peculio, si quid dominus serui nomine obligatus est, aut pręstitit obligatus: item si qd ei creditum est iussu domini. Nam hoc deducendum Iulianus lib.XII. Digestor. scribit. Sed hoc ita demum uerum puto, si nō in rem domini uel patris, quod acceptum est, peruenit: alioquin secū debebit cōpensare. Sed etsi pro seruo fideiusserit: deducē dū Iulian. lib. XII. Digest. scribit. Marcellus

autem

autem in utroq;, Si nondum quidquã domino absit, meliua esse ait, præstare creditori, ut caueat refusurum se, si quid præstiterit dominua, hoc nomina conuentua: quàm ab initio deduci, ut medij temporis interusurium magis creditor cõsequatur. *Concordat l.11. in prin. ibi: sed etsi qd dominus. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. reg. 1. in prin. Huius exemplũ etiã proponitur l.22. cum lege sequẽte. ff. d. tt. bis uerbis:* Si damni infecti ædiũ peculiariũ nomine promisit dominus, ratio eius haberi debet. Et ideo ab eo qui de peculio agit, domino cauendũ est. Aedium aũt peculiariũ nomine in solidũ damni infecti promitti debet, sicut uicarij nomine noxale iudiciũ pati: quia pro piguore eas, si nõ defendantur, actor possidet. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi id pro quo serui nomine dominus se obligauit, in rem domini sit uersum. quæ exceptio approbatur uerbis d. §. item deducetur, iam propositis hisce:* Sed hoc ita demũ uerum puto, si nõ in rẽ domini uel patris, quod acceptũ est, peruenit: alioquin secũ debebit cõpẽsare. *Altera exceptio est: Nisi actor cauere paratus sit, se refusurum reo, si quid præstiterit serui nomine ab alio conuentus. Hæc exceptio approbatur uerbis d. §. itẽ deducetur, paulo superius propositis hisce:* Marcellus aũt in utroq;, si nondũ quidquã domino absit, melius esse ait, præstare creditori, ut caueat refusurũ se, si quid, &c. *Tertia exceptio est: Nisi actione de peculio alij quoq; dominus sit obligatus. hoc enim non deducet. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l.9. §. fin. cũ lege sequente. ff. de peculio, his uerbis:* Si de peculio conuentus dominua, & condẽnatus est: debet in sequẽte actione de peculio deduci. Sed si aliua de peculio egit & uicit, oportet deduci: cœpit enim dominus uel pater iudicati teneri. Nam etsi quid serui nomine non cõdemnatus præstitisset creditori, etiam hoc deduceret. Si uerò adhuc in suspenso est prius iudicium de peculio, & ex posteriore iudicio res iudicetur, nullo modo debet prioris iudicij ratio haberi in posteriore condẽnatione: quia in hac actione de peculio occupantis melior est conditio. Occupare autem uidetur, nõ qui prior litem cõtestatus est, sed qui prior ad sententiã iudicis peruenit. *Ait Iurisconsultus:* Si uerò adhuc in suspenso est, &c. *Hisce uerbis exceptio proposita approbatur. Cuius replicatio hæc est: Nisi alij actione de peculio dominus sit condẽnatus. quæ replicatio ap̄pbatur uerbis iã p̄positis hisce:* Si de peculio cõuẽtus dominus, &c. *Quarta exceptio est: Nisi ob dolum suũ serui nomine tributoria sit obligatus. hoc enim de peculio cõuẽtus nõ deducet. Hæc exceptio approbatur (teste Accursio) l. 12 ff. de tributoria actione, his uerbis:* Alius duntaxat de peculio, alius tributoria serui nomine cum domino agit: quæsitũ est, an deducere dominus de peculio debeat, qđ tributoria agenti præstaturus sit? Iulianus. Respondi. Tributoria actione tũc demum agi potest, cum dominus in distribuendo preciũ mercis edicto p̄torio nõ satisfecit: id est, cũ maiorẽ partẽ debiti sui deduxit, quàm creditorib. tribuit: ueluti si cũ in merce triginta fuissent, in quam ipse quidẽ quindecim crediderat: duo aũt extranei triginta: tota quindecim deduxerit, & creditorib. reliqua quindecim dederit: cum deberet sola decẽ deducere, extraneis dona tribuere. Cùm igitur hoc fecit, nec intelligẽdus est seruũ à se liberasse, eo qđ quinq; adhuc nomine eius tributoria actiõe præstaturus sit. Quare si agi de peculio cœperit (cũ fortè extra mercem peculiũ est) quinq; tãquã adhuc creditor serui, deducere debebit.

*IIII. Regula, De precio serui seipsum occidentis uel uulnerantis: hoc de peculio deducendum non est. quæ regula approbatur l.9. §. si ipse seruus. ff. de peculio. cuius uerba uide s̄. reg. 1. except. 10.*

*V. Regula, De eo quod seruus debet ijs qui sunt in potestate domini uel patris, deducendo, proponitur Inst. quòd cum eo qui in aliena. §. cum autem quæritur. cuius uerba uide s̄. reg. 1. in prin. Concordat l.9. §. peculiũ. ff. de peculio. cuius uerba uide d. reg. 1. in prin. Huius regulæ exceptio prima est. Nisi seruus uicario suo debeat. quæ exceptio approbatur Inst. d. tt. §. aliquãdo tamen, his uerbis:* Aliquãdo id qđ ei debet seruus, q in potestate domini sit, nõ deducitur ex peculio. Veluti si is in ipsius peculio sit. qđ eò pertinet, ut si qd uicario suo seruus debeat, id ex peculio eius nõ deducatur. *Cõcordat l.17. ibi: id uerò quod ipsis debet ordinarius. ff. de peculio. cuius uerba uide s̄. reg. 10. Altera exceptio uidetur: Nisi uicarius seruus ordinario debeat. Hæc exceptio reprobatur d. l. 17. ibi: sed etsi quid nõ mihi. Planè admittitur exceptio proposita ordinario sciente, ignorante domino, l.5. §. 1. ff. de tributor. act. cuius uerba uide s̄. cap. 10. quæst. 4. except. 8. repl. 8.*

*VI. Regula, De eo quod seruus debet ijs qui sunt in tutela uel cura domini, uel patris, nec nõ ijs quorũ negocia administrat, deducendo, proponitur d. l. 9. §. præterea id, his uerbis:* Id etiã deducetur, qđ his personis debetur, quæ sunt in tutela, uel in cura domini uel patris, uel quorum negocia administrãt, dummodo dolo careant: quoniã etsi per dolũ peculiũ uel ademerint uel minuerint, tenentur. Nã si semper præuenire dominus & agere uidetur: cur nõ dicatur etiã hoc nomine eũ secum egisse, quo uel tutelæ, uel negociorũ gestorum, uel utili actione tenebitur? Nã (ut eleganter Pedius ait) ideo hoc minus in peculio est, quod domino uel patri debetur: quoniã non est uerisimile, dominũ id con

cedere seruo in peculiũ habere, quod sibi debetur. Sanè cũ ex cæteris causis ipsum à semetipso exegisse dicimus, qui nagocia uel tutelam gerit: cur nõ etiã in specie peculiati exegerit, quod exigi debuit? defendendum igitur erit, quasi sibi eum soluere, cũ quis agere de peculio conabitur.

VII. Regula, *De eo quod seruus socio domini debet, deducẽdo, proponitur l.11.§.fin. cum lege sequẽte.ff. de peculio, his uerbis*: Non solum quod ei debetur, qui cõuenitur, deducẽdũ est: uerùm etiã si socio eius quid debetur. Et ita Iulianus lib. XII. Digestorũ scribit. Nam qua ratione in solidũ alteruter conuenitur: pari ratione deducere eum oportet, quod alteri debetur. Quæ sentẽtia recepta est. Quia hoc casu etiã cum eo agi potest, penes quẽ peculium non est. *Concordat l.1.in prin.ff. de tributoria actione. cuius uerba uide 3.cap.10.quæst.5.reg.3. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi non dominium in seruo commune sit reo cum alio, sed uel possessio saltem uel usufructus. Hæc exceptio approbatur l.15. in prin. ff. de peculio, his uerbis*: Si duo sint bonæ fidei possessores: dicendum erit, neutrum plus deducturum, quàm quod sibi debetur. Idemq; etsi duo sint fructuarij: quia nullam inter se habent societatem. *Altera exceptio est: Nisi peculium reo cum socio non sit commune. Hæc exceptio approbatur, simul & declaratur d.l.15.cũ lege sequente, his uerbis*: Idẽ dicitur interdũ & in socijs, si fortè separata apud se peculia habeant, ut alter alterius peculij nomine non conueniatur. Cæterùm si cõmune sit peculiũ: & in solidũ conuenientur, & deducetur, qđ utriq; debetur. Quis ergo casus est, quo peculiũ serui cõmunis ad alterum ex dominis solùm pertineat? In primis, si quis serui partem dimidiã uẽdiderit, nec peculium ei concesserit: deinde, si quis seruo communi pecuniam uel res aliquas ea mente dederit, ut proprietatem earum retineret, administrationẽ eius seruo concederet. Marcellus notat. Est etiam ille casus, si alter ademerit: uel si omni quidem modo cõcesserit dominus, sed in omnibus erit concessio.

VIII. Regula, *De eo quod seruus debet cohæredi rei conuenti. hoc non deducendũ. quæ regula approbatur l.14.ff. de peculio. cuius uerba uide 3.cap.prox. quæst 5.reg.1.except.5.*

IX. Regula, *De eo quod à seruo debetur auctori uel successori rei conuenti singulari, item fructuario, proprietario & cæteris, qui non sunt socij rei conuenti. hoc non deducendum. quæ regula approbatur l.11.ff. de peculio, his uerbis*: In emptore & uenditore uera non est: item in fructuario & proprietario, cæteris qui non sunt socij. Sed & in domino, & bonæ fidei emptore. Nam & Iulianus libro XII. Digestor. scribit, neutrũ eorum deducere id quod alteri debetur. *Ait Iurisconsultus*: Vera non est. *scilicet sententia prædicta l.11.§.fin.ff. de peculio. cuius uerba uide 3.reg.7.in prin.*

X. Regula, *De eo quod seruus uicarius domino debet, si agatur de peculio ordinarij. hoc non deducendum. quæ regula approbatur l.17.ff. de peculio, his uerbis*: Si seruus meus ordinarius uicarios habeat: id quod uicarij mihi debent, an deducam ex peculio serui ordinarij? Et prima illa quæstio est, an hæc peculia in peculio serui ordinarij computentur? Et Proculus & Atilicinus existimant: sicut ipsi uicarij sunt in peculio, ita etiam peculia eorum. Et id quidem, quod mihi dominus eorum, id est ordinarius seruus debet, etiam de peculio eorum detrahetur: id uerò quod ipsi uicarij debent, duntaxat ex ipsorum peculio. Sed etsi quid non mihi, sed ordinario seruo debent: deducetur de peculio eorum, quasi conseruo debitum. Id uerò quod ipsis debet ordinarius seruus, non deducetur de peculio ordinarij serui: quia peculium eorum in peculio ipsius est. Et ita Seruius respondit. Sed peculium eorum augebitur (ut opinor) quemadmodum si dominus seruo suo debeat. *Ait Iurisconsultus*: Id uerò quod ipsi uicarij debent, duntaxat ex ipsorum peculio. *Hisce uerbis regula proposita approbatur. Cui concordat l.38.§.Stichus.ff. eod. tit. his uerbis*: Stichus habebat in peculio Pamphilum, qui est decem: idem Pamphilus debet domino quinq;. Si ageretur de peculio Stichi nomine: placebat æstimari debere precium Pamphili, & quidem totum, non deducto eo quod domino Pamphilus deberet. Neminem enim posse intelligi ipsum in suo peculio esse. Hoc ergo casu damnum dominum passurum, ut pateretur si cuilibet alij seruorum suorum peculium non habenti credidisset. Idq; ita fore habere euidentius appariturum sit, si Sticho peculium legatum esse proponatur: qui certè si ex testamento agat, cogendus non est eius quod uicarius seruus suus debet, aliter quàm ex peculio ipsius deductionem pati. alioquin futurum, ut si tantundem uicarius domino debeat, ipse nihil in peculio habere intelligatur. Quod certè absurdum est.

XI. Regula, *De eo quod seruus ordinarius domino debet, si agatur de peculio uicarij. hoc quoq; deducendum. Hæc regula uidetur approbari, quamuis Accursius reclamet, l.17. ibi: & id quidem quod mihi. ff. de peculio. cuius uerba uide 3.reg. prox. in prin.*

XII. Regula, *De eo quod seruus ante aditã hereditatem*

*tatem ex hæreditate amouit, consumpsit, corrupit, deducendo, proponitur l.27.§.constat.ff.de peculio, his uerbis:* Constat hæredem domini id quoq; deducere debere, quod seruus cuius nomine cum eo de peculio ageretur, ante aditam hæreditaté ex bonis hæreditarija amouisset, cósumpsisset, corrupisset.

XIII. Regula, *De eo quod pater uel dominus de peculio se soluturum constituit. hoc non deducendum. Quæ regula approbatur l.19.in fine, cum lege sequente. ff. de constit. pecunia. cuius uerba uide s. cap.5.quæst.2.except.29.repl.2.*

XIIII. Regula, *De eo quod penes actorem ex peculio est, de peculio deducendo, proponitur l.37. §.fin. in fine. ff. de peculio. cuius uerba uide s.cap. prox.quæst.4.reg.2.* Concordat *l.47.§.non tantùm, in fine. ff. eod.tt. cuius uerba uide s.cap.prox. quæst.3. except.15.repl.2. Huius regulæ exceptio est: Nisi uenditor agat ex contractu, qui uenditionem est secutus. Quæ exceptio approbatur l.38.§. fin.ff.eod.tt. cuius uerba uide s.quæst. prox.reg.10.*

## III. QVANTVM DEBITI nomine deducendum de peculio.

I. Regula: *Si ex furto serui debitum deducatur, æstimatio tantùm eius quod domino abest, non tota furti pœna deducenda. Quæ regula approbatur l.9. §.siue autem. ibi: sed est quæstionis.ff.de peculio.cuius uerba uide s.quæst.prox.reg.1.except.10.*

II. Regula: *Si ex eo quòd seruus furi opem tulit, debitum deducatur: id deducendum, quod minus ob rem subreptam dominus consequi á fure potest. Quæ regula approbatur l.4.§.si opem. ff.eod.tt.his uerbis:* Si opem ferente seruo meo furtum feceria mihi, id de peculio deducendum est, quod minus ob rem subreptam consequi posim. *Huius regulæ ratio proposita est s.quæst.prox.reg.1.except.4.*

III. Regula: *Si ex eo quòd seruus negocia domini gesserit, debitum deducatur: tantidem deducendum, quantũ quilibet liber deberet. Quæ regula approbatur l.49.§.2. ff. de peculio. cuius uerba uide s. d.reg.2.in prin. Hactenus de actione de peculio.*

## *DE IN REM VERSO. Cap.XIII.*

PRimò: *Ratio huius actionis proponitur l.1.in prin. ibi: nec uidetur frustrà.ff.de in rem uerso.cuius uerba uide j quæst.prox.in prin.*

## II. CAVSAE, EX QVIBVS hæc actio competit.

I. Caussa generalis: *Si ex contractu filij uel serui quid in rem patris uel domini uersum sit, de eo pater dominusue, quamuis nihil sit in peculio, tenetur. Quæ caussa approbatur d. l. 1. in princip. his uerbis:* Si hi qui in potestate sunt aliena, nihil in peculio habeant: in solidum tamen tenentur qui eos habent in potestate, si in rem eorú quod acceptú est, conuersum sit, quasi cum ipsis potius contractum uideatur. Nec uidetur frustrà de in rem uerso actio permissa, quasi sufficeret de peculio. Rectissimè enim Labeo dicit, fiere posse, ut in rem uersum sit: etiãsi cesset de peculio actio. Quid enim si dominus peculiũ ademit sine dolo malo? quid si morte serui extinctũ est peculium, & annus utilis præterijt? de in rem uerso namq; actio ppetua est, & locũ habet siue ademit sine dolo malo, siue actio de peculio anno finita est. *Cõcordat l.3.C.quod cum eo qui in aliena potest. his uerbis:* Etiãsi non mãdante neq; iubente, neq; subscribẽte domina pecuniam mutuá seruo priscæ dedisti: tamẽ ea quãtitas, si in rem dominæ eius iustis erogationib. uersa est: de in rem uerso apud suũ iudicẽ eam conueni, cõsecuturus secundũ iuris formã id quod tibi deberi apparuerit. *Itẽ cõcordat Inst. quod cũ eo qui in aliena potest.§. præterea. cuius uerba uide s.cap.7. quæst.2.exc.1. Declaratur caussa proposita definitione in rem uersi Inst.d.§.præterea. ibi: in rem autẽ domini. Cõcordat l.3.§.1. ff.de in rem uerso. cuius uerba uide j.caussa 3. Sanè propositæ caussæ, & in rem uersi species sunt caussæ sequentes.*

II. Caussæ: *Ex quibus causis si liber gessisset, uel mãdati, uel negociorũ gestorũ actio gerenti esset: ex ijsdẽ caussis si seruus in re domini, uel filius in re patris gesserit, de in rem uerso actio est. Quæ caussa seu regula approbatur d.l.3.§.et regulariter his uerbis:* Regulariter dicimus, toties de in rem uerso actioné esse, quib. casibus pcurator mãdati, uel qui negociũ gessit, negociorũ gestorũ haberet actioné: quotiesq; aliqd ita consumpsit seruus, ut aut rem meliorẽ dominus haberet, aut non deteriorem.

III. Caussa: *Si seruus pecuniam mutuo acceptam dominico creditori soluit. Hæc caussa approbatur d.l.3.§.1.his uerbis:* In rem uersum uidetur, siue id ipsum quod seruus accepit, in rem domini conuerterit: ueluti si triticum accepit, & idipsum in familiam domini cibariorum nomine consumpsit: aut si pecuniam à creditore acceptam dominico creditori soluerit. Sed etsi errauit in soluendo, & putauit creditoré eum qui non erat: æquè in rem uersum esse Pomponius lib. XI. ait, quatenus indebiti repetitioné dominus haberet. Siue cum seruus dominici negocij gerẽdi, administrãdiue caussa quid gessit: ueluti si mutuatus est pecuniam, ut frumentum cõpararet ad familiam alendam, uel uestimenta ad uestiendam: siue peculiariter mutuatus, postea in ré domini uertit. hoc enim iure utimur, ut etiamsi prius in peculium uertit pecuniã, mox in rem domini: de in rem uerso esse actio possit. *Cõcordat caussæ ppositæ Inst.quod*

*cum eo qui in aliena.§.preterea. ibi: in rem autem. cuius uerba uide s̄.cap.7. quæst.2. except.1. Huius causæ exceptio prima hæc est:Nisi indebitum seruus soluit.Hæc exceptio reprobatur sub conditione uerbis iam propositis hisce:* Sed etsi errauit in soluendo,& putauit creditorem eum qui non erat: æquè in rem uersum esse, Pomponius lib.XII.ait, quatenus indebiti repetitionem dominus haberet. *Altera exceptio est:Nisi creditori peculiari seruus soluit. Hæc exceptio approbatur l.11.ff.de in rem uerso,his uerbis:* Quòd si seruus in hoc mutuatus fuerit,ut creditori suo solueret:n ōerit in rem uersum,quamuis actione de peculio liberatus sit dominus. *Tertia exceptio est: Nisi suo,non patris uel domini nomine filius uel seruus soluit. Hæc exceptio approbatur l.10.§.fin.ff.d.tt. his uerbis:* Pomponius tractat, an ex euentu possit in rem patris filius uertere:uelutì si duo rei pater & filius fuerint, & filius mutuatus suo nomine soluat, uel si filio iussu patris credideris, & filius creditum tibi soluerit.Vlpianus.Mihi uidetur,siquidem pecunia ad patrem peruenerat: uideri in rem uersum.Quòd si nō fuit, & suũ negocium gerens filius soluit: non esse de in rem uerso actionem. *Huius exceptionis replicatio prima est:Nisi res ex cōtractu,ex quo solutio facta est,ad patrem uel dominum peruenit.Quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Siquidem pecunia ad patrem peruenerat,&c. *Altera replicatio est: Nisi filius tanquã fideiussor patris,uel pro eo iudicium suscipiens soluerit.hoc enim casu,quamuis ipse suo nomine,utputa pro patre obligatus soluerit: est tam de in rem uerso actio. Quæ replicatio approbatur d.l.10. in prin. his uerbis:* Si pro patre filius fideiusserit,& creditori soluerit:in rem patris uidetur uersum,quia patrem liberauit. Cui simile est, quod Papinianus lib.IX. Quæstion.scribit,si filius quasi defensor patris iudicium susceperit, & sit condemnatus: de in rem uerso teneri patrem.nanq; filius eum iudicio suscepto liberauit. *Tertia replicatio est:Nisi cum filius quod pater debebat ꝓmisisset,ex ea caussa soluerit.Hæc replicatio approbatur d.l.10.§.2.his uerbis:* Papinianus tractat, si quod patrẽ dare oporteret,à filio sim stipulatus,& ita cōuenerim filiũ, de in rem uerso fore actionem:nisi si donare patri filius uoluit,dum se obligat. *Cōcordat l.15.ff. eod.tt.his uerbis:* Si filiusfamiliâs cōstituerit, quod pater debuit: uideodũ est,an de in rem uerso actio dari debeat. atqui non liberauit patrẽ. nam qui cōstituit,se quidẽ obligat,patrem uerò non liberat. Planè si post soluit cōstitutum, licet pro se uideatur soluisse:hoc est,ob id quod constituit, in rẽ tamẽ patris uertisse meritò dicetur.

IIII. *Caussa: Si filius pro patre se soluturum constituit. Hæc caussa reprobatur uerbis d.l.15. in prin.iam propositis.*

V. *Caussa: Si filius pro patre iudicio suscepto sit condemnatus. Hæc caussa approbatur l.10.in prin. ff.de in rem uerso.cuius uerba uide s̄.caussa 3.exc.3. repl.2. Huius caussæ exceptio prima uidetur: Nisi de peculio actionem pro patre filius susceperit. Sed hæc exceptio reprobatur d.l.10.§.1.his uerbis:* Potest dici, etsi de peculio actionẽ, quasi defensor patris susceperit: teneri patrẽ de in rem uerso usq; ad peculij quantitatẽ. Cuius sententiæ id erit emolumentũ,ut si finita sit actio de peculio, de in rem uerso cōueniatur. *Altera exceptio uidetur:Nisi filius nōdum sit cōdemnatus. Sed & hæc exceptio reprobatur ibidẽ his uerbis:* Ego & ante condẽnationem post iudicium patris nomine acceptum,de in rem uerso patrẽ teneri puto.

VI. *Caussa: Si seruus mutuam pecuniã acceptam domino donauit. Hæc caussa approbatur l.7.§.1.ff. de in rem uerso,his uerbis:* Si mutuum seruus accepit, & donandi animo soluit,dum nō uult eum debitorẽ facere peculiarẽ: de in rem uerso actio est. *Huius caussæ exceptio prima hæc est:Nisi non rem donandi animo dederit seruus uel filius,sed se donandi animo pro patre obligauerit. Quæ exceptio approbatur l.10.§.1.ibi: nisi si donare.ff.d.tt. cuius uerba uide s̄.caussa 3.except.3.repl.3. Altera exceptio est:Nisi rem peculiarem seruus domino donauerit. Hæc exceptio approbatur d.l.7. in prin.his uerbis:* Si donauit seruus domino rem peculiarem, actio de in rem uerso cessabit. Et sunt ista uera.

VII. *Caussa: Si filiusfamiliâs pecuniã mutuatus, eam pro filia sua uel sorore, aut seruus pro filia domini in dotem dederit. Hæc caussa approbatur, simul & distinguitur d.l.7.§.fin.cum duab.legib.sequentib.his uerbis:* Si filiusfamiliâs pecuniá mutuatus, pro filia sua dotem dederit: in rẽ patris uideтur uersum, quatenus auus pro nepte daturus sit. Quæ sententia ita demũ mihi uera uidetur,si hoc animo dedit,ut patris negociũ gerens. Et nihil interesse, Pomponius ait: filiæ suæ nomine, an sororis, uel neptis ex altero filio natæ dederit. Idem ergo dicemus, & si seruus mutuatus fuerit,& domini sui filiæ nomine in dotem dederit: si uerò pater in dotem daturus nō fuit,in rem patris uersum esse non uidetur. *Huius caussæ duæ exceptiones ex uerbis iam propositis patent. Prima quidẽ:Nisi non tanquam negocium patris uel domini gerens dederit. Altera autem:Nisi pater uel dominus filiam uel neptem dotaturus non fuit.*

VIII. *Caussa: Si ad se alendum ac uestiendum filius filiaue uel seruus pecuniam mutuam acceperit. Hæc caussa approbatur l.3.§.proinde si seruus. ff.de in rem uerso,his uerbis:* Si seruus sumpsit pecu-

pecuniá, ut ſe aleret, & ueſtiret ſecundum cõſuetudiuem domini: id eſt, uſq; ad eum modú, quem domiuus ei præſtare cõſueuerat: in rem domlni uideri uertiſſe, Labeo ſcribit. Ergo idẽ erit & in filio. *Cõcordat l.20.in prin.ff.eod.tt.bis uerbis:* Patar pro filia dotẽ pmiſit, & conuenit, ut ipſe filiam aleret: uõ præſtante parre, filia à uiro mutuam pecuniá accepit, & mortua eſt iu matrimonio. Scæuola reſpõdit, ſi ad ea id qđ creditũ eſt, erogatũ eſſet, ſine quibus aut ſe tueri, aut ſeruos paternos exhibere uõ potuiſſet: dandá de in rem uerſo utilem actionẽ. *Cõcordat item l.ult.ff.eod.tt.bis uerbis:* Filiamfamiliâs duxit quis uxorem, patre dotẽ pmittante: & cõuenit inter omnes perſonas, uti eá pater, aut ipſa ſe tueretur. Maritus ei mutuos numos dedit, cum iuſtẽ putaret patrẽ eius miniſtraturũ tãtum ſalarium, quantũ dare filię ſuę iuſtituerat. eos numos illa iu uſus uecellarios ſibi, & in ſeruoa quos ſecum habebat, cõſumpſit. Aliquantũ etiam, cum ei res familiaris credita aſſet, ex pecunia mariti iu eaſdẽ cauſſas cõuertit. Deinde priuſquá pater ſalariũ explerer, moritur filia: pater impenſam recuſat: maritus res mulieris retinet. Quæro, au de iu rem uerſo aduerſus patrẽ actio cõpetat? Scæuola reſpõdit, ſi ad ea id qđ creditũ eſt, erogatum eſſet, ſine quibus aut ſe tueri, aut ſeruos paternos exhibere nõ potuiſſet: dandá de in rem uerſo utilem actionem. *Concordat item l.19.ff.eod.tt. cuius uerba uide J.cauſſa prox.*

